DECISIONVM
S. ROTAE ROMANAE
Coram Reuerendissimo Patre
D. IOANNE BAPTISTA
COCCINO VENETO
EIVSDEM ROTAE OLIM DECANO,
ac Sacræ Pœnitentiariæ Regente, Viro Vtriusque Iuris Peritissimo,

IN VNVM RECOLLECTARVM, AC ARGVMENTIS, SVMMARIIS,
& locupletissimo Indice, nec non aliquibus additionibus concernentibus
vel confirmationem, vel reuocationem, vel declarationem
earum summa diligentia, & studio ornatarum

A DOMINICO DE ZAVLIS I. V. D. FAVENTINO
EMINENTISSIMI, ET REVERENDISSIMI D.
D. CARD. SANCTACRVCII
AVDITORE.

PARS TERTIA.



ROMÆ Ex Typographia Nicolai Angeli Tinassij M. DC. LXXII.
SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.

EMINENTISSIMO, AC REVERENDISSIMO D.

D. CAROLO CERRO

S. R. E. CARD. AMPLISSIMO

EPISCOPO FERRARIENSI

Ac Status Vrbini de Latere Legato.

CCE tandem EMINENTISSIME PRINCEPS post varios labores, ad totius Reipublicæ vtilitatem, & ad Sacræ Romanæ Rotæ decus Decisiones Illustrissimi D. Coccini, qui annorum spatio quadraginta inter augustos Sapientiæ Proceres, eiusdemque Supremi Tribunalis Areopagitas maximo cum laudis fœnore sedit, omnium per triginta ferè annos Antesignanus; Coccini inquam Decisiones in publicum prodeunt, vt quæ in lucem emerserunt, Te fauente, Te protegente, & sibi, & Auctori suo felicitatem sortiantur. Nunquam mihi dispersas tanti operis partes coacervare licuisset, nisi Tua, cum in Sacra Romana Rota Princeps Senatus lectissimi præcelleres, & magis, ac magis postquàm Sacra Purpura insignitus præfulges, Auctoritas, & Patrocinium accessisset. Amor enim Tuus ergà Virum de Christiana Republica adeò benemeritum, ergà Præsulem Romanæ Curiæ decus, & ornamentum, non tam mihi persuasit, quam (vt ità dicam) currentem impulit, nec tàm hortatus est, quam coegit, vt dispersas colligerem Decisiones, collectas ederem, ac tanquàm aduersis obrutas fatis eruerem, & ad vitam reuocarem, præclarissimi

Auctoris immortalem memoriam instauraturas. Quod ista ausus sim, & perfecerim, Tibi E. P. debere me fateor. Tibi Coccinus debet, quod mandaueris, vt manum imponerem. Tibi Orbis debet, quanto munere, tanta cum vtilitate, & commodo perfruatur. Viuit igitur per Te Coccinus, & cum laude viuit. Te enim sortitus est fœlicius, quàm Erudices Orpheum suum; cum per Te fuerit, non ad spem modò, sed ipsam lucis ad vsuram è tenebris reuocatus. Quo verò melius auspice prodirent in apertum hæc sane dignissima sapientum aspectu, plausuq; volumina, quàm eo, qui Togatæ hoc Sæculo Sapientiæ partus idem habetur, & parens. Vt enim experiretur apud se Roma, non solùm fortes fortibus, sed sapientibus creari sapientes. Te simul Paternis, proprijsque splendidum meritis ostentat egregio illo Antonio, editum Genitore, cuius eximiæ claritudinis, & doctrinæ amplissimæ famam nulla vnquàm posteritatis obliuio in monumentis Authorum quouis ære perennioribus intermori patietur. Iam quidem olim apparuit, quàm verè tanto Tu Parente, tanto ille filio possitis inuicem gloriari. Nimirum ab ipso adolòscentiæ verè, atque ætatis flore, solidus ille maturuit in Te virtutis, & sapientiæ fructus, cuius vel spem aliquam facere, maximè tunc indolis argumentum est. Annum proindè agens decimum octauum erudita Doctorum laurea es in Vrbe donatus. Licebat quippe ab ipso ferè ortu sublimem auspicari meridiem. Breui autem inter spectabiles Vaticanæ Basilicæ Canonicos cooptatus, Sacri Consistorij Aduocatus, ac vtriusque Signaturæ merito denunciatus, tot munerum amplitudinem in vna tantæ mentis capacitate decrescere docuisti non solùm par omnibus inuentus ipsa rerum tractatione, sed maior. Hinc Barberinæ Apes Tuorum gratia morum, & studiorum allectæ in mira virtutis, ac sapientiæ tuæ dulcedine mel suum fœliciùs elaborarunt ad vniuersæ Ditionis Pontificiæ alimentum: quando in Generalem Francisci Cardinalis Vrbani VIII. Nepotis, ac Totius Ecclesiasticæ Ditionis Præfecti Auditorem, Auditoremque simul peculiarem in Foro Signaturæ Iustitiæ suffectus es. Quibus in muneri-

bus

bus integritas animi tui, atque prudentia, vnà cum Iurisperitia, ſapientiaque adeò enituit, adeoque perſpecta eſt, vt ad Sacrum Romanæ Rotæ ſubſellium euehi merueris. Intèr Sapientiſſimos, & perindè integerrimos huiuſmodi Sacri Areopagi moderatores connumeratus, clariſſimos Tuarum virtutum radios fuſius euibraſti, qui aliorum mentes raperent in admirationem. Sed cum tanta Tuæ fama Sapientiæ rebus ipſis comprobata excreſceret, acceſſit Alexandri VII. Oraculum, qui proprio quidem motu, ſoloque per Te meritorum, non officiorum generoſo ambitu prouocatus in Examine Epiſcoporum decretorio, ideſt in conſtituendis Eccleſiæ vbique Paſtoribus, Te adhibuit adeò ſublimis participem electionis, & adminiſtrum: Deindè cum in Vrbe Vrbium Regina lues crudelitèr graſſaretur. Tu in delecto ad publicæ ſalutis tutamentum Triumuiratu, omnem Patriæ vigilantiam præſtitiſti, in reſecandis vtcumque clandeſtinis morbi radicibus, in aditu virulentis progreſſibus intercludendo, in opprimenda Epidemiæ hydra, deproſtratis quotidie vberiùs pululante cadaueribus: donèc tabifica vis mali pœnitùs compreſſa eſt, & extincta. At quid in Tuis laboribus recenſendis vlteriùs progredior? longioris id eſſet operis, quam quod patitur breuiuſcula enarratio. Quanta prudentiæ laude, quantaque ſapientiæ opinione præfulſeris, vbi conſilijs, atque decretis, qua Sacræ Fabricæ, qua Diuinorum Rituum in cætu vtrobique ampliſſimo confirmandis præſentem aſſiduè opem, doctrinamque commodabas, ipſi rerum euentùs comprobarunt. Quæ omnia cum probè noſſet Summus Pontifex Clemens hoc nomine Nonus, cuius fama virtutum, ac memoria probitatis apud poſteros immortalitatem æquabit, Te Purpuratorum Senatui, Sacriſque Eccleſiaſticæ Maieſtatis, Dignitatiſque Proceribus aggregauit, vt qui per ſex circiter luſtra in Supremo Romæ Areopago conſederas, primaſque ibi partes vndecim propè annis Decanus ſuſtinueras, è Rotæ vertice ad excelſas Senatorias Vaticani Sedes aſcenderes; quippe qui optimè ſciens humanarum rerum Rotæ moderari vertiginem,

nem, Diuinarum quoque Orbes instar Cœlestis intelligentiæ moderareris; Indè ad solium Ferrariensis Ecclesiæ perrexisti. Sed vt Diuinis adnecterentur humana, Vrbinatensis quoque Legationis Tibi onus demandatum est. Vbi quam singularis Tua, & eximia fulgeat virtus, voces quidem, publicæ satis, & communium gaudiorum concordia vbique argumenta testantur. Neque enim comprimere illarum progressum, perindè ac mei calami continere impetum potest insignis modestia Tua, & in generoso laudum contemptu inuicta constantia. Dum itaque alij Tuarum celsitudini Virtutum debitum hoc, quo frueris Vaticanæ purpuræ fastigium gratulantur; has inter tam priuati, quam publici sensus significationes habeo profecto quod gaudeam tantum Illustrissimi Coccini operibus ex Tui splendore Patrocinij accedere commendationis, & gloriæ. Eius itaque Doctrinam nunquàm interituram, & mea simul immortalia obsequia sub Tuæ præclarissimæ Arboris vmbra fouere nè desinas; dum in Sacrarum Vestium osculo venerabundus Eminentiæ Tuæ Nestoreos Annos atque fæcundam salutis publicæ felicitatem enixè precor. Romæ Kalendis Aprilis MDCLXXII.

EMINENTIAE TVAE.

Humillimus, Deuinctissimus, ac Obsequentissimus Seruus

Dominicus de Zaulis.

INDEX DECISIONVM PER DIOECESES.

A.

B.

Eadem

C.

F.

Fa-

M.

N.

P.

R.

Roma-

Romana scut. duorum mil. Merc. 28. *Iunij* 1623. dec. 1463.
Romana scut. 38. *mil. Luna* 24. *Ianuarij* 1622. dec. 1345.
Eadem Ven. 15. *Ian.* 1627. dec. 1673.
Romana scut. 2000. *Veneris* 16. *Decembris* 1622. dec. 1412.
Romana scut. 4000. *Luna* 22. *Martij* 1627. decis. 1690.
Romana scut. 30000. *Luna* 27. *Aprilis* 1626. dec. 1613.
Eadem Merc. 27. *Ianuarij* 1627. dec. 1676.
Romana Separationis Thori Luna 27. *Iunij* 1622. dec. 1397.
Romana seu Neapolitana de Proyda Merc. 29. *Aprilis* 1626. dec. 1634.
Romana Societatis scut. 1000. *Ven.* 24. *Maij* 1624. dec. 1511.
Romana Societatis Officij Ven. 26. *Iunij* 1626. dec. 1655.
Romana Spolij Ven. 4. *Iulij* 1625. dec. 1598.
Eadem Luna 22. *Iunij* 1626. dec. 1653.
Romana Spolij Domus Luna 26. *Februarij* 1624. dec. 1489.
Romana Stagni Veneris 11. *Martij* 1622. decis. 1359.
Eadem Luna 6. *Iunij* 1622. dec. 1386.
Eadem Luna 12. *Decembris* 1622. dec. 1410.
Eadem Merc. 21. *Maij* 1625. dec. 1574.
Romana Testamenti Merc. 9. *Decembris* 1620. dec. 1265.
Romana Vicaria Luna 8. *Nouembris* 1621. decis. 1334.
Romana Vineæ Luna 18. *Aprilis* 1622. dec. 1366.
Romana Vineæ de Corbinellis Luna 18. *Maij* 1620. dec. 1242.
Romana Vsusfructus Luna 4. *Augusti* 1625. decis. 1599.

S.

Sabinen. Castri Montis Rotundi Merc. 2. *Martij* 1622. dec. 1354.
Eadem Luna 29. *Maij* 1623. dec. 1448.
Eadem Luna 8. *Febr.* 1627. dec. 1680.
Signina Castrorum Veneris 2. *Iunij* 1623. dec. 1450.
Eadem Luna 13. *Nouembr.* 1623. dec. 1471.
Spoletana Abbatia Ven. 27. *Iunij* 1625. dec. 1591. la 2.
Eadem Ven. 19. *Decembr.* 1625. dec. 1613.

T.

Terracinen. Cappellania Ven. 14. *Febr.* 1620. dec. 1220.
Eadem Ven. 6. *Nouembris* 1620. dec. 1257.
Theatina Iurisdictionis S. Ioannis in Venere Luna 10. *Maij* 1621. dec. 1296.
Eadem Luna 5. *Iulii* 1621. dec. 1327.
Toletana Constitutionum Synodalium Ven. 9. *Febr.* 1624. dec. 1486.
Eadem Luna 17. *Iunij* 1624. dec. 1522.
Toletana Dismembrationis Luna 14. *Iunij* 1621. dec. 1310.
Toletana Iurispatronatus Ven. 26. *Februarij* 1627. dec. 1682.
Toletana Pensionis Luna 27. *Ianuarij* 1620. dec. 1216.
Eadem Luna 30. *Martij* 1620. dec. 1233.
Eadem Ven. 19. *Aprilis* 1624. dec. 1508.
Treueren. Abbatia S. Maximi Merc. 20. *Nouembris* 1624. dec. 1539.
Eadem Ven. 24. *Ianuarij* 1625. dec. 1552.
Treueren. Præpositura Luna 12. *Febr.* 1624. dec. 1488.
Tuden. Parochialis Ven. 22. *Maij* 1626. dec. 1639
Eadem Ven. 20. *Nouembris* 1626. dec. 1662.
Tullen. Cappellaniæ Matutinalis Merc. 2. *Iunij* 1627. dec. 1707.
Tullen. Expensarum Luna 11. *Maij* 1620. dec. 1239.
Eadem Luna 1. *Martij* 1621. dec. 1277.
Eadem Ven. 17. *Februarij* 1623. dec. 1426.
Tullen. Parochialis, siue Expensarum Luna 26. *Iunij* 1623. dec. 1461.
Tullen. Pensionis Merc. 21. *Aprilis* 1621. dec. 1290.
Tullen. Reparationis Chori Ven. 15. *Maij* 1620. dec. 1240.
Tusculana Fideicommissi Luna 23. *Martij* 1620. dec. 1230.

V.

Valentina Beneficij Veneris 9. *Maij* 1625. dec. 1571.
Valisoletana Parochialis Luna 15. *Iunij* 1620 decis. 1246.
Eadem Luna 11. *Aprilis* 1622. dec. 1363.
Eadem Luna 30. *Ianuarij* 1623. dec. 1419.
Venusina Legati Merc. 28. *Iunij* 1623. dec. 1462.
Vercellen. Beneficij Luna 10. *Maij* 1621. decis. 1297.
Eadem Ven. 1. *Iulii* 1622. dec. 1402.
Eadem Ven. 26. *Aprilis* 1624. dec. 1503.
Viterbien. Castrorum Luna 24. *Maij* 1621. decis. 1302.
Eadem Veneris 11. *Martij* 1622. dec. 1358.
Eadem Ven. 10. *Iunii* 1622. dec. 1387.
Eadem Luna 12. *Iunij* 1623. dec. 1452.
Eadem Ven. 10. *Maij* 1624. dec. 1507.
Eadem Luna 15. *Decembris* 1625. dec. 1612.
Eadem Merc. 11. *Martij* 1626. dec. 1623.
Eadem Ven. 19. *Iunij* 1626. dec. 1648.
Eadem Sabbat. 23. *Ianuarij in Rota Martiniana* 1627. dec. 1675.
Viterbien. Fideicommissi Luna 14. *Aprilis* 1625. dec. 1563.
Viterbien. Fideicomissi de Diuitia Veneris 13. *Martii* 1620. dec. 1227.
Vlixbonen. Beneficij de Azambusa Luna 23. *Maij* 1622. dec. 1382.
Vlixbonen. Matrimonij Merc. 19. *Nouembris* 1625. dec. 1604.
Vlixbonen. Quartanaria Luna 15. *Ianuarij* 1624. dec. 1481.
Eadem Luna 17. *Iunij* 1624. dec. 1521.
Eadem Luna 27. *Ian.* 1625. dec. 1554.
Eadem Ven. 13. *Iunii* 1625. dec. 1582.
Eadem Ven. 14. *Nouembris* 1625. dec. 1602.
Vrbeuetana donationis Luna 24. *Februarij* 1620. dec. 1225.
Vrbeuetana Fideicommissi Veneris 7. *Februarij* 1620. dec. 1218.
Eadem Ven. 27. *Nouembris* 1620. dec. 1261.
Eadem Sabbati 5. *Nouembris* 1622. dec. 1403.
Vrbinaten. Beneficij Ven. 5. *Decembr.* 1625. dec. 1608.
Eadem Luna 23. *Martij* 1626 dec. 1629.

IN-

INDEX
ARGVMENTORVM.
DECISIONVM

Vna cum Indice causarum iuxta seriem temporis prout iacent in præsenti Volumine.

Tul-

Tullen. Reparationis Chori.

Veneris 15. Maij 1620.

Argum. MCCXL. Reparatio Ecclesiæ, eiusq; Chori, ac alterius rei necessariæ spectat ad Rectorem nisi adsit consuetudo in contrarium.

Lucana Bonorum.

Lunæ 18. Maij 1620.

Argum. MCCXLI. Non indiget.

Romana Vineæ de Corbinellis.

Lunæ 18. Maij 1620.

Argum. MCCXLII. Fæminæ vigore *Statuti Vrbis lib. 1. cap.* 145. quando excludantur.

Pampilonen. de Stella.

Veneris 22. Maij 1620.

Argum. MCCXLIII. Patet ex Summario.

Aretina Preceptoriæ.

Veneris 22. Maij 1620.

Argum. MCCXLIV. Iuspatronatus nedum probatur ex dotatione, sed etiam ex noua dotatione dum Ecclesia est penitus depauperta. Ex quibus probetur noua dotatio.

Lucana Molendini.

Veneris 12. Iunij 1620.

Argum. MCCXLV. Non indiget.

Vallisoletana Parochialis.

Lunæ 15. Iunij 1620.

Argum. MCCXLVI. Possessione sequestrata tanquam attentata non potest concedi manutentio; nec possidens potest sibi mutare causam suæ possessionis, quando de tempore, quo superuenit nouus titulus, iam erat appositum sequestrum.

Gerunden. Cœmeterij.

Veneris 17. Iunij 1620.

Argum. MCCXLVII. Non indiget.

Interamnen. Legitimarum.

Veneris 17. Iunii 1620.

Argum. MCCXLVIII. Patet ex Summario.

Ariminen. Dotis.

Lunæ 22. Iunij 1620.

Argum. MCCXLIX. Patet ex Summario.

Calaguritaua Parochialis de Alzola.

Lunæ 22. Iunij 1620.

Argum. MCCL. Examen testium ob defectum citationis ad videndũ iurari testes quando valeat. Erectio nouæ Parochialis. quando sit facienda. Testes de vniuersitate quando probent.

Abulen. Beneficij.

Veneris 26. Iunij 1620.

Argum. MCCLI. Patet ex Summario.

Mediolanen. Pensionis.

Veneris 26. Iunij 1620.

Argum. MCCLII. Processus, & iura compulsata non collationata non probant. Quod fuerint collationata probatur ex assertione Notarij.

Asten. Fructuum.

Mercurij 1. Iulij 1620.

Argum. MCCLIII. Fructus, & distributiones debentur illi, qui possessionem Canonicatus adeptus est, & facto Capituli non potest residere. Quando debeantur ei, qui non est in sacris constitutus non obstante statuto Ecclesiæ aliter disponente.

Romana Deuolutionis Domus.

Mercury 1. Iulij 1620.

Argum. MCCLIV. Res Ecclesiæ solita locari potest absque solemnitatibus denuo locari, dummodo solitum non alteretur: Et quid si ad Ecclesiam fuerit reuersa, & per annum retenta. In alienatione rei Ecclesię copulatiuè requiritur solemnitas & causa scilicet necessitatis, vel euidentis vtilitatis, quæ non dicitur constare si bona, ex quibus de tempore locationis percipiebantur vid. scut. 9. fuerunt concessa pro scut. 33. non obstante solutione scut. 100. pro iucundo ingressu, & conuentione, quod in melioramentis expendantur scut. 200.

Bononien. de Bentiuolis.

Mercury 1. Iulij 1620

Argum. MCCLV. Quando sunt substituti filij, & descendentes in infinitum substitutio dicitur compendiosa, etiam si non adsit dictio *quandocunque*; Habetque locum tàm respectu portionis paternæ, quam Patruorum.

Romana Census de Mutis.

Mercurij 1. Iulij 1620.

Argum. MCCLVI. Confessio dotis receptæ facta à marito constante matrimonio an & quando probet veram dotis solutionem latè examinatur.

INDEX

Tul-

Tullen. Expensarum.
Lunæ 1. Martij 1621.
Argum. MCCLXXVII. Non indiget.

Lucana Iurispatronatus de Podijs.
Veneris 5. Martij 1621.
Argum. MCCLXXVIII. Is contra quem cadit præsumptio vsurpationis Iurispatronatus, quæ probare teneatur. Multa circa exclusionem vsurpationis.

Calaguritana Puritatis Sanguinis.
Lunæ 8. Martij 1621.
Argum. MCCLXXIX. Statutum Ecclesiæ disponens, quod nemo habere possit in Collegiata Dignitatem, Præbendam, vel Canonicatum si non sit Christianus antiquus ex quatuor lateribus omninò purus sine macula, & suspicione, quomodo sit intelligendum, & quando non obstet.

Romana Palatij de Ferratinis.
Lunæ 8. Martij 1621.
Argum. MCCLXXX. Venditio quando perfecta dicatur. Cõfessio Procuratoris constituti ad vendendum probat venditionem. Cætera patent ex Summario.

Licien. Domus.
Mercurij 10. Martij 1621.
Argum. MCCLXXXI. Sententia lata sub citatione nimis vaga an substineatur.

Mediolanen. Bonorum.
Mercurij 10. Martij 1621.
Argum. MCCLXXXII. Non indiget.

Ariminen. Bonorum.
Lunæ 15. Martij 1621.
Argum. MCCLXXXIII. Licèt immissus in Saluiano non possit deuenire ad subhastationem absque commissione; tamen secus est quandò concurrit consensus possessoris. Deliberatio etiam absque pecunia facta valet dum creditor se satisfactum vocauit. Creditor an in pignore admittatur ad licitandum.

Burgen. Præeminentiarum.
Lunæ 15. Martij 1621.
Argum. MCCLXXXIV. Maior pars præiudicat minori.

Perusina Fideicommissi de Alphanis.
Mercurii 17. Martij 1621.
Argum. MCCLXXXV. Dos an, & quando succedat loco legitimæ, & quid in vtroque casu resultet.

Asculana Bonorum.
Lunæ 22. Martij 1621.
Argum. MCCLXXXVI. Non indiget.

Romana Deuolutionis Domus.
Lunæ 29. Martij 1621.
Argum. MCCLXXXVII. Vtilitas Ecclesiæ in locatione quando excludatur. Quando solitum in concessione rei Ecclesiæ fuit alteratum an, & pro qua parte teneat locatio.

Lucana Iurispatronatus de Podijs.
Mercurij 31. Martij 1621. In Rota Memorialium.
Argum. MCCLXXXVIII. Vnio Beneficij Iurispatronatus tanquam de libero facta non præiudicat Patronis, etiam si de vnione notitiam habuerint, & tacuerint, forsan secus si tanquam de Iurepatronatus.

Lucana Iurispatronatus de Podijs.
Mercurij 21. Aprilis 1621.
Argum. MCCLXXXIX. Iuspatronatus esse familiare ex quibus probetur. Quomodo in iurepatronatus familiari fiat præsentatio, & quomodo in hæreditario. Ad faciendam præsentationem an, & quando sint vocandi Patroni absentes. Ad hoc vt currat tempus quatuor mensium ad præsentandum requiritur in omnibus Patronis scientia certa vacationis, non autem præsumptiua.

Tullen. Pensionis.
Mercurij 21. Aprilis 1621.
Argum. MCCXC. Pensio ob non delationem habitus, & tonsuræ Clericalis remanet ipso iure extincta, nec riuiuiscit si pensionarius postea efficiatur miles Lauretanus; Pensionarij tunc debent incedere in habitu quando cæperunt exigere, vel per eos steterint quin exigant.

Ferrarien. Pœcuniaria.
Lunæ 26. Aprilis 1621.
Argum. MCCXCI. Apoca priuata à debitore subscripta, & trino teste minuta habet vim instrumenti, & contra debitorem probat. Testis, qui deponit de auditu alieno non probat, prout est ille, qui iudicat, & ille qui est interessatus.

Leodien. Fructuum Beneficij.
Lunæ 26. Aprilis 1621.
Argum. MCCXCII. Constitutio posterior cũ clausulis derogatorijs est attendenda. Clau-

Clausula *sublata* quid operetur. Probatio possessionis in vna causa non suffragatur in alia diuersa. Sententia super statu facit Ius quoad omnes.

Cæsaraugustana Distributionum.
Veneris 30. Aprilis 1621.
Argum. MCCCXCIII. Patet ex Summario.

Bononien. Fideicommissi de Bentiuolis.
Mercurij 5. Maij 1621.
Argum. MCCCXCIV. Substitutio reciproca ad fauorem nepotum tam in portione parentum, quam patruorum an, & quando censeatur inducta, & quando in portione parentum tantùm.

Neapolitana Massariæ.
Mercurij 5. Maij 1621.
Argum. MCCCXCV. Quando dicatur non constare de legitimo inuentario bonorum hæreditariorum.

Theatina Iurisdictionis S. Ioannis in Venere.
Lunæ 10. Maij 1621.
Argum. MCCCXCVI. Intimatio mandati de manutenendo contra Monasterium valet si sit facta quando Patres reperiuntur in refectorio, vel alio simili loco. Possessio antecessoris continuatur in Prælato successore etiam contra Successorem. Cætera de possessione patent ex Summario.

Vercellen. Beneficij.
Lunæ 10. Maij 1621.
Argum. MCCCXCVII. Non indiget.

Romana Census scut. 18. mill.
Veneris 14. Maij 1621.
Argum. MCCCXCVIII. Non indiget.

Adiacen. Beneficij.
Veneris 21. Maij 1621.
Argum. MCCCXCIX. Non indiget.

Camerinen. Lesionis.
Veneris 21. Maij 1621.
Argum. MCCCC. Subhastatio læsiua non potest conualidari si deducatur nouum creditum, pro quo non fuit actum.

Gerunden. Beneficij.
Lunæ 24. Maij 1621.
Argum. MCCCCI. Patet ex Summario.

Viterbien. Castrorum.
Lunæ 24. Maij 1621.
Argum. MCCCCII. Fideicommissum quandò dicatur vniuersale, & quando particulare. Prælegatum an, & quando compræhendatur sub fideicommisso.

Lucana Iurispatronatus de Podijs.
Veneris 28. Maij 1621.
Argum. MCCCCIII. Patet ex Summario.

Regien. Vnionis.
Mercurij 2. Iunij 1621.
Argum. MCCCCIV. Non indiget.

Perusina de Alphanis.
Veneris 4. Iunij 1621.
Argum. MCCCCV. Non indiget.

Lucana Molendini.
Lunæ 7. Iunij 1621.
Argum. MCCCCVI. Patet ex Summario.

Melphien. Redditionis Rationis.
Lunæ 7. Iunij 1621.
Argum. MCCCCVII. Ratio semel reddita an, & quando sit denuo reddenda.

Panormitana Præeminentiarum.
Mercurij 9. Iunii 1621.
Argum. MCCCCVIII. Canonici moderni non debent præcedere antiquioribus.

Lucana Iurispatronatus de Podijs.
Lunæ 14. Iunij 1621.
Argum. MCCCCIX. Tota decisio versatur circa exclusionem talis potentiæ in familia Podia Lucensi, vt in ea possit cadere præsumptio vsurpationis Iurispatronatus.

Toletana Dismembrationis.
Lunæ 14. Iunij 1621.
Argum. MCCCCX. Dismembratio cum legitima causa facta, & per spatium 30. annorum obseruata præsumitur confirmata, & valet.

Calaguritana Puritatis Sanguinis.
Veneris 18. Iunii 1621.
Argum. MCCCCXI. Puritas sanguinis quando probari debeat, & quando probata dicatur.

Pampilonen. Matrimonij.
Veneris 18. Iunij 1621.
Argum. MCCCCXII. Non indiget.

Cæsaraugustana Parochialis de Maella.

Luna 21. Iunij 1621.

Argum. MCCCXIII. Gratiosè subrogato quando concedatur immissio. Sub eadem supplicatione an, & quando plures gratiæ expediri possint. Sententia quando non debeat iustificari.

Cæsaraugustana Distributionum.

Luna 21. Iunii 1621.

Argum. MCCCXIV. Non indiget.

Ildesimen. Optionis.

Veneris 25. Iunii 1621.

Argum. MCCCXV. Non indiget.

Leodien. Canonicatus S. Pauli.

Veneris 25. Iunij 1621.

Argum. MCCCXVI. Consensus resignationi qui ex dispositione *Regul.* 44. *Cancell.* est præstandum, quando per Procuratorem præstari valeat.

Asculana Iurispatronatus.

Luna 28. Iunii 1621.

Argum. MCCCXVII. Non indiget.

Romana Fideicommissi de Capite Ferreo.

Luna 28. Iunii 1611.

Argum. MCCCXVIII. Tota decisio versatur circa probationem identitatis bonorum fideicommissariorum.

Algaren. Dismembrationis.

Luna 28. Iunii 1621.

Argum. MCCCXIX. Patet ex Summario.

Asculana Bonorum.

Luna 28. Iunii 1621.

Argum. MCCCXX. Patet ex Summario.

Rauennaten. Funeralium.

Luna 5. Iulii 1621.

Argum. MCCCXXI. Non indiget.

Romana Deuolutionis Domus.

Luna 5. Iulij 1621.

Argum. MCCCXXII. Nonnulla circa refectionem melioramentorum.

Perusina Bonorum de Alphanis.

Luna 5. Iulj 1621.

Argum. MCCCXXIII. Non indiget.

Ariminen. Bonorum.

Luna 5. Iulii 1621.

Argum. MCCCXXIV. Sententia quando contineat mixturam.

Mutinen. Prætensæ Deuolutionis.

Luna 5. Iulij 1621.

Argum. MCCCXXV. In Emphiteusi concessa pro se, & hæredibus fœminæ comprehenduntur, secùs verò si sit concessa pro se filijs hæredibus, vel pro se filijs, & hæredibus.

Meten. Monasterij.

Luna 5. Iulij 1621.

Argum. MCCCXXVI. Forma *textus in cap. quia propter de elect.* disponens, quod post legitimam Congregationem Capituli eligantur tres de eodem Capitulo fide digni, qui sigillatim, & secreto vota omnium eligentium exquirant, & in scriptis redigant, quo facto incontinenti antequam ad alia diuertant vota illa publicent in communi, vt is collatione habita eligatur in quem omnes, vel maior & sanior pars Capituli consenserit, debet omnino seruari, non obstante quasi prætensa consuetudine in contrarium, alias electio non substinetur. Quamplura alia de electione ad materiam *d. text.* summo studio examinantur, quæ proinde non minori attentione sunt legenda, & notanda.

Theatina Iurisdictionis S. Ioannis in Venere.

Luna 5. Iulij 1621.

Argum. MCCCXXVII. Non indiget.

Romana Palatij de Ferratinis.

Luna 5. Iulii 1621.

Argum. MCCCXXVIII. Venditio est perfecta non obstantibus verbis *con li patti conditioni, cautele, e sicurezze, che faremo d'accordo.* Quæ autem pacta debeant apponi remittitur arbitrio boni viri, & regulatur à iure, & consuetudine.

Ildesimen. Optionis.

Veneris 15. Octobris 1621.

Argum. MCCCXXIX. Appellatio licèt regulariter debeat in scriptis interponi, tamen id non habet locum, quando statim prolata sententia pars grauata viua voce dicit *appello*, quæ conclusio de plano procedit, si fuerit appellatum ad Sedem Apostolicam. *Text. in cap. 1. de his quæ fiunt à maior. part. Capit.* quando, & in quibus terminis loquatur. Iudicialiter proculdubio quandò dicatur processum.

Bo-

INDEX

Bonon. Cumuli Misericordiæ.

Mercurij 20. Octobris 1621.

Argum. MCCCXXX. De inobseruãtia voluntatis disponentis quando dicatur constare itaut intret deuolutio ad fauorem alterius vocati, & quando admittatur purgatio moræ.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 25. Octobris 1621.

Argum. MCCCXXXI. Fructus rei venditæ ante prætij solutionem decursi, quamuis secundum nonullos Doctores soluto prætio peti nequeant, quia illi actione ex vendito consequi non possunt, cum debeantur officio Iudicis mercenario, vnde extincta actione principali per solutionem pretij, extincta quoque remanet dd. fructuum petitio. Tamen quidquid sit de hac opinione, contrarium magistraliter in præsenti decisione resoluit Rota, vt scilicet dd. fructus peti possint, etiam soluta sorte principali, cum illi non debeantur venditori tanquàm fructus, sed tanquàm res propria ex æquitate legis commutatiuæ, & iure naturali scilicet ne quis locupletetur cum aliena iactura, vnde quandocunque peti possunt, implorando etiam officium Iudicis nobile.

Pampilonen. de Stella.

Veneris 29. Octobris 1621.

Argum. MCCCXXXII. Patet ex Summario.

Romana Palatij de Ferratinis.

Veneris 5. Nouembris 1621.

Argum. MCCCXXXIII. Venditio probatur ex apoca à venditore facta illis verbis *Dichiaro esser la verità hauer venduto à N. il Palazzo per prezzo &c. con li patti, conditioni, e cautele, che saremo d'accordo frà di noi, e secondo che si conterrà nell'instrumento, & altri spacci che sopra ciò saranno vtili, e necessarij, che à suo tempo si spediranno*, & alia de quibus in Summario.

Romana Vicariæ.

Lunæ 8. Nouembris 1621.

Argum. MCCCXXXIV. Erecto Vicario perpetuo in Ecclesia Collegiata Parochiali, qui curæ animarum Ecclesiæ incumbentem gerat, tunc cura animarum actualis residet penes Vicarium, habitualis verò penes Capitulum.

Firmana Saluiani.

Veneris 12. Nouembris 1621.

Argum. MCCCXXXV. Licet Religiosus absque sui Superioris licentia non possit esse Procurator; attamen iudicium est validum, dum fuit Procurator matris, vel id in iudicio non fuit oppositum. Confessio dotis de recepto probat veram numerationem, dum concurrunt coniecturæ, de quibus in decisione.

Bononien. Transactionis.

Lunæ 15. Nouembris 1621.

Argum. MCCCXXXVI. Locatio rei Ecclesiæ facta per viam transactionis super re clara, & in litem non deducta non sustinetur, dum beneplacitum Apostolicum obtentum est subreptitium, nec constat de vtilitate Ecclesiæ, quæ requiritur de tempore alienationis, nec sufficit, quod Ecclesia non fuerit damnificata.

Camerinen. Læsionis.

Veneris 19. Nouembris 1621.

Argum. MCCCXXXVII. Non indiget.

Romana Legati.

Mercurij 24. Nouembris 1621.

Argum. MCCCXXXVIII. Impugnans transactionem ex capite nullitatis non tenetur accepta restituere; secus autem si petat rescindi ex capite læsionis. Si statutum mandet, quod in contractu mulieris interueniant duo proximiores, contractus cum vnius tantum interuentu celebratus non valet, cum loco alterius Curator esset deputandus. Vtilitas putatiua quando sufficiat ad euitandam læsionem. Mulier non potest allegare errorem iuris.

Romana Munerum.

Lunæ 29. Nouembris 1621.

Argum. MCCCXXXIX. Xenia; seu munera quæ à Cardinalibus nouiter creatis absentibus traduntur Papæ Camerarijs birettum rubrum eis portantibus, si accidat, quod anteqnam illuc perueniant Papa moriatur, amplius non debentur Cameræ Papæ defuncti, qui Cardinales crauerat, sed Papæ successoris, post cuius creationem birettum fuit præsentatum.

Placentina Vicariæ.

Veneris 17. Decembris 1621.

Argum. MCCCXL. Clausula *parito iudicato* apposita à Signatura Iustitiæ, quando adest vnica

vnica sententia, ei parendū est, perinde ac si adessent tres conformes, quādo tamen ea sententia vnica transiuit in iudicatum, ac constet de eius iustitia. Pecunia certa, & determinata quando à principio est promissa, ea soluenda est, & quatenus non reperiatur, eius valor, &c. Ac aliqua habentur circa erectiones Vicariæ.

Interamnen. Legitimarum.

Veneris 17. Decembris 1621.

Argum. MCCCXLI. Legitima filij est semis, quando eam petit non ob mortem Patris, sed quia eius bona fuerunt confiscata. Et plura habentur in facto circa probationē identitatis, & æstimationis bonorum.

Perusina Fideicomissi de Alphanis.

Lunæ 20. Decembris 1621.

Argum. MCCCXLII. Bona mobilia an, & quæ ponantur in calculo pro detrahenda legitima, ac in illa imputentur, & quæ fideicommissario sint restituenda.

Placentina Cappellaniæ.

Mercurij 19. Ianuarii 1622.

Argum. MCCCXLIII. Beneficia de Iurepatronatus Laicorum non cadunt sub reseruatione, licet Papa possit illa vacantia apud Sedem conferre cum derogatione iurispatronatus.

Bononien. Vsusfructus.

Lunæ 24. Ianuarii 1622.

Argum. MCCCXLIV. Debitor quanuis apertum sit, non posse alienare bona sua in fraudem Creditorum; tamen si ei fuerit delata aliqua hereditas, seù legatum, poterit illam, seù illud repudiare, itaque in his terminis non intrabit ædictum prohibitorium, quæ fiunt in fraudem Creditorum &c. supradicta tamen conclusio non procedit, quando debitor obliganit omnia iura sua præsentia, & futura in fauorem Creditorum, quia tunc etiam intrat ius adeundi sub dicta obligatione, itaq; non valebit repudiatio.

Romana scut. 18. mill.

Lunæ 24. Ianuarii 1622.

Argum. MCCCXLV. Papa quando signat commissionem per verbum *placet*, quid ex dicto verbo inferre intendat. In rescriptis gratiosis Papæ attenditur quid ipse rescribit, non autem extensio Regentis. Soluere quando quis tenetur pretium alicuius rei creditoribus prioribus, & portioribus, recte poterit illud deponere cū conditione expressa faciendi dictā solutionē, prout ipse est obligatus, & quādo dictū depositū dicatur rite, & recte factum ad hoc, vt ipse remaneat liberatus.

Bononien. Affrancationis.

Mercurij 26. Ianuarij 1622.

Argum. MCCCXLVI. Emptionis, & venditionis contractus vt dicatur fæneratitius ex eo, quia fuit factus cum pacto de redimendo, requiritur, vt adsit modicitas pretij, & ad hunc effectum qualis modicitas sit necessaria, nec non in his terminis ad quid habendus sit oculus, dum constituitur verum pretium rei. Administrator licet non admittatur ad emendam rem, quam administrat, tamen quando id non habeat locum.

Bononien. Transactionis.

Mercurij 26. Ianuarij 1622.

Argum. MCCCXLVII. Articuli dicuntur releuantes, dum pro sustinenda alienatione bonorum Ecclesiæ articulatur illius vtilitas & ideò non potest denegari remissoria, quæ in causis prophanis datur etiam sine fumo.

Perusina hæreditatis.

Lunæ 31. Ianuarij 1622.

Argum. MCCCXLVIII. Pars an censeatur renunciasse appellationi si se obliget, ac promittat stare ad omne mandatum iudicis, & resolutio est affirmatiua, ideoque lata in hoc casu sententia cum non intret appellatio, nihil remanet nisi vt executioni demandetur, idque verum intellige, quando iudicis certa persona non fuit contemplata, quia quando daretur talis contemplatio, tunc si sententia lata sit à diuerso iudice, non intrat dicta obligatio.

Bononien. Iuris prohibendi.

Lunæ 31. Ianuary 1622.

Argum. MCCCXLIX. Contra habentem ius prohibendi ex Statuto vt ex illo Bononię exercitij certę artis si promulgaretur sententia, a qua fuerit interposita appellatio, non potest pars appellatione pendēte quidquā innouare; cætera ex Summario.

Mutinen. Emphytheusis.

Veneris 18. February 1622.

Argum. MCCCL. Ad hoc vt litteræ compulsoriales speciales concedantur debet constare non solum de existentia scripturæ; sed etiam de interesse partis. Apostilla in margine instrumenti apposita absque approbatione Notarij rogati probat, quando constat illius manu esse scriptam, licèt diuerso atramento.

Neapolitana Massariæ.

Lunæ 21. Februarij 1622.

Argum. MCCCLI. De legitimo Inuentario quando non dicatur constare.

Romana Prætensæ Deuolutionis Domus.

Lunæ 21. Februarij 1622.

Argum. MCCCLII. Emphyteusim si quis obtinuerit pro se, & persona ab eo nominanda, dato, quod ea deueniat ad eius creditorem per subhastationem,&c. ipse creditor succedit in personam illius non solum quoad rem ipsam, sed etiam quoad conditiones, & pacta, ac Dominus directus dicitur approbasse talem translationem, si eius occasione recipiat laudemium. Hæredis institutio habet vim nominationis ad emphyteusim, & quid si emphyteuta habeat solum facultatem nominandi vnam personam, si instituat plures hæredes, vtrum primus institutus censeatur nominatus, vel an propietarius possit gratificari, cui voluerit.

Bononien. Cambiorum.

Veneris 25. Februarij 1622.

Argum. MCCCLIII. Litteræ cambij, probatis debitis requisitis, sine dubio excutioni sunt demandandæ. Fideiussor quando se obligat pro cambijs,& recambijs, censetur non pro primis tantum cambijs se obligare, sed etiam pro secundis, cum recambium sit nouum cambium procedens à primo. *Statutum Bononiense* tollens robur litteris cambij si infra annum non fuerint registratæ, procedit, quando debitor iurauit se soluisse, alias non intrat.

Sabinen. Castri Montis Rotundi.

Mercurij 2. Martij 1622.

Argum. MCCCLIV. Fideicommissum perpetuum, & absolutum in familia quando in aliqua re particulari per diuidentes censeatur inductum per prohibitionem eius alienationis extrà familiam, & quamuis per prohibitionem alienationis extrà familiam non censeatur inductum fideicommissum, tamen id non procedit, quandò sumus in absoluto fideicommisso, quod maximè procedit, stante parua affectione in re, ex qua familia denominatur.

Lucana Molendini.

Mercurij 2. Martij 1622.

Argum. MCCCLV. Non indiget.

Ariminen. Bonorum.

Veneris 4. Martij 1622.

Argum. MCCCLVI. Immissus in Saluiano vt possit posteà deuenire ad subhastationem vel debet adire Signaturam Gratiæ, & obtinere rescriptum, vt procedatur ad subhastationem constito de vero credito, vel obtinere consensum ab eo, de cuius interesse principali agitur.

Ferrarien. Pecuniaria.

Veneris 4. Martij 1622.

Argum. MCCCLVII. Obligans se ad aliquod præstandũ, cogi potest ad adimplendam promissionem, nec iuuatur, dum asserit, id fecisse per errorem, quia cum error non præsumatur, non sufficit id simpliciter asserere, sed simul debet illum perspicuè probare. Ac nonnulla habentur circa *Constitutionem Bonifacianam* quæ bona emphyteutica Ecclesiæ in ditione Ferrarien. reduxit ad instar bonorum allodialium.

Viterbien. Castrorum.

Veneris 11. Martij 1622.

Argum. MCCCLVIII. Saluianum competit pro Legato. Legitima licet non detrahatur ex fideicommisso particulari, tamen id non procedit, quando alia bona non adsunt, quod à filio, qui vult agere incumbit onus probandi. Testator potest disponere de re hæredis etiam absq; illius scientia, & dispositio censetur approbata per aditionem hæreditatis. Restitutio in integrum absque læsione non datur, minusque minori, qui factus maior intra quadriennium non reclamauit. In aditone hæreditatis opulentæ non requiruntur solemnitates statutariæ.

Romana Stagni.

Veneris 11. Martij 1622.

Argum. MCCCLIX. Non indiget.

Cauen. Confinium Parochialium.

Lunæ 14. Martij 1622.

Argum. MCCCLX. Parochialis Ecclesia debet manuteneri in quasi possessione Parochialitatis si de illa constat. Actus, qui constituunt in quasi possessione Parochialitatis adducuntur in decisione.

Abu-

Abulen. Beneficij

Veneris 8. Aprilis 1622.

Argum. MCCCLXI. Non indiget.

Romana Alimentorum.

Lunæ 11. Aprilis 1622.

Argum. MCCCLXII. Testator si alicui legauerit alimenta, illa quoque debentur, data morte hæredis, nam dum ea sunt legata simpliciter, debentur quousque viuit lagatarius, quod procedit etiam si Testator disposuerit, vt illa essent præstanda ab eius hærede; eumque nomine proprio nuncupauerit, vel dixerit ab infrascripto, vel suprascripto hærede præstanda essent alimenta, nam & hoc speciale est in materia alimentorum, vt hoc casu non habeatur oculus ad ipsam personam hæredis, sed legatarij.

Vallisoletana Parochialis.

Lunæ 11. Aprilis 1622.

Argum. MCCCLXIII. Instrumentum, & aliæ scripturæ quando dicantur in forma probanti.

Neapolitana Massariæ.

Veneris 15. Aprilis 1622.

Argum. MCCCLXIV. Ieuentarium quando non dicatur esse in forma probanti.

Adiacen. Beneficij.

Veneris 15. Aprilis 1622.

Argum. MCCCLXV. Vnio Seminario nondum erecto non valet, & contraria opinio est contrà *declarationes Congregationis Concilij, & sententiam Rotæ*. Seminarij nondùm erecti possessio an probetur ex possione Oeconomi. Ad Seminarij erectionem quæ requiruntur.

Romana Vineæ.

Lunæ 18. Aprilis 1622.

Argum. MCCCLXVI. Venditor tenetur ad restitutionem pretij, quamuis se obligauerit de euictione ex dato, & facto suo tantùm, dum euictio sequuta est ex facto alterius. Idque procedit etiamsi in instrumento fuerit à Notario rogato apposita clausula *alias &c.* quæ extensa per alium Notarium cum liberet etiam à restitutione pretij, dum non probatur, ità expressè actum fuisse inter partes, vel non docetur de stylo Notarij rogati taliter extendendi huiusmodi clausulam.

Gerunden. Iurispatronatus.

Veneris 22. Aprilis 1622.

Argum. MCCCLXVII. In Altari iam constructo potest in abstracto cappellania fundari, & in ea iuspatronatus reseruari. Quanta dos assignari debeat beneficio, seu Cappellaniæ, & quanta Ecclesiæ. Laici sunt capaces perceptionis fructuũ decimarum, secus autem iuris decimandi, itaut eis non suffragetur sola immemorabilis cum allegatione priuilegij, nisi vlterius concurrat fama illius, nec priuilegium, aut confirmatio Apostolica ad hunc effectum præsumitur spatio 200 annorum.

Romana Census.

Veneris 22. Aprilis 1622.

Argum. MCCCLXVIII. Exigibilitas census etiam post cessionem, vel dationem insolutum debetur, quando nedum promissum fuit, censum esse exigibilem cum promissione de euictione, sed addita etiam in specie obligatio in euentum alicuius euictionis, & inexigibilitatis.

Parmen. Status.

Mercurij 27. Aprilis 1622.

Argum. MCCCLXIX. Existens in quasi possessione legitimitatis admittendus est ad fideicommissum, ad quod vocati sunt solummodò illi, qui sunt procreati, & nati ex legitimo matrimonio verè, & non fictè, & contrarium asserens scilicet non esse procreatum ex tali matrimonio tenetur probare: circa hanc materiam copiosius in hac decisione, quam in quocumque alio loco habetur.

Ferrarien. Pecuniaria.

Mercurii 27. Aprilis 1622.

Argum. MCCCLXX. Patet ex Summario.

Carinolen. Præceptoriæ.

Veneris 29. Aprilis 1622.

Argum. MCCCLXXI. Ob *Regul. Canellar.* & non ad perfectionem gratiæ concessæ à Papa ante expeditionem litterarum Apostolicarum requiritur nouus consensus eam petentis, itaque si absque eo litteræ expeditæ fuerint, non tenet expeditio, & licita erit pænitentia. Vtens iure suo quando nihilominus teneatur ad expensarum refectionem parti, & quando non.

I N D E X

Maceratẽn. Saluiani.
Veneris 29. Aprilis 1622.

Argum. MCCCLXXII. Interdictum retinendæ competit possessori de tempore motæ litis, qualis est ille, qui à parte fuit occupator, & detentor nominatus, nam præsumptio cum sit pro possessore, vt non sit occupator, ideò reiecta illa qualitate occupationis remanet possessio probara per confessionem partis, quæ probatio superat omnes probationes. Index quando nulliter, & notoriè ininstè dicatur procedere quando agitur vigore Saluiani. Sententiæ nullitas est sa- clara, quando sine citatione fuit lata.

Bononien. Fideicõmmissi de Lucio.
Lunæ 2. Maij 1622.

Argum. MCCCLXXIII. Per fideicommissum vt quis succedere possit, quidnam sufficiat, & quando substitutio dicatur compendiosa, quamuis in ea desit dictio *quandocumque*. Descendens ex filia Testatoris ad effectum vt quis succedat ad fideicommissum ad illorum fauorem constitutum, qualiter id probare possit. Viuere quis non præsumitur vlta centum annos.

Romana Domus.
Mercurij 4. Maij 1622.

Argum. MCCCLXXIV. Patet ex Summatio.

Fauentina Pecuniaria.
Mercurij 4. Maij 1622.

Argum. MCCCLXXV. Venditionis, & emptionis contractus resoluitur, quando non fuit perfectus, ac ille, in quem fuit collatum arbitrium declarandi pretium, ante declarationem decessit. Ad emptionis, & venditionis contractus substantiam, quidnam requiratur. Tertius electus ad declarandum pretium rei venditæ, si noluerint illud declarare, licèt de iure Canonico recurratur ad arbitrium boni viri, tamen id non procedit quo ad fideiussores.

Gerunden. Beneficij.
Lunæ 9. Maij 1622.

Argum. MCCCLXXVI. Gratiosè subrogato ad hoc vt concedatur immissio, quæ requiruntur, & quando dicantur probata.

Pampilonen. Matrimonij.
Veneris 13. Maij 1622.

Argum. MCCCLXXVII. De Matrimonij dissolutione quando agitur ob impotentiam cœundi antequam ad dictam dissolutionem deueniatur, debet à Mulieribus inspici Mulier, & à Viris Maritus, & quid sit faciendum, quando ex eorum relationibus appareat, signa dictæ impotentiæ esse æquiuoca. Ac plura habentur circa deputationem Obstetricium faciendam à Iudice, quando Mulier est inspicienda, an sit verum; vt sit impotens ad cœundum scilicet circa numerum Obstetricium, peritiam, & ætatem.

Maioricen. Tæsaurariæ.
Mercurii 18. Maij 1622.

Argum. MCCCLXXVIII. Collatio Beneficij quando vacauit in mense Octobris, spectat ad Episcopum gaudentem alternatiua, & ideò prouisio tanquam de reseruato non tenet. Quasi possessio conferendi beneficia quando suffragetur. Cætera patent ex Summario.

Nouarien. Legati.
Veneris 20. Maij 1622.

Argum. MCCCLXXIX. Legatum si quis fœminæ relinquerit, dum matrimonium contrahit, an tale legatum debeatur, si nupserit in Domino Monasterium ingrediendo, resolutio est affirmatiua, quia si testator fuisset interrogatus, an quoq; illud relinquebat, dum illa Monialis effecta esset, censeri potest affirmatiuè respondisse, & licet ab hac conclusione recedatur, quando testator apparet intellexisse de nuptijs carnalibus, & non spiritualibus, tamen in his terminis non sufficit testatorem sensisse de nuptijs carnalibus, nisi etiam senserit ad exclusionem nuptiarum spiritualium. Et quid dum dixit relinquo legatum Seiæ, quando se matrimonio copulauerit.

Ildesimen. Optionis.
Veneris 20. Maij 1622.

Argum. MCCCLXXX. Iudicialiter satis superq; dicitur fuisse processum, quando interuenit Iudex, Actor, & Reus, item si fuerit porrectum libellum, vel fuerit imploratum officium Iudicis nobile ad aliquid assequendum, aut constet, sententiam fuisse latam, quod est manifestissimum signum: Tractatur etiam de ap-

posi-

positione sequestri, dùm possessio fuit capta appellatione pendente, quod sequestrum venit apponendum, etiam si constaret Iudicem non habuisse iurisdictionem, & quare. Procedens de facto non debet esse melioris conditionis, quam ille, qui de iure coram Iudice procedit.

Romana de Magdalenis.

Lunæ 22. Maij 1622.

Argum. MCCCLXXXI. Fructuum perceptio probatur ex locatione, illorum verò quantitas à consuetis, cum præsumatur perceptum id, quod communitèr consueuit percipi.

Vlixbonen. Beneficij de Azambusa.

Lunę 23. Maij 1622.

Argum. MCCCLXXXII. Patet ex Summario.

Ariminen. Dotis.

Mercurij 25. Maij 1622.

Argum. MCCCLXXXIII. Socius in communione quando extare dicatur, itaut ad dotis restitutionem teneatur pro socio.

Romana Palatij de Ferratinis.

Lunæ 30. Maij 1622.

Argum. MCCCLXXXIV. Pacta aliqua iu contractu emptionis, & venditionis quando sunt reseruata, quæ tamen no respiciunt substantialia contractus, sed accidentalia, tunc si partes non concordent, recurritur ad arbitrium boni viri. Emens rem subiectam fideicommissodicitur securus stante derogatione Apostolica. Creditores super fideicommisso conditionali sui debitoris, durante illius vita possunt prætendere fructus illius.

Cæsaraugustana Pensionis.

Veneris 3. Iunij 1622.

Argum. MCCCLXXXV. Non delatio habitus clericalis ex testibus quãdo dicatur probata: Ex non delatione habitus huiusmodi pensio ipso iure extinguitur, & taliter extincta non reuiuiscit per superuenientem susceptionem militiæ Lauretanæ.

Romana Stagni.

Lunæ 6. Iunij 1622.

Argum. MCCCLXXXVI. Nonnulla de possessione, & manutentione, quæ patent ex Summario.

Viterbien. Castrorum.

Veneris 10. Iunij 1622.

Argum. MCCCLXXXVII. Pro legato an, & quando competat hypotheca, & consequenter Saluianum. Testator potest rem hæredis legare, aliterue disponere, itaut si hæres simpliciter adeat hæreditatem, censetur approbasse dispositionem testatoris. Aduerte tamen quod adhoc vt per aditionem absque beneficio leg. & inuent. indicatur approbatio, requiritur scientia dispositionis explicitè, si versetur in fideicommisso vniuersali; secus si in particulari, vel alio simili particulari relicto.

Romana Præcodij.

Veneris 10. Iunij 1622.

Argum. MCCCLXXXVIII. Alienatio bonrũ pupilli, & minoris ad hoc vt valeat, & festineatur quando, & quæ solemnitates requirantur.

Romana Iuris creandi Notarios.

Lunæ 13. Iunij 1622.

Argum. MCCCLXXXIX. Protonotarij Apostolici de numero participantium gaudent priuilegio creandi Notarios tam Romæ, quam extra, & in hoc sunt in quasi possessione. Item quæritur, an isti Notarij ab eis creati possint exercere officium Tabellionatus absque eo, quod fuerint descripti in Collegio Archiuij, & responsio est negatiua, quia Bulla *Sixti V.* ex qua dd. Prothonotarij habent tale priuilegium, non derogat Bullæ *Iulij II.* latæ ad fauorem Archiuij, in qua cauetur, vt nullus possit exercere officium Notariatus, nisi sit descriptus in dicto Archiuio.

Bononien. Canapis.

Lunæ 20. Iunij 1622.

Argum. MCCCXC. Socius ex re communi aliquid proprio nomine emens potest sibi acquirere, etiamsi inter eosdem socios adsit conuentio de emendo rem nomine sociali, & isto casu tenetur tantumodò ad interesse fauore consocij, quatenus ab illo probetur.

Romana Dotis.

Lunæ 20. Iunij 1622.

Argum. MCCCXCI. Pater constituendo dotẽ filiæ in tot scutis cum relatione ad scuta data primæ filiæ in dotem, tunc ad cogno-

gnoscendum, an dicta scuta debeant esse auri, vel argenti, videndum est, an prima dos fuerit intellecta de scutis auri vel argenti, & quatenus fuerit intellectum de scutis auri, an secundæ filiæ noceat, quod filia prima non in scutis auri, prout poterat, sed in scutis argenti dotem receperit.

Rauenaten. Funeralium.

Lunæ 20. Iunij 1622.

Argum. mcccxcii. Patet ex Summario.

Ariminen. Bonorum.

Mercurij 22. Iunij 1622.

Argum. mcccxciii. Patet ex Summario.

Placentina Cappellaniæ.

Mercurij 22. Iunij 1622.

Argum. mcccxciv. Non indiget.

Cauen. iuris eligendi Cappellanum

Lunæ 27. Iunij 1622.

Argum. mcccxcv. Non indiget.

Calaguritana Liquidationis Fructuum.

Lunæ 27. Iunij 1622.

Argum. mcccxcvi. Non indiget.

Romana Separationis Thori.

Lunæ 27. Iunij 1622.

Argum. mcccxcvii. Vxor cum diuertit à Marito ex iusta causa, ipse maritus tenetur eidem alimenta præstare, & in qua quantitate, id in arbitrio Iudicis est remissum, qui in taxatione oculum habere debet ad quantitatem patrimonij, reddituum, & qualitatem personarum, ac in his terminis ad quantitatem dotis, & taxationem fructuum à statuto factam; Filia in nullo loco melius potest custodiri, quam sub tutela matris, & maxime dum est honestissima.

Bononien. Fideicommissi de Lucio.

Lunæ 27. Iunij 1622.

Argum. mcccxcviii. Identitas bonorum fideicommisso subiectorum probari potest ex diuersis inuentarijs, diuerso tempore ab hæredibus grauatis confectis; Item probàtur ex instrumentis diuisionum inter vocatos factarum, & ex alijs, vt hic in *decisione*. Bona fideicommisso subiecta, si in eius vita fideicommittens alienauerit cum pacto de redimendo; dum ea posteà reperiuntur in hæreditate, præsumuntur ab eodem redempta, & quid si non fuerint redempta, an sint describenda in inuentario, & quid an ea veniant in fideicommisso.

Cervien. Fideicommissi.

Veneris 1. Iulij 1622.

Argum. mcccxcix. *Rota* licet indubitanter sequatur opinionem, vt filij in conditione positi non censeatur vocati, tamen à prædicta opinione passim recedit ex coniecturis prout est de mente iuris, vt recedatur, & vocatio inducatur, prout accidit in casu præsenti, in quo multæ coniecturæ pro vocatione filiorum positorum in conditione concurrebant, quæ eò faciliùs admittuntur, quando agitur de descendentibus testatoris, & coniecturæ non de per se, sed simul sunt considerandæ.

Romana Deuolutionis Domus.

Veneris 1. Iulij 1622.

Argum. mcccc. Non indiget.

Romana Fructuum.

Veneris 1. Iulij 1642.

Argum. mcccci. Emptor si retineat rem, & prætium omnis æquitas suadet, nè locupletetur cum aliena iactura, vt teneatur ad fructus compensatiuos, quousque pretium soluat, ac liquidatio eorum fructuum spectat ad eos, qui illos petit; & quid si nulli fructus fuerint præcepti ex re empta, an tunc cesset æquitas *l. curabit C. de act. empt.* & resolutio est affirmatiua.

Vercellen. Beneficij.

Veneris 1. Iulij 1622.

Argum. mccccii. Patet ex Summario.

Vrbeuetana Fideicommissi.

Sabbati 5. Nouembris 1622.

Argum. mcccciii. Patet ex Summario.

Romana Palatij de Ferratinis.

Lunæ 14. Nouembris 1622.

Argum. mcccciv. Vendita quando est vna res duobus, quamuis præferatur ille, cui primo ea res fuit tradita, tamen id fallit, quando secundus Emptor, cui primo fuit res consignata, notitiam habuit de prima venditione, cum tunc participet cum Venditore ad præiudicium primi emptoris, cui res non fuit tradita, licet non possit inhiberi Venditori, ne rem alteri vendat, tamen quæ cautela in hoc seruari possit. Alienatio bonorum fidei-

com-

commiſſo ſubiectorum, valida eſt ſtante derogatione fideicōmiſſi facta per Summum Pontificem.

Gerunden. Fructuum.

Lunæ 14. Nouembris 1622.

Argum. MCCCCV. Non indiget.

Adiacen. Beneficij.

Mercurij 16. Nouembris 1622.

Argum. MCCCCVI. Poſſeſſio capta nomine Seminarij nulliter, & de facto erecti valet, *& Soc. Sen.* contrarium ſentiens reprobatur.

Romana Adminiſtrationis Fundaci.

Lunæ 28. Nouembris 1622.

Argum. MCCCCVII. Signatura gratiæ ſi in terminis rei iudicatæ committat cauſam reſtitutionis in integrum, prout de iure, & ſinè præiudicio rei iudicatæ arbitrio Rotæ, quo ſtante diſcutitur, quando intret tale arbitrium, ità vt ſit procedendū in cauſa reſtitutionis in integrum abſque eo, quod procedatur ad vlteriorem executionem rei iudicatæ. Exceptiones contrà rem iudicatam quando admittantur, licet non incontinenti probatæ.

Ildeſmen. Optionis.

Lunæ 28. Nouembris 1622.

Argum. MCCCCVIII. Optio regulariter ſpectat ad antiquiorem Canonicum, & quid ſi ſit abſens, cum licentia tamen Capituli. Abeſſendi licentia ad certum tempus quando eſt conceſſa alicui, à die datæ computandi, & tunc currere incipit à dicto tempore, quando verò ſimpliciter eſt conceſſa, & eo caſu à tempore ipſius abſentiæ fieri debet calculus. Capitulum quando dicatur habuiſſe pro valida licentiam ab eo datam Canonico abeſſendi.

Neapolitana Maſſariæ.

Veneris 2. Decembris 1622.

Argum. MCCCCIX. Hæres non poteſt impugnare factum defuncti etiam ſub prætextu quod adiuerit hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij, dum de inuentario non conſtat, vel patitur plures defectus nempe ſubſcriptione hæredis, decreto Iudicis, & præſentia tabulariorum, & trium teſtium.

Romana Stagni.

Lunæ 12. Decembris 1622.

Argum. MCCCCX. Creditor detentatione, qua adeptus fuit an, & quando dicatur priuatus. Anterior poſſeſſor acquieſcens poſſeſſioni poſterioris, ſibi præiudicat. De acquieſcentia quando dicatur conſtare vide in deciſione.

Gerunden. Iuriſdictionis.

Lunæ 12. Decembris 1622.

Argum. MCCCCXI. Ius ſtatuendi ſuper diſtributionibus anniuerſariorum de iure competit Abbati, & Capitulo. Cætera patent ex Summario.

Romana ſcut. 2000.

Veneris 16. Decembris 1622.

Argum. MCCCCXII. Fideiuſſio extinguitur per ſolutionem debiti, quod procedit etiam per compenſationem, vel dationem in ſolutum. Et agitur hic de extinctione fideiuſſionis per compenſationem crediti fideiuſſoris cum debito principalis, vt valeat, accedente tamen ſuper hoc conſenſu vtriuſque.

Romana Pecuniaria.

Veneris 16. Decembris 1622.

Argum. MCCCCXIII. Verba epiſtolæ, de quibus in Summario, quando non induceant obligationem. Error quamuis regulariter non præſumatur, id tamen procedit, quando principaliter agitur ſuper ipſo errore, ſecus ſi incidenter.

Romana Palatij de Ferratinis.

Veneris 13. Ianuarij 1623.

Argum. MCCCCXIV. Non obſtantibus illis verbis appoſitis in apoca venditionis *con li patti, conditioni, e cautele, che faremo d'accordo frà di noi, e ſecondo che ſi conterrà nell'inſtrumento, & altri ſpacci, che ſopra ciò ſaranno neceſſarij, & vtili*, venditio dicitur perfecta. Emptori ſatis cautum eſt per cautionem ad eius fauorem præſtitam à creditoribus venditoris de reſtituendo prioribus, & potioribus, vltrà obligationem de euictione, ad quam tenetur idem venditor, vndè iſto caſu emptor non poteſt prætendere à venditore cautionem de euictione.

Romana Domus.

Veneris 13. Ianuarij 1623.

Argum. MCCCCXV. In recuperatione rei Eccleſiæ nulliter alienatæ ob non ſeruatas ſolem-

solemnitates, vel ob alterationem soliti debentur fructus solumodò à die motæ litis non autem alienationis, quando dubium consistit in facto, siue in dubio iuris valde dubij.

Pampilonen. Matrimonij.
Lunæ 16. Ianuarij 1623.

Argum. MCCCCXVI. Ad hoc vt matrimonium propter impotentiam coeundi dissoluatur coniuges debent iurare, quod per trienniũ insimul habitauerint, & non potuerint insimul commisceri, sicuti etiam debent iurare septem eorum propinqui, quod intera coniuges incubuerint operi nuptiali, & quod ipsi verum dixerint.

Leodien. Parochialis.
Lunæ 23. Ianuarij 1623.

Argum. MCCCCXVII. Non indiget.

Carinolen. Præceptoriæ, seu Commendæ.
Lunæ 23. Ianuarij 1623.

Argum. MCCCCXVIII. Ante præstitum consensum resignationi est locus pœnitentiæ, sed tamen pœnitens tenetur reficere expensas ab altera parte factas.

Vallisoletana Parochialis.
Lunæ 30. Ianuarij 1623.

Argum. MCCCCXIX. Vnio remanet probata ex Bulla vnionis emanata à Summo Pontifice, de cuius potestate in beneficialibus absurdum est dubitare. *Regula reuocatoria vnionum* quando locum non habet. Dum vnio est clarè probata, asserenti contrarium ad quam probationem teneatur. Vnionis titulus quamuis patiatur aliquam difficultatem, tamen sufficit ad præscriptionem, ad quam requiritur aut immemorabilis, aut quadragenaria cum titulo.

Ariminen. Iurispatronatus.
Lunæ 30. Iaunarij 1623.

Argum. MCCCCXX. Patet ex Summario.

Romana Fructuum.
Mercurij 1. Februarij 1623.

Argum. MCCCCXXI. Emptor ad fructus recompensatiuos non tenetur, si postquam fuerunt deductæ expensæ, illi non remanserint fructus, quamuis aliqui DD. opinauerunt, quod etiam isto casu teneatur ratione eius perfidiæ, quæ tamen opinio reprobatur. Opinio quod fructus recompensatiui debeantur ex re sterili non procedit, quando fuit vendita res non sterilis.

Interamnen. Legitimarum.
Veneris 10. Februarij 1623.

Argum. MCCCCXXII. Quando agitur de æstimatione ad effectum ponendi rationem legitimæ debitæ non in pecunia, sed in corporibus, tunc præsumitur iusta, & non excessiua etiam si testes non concordent, dummodo Periti deputati sint inter se vnanimes, & quatenus etiam esset excessiua in hoc casu parum refert.

Maioricen Thæsaurariæ.
Veneris 13. Februarij 1623.

Argum. MCCCCXXIII. Beneficium non esse simultaneæ collationis probatur ex quo Episcopus est in quasi possessione conferendi similia beneficia.

Bonon. Cambij.
Lunæ 13. Februarij 1623.

Argum. MCCCCXXIV. Fideiussor obligans se pro cambio, & recambio pro certo, & determinato loco faciendo quando dicatur casus obligationis expirasse, itaut ipse ad aliud non teneatur, & quando clarè appareat, quod fideiussor cambiorum noluerit se obligare pro cambijs generalitèr, sed pro certis in specie.

Bracharen. Archidiaconatus.
Lunæ 13. Februarij 1623.

Argum. MCCCCXXV. Examinatur an gratia sit iustificata mediante depositione testium tam quoad obitum in possessione beneficij, quam quo ad Clericatum, originem, & valorem, & affirmatiuè concluditur.

Tullen. Expensarum.
Veneris 17. Februarij 1623.

Argum. MCCCCXXVI. Non indiget.

Interamnen. Legatorum.
Veneris 10. Martij 1623.

Argum. MCCCCXXVII. Patet ex Summario.

Gerunden. Dismembrationis.
Lunæ 23. Martij 1623.

Argum. MCCCCXXVIII. Sicuti potest Episcopus propter nimiam distantiam Populi ab Ecclesia Parochiali absque aliqua solemnitate ordinare, vt alia ædificetur, & certa portio eiusdem Ecclesiæ Parochialis assignetur, ita etiam potest ordi-

ordinare, vt in Cappella posita intra limites Parochiæ prædictæ inseruiat aliquis Cappellanus cum assignatione certæ portionis.

Gerunden. Fructuum.

Lunæ 13. Martij 1623.

Argum. MCCCCXXIX. Procurator habens mandatum ad claudendum computa, non potest confiteri se recepisse. Salarium nedum non debetur sequestratario, qui fuit electus à Iudice publica auctoritate, sed etiam nec ei, qui nullum sentit incommodum.

Firmana Altaris S. Ludouici.

Veneris 17. Martij 1623.

Argum. MCCCCXXX. Auditor Rotæ in causa beneficiali coram eo pendente quam auctoritatem habeat. Gratia obtenta lite pendente cum tali casu non liceat Principi supplicare, ideoque est nulla, & quid si sit facta mentio litis, & stante tati mentione, an absque vitio attentatorum gratia obtenta possit executioni demandari; & plura habes, quando subrogatus gratiosè capiendo possessionem beneficij attentet, & quando non.

Cæsaraugustana Electionis.

Lunæ 20. Martij 1623.

Argum. MCCCCXXXI. In electionibus non est habenda ratio eorum, qui noluerunt votare, vel qui recesserunt à loco. In electionibus quanta sit vox Prælati, & quanta Capituli, ad hoc vt actus electionis substineatur.

Romana Depositi.

Veneris 24. Martij 1623.

Argum. MCCCCXXXII. Obligatio facta à creditore de tenendo in depositum bona debitoris, & de illa consignando ad omne mandatum Iudicis N. tanquam creditori si appareat non constare de istius credito tanquam ex falsa causa corruit.

Leodien. Canonicatus S. Dionisij.

Lunæ 27. Martij 1623.

Argum. MCCCCXXXIII. Prouisus ab Ordinario non tenetur iustificare validitatem suæ gratiæ, cum prouisio dicatur facta motu proprio. Per resignationem, quæ non habuit effectum, non fuit abdicatum ius à resignante. Beneficium quando dicatur vacare per resignationem, & quando per obitum.

Narnien. Confinium.

Veneris 31. Martij 1623.

Argum. MCCCCXXXIV. Dum aduersus concordiam Apostolica auctoritate confirmatam cum clausula *sublata*, *& decreto irritanti* Papa in Signatura Gratiæ rescribit *de aperitione Oris arbitrio Rotæ*, tunc debet concludenrer constare de læsione vltra dimidiam habito respectu ad dubium litis euentum ad hoc vt intret arbitrium.

Fanen. Emphitheusis.

Lunæ 3. Aprilis 1623.

Argum. MCCCCXXXV. Non indiget.

Bracharen. Archidiaconatus.

Lunæ 14. Aprilis 1623.

Argum. MCCCCXXXVI. Non indiget.

Romana Pecuniaria, seu Cambij.

Veneris 28. Aprilis 1623.

Argum. MCCCCXXXVII. Contractus initus cum mercatore, qui se obligauit intra quatuor menses soluere in Vrbe scut. 85 monetæ pro quolibet centenario monete Neapolitanæ inibi consignatæ valet.

Regien. Vnionis.

Veneris 5. Maij 1623.

Argum. MCCCCXXXVIII. Immissio vigore litterarum Apostolicarum non potest impediri exceptione validitatis, vel inualiditatis vnionis requirens altiorem indaginem, quando reseruatio est clara, & gratia iustificata. Vnionem non habuisse effectum probatur, ex quo vna ex Ecclesijs vnitis est in statu collatiuo. Clausula *Saluis reseruationibus, & affectionibus Apostolicis* apposita per Papam in confirmatione vnionis quid importet.

Romana Legati.

Mercurij 10. Maij 1623.

Argum. MCCCCXXXIX. Contractus initus à minore sine debitis solemnitatibus à iure vel à statuto requisitis, licet nullitati subijciatur, tamen conualescit, si cum prædictis solemnitatibus fuerit à minore ratificatus, & quid ad hunc effectum requiratur. Contractus initus cum minore aliquo modo non est dicendus dolosus, quando minor non fuit læsus. Clausula *citra innouationem* posita in ratificatione alicuius contractus quid operetur, & qualiter intelligenda veniat. Minor vel Mulier ratificando contractum nullum

opus est vt notitiam habeant dictæ nullitatis, quod cessat, quando non fuerunt læsi.

Bracharen. Archidiaconatus.
Veneris 12. Maij 1623.
Argum. MCCCCXL. Puritas sanguinis, quæ de iure præsumitur, adminiculatur ex deductis in decisione.

Asculana Iurispatronatus.
Veneris 12. Maij 1623.
Argum. MCCCCXLI. Non indiget.

Ariminen. Dotis.
Lunæ 15. Maij 1623.
Argum. MCCCCXLII. Frater, & socius an, & quando teneatur ad restitutionem dotis vxoris consocij, & fratris. Confessio quando debeat interpretari contra confitentem.

Firmana Beneficij.
Mercurij 17. Maij 1623.
Argum. MCCCCXLIII. Patet ex Summario.

Romana Saluiani.
Mercurij 17. Maij 1623.
Argum. MCCCCXLIV. In Saluiano interdicto, vt quis obtineat, quid sufficiat, vt probet; Census non cadit sub hipotheca generali bonorum quando prohibita est illius alienatio, etiam alienationis latissimo sumpto vocabulo, & quid an possint hypotecari, seu obligari illius fructus, & respondetur bene illos posse obligari obligatione personali, non autem reali. Appellatione bonorum venit etiam nomen debitoris, & quando id sit verum.

Romana Beneficiatus S. Laurentij in Damaso.
Lunæ 22. Maij 1623.
Argum. MCCCCXLV. Iuspatronatus probatur ex præsentationibus effectum sortitis spatio 40. annorum etiam absque fama, quando concurrunt adminicula, & non agitur de iurepatronatus vniuersitatis, aut familiæ potentis. Quæ Beneficia Vrbis possint conferri exteris cum regulariter ex indulto Leonis Romanis conferenda sint. Iuspatronatus spectans ad Confraternitatem Laicorum an, & quando dicatur Ecclesiasticum, & quando Laicale.

Interamnen. Legitimarum.
Lunæ 22. Maij 1623.
Argum. MCCCCXLVI. Ad restitutionem dotis vxoris vnius ex fratribus tenentur omnes, qui simul fecerunt quietantiam illius cum assertione, quod dotem conuerterunt, & conuertere volebant in communem vsum; secus autem si maritus solus illam recipit, nec probetur versio in communem vtilitatem, nec minus societas omnium bonorum inter fratres, quæ operatur, vt restitutio debeat fieri de comunibus bonis.

Heldesimen. Optionis.
Veneris 26. Maij 1623.
Argum. MCCCCXLVII. Optionis multa afferuntur, quæ vti sæpè contingentia sunt notatu digna.

Sabinen. Castri Montis Rotundi.
Lunæ 29. Maij 1623.
Argum. MCCCCXLVIII. Grauitus, cui fuit concessa facultas alienandi, potest disponere etiam per viam vltimæ voluntatis. Attento præcepto testatoris, quod res relinqui debeat in familia, potest grauatus vnum de familia eligere, quamuis remotiorem, alioquin succedet proximior de familia, & erit locus fideicommisso de vno in alium gradatim. Ordinato fideicommisso, & concessa facultate hæredi grauato alienandi tunc censetur inductum fideicommissum eo tantum casu, quo alienatio non sequitur.

Ariminen. Bonorum.
Lunæ 29. Maij 1623.
Argum. MCCCCXLIX Interdictum quorum bonorum non potest denegari vocato ad fideicommissum ad eius fauorem purificatum. Feminæ succedunt in fideicommisso ob defectum masculorum, qui ante eas erant vocati. Representatio tunc solum habet locum, quando agitur de hæreditate ascendentis, vel Patrui.

Signina Castrorum.
Veneris 2. Iunij 1623.
Argum. MCCCCL. Periurij, & absolutionis à iuramento plura scitu digna exponuntur. Renunciatio non potest dici læsiua, data scientia eius, quod renunciatur. Ad læsionem determinandam debent considerari omnes circunstantiæ, ac tempus

plus contractus, non id quod contingit. Quamuis articuli passim admittantur cum clausula *saluo iure impertinentium, & non admittendorum*, tamen id non procedit, quando incontinenti constat eos esse reijciendos.

Montis Falisci Fideicommissi.

Veneris 9. Iunij 1623.

Argum. MCCCCLI. Statutum non porrigit vires extra territorium, siue sit conceptum in rem, siue in personam. Moniales ante professionem non dicuntur contraxisse Domicilium in illo loco, in quo situm est Monasterium. Statutum Laicorum non ligat personas Ecclesiasticas.

Viterbien. Castrorum.

Lunæ 12. Iunij 1623.

Argum. MCCCCLII. Hypotheca legalis de qua *in l. 1. C. commun. de leg.* competit super bonis subiectis fideicommisso ad fauorem legatarij, & aliorum in legato comprehensorum, quando testator de illis disposuit, & eius dispositionem legatarius approbauit mediante aditione hæreditatis facta simpliciter. Et latissime quando nec hypotheca legalis resultans ex *d. l.* 1. competat. Quamuis fideicommissarius regulariter succedat testatori, non autem grauato etiamsi iste illum hæredem instituerit, tamen id non procedit, quando hæres grauatus expresse disposuit de bonis subiectis fideicommisso ad fauorem fideicommissarij, qui illius hæreditatem simpliciter sine beneficio legis, & inuentarij adeundo approbauit dispositionẽ factam de bonis fideicommissarijs.

Parmen. Status.

Mercurij 14. Iunij 1623.

Argum. MCCCCLIII. Legitimatus per subsequens matrimonium non potest prætendere fideicommissum, ad quod fuit vocati filij legitimi, & naturales, & de legitimo matrimonio nati vere, & non ficte. Quasi possessio legitimitatis verè, & non fictæ ex quibus probetur.

Romana fideicommissi de Caetanis.

Mercurij 14. Iunij 1623.

Argum. MCCCCLIV. Testes deponentes de fama notariatus debent percutere tempus datæ instrumenti ad hoc vt illud dicatur in forma probanti; licèt ad recognitionem scripturæ antiquæ sufficiant adminicula, tamen illa, quæ in decisione adducuntur fuit resolutũ non suffragari.

Fanen. Emphyteusis.

Lunæ 19. Iunij 1623.

Argum. MCCCCLV. Dominus directus si postquam ei est aperta emphyteusis, eam pro se retinere non intendit, tenetur illam renouare proximioribus eorum, quibus dicta emphyteusis fuit concessa, & ad hunc effectum vt quis obtineat, quid probare grauetur, & præsertim doceri debet, quod emphyteusis terminata sit, ac noua inuestitura facta sit. Emphyteusis concessa alicui ad tertiam ipsius generationem, dum aliquis ex his superest nunquam potest dici ea aperta, quod procedit etiam si fratres diuidendo inter se bona dicta emphyteusis ad aliquos eorum tantum peruenerit, quia eis mortuis illa reuertitur ad eos fratres, qui per diuisionem ab ea fuerunt exclusi.

Cremonen. Canonicatus.

Veneris 23 Iuny 1623.

Argum. MCCCCLVI. Si concordia initia inter Capitulum, & Ordinarium circa prouisionem Canonicatuum loquatur tantum de mensibus alternatis non trahitur ad menses reseruatus, idcirco concordia non intrat, si Ordinarius vigore Indulti conferat in mensibus reseruatis.

Romana Census scut. 18. mil.

Veneris 23. Iunii 1623.

Argum. MCCCCLVII. Emptor, qui à Papa obtinuit, quod data cedula bancharia in actis cum promissione de soluendo summas creditoribus iuxta gradum, & locum vnicuique assignandum, data cedula ad formam gratiæ liberationem consequitur, & tunc creditores possunt agere coram Iudice, & canonizato eorum credito, illud ex cedula mercatoris obtinere.

Bracharen. Thesaurariæ.

Veneris 23. Iunij 1623.

Argum. MCCCCLVIII. Prohibitio emanata à San. mem. Clemente VIII. & Paulo V. per litteras in forma Breuis circa collationem beneficiorum existentium in Regnis Portugalliæ, & Algarbiorum personis de genere, seu stirpe Hæbreorum dependentibus vsque ad septimum gradum, quæ beneficia comprehendat.

Cæsa-

Cæsaraugustana Præheminentiarũ.

Veneris 10. Nouembris 1623.

Argum. mcccclxix. Breue primum Pontificis non præiudicat, quando per aliud subsequens declarauit cum clausulis, & verbis prægnantibus eius intentionem, non fuisse præiudicandi etiamsi in primo breui legatur clausula *sublata*, & *decretum irritans*. Cœtera patent ex Summario.

Gerunden. Iurispatronatus.

Veneris 10. Nouembris 1623.

Argum. mcccclxx. Iuspatronatus an acquiratur ex dotatione facta ex decimis spectantibus ad Parochum, qui tamen nihil opponat.

Signina Castrorum.

Luna 13. Nouembris 1623.

Argum. mcccclxxi. Si fideicommissum, legatum, vel aliam similem dispositionem nondum purificatam quis repudiauerit, an & quando sustineatur huiusmodi repudiatio, & hac occasione multa habentur de hac materia. Renunciationis vis, & effectus qualis sit. Statutum requirens insinuationem in donationibus intelligi debet de donationibus veris, & proprijs, non de improprijs, quæ autem dicatur donatio vera vide in decisione, vbi etiam adducuntur multa circa correspectiuitatem.

Brixien. Parochialis.

Luna 13. Nouembris 1623.

Argum. mcccclxxii. Non indiget.

Cæsaraugustana Distributionum.

Veneris 17. Nouembris 1623.

Argum. mcccclxxiii. Testes melius informati, & verisimilia deponentes præferuntur alijs. Testibus de Capitulo est credendum, præsertim quando eorum depositiones coadiuuantur. Ex ostensione articulorum non inducitur subornatio, aut instructio testium.

Cæsaraugustana Pensionis.

Veneris 17. Nouembris 1623.

Argum. mcccclxxiv. Pensiones exactæ à Pensionario post non delationem habitus Clericalis debent restitui, cum per non delationem pensio remaneat extincta. Nonnulla notabilia circa dispositionem *l. quicumque C. de apoc. lib. 11.*

Bononien. Iuris prohibendi.

Luna 20. Nouembris 1623.

Argum. mcccclxxv. De *Statuto Bononiæ* disponente circa distantiam vnius apothecæ ab alia.

Mutinen. Plebis.

Veneris 24. Nouembris 1623.

Argum. mcccclxxvi. Articuli ad probandũ iuspatronatus dicuntur releuantes, si contineant inscriptionem antiquissimã in pariete Ecclesiæ, & famam publicam iurispatronatus. Remissoria in causa beneficiali in prima, & in secunda instantia datur solum facta obligatione de stando vnica. Causa quando dicatur beneficialis.

Granaten. Computorum.

Luna 27. Nouembris 1623.

Argum. mcccclxxvii. Iudicium redditionis rationis, in quo interuenit Clericus debet instrui, & terminari coram Iudice Ecclesiastico. Instantia cæpta coram Iudice Ecclesiastico contra Clericum defunctum, coram eodem debet terminari; secus autem si Clericus succedat laico, & causa fuerit instructa coram Iudice laico.

Romanã depositi.

Luna 27. Nouembris 1623.

Argum. mcccclxxviii. Dominus directus, qui pro canonibus obtinuit fructus sequestrari, potest agere contra fideiussorem in forma depositi datum à debitore, & fideiussor præuia solutione facta, & obtenta iurium cessione potest agere contra ipsum principalem debitorem.

Ariminen. Bonorum.

Luna 11. Decembris 1623.

Argum. mcccclxxix. Testamentum originale an debeat produci ad effectum obtinendi immissionem in terminis *l. final. C. de edict. D. Adr. toll.* & affirmatiuè respondetur, nam aliter non potest Iudex cognoscere, an sit abolitum vel cancellatum, nisi dictum originale producatur, & vide limitationem. Notarius eum teneatur scribere instrumentum exemplatum an dum est impeditus id facere, teneatur in subscriptione illius de hoc facere mentionem. Cum pro Notario stet præsumptio, quid ex tali præsumptione sequatur.

Rauennaten. Litterarum Cambij.

Veneris 12. Ianuarij 1624.

Argum. MCCCCLXXX. Per acceptationem litterarum Cambij factam à mercatore, qui ante solutionem decoxit, non remanet liberatus scribens. Confessio extraiudicialis per depositiones testium quando dicatur probata, vel non.

Vlixbonen. Quartanariæ.

Lunæ 15. Ianuarij 1624.

Argum. MCCCCLXXXI. Impuritatem sanguinis allegans tenetur illam probare. Impurus si effectus fuit incapax Dignitatum, & Canonicatuum per aliquam Constitutionem Papæ, attamen est capax cæterorum Beneficiorum. Gratia ad effectum immissionis quando debeat formiter iustificari, & quando sufficiat sola informatio extraiudicialis Iudicis.

Romana de Bombellis.

Veneris 19. Ianuarij 1624.

Argum. MCCCCLXXXII. Sicuti mulier quando hæreditas mariti non est soluendo potest agere actione reiuindicationis in subsidium ad rem in dote datam æstimatam, ita potest illam retinere si sit in possessione. Res in dotem data quando stet pro fundo dotali.

Leodien. Dominij.

Veneris 19. Ianuarij 1624.

Argum. MCCCCLXXXIII. Sententia non visis actis probatorijs quando sit nulla. Transportatio omnium actorum quando sit necessaria vel non. Seruatio terminorum substantialium sufficit pro monitione partis ad producendum iura sua. Executio facta pendente dilatione non valet. Citatio ad videndum relaxari mandatum est necessaria, dum in sententia non fuit relaxatum.

Perusina de Alphanis.

Mercurij 24. Ianuarij 1624.

Argum. MCCCCLXXXIV. Qui dedit interrogatoria etiamsi ei edita non fuerint nomina testium, & fuerint nulliter examinati, tamen contra eorum personas reclamare non potest, & intrat arbitrium adhoc vt illi probent.

Romana Beneficiatus S. Laurentij in Damaso.

Mercurij 24. Ianuarij 1624.

Argum. MCCCCLXXXV. Non indiget.

Toletana Constitutionum Synodalium.

Veneris 9. Februarij 1624.

Argum. MCCCCLXXXVI. A constitutione Synodali non datur appellatio suspensiua, quando non continet manifestam iniquitatem, & non est in odium alicuius particularis. Constitutio Synodalis disponens de casibus, de quibus in decisione non dicitur contra ius.

Carpentoraten. Prioratus.

Veneris 9. Februarij 1624.

Argum. MCCCCLXXXVII. Manutentio in possessione beneficij debetur ei, qui prius adeptus fuit possessionem, licet instrumentalem alio tunc temporis non possidente, nec potest impediri sub prætextu quod fuerit capta litteris non expeditis, quando versatur in prouisione inferioris. Cætera patent ex Summario.

Treueren. Præpositurae.

Lunæ 12. Februarij 1624.

Argum. MCCCCLXXXVIII. Beneficia vacantia per promotionem sunt reseruata, licet si data facultas illa retinendi, itaut quandocumque vacent dicantur reseruata.

Romana Spolij Domus.

Lunæ 26. Februarij 1624.

Argum. MCCCCLXXXIX. Non obstante exceptione melioramentorum quando competat immissio, vel possit fieri executio pro indiuiso.

Cæsaraugustana Praeminentiarum.

Lunæ 26. Februarij 1624.

Argum. MCCCCXC. Manutentioni in quasi possessione præheminentiarum concessæ Canonicis Ecclesiæ Beatæ Mariæ de Pilar non obstat Breue sæcularizationis S. Saluatoris emanatū à Clemente VIII.

Anconitana Alimentorum.

Veneris 1. Martij 1624.

Argum. MCCCCXCI. Pater tenetur alere filium, & pro alimentis soluere scuta viginti quinque menstrua si sit diues. Expensæ funeris non comprænhenduntur sub assignatione facta pro alimentis, *e per ogn'altra cosa, che potessero hauer bisogno.*

Bononien. Pecuniaria.

Lunæ 4. Martij 1624.

Argum. MCCCCXCII. Non indiget.

Roma-

ARGVMENTORVM.

Romana Exactionis Canonum.

Veneris 8. Martij 1624.

Argum. MCCCCXCIII. Quietantia Patris Cellerarij probat solutionem factam Monacis. Contra debitorem, cui à creditore impedita fuit exactio suorum creditorum, debet relaxari mandatum cum assignatione competentis termini. Actu impugnato quis vti potest dum sententia est suspensa per appellationem.

Romana Lucri Dotalis.

Veneris 8. Martij 1624.

Argum. MCCCCXCIV. Statutum circa lucrum dotis tanquam contra ius strictè est intelligendum, & ideo si debetur decedente viro, non tamen debetur sequuta separatione thori propter adulterium. In restituenda dote attenditur domicilium viri, & secundum opinionem *Solis* attenditur illud habitationis non originis.

Fauentina Dotis.

Lunæ 11. Martij 1624.

Argum. MCCCCXCV. Pactum inter Socerum, & Generum initium quod scilicet Gener teneatur emere domum in Ciuitate, & in ea cohabitare, aliàs quod socer non teneatur ad solutionem dotis, valet, & Genero non adimplente obstat petitioni dotis, etiamsi vxor sit contenta habitare extra Ciuitatem.

Leodien. Parochialis.

Veneris 15. Martij 1624.

Argum. MCCCCXCVI. Rota potest subdelegare Iudicem in partibus, qui si suspectus allegetur tamen potest procedere, si in recusatione non fuit expressa causa, & Rota mandauit procedi ad vlteriora. Clausula *parito iudicato* non comprehendit fructus illiquidos, & illos à quorum liquidatione datur appellatio.

Imolen. Permutationis.

Veneris 15. Martij 1624.

Argum. MCCCCXCVII. Permutatio per errorem facta non tenet ex defectu consensus; Nec potest dici ratificata nisi probetur ratificantem habuisse scientiam erroris.

Cremonen. Parochialis.

Lunæ 18. Martij 1624.

Argum. MCCCCXCVIII. Nonnulla circa acquisitionem possessionis beneficij, & circa manutentionem in illa concedendam.

Bononien. Canapis.

Mercurij 27. Martij 1624.

Argum. MCCCCXCIX. Socius emens simpliciter nomine proprio an, & quando acquirat Societati, & quando sibi.

Barchinonen. Vicariæ.

Mercurij 27. Martij 1624.

Argum. MD. Non indiget.

Cæsaraugustana Distributionum.

Veneris 19. Aprilis 1624.

Argum. MDI. Patet ex Summario.

Toletana Pensionis.

Veneris 19. Aprilis 1624.

Argum. MDII. Sententiæ conformes quæ dicantur, & quæ difformes. Nonnulla circa validitatem, & nullitatem sententiæ. Citatio pro certa die, & octo diebus sequentibus valet. Quid sit decima; quid primitia, quid oblatio.

Vercellen. Beneficij.

Veneris 26. Aprilis 1624.

Argum. MDIII. Patet ex Summario.

Cremonen. Canonicatus.

Veneris 26. Aprilis 1624.

Argum. MDIV. Ordinarius si sit Cardinalis, & habeat indultum conferendi beneficia etiam reseruata talis exemptio suffragatur quoque Capitulo in collatione Canonicatus simultaneæ collationis, vel electiui. Et hac occasione exactissimè examinantur verba huiusmodi indultorum.

Romana Pœnarum.

Lunæ 29. Aprilis 1624.

Argum. MDV. Pœnæ, in quibus condemnantur Aromatarij extra Vrbem spectant ad Collegium Medicorum Vrbis, non autem ad Aromatarios.

Granaten. Computorum.

Lunæ 29. Aprilis 1624.

Argum. MDVI. Causa redditionis rationis tanquam indiuisibilis debet cognosci coram vno eodemque Iudice. Aditio hereditatis ex quibus actibus probetur. Iudicium cæptum cum Clerico coram Iudice Ecclesiastico ibi terminari debet, licet Clericus moriatur, & ei succedat laicus: Secùs verò si iudicium sit cæptum cum laico, & ei succedat Clericus.

Viter-

INDEX

Viterbien. Castrorum.
Veneris 10. Maij 1624.

Argum. MDVII. Prælegatum cum onere fideicommissi à testatore ad fauorem hæredis factum de bonis ad ipsum hæredem spectantibus valet, & ad illud tenetur hæres, qui hæreditatem adiuit absque beneficio legis, & inuentarij. Pro legato competit actio hypothecaria legatis, quæ nedum exerceri potest contra hæredem, sed etiam contra illius singularem successorem possessorem bonorum legatorum.

Balneoregien. Simoniæ.
Veneris 17. Maij 1624.

Argum. MDVIII. In resignatione beneficij quando dicatur commissa Simonia, & quando non latè examinantur depositiones testium ad cognoscendum an sit probata.

Leodien. Canonicatus S. Dionisij.
Veneris 17. Maij 1624.

Argum. MDIX. Gratia in *forma dignum* non suffragatur donec debitæ executioni demandetur. Beneficium non censetur vacare per obitum Resignatarij, & quando non fuit verificata clausula in *forma dignum* apposita in admissione resignationis. In gratia se fundans debet docere de iustificatione clausularum in ea appositarum. Clausula *dummodo resignans habeat vnde se sustentare valeat* quid operetur.

Perusina de Alphanis.
Lunæ 20. Maij 1624.

Argum. MDX. Agitur de probatione valoris bonorum stabilium.

Romana Societatis scut. 1000.
Veneris 24. Maij 1624.

Argum. MDXI. Non lucratur societas per mortem eius, sub cuius periculo vitæ fuerat inita, dum iuxta conuentionem, & interpellationem factam non fuit datus nouus fideiussor in locum demortui, cum quis non possit lucrum facere ex contractu, quem non adimpleuit.

Cauen. Limitum Parochialium.
Mercurij 29. Maij 1624.

Argum. MDXII. Ad probationem confinium sufficiunt leuiores probationes. Tam testes, qui confusè, quam qui inuerisimilia, & de auditu deponunt non probant.

Romana Census de Mutis.
Mercurij 29. Maij 1624.

Argum. MDXIII. Dotis promissio quando præcedit, & subsequitur eius confessio illa probat etiam in præiudicium ereditorum, & quamuis ista conclusio non procedat, quotiescumque concurrunt præsumptiones in contrarium; tamen isto casu requiruntur concludentes.

Cremonen. Parochialis.
Veneris 31. Maij 1624.

Argum. MDXIV. Gratia iustificatur est narratiua aduersarij, in qua omnia fuerunt exposita. Cessio beneficij à Papa admissa cum conditione *Constito quod cedens habeat aliunde vnde viuere possit* non purificata dicta conditione, perinde est ac si facta non fuisset.

Nouarien. Legati.
Lunæ 3. Iunij 1624.

Argum. MDXV. Non indiget.

Adiacen. Beneficij.
Mercurij 5. Iunij 1624.

Argum. MDXVI. Non indiget.

Romana Officij Ianizeratus.
Lunæ 10. Iunij 1624.

Argum. MDXVII. Dominium officij spectat ad eum, qui in emptione exbursauit pecuniam sibi reseruando facultatem il ud quandocumque vendendi, resignandi, & fructus, ac emolumenta exigendi irrequisito eo, sub cuius vitæ periculo fuit emptum. Donatio quando præsumatur vel non.

Romana Exactionis Canonum.
Lunæ 10. Iunij 1624.

Argum. MDXVIII. Non indiget.

Maceraten. Testamenti.
Veneris 14. Iunij 1624.

Argum. MDXIX. Relicto prædio pro victu, vestitu, & manutentione Orphanellarum in Monasterio construendo recipiendarum, postquam fuerit erectum Monasterium nedum debebitur prædiũ, sed etiam fructus intermedij temporis, etiamsi testator postea in eodem testamento ordinauerit, quod introitus eius bonorum inseruiant pro fundatione alterius loci pij.

Firmana Beneficij.
Veneris 14. Iunij 1624.

Argum. MDXX. Non obstante litis contestatione

tione fructus debentur possessori, qui sententiam fauorabilem reportauit, & cui pars acquieuit.

Vlixbonen. Quartanariæ.

Luna 17. Iunij 1624.

Argum. MDXXI. Non indiget.

Toletana Constitutionum Synodalium.

Luna 17. Iunij 1624.

Argum. MDXXII. A Constitutione Synodali an detur appellatio. Constitutio Synodalis disponens circa celebrationem Missarum an, & quando dicatur contraius. Missæ an possint celebrari extra Ecclesiam, in qua fuit ordinatum.

Imolen. Census.

Luna 17. Iunij 1624.

Argum. MDXXIII. Frater non potest præiudicare alijs fratribus etiamsi adsit societas omnium bonorum. Socius non habet mandatum nisi in ijs, quæ sunt de natura societatis, & ita non habeat ad lites, nec possit alienare rem communem absque consensu socij. Nonnulla circa *Statutum Imolen.* Minor per quinquennium tacens non censetur approbare contractum non seruatis solemnitatibus statuti gestum. Cætera circa compensationem.

Asculana Plebaniæ.

Veneris 21. Iunij 1624.

Argum. MDXXIV. Ecclesiam esse Collegiatam probatur ex deductis in decisione. Cætera patent ex Summario.

Romana Collectæ.

Veneris 21. Iunij 1624.

Argum. MDXXV. Vniuersitas tenetur ad solutionem Censuum de eius mandato impositorum. Huiusmodi mandatum, vel ratificatio impositionis probatur ex deductis in *decisione*.

Romana de Patritijs.

Veneris 21. Iunij 1624.

Argum. MDXXVI. Legatum est perpetuum, non temporale quando in eo nulla legitur conditio, cum talis in dubio præsumatur. Testator censetur legasse omne ius, quod habebat. Quando plura legata vni relinquuntur, tunc conditio in vno adiecta an censeatur repetita in alijs. Nonnulla circa naturam quorundam dictionum repetitiuarum.

Romana Pecuniaria de Querris.

Mercurij 26. Iunij 1624.

Argum. MDXXVII. Filijfamilias minoris obligatio facta tam ad effectum liberandi Patrem ab imminenti periculo carcerationis, quam eundem eximendum à carceribus tenet; nec ei tanquam minori debetur restitutio in integrum sub prætextu læsionis. Frater in subsidium tenetur dotare Sororem, & quid si adsit mater.

Imolen. Successionis Quartæ.

Veneris 28. Iunij 1624.

Argum. MDXXVIII. Patet ex Summario.

Ciuitatis Castellanæ Iuris Pascendi.

Veneris 28. Iunij 1624.

Argum. MDXXIX. Non indiget.

Romana Bonorum.

Veneris 28. Iunij 1624.

Argum. MDXXX. Pro legatis competit hypoteca legalis & sic Saluianum. Cætera de immissione vigore *leg. fin. C. de Aedict. Diu. Adr. toll.*

Alerien. Pensionis.

Luna 1. Iulij 1624.

Argum. MDXXXI. Manutentio in quasi possessione exigendi pensionẽ debetur translatario, qui docet de eius quasi possessione etiam per vnicam tantum solutionem factam à non habente expressum mandatum à titulari, dummodo tamen adsit præsumptum, quod probatur ex circumstantijs facti, de quibus in *decisione*.

Romana Palatij de Ferratinis.

Luna 1. Iulii 1624.

Argum. MDXXXII. Patet ex Summario.

Casalen. Canonicatus.

Luna 1. Iulij 1624.

Argum. MDXXXIII. *la Prima.* Manutentio debetur anteriori possessori aduersus immissionem nulliter, vel attentatę concessam à Iudice. A sententia executoris mixti datur appellatio. Manutentio datur in gradu restitutionis in integrum.

Gerunden. Absolutionis.

Mercurij 31. Iulij 1624.

Argum. MDXXXIII. *la Seconda* Quando sit locus absolutioni ad cautelam à sententia excommunicationis nec ne vberrime

Cre-

Cremonen. Canonicatus.

Lunæ 9. Decembris 1624.

Argum. MDXLV. Exemptio resultans ex indulto concesso Ordinario Cardinali conferendi beneficia etiam reseruata suffragatur quoque Capitulo in collatione Canonicatus simultaneæ collationis vel electiui. Hac occasione multa adducuntur de reseruationibus beneficiorum.

Romana de Patritijs.

Lunæ 16. Decembris 1624.

Argum. MDXLVI. Donaria quando dicantur debita contemplatione officij, & quando personæ occasione officij, & quæ veniant communicanda alijs fratribus. Thæsaurarius, quæ emolumenta sibi à Camera tradita teneatur communicare alijs fratribus, & è conuerso an fratres teneantur contribuere expensis ab ipso in conuiuijs factis.

Alerien. Pensionis.

Lunæ 16. Decembris 1624.

Argum. MDXLVII. Pensionario, de cuius quasi possessione exigendi constat ex solutione facta per Banchum præuio ordine legitimi Procuratoris, debetur mandatum de manutenendo: Solutio pensionis facta Pensionario quando censeatur facta de ordine Titularis.

Romana Palatij de Ferratinis.

Veneris 20. Decembris 1624.

Argum. MDXLVIII. Non indiget.

Romana Depositi.

Lunæ 13. Ianuary 1625.

Argum. MDXLIX. Patet ex Summario.

Barchinonen. Archidiaconatus.

Mercury 15. Ianuarii 1625.

Argum. MDL. Exequutoriales in Hispania dicuntur legitimè intimatæ quamuis intimatio appareat facta à Notario, non à Nuntio secundum stylum illarum partium. Executorialium executio est valida etiam si relatio fuerit facta sine testibus, & ad fauorem fratris. Substantia exequutorialium oretenus significata, non est necessaria copiæ dimissio.

Imolen. Permutationis.

Mercury 15. Ianuary 1625.

Argum. MDLI. Non indiget.

Treueren. Abbatiæ S. Maximini.

Veneris 24. Ianuary 1625.

Argum. MDLII. Merito *Reuerendissimus Barbosa in sua Collect. ad cap. Quia propter de elect. & elect. potest.* meminit summæ probitatis, mirabilis integritatis, ac insignis vtriusque iuris prudentiæ nostri *Reuerendissimi Coccini olim Sac. Rotæ Romanæ dignissimi Decani*, eum materia tam electionis siue per scrutinium simpliciter factæ, siuè per compromissum cum scrutinio mixtum *ad tex. in d. cap. quia propter*, quam *Concordatorum Germaniæ* disponentium de electionibus, & schismatici, ac seditiosi Concil. Basiliensis à nemine alio fuerit tam funditus gustata, & summa eruditione, & doctrina digesta.

Romana Legati.

Veneris 24. Ianuary 1625.

Argum. MDLIII. Legatum factum à marito vxori per verba *lascio à mia moglie l'appartamento di sopra della mia casa con la metà de mobili sempre che viuerà osseruando vita vidouile* post obitum legatariæ reuertitur ad hæredem testatoris, & in casu eius mortis ad hæredem hæredis.

Vlixypponen. Quartanariæ.

Lunæ 27. Ianuary 1625.

Argum. MDLIV. Gratia coadiutoriæ regulariter solet concedi vel intuitu ætatis ingrauescentis, vel notabilis infirmitatis, seu alterius impedimenti, & ideo concessa ratione infirmitatis debet plene, & concludenter iustificari nedum infirmitas, sed etiam quod sit talis vt coadiutus non possit inseruire.

Maioricen. Thesaurariæ.

Lunæ 27. Ianuarij 1625.

Argum. MDLV. Patet ex Summario.

Bononien. Cambiorum.

Veneris 31. Ianuarij 1625.

Argum. MDLVI. Satisfacto creditore per principalem debitorem mediante cambio, fideiussor, qui in eius obligatione se restrinxerat ad primum cambium, remanet liberatus; quod nouum cambium probatur ex deductis in *decisione*.

Neapolitana Separationis Thori.

Veneris 31. Ianuarij 1625.

Argum. MDLVII. Alimenta tunc debentur à viro vxori pendente lite super separatione Thori, quando cum iusta causa à

Romana Dotis de Caffarellis.

Lunæ 5. Maij 1625.

Argum. MDLXVII. Filius hæres patris sine beneficio legis,& inuentarij qua actione, & contra quem possit petere dotem maternam. Facta donatione certorum bonorum cum clausulis in decisione narratis non potest donans experiri iura super illis ratione dotis, pro qua bona donata erant hypothecata.

Bononien. Fideicommissi de Vetia.

Lunæ 5. Maij 1625.

Argum. MDLXIX. Ob non prorogationem fatalium sententia non transit in iudicatum si adsit iusta causa non prorogationis, vt pote quia fuit pluries proposita causa, & non resoluta. Cætera patent ex summario.

Roma Officij.

Veneris 9. Maij 1625.

Argum. MDLXX. Actio spolij non competit ei, qui cecidit à possessione facto proprio. Resignatio officiorum Romanæ Curiæ quando valeat.

Valentina Beneficij.

Veneris 9. Maij 1625.

Argum. MDLXXI. Non delatio habitus debet plenè, & concludenter iustificari ab eo, qui obtinuit prouisionem Beneficij ob huiusmodi non delationem. Nedum iuspatronatus laicorum, sed nec mixtum cadit sub reseruatione.

Romana Fructuum Dotis.

Lunæ 12. Maij 1625.

Argum. MDLXXII. Fructus dotis tam constante, quam soluto Matrimonio an, quando,& cui debeantur plenissime examinatur.

Regien. Vnionis.

Lunæ 12. Maij 1625.

Argum. MDLXXIII. Erectio Parochialis in Colliegiatam à quibus fieri possit. Confirmatio vnionis Ecclesiarum an & quando valeat.

Romana Stagni.

Mercurij 21. Maij 1625.

Argum. MDLXXIV. Patet ex Summario.

Romana Dotis.

Mercurij 21. Maij 1625.

Argum. MDLXXV. Positiones tunc pro confessis pronunciari possunt, quando concurrunt illa quinque de quibus *in c. 2. de confess. in 6.* secus è conuerso. Mulier ad cuius fauorem est appositum præcarium pro satisfactione suæ dotis in bonis viri potest propria auctoritate ingredi illorum possessionem, & ad hunc effectum præsumitur mutasse causam suæ possessionis iure familiaritatis in ius proprium. Mulier an possit sibi præiudicare accipiendo bona loco pecuniæ pro sua dote.

Bononien. Vsusfructus.

Veneris 23. Maij 1625.

Argum. MDLXXVI. Substitutus in casu, quo vxor testatoris secundo nuberet statim admittitur ac conuolauit ad secundas nuptias, quod ampliatur, vt patet ex Summario.

Balneoregien. Simoniæ.

Lunæ 26. Maij 1625.

Argum. MDLXXVII. Resignatarius, qui reperitur in possessione beneficij debet manuteneri. Exceptio, quod non fuerit abdicatum ius à Resignante, non competit tertio, quando huiusmodi exceptio non est ipso iure exclusiua iuris agentis, sed pendet à volũtate ipsius resignantis.

Romana Domus.

Lunæ 26. Maij 1625.

Argum. MDLXXVIII. Patet ex Summario.

Perusina Pecuniaria.

Veneris 6. Iunij 1625.

Argum. MDLXXIX. Pro obtinenda restitutione in integrum aduersus rem iudicatam debet constare de læsione, vel saltem de fumo boni iuris. Sententia lata contra minorem non potest dici nulla, ex quo non fuit defensus, dum à principio iudicium fuit legitimè intentatum, & constat quod nullum ius defensionis ei competebat.

Romana Fructuum Officij Ianizeratus.

Lunæ 9. Iunij 1625.

Argum. MDLXXX. Fructus quidem spectant ad Dominum rei, sed non inde excluditur, quod non spectent etiam ad eum, qui putat rem ad se pertinere, siue erret in facto, siue in iure, & de eis non est factus locupletior.

Cæsa-

Cæsaraugustana Distributionum.
Lunæ 9. Iunij 1625.
Argum. MDLXXXI. Non indiget.

Vlixbonen. Quartanariæ.
Veneris 13 Iunij 1625.
Argum. MDLXXXII. Ad effectum validitatis coadiutoriæ dicitur sufficienter probata infirmitas, & senectus coadiuti per duos testes deponentes de publica voce, & fama, & alium deponentem de vera scientia, iuncta fide Medicorum.

Maceraten. Prædij.
Lunæ 16. Iunij 1625.
Argum. MDLXXXIII. Non indiget.

Interamnen Legatorum.
Lunæ 16. Iunij 1625.
Argum. MDLXXXIV. Patet ex Summario.

Roma Palatij de Ferratinis.
Lunæ 16. Iunij 1625.
Argum. MDLXXXV. Non indiget.

Corduben. Redecimarum.
Veneris 20. Iunii 1625.
Argum. MDLXXXVI. Examinatur ad partes materia Redecimæ. An scilicet sit contra ius; quandò debeatur. Ad illam præscribendam, quæ præscriptio requiratur, & quando ad hunc effectum dicatur probata præscriptio.

Ariminen. liquidationis Fructuum.
Veneris 20. Iunij 1625.
Argum. MDLXXXVII. Ad obtinendam restitutionem fructuum lite pendente perceptorum, non est necesse, quod probetur realis perceptio, & quantitas illorum regulatur à consuetis, & in concursu probationum Rota attendit minorem quantitatem, vel mediam. Mandatum speciale requiritur in casibus, de quibus in Summario.

Romana Parochię.
Veneris 20. Iunij 1625.
Argum. MDLXXXVIII. Quasi possessio exigendi iura Parochialia ad effectum manutentionis, ex quibus actibus dicatur probata.

Romana de Bombellis.
Lunæ 23. Iunij 1625.
Argum. MDLXXXIX. Non indiget.

Romana Repetitionis Dotis.
Lunæ 23. Iunij 1625.
Argum. MDXC. Non indiget.

Romana Euacuationis Domus.
Lunæ 23. Iunij 1625.
Argum. MDXCI. *la Prima* Conductor quando censeatur renunciasse Decretis Cameralibus, & alij Statutis sibi competentibus.

Spoletana Abbatiæ.
Veneris 27. Iunij 1625.
Argum. MDXCI. *la Seconda* Donatio bonorum monasterij alicui à Papa facta in casu, quo modernus Abbas cedat vel decedat, seù quomodolibet dimittat; si iste ad fauorem alicuius resignet, interim est suspensa gratia Papæ donantis, ita ut ad fauorem donatarij non nascatur nec obligatio, nec actio, & per consequens ipse, vel eius successor non poterit ex bonis eiusdem monasterij Ecclesiam dotare, & sub isto prætextu iuspatronatus acquirere.

Mutinen. Plebis seu Iurispatronatus.
Veneris 27. Iunij 1625.
Argum. MDXCII. Is, qui fuit præsentatus ad beneficium, & instetit pro institutione, & postea obtinuit prouisionem Apostolicam cum derogatione pro medietate iurispatronatus, non exindè fassus fuit existentiam Iurispatronatus, dum narratiua facta fuit per verbum *vt asseritur*. In beneficialibus datur multiplicatio titulorum, ratione quorum potest se defendere dum vterque titulus tendit ad eundem effectum.

Gerunden. Iurispatronatus.
Veneris 27. Iunij 1625.
Argum. MDXCIII. Patet ex Summario.

Cæsenaten. & Ariminen. Bonorum Allodialium.
Veneris 4. Iuly 1625.
Argum. MDXCIV. Executori testamentario qua actione competat immissio in bonis defuncti. Pro consequenda immissione vigore *l. final. C. de Edict. Diu. Andr. toll.* quæ sint probanda, & quando dicantur probata.

Hispalen. Praeminentiarum.
Veneris 4. Iulij 1625.
Argum. MDXCV. Dum concordia continet pacta

pacta licita, & honesta litteræ Apostolicæ illius confirmatoriæ sunt exequendę absque alia iustificatione. Portionarij an, & quando sint æquales, vel inferiores Canonicis.

Perusina Pecuniaria.

Veneris 4. Iulij 1625.

Argum. MDXCVI. Non indiget.

Recanaten. Iurispatronatus.

Veneris 4. Iulij 1625.

Argum. MDXCVII. Debet constare non solum de propietate Patronorũ, sed etiam de eorum quasi possessione præsentandi, quando in gratia fuit narratum, quod fuit facta præsentatio à Patronis existentibus in quasi possessione præsentandi. Dispositio *cap. consultationibus de iure patr.* habet locum, quamuis exaduerso doceatur de titulo, quando constat de possessione octuaginta annorum.

Romana Spolij.

Veneris 4. Iulij 1625.

Argum. MDXCVIII. Aegediana circa appellationem non habet locum, vbi in causa adest Confraternitas Laicorum, quæ exercet opera pietatis.

Romana Vsusfructus.

Lunæ 4. Augusti 1625.

Argum. MDXCIX. Patet ex Summario.

Romana Domus.

Lunæ 27. Octobris 1625.

Argum. MDC. Cum à mandato de associando detur appellatio nõ potest propterea appellatione pendente executioni demandari. Sententia declaratoria deuolutionis an requiratur.

Bergomen. Pensionis.

Veneris 7. Nouembris 1625.

Argum. MDCI. Integra solutio pensionis reseruatę beneficio pleno cũ clausula *dummodo realiter, & cum effectu persoluerit alias reseruatio nulla sit eo ipso* debet plene, & concludenter in petitorio à pensionario probari.

Vlixbonen. Quartanariæ.

Veneris 14. Nouembris 1625.

Argum. MDCII. Non indiget.

Forosempronien. seu nullius Parochialis.

Lunæ 17. Nouembris 1625.

Argum. MDCIII. Ad elidendam præsumptionem vsurpationis iurispatronatus in communitate, seu Vniuersitate, & ad effectum probandi illius intentionem, pro eo, quæ requirantur.

Vlixbonen. Matrimonij.

Mercurij 19. Nouembris 1625.

Argum. MDCIV. Vigore priuilegiorum per Pontifices concessorum Fratribus Minoribus circa gubernium, & obedientiam Monialium Sanctę Claræ non potest nec eorum Commissarius Generalis, nec Generalis, nec tota Religio absque licentia Summi Pontificis eas à Religione dimittere, & eijcere.

Romana de Bombellis.

Lunæ 24. Nouembris 1625.

Argum. MDCV. Creditor habens hypothecam præfertur Legatario. Licet hæres cum beneficio legis, & inuentarij non faciat fructus suos in præiudicium creditorum hæreditariorum; tamen id non procedit, quando vlterius est, & ipse creditor, & bona fide retinet bona.

Romana Fructuum Dotis.

Veneris 28. Nouembris 1625.

Argum. MDCVI. Fiscus quando teneatur ad debita banniti, cuius bona fuerunt confiscata, & quid si gratiose fuit restitutus ad famam, honores, & bona propria.

Romana Palatij de Ferratinis.

Veneris 29. Nouembris 1625.

Argum. MDCVII. Restitutio debet fieri ad formam solutionis. Cætera patent ex Summario.

Vrbinaten. Beneficij.

Veneris 5. Decembris 1625.

Argum. MDCVIII. Commissa causa super possessorio beneficij cum clausula *quam, & quas* lis dicitur pendere super beneficio, & ideo illud efficitur litigiosum.

Burgen. Expensarum.

Veneris 5. Decembris 1625.

Argum. MDCIX. Decima pro qua stat immemorabilis debetur etiam ex beneficio vnito, maximè quando concurrit obseruantia bene probata.

Carthaginen. Præstimonij.

Lunæ 12. Decembris 1625.

Argum. MDCX. Familiaritas ad effectum reserua-

dam manutentionem in gradu restitutionis in integrum.

Perusina seu Romana Societatis.

Lunæ 16. Martij 1626.

Argum. MDCXXVI. Patet ex Summario.

Alerien Pensionis.

Veneris 20. Martij 1626.

Argum. MDCXXVII. Translatio pensionis facta in Bigamum ad hoc vt valeat, quæ dispensatio requiratur.

Adiacen. Beneficij.

Lunæ 23. Martij 1626.

Argum. MDCXXVIII. Valor per non excessum non probatur ex testibus, de quibus in decisione, nec ex arrendamentis etiã geminatis.

Vrbinaten. Beneficij.

Lunæ 23. Martij 1626.

Argum. MDCXXIX. Ad validitatem Gratiæ *si neutri* nedum est probandum quod beneficium vacet, & neutri ius competat, sed etiam est iustificanda lis, & quidem de tempore datæ litterarum. Nec ad hunc effectum sufficit impetratio commissionis, nisi etiam fuerit executa, & reproducta citatio.

Burgen. Expensarum.

Veneris 27. Martij 1626.

Argum. MDCXXX. Quotiescunque materia articulata est calumniosa, & inuerisimilis denegatur remissoria.

Perusina de Alphanis.

Veneris 27. Martij 1626.

Argum. MDCXXXI. Tunc Trebellianica censetur prohibita, quando in dispositione testatoris adsunt verba denotantia omniũ bonorum restitutionem, quia sufficiunt verba æquipollentia, nec est necessaria expressa prohibitio. Trebellianica per prohibitionem alienationis quando censeatur prohibita.

Ferrarien. Canonicatus.

Lunæ 30. Martij 1626.

Argum. MDCXXXII. Prouisio Canonicatus vacantis per obitum familiaris Cardinalis viuentis, absentis tamen a Curia, tanquam reseruati spectat ad Papam, non autem ad Cardinalem Episcopum, quamuis habeat indultum amplissimis verbis conceptum: Hac occasione examinantur *Regulæ 3. 4. 32. & 33. Cancellariæ.*

Romana scutorum 30000.

Lunæ 27. Aprilis 1626.

Argum. MDCXXXIII. Citatio ad dicendum contra non requiritur ad hoc vt calculus factus à Calculatore, vel Perito à Iudice parte citata deputatis, & qui præuia citatione suam fecit relationem in actis dicatur de actis.

Romana, seu Neapolitana de Prodia.

Mercurij 29. Aprilis 1626.

Argum. MDCXXXIV. Per illa verba testatoris *leuata la legitima nel resto sottopone al fideicommisso tutti i monti* non censetur prohibita Trebellianica.

Carthaginen. Sponsalium.

Mercurij 29. Aprilis 1626.

Argum. MDCXXXV. Sponsa dicente Sponso *alius non erit meus vir quam tu*, & Sponso respondente *altera non est futura Vxor mea quam tu* censentur contracta sponsalia de futuro. Vnde renuente sponsa contrahere matrimonium per verba de præsenti potest cogi per censuras.

Marsicana Pensionis.

Lunæ 11. Maij 1626.

Argum. MDCXXXVI. Patet ex Summario.

Gerunden. Iurispatronatus.

Lunæ 11. Maij 1626.

Argum. MDCXXXVII. Non indiget.

Cremonen. Pensionis.

Veneris 15. Maij 1626.

Argum. MDCXXXVIII. Pro firmando valore beneficij examinantur particulariter redditus illius in præsenti decisione.

Tuden. Parochialis.

Veneris 22. Maij 1626.

Argum. MDCXXXIX. In impetratione secundi beneficij est facienda mentio primi etiamsi illud per assecutionem secundi vacet ipso iure secundum magis communem opinionem.

Maceraten. Saluiani.

Veneris 22. Maij 1626.

Argum. MDCXL. Non indiget.

Romana Redditionis Rationis,
Lunæ 25. May 1626.

Argum. MDCXLI. Assignatio bonorum pro dote, donatione propter nuptias, & fructibus dotalibus facta à filio Matri tutrici, ad cuius manus peruenit pingue patrimonium, ex cuius fructibus potuit satisfieri, non valet absque solemnitatibus requisitis *à Statuto Vrbis cap. 113. lib. 1.*

Leodien. Canonicatus,
Veneris 29. May 1626.

Argum. MDCXLII. Patet ex Summario.

Regien. Vnionis.
Veneris 5. Iunij 1626.

Argum. MDCXLIII. Non indiget.

Parmen. Status,
Lunæ 8. Iunij 1626.

Argum. MDCXLIV. Quasi possessio legitimitatis ex vero, & legitimo matrimonio quando dicatur probata ad effectum successionis.

Ariminen. Bonorum.
Lunæ 8. Iunij 1626.

Argum. MDCXLV. Libellus quando dicatur restrictus ad Saluianum, & quando etiā extendatur ad hypotecchariam, non obstante quod in eo non adsit clausula *non se ad stringens.*

Imolen. Saluiani,
Mercury 10. Iuny 1626.

Argum. MDCXLVI. Patet ex Summario.

Romana Dotis.
Mercury 10. Iunij 1626.

Argum. MDCXLVII. In omni alienatione bonorum facta à minore requiritur solemnitas, & causa, quod procedit etiam in alienatione seu assignatione bonorum facta per dote: Curatoris consensus requiritur expressus in obligatione minoris, itaut non sufficiat, quod in clausulis executiuis videatur explicitus nisi etiam in dispositiua constet, quod Curator interuenerit contemplatione officij.

Viterbien. Castrorum,
Veneris 19. Iuny 1626.

Argum. MDCXLVIII. Si hæres grauatus à testatore per fideicommissum particulare in bonis proprijs sine beneficio legis, & inuentarij acceptauerit hæreditatem, non potest sub prætextu retentionis impedire restitutionem fideicommissi vniuersalis.

Florentina Habitus Canonicalis.
Veneris 19. Iuny 1626.

Argum. MDCXLIX. Commissa causa à Papa cum clausula *Constito tamen priùs de denegata iustitia, & non alias*, tunc nen censetur auocata causa à Iudice, nisi vbi de dicto grauamine constat, cuius cognitio spectat ad Iudicem appellationis.

Cracouien. Iuris legendi,
Veneris 19. Iunij 1626.

Argum. MDCL. Patres Iesuitæ possunt legere in eorum Collegijs lectiones publicas, non obstante, quod Vniuersitates inibi existentes prætendant esse in quasi possessione legendi priuatiue, dum non docent de prohibitione cum acquiescientia.

Cæsaraugustana Synodi,
Lunæ 22. Iuny 1626.

Argum MDCLI. Capitulo Ecclesiæ Cathedralis in Synodo assignandus est locus dignior.

Romana de Mazzatostis.
Lunæ 22. Iunij 1626.

Argum. MDCLII. Facta donatione omnium bonorum præsentium, & futurorum, ac illorum obligatione cum successiua promissione non contraueniendi instrumento donationis munita pariter obligatione bonorum præsentium, & futurorum, si donans alia bona acquirat, & pure cum traditione possessionis aliam donationem bonorum præsentium, & futurorum faciat, ea bona medio tempore quæsita veniunt sub hypotheca primæ donationis.

Romana Spolij,
Lunæ 22. Iuny 1626.

Argum. MDCLIII. Constitutum appositum in contractu valido probat possessionem, secus si inualido. *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 147.* de continuanda possessione in hæredes non intrat vbi ante aditam hæreditatem quis cæpit possessionem.

Craconien. Parochialis.

Veneris 26.Iunij 1626.

Argum. MDCLIV. Manutentio debetur ei, qui docet de sua possessione instrumentali, dum nullus alius existeret in possessione, quando fuit capta, cætera patent ex Summario.

Romana Societatis Officij.

Veneris 26.Iunij 1626.

Argum. MDCLV. Patet ex Summario.

Cæsenaten. & Ariminen. Bonorum Allodialium.

Mercurij 1.Iulij 1626.

Argum. MDCLVI. Vigore testamenti ex remedio *l. final.* an, & quando possit procedi executiue contra donatarium. In concedenda immissione in iudicio ordinario, quomodo pronuncietur, & quomodo in executiuo.

Cartaginen. Præstimonij.

Mercurij 1.Iulij 1626.

Argum. MDCLVII. Non indiget.

Maceraten. Iurispatronatus.

Lunæ 14. Decembris 1625. & prima Iulij 1626.

Argum. MDCLVIII. Gratia non dicitur iustificata eo ipso, quod non constat eum, qui præsentauit tanquam institutum in re certa, alio existente hærede vniuersali non esse Patronum iurispatronatus, nec de illius quasi possessione præsentandi apparet, prout fuerat narratum.

Cracouien. Iuris Legendi.

Veneris 6. Nouembris 1626.

Argum. MDCLIX. Patres Iesuitæ in eorum Collegijs præter humaniores litteras possunt etiam legere liberales artes, Theologiam, & alias facultates, non obstante, quod inibi adsit studium generale, & illos impedientes incurrunt pænas, de quibus in decisione. Patres Iesuitæ in docendo sunt alijs præferendi cum gratis doceant, & sint Religiosi probatæ vitæ, ac simul cum scientijs vitam, & mores Christianos sedulo instruere non desinant.

Romana Redditionis Rationis.

Veneris 6. Nouembris 1626.

Argum. MDCLX. Pupillus potest agere spolio ad effectum reintegrandi ad possessionem naturalem, quam amisit mediante contractu per ipsum gesto absque Tutore, secus autem quando contractus fuit gestus cum auctoritate Tutoris.

Mileten. Beneficij.

Lunæ 16. Nouembris 1626.

Argum. MDCLXI. Manutentio debetur ei, qui docet de sua possessione instrumentali, quæ adhunc effectum suffragatur alio non existente in possessione. Sententia non priuat possessione saltem ciuili, etiam si fuerit excutioni demandata, dum ab ea fuit appellatum.

Tuden. Parochialis.

Veneris 20. Nouembris 1626.

Argum. MDCLXII. Verior opinio est, quod in impetratione beneficij sit facienda mentio alterius beneficij, quod est ipso iure vacaturũ per assecutionem secundi. Causa nullitatis quando non impediat executionem rei iudicatæ. Cætera patent ex Summario.

Cartaginen. Pręstimonij.

Veneris 27. Nouembris 1626.

Argum. MDCLXIII. Qualis qualis probatio sufficit ad effectum probandi valorem beneficij iam obtenti: Gratiæ plures in eadem supplicatione impetratæ dicuntur diuersæ, ita vt si vna est subreptitia adhuc aliæ remanent.

Romana Redditionis Rationis.

Mercurij 2. Decembris 1626.

Argum. MDCLXIV. Pro sustinendo contractu à minore vel pupillo gesto cum tutore vel curatore, quæ requirantur. Tutor creditor pupilli an, & quando possit propria auctoritate sibi soluere.

Romana Pecuniaria.

Veneris 4. Decembris 1626.

Argum. MDCLXV. Socius ex contractu consocij an, quando, & pro qua summa teneatur.

Palentina Anniuersarij.

Mercurij 9. Decembris 1626.

Argum. MDCLXVI. Agnatio contemplata quando censeatur, vel non. Proximitas grauantis, vel potius grauati quando attendatur.

Flo.

Florentina Iurispatronatus.
Lunæ 1. Martij 1627.
Argum. MDCLXXXIII. Patet ex Summario.

Ariminen. Bonorum.
Veneris 5. Martij 1627.
Argum. MDCLXXXIV. Libellus quando censeatur restrictus ad Saluianum vel non. Possidens iure pignoris non potest deuenire, nec præstare consensum, vt deueniatur ad subhastationem, nec facit fructus suos, sed tenetur illos imputare in sortem.

Romana Census.
Veneris 5. Martij 1627.
Argum. MDCLXXXV. Exigibilitatem census cessi promittens ad quid teneatur.

Ianuen. Separationis Thori.
Lunæ 8. Martij 1627.
Argum. MDCLXXXVI. Non tutus accessus ex quibus probetur. Processus per edictum ob non tutum accessum quomodo fabricetur.

Perusina Bonorum.
Lunæ 8. Martij 1627.
Argum. MDCLXXXVII. Cessante nullitate, & iniustitia non est locus restitutioni in integrum. Sententia non potest dici nulla ex defectu citationis, dum fuit pronunciatum in cedula, quæ fuit aperta in tempore. Cætera patent ex Summario.

Fulginaten. Alimentorum.
Mercurij 17. Martij 1627.
Argum. MDCLXXXVIII. Relictum alimentorum an, & quando censeatur factum per vulgarem, & quando per fideicommissariam.

Papien. Bonorum.
Mercurij 17. Martij 1627.
Argum. MDCLXXXIX. Sicuti in alienatione bonorum Ecclesiæ requiritur copulatiuè solemnitas, & causa, ita & in transactione, vigore cuius bona debent remanere penes laicum.

Romana scut. 4080.
Lunæ 22. Martij 1627.
Argum. MDCXC. Patet ex Summario.

Bononien. Fideicommissi de Manzolis.
Veneris 16. Aprilis 1627.
Argum. MDCXCI. A sententia lata in remedio *l. final. C. de Edict. Diu. Adr. toll.* non datur appellatio suspensiua; nec etiam vigore *Statuti Bononiæ* admittentis appellationem in quocumque possessorio. Restitutio nec verbalis, nec realis fideicommissi requiritur ad fauorem fideicommissarij ad hoc vt possit agere.

Calaguritana Iurispatronatus de Viana.
Lunæ 19. Aprilis 1627.
Argum. MDCXCII. Ad probandum Iuspatronatus fauore Vniuersitatis non sufficit enunciatiua immemorabilis quoad ius præsentandi emmissa in confirmatione Apostolica.

Meten. Iuris Corrigendi.
Lunæ 19. Aprilis 1627.
Argum. MDCXCIII. Plura circa materiam concubinatus.

Montis Falisci Fideicommissi.
Mercurij 21. Aprilis 1627.
Argum. MDCXCIV. Immissio pro indiuiso datur fideicommissario etiam contra tertium possessorem habentem causam ab hærede grauato, quando quantitas est certa ratione loci, & quotæ.

Cracouien. Parochialis.
Mercurij 21. Aprilis 1627.
Argum. MDCXCV. Non indiget.

Calaguritana Fructuum.
Lunæ 26. Aprilis 1627.
Argum. MDCXCVI. Potest quis obtinere Canonicatum, portionem, & beneficium in Ecclesia Cathedrali Calaguritana, & inibi residens lucrari fructus alterius beneficij quamuis Parochialis, stante Statuto illius Cathedralis.

Cæsaraugustana Præeminentiarum.
Lunæ 26. Aprilis 1627.
Argum. MDCXCVII. Ttota decisio versatur circa materiam præcedentiæ.

Roma-

Impri-

Imprimatur.

Si videbitur Reuerendiſſimo Patri Magiſtro Sacri Palatij Apoſtolici.

I. de Angelis Archiep. Vrbinaten. Viceſg.

Imprimatur.

Fr. Hyacinthus Libellus Sac. Palatij Apoſt. Mag.

IL-



ILLVSTRISS. AC REVERENDISS. PATRIS

D. IO. BAPTISTAE COCCINI

S. ROTAE ROMANAE DECANI

ET

S. POENITENTIARIAE REGENTIS

DECISIONVM

PARS TERTIA.

GERVNDEN. COEMETERII.

Veneris 4. *Ianuarij* 1620.

ARGVMENTVM.

Gratia erigendi cęmeterij concessa Ecclesiæ filiali siue fuerit narratum esse Parochialem, non potest dici obreptitia, siuè non fuerit facta mentio quod sit filialis nec potest dici subreptitia.

SVMMARIVM.

1 *Parochialitas quando dicatur probata remissiue.*
2 *Parochus de iure habet ius sepelliendi Parrochianos.*
3 *Episcopus debet assignare cęmeterium, & illc benedicere.*
4 *Episcopus potest assignare liberum cœmeterium, Ecclesiæ, vt quicunque in eo possit sepelliri salua iustitia Ecclesiarum Parochialium.*
5 *Electio sepulturæ est libera, & sufficit, quod eligatur in loco, cui cęmeterium, vel ius sepelliendi sit concessum.*
6 *In erectione cœmeterij concessa Ecclesiæ filiali censetur praeseruatum omne ius Ecclesiæ Parochialis etiam si nihil sit dictum.*

DECISIO MCCXIII.

Vm primo loco *coram bo. me. Andrea* in hac causa fuisset dictum sententiam de partibus esse reuocandam ex capite nullitatis, & iniustitiæ. Et secundo loco 1. *Februarij huius anni* fuerit recessum à prædicta *decisione*, supradicta die fuit dubitatum, quænam istarum *decisionum* esset sequenda, & *Rota* censuit secundam. Verum cum morte præuentus *bo. me. Andreas* non extenderit *decisionem*, ideo Ego in eius locum suffectus suscepi hoc onus: Punctus igitur difficultatis (cum nullitas sit benè sublata ex prædicta vltima *decisione*) quo ad iustitiam consistit in eo, an gratia erigendi cęmeterij concessa Ecclesiæ, de qua agitur, sit obreptitia, ex quo fuit narratum esse Parochialem, vel subreptitia cum non fuerit facta mentio quod sit Ecclesia filialis.

Et quoad primū nulla adest subreptio, quia expresse constat Ecclesiam esse Parochialem ex testibus, qui dantur in *Summario numero* 1. videntur enim probari omnia requisita ad Pa-
1 rochialitatem *, de quibus per *Roman. in cons.* 356. *num.* 2. *Staphil. de litter. grat. tit. de qualit. & stat. benef.* §. *circa secundum num.* 1. *cum alijs* per *Garz. de beneficijs p.* 1. *cap.* 6. *nu.* 4. & ideo
2 de iure habet ius sepelliendi Parochianos *

t. ex

c. ex parte de sepulturis c. omnis de pænit. & remiss. Clement. dudum §. verum de sepultur, Roman. dicto loco S. Antonin. in summ. 3. parte tit. 10. cap. 1. §. 2. Sebastianus Medices de sepultur, quæst. 10. num. 1. & seqq. & ideo aut consideramus istam Ecclesiam tanquam liberam Parochialem, & nulla potest considerari obreptio, quia cum Episcopus debeat assignare cæmete-
3 rium* *c. Ecclesias 13. q. 1.* & illi benedicere noluit petere assignationē à Papa, quod potuit facere, cum ipse sit Ordinarius Ordinariorum.

Aut vero Ecclesia est filialis, vel talis, cui de iure non competat ius sepelliendi, & nulla etiam potest considerari subreptio: Nam & si Episcopus possit assignare liberum cæmeterium Ecclesiæ, vt quicumque possit in eo sepel-
4 liri salua iustitia Ecclesiarum Parochialium, & etiam non liberum; sed solum ad vsum certarum personarum *Calderin. cons. 1. de sepult. Butr. in c. certificari num. 13. de sepultur. Sebast. Medic. de sepultur. p. 1, quæst. 10. n. 3.* Attamen in hoc casu ex concessione facta per Papam de cæmeterio libero nulla potest considerari sub-
5 reptio, quia electio sepulturæ est libera,* & sufficit, quod eligatur in loco, cui cæmeterium, aut alias ius sepelliendi est concessum *S. Antonin. vbi supra* & late dicitur in *vltima decisione*, & ideo nulla intrat subreptio, ex quo non fuerit facta mentio Ecclesiam esse talem, qualis prætenditur, cum vnicuique sit liberum eligere sibi sepulturam in Ecclesia, quæ habet de iure, aut ex priuilegio ius sepelliendi, vt expresse dicit *Sebast. Medic. dicta p. 1. de sepultur. q. 10. in fin.* maximè quia censetur præseruatum omne ius Ecclesiæ Parochialis quoad quar-
6 tam, etiam quod nihil fuerit dictum * *Butr. in dicto cap. certificari num. 14. de sepultur.* Et cessat omnis difficultas, quia in litteris adest clausula *sine præiudicio*, vt bene consideratur in *vltima decisione*, quæ etiam bene tollit obiecta,

CALAGVRITANA BENEFICII DE ALEGRIA,

Veneris 10. *Ianuarij* 1620.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Fructus beneficij ex consuetudine in Regnis Hispaniæ transeunt ad hæredes.*

2 *Sequestrum appositum non ex quo possessio sit attentata sed ex officio propter aliquam turbiditatem non priuat possessione;*

DECISIO MCCXIV.

HÆc causa diu fuit agitata inter Capitulum de Alegria, quod prætendebat prouisionem ad ipsum spectare, & Didacum Abb. ab eodem Capitulo præsentatum ex vna, nec non Ioannem de Leseano prouisum ab Episcopo ex altera. Et cum fuisset resolutum 9. *Iunij* 1610 *coram me* prouisionem Episcopi non fuisse attentatam, repropositio tamen eodem dubio 26. *Nouembris* 1610. *Rota* censuit apponendum esse sequestrum, & videndum de bono iure, quod repetijt 14. *Ianuarij anni sequentis*, postquē sequestrum fuit appositum, sed cum interim obierit Ioannes de Lelcano, & Didacus in eius locum fuerit subrogatus, quæsitum est ad quem spectarent dicti fructus. Et Domini censuerunt ad hæredes Ioannis, quia ad ipsum nedum legitime spectabat beneficium, sed cum esset eiusdem possessor etiam fructus, de quibus
1 agitur, qui transeunt ad suos hæredes * ex consuetudine in Regnis Hispaniarum, licet de iure communi deberentur successori in Beneficio, vt fuit late deductum *coram me in causa Barchinonen. fructuum* 10. *Decembris* 1607. *vbi aliæ decisiones allegantur.*

Quod autem ad Ioannem legitime spectaret Beneficium patet ex duabus *decisionibus* in hac causa factis, scilicet 18. *Martij* 1611. & 25. *Maij eiusdem anni*, & quamuis in *secunda decisione* fuerit reseruatum videre. An Episcopus facto suo ceciderit à possessione conferendi, tamen quatenus hoc esset verum non obstat, quia de tempore, quo Episcopus prouidit Ioannem, erat in quasi possessione conferendi, ex qua *Rota* sustinuit prouisionem Ioannis in dd. duabus *decisionibus*.

Quod vero esset possessor, patet ex adeptione, & possessio non censetur ammissa per sequestrum appositum à *Rota*, quia non fuit appositum, ex quo possessio esset attentata, sed ex officio propter aliquam turbiditatem, &
2 propterea non priuauit Ioannem possessione * *Bartul. in l. interesse n. 4. & ibi Imol. n. 2. Cassador. dec. 14. n. 12. super Reg.* & fuit late deductum in causa *Saluciarum Ecclesiæ S. Ioannis 27. Nouembris* 1600. *coram Illustriss. D. Cardinali Ludouisio.*

Præsens decisio fuit confirmata die 21. Februarij sequentis.

ROMANA CAPPELLANIAE,

Mercurij 15. *Ianuarij* 1620.

ARGVMENTVM.

Lis ad effectum subrogationis gratiosæ debet esse super titulo beneficij; Quando autem dicatur esse super titulo. Omnia, quæ fuerunt narrata pro obtinenda gratia quando debeant iustificari. Subrogatio gratiosa non debetur calumnioso litigatori, quod tamen procedit, quando lis est clare calumniosa, secus si colorata,

DE-

SVMMARIVM.

1 *Subrogatio regulariter collitiganti debetur.*

2 *Lis ad effectum subrogationis gratiosæ debet esse super titulo.*

3 *Lis super possessorio adipiscendæ non facit beneficium litigiosum.*

Sarnen. super Regul. de annal. q. 66. in fine *reprobatur n. 3.*

4 *Lis non dicitur super titulo beneficij, si petitur beneficium conferri. Declara nu. 7.*

5 *Lis dicitur super titulo beneficij, quando facta collatione dubitatur ad quem beneficium pertineat.*

6 *Vitium litigiosi non intrat in actione personali.*

8 *Lis dicitur super titulo beneficij, quando quis petit aduersarium remoueri à beneficio, & negat fœdus coniugij spiritualis, vel titulum; secus si non negaret titulum.*

9 *Lis super simonia non facit beneficium litigiosum.*

10 *Lis censetur super titulo beneficij etiam quod agatur ad priuationem, si tamen quis petat sibi beneficium adiudicari.*

11 *Gratia sustinetur, quando plura narrantur, quorum vnum est sufficiens ad eam impetrandam, licet alia non verificentur, vel falsa existant.*

12 *Quando plura exprimuntur, vt Papa facilius inducatur ad gratiam concedendam omnia expressa requirunt iustificationem.*

13 *Maximè quando plura exprimuntur ad agrauandam personam possessoris, & agitur non solum ad effectum priuationis, sed etiam adiudicationis.*

14 *Subrogatio gratiosa non debetur vbi quis est improbus, vel calumniosus litigator. Declara tamen procedere in lite clare calumniosa, secus si sit colorata n. 16.*

15 *Lis calumniosa non est lis, neque inducit vitium litigiosi.*

17 *Retrocessio beneficij, quod vacauit ob non publicationem resignationis censetur nulla.*

18 *Clausula* siuè ex alterius persona vacet *operatur, quod possit capere vacationem ex alia persona, quam nominata.*

19 *Clausula* siuè præmisso, siue alio quouis modo vacet *quis iuuari non potest, nisi verificato modo vacandi expresso saltim de facto.*

20 Regula de subrogandis 28. in ordine *prohibet subrogari illos, qui viuentium, maximè senium, vel ægrotantium, & similium beneficia impetrauerunt.*

21 *Quæ* Regula *tanquam fauorabilis extenditur.*

22 *Subrogatio gratiosa à collitigante debet peti intra mensem à die subrogationis concessa tertio.*

DECISIO MCCXV.

Fabius Petrotius resignauit Capellaniam, de qua agitur ad fauorem Camilli Mengotij 3. Kalend. Septembris 1617. quia Mengotius postea Kal. Iunij 1618. eandem Cappellaniam retrocessit ad fauorem d. Petrotij, & posteà Ioannes Antonius Longobardus Kal. Septembris 1618. impetrauit eandem Cappellaniam, ex quo Camillus resignatarius non erat Ciuis Romanus iuxta *Indultum Leonis* & ex quo resignationem iuxtà *Constitutionem Gregorij XIII.* infrà tempus in ea præfixum non publicauerit & Papa concessit ei mandatum de prouidendo directum Dominis de Angelis Pinello, & de Bubalis, coram quibus respectiue egit contra dictum Camillum, & Petrotium.

Cum postmodum obijsset Petrotius, quæsitum fuit supradicta die, an dicto Ioanne Antonio Longobardo esset danda subrogatio, quæ
1 regulariter collitiganti debetur, * vt in *Regula de subrogandis &c. Mandos. super dicta regul. q. 2. per tot.* & præsertim *num.* 5. in hac tamen facti specie Domini non fuerunt concordes, & plures ortæ sunt difficultates.

Prima difficultas fuit, an lis fuerit super titulo beneficij, prout ad hunc effectum requi-
2 ritur * *c. 2. vt lit. pend. in 6. Cassad. dec. 2. de rescr. & dec. 4. vt lit. pend.* & vt cognosci possit ad quam harum iuris conclusionum applicetur iudicium cœptum, sequentes Iuris conclusiones fuerunt firmatæ. Prima conclusio est,
3 quod lis super possessorio adipiscendæ* (quicquid dicat *Sarnen. super reg. de annali quæst. 66. in fine*) non facit beneficium litigiosum *Cassador. dec. 6. num. 2. de rescr. & dec. 4. vt lit. pend.* & fuit resolutum in causa *Casalen. Canonicatus* 22. *Octobris* 1607. *&* 4. *Februarij* 1609. *coram Illustriss. D. Cardinale Ludouisio:* Secunda conclusio est, quod si petitur beneficium conferri
4 lis non est super titulo beneficij, * sed quando facta collatione dubitatur ad quem beneficium
5 pertineat, * quia quandò petitur beneficium conferri imploratur quodammodò officium Iudicis, quod est quodammodò actio personalis, & in personali non contrahitur vitium
6 litigiosi, * vt est dictum *Innocentij in cap. cum M. Ferrariensis num. 9. ante fin. vers. & generaliter dicimus de constitut.* quod refert, & exornat *Bald. in auth. litigiosa num* 1. *C. de litigiosis;* Hæc tamen conclusio non est simpliciter intelligenda, sed quando Papa confert alicui Præ-
7 bendam in Ecclesia, * & dat prouiso rescriptum ad Capitulum; atque prouisus petit collationem Beneficij, tunc enim intentatur actio personalis, & lis non est contestata, ideò si Capitulares Præbendam alteri conferant, ista collatio est valida, quia Præbenda nondùm fuit litigiosa, si ergo prouisus à Papa succumbat, tunc is, cui est data Præbenda firmiter manebit Dominus, si autem prouisus à Papa non agat actione personali, sed reali, dicendo collata est mihi ista Præbenda, in qua peto me declarari per vos Dominum, & possessorem, quæ est actio realis, tunc si Capitulares alteri conferrent hanc Præbendam, illa collatio, tanquam rei litigiosæ facta, ipso Iure non teneret, adeò vt licet prouisus à Papa succumbat, deindè in petitione tam illæ, cui facta est collatio per Capitulum, penitùs nullum Ius habeat in Præbenda, quia per motionem controuersiæ Præbenda fuit litigiosa facta, & ampliùs sic inalienabilis ita optimè declarat *Bald. in l. 1. num. 7. C. commun. diuid.* & ibidem *Sicard. num.* 15. cuius verba transcribe-

re placuit, & benè etiam *Castren. in d. l. 1. nu. 8.* & hoc est quod generaliter dicunt in *dicta l. 1. Bald. in fin. & Gloss. in auth. litigioso in verbo deducta vers. & not. in fin. C. de litigios.* & ibi *Odofred. num. 4. Bartol. num. 4. Salyc & Angel. in princ. Azo. in Summ. eod. tit. num. 2. Butrig. in auth. lite pendente vers. verum olim efficiebatur C. eod. tit. de litigios.* Et quod prædicta conclusio sit intelligenda, patebit ex sequentis conclusionibus. Tertia conclusio est litem esse super titulo Beneficij, quando quis petit aduersarium remoueri à Beneficio, & negat fœ-
8 dus coniugij spiritualis, * vel titulum, licet secus esset si non negaret titulum, sed solum diaisset, Aduersarium fore priuandum propter aliquod crimen, quod vltimum est intelligendum, prout in sequenti conclusione *Gloss. magistralis in element. dispendiosam in verbo Beneficys* ibi *Si verò agatur ad remotionem de iudic.* vbi *Card. num. 16. Imol. nu. 3. vers. vlt. quarit Anchar. num. 4. in sexto notabili Vitalin. num. 27. & seqq. & num. 49. Sarn. in reg. de subrog. quæst. 7. in princ. & in reg. de annali quæst. 42. in princ. Rot. dec. 766. lib. 3. par. 3. Achill. dec. 5. num. 6. de pension.* & fuit dictum coram me in causa *Terdonen. Præpositura 26. Octobris 1601.* Hinc in causa *Calagurrana Beneficij 29. Octobris 1601. coram Illustriss. Lancellotto* fuit resolutum, quod lis super Symonia non facit beneficium litigio-
9 sum. * Quarta conclusio est, quod lis censentur super titulo beneficij, etiam quod agatur ad priuationem, si tamen quis petat sibi be-
10 neficium adiudicari * *cap. 2.* vbi *Gloss. in verbo finita vt lite pend. in 6.* & in *Clem. 1. in verbo cum Possessorem de sequestr. possess. & fruct. Put. decis. 67. & 485. lib. 2. in nou.* & fuit dictum in dicta causa *Terdonen. coram me supradicto die, & 3. Februarij eiusdem anni*, & hoc est, quod dixit *Rot. in causa Gerunden. Beneficij 18. Iunij 1612. coram recol. mem. Francisco Penia, olim Rota Decano.*

Secunda difficultas est, an gratia Longobardi sustineatur cum narrauerit Beneficium vacare, ex quo Mengotius non erat Romanus, nec in tempore publicanerat, & tamen certum est, quod Mengotius fuerat dispensatus super eo, quod non esset Romanus, vt patet ex eius litteris: Pro resolutione huius articuli considerabatur, quod si narrantur duo modi vacandi, an sufficiat vnum iustificare; an vero ambo sint iustificandi, duæ sunt conclusiones. Altera est, quod quando plura narrantur, quorum vnum est sufficiens ad impetrandam
11 gratiam, eo probato gratia subsistit, * licet alia non verificentur, vel falsa existant *Aegid. decis. 280. Falin. in rep. 2. num. 23. de rescr.* vbi *Rip. num. 58. Put. decis. 69. lib. 2. & dec. 187. l. 1. Rot. decis. 7. de rescript. in nou.* & fuit dictum in causa *Romana Census 3. Maij 1596. coram Cardinali Blanchetto*, & in causa *Bisuntina, seu Basilicen. vnionis 10. Maij 1602. coram Card. Seraphino* & in causa *Salamantina Iurisdictionis 17. Maij 1577. coram eodem.*

Altera conclusio est, quod quando plura exprimuntur, vt Papa inducatur facilius ad gratiam concedendam, omnia expressa requi-
12 runt iustificationem, * vt fatetur idem *Aegid. dec. 734. in fin. & dec. 4. & in c. inter cæteras nu. 4. & 15.* vbi dicit ita fuisse resolutum per *Rot. de rescript.* Et hæc conclusio eo magis procedit, quando plura exprimuntur ad aggrauan-
13 dam personam possessoris, * & agitur non solum ad effectum priuationis, verum etiam adiudicationis, quia tunc omnia sunt iustificanda iuxtà *text. in c. olim de rescr. & ibi Gloss. in verbo ad omnia, & Abb. num. 3.* & fuit resolutum in causa *Oscen. Archidiaconatus 19. Octobris 1601. coram Illustriss. Lancellotto.* Vnde stantibus istis duabus conclusionibus videndum est in hac facti specie, in qua harum conclusionum versemur, scilicet. An Longobardus teneatur in prosecutione litis iustificare vtramque vacationem, an vero sufficiat iustificare vnam, & quatenus teneretur iustificare vtramque, an stante dubietate excludatur à calumnia, itaut propterea non sit deneganda subrogatio, & in hoc articulo duæ fuerunt firmatæ Iuris conclusiones. Prima est, quod subrogatio non debetur, vbi quis est improbus, vel
14 calumniosus litigator * *Bisignett. dec. 2. de rer. permut. Cassador. dec. 7. de dol. & contumac. & decis. 5. vt lit. pend.* latè *Mandos. sup. reg. de subrogandis quæst. 6.* & fuit dictum in *Collen. Parochialis 11. Decembris 1595. coram Seraphino*, & ratio est quia lis calumniosa non est lis, neque
15 inducit vitium litigiosi * *Bisignett. d. dec. 2. in fin. Cassad. dec. 7. num. 1. Ferret. cons. 12. num. 5. in fin. & seqq.* sine lite autem non datur ista subrogatio. Secunda est, quod prædicta procedunt in lite, quæ clarè est calumniosa, secus
16 si lis sit colorata * *Rebuff. super reg. de subrogan. gloss. 7. num. 3. Mandos. quæst. 6. & 11.* & fuit dictum in *Conchen. Archipresbyteratus 19. Ianuarij 1598. coram Litta*, & in *Gerunden. Canonicatus 14. Maij 1601. coram Illustriss. Ludouisio*, & bonum ius non est de substantia litis, vt fuit dictum in causa *Vallisoletana Scholastriæ 17. Iunij 1602. coram Illustriss. Lancellotto.*

Tertia difficultas est, an dicta gratia Longobardi subsistat, ex quo de tempore eius impetrationis iam Mangotius retrocesserat ad fauorem Petrotij. In hoc articulo primo considerabatur, quod si sufficiebat Longobardo iustificare vnum ex modis vacationis narratæ sufficiens erat, quod probaret non publicationem, quia tunc parum fecisset retrocessio, quia si beneficium vacasset ob non publicationem omnis retrocessio, seu resignatio cense-
17 tur nulla, & beneficium censetur vacare ob non publicationem, vt in *Bulla de publican. Gregor. XIII. 85. in nou. Bullar. §. 5.* & fuit dictum in causa *Abulen. Beneficij 14. Ianuarij 1596. coram Card. Blanchetto*, & in causa *Mediolanen. Præpositura 28. Iunij 1589. coram Platto*. Secundo considerabatur, quod quando Longobardo vtrumque modum teneretur probare, tunc videndum esset, an cessaret calumnia, quia poterat iuuari ex alia vacatione per clausulam *siue præmisso, siue alio quouis modo vacet, siue ex alterius persona*, quæ vltima clausula
18 operatur, * quod possit capere vacationem ex alia persona, quam nominata *Rot. decis. 1.* & ibi

& ibi *adden. verbo quouis alio modo, & Papazz. num. 7. de rescript. in nou. Seraphin. de litteris gratiæ tit. quibus mod. lit. ad Benef. §. sunt, et alia num. 4. Practic. cancellar. in notab. super vacant. non reseruat. clausula autem ex alterius*; & licet hoc casu non posset iuuari dicta clausula generali, nisi verificaro modo vacandi expres-
19 so saltim de facto, * vt in causa *Vrunden. Canonicatus 15. Martij et 13. Maij 1596. coram bo. me. Card. Pamphilio*, tamen saltim primum modum vacandi de facto iustificat, cum Mengotius non sit Ciuis, licet ex dispensatione eius gratia sustinetur, & in omnem euentum istis omnibus consideratis esset videndum, an cessaret calumnia.

Quarta difficultas est, cum de tempore impetrationis Longobardi Petrorius obtinuisset retrocessionem, An dicendum sit per indirectum, Longobardum voluisse imperrare beneficium Senis viuentis, ita vt ei obstet *Regula de subrogandis 28. in ordine*, quæ prohibet subrogari illos, qui viuentium beneficia impe-
20 trauerunt, * maxime senium, cum ratio, & mens *Regulæ* sit obuiare fraudibus, & votum captandæ mortis auferre, & sic emanauit in odium impetrantium beneficia viuentium proximiorum morti, vel ob senium, vel ob infirmitatem, vel ob aliam similem causam *Rebuff. super dicta reg. gloss. 7. nu. 1. Rot. dec. 42. num. 1. & seqq. p. 2.* vbi quod extenditur cum
21 fauorabilis sit * *Sarnen. super dicta reg. quæst. 16.* vel potius probet se non fuisse improbum legislatorem, quia *Regula* fundatur in eo, quod talis præsumitur, vt per *Sarnen. loco supra alleg.*, vel sufficiat impetrationem fuisse certo modo ad effectum, quod non debeatur subrogatio, vt per *Mandos. super hac reg.* quam legit sub *nu. 29. q. 6. in 1. parte* quia in secunda affert rationes, ex quibus potest teneri, quod *Regula* non comprehendat solum impetrantes beneficia senum, aut Infirmorum, aut his similium.

Quinta difficultas est; An cum Sanctissimus concesserit subrogationem Domino Nicolao Longobardus possit hodie illam petere, & punctus consistit in eo, an petierit intra mensem à die concessionis factæ D. Nicolao, prout
22 sufficit, * quod petat in isto tempore iuxta opinionem, quam seruat *Rot.* de qua *Put. dec. 141. & 144. lib. 3. & decis. Vnic. de subrogan. Achill. dec. vnica eod. tit.* & fuit dictum coram *me in causa Hispalen. Prastimoniorum 6. Iunij 1607.* & in causa *Barchinonen. Parochialis de Mataro 20. Iunij 1611.*

TOLETANA PENSIONIS.

Lunæ 27. Ianuarij 1620.

ARGVMENTVM.

Pensionarius etiam contra resignatarium constituitur in quasi possessione exigendi pensionem per solutiones sibi à resignante factas, dummodo concurrat scientia, & patientia eiusdem resignatarij. Ad hoc vt quasi possessio exactionis pensionis ammittatur requiritur denegatio, & acquiescentia per decennium.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium regulatur à iure, licet aliquantulum remittat de rigore iuris.*
2 *Possessor lite pendente debet manuteneri.*
3 *Exactio pensionis probatur ex depositione testis, qui exegit, iunctis partitis banchi.*
4 *Mandatum procura in soluente probatur ex coniecturis, de quibus ibi.*
5 *Solutio pensionis facta per resignantem constituit in quasi possessione pensionarium etiam contra resignatarium titularem, dum in isto probatur scientia, & patientia.*
6 *In continuanda possessione meritur ius ex parte possessoris, & non ab eo contra quem possidetur.*
7 *Possessio non præsumitur continuata vltra decennium. Declara nu. 8.*
9 *Ad ammittendam quasi possessionem exactionis pensionis requiritur denegatio, & acquiescentia per decennium.*
10 *Semel possessor semper præsumitur possessor, nisi habuerit se pro spoliato.*

DECISIO MCCXVI.

SAnctæ memoriæ Pius V. contulit Archidiaconatum Toletanum Francisco de Raynosa cum reseruatione pensionis ducatorum 1600. ad fauorem Ludouici de Zunica, quem postmodum dictus Franciscus reseruatis omnibus fructibus resignauit ad fauorē bo. me. Francisci de Auila, qui postea S.R.E. Cardinalis fuit, & tandem de an. 1572. dictus Ludouicus de Zunica constituit Procuratorē suum D. Rusticuccium de Rusticuccijs modo Abbatem ad exigēdum ex dicta pensione ducatos annuos centum in duobus terminis, quare agit *interdicto retinendæ* contra modernum D. Archidiaconum, & cum mihi commissa fuisset causa sine retardatione solutionis pensionis arbitrio Rotæ; Dubitaui an esset locus arbitrio, vel potius, An esset dandum mandatum de manutenendo D. Abbati Rusticuccio. Et Rota censuit non intrare arbitrium, quia cum reguletur à Iure, licet aliquantulum remittat de rigore Iuris
1 * *Crescent. dec. 4. nu. 3. de Testib.* de iure est, quod possessor lite pendente manuteneatur in
2 sua possessione * *§. hodie Instit. de Interd.* & in puncto est *Decisio Card. Seraphini 1429. num. 1. & seqq.*

Quod autem dictus Abbas sit in quasi possessione exigendi, probat vnicus Testis,
3 qui deponit de exactionibus ab ipso factis, cuius dictum comprobatur ex partitis Banchi, ex quibus apparet diuersas pecuniarum summas fuisse remissas Gregorio de Ayala, & eidem solutas occasione dictæ pensionis, & quamuis Testis deponat de exactionibus factis ab agente Ray-

te Raynotæ, & in hoc non videatur sufficiens Testimonium, attamen eius dictum corroboratur ex prædictis partitis, quæ faciunt gradum probationis, & ideo habetur plena probatio, & cum concurrant coniecturæ non po-
4 test negari mandatum soluentis * *Rot. dec. 2. de cauf. poff. & prop.* & fuit dictum in alia *Toletana penfionis 23. Iunij 1617. coram R. P. D. meo Pamphilio*: Côiecturæ autem sunt euidentissimæ, nempe remissiones reiteratæ de partibus, & solutiones descriptæ in dd. libris.

Non obstat, quod dictæ solutiones fuerint factæ à Raynosa Reseruatario fructuum, qui non potuit constituere Pensiouarium in quasi possessione exigendi in præiudicium Titularis, Quia quicquid dicendum esset de hac conclusione in istis terminis sufficit scientia, & pa-
5 tientia Cardinalis de Auila * vt fuit firmatum in alia causa *Toletana Penfionis 5. Decembris 1603. coram bo. me. meo Iufto*, ad effectum quod censeatur acquisita posessio contra Titularem, quæ nocet etiam moderno Domino Archidiacono, cum in continuanda possessione me-
6 tiatur Ius ex parte possessoris * & non ab eo, contra quem possidetur *Guid. Pap. dec. 629. Rot. dec. 99. num. 11. p. 1. Gigaf. de Penfion. q. 47. nu. 10. verf. 5. fciendum eft Aegid. conf. 21 circa med. verf. tertio quod Martinus*.

Non obstat, quod huiusmodi possessio non probetur de tempore litis motæ, nec præsuma-
7 tur continuata vltra decennium * *Bart. in l. fi. ne poffidetis nu. 8. C. de probat.* Quia hæc conclusio procedit, quando scio alium possidere
8 * & negligens sum in recuperanda possessione, & in nostro casu exactionis pensionis ad perdendam possessionem requiritur denegatio, &
9 acquiescentia per decennium * *Innoc. in c. querelam n. 3. de elect. Afflict. dec. 67. n. 1.* Vnde intrat conclusio, quod semel possessor, semper præsu-
10 tur possessor, nisi habuerit se pro spoliato * *Abb. in c. cum fedem n. 15. de reftit. fpoliat. Curt. Sen. conf. 24. n. 4.* Et cessat difficultas, quia ex multis deductis nô constat de acquiescentia, & sic cessat animus ammissionis, vt fuit dictum in causa *Romana Domus 10. Aprilis 1595. coram bo. me. Card. Pamphilio*.

Denique non obstat, quod mandatum fuerit datum de anno 1572. & hodie non constat de vita Zunichæ, quia huic motiuo fuit plenè responsum *coram bo. me. Iufto*; Videlicet quod cum Abbas habeat intentionem fundatam in mandato, si D. Archidiaconus prætendit expirasse per obitum mandantis, tenetur hoc probare, & quamuis diceretur, quod vita Zunichæ est causa, quod Abbas audiatur, & ideo ipsi incumbit onus probandi vitam, cum non possit exigere ex persona propria tamen fuit consideratum, quod Abbas est in quasi possessione exigendi hoc modo, & quod lite pendente in ea debeat manuteneri.

MEDIOLANEN. PENSIONIS.

Veneris 7. Februarij 1620.

ARGVMENTVM.

Solutio pensionis probatur ex adductis in decisione.

SVMMARIVM.

1 *Possessio contra antecessorem nocet successori.*
2 *Verba præsente, & personaliter dante &c. prolata coram Notario, & testibus continet veram solutionem.*
3 *Confessiones particulares, quæ adminiculantur ex libro Titularis probant solutionem pensionis.*
4 *Solutio pensionis probatur ex confessione Rectoris Successoris, dum in supplicatione expressit beneficium esse oneratum pensione, pensionario illam annuatim percipiente.*
5 *Exceptio, quod pensio fuerit reseruata sine causa, & sic non iustificetur decretum reiicitur ad petitorium.*
6 *Sententia est nulla ex quo pars personaliter non fuit citata.*
7 *Sententia patenter nulla non impedit manutentionem.*

DECISIO MCCXVII.

FVit resolutum Io. Baptistæ, & Alexandro dandum esse mandatum de manutenendo in possessione exigendi pensionem, de qua agitur, cum constet de illorum possessione *§. hodie instit. de interd.* quæ possessio contra An-
1 tecessorem nocet successori * *Rot. dec. 508. nu. 1. p. 2. in recentior.* Et hæc quidem possessio probatur ex Instrumentis quietantiarum, in quibus dicitur *præsente, & præsentialiter dante &c.* quæ verba prolata coram Notario & Testibus non continent simplicem confes-
2 sionem, * sed veram solutionem *Rot. dec. 122. nu. 7. p. 1. in recent.* & fuit resolutum in *Terdonen. Penfionis 17. Iunij 1616. & 16. Ianuarij 1617. coram R. P. D. meo Vbaldo*, & concurrunt aliæ confessiones particulares, quæ cum adminiculentur ex libro ipsiusmet Titularis pro-
3 bant * *Dec. conf. 437. poft nu. 10. Gramm. dec. 103. num. 6. Rot. dec. 102. num. 17. p. 2.* Et tollitur omnis difficultas ex confessione moderni Rectoris, dum in supplicatione expressit Archipresbyteratû esse oneratum duabus pensionibus, pensionatijs illas annuatim percipi-
4 entibus, * ex quibus verbis oritur clara confessio posessoris, vt fuit in puncto resolutum in causa *Elberen. Penf. 29. Nouembris 1614. coram R. P. D. meo Pirouano*, vnde ex illa confessione etiam adminiculatur dictum Instrumentum Alexandri, ex quo nôn ipse, sed eius Pater recepit, ex hoc enim probatur, quod legitime recepit, cum modernus Rector fateatur Pensionarios esse in possessione exigendi.

Non obstat, quod cû pensio fuerit reseruata sine causa, non iustificatur decretum, quod Titularis in vita persoluerit; quia cum constet de possessione exigendi, hoc est reiciendum
6 ad petitorium, * vt fuit dictum in causa *Faentina Penfionis 23. Ianuarij 1619. coram R. P. D. Pamphilio* & in causa *Spoletana penfionis 21. Ia-*

nu-

nij eiusdem anni coram R. P. D. meo Vbaldo:

Neque etiam obstat allegata res iudicata, quia cum vltima sententia fuerit nulla, ex quo
6 pars non fuerit personaliter citata * ad sententiam *Vant. de nullit. ex defect. citat. num.* 83. & ista nullitas sit patens, cum non requirat al-
7 tiorem indaginem, potest dari manutentio * vt fuit distinguendo resolutum in causa *Cesaraugustana Pensionis* 11. *Martij præteriti corā me*.

Præsens decisio fuit confirmata die 23. Martij sequentis.

VRBEVETANA FIDEICOMMISSI.

Veneris 7. Februarij 1620.

ARGVMENTVM.

Tota decisio versatur circa probationem identitatis bonorum fideicomisso subiectorum.

SVMMARIVM.

1 *Assertio testatoris super identitate bonorum nedum nocet hæredibus, sed etiam alijs causam ab eis habentibus*.
2 *Ampla procedere etiam si incidenter prolata fuerint, quando versatur in antiquis*.
3 *Regulæ gramaticales attenduntur pro interpretatione verborum testatoris*.
4 *Dictio* videlicet *exponit ea, de quibus disponens locutus est*.
5 *Verba quæ retenta ratione recti sermonis non possunt referri nisi ad fructus, non debent referri ad bona*.
6 *Verbum* bona *aliquando ad euitandum absurdum restringitur ad vtilitates, & emolumenta, non autem extenditur ad proprietatem*.
7 *Relatiuum* quos *quid importet, & num.* 10.
8 *Illi dispositioni est standum, per quam præcedens dispositio declaratur*.
9 *Non censetur, quod testator voluerit obligare bona magni valoris pro legatis minimæ quantitatis*.
11 *Assertio testatoris emmissa in testamento circa identitatem totius tenutæ non restringitur, licet subiungerit* possessiones, quas in eis habet, & habebit.
12 *Rei appellatione venit tota res, & non pars*.
13 *Verba indefinita æquipollent vniuersali*.
14 *Verba indefinita quæ dicantur*.
15 *Identitas bonorum probatur ex quo testator possedit in certo loco, in quo etiam grauatus hodie possidet*.
16 *Assertioni Papæ, quæ non sit de facto proprio non est standum*.
17 *Bona præsumuntur esse allodialia, nisi probetur esse feudalia*.
18 *Quando agitur de feudo antiquo, & de inuestitura non constat præsumitur ex pacto, & prouidentia*.
19 *Prout etiam quando agitur de feudo antiquo, & in inuestitura nulla habetur mentio filiorum, & hæredum*.
20 *Feudum hæreditarium potest fideicomisso supponi inter vocatos ad eundem feudum*.
21 *Vltimus status attenditur ad probandum feudum esse hæreditarium, nisi de contrario statu præscripto doceatur*.

DECISIO MCCXVIII.

Proposito pluries dubio super identitate tenutæ salicis sub *die* 18. *Maij* 1616. & 10. *Aprilis* 1617. fuit resolutum, probari aliquam partem Tenutæ salici, fuisse in bonis Petri testatoris, quæ, & quanta, & de Castro Fabri videatur; Posteà die 26. *Iunij* 1617. fuit propositum dubium, an tota Tenuta Salicis fuerit in bonis Petri Testatoris, vel quæ, & quanta pars: Et Domini resoluerunt non probari totam, quæ *decisio die* 14. *Martij* 1618. confirmata fuit, Deinde sub *die* 16. *Nouembris* 1618. ad instantiā DD. Comitū proposito dubio, quæ, & quanta pars Salicis fuerit in bonis Petri testatoris, Domini cum præsupposito, quod D. Liuia habeat causam à Mamphilia, dixerunt probari, tenutam Salicis à D. Liuia possessam esse subiectam fideicomisso, demptis acquisitionibus per Dominam Liuiam probandis, quo iterum proposito ad instantiam D. Liuiæ sub *die* 8. *Martij* 1619. causa fuit dilata, & dictum, quod reuiderentur *decisiones* strictè super assertione Testatoris, & factis duabus resolutionibus super lectura Testamenti, quod esset attendenda lectura registri sub *die* 13. *Ianuarij præteriti*, qua fuit actum, an probetur copiam testamenti Petri existentem penes Notarium esse copiam collationatam cum origi- 2
nali, ita vt sit standum, vel recedendum à prima parte *decisionis bo. me. Cardinalis Pamphilij* 2. *Maij* 1603. & ordinatum fuit, quod disputaretur de nouo dubium super identitate bonorum cum vtraque lectura Testamenti, & eo supradicta die reproposito Domini censuerunt standum esse *in decisis sub die* 16. *Nouembris* 1618. attenta vtraque lectura Testamenti, & recedendum à decisis sub *die* 26. *Iunij* 1617. & 14. *Martij* 1618.

Nam vtraque lectura Testamenti in his verbis conuenit: *Ad quæ indicia & legata, & pro quibus iudicijs, & legatis soluendis deputauit, & deputatos esse voluit, & mandauit, omnes & singulos fructus, introitus, & prouentus de Castro Cintellarum Salicis & Castri Vrbenetani ipsius de Valle Clanis, & eius Tenuta, & de Tenuta Castri Fichini*, in sequentibus verò verbis discordant, quia in copia, quæ in registro habetur, subiungitur *videlicet partes, bona, & fructus omnium bonorum prædictorum ipsius, quos nunc habet, & habebit in futurum in dictis locis, quos fructus, introitus, & prouentus mandauit ad dicta, & in dictis iudicijs, & legatis tantum conuerti, & non in alios vsus, nisi in cibarijs suorum hæredum*, &c. in alia verò copia, quæ reperitur penes acta habetur (*partem suam*) in reliquis verò conuenit cum alia lectura, & inferius sub-

subditur: *& prædicta omnia, & singula voluit, & mandanit solui, & expendi post mortem ipsius Testatoris intra tempus duorum annorum de fructibus, prouentibus, & introitibus Castri, & possessionum Castri prædicti Ciuitellarum, & Fichini, & Salicis, & Castri Vrbeuetani, & Tenuta earum, quas in eis habet, & habebit, donec prædicta omnia, & singula iudicia, & legata fuerint plenissime satisfacta, vel de alijs bonis ipsius Testatoris*, & subditur in eodem Testamento: *Quod si prædicto temporis interuallo, non fiunt infra dictum tempus duorum annorum de fructibus dictarum rerum, vel de alijs bonis ipsius Testatoris, licet fieret, postea voluit, ac mandauit, & deputauit fructus introitus, & prouentus dictarum rerum Possessionum positarum in Castro Ciuitellarum, & in eius Tenuta, & in Tenuta d. Castri Fichini, Salicis, & Castri Vrbeuetani*, &c. vnde cum ista assertio Testatoris sit de tota tenuta, vt infra probabitur, nedum nocet hæredibus immedia-
1 tis, sed etiam alijs habentibus causam ab eis * *Bald. cons. 89. num. 3. lib. 1. Cephal. cons. 386. num. 29. & 30. Marzar. de fideicom. quæst. 53. in fin. Peregr. de fideic. art. 44. num. 20. vers. item assertio Testatoris*, & fuit dictum in causa *Romana de Santa Cruce 23. Maij 1618. coram Reuerendissimo D. meo Archiepiscopo Damasceno*; in qua fuit etiam dictum, quod in antiquis, prout est casus noster, hæc conclusio procedit etiam, vbi assertio Testatoris incidenter
2 prolata fuerit, * & hoc idem bis in *hac causa firmatum fuit, scilicet die 16. Maij 1616. & 10. Aprilis 1617.*

Hæc autem assertio non restringitur ex verbis (*partes bona*) vel secundum aliam lecturam (*partem suam*, &c.) quia illa verba (*partes*) seu (*partem suam*) respiciunt fructus, non autem ipsa bona, quod clare probatur ex regulis grammaticalibus, quæ in his terminis debent
3 attendi * *l. Plautius vers. Paulus, & vers. accedere*, & ibi *Gloss. & DD. ff. de auro & arg. legat.* deputauit enim ad legata soluenda omnes, & singulos fructus, introitus, & prouentus, non autem ipsa bona, de Castro Ciuitellarum Salicis &c. quæ sunt posita in genetiuo, verba autem (*partem*, seu *partes*) in accusatiuo, vnde sensus est, quod obligauit omnes fructus Salicis, &c. videlicet partem suam, seu partes suas dd. omnium fructuum scilicet Dominicalium Salicis, & aliorum bonorum, itaut dictio *videlicet* declaret, quod licet obligauerit omnes fructus dd. bonorum generaliter, voluit tamen obligare partem suam dominicalem, quia de sui natura dictio *videlicet*, exponit ea,
4 de quibus disponens locutus fuit * *l. videlicet ff. ex quibus causis maiores § nos autem in fin. instit. de Attilian. tut. Ruin. cons. 39. num. 5. lib. 5. Gabr. cons. 58. num. 38. lib. 1.* & ideo cum retenta ratione recti sermonis, verba illa (*partem* seu *partes*) non possint referri nisi ad fru-
5 ctus, non debent referri ad bona, * *Ias. in l. talis scriptura § hanc autem num. 4. vers. istam doctrinam dat text. ff. de legat. 1. Dec. cons. 299. num. 10.* Nec huic intellectui repugnat, quod in lectura registri habetur videlicet *partes, bona, & fructus omnium bonorum*, quia ex contextu verborum apparet, quod istud verbum (*bona*) in hac facti specie intelligitur, de
6 vtilitatibus, & emolumentis, * non autem de proprietate, quia alias resultaret absurdum, quod darentur bona bonorum, cum testator dixerit *Partes bona, & fructus omnium bonorum*, & ideo per necesse summi debet prædictus intellectus, vt habetur in *l. 1. § ante aditam vers. plenius ff. si quis Testamento liber esse iussus fuerit* ibi *plenius autem causa bonorum hic accipimus pro vtilitate* & pulcrè declarat *Rebuff. in l. subsignatum 39. § bona intelliguntur ff. de verbor. significat*, & facit etiam *Text. in l. is cui § 1. vers. bonorum autem* ibi, *sed & partus*, &c, & ibi *fructus ff. vt in possess. legat. & in § vlt.* ibi *sine vsumfructum quis habeat Instit. de vi bon. rapt.*

Et prædicta optimè comprobantur ex verbis immediate sequentibus, dum testator ait; *Quos fructus, introitus, & prouentus* vbi relatiuũ, quos non solum representat fructus, de quibus
7 supra Testator locutus fuerat, * *Gemin. cons. 72. in fin. vers. & relatiuum*, sed declarat qui sint fructus supranominati *Bald. cons. 495. quædam Domina num. 15. vers. Oratio agitur ista lib. 5. Castrens. cons. 418. quod dicti redditus num. 2. lib. 1.*

Et quod supradicta vera sint satis ostenditur, quia vt supra relatum est, voluit testator solui legata intra tempus duorum annorum *de fructibus, prouentibus, & introitibus Castri, & Possessionum &c. quas in eis habet, & habebit, donec prædicta omnia &c. fuerint satisfacta*, & subdit *vel de alijs bonis; & si infra tempus duorum annorum non fuerit de fructibus dictarum rerum, vel de alijs bonis ipsius Testatoris &c. voluit adhuc fructus dd. bonorum esse obnoxios prædictis legatis*: Vnde ex istis verbis duo colliguntur, alterum quod clare disposuit solum de fructibus bonorum nominatorum, vndè isti dispositioni clare, & indubitatè est standum, cum per eam præce-
8 dens dispositio declaretur, * quatenus obscuritatem aliquam contineret *l. qui non militabat § Lutio l. cum Testamento § fin. ff. de hæred. instituen. l. hæredes palam § si quid vers. & puto etiam ff. de Testam. Castrens. cons. 418. num. 2. vers. præterea verba præcedentia lib. 2.* Alterum verò, quod quando Testator expresse voluit obligare bona, hoc expressit, hic autem bonorum prędictorum nominatorum, solummodò fructus obligauit, vndè si voluisset etiam ipsã proprietatem obligare, hoc expressisset iuxtà *not. in l. vnica § sin autem ad deficientis C. de caduc. tollen.* & in c. *Audientiam de decim.* eoque magis quia non est verisimile, quod voluerit pro legatis, quæ sunt minimæ quantita-
9 tis, * & maius non excedit scut. 12. obligare bona tanti valoris.

Neque dicatur, quod prędicta verba declarari debẽt ex sequentibus, in quibus Testator dixit, *prædicta omnia, & singula voluit, & mandauit solui &c. infra tempus duorum annorum de fructibus prouentibus, & introitibus Castri, & possessionum Castri prædicti Ciuitellarum, & Fichini, & Salicis, & Castri Vrbeuetani; & tenuta earum, quas in eis habet, & habebit donec prædicta omnia, & sin-*

& singula Iudicia, & legata fuerint plenarie satisfacta, vel de alijs bonis ipsius Testatoris. Vnde cum relatiuum *quas* non possit referri nisi ad
10 possessiones, * per necesse sequitur, quod omnes possessiones, quæ erant in dictis locis, spectarent ad Testatorem, cum obligaret nedũ quas habet, sed etiam quas habebit, vnde resultare videtur incertitudo circa quotam tenutæ *Aym. cons. 293. num. 5.* Nam huic motiuo fuit responsum, quod cum assertio Testatoris sit de tota tenuta, licet subiungat possessiones,
11 quas in eis habet, & habebit, * non restringit assertionem de tota Tenuta, sed stat demonstratiue ad possessiones, quas habebit de tempore obitus, cum posset illas medio tempore alienare *l. scribit Quintus Mutius in fin. ff. de aur. & arg. legat.* ita vt solum faciat conditiones, quatenus possessiones non extarent de tempore obitus, vt scilicet non venirent in obligationem nisi quę tunc extarent, *l. Stichum qui meus erit 6. ff. de leg. 1.*

Non obstat, quod si Testator obligauit partem suam fructuum, ergò non omnia bona spectabant ad Testatorem, maximè ponderando verba (*quas nunc habet, & habebit in futurũ in dictis locis*) Et videtur tolli omnis difficultas ex acquisitionibus postea factis diuersis temporibus per successores ipsius Testatoris. Nam huic motiuo respondetur, quod obligatio partis suæ fructuum est intelligenda de parte sua Dominicali, cum assertio sit de tota tenuta, verba verò (*quas habet, & habebit in futurum*) esse ita intelligenda, vt sensus sit. Pro legatis obligauit omnes, & singulos fructus Castri Ciuitellarum Salicis &c. videlicet partes suas, & bona scilicet vtilitates, & emolumenta, & fructus omnium bonorum prædictorum, quos nunc habet, & habebit in dictis locis, ita vt si excrescerent dicti fructus, adhuc censerentur obligati. Ad acquisitiones verò factas, fuit responsum, non infringere Testatoris assertionem, nisi quoad ipsas acquisitiones, vt benè ad propositum *Ruin. cons. 50. num. 14. vol. 1.* Et cessat omnis difficultas, quia cum Testator concesserit facultatem alienandi Petrutio, & alijs descendentibus, vt patet ex tenore Testamenti, & fuit pluries in hac causa firmatum, potuerunt illa bona alienari, & denuo acquiri, & sic remanet illæsa assertio Testatoris, & propterea sufficit, quod nihil prætendatur circa ipsas acquisitiones, quæ ostenduntur.

Quod autem Testatoris assertio, intelligenda sit de tota Tenuta Salicis satis patet, cum fuerit locutus *de fructibus Castri Ciuitellarum, Salicis, & castri Vrbeuetani &c.* & infrà, *de fructibus Castri prædicti Ciuitellarum, & fichini, & Salicis*, & inferius. *Deputauit fructus, introitus, & prouentus dictarum rerum Possessionum positarum in Castro Ciuitellarum, & in eius Tenuta, & in Tenuta d. fichini, Salicis, & Castri Vrbeuetani;* cũ enim nedum Testator asseruit de Castro, sed etiam de Tenuta Salicis, sequitur, quod de tota Tenuta asseruerit, cum appellatione rei,
12 veniat tota res, & non pars * *Gloss. in l. 5. t. rem vers. totam*, vbi *Bartol. ante numerum primum in* *l. 2. oppos. ff. de rei vendicat*, & idem *Bart. in l. de Pupillo 2. qui nuntiat num. 1. & 2. ff. de nou. oper. nunc Dec. cons. 146. nu. 13. post med. vers. secundo: hoc deducitur*, vbi loquitur de nominatione Vineæ simpliciter facta in Instrumento, & *nu. 15. circà finem vers. & in tali particulari*, & quamuis
13 contrarium voluerit esse in verbis indefinitis * *Oldrad. in cons. 100. num. 3.* Attamen hic non sumus in verbis indefinitis, quià tunc esset, si
14 Testator simpliciter nominasset Tenutam * *Bartol. in l. si plurib. num 6. post med. vers. sed certè istà ff. de leg. 2.* & in *l. si ita relictum num. 1. circa principiũ vers. ratio singularis est ff. eod. tit. Dec. d. cons. 146. num. 15. vers. vltimo non obstat*; sed sumus in particulari nominatione tenutæ Salicis, & sic in ea ex supra deductis tota continetur.

Et prædicta comprobantur, quià hæc Tenura Salicis semper fuit possessa per grauatos; Nã de anno 1424. mediantibus Compromissarijs, hæc tenuta fuit diuisa inter filios Francisci nepotis Petruccij, tanquam de hæreditate Paterna, & vlteriùs anno 1460. fuit communicata ista Tenuta Salicis inter Nicolaum, & Ioannem Franciscum, vti de bonis Vgolini Patris, & vlteriùs *Sixtus IV.* prætendens per obitum DD. Io: Francisci Patris Mamphiliæ, & Nicolai Patrui, & sic extincta linea masculina Castra deuoluta ad Sedem Apostolicam, & præsertim Salicem, illa donauit Bartolomeo Nepoti, & posteà *Innocentij VIII.* commisso negotio Io: Baptistæ de Sancto Seuerino Aduocato Consistoriali, ipsoquè audito, reintegrauit Mamphiliam, cum expressione quod eadem bona fuerunt possessa per dictos Io: Franciscum, & Nicolaum de Corbaria Patrem, & Patruum Mamphiliæ respectiuè, & idem fassa fuerat Mamphilia in commissione porrecta *Sixto IV.* & idem *Innocentius eandem Mamphiliam* (vt sunt verba Breuius) *vti vniuersalem hæredem Io. Francisci, & Nicolai iussit ponendam, & postquam posita fuerit manutenendam esse in possessione Tenimenti Salicis, & Turris in illo loco consistentis, ac Castri Fabri, omnium aliorum bonorum quæ remanserunt in hæreditate DD. Io: Francisci, & Nicolai*, & vigore huius ordinationis Papæ Mamphilia de anno 1488. habuit possessionem dictæ Tenutæ Salicis. Adest insuper concordia cum Communitãte Vrbis Veteris inita de anno 1427. in qua disponitur, *che il Castello di Fabro, e di Salice debba esser di detta Donna Mãphilia, e suoi heredi, in quel modo, e forma, che haueua, e teneua Fracasso, e detto Giouanni, nel tempo della loro vita*; Ac tandem non est ommittenda declaratio Mamphiliæ cum Iuramento, quod ista bona erant supposita fideicommisso, quæ omnia fuerunt ponderata *in decisionibus factis in hac causa* 10. *Aprilis* 1617. *&* 16. *Nouembris* 1618. Vndè benè adaptatur in hoc casu, licet in alijs posset habere difficultatem, id, quod dicit *Peregr. de fideicommissis art. 44. nu. 22. & seqq.* quod repetit in *cons. 48. num. 7. &*
15 *seqq. lib. 1. & cons. 35. num. 12. lib. 3.* * sufficere videlicet ad effectum restitutionis Testatorem possedisse in loco, & grauatos hodiè possidere in dicto loco. In hoc enim casu non probatur solùm Testatorē possedisse bona in loco, sed

adest assertio ipsius Testatoris, quod possedit Tenutam Salicis, & obseruantiam subsecutam, quod transiuit in grauatos, & adsunt etiam duo Testes deponentes de publica voce, & fama, quorum alter, etsi patiatur diminutionem attamen ex omnibus simul iunctis, valdè corrobotatur. Vndè negari non potest, quin meritò dicatur omnibus simul iunctis probari totam Tenutam Salicis fuisse in bonis Testatoris, demptis acquisitionibus, quæ ostenduntur; Superabbundans enim videtur hæc probatio, cũ agatur de fideicommisso antiquissimo 300. annorum, quarè Iudex non adstringitur ad vnam tantum speciem probationis, vt fuit dictum in alia *decisione*.

Nõ obstat assertio, de qua in dd. litteris *Sixti IV.* quod Tenuta Salicis fuerit concessa in feudum Vgolino Nepoti ex filio Petri Testatoris; nam omnisso, quod ista assertio non repugnat, quod tenuta non esset in bonis Petri Testatoris cum stent simul, quod fuerit in bonis, & quod fuerit posteà concessa in feudum, in omnem euentum ista Infeudatio non probatur,
quià assertioni prædictæ *Sixti IV.* non est stan-
16 dum, cum non sit de facto proprio. *Curt Sen. cons. 20. num 12. vers. sed ad hanc obiectionem*, & ità intelligunt *DD. Text in c. si Papa 5. si autem de Priuil. in 6. Roman. cons. 180. num. 3. vers 2. quid Papa*: Et regula est, quod bona præsumuntur
17 allodialia, nisi probetur esse feudalia * *Albert. Brun. cons. 127. col. 2. vers. etsi assumamus*, & in casu isto euentus docuit, quod Tenuta Salicis esset allodialis, Quià in restitutione facta per *Innocentium VIII.* expresè reseruantur Castra Montis Leonis, & Montis Gabionis, quæ Ioannes Franciscus, & Nicolaus tanquam fœudalia possidebant, signum euidens, quod Tenuta Salicis non erat fœudalis, quià verisimile est, quod eodem modo fuisset reseruata; sed admisso etiam sinè veri præiudicio, quod dicta Tenuta esset fœudalis etiam respectu Petri Testatoris, quæstio esset, an præsumeretur ex pacto, & prouidentia, an hæreditaria. Et licèt magis communis opinio sit, quod quando agitur de fœudo antiquo, & de Inuestitura non
18 constat, * præsumatur ex pacto, & prouidentia, vel etiam de fœudo antiquo, & nouo, quandò in Inuestitura nulla habetur mentio filiorum, & hæredum præsumatur pariter ex
19 pacto, & prouidentia * *Cardinalis Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 23. tit. 9. num. 1. & seqq. Castill. contr. iur. p. 5. cap. 19. num. 229.* Attamen eum fœudum hæreditatium possit fideicom-
20 misso supponi inter vocatos ad d. feudum * *Corn. cons. 199. num. 12. lib. 2.* & latè *Scharder. de feud. p. 7. cap. 2. sub nu. 65. circà med vers. feudum verò hæreditarium*, cum de hac tenuta Petrus Testator disposuerit tanquam de re hæreditaria, præsumitur esse talis, qui status suffraga-
21 tur, * cum à Iure non sit reprobatus, nec requiritur consuetudo præscripta, sed sufficit sola obseruantia in vltimo statu, nisi de contrario statu præscripto doceatur *Calder. cons. 6. de offic. Legat.* vbi quod procuratio debet solui legato secundum vltimum Statum per rationes prædictas, & optimè ad propositum *Isernia in cap. 1. §. Quidam tamen in addit. de controuers. int. mascul. & fœmin.* & sequitur *Brun. in cons. 127. col. 2. vers. quod si quartam circa finem*, vbi quod ex quo Vassallus consueuit bona liberè alienare, probatur bona esse allodialia, nisi Dominus, seù Agnatus contrarium ostendat *Surd. cons. 151. num. 34. lib. 2. & cons. 311. num. 2. lib. 3.* Quarè cum habeamus istum statum debet attendi *Ferrett. cons. 87. nu. 3. lib. 1. Decian. respons. 73. num. 48. lib. 2. Ludou. Morotius cons. 30. num. 8. & seqq.*

Deniquè non obstat, quod nequè in dictis diuisionibus, nequè in Bullis Pontificum, nequè in dicta concordia cum Communitate Vrbis Veteris dicatur, quod bona fuerint subiecta fideicommisso Petri Testatoris, quià sat est, quod bona peruenerint ad grauatos, vt supra ponderatum est ad effectum adminiculandi identitatem bonorum, & cum aliàs hæc, & alia quamplura deducerentur ad probandam obseruantiam fideicommissi, latè illis *Rota* respondit per *decisionem* particularem *sub die 15. Decembris* 1608. quæ tollit omnes istas difficultates, modò excitatas.

Et ità resolutum.

Præsens decisio fuit confirmata die 27. Nouembris sequentis.

GERVNDEN. BENEFICII.

Lunæ 10. Februarij 1620.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Possessio capta post supersessoriam Præfecti signaturæ Iustitiæ, quæ fuit intimata principali in Curia est attentata.*

2 *Ampl. etiam si is, qui possessionem adeptus fuit non habuerit scientiam supersessoriæ.*

3 *Arbitrium non operatur post executionem iam factam, sed solum vt supersedeatur in vlteriori executione.*

DECISIO MCCXIX.

QVicquid sit, an vigore rescripti; vt Auditor Cameræ deputaret Prælatum, potuerit deputare se ipsum, Domini non dubitarunt, Quià possessio capta vigore sententiæ eiusdem Auditoris fuerit attentata, quia post ipsam sententiam emanauit supersessoria Illustrissimi Præfecti Signaturæ Iustitiæ; quæ fuit intimata Pau-
1 lo principali in Curia * & post d. Intimationẽ Procurator in partibus cœpit possessionem, quæ propterea fuit attentata *Gonzalez ad reg. 8. gloss. 9. de nullit. & atten. num. 190. vers. etsi in hoc medio*.

Neque obstat, quod supersessoria non potuerit

tuerit deuenire ad notitiam Procuratoris, qui cœpit possessionem nomine Pauli, quia hoc suffragatur dicto Procuratori ad effugiendas
2 pœnas, * non autem potest prodesse Paulo, qui ratificando dictam possessionem captam per Procuratorem, perinde est, ac si per ipsum capta fuisset, & sic est attentata, cum sit post dictam supersessoriam Illustrissimi Præfecti, vt benè ad propositum *Lancellott. de attent. à parte e. t. num. 47.*

Ex quibus conclusum intrare arbitrium ad supersedendum in vlteriori executione, quia arbitrium non operatur post executionem iam
3 factam, * sed solum vt supersedeatur in vlteriori executione, vt fuit dictum in causa *Celsonen. præceptoriæ 14. Maij 1604. coram me*, & alias sæpissimè.

TERRACINEN. CAPPELLANIAE.

Veneris 14. Februarij 1620.

ARGVMENTVM.

Alternatiuè narrans beneficium vacare per obitum cæterarum personarum potest eligere vacationem sibi beneuisam. Papa non solet derrogare Iuripatronatui, nisi quando vacat apud Sedem.

SVMMARIVM.

1 *Iudex nulliter procedens spoliat.*
2 *Titulus coloratus in beneficialibus requiritur ad effectum restitutionis in spolio.*
3 *Alternatiuè narrans beneficium vacare v. gr. per mortem Marci, seu Cæsaris potest eligere vacationem sibi beneuisam.*
4 *Et tenetur eligere.*
5 *Vacatio apud Sedem, quando est fundamentum gratiæ, debet plenè probari.*
6 *Papa non solet de facili derrogare iuripatronatui, nisi quando beneficia vacant apud Sedem.*
7 *Clausula vt asseritur non aget iustificatione. Vide ibi.*
8 *Beneficium de iurepatronatus non potest dici vacare per obitum illius, qui non fuit præsentatus.*

DECISIO MCCXX.

Narrauit Franciscus per verbum (*vt asseritur*) Capellaniam, de qua agitur esse de Iure Patronatus Nobilium, & ad illam per obitū Marci fuisse præsentatum Cæsarem assertum Clericum, qui possessione non habita apud Sedem obijt, & per Marci, seu Cæsaris prædictorum obitum, vel alio certo modo vacat. Et Papa quatenus Cappellania de Iurepatronatus existat, attento obitu d. Cæsaris apud Sedem illi derogauit in totum, illamque siue præmisso, siue alio quouis modo vacet contulit prædicto Francisco, qui obtinuit ab A. C. executionem dd. litterarum, sed cum Camillus esset in possessione vigore præsentationis ægit coram me spolio; vnde dubitaui, an esset restituendus, & sententiam affirmatiuam amplexi sunt Domini, quia A. C. nulliter pro-
1 cessit, & ideò spoliauit * iuxta notata *in c. conquerente de restit. spoliat. Seraph. dec. 867. par. 1.* Vnde Camillus est restituendus, quia docet de possessione, & titulo colorato, præsentatione fulcita ex Instrumento fundationis, quod licet non loquatur de Dominis Caietanis, negari tamen non potest, quin hæc omnia sufficiant pro titulo colorato, qui requiritur in benefi-
2 cialibus ad effectum restitutionis in spolio, * ne detur vitiosus ingressus *Rot. dec. 2. de restit. spoliat. in nou.*

Quod autem A. C. nulliter processerit satis patet, quia licet narratum fuerit alternatiuè Capellaniam vacare per obitum Marci, seu Cæsaris, & ideò Franciscus posset eligere vaca-
3 tionem sibi beneuisam * *c. in alternatiuis de reg. Iur. in 6.* & fuit resolutum in causa *Calagurritana Beneficij de Anola coram Gipsio*, quam refert *Garz. de Beneficijs par. 11. cap. 1. num. 71.* tamen elegit sibi vacationem per obitum Cæ-
4 saris, prout facere tenebatur * *c. vt quis duas de elect. in 6.* vnde tenebatur probare vacationem apud Sedem, quam non probat, cum non doceat de præsentatione Cæsaris, cum ad hoc probandum, deducat solum Testes deponentes de auditu, qui in hoc casu non sunt idonei, cum agatur de probanda vacatione apud Sedē, quæ cum sit fundamentum gratiæ, debet ple-
5 nè probari * *Rot. dec. 268. num. 4. par. 1. & dec. 444. num. 2. in recent.* Papa enim non solet de facili derogare Iuripatronatui, nisi quando
6 beneficia vacant apud Sedem, * *Staphil. de litteris Garzia §. sequitur videre de tertia qualitate num. 10. Couarr. pract. qq. cap. 36. num. 4. vers. sed si derogatio Mandos. de Signatura Gratia in verbo derogationis Iurispatronatus vers. dum vacat, Paris. de resign. lib. 2. quæst. 4. num. 45. de resignat. lib. 2. quæst. 4. num. 45. & seqq.*

Non obstat, quod Iuspatronatus fuerit narratum per verbum, *vt asseritur*, quod propte-
7 reà non æget iustificatione * *Rot. dec. 60. & 77. de rescr. Dec. in c. iurauit num. 1. de probat. Cassad. dec. 4. de probat. eod. tit. & decis. 7. de iurepatr.* Quia hoc est verum, sed liberat Franciscum solummodò à iustificatione Iurispatronatus, non autem liberat à probatione, quod fuerit præsentatus, & quod ob hanc causam beneficium vacasset in Curia, saltim de facto, si non adesset Iuspatronatus, & istæ videtur sensus Gratiæ, vt si beneficium vacaret in Curia, saltim de facto, quia non adesset Iuspatronatus, aut non iustificaretur, possit capi vacatio de Iure per obitum Marci.

Minus etiam facit, quod constat, Cæsarem fuisse nominatum, vt etiam pars fatetur, quia cum non fuerit secuta aliqua præsentatio, non potest dici aliquo modo Beneficium per eius
8 obitum vacare, * vt in fortioribus terminis est *decisio Seraphini 1446. par. 2.* Deuolutio autem allegata nihil facit, cum ex hoc capite

beneficium non fuerit impetratum, nec probatur per gradus distinctos, prout de iure requiritur, vt notum est.

Et ita conclusum &c.

Præsens decisio fuit renouata die 6. Nouembris seq.

ROMANA DOMVS AD PEREGRINVM.

Lunæ 17. Februarij 1620.

ARGVMENTVM.

Papa censetur committere A. C. vt derroget fideicommisso arbitrio suo, dum per verbum *placet* subscripsit commissionem eidem A. C. directam. Differentia inter Signaturam Papæ per verbum *placet*, & per verbum *fiat*. Verba *& iustitiam faciat* apposita à Regente in commissione quid importent.

SVMMARIVM.

1 *Papa per verbum* placet *subscribens commissionē, in qua petitur, vt mandet A. C. vt licentiam vendendi bona fideicommisso supposita concedat censetur committere A. C. vt derroget fideicommisso arbitrio suo, quod à iure debet regulari.*
2 *Papa signat per verbum* placet, *quando id, quod proponitur habet dubium, & desiderat æquitatem.*
3 *Papa in his, quæ concernunt gratiam signat per verbum* fiat *in his verò quæ concernunt iustitiā per verbum* placet. *Vide ibi.*
4 *Papa signans commissionem mixtam per verbum* fiat *quo ad ea, quæ concernunt iustitiam non cēsetur gratiam fecisse.*
5 *Verba* & iustitiam faciat *apposita à Regente Cancellariæ important quatenus sit de iure id, quod petitur. Intellige vt num. 7.*
6 *Declara procedere, quando sunt apposita in rescripto iustitiæ, secus quando Papa mandat fieri gratiam.*

DECISIO MCCXXI.

FRatres de Leonettis, cum reperirentur carcerati, supplicarunt Papæ, vt dignaretur committere & mandare A. C. vt ipsis licentiā vendendi bona fideicommisso supposita pro
1 scut 1500. concedat &c. * ac eosdem carceribus mancipatos relaxari mandet. Et Papa signauit commissionem per verbum *placet*, & R. P. D. Regens apposuit Signaturam suam hoc modo *de mandato D. N. Papæ idem A. C. concedat, & decernat, relaxari mandet, procedat vt petitur, & iustitiam faciat*. Vnde dubitaui, an Papa concesserit A. C. facultatem derogandi fideicommisso: & affirmatiuè fuit resolutum, quia cum per verbum *placet* fuerit subscripta commissio absque vlla restrictione, Papa censetur commisisse A. C. vt deroget fideicommisso arbitrio suo, quod quidem arbitrium regulatur à Iure *Sarnen. in compend. vtriusque Signaturæ num. 23.* tamen hoc est verum in casu nostro ad hoc vt Iudex cognoscat, an ex narratis concedi debeat derogatio, & hoc est, quod dicit *Glossator antiq. super regul. 25. col. 4. vers. & tunc si esset*, vbi si id, quod proponitur Papæ habet dubium, & desiderat æqui-
2 tatem, Papa signat per verbum *placet*. *

Non obstat, quod Papa in his, quæ concer-
3 nunt gratiam signat per verbum *fiat*, * in his verò quæ concernunt iustitiam per verbum *placet*, vt per *Glossatorem*, & *Sarnen. locis prædictis*, quia hoc est regulariter verum, sed non repugnat Signatura per verbum *placet*, si Papa mandet fieri gratiam cum causæ cognitione, prout fuit factum in hoc casu, vt benè per *Sarnen. vbi supra num. 24.* vbi quod est speciale in Papa, quod possit signare commissionem per *fiat*, & per *placet* immò si signet commis-
4 sionem mixtam per *fiat*, * quoad ea, quæ cōcernunt iustitiam, non censetur gratiam fecisse vt per *Sarnen. loco præcit. num. 5. & seq.*

Minus obstant verba illa in Signatura Regētis *Et Iustitiam faciat*, quæ verba important
5 quatenus sit de Iure id, quod petitur * *Cresc. dec. 1. de rescr.* Quia dictum *Crescentij* procedit, quando hæc verba sunt apposita in rescrip-
6 to Iustitiæ * vt aduertit *Seraph. dec. 922. nu. 2. & seqq.* secus autem quando Papa concedit, vel mandat fieri gratiam, quia hoc facit remoto omni obstaculo, & *numer. 4.* subdit, quod semper consueuit dici in *Rota* attendendam esse præcipuè Signaturam Papæ, non autem extensionem Regentis: Et in omnem euentum, quatenus verba (*& iustitiam faciat*) essent attendenda, deberent intelligi circa modum
7 procedendi circa gratiam faciendam, * non autem circa ipsam gratiam, quatenus æquitas suaderet, vt derogatio concedi deberet, vt innuit dicta *decisio Seraphini loco prædicto*.

Et ita conclusum &c.

Præsens decisio fuit confirmata die 13. Maij 1639.

ROMANA CENSVS DE MVTIS.

Veneris 21. Februarij 1620.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Lucrum dotale debetur tam pro rata dotis solutæ, quam non solutæ.*
2 *Tutrix, quæ administrauit omnia bona præsumitur sibi ipsi satisfecisse, & num. 4.*

3 Fru-

3 *Fructus dotis viduæ non restitutæ ex* Statuto Vrbis *non debentur absque interpellatione.*

DECISIO MCCXXII.

POst resolutionem factam, quod bona libera Pompeij ascendebant ad scut.4700. quæ tamen hodie fuit firmatum ascendere ad sc.4251. quia dos Liuiæ scut. 3. mill. fuit carolenorum, non autem monetæ, prout fuie suppositum, & sic prædicta dos vna cum lucro fuit tantum scut. monetæ 2812. Dubitaui supradicta die, an prædicta bona Pompeij consumpta fuissent in satisfactionem Creditorũ anteriorum census, de quo agitur, qui fuit impositus 23. Ianuarij 1591. & Domini responderunt non probati prædictam consumptionem reseruato, vt particulariter videatur circa dotem Constantiæ vxoris Pompeij, quę fuit constituta in scut. 5. mill., ex quibus Pompeus fassus fuit recepisse scut.1600. quę in *decisione facta 3. Iunij* 1613. non controuertebatur, attamen cum hoc hodie valde impugnaretur, visum fuit Dominis super hoc partes audire, nec incidenter præter stylum *decisio* reuocetur.

Prętendebant enim nedum bona libera prędicta consumpta fuisse pro parte in dd. scut. 1600. verum etiam pro rata lucri dotalis occasione dictæ dotis, quod lucrum debetur tam
1 pro rata dotis solutæ, quam non solutę, * vt latè fuit deductum in causa *Fanen. lucri dotis 3. Iulij 1601. coram Illustriss. Ludouisio*, quę habetur in *recent. dec.3. p. par.2.* dicebant tamen Domini, quod etiam si ista vera sint non suffragantur in hoc casu, in quo Constantia post obitum Pompeij administranit tanquam tutrix omnia bona: vnde presumitur sibi satis-
2 fecisse * *l. sed & si damnum §. præterea vbi Angel. ff. de peculio Afflict. dec.* 13. *num.* 16. *&* 18. *Surd. conf.*290. *num.*33. *lib.*2. & fuit in terminis dictum in causa *Romana hæreditatis de Beniuacqua* 13. *May* 1591 *coram Orano*, & in causa *Romana administrationis tutelæ* 2. *Aprilis* 1590. *coram bo. me. Pænia*, & in causa *Bonon. dotis* 20. *Iunij* 1614. *&* 10. *Nouembris* 1617. *&* 6. *Iunij* 1618. *coram R.P.D. meo Pamphilio*, & in hac responsione tollitur etiam id, quod dicebatur de fructibus dotis debitę Constantię ad rationem scut.7.⅓ vigore *Statuti*, vltra quod non apparet de interpellatione, sine qua non
3 debentur dicti fructus, * vt clarè loquitur *Statutum*, vnde etiam quod doceretur de interpellatione, quoad fructus nihil debetur etiam respectu quarti, nisi visis computis cognoscatur,
4 an Constantia fuerit satisfacta, * prout pręsumitur ex prędictis.

Prætendebatur etiam tertio, quod bona Pōpeij fuerint consumpta in dote scut. 5. mill. assignata Faustinæ Sorori Pompeij, sed ista prætensio non placuit, cum hæc dos fuerit assignata per Iudicem in subsidium ex bonis fideicomisso suppositis iuxta *auth. res quæ C. commun. de legat.* Vnde aut ista assignatio fuit rectè facta, & nihil prætendi potest, aut minus rectè, & agant pro recuperatione bonorũ datorum, non autem dicant ex bonis liberis fuisse assignatam istam dotem, quia nihil minus, & in omnem euentum dos fuit posterior censu, vnde de ea non est habenda ratio ad effectum præsentis dubii.

Et Ita conclusum, &c.

CALAGVRITANA BENEFICII DE ALEGRIA.

Veneris 21. Februarij 1620.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Fructus beneficij ex consuetudine Hispaniorum spectat ad hæredes defuncti.*
2 *Consuetudo tollitur per motum proprium Papæ illi derogant.*
3 *Non potest dari de non vsu motus proprij Papæ. Lex Papæ non eget quod moribus vtentium recipiatur nu.* 3.
4 *Leges priuatæ sufficit, quod priuatim notæ fiant.*
5 *Ad probandum quem esse excomunicatum requiritur concludens probatio, quando agitur ad effectum ammißionis lucri, secus si ad effectum denegandi audientiam.*

DECISIO MCCXXIII.

PLacuit Dominis *decisio in hac causa facta* 10. *Ianuarij præteriti*, in qua fuit firmatum fructus beneficij, de quo agitur, spectare ad hæredes Ioannis iuxta consuetudinem Hispania-
1 rum, * de qua latè *Molin. de Iust. & Iur. disput.* 147. *nu.* 14. *& seq.* & fuit pluries in *Rota* resolutum vt in *decis. alleg. in causa Barchinon. fructuum* 10. *Decembris* 1607. *coram me.*

Non obstat, quod stante antiqua consuetudine conferendi ad fauorem Cleri Episcopus non potuit prouidere Ioannem; quia Episcopus fecit hanc collationem vigore motus proprij *Sixti V.* qui fuit expeditus vsque de anno 1586. & intimatus in Ecclesia de Alegria de mense Septembris anni 1589. prouisio autem Ioannis fuit de anno 1590. die 20. Iulij, vnde cum dictus motus proprius antiquæ consuetu-
2 dini derogaret, * vt etiam dixit *Rot. apud Seraphin. dec.* 1323. *l. prospexit ff. qui, & à quibus Roland. conf.* 99. *nu.* 47. *lib.* 2. Clerus non poterat repugnare *l. ancilla vbi DD. C. de furt. & ibi Gloss. in verbo quæstio Symon. de Præt. c. uf.* 205. *nu.* 19. *Surd. conf.* 53. *nu.* 6. *Roman. conf.* 377. *num.* 6.

Neque etiam obstat, quod dictus motus proprius non fuerit vsu receptus quia quatenus hoc esset verum non referret, eum lex Papæ non egeat, quod moribus vtentium
3 recipiatur, * cum immediate habeat potestatem à Deo *Io. Andr. in c. cum de beneficio in princ.*

priuc. de prabeu. in 6. Innoc. iu c. quanto num. 5. vbi cateri DD. de consuet. c. significasti de elect. c. 1. cum duob. seqq. de trans. Pralat. Ferrett. in c. 1. nu. 6. cum plurib. seqq. de const. Sot. de Iust. & Iur. lib. 1. q. 6. art. 4. col. 5. ante med. Archidiac. post Ioanuem de Fauo iu c. cum M. Ferrarien. nu. 13. de constit. Siluestr. iu Summ. in verbo Lex nu. 6. vers. quarto quod per inferiores.

Et exabundanti respondetur, non esse verum, quòd dictus motus proprius non fuerit receptus, nam licet emanauerit de anno 1586. & Clerus contulerit iuxtà antiquam consuetudinem Didaco, qui est in causa dimidiam portionem de anno 1589. 20. Iulij, hoc tamen fecit, quia dictus motus proprius non dum Cleto fuerat intimatus, intimatio enim solum fuit facta de mense Septembris eiusdem anni 1589. & fuit sufficiens, cum satis sit, quod

4 leges priuatæ priuatim notæ fiant * *Bald. in l. leges vt generales nu. 2. vers. & hoc est bene Fulgos un. 1. Castr. uu. 2. in fin. C. de legib.* eleganter *Roman in cons.* 433. *col.* 2. *vers. in his rationibus Dominus meus Ludouicus Carbo de legib. lib. 3. disput. 7. col. 5. vers. postremo priuatæ leges.*

Denique non obstant subreptiones, quæ opponûtur contra Breue *Sixti*, quia quatenus subsisterent non reuelarent. Nam adhuc Episcopus erat in quasi possessione vniuersali conferendi iuxta dictum motum proprium, quæ illi etiam in loco isto particulari suffragatur, cum magis causa, quam beneficium attendatur, & propterea dictus Ioannes prouisus non erat ammonendus à beneficio, vt fuit late deductum in *hac causa 18. Martij 1611. coram me*: Quæ quasi possessio dubitari non potest, quin suffragaretur post intimationem motus proprii *Sixti V.* quia per eam fuit recessum ab antiqua consuetudine conferendi etiam in loco de Alegria, & dilatata possessio vniuersalis per remotionem obstaculi etiam ad istum locum, cum Cletus responderit obedire se mandato Episcopi, tanquam sui superioris, & licet etiam dixerit, quod ad complementum petebat transumptum, & testimonium à Notario, Attamen hoc non tollit, quin paruerit motu proprio, cum in mandato Episcopi hoc contineretur, & sic voluntariè recesserunt à possessione, in qua existebant, & dilatata fuit Episcopi possessio etiam respectu istius loci, cum esset possessio vniuersalis.

Quæ dicuntur Ioannem non fecisse fructus suos ex quo erat excommunicatus ob recursus, non placuere, cum de illis non constet concludenter ad hunc effectum, datûr enim solum simplex fides sine die, & anno, quæ ad hunc effectum fidem non facit, nam requiruntur

5 concludentes probationes, cum agatur ad effectum ammissionis lucri, non autem solum ad effectum denegandi audientiam *Mohedan. dec. 4. de probat. Put. dec. 6. eod. tit. & dec. 24. uu. 4. lib. 1.* & fuit late deductum in causa *Tuden. Beneficij 25. Iunij 1604. coram praecl. viro Francisco Pania Rotæ Decano.*

Et ita conclusum &c.

BOIANEN. BENEFICII.

Lunæ 24. Februarij 1620.

ARGVMENTVM.

Prouisio beneficij vacati in mense Februarij facta ab Ordinario non gaudente alternatiua nullius est momenti.

SVMMARIVM.

1 *Mensis* Februarii *est mensis Apostolicus Episcopo non gaudente alternatiua.*

2 *Decretum irritans appositum in* Regula reseruatoria octo mensium *incipit titulum, & possessionem prouisi ab Ordinario.*

3 *Ita vt debet manuteneri prouisus Apostolicus, quamuis habeat possessionem instrumentalem tantum.*

4 *Quando notoriè constat quem non habere ius in beneficio an ammoueri possit absque citatione remissiue.*

DECISIO MCCXXIV.

Non controuertitur, Beneficium, de quo agitur vacasse in mense Februarij 1609. qui

1 mensis est Apostolicus * Episcopo non gaudente alternatiua, vnde cum probetur, Episcopum alternatiuam acceptasse 27. Aprilis eiusdem anni, & sic post dictam vacationem licet contrarium fuisset dictum in alia *decisione* à qua propterea circa hoc factû fuit recessû, sequitur per necesse, quod possessio Paschalis Prouisi ab ordinario sit infecta ex decreto irritanti ap-

2 posito in *Regula*, * quod hoc operatur, licet non sit super certo corpore Beneficij, cum sit iustificatum *Cassador. dec. 1. nu. 1. & seqq. de restit. spoliat. Put. dec. 191. num. 1. & ibi addit, & dec. 196. lib. 3. in nou. Mandos. in reg. 1. Cancellariæ q. 3. per tot. Rot. dec. 510. lib. 3 p. 2.* & fuit dictum in causa *Beneuentana Beneficiorum 14. Decembris 1601. coram me.*

Et licet hoc inspecto replicaret Dominicus propterea non posset si denegari manutentionē

3 licet eius possessio fuerit instrumentalis * cum possessio Paschalis propter decretum irritans fuerit nullius considerationis, vt dicitur in allegata causa *Beneuentana coram me*. Attamen dixerunt DD. non constare de mandato illius, qui cæpit possessionem nomine Dominici, & quatenus constaret non releuaret, cum fuerit processum non citato Paschali, nam & si controuersia sit, an quando notoriè constat, quem non habere ius in beneficio, ammoueri pos-

4 sit absque citatione * ex allegatis per *Mandos. ad Roman. in cons. 499. in verbo auferre*, & magis communis opinio videatur affirmatiua, nimirum requiri citationem, nisi etiam notoriè constat nullam defensionem illi competere vt per eundem *Mandos. ibid.* Attamen quicquid sit de illis opinionibus, certum est, quod quãdo Paschalis erat in detentatione, non constabat notoriè aliquod ius, vel defensionem

ali-

aliquam illi non competere cum alternatiua Episcopi nuper fuerit producta, & cum tunc potuisset allegare prouisionem Apostolicam non erat certum, quod nulla defensio ei competeret, neque potest fieri vis, quod hodie non ostendit aliquem titulum Apostolicum, quia satis est ad effectum, quod deberet citari quod tunc non apparebat defensioné aliquam non competere.

Ex quibus, cum neutra possessio sit considerabilis, placuit DD. ex officio apponendum esse sequestrum iuxta *decis. Putei 362. lib. 2. in non.* quæ loquitur in huiusmodi terminis.

VRBEVETANA DONATIONIS.

Lunæ 24. Februarij 1620.

ARGVMENTVM.

Agitur de legitimatione personarum, de qua in quacunque materia prius est quærendum.

SVMMARIVM.

1 *In quacunque materia primo quærendum est, an personæ sint legitimæ, aut habiles ad actum.*

2 *Confessio defuncti probat contra habentem causam ab eo.*

3 *Confessio emmissa in commissione probat filiationem.*

DECISIO MCCXXV.

De anno 1514. Comitissa Mamphilia donauit bona, de quibus agitur Nicolao, & Cæsario suis filijs, quam donationem promisit perpetuo ratam, & firmam habere, & illam non reuocare sub pęna duplici, & cum D. Liuia prætendat agere ad istam pęnam contra Comitem Ranuccium hæredem mediatum prædictæ Comitissæ Mamphiliæ, & in quacunque materia primo de personis quærendum sit, an sint
1 legitimatæ,* aut habiles ad actum *l. si quæramus ff. de testam. Bartol. in l. 2. C. de edict. Diu. Andr. toll. Aymon. conf. 104. nu. 1.* Ideo dubitaui, an persona D. Liuiæ, & Comitis Ranutij esset legitimata. Et DD. quo ad vtramque personam affirmatiuè resoluerunt.

Et quo ad personam D. Liuiæ satis patet, quia Mamphilia, vt dictum est, donauit Nicolao, & Cæsareo filijs, vt patet ex donatione eisdem facta 14. Decembris 1514. & ex alia donatione, seu ratificatione facta ad fauorem eiusdem Nicolai, & Bandini Iunioris eiusdem filij sub die 19. Martij 1528. & ex donatione facta ad fauorem Comitum 6. Decembris 1539. & ex alia declaratione facta ab eadem Mamphilia ad fauorem Lucretiæ, & Portiæ sub die 25. Iunij 1543. & ex depositione Iacobi Tonelli *iuxta decimumquintum interrogatorium*, & *iuxta 16.* & Cipriani Manentis *iuxta septimum interrogatorium*, ex Nicolao vero natus est Bandinus iunior, vt patet ex dicta donatione facta ab eadem Mamphilia de anno 1528. Nicolao, & dicto Bandino iam defuncto Cæsareo, vt in dicta declaratione de anno 1543. & in dicta donatione facta ad fauorem Comitum de anno 1539. & ex depositione Iacobi Tonelli, quæ omnia probant contra Comitem Ranuccium; quod autem ex dicto Bandino, & Iulia Cæsarina vxore natæ sint Portia, & Lucretia, & quod sint natæ ex Bandino, patet ex instrumento de anno 1543. in quo Mamphilia dixit velle donationem factam filijs valere ad fauorem Portiæ, & Lucretiæ filiarum Bandini Nepotis; Concurrit etiã confessio in commissione Mamphiliæ de anno 1545. quæ quidem confessiones Mamphiliæ negari non potest, quin probent contra Comitem habentem causam ab
2 ea *l. cum à Matre C. de rei vendicat.* & respectu etiam istius vltimi gradus concurrit confessio ipsorum Comitum anno 1544. in commissione directa Pighino, & concurrit depositio Iacobi Tonelli *iuxta decimumquintum interrogatorium* & adminiculatur ex mandato procuræ dato de anno 1544. per Lucretiam, & Portiam, & ex sententia lata super spolio ad fauorem earumdem de anno 1545. nec non ex commissionibus nomine earumdem impetratarum de anno 1547. & 1549.

Quod vero dd. Portia, & Lucretia sint natæ ex dicta Iulia Cesarina probatur ex confessio-
3 ne obtenta de anno 1571. * ad *l. cum precum C. de liber. Claus.* & adminiculatur ex donatione facta per Lucretiam Iuliæ matri 7. Nouembris 1553. Portia iam defuncta nec non ex mandato eiusdem Iuliæ ad capiendam possessionem bonorum donatorum de anno 1555. & ex adeptione possessionis de eodem anno, & insuper concurrit depositio Iacobi Tonelli, *iuxta decimum quintum interrogatorium*. Quod vero dicta Liuia sit hæres prædictæ Iuliæ probatur ex testamento eiusdem rogato 19. Decembris 1573. & ex aditione hæreditatis eiusdem, ac inuentario bonorum de anno 1574.

Quantum attinet ad personam Comitis Ranuccij satis videtur legitimata, quod sit hæres mediatus Mamphiliæ. Nam Mamphilia eadem bona de anno 1539. donauit Comitibus Hieronymo, & fratribus de Corbaria, & eorum hæredibus, quam de anno 1547. reuocando prædictam factam de anno 1543. Portiæ, & Lucretiæ confirmauit, & eosdem Comites hæredes instituit, & hęredes Mamphiliæ etiam se nominant dictus Comes Hieronymus, & fratres, vt in commissione præsentata per ipsos de anno 1554. cuius Comitis Hieronymi est filius Comes Dulcius, vt in alia commissione præsentata dę anno 1571. & huius filius, & hæres est Comes Ranuccius, vt patet ex inuentario bonorum; Vnde etiam eius persona videtur legitimata.

Et ita conclusum &c.

RO-

ROMANA DEVOLVTIONIS DOMVS.

Mercurij 11. *Martij* 1620.

ARGVMENTVM.

Alienatio rei Ecclesiæ in qua deficit causa, & solemnitas non valet. Quando dicatur deficere causam, & solemnitatem.

SVMMARIVM.

1 *Probatis melioramentis in genere præfigitur terminus ad liquidandum in specie, quo elapso procederi potest ad executionem.*

2 *Declaratoria Iudicis non requiritur ad canonizandam rem iudicatam, dum à Sententia Rotali intra decem dies non fuit appellatum.*

3 *In alienatione rerum Ecclesiæ copulatiue requiritur causa, & solemnitas.*

4 *In alienatione bonorum Ecclesiæ requiritur Beneplacitum Apostolicum, quod supplet defectum solemnitatis.*

5 *Limita in re solita locari.*

6 *Vt dicatur res solita locari requiritur, vel vnica locatio solemnis, vel duæ non solemnes, effectum sortitæ spatio 40. ann.*

7 *Beneplacitum Apostolicum ex assertione partium non probatur.*

8 *Beneplacitum Apostolicum præsumitur ex obseruantia subsequuta spatio 30. ann. Limita, vt ibi.*

9 *Concessio rei Ecclesiasticæ non tenet; quando solitum fuit alteratum, licet sit solita locari.*

DECISIO MCCXXVI.

FVit resolutum esse locum executioni præfixo tamen prius termino ad liquidandum melioramenta in specie, quia cum de illis constet in genere præfigendus est terminus
1 ad liquidandum in specie *, quo elapso procedi poterit ad executionem iuxta opinionem quam *Rota* seruat, vt per *Put. dec. 461. lib. 2. in nou.* Constat enim in hoc casu de re iudicata, quia non fuit appellatum intra decem dies à sententia Rotali confirmatoria alterius sententiæ, ad quem effectum non requirur aliqua
2 declaratoria iudicis * *c. quoad consultationem vbi DD. de sent. & re iud. Marant. in specul. p. 6. act. 2. principali in verbo Et quandoque appellatur num. 214. fin. Lancell. de attent. p. 2. cap. 12. de attent. appellat. pend. ampliat. 2. num. 16. Papien. in praxi in forma appellationis à sententia diffin. in Gloss. coram Vobis num. 2. vers. quæritur quot modis*: Constat etiam de iustitia ipsius rei iudicatæ, nam bona Ecclesiæ fuerunt alienata, absque solemnitate, & causa; quæ duo copu-
3 latiuè requiruntur * *DD in c. sine exceptione 12 q. 2. vbi Laurentius de Rodulphis num. 17. Decius in auth. qui rem. num. 21. C. de Sacros. Eccles. & cons. 142. n. 5. in princ. Bertrand. cons. 356. in princ. vol. 2.*

Quod autem deficiat solemnitas, satis patet, quia non interuenit Beneplacitum Apostoli-
4 cum, quod requiritur, * vt in *extrauag. ambitiosa de reb. Eccles. non alien.* & supplet defectum solemnitatis *Abb. in cap. 1. num. fin. de confirmat. vtil. vel inutil. & cons. 41. lib. 1. Bald. in l. 2.* per illum *text. C. quando decret. opus non est Rot. dec. 67. num. 1. p. 2.* nec euitari potest hoc motiuum ex eo, quod quando res est solita locari non sit necessarium Beneplacitum Apostoli-
5 cum * *c. 2. de feud. Couarr. var. resol. lib. 2. cap 17. num. 4.* Quia ad hunc effectum requiritur, vel vnica locatio solemnis, vel duæ non solemnes
6 effectum sortitæ spatio 40. annorum *; *Præpos. in c. 1. num. 23. & seqq. Qui feudum dar. poss. Alex. cons. 9. num. 6. lib. 3.* vbi *Add. Ias. cons. 155. num. 16. vers. non obstat secundum* vbi de communi *lib. 2. Rot. dec. 160. num. 5. p. 2.* quæ quidem locatio solemnis hic non adest, non enim probatur ex illa enunciatiua facta in instrumento concessionis factæ de anno 1556. Francisco Furronio, cum enuntietur solum deuolutio cuiusdam Violantis, quæ dictam domum habebat ad vitam, nec ista enunciatiua dicit concessionem fuisse factam cum beneplacito Apostolico, & quatenus hoc diceret nihil probaret, cum in huiusmodi terminis ex assertio-
7 ne partium hoc non probetur, * sed debeat aliunde probari *Bartol. in l. si forte ff de Castren. pecul. Paris. cons. 62. n. 7. lib. 1.* qui de communi *Aymon. cons. 175. num. 2.* idem *Bartol. in auth. si quis in aliquo num. 12.* & ibi *Dec. num. 36. C. de eden. Alex. cons. 17. num. 6. lib. 4. Rot. dec. 160. num. 4. p. 2.* & fuit dictum in causa *Auersana Tenimenti 24. Nouembris* 1581. *coram Cantuccio*. Nec dictum Beneplacitum potest præsumi ex obseruantia subsecuta spatio 30 annorum, quæ facit præsumere Beneplacitum Aposto-
8 licum interuenisse * *Fely. in c. Albericus num. 4. vers. autem in instrumento de testib. Put. dec. 355. lib. 2.* Quia vltra quod illa conclusio non videtur procedere in istis terminis, quia sic plus operaretur vnica locatio cum obseruantia 30 annorum, quam duæ, quæ non tangerent metam 40. annorum, vt fuit consideratum in causa *Pisan. bonorum* 20. *Februarij* 1585. *coram Cantuccio*, & in causa *Romana domus* 13. *Ianuarij* 1586. *coram bo. me. Card. Blanchetto*. Cessat omnis difficultas, quia dicta locatio facta de anno 1556. fuit obseruata solum vsque ad annum 1567. de quo per monasterium fuit declarata deuolutio, vt habetur in instrumento confecto de anno 1570. de quo etiam anno prædictus Franciscus retrocessit domum monasterio, quod fecit nouam concessionem Matthæo Canonico S. Celsi, & Iuliæ vxori Prosperi cum reseruatione Beneplaciti Apostolici, quæ locatio durauit vsque ad annum 1596. de quo fuit inita transactio inter monasterium, & Venturam, seu Victorium nominatum à Ventura nepote Baptistæ nominati per Iuliam vxorem Prosperi, vt in instrumento locationis factæ Xenofonti. Vnde siue agatur de pro-

banda

banda obseruantia, itaut prima locatio dicatur solemnis, & non interuenit cursus 30. annorum, vt patet ex serie facti supra deducta, siue deducantur duæ locationes effectum sortitæ spatio 40. annorum, nec minus adsunt, cum super ista concessione lis pendeat in Rota, vt patet ex cessione facta in concessione vltimo loco facta Xenofonti, Et in omnem euentum, vt bene consideratur in *decis. R. P. D. mei Vbaldi,* solitum in concessione vltima fuit alteratum,
9 vnde concessio non tenet, * etiam quod res esset solita locari *Curt. Iun. de feudis p. 2. q. 6. Dec. in auth. qui rem num. 2. & 22.* & ibi *Cagnol. n. 58. C. de Sacrosf. Eccles. Alex. cons. 9. num. 2. lib. 3. & cons. 5. num. 18. lib. 5. Clarus in §. emphiteusis q. 6. vers. scias tamen, & q. 28. vers. aut vero* Nec tandem iuuat, quod sit Indultum generale ex gratia *Gregorij XIII.* quod eius consensum sufficiat, quia hoc Indultum non releuat, cum non probetur interuenisse dictum Beneplacitum generale, & si probaretur, non releuaret, cum Indultum prohibeat fieri locationes vltra duas generationes, vel nominationes absque licentia Sedis Apostolicæ, nec adest euidens vtilitas Ecclesiæ, vt statim dicetur.

Quod autem deficiat causa satis patet, quia hæc domus ante concessionem locabatur pro sc. 90. & alia pars pro sc. 30. quæ constituunt annuam summam sc. 120. & tamen concessio fuit facta pro scutis 33. vnde clare apparet, quod locatio cessat ex defectu causæ: Et quamuis replicetur, quod locatio pro sc. 90. esset pro furno, & granario cum cæteris membris, tamen quicquid sit de hoc, residuum domus locabatur pro sc. 30. vt deponunt testes Monasterij, vnde negari non potest, quin etiam attenta ista lectura, cesset causa, cum indubitatum sit, quod furnus longe vltra scuta tria annua locabatur.

Præsens decisio fuit confirmata die 1. Iulij, ac 9. Decembris sequentis & 29. Martij 1621.

VITERBIEN. FIDEICOMISSI DE DIVITIA.

Veneris 13. Martij 1620.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Arbores minui possunt vel vetustate, vel tempestate, vel alio casu.*
2 *Compensatio admittitur etiam si creditum non sit liquidum, quando illiquiditas prouenit culpa aduersarij.*
3 *Culpa cum culpa compensatur.*
4 *Incisio arborum probatur per testes singulares.*

DECISIO MCCXXVII.

PRætendebant fratres fideicommissarij de Diuitia adfuisse in horto de tempore motæ litis arbores 600. & propterea illarum medietatem restitutioni esse subiectam, vnde cum in horti medietate sibi assignata adessent solum arbores 140. petebant æstimationem residui ad rationem sc. 2. pro qualibet arbore, videlicet pro arboribus 140. & negatiua sententia placuit Dominis 14. *Ianuarij* 1619. ex rationibus ibi adductis, & præsertim, quia & si constet aliquas arbores post litem motam fuisse incisas, attamen cum non constet, quod de tempore motæ litis adessent arbores 600. non apparet, quod emptores Horti arbores vltra suam portionem inciderint, ita vt maior pars arborum 160. spectet ad fideicommissarium, maximè quia arbores potuerunt minui
1 vel vetustate, vel tempestate, * vel alio casu vt considerat *Textus in l. Arbores & l. Arboribus ff. de vsufruct. & in l. Arboribus ff. de contrah. empt.*

Quia tamen denegari non potest incisio, post litem motam, vt probatur ex Testibus etiam nuper examinatis, placuit Dominis, quod fideicommissarij molestari non possint ab emptoribus horti pro quantitate arborum, quæ extant in medietate horti sibi assignata, cum debeat compensari cum quantitate post litem motam incisa, quæ licet illiquida sit, attamen cum hoc proueniat culpa incisoris, non debet
2 interim denegari compensatio, * donec melius ab vtraque parte liquidatio fiat, quia vterque videtur in culpa, de iure autem culpa cũ cu pa
3 compensatur * vt benè ad propositum *Alex. in cons. 47. nu. 11. lib. 1.* vbi loquitur de duobus administratoribus, quorum negligentia fuit facta diminutio capitalis.

Non obstat, quod testes, qui deponunt de incisione sint singulares, quia cum non agatur de probanda incisione in specie, sed incisio ingenere, illa probatur etiam per testes singu-
4 lares * *Fely. in c. licet ex quadam num. 2. in secunda limitatione vers. ad idem vide de Testibus Dec. in c. licet causam num. 69. in princ. de probat. Bero. num. 40. vbi de communi Gabr. de testib. concl. 2. num. 18. & 21 in fine.*

Et ita conclusum, &c.

CALAGVRITANA PAROCHIALIS DE ALZOLA.

Veneris 20. Martij 1620.

ARGVMENTVM.

Noua Parochia quando erigi possit, & quando dicantur probata extrema necessaria ad illam erigendam.

SVMMARIVM.

1 *Noua Parochia erigi potest, quando iter ad Ecclesiam matricem est longum, fragrosum, & difficillimum, & propter quas difficultates multi absque sacramentis decesserunt.*

2 *Testibus incolis, & pluribus numero magis statur, quam alijs.*

3 *Testes Parochi tanquam de vniuersitate non sunt integræ fidei ad probandam vicinitatem incolarum ad Ecclesiam matricem. Vid. ibi.*

4 *In concursu magis statur testibus forensibus contradicentibus, quam testibus de vniuersitate.*

5 *Quis non potest facere partem, & testem.*

6 *Citatio ad videndum iurari testes suppletur per præsentiam partis.*

7 *Testes, qui iurarunt in termino possunt examinari post terminum.*

DECISIO MCCXXVIII.

FVit resolutum sententiam Rotalem, quæ confirmat sententiam de partibus esse confirmandam, non enim est habenda ratio prætensarum nullitatum sententiæ de partibus, cum fuerint sanatæ per speciale rescriptum S. D. N. de iustitia autem manifestè apparet ex testibus incolarum, qui expresse deponunt iter à Vico Alzolæ ad Ecclesiam Matricem esse vnius leu-
1 cæ asperum, fragrosum, & difficillimum, * præsertim tempore hyemali propter inundationem fluminis nauigabilis, & qualitatem viæ, quæ est inter Valles, & montes, & propter huiusmodi causam multi dictę Villæ Alzolæ decesserunt sine Sacramentis, vnde meritò fuit pronuntiatum nouam Parochiam erigi potuisse, quia de hoc habemus *text. in c. ad audientiam de Ecclesi. ædifican.* vbi *DD. Concil. Trident. sess. 21. c. 4. §. in ijs vero de reform. Rochus de iure patr. in verbo honorificum quæst. 3. num. 10. Lambert. eod. tract. lib. 1. parte 1. quæst. 3. art. 15. Lapus allegat. 66. Rebuff. de Decim. quæst. 6. num. 21. Mandos. in prax. Signaturæ Gratiæ tit. erectiones, vers. per hanc erectionem Gambara de offic. legat. lib. 1. tit. 18. Matthæus Soar. in pract. & ordin. visit. cap. 4. n. 1.*

Non obstat, quod testes pro alia parte examinati deponant contrarium, quia est standum magis testibus incolarum, cum sint plures nu-
2 mero * *c. in nostra de testib. l. ob carmen §. si testes ff. eod. tit.* & corroboratur eorum depositio ex oculari inspectione, & mensuratione facta à Prouisore Calaguritano parte citata, secundo quia testes examinati pro alia parte sunt de vniuersitate, & adsunt testes pro incolis, qui contrarium deponunt, quorum multi non sunt de vniuersitate, vnde Testes Parochi tanquam de vniuersitate in hoc casu non sunt integræ
3 fidei * *Crot. de Testib.* qui de communi testatur *num. 132.* licet secus esset si adessent testes deponentes contrarium, vt declarat *Honded. cons. 17. num. 37. & seq. vol. 1.* immo isti testes incolarum, qui non sunt de vniuersitate, operantur, vt plene sit standum alijs testibus incolarum de vniuersitate, cum concordent in dicto *Petrus Gerard. sing. 24. num. 2. Gabr. de testib. concl. 1. num. 1.* vbi de communi: Tertio quia in concursu magis statur testibus forensibus contradicentibus, quam testibus de vniuersita-
4 te * *Abb. in c. insuper num. 2. col. 4. vers. ego putarem Fely. num. 3. vers. fallit secundo de testibus, Afflict. dec. 400. num. 8.*: Quarto, quia isti testes Parochi dederunt mandatum ad causam, vt ex tenore apparet, quod non dederunt pro vniuersitate, sed quasi pro interesse singulorum, vnde non possunt facere partem, &
5 testem * *Bald. cons. 438. num. 3. lib. 1. Ruin. cons. 189. num. 20. in fin. lib. 1.* & fuit resolutum in causa *Gerunden. anniuersariorum 9. Iunij 1580. coram bo. me. Gipsio.*

Non obstant nullitates, quæ opponuntur contra examen testium incolarum, non quidem defectus citationis ad videndum iurare testes, quia die 20. Martij 1612. articuli fuerunt admissi parte præsente, & incontinenti, quattuor primi ex ipsis iurarunt, præsentia
6 autem supplet defectum citationis * *Aymon. cons. 4. num. 25.* Alij vero iurarunt die 22. 23. & 24. Martij 1612. præuia legitima citatione ad videndum iurare testes, & sic intra terminum datum ad probandum, quem cum die 22. prorogauerit ad alios duos dies durabant vsque ad diem 26. Martij, & propterea etiam quod deposuissent post dictum terminum, non inde sequitur, quod deficiat citatio ad videndum iurare testes, & quod non fuerint examinati in termino præfixo, quia sufficit, quod iurauerint in termino ad effectum, quod post
7 terminum possint examinari * *Rot. dec. 3. de dilation. in antiq. & dec. 26. de probat. pariter in antiq.* & fuit dictum in causa *Calaguritana oblationum 26. Martij 1590. coram Reuerendissimo Perusino*, & in causa *Ianuen. pecuniaria 26. Martij, & 28 Iunij 1612. coram R. P. D. meo Vbaldo*: Non etiam obstat defectus examinis extra locum iudicij, quia hoc non iustificatur in facto.

Non obstat, quod in sententia Rotali non fuit citatus Rex Patronus Ecclesiæ, quia de hoc iurepatronatus nō cōstat, prout non est verum, quod sit lata contra Rectorem mortuum, quia prima sententia non est lata in rem, scilicet super erectione nouæ Parochialis, & in ea non nominatur Rector, sed tantum beneficiati, contra quos fuit actum, & ipsi fuerunt legitimè citati, & substinuerunt causam; vnde cum non constet de alio Rectore, non potest negari validitas contra dictos Beneficiatos.

Ex quibus, & ex alijs benè deductis *in decisionibus R. P. D. mei Verospi* Domini censuerunt sententiam Rotalem esse confirmandam.

Præsens decisio fuit confirmata die 22. Iunij sequentis.

BONON. VSVSFRVCTVS.

Veneris 20. *Martij* 1620.

AR.

ARGVMENTVM.

Alimenta debita in subsidium taxantur iuxta necessitatem personæ, non autem secundum valorem bonorum, dignitates, aut qualitates personarum.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta in subsidium debita ab Auo Nepotibus tam masculis, quàm fæminis ex vsufructu bonorum maternorum ad quam summam taxentur.*

2 *In taxandis alimentis debitis in subsidium non attenditur præcise valor bonorum, nec dignitas, aut qualitas personarum, sed potiùs necessitas & num. 7.*

Quod procedit in alimentis præstandis marito in bonis Vxoris in subsidium num. 2.

3 *Et in illis præstandis spurio, cui ex necessitate debentur.*

4 *Ac in illis præstandis à creditore debitori.*

5 *Alimenta taxata sufficiunt, quando præstatur condecens victus, & vestitus in locis, in quibus alij nobiles aluntur.*

6 *Crescente ætate illorum, quibus alimenta sunt præstanda non est præclusa via Iudici, quin possit illa augere.*

DECISIO MCCXXIX.

POst binas *decisiones* in hac causa factas, fuit resolutum, Nepotes in subsidium ali debere ex vsufructu bonorum maternorũ, qui spectant ad Auum, ita vt creditores Aui pro ista rara nihil prætendere possint. Vnde ad instantiam creditorum, dubitaui ad quam summam taxanda sint alimenta, & cum fœmina sit in monasterio, placuit, quod persoluantur expen-
1 sæ monialibus iuxta solitum, * & quod masculi, qui sunt duo, & pueri, ponantur in Collegio Nobilium, ibique soluatur solitum stipendium, & pro quolibet, tam masculis, quam fœmina soluantur scut. 25. annua pro indumẽtis. Ratio huius taxationis fuit, quod cum ista alimenta debeantur in subsidium, non debet in his taxandis attendi præcise valor bonorum, nec dignitas, aut qualitas personarum,
2 sed potius necessitas, * sicuti dicitur de alimẽtis præstandis marito in bonis Vxoris in subsidium *Bald. in l. si maritus la 2. in fin. & Imol. Castrens. num. 2. & Alex. num. 5. ff. solut. matrim. Cordub. in l. si quis a liberis §. sed si filius num. 69. ff. de liber agnoscen.* & idem dicitur in
3 alimentis præstandis spurio, * cui debentur ex necessitate *Benint. dec. 22. num. 6. in fin. Surd. de aliment. tit. 4. q. 18. num. 49.* latè *Barbos. ad l. p. 4. parte num. 66. ff. solut. matrim.* & in terminis dotis constituendæ ab Auo materno in subsidium *Rot. dec. 581. num. 2. par. 1. in recent.* & de alimentis præstandis a creditore de-
4 bitori, * fuit resolutum in causa *Romana de Crescentijs 18. Iunij 1607. coram R. P. D. meo Manzanedo.* Quod autem dicta alimenta sufficiant ad necessitatem, satis patet, cum detur condecens victus, & vestitus in locis, in qui-
5 bus alij nobiles aluntur, * non autem ad nihilum rediguntur *l. 3. ff. de aliment. et cibar. legat.* & crescente ætate non erit præclusa via, si
6 opus erit prędicta alimenta augere, * *l. cum vnus § final. vbi Gloss. ff. de alim. et cibar. legat. Surd. de alim. tit. 8. priuil. 56. num. 61. Mantic. dec. 331. num. 3. Rot. dec. 224. num. 3. p. 2. in recent.*

Non obstat, quod præcitati DD. non loquuntur in casu, quo post obitum alicuius vsusfructus spectat ad illum, qui ali debet, quia satis est, quod Auus, dum viuit, sit Dominus vsusfructus, & quod alimenta solum debeantur in subsidium, vt fuit firmatum in alijs *decisionibus* ita vt ex rationibus prædictis, quando debentur in subsidium, debeant taxari iuxta necessitatem, non autem iuxta quantita-
7 tem bonorum, & nobilitatem familiæ, * cum vbi militat eadem ratio, idem Ius statui debeat *l. illud ff. ad l. Aquil.*

Et Ita conclusum.

TVSCVLANA FIDEICOMMISSI.

Lunæ 23. Martij 1620.

ARGVMENTVM.

Filiorum appellatione quando veniant Nepotes, & cæteri descendentes.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum appellatione veniunt Nepotes, pronepotes, & alij vlteriores, quando sunt vocati ad incertum euentum, & cum dictione* in *infinitum num. 6. & 15.*

2 *Abnepos per repræsentationem concurrit cum Nepote ad successionem Aui, & Abaui respectiuè in stirpes, non in capita secundum ius nouum, secus autem erat de iure antiquo.*

3 Tex. in §. cum filius Instit. de hæred. quæ ab intest. defer. *habet locum etiam vltra pronepotes, ac etiam in decimo gradu.*

4 *Repræsentatiom repugnat clausula* in capita, & non in stirpes *Limita num. 5.*

7 *Substitutio dicitur compendiosa, quando sunt substituti filij, nepotes, & alij, licet non sit adiecta dictio* quandocunque, *& continet etiam vulgarem substitutionem.*

8 *Verbum* substituit *est commune.*

10 *Caducato primo gradu substitutionis sequens, & deinceps admittitur.*

11 *Compendiosè substitutis filijs, nepotibus, & alijs filij præmortuorum censentur post eorum parentes substituti non solum per vulgarem, sed etiam per fideicommissariam.*

12 *Et concurrunt ex eorum propria persona cum patruis, & auunculis. Vid. num. 13.*

14 *Filiorum appellatione an, & quando veniant Nepotes in fideicommisso collato in futurum incertum tempus, est quæstio valdè controuersa,*

unde ibi adducuntur sequaces utriusque opinionis cum eorum declarationibus, & num. seqq.

17 *Vocatio in capita, & non in stirpes idem operatur ac si testator vocasset pro rata aequaliter, aut pro virili.*

DECISIO MCCXXX.

TEstator post Institutionem filiorum masculorum, & substitutionem nepotum pariter masculorum in infinitum, ac denique post substitutionem filiarum, & nepotum descendentium, ex prædictis in infinitum substituit proprias filias fœminas, & cuiuslibet ipsarum filios in infinitum in capita, & non in stirpes, cui substitutioni fuit factus locus, & agitur inter Gregorium nepotem Testatoris ex Martia filia, & Petrum, & fratres abnepotes eiusdem Testatoris ex Francisca altera filia, & punctus difficultatis fuit restrictus ad duo capita, primum est, an dicti Abnepotes censeantur vocati: Secundum quatenus sic, an possint concurrere cum Gregorio; Et quantum attinet ad primum caput placuerūt *decisiones factæ 4 Iulij 1618. & 15. Aprilis Superioris anni*, quod nomine filiorum in hoc casu veniant nedū Nepotes, sed etiā Pro-
1 nepotes, & alij, * ex quo nedum filij sunt vocati ad incertum euentum, sed etiam quia est adiuncta dictio *in infinitum ex allegatis in prædictis decisionibus*. Quantum verò attinet ad secundum caput, cum *Rota* resolnerit ipsos ve-
2 nire ex repræsentatione, * iuxta textum in §. *cum filius instit. de hered. quæ ab Intestato deferunt*; qui habet locum etiam vltrà Pronepo-
3 tes, ac etiam in decimo gradu * *Couarr. pract. quæst. cap. 38. num. 5.* cui repræsentationi licèt videantur repugnare illa verba *in capita, & non*
4 *in stirpes*, quia repræsentatio fit in stirpes, * vt habetur in dicto §. *cum filius Couarr loco prædicto*, & in puncto dicunt *Ludouic. de Casanate* interpretando *text. in l. cum Pater §. hæreditatem ff. de leg. 2. in conf. 58. num. 27.* & nouissimè *Franc. Ferrer. de Substitut gloss. 3. num. 51.* Fuit tamen responsum, quod illa verba *in capita, & non in stirpes* erant intelligenda in casu, quo nepotes ex duobus fratribus in eodem gradu cōcurrerent ad successionem, qui & si in hoc casu, in quo agitur de fideicommisso ascendentis debeant concurrere in stirpes, non autem in
5 capita secundum ius nouum, * tamen secus erat de iure antiquo, vt per *Alex. cons. 55. num. 4.* & ibi *adden. in litt. C. lib. 4.* cum quo iure antiquo videtur se voluisse conformare Testator, non autem propterea dicendum est, voluisse tollere repræsentationem, quando Patruus concurreret cum Nepote, vt minus quam fieri potest corrigatur ius cōmune, vt benè ad propositum considerat *Alex. loco præcit.*

Sed bis proposita causa, cum super huiusmodi secundo capite Domini non essent concordes 10. *Ianuarij huius anni* ordinarunt, vt informaretur strictè, an isti abnepotes possent venire ex propria persona, & proposito dubio supradicta die Domini fuerunt cōcordes pro affirmatiua. Ratio fuit, quia cum sint substituti filij in infinitum, & sic Nepotes Pronepotes, & alij
6 vt supradictum est, * substitutio dicitur compendiosa, etiam quod non sit adiuncta
7 dictio *Quandocunque* * *Gloss. in c. si Pater in ver. absque deductione vers. compendiosa fit his verbis de testam. in 6. Put dec. 351. in princ. lib. 3. in nou.* & cum adsit verbum *Substituit*, quod
8 est commune * *l. iam hoc iure §. quod ius vbi Castrens. num. 4. ff. de vulg. & pupill. Bartol. in l. Lucius num. 4. in 2. Quæsito in fin. ff. eod. tit. Crassus in §. substitutio q. 5. num. 18. Oddus de compendiosa par. 4. quæst. 2. art. 1. in verbo substituo*, & continet etiam substitutionem vulga-
9 rem * *Put. d. dec. 351. Surd. dec. 37. num. 9.* & fuit dictum in causa *Firmana hæreditatis 11. Decembris præteriti coram R. P. D. meo Dunozetto*, quare caducato primo gradu, venit se-
10 cundus, & deinceps, * vt in *l. vnica §. pro secundo ff. de caduc. tollen. Bart. in l. quamdiù 68. num. 10. ff. de acquir. hered.* & in proprijs terminis *Ruin. conf 171. num. 8. vers. vnde, & conf. 168. num. 11. lib. 2. & conf. 142. num. 73. vers. item ex eadem, & col. vltima lib. 3.* qui cōcludit filios præmorruorum censeri post eorum parentes substitutos, non solum per
11 vulgarem, sed etiam per fideicommissoriā, * & propterea Patre eius mortuo, eius locum obtinet filius, & succedit vna cum Patruis, vel Auunculis in bonis defuncti, & dicit, quod censentur duæ substitutiones, vna, qua primi Filij sunt vocati, & inuicem substituti, altera qua filijs mortuis vocantur Nepotes, & Pronepotes in infinitum *Aymon. conf. 67. num. 5. vers. & in terminis*, vbi quod licet isti Nepotes quoad eorum Parentes dici possint vocati ordine successiuo, attamen parentibus ipsis mortuis ex sua persona concurrunt cum eorum Pa-
12 truis, & Auunculis * *Soccin. iun. conf. 116. num. 17. vol. 1.*, vbi quod Nepos & filius debent pariter admitti, non habita distinctione prioritatis gradus, & alios quam plures huius sententiæ allegat *Menoch. de præsumpt, 95. num. 35. lib. 4. Peregr. de fideicommissis art. 21. num. 26. & 29. Instrigl. de substit. centur. 3. q. 87. num. 34.*

Neque obstat, quod prædicta non possint procedere in casu illo, in quo simpliciter sunt vocati filij, & agitur iurerpretatiue, quod veniant alij, & tunc demum veniunt, quando agitur, ne extinguatur effectus dispositionis
13 Testatoris, * non autem ad effectum, quod nepotes concurrant vna cum filijs *Surd. conf. 403. num. 21. Seff. decis. Aragon. 64. num. 108.* Nam pro responsione animaduertebatur, quæstionem esse inter Doctores, an nomine filiorum veniant nepotes, quando dispositio est col-
14 lata in futurum incertum euentum, * & *Imol, in l. Gallus §. instituens col. fin. nu. 48. vers. vel potes dicere 2. ff. de liber. & posth.* tenet opinionem affirmatiuam *Roman. vero in conf. 438. in fin.* tenet negatiuam, & vtraque opinio habet suos sequaces vt per *Rustic. ad l. cum Auus ff. de cond. & demon. lib. 6. cap. 12. nu. 4. cum plurib. sequentibus*, & *Surdus*, & *Sesse locis prædictis* volunt opinionem *Imolæ* procedere, quando agitur de saluanda dispositione Testatoris; secus autem quando agitur in concursu cum patruo

Patruo, & nepote, quæ opinio videtur fuisse *Alexandri in conf. 37. num. 17. verf. non obstat lib. 7.* & propterea quicquid sit de prædicta opinione *Alexandri, Surdi, & Sessæ,* non applicatur in casu isto, in quo non quæritur, an nomine filiorum in fideicommisso in tempus incertum collatum veniant nepotes, & alij quando non agitur de saluanda dispositione Testatoris, sed an veniant, quando filij ne dum in tempus incertum sunt vocati, sed etiam in infinitum, quo casu certum est venire sub
15 nomine filiorum, * alias frustranea videretur ista vocatio in infinitum, si non venirent nepotes, & vlteriores, cum sufficeret vocasse filios *Lupus Romanus, & alij allegati in dec. facta in hac causa 15. Aprilis* 1619. & sic fortior est ille casus, quam ille, quando filij sunt vocati in euentum incertum.

Vlterius *Socin. Sen. in l. Gallus §. Instituens num. 5. ff. de liber. & Posth.* conciliat opiniones *Imolæ*, & *Romani*, vt scilicet opinio *Romani*
16 procedat *, quando Testator vsus fuit verbis, ex quibus demonstrari possit, quod ipse intellexit de filijs alicuius personæ, opinio vero *Imolæ* procedat in casu contrario. Secundo conciliat, vt opinio *Romani* procedat, quando extant filij, & nepotes, in quibus filij verificari possit dispositio Testatoris, in casu vero contrario procedat opinio *Imolæ*, vnde attenta ista conciliatione in casu nostro procedit opinio *Imolæ*, quia vt dictum est vocauit filias, & ipsarum, & cuiuslibet ipsarum filios, vnde non fit, quod nomine filiorum non veniant nepotes, licet adsit illud pro nomen vel aliud verbum puta *huns*, vel *istum Bart. in d. §. instituens num. 3.* & est *decisio Putei 526. num. 2. lib. 2. in nou. & Gipsij in conf. Ruini, & alij allegati in prædicta dec. 15. Aprilis*: Secundo procedit in casu isto opinio *Imolæ*, quia in solo Gregorio non potest verificari substitutio Testatoris, cum vocauerit filios plurium filiarum, & si solus Gregorius admitteretur, filij ex vnica fæmina solum admitterentur, & non ex pluribus, qui tamen omnes, licet sint plures in eadem linea sunt substituti, vt in puncto considerat *Cephal. conf. 263. nu. 17. verf. non obstat tertium lib. 2. Odd. conf. 39. nu 65. 66. & 67.* qui pariter loquuntur in terminis, & adducit *text. in l. fin. ff. ad Trebell.* vbi ad fideicommissum, vna cum coniunctio ex proximiori vocatur disiunctus, & sic remotior, qui alias non vocaretur, ad hoc vt pluralis numerus resultans ex illis verbis *ei*, vel *eis*, qui supersint restituat; verificari possit, & dicit hunc *textum* esse notabilem ad propositum nostrum.

Non obstat, quod si est exclusa repræsentatio videtur etiam exclusa substitutio vulgaris, quia in hoc casu tendunt repræsentatio, & substitutio vulgaris ad eundem effectum: Nam huic motiuo respondebatur, quod vocatio in capita, & non in stirpes idem operatur, ac si Testator vocasset pro rata æqualiter, aut
17 pro virile, * vt notat *Curt. Iun. in conf. 245. nu. 3. lib. 3. Petr. de fideicom. q. 11. nu. 132.* Vnde dicendum est, nepotes fuisse vocatos in capita cum Patruis *Gabr. conf. 130. nu. 18. vsque ad fin. lib. 1. & conf. 101. num. 12. & 20. lib. 5.* vbi dicit ita communiter teneri per *DD. in l. final. C. de impub. & alijs substit. & d. nu. 20.* dicit secundum dictum *conf. 130.* per *Rotam* fuisse iudicatum *Peregr. de fideicom. art. 17. nu. 15.* & sic apparet, quod si Testator voluit tollere repræsentationem sustulit, ne in stirpes succederetur, sed in capita propter prædicta.

Et ita conclusum &c.

MEDIOLANEN. PENSIONIS.

Lunæ 23. Martij 1620.

ARGVMENTVM.

Confessio emmissa in supplicatione probat contra confitentem; Quando possit reuocari talis confessio.

SVMMARIVM.

1 *Confessio emmissa in supplicatione probat contra confitentem.*
2 *Amplia etiam in confessione emmissa à Procuratore.*
3 *Confessio emmissa in supplicatione potest reuocari.*
4 *Declara procedere, quando docetur de errore.*
5 *Limita non procedere postquam fuit à parte acceptata.*
6 *Pater non est legitimus administrator filij in spiritualibus, & spiritualibus annexis.*
Solutio pensionis facta Patri multum corroborat quasi possessionem exigendi in filio nu. 6.
7 *Stylus vnius loci non suffragatur quo ad alium locum diuersum.*

DECISIO MCCXXXI.

Placuit *decisio*, in qua resolutum fuit Pirouano, & Pecchio dandum esse mandatum de manutenendo, cum de eorum possessione constet ex cõfessione facta in supplicatione porrecta *Sanctiss. D. N.* ex qua fuit impetratus Archipresbiteratus, quæ probat contra confitentẽ
1 * *l. cum precum C. de liberal. caus. Abb. in conf. 38. nu. 1. post. princ. lib. 5.* quæ conclusio procedit etiam, quod confessio facta fuerit à Pro-
2 curatore, * cum agatur de confessione facta in actu, in quo est datus Procurator *Abb. in c. 1 nu. 30. vt lit. non contest. Fely. ibidem nu. 14. Speculat. de confession. in §. nunc videndum nu. 4.*

Neque obstat, quod ista confessio potest re-
3 uocari * *Abb. loc. pred. num. 31. Specul. de confess. in §. postremo nu. 4. in fin.* quid quid sit, an
4 deb. at doceri de errore, * vt dicunt *DD. pred.* in hoc casu non docetur, & tamen debet in hoc casu probari, cum in continenti dicta confessio non fuerit reuocata *Alex. conf. 90. num. 1. lib. 1.* immo cum reuocatio fuerit facta lite
5 pendente post acceptationem partis, * non potuit

tuit reuocari, vt post *Roman. & alios* dicit *Alex. loco præcitato*.

Et respectu Pirouani cessat omnis difficultas, quia cessante etiam dicta confessione, eius possessio satis videtur probata ex *deductis in alia decisione* & respectu Pecehij dicta confessio multum corroboratur ex solutionibus factis Patri, qui licet non sit legitimus administrator
6 filij in spiritualibus, * & spiritualibus annexis *cap. fin. de iudic. in6.* negari tamen non potest, quin istæ solutiones factæ Patri præbeant maximum adminiculum dictæ confessioni, cum potuerit simul solui Patri, & in alijs terminis legitimo Administratori.

Non obstat allegata res iudicata, quia cum sententia fuerit nulla ex deductis in alia *decisione*, nec stilus allegatus, quod scilicet sufficiant citationes domi dimissa copia ad sententiam, est probatus in Ciuitate Papiæ; Quia *decisio* in causa *Mediolanen. resciβionis contractus* 14. *Decembris* 1601. *coram Reuerendiss. Da-*
7 *masceno* loquitur de stylo in curia Lauden, * & sic in loco diuerso.

BOIANEN. BENEFICII.

Veneris 27. *Martij* 1620.

ARGVMENTVM.

Manutentio in possessione beneficij debetur ei, qui habet titulum Apostolicum etiam non iustificatum, licet eius possessio ab initio fuerit infecta, cum potuerit mutare sibi causam suæ possessionis. Possessor beneficij potest ammoueri ipso non citato, quando notoriæ constat nullum ius habere, secus autem si potest suspicari.

SVMMARIVM.

1 *Reseruatio beneficij inficit titulum, & possessionem.*
2 *Prouisus de beneficio superueniente nouo titulo potest sibi mutare possessionem prout præsumitur fecisse absque alia declaratione.*
3 *Possessor beneficij ad effectum tollendi infectionem possessionis debet docere de titulo, licet alias non requiratur, illum tamen iustificare non debet.*
4 *Possessio capta non citato possessore quamuis intruso non releuat.*
5 *Possidens beneficium si in eo nullum ius habet potest amoueri ipso non citato, neque vocato.*
6 *Declara procedere, quando notorie constat nullum ius illi competere; secus si de hoc potest suspicari.*
7 *In beneficialibus datur multiplicatio titulorum.*

DECISIO MCCXXXII.

Post resolutiones factas, quod beneficium esset apponendum sub sequestro, cum vtraque possessio esset infecta, Caputus produxit gratiam Apostolicam; vnde *Rota* censuit ei deberi manutentionem, cum constet de eius possessione, quæ licet ab initio fuerit infecta, ex quo beneficium vacauit in mense reseruato, quæ reseruatio inficit titulum, & possessio-
1 nem * ex *deductis in hac causa* 24. *Februarij præsenti coram me*, tamen cum postea habuerit titulum Apostolicum, potuit sibi mutare posses-
2 sionem *, prout præsumitur fecisse absque alia declaratione *Put. dec.* 441 *lib.* 1. *in nou. Achill. dec.* 4. *de cauβ poβ. & propr. Mantic. dec.* 71. *nu.* 1. *& seqq.*

Neque obstat, quod gratia non sit iustificata, quia cum Caputus sit reus, & possessor, non tenetur ad gratiæ iustificationem, præsertim ad effectum manutentionis, cum ad hunc effectum regulariter non requiratur titulus, & in hoc casu requiritur ad effectum tollendi infectionem possessionis captæ vigore prouisio-
3 nis Ordinarij, * vt per *Puteum*, & *Mantic. d. locis*, & propterea sufficit, quod exhibeat prædictum titulum, licet non iustificatum, cum operetur solum ad tollendam dictam infectionem, an autem suffragetur in petitorio, videbitur suo loco. Minus etiam obstat, quod ante dictã prouisionem Ferrus ceperit possessionem, quia illa non releuat, tum quia non constat de mandato illius, qui illam eius nomine cœpit; tum etiam quia non fuit citatus
4 Caputus, qui erat in detentatione beneficij, * & hoc procedit etiam, quod esset intrusus *c. quia diuersitatem de conceβ. præbend. Calderin. cons. fin. de iudic. & for. compet. &* 4. *de dilation.*

Neque obstat, quod quando possidens be-
5 neficium nullum ius habet in eo potest amoueri ipso non citato, * neque vocato *Roman. cons.* 499. *num.* 4. *in fin.* quia hoc est verum quando notorie constat nullum ius competere,
6 aut nullam defensionem, * sed quando potest suspicari aliquod ius competere, requiritur citatio *c. licet Episcopus de preben. in* 6. & ita conciliat *additio ad Romanum loco prædicto in verbo auferre*, In proposito autem requirebatur citatio Caputi, quia licet esset prouisus ab Ordinario, attamen cum esset reus, & possessor, non erat notorium, quod nulla competeret ei defensio, cum in beneficialibus de-
7 tur multiplicatio titulorum, * *c. vt quis de elect.* Et quamuis hodie appareat, quod tunc non haberet alium titulum, tamen non est iudicandum ab euentu; vltra quod nec etiam hodie potest dici, quod tunc non haberet alium Titulum, licet exhibeat istum posteriorem, cum vt dictum est, detur multiplicatio titulorum.

Ex quibus resolutum Caputo dandum mandatum de manutenendo non autem Ferro, cum illius possessio sit nullius considerationis.

TO-

TOLETANA PENSIONIS.

Lunæ 30. Martij 1620.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Viuere an quis præsumatur vsque ad centum annos remisfinè.*
2 *Pensio ad fauorem Itali remanet extincta probato obitu Hispani, in cuius capite erat reseruata.*
3 *Ad effectum concedendi remissoriam sufficit releuantia articulorum absque fumo, quando non agitur super titulo beneficij.*
4 *Remissoria etiam in remedio retinendæ cum temperamento, de quo ibi datur, quando causa fuit commissa sine retardatione solutionis pensionis arbitrio Rotæ.*

DECISIO MCCXXXIII.

HÆc pensio fuit reseruata in capite Ludouici de Zunica de anno 1572. ad fauorem D. Abbatis, ad cuius fauorem dedit mandatum irreuocabile ad exigendum ante annos 48. & cum D. Abbas sit in quasi possessione exigendi, petebat manutentionem, quam non esse denegandam, dicebat Archidiaconus modo probaret vitam Zunicæ, ad quam tamen probandam teneri D. Archidiaconum replicabat D. Abbas: Sed considerabant Domini, quod Articulus pendet ab illa quæstione. An quis præ-
1 sumatur viuere vsque ad 100. annos, * & de illius intelligentia vt latè post alios *Guttierez pract. qq. lib. 2. quæst. 7. per tot.* & an obstet D. Archidiacono in iudicio manutentionis, quod D. Abbas est simpliciter in quasi possessione exigendi vigore mandati, absque eo quod docuerit de vita Zunicæ.

Verum cum D. Archidiaconus prædictis ommissis asserens se non habere maius interesse, quam defendere iura Archidiaconatus, petierit remissoriam ad probandum obitum D. Zunicæ cum retardatione, vel sine arbitrio Rotæ oblata etiam cædula Bancaria de soluendis terminis suo tempore decursis ad omne mandatum Rotæ, visum fuit Dominis esse prædicto modo concedendam. Relleuantia enim articulorum est clarissima, quia probato obitu Hispani, certum est pensionem ad fauorem
2 Itali esse extinctam * *Rot. dec. 401. n. 5. & 6. p. 1. Paris. de resign. lib. 6. q. 4. n. 61. Garz. de benefic. p. 1. cap. 5. num. 261. & seqq.* quia releuantia sufficit absque eo quod detur fumus,
3 cum non agatur super titulo Beneficij * *Cæsar. de Graff. dec. 1. n. 10. de dilation. Capnt. dec. 63. par. 3.*

Non obstat, quod sumus in remedio retinendæ, in quo non datur remissoria, nisi absq; retardatione, quia cum Signatura commiserit causam sine retardatione solutionis arbitrio
4 Rotæ, * visum fuit arbitrium posse operari, quod relicto vtroque extremo rigoroso, seruetur æquitas, itaut cum prædictis temperamentis possit concedi remissoria, vt fuit resolutum in causa *Asculana Pensionis 28. Iunij 1593 coram bo. me. Otano.*

Neque est verum, quod ista remissoria videatur calumniosa, cum de anno 1618. Ludouicus de Zunica viueret, quia hoc non probatur. Fides enim, quæ datur si rectè legitur hoc non dicit; & hoc sufficiat, vt constet ne quidem dari fumum de vita prædicti Ludouici, vnde meritò cum prædictis conditionibus potest dari remissoria.

Et ita conclusum &c.

CALAGVRITANA CANONICATVS DOCTORALIS.

Veneris 3. Aprilis 1620.

ARGVMENTVM.

Acceptans beneficium incompatibile videtur tacitè renunciare primo, nec potest ad illud redire absque noua collatione; Primum tamen beneficium incompatibile non vacat, nisi post adeptam pacificam possessionem secundi. Vide alia in summario.

SVMMARIVM.

1 *Præeminentiæ debentur antiquiori de Collegio.*
2 *Præeminentijs alicuius non præiudicatur per iniustam denegationem.*
3 *Fructus Canonicatus non residenti debentur ob possessionem iniustè denegatam.*
4 *R.P.D. Man anedus laudatur.*
5 *Acceptans beneficium incompatibile videtur tacite renunciare primo.*
6 *Et non potest ad illud redire absque noua collatione.*
7 *Tempus datæ litterarum in beneficialibus.*
8 *Promissio dotis in anno proximo intelligitur, vt annus numeretur à die matrimonij.*
9 *Gratia retentionis duorum beneficiorum incompatibilium strictè est interpretanda.*
10 *Primum beneficium incompatibile non vacat, nisi post adeptam pacificam possessionem secundi.*
11 *Promissio beneficij facta pendente tempore Indulti alteri concesso cum facultate illud conferendi, valet, sed ad hoc vt possit effectum sortiri debet expectari lapsus temporis appositi in dicto Indulto.*

DE-

DECISIO MCCXXXIV.

RESolutum fuit D. Petro deberi præeminen-
tias, & fructus à die denegatæ possessio-
nis, quæ fuit 11. Iunij 1615. Præeminentias
quidem, quia illæ debentur antiquiori de
1 Collegio *l. 1. & 2. C. de Præfect. Prætor. lib. 12.*
l. 1. C. de Præfect. Sacr. Cubic. eod. lib. l. 1. §. &
inter. ff. de Albo scriben. c. 1. vbi *Felyn. de maior.*
& obed. Quare cum Capitulum iniustè dene-
gauit tradere possessionem D. Petro quoad
2 præeminentias præiudicare nõ potuit *l. si Titius*
l. iure ciuili l. cum pupillus ff. de cond. & demostr.
Tiraq. de retr. lign. §. 15. Gloss. 2. n. 7. Mohe-
dan. dec. 6. de Præben & in similibus terminis
Bisign. dec. 6. de consuet. præsertim *in fin.* fructus
vero, quia illi non residenti debentur, ob pos-
sessionem iniustè denegatam * *Probus de Mo-*
3 *nach. c. 1. num. 22. de Cleric. non resid. Felyn. in*
c. cum omnes num. 22. in fin. de constit. Calderin.
cons. 17. de præb. Put. dec. 233. & 373. in nou.
vbi quando fructus Capitulum percipit, pro-
ut in hoc casu, non requiritur protestatio, ad
hoc vt dicti fructus debeantur *Rot. dec 618. p. 1.*
& fuit resolutum in causa *Maioricen. Canonica-*
tus 2. Maij 1594. & in causa *Firmana distribu-*
tionum 26. Ianuarij 1598. coram Illustrissimo D.
Card. Mellino; & in causa *Augustana Canonicatus*
7. Februarij 1601. coram me.

Quod autem Capitulum iniustè denegauerit
tradere possessionem satis patet ex *dec facta*
coram me 17. Iunij præteriti cui non resistunt ex-
cusationes, quæ hodie afferuntur, nempe re-
tentiones concessæ *Reuerendiss. D. meo Man-*
zaneda, qui antiquitus ob eius virtutum me-
rita huiusmodi Canonicatum doctoralem obti-
4 nuit in concursu, * nam ipse *D. meus Manza-*
nedus fuit prouisus 10 Iulij 1612. de insigni
Decanatu de Tudela, cuius possessionem acce-
pit die 13. Ianuarij 1613. vt est in confesso apud
partes, quæ quidem prouisio continet decre-
tum, & indultum simul, vt posset retinere Ca-
nonicatum ad biennium proximum, quodque
statim ælapso biennio Canonicatum dimittere
teneatur, alioquin tam Canonicatus, quam
Decanatus vacet. Quare cum Capitulum ele-
gisset D. Petrum die 27 Maij 1615. Et Episcopus
fecisset eidem collationem 3. Iunij 1615.
cærtum est, quod de tempore prouisionis fa-
ctæ per Capitulum erat lapsum biennium, &
sic quod Canonicatus vacabat, vnde Capi-
tulum iniustè denegauit tardare possessio-
nem.

Neque obstat, quod adhuc durante bien-
nio *Reuerendissimus D. meus Mazanedus* resi-
gnauit Decanatum, & sic secundum incom-
patibile, vnde videatur posse retinere Cano-
nicatum, quia contrarium est verius, eo enim
ipso, quo quis acceptat incompatibile videtur
5 tacite renunciare primo beneficio * *Io. Andr.*
in c. si tibi concesso n. 2. & 3. Franch. n. 2. Ge-
minian. n. 7. de præben. in 6. & licet duret di-
spensatio quoad perceptionem fructuum du-
rante tempore Indulti, vt dicunt præcitati *DD.*
non potest tamen ad primum redire, absque
6 noua collatione * *Vital. in c. gratia nu. 36. de*
rescript. & fuit dictum in causa *Toletana Paro-*
chialis de Auerta 3. Ianuarij 1589. coram bo. me.
Card. Pamphilio, quam refert *Garz. de Benefic.*
p. 11. c. 5. n. 70.

Neque etiam obstat, quod *Sanctiss. D. N.*
post dictam resignationem Decanatus respi-
ciens ad merita eiusdem *Reuerendiss. D. mei*
Manzanedi illũ hoc tempore prouidit de Cano-
nicatu Hispalen. cum decreto de retinendo Ca-
nonicatum Doctoralem ad alios sex menses,
quia non apparet, quod vsus fuerit hoc Indulto
quod neque est in actis, & ipse fructus non
prætendit post dictum biennium, & in omnem
euentum à die datæ literarum vsque ad diem
prouisionis factæ per Capitulum erat lapsus,
nedum biennium, sed etiam dicti sex menses,
quod tempus datæ in beneficialibus debet at-
7 tendi * *c. si eo tempore de resc. in 6.* & aduertit
Alberic. in l. tali facta in fine ff. de iure dot. & con-
trarium in beneficialibus non probat *Rot. in*
Romana Societatis Officij 2. Iunij 1608. Lancel-
lotto, quæ est. 5. post tractatum de societatibus Text.
in d. l. tali facta ff. de iur. dotium vbi promissio
dotis in anno proximo intelligitur, vt annus
8 numeretur à die matrimonij, * non autem à
die promissionis, ne resultet absurdum, quod
si intra annum non contrahatur matrimonium
dicatur dos deberi, quia hoc est speciale in
dote, cum non possit incipere terminus dotis,
antequam sit dos, vt aduertit *Bald. in l. tali facta*
in lectura antiq. in vers. terminis dotis, & post eã
Alberic. in princ. qui *in fine* concludit secus esse
in beneficialibus, in quibus attenditur tempus
datæ *per text. in d. c. de eo tempore de rescr. in 6.*
& merito attenditur tempus datæ in istis ter-
minis, quia agitur de gratia retentionis duo-
rum incompatibilium, quæ stricte interpreta-
9 tur, * vt in puncto dicunt in *c. si gratiose de*
præben. in 6. Geminian. n. 5. Franc. n 3. Ancar.
n. 6. : Et cessat absurdum, quod posset conside-
rari in promissione dotis, quia cum illud bi-
ennium sit concessum ad fauorem impetrantis
intelligitur quatenus intra dictum biennium
assequatur pacificam possessionem secundi, vel
per eum non steterit, quo minus assequeretur,
alias enim retorqueretur in odium, cum pri-
mum incompatibile non vacet nisi post ade-
10 ptam pacificam possessionem secundi * *Gloss.*
1. in c. si gratiosæ de præben. in 6. Rot. dec. 3.
de præben. in nou. Castrens. cons. 265. in princ.
vol. 2.

Vlterius exabundanti fuit consideratum,
quod si esset attendendum triennium à die ha-
bitæ possessionis pacificæ secundi incompa-
tibilis, illa fuit obtenta, vt est in confesso apud
partes 13. Ianuarij 1613. vnde biennium expi-
rabat die 13. Ianuarij 1615. & alij sex menses
die 13. Iulij 1615. Quare cum D. Petro fuerit
denegata possessio die 11. Iunij 1615. de quo
tempore nondum erant lapsi sex menses, cum
ipse perstiterit in petitione pro eadem posses-
sione obtinenda saltim Capitulum non poterat
denegare possessionem post diem 13. Iulij 1615
quia tunc ei superuenit clarum ius. Nec pos-
set impugnari electio, ex quo fuit facta ante
lapsum temporis dictorum indultorũ videlicet

dictæ

dicta die 27. Maij 1615. Quia cum ex Indultis Ecclesiæ non intret reseruatio, etiam durante tempore Indulti, Capitulum potuit proui-
11 dere * licet ad effectum, vt prouisio posset effectum sortiri, deberet expectare lapsum temporis appositi in Indulto *Castrens. cons. 265. numer. 2. vers. sed agitur vsque ad fin. vol. 2. Gemin. in dicto cap. si tibi concesso num. 7. vers. vnde non intendit de prab. in 6.* & idem *Franc. num. 2. late Garz. de benefic. parte 11. cap. 6. num. 8.*

Neque est verum, quod Reuerendiss. Dominus meus esset citandus in collatione Canonicatus, quia cum Canonicatus vacaret de iure, & Capitulum habuerit illum pro vacante hodie non potest dare de isto iure D. mei Mãzanedi *l. loci corpus §. competit ff. si seruit. vend.* & fuit dictum in alia *decisione* & in causa *Calagurritana dimidia portionis 17. Maij 1603. coram Reuerendiss. Attrebaten.*

Et ita conclusum &c.

ROMANA CAPPELLANIAE.

Veneris 3. Aprilis 1620.

ARGVMENTVM.

Lis super titulo beneficij an, & quando pendere dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatio gratiosa vt intret requiritur lis super titulo beneficij.*

2 *Lis non dicitur super titulo beneficij, quando illud petitur non tanquam suum, sed tanquam debitum.*

3 *Vitium litigiosi non intrat, dum fuit intentata actio personalis.*

4 *Lis non dicitur super titulo beneficij, quando alius possidet, & qui agit contra illum habet mandatum de prouidendo.*

5 *Lis tunc dicitur esse super titulo beneficij, quando quis petit aliquem ab Ecclesia remoueri; & sibi assignari tanquam ad se spectans; secus quando simpliciter petitur, quem remoueri.*

Put. decis. 67. & decis. 485. in non. *quid firmet num. 5.*

DECISIO MCCXXXV.

FVit resolutum Ioanni Antonio non deberi subrogationem gratiosam in iuribus Fabij defuncti, cum lis non penderet super titulo beneficij, prout requiritur ad effectum: vt vigore *Regula* debeatur subrogatio, quia cum illa sit desumpta ex ventre *c. 2. vt lit. pendent.*
1 *in 6.* * ad hoc vt intret dispositio illius *Textus* requiritur, quod lis sit super titulo Beneficij, vt per *Gloss. ibidem in verbo finita Gambar. de off. legat. lib. 3. num. 475. Rot. dec. 342. in recent.* *cum alijs allegatis in discursu*, & ex alijs dicendis satis apparebit. Quod autem lis non esset super titulo Beneficij satis apparet, quia Ioannes Antonius impetrauit ob nõ publicationẽ,
2 & ex quo Camillus non erat Romanus, * & *Sanctissimus* non fecit collationem, sed dedit executores cum clausula *si ita est &c. ipsi Domino Antonio conferre, & assignare authoritate nostra curetis inducentes eumdem in corporalẽ possessionem &c.* Vnde beneficium non fuit effectũ litigiosum, cum non peteretur tanquam suum, sed tanquam debitum, & ratio est, quia lis non est super dominio, sed imploratur quodammodo officium Iudicis, quod videtur quædam actio personalis, in
3 qua non contrahitur vitium litigiosi * *Innoc. in c. cum M. Ferrariensis num. 9. vers. sed opponeibi ideò generaliter dicimus de constit. Compostellan. num. 20. Io. Andr. num. 20. 23. 24. Butr. nu. 58. vers. per hoc dicit Compostell. Imol. num. 35.* qui testatur de communi opinione *Specul. in tit. de appell. §. nouissimè num. 16. 17. 18.* ibi *Generaliter verum est Vitalin. in Clem. 2. num. 71. & seqq. vt lit. pend. Bald. in auth. litigiosa num. 1. C. de litigios. & in l. 1. num. 7. C. communia diuidun.* vbi *Castrens. num. 8. Sicard. numer. 15.* & alios allegat *Ripa in d. cap. cum M. Ferrariensis num. 191. & Ias. cons. 43. num. 9. lib. 1.* qui licet *numeris sequentibus* dicant contrariam sententiam esse æquiorem, tamen ab ista communi, de qua *Imola vbi supra* non est recedendum, quam passim *Rota* sequuta fuit, vt in *decisionibus allegatis in discursu*.

Neque in contrarium facit, quod prædicti DD. loquuntur, quando quis est prouisus à Papa, & alius non possidet beneficium, quia tũc necesse est, quod habeat collationem, & sic quod petat beneficium, tanquam suum, non tanquam debitum ex solo mandato de prouidendo, quia eadem est ratio, quando alius possidet, & qui agit contra illum habet man-
4 datum de prouidendo, * quia semper actio est personalis, & collatio facienda est euentualis, vt benè ad propositum aduertit *Put. dec. 67. in fin. lib. 2. in nou* & in puncto dicunt *Compostellan. in d. c. cum M. Ferrariensis num. 21. & Speculat. de appellat. §. nouissimè num. 18.* vbi quod si ageretur de ipsius rei dominio, vt si quis agat ad aliquam Præbendam vel aliam rem, quam alius tenet, quamquam dicit suum esse, vel ius habere in illa per collationem Canonicam, vel inuestituram, non autem dicit sibi deberi, tunc enim lis dicitur super titulo.

Neque contrarium dicunt *Gloss. in cap. 2. in verbo finita vt lit. pend. & Put. d. decis. 67. & decis. 485. lib. 2. in nou.* quia tunc demum dicunt litem esse super titulo beneficij, quando quis
5 petit aliquem ab Ecclesia remoueri, * & sibi assignari tanquam ad se spectans, vnde patet, quod loquuntur, quando lis est super titulo beneficij, secus autem dicunt esse, quando petitur simpliciter, quem amoueri à beneficio, quia tunc collatio est euentualis, vt dicit *Put. d. dec. 27. in fin.*

Et ita conclusum &c.

ALGAREN. DISMEMBRATIONIS.

Lunæ 6. Aprilis 1620.

ARGVMENTVM.

Certa forma à Papa in dismembratione præscripta non potest ab Executore alterari.

SVMMARIVM.

1 *Forma certo modo præscripta in Breui non potest ab Executore alterari.*
2 *Ablatiui, qui respiciunt modum dismembrationis faciendæ inducunt formam.*
3 *Bonorum appellatione veniunt decimæ.*
4 *Forma per æquipollens potest adimpleri.*
5 Oldrad. cons. 257. num. 3. *in quibus terminis loquatur.*
6 *Narratiua concordiæ à Papa confirmatæ, in qua fuit dictum dismembrationem per plures annos effectum habuisse debet intelligi de facto, non de iure.*

DECISIO MCCXXXVI.

FVit resolutum sententias Rotales, in quibus
fuit pronunciatum modernum Rectorem es-
se restituendum, esse iustas, cui Rectori Ec-
clesiæ non fuerint assignati ducati centum per-
cipiendi in tot bonis & proprietatibus, prout
in litteris continebatur, sed executor obligauit
Capitulum, ad cuius fauorem fuit facta vnio,
ad soluendam dictam summam, quod facere
non potuit, cum assignatio in Breui dicto mo-
1 do præscripta esset de forma * *Clem. 1. de reb.
Eccles. non alien. arg. text. in leg. qui Romæ §. Fla-
uius Hermes ff. de verb. oblig. & Clem. 1. vers.
tertio de vita, & honest. cler. Albert. Brun. de
forma art. 13. de implem. & obseruantia formæ col.
10. in princ. vers. cæterum forma*, vt patet ex il-
lis ablatiuis absolutis *Demptis tamen & re-
lictis pro Plebano* ex eis scilicet proprietatibus,
& bonis Ecclesiæ *tot bonis, & proprietatibus com-
modioribus, & liquidioribus ab Ordinario loci di-
uidendis, & assignandis, quorum fructus, reddi-
tus, & prouentus valorem annuum 100. ducato-
rum ad minimum constituerint*. Prædicti enim
ablatiui, cum respiciant modum dismembra-
2 tionis faciendæ, inducunt formam * *Albert.
Brun. loc. præcit. art. 10. quando aliquid censeatur
traditur pro forma, & solemnitate concl. 11. vers.
prædicta conclusio iuncto articulo 9. ex quibus con-
sistat forma, & solemnitas quæst. 47.* Quæ quidem
forma non potuit adimpleri per æquipollens
sub prætextu, quod Ecclesia Parochialis ha-
beret solum Decimas, quia vltra quod hoc nõ
probatur, si probaretur non releuaret, cum
potuerint assignari certa loca, ex quibus deci-
mas perciperet vsque ad summam præscriptã,
ex qua assignatione optimè fuisset adimpleta
forma, de qua in dictis litteris, cum appella-
tione bonorum possint venire etiam dictæ De-
3 cimæ * *l. 1. §. ante aditam vers. plenius ff. si quis
testam. lib. esse iussus fuerit* ibi *plenius autem cau-
sa bonorum hic accipimus pro vtilitate Rebuff. in l.
subsignatum 39. §. bona intel. iguntur ff. de verbor.
significat.*

Non obstat *cons. Oldrad. 257. num. 3.* qui vult
in suo casu formam traditam potuisse adim-
4 pleri per æquipollens; * nam in illo casu vnio
5 non fuerat præscripta sub certa forma, * sed
tractabatur tantum de præiudicio Rectoris,
quia Papa fecerat vnionem cedente, vel dece-
dente Rectore, & executor fecerat vnionem si-
ne præiudicio Rectoris, non expectato aliter
cessu, vel decessu Rectoris, sed in dismembra-
tione, de qua agitur, fuit data certa forma, quę
ex prædictis debuit seruari.

Minus obstat concordia posteà subsequuta
confirmata à Papa, quia cum in ea fuerit nar-
ratum dismembrationem per plures annos ef-
6 fectum habuisse, * ista narratiua erat intelli-
genda de iure, & non de facto *Butr. in cap. Cu-
mana num. 9. in 7. notab. de elect. et ibi Abb. n. 4.
Imol. in c. cum de benefic. num. 7. de præben. in 6.
vbi Io. Andr. numer. 2. in fin. in 3. Gloss. Gemin.
num. 4. vers. quid si non potest Archidiac. num. 1.
Loffred cons. 36. num. 1.* De iure autem nullo
pacto iustificatur vt patet ex *prædictis*.

Et ita conclusum &c.

CAMERINEN. LAESIONIS.

Lunæ 6. Aprilis 1620.

ARGVMENTVM.

Gæsta à Tutore, qui non confecit inuentarium, nec præstitit cautionem quando valeant.

SVMMARIVM.

1 *Tutor qui non fecit inuentarium, nec dedit cautionem non potest se ingerere in rebus pupilli.*
2 *Tutor testamentarius releuatur ab onere cauendi, sed tenetur ad confectionem inuentarij, nisi hoc à testatore sit remissum.*
3 *Gesta per tutorem, qui non confecit inuentarium valent, licet tanquam suspectus possit remoueri.*
4 *Tutor, qui solemnia non adimpleuit, pupillis bene prodesse potest, non autem obesse.*
5 *Gæsta cum illo, qui communiter pro tutore reputatur, tenent.*

DECISIO MCCXXXVII.

POst resolutionem factam 19. *Nouembris* 1612, quod subhastatio fuit læsiua contra expeditionem causæ, opponebatur de concordia posteà inita inter Sinibaldum de Sinibaldis emptorem & Ioannem Baptistam assertum tutorem Pupillorum de Margurijs, qui erant Domini bonorum, quæ fuerant subhastata, vnde

die

die 13. Decembris 1618. Dubitaui an obstaret dicta concordia, & cum opponeretur Ioannem Baptistam non esse tutorem, & quatenus probaretur, non potuisse facere dictam concordiam, placuit Dominis respondere, quod legitimaretur persona Tutoris. Cum autem diù pars fuerit expectata, & nihil probauerit, supradicta die repropofui dubium, an obstaret dicta concordia: & Domini negatiuè responderunt. Nam etsi dictus Ioannes Baptista esset Tutor, nihilominus cum non appaerat ipsum fecisse inuentarium, nec dedisse cautionem,
1 non poterat se ingerere in rebus Pupillorum * *l. 4. C. de Tutor. & Curator. qui satisd. non dedit l. Tutor qui Repertorium ff. de administr. Tutor. Gabr. cons. 36. nu. 27. & seqq. lib. 1. & cons. 25. num. 6. lib. 2. Vinc. de Franch. dec. 206. nu. 9. & 10. Guttier. de tutel. par. 3. cap. 1. num. 58.*

Non obstat, quod iste sit Tutor Testamen-
8 tarius, qui releuatur ab onere cauendi * *instit. de satisd. Tutor. in princ.* quia vltra quod hoc non probatur, si probaretur, quamuis operaretur liberationem à dicta satisdatione, non tamen operaretur liberationem à confectione inuentarij, nisi hoc à Testatore esset remissum *l. fin. §. fin. C. arbitr. tutel. Gabr. d. consil. 25. num. 6.*

Non obstat, quod gæsta per Tutorem non confecto Inuentario valeant, licet tanquam su-
3 spectus possit remoueri, * *Bartol. in l. Tutor. qui repertorium num. 7. ff. de admin. Tutor. Salyc. in l. Tutores la secunda num. 7. vers. aut interim administrat C. eod. tit. Abb. in c. ex parte il 2. numer. 6.* vbi etiam *Decius num. 22. de appellat. Put. dec. 280 n. 2. lib. 1. in nou.* Nam fuit responsum, quod Tutor, qui non adimpleuit solemnia licèt ipso Iure sit Tutor, non tamen dicitur idoneus, ad effectum vt Pupillis possit obesse, cum solum
4 possit prodesse * *Bartol. in l. legitimos in princ. nu. 11. ff. de legat. tut. Castrens. cons. 355. num. 4. vers. item dico lib. 1. Socein. Iun. cons. 148. num. 9. lib. 1. Mantic. dec. 119. num. 7.* & propterea in hoc casu cum fuerit resolutum Pupillos fuisse læsos, non potuit Tutor transigendo illis præiudicare, cum non constet, quod solemnia adimpleuerit.

Minus etiam obstat, quod gæsta cum illo, qui communiter reputatur pro Tutore, te-
5 nent * *Soccin. Sen. cons. 153 num. 3. lib. 2. Chissan. dec. 192. Capnt. dec. 323. num. 3. cum seq. p. 3. Accoramb. dec. 18. lib. 2. Rot. dec. 89. num. 9. par. 2.* Quia in hoc casu nihil fuit probatum, licet tempus sufficiens fuerit concessum.

Et ità conclusum &c.

ARIMINEN. DOTIS.

Lunæ 11. Maij 1620.

ARGVMENTVM.

Ob nullitatem subhastationis vel quia non fuit citatus debitor, vel quia non fuit seruata forma statuti competit manutentio debitori spoliato. *Statutum Sauignani* circa subhastationem quid disponat. Fideiussio mulieris maximè pro marito est ipso iure nulla nō obstante iuramēto, quando adest statutum, quod illud præsumit metu, & dolo extortum. Statutum laicale an comprehendat iuramentum. Statutum disponens de subdito an habeat locum in eo, qui est subditus ad tempus.

SVMMARIVM.

1 *Nulliter à Iudice spoliatus retinet ciuilem possessionem.*
2 *Ex qua debetur manutentio pro recuperatione naturalis.*
3 *Ad acquirendam possessionem non est necesse, quod conductor eiciatur, sed sufficit, quod possessionem spontè tradat.*
4 *Qui recognoscit rem pro alio tenere dicitur pro alio possidere.*
5 *Subhastatio facta non citato debitore non valet.*
6 *Negatiua non executæ citationis probatur ex reuolutione processus.*
7 Statutum Sauignani *disponit, quod capto pignore ad instantiam creditoris præcipiatur debitori, vt infra 20. dies pignus luat.*
8 *Forma à statuto tradita debet obseruari etiam si exorbitet à iure communi.*
9 *Fideiussio mulieribus est prohibita, & facta est ipso iure nulla num. 11.*
10 *Maximè pro marito.*
12 *Iuramentum validat contractum.*
13 *Limita vbi adest statutum disponens, quod censeatur metu, & dolo extortum.*
14 *Statutum laicale nec directè, nec indirectè potest infringere vires iuramenti.*
15 *Ablatiuus absolutus denotat formam:*
Concessa licentia mulieri se obligandi vocatis proximioribus non possunt vocari extranei sub prætextu, quod non adsint consanguinei num. 15.
16 *Statutum disponens de subdito non habet locum in eo, qui est subditus ad tempus. Limita vt ibi.*

DECISIO MCCXXXVIII.

Clara petebat manutentionem in Domo, de qua agitur, vnde duo tenebatur probare. Primo scilicet possessionem suam, quia alias non datur manutentio *§. hodiè instit. de interd* Secundo, quod à Iudice fuerit nulliter spoliata,
1 quia tunc retinet ciuilem possessionem * *Aym. cons. 8. num. 8. Caput. dec. 186.* ex qua debetur ma-
2 nutentio pro recuperatione naturalis * *Bartol. in l. 1. §. interdictum ff. vti possidet. Castrens. cons. 224. num. 1. lib. 2. Put. dec. 409. n. 2. lib. 2. in nou.* Quantùm attinet ad primum inter alia domus, de qua agitur, fuit adiudicata Claræ per Iudicem, & per executorem data possessio, quæ quidem possessio licet fuerit instrumentalis, tamen cum

per Vigerium fuerit posteà actum contra Claram apparet effectum habuisse, non enim ne-
3 cesse est, quod Conductor eijciatur, * sed sufficit, quod possessionem spontè tradat *Angel. in l. peregrè §. quibus, vbi Castens.num. 5. in fin. Alex. num. 3.* qui dicit communem *ff. de acquir. possess.* & magis communem dicit *Abb. in cap. olim num. 11. de restit. spoliat.* nam qui recogno-
4 scit se tenere pro alio dicitur pro eo possidere* *l. quod meo ff. de acquir. possess.*

Quantum attinet ad secundum satis appatet Iudicem nulliter processisse, ex quo domus fuit subhastata vigore mādati relaxati ab A.C.
5 non citata ipsa Clara * contra *text. in l. de vnoquoquè ff. de re iudic. l. 4. C. de distract. pignor.* quæ quidem negatiua satis probatur ex reuolutio-
6 ne processus subhastationis in Rota producti * *l. vlt. vbi Bald. C. de reb. credit.* Vlterius non fuit seruata forma *Statuti Sauignani*, in quo disponitur, quod capto pignore ad instantiam cre-
7 ditoris * præcipiatur debitori ad instantiam creditoris, vt infrà 20. dies luat pignus nisi fuerit aliter conuentum, quibus terminis elapsis, liceat venditori per viam subhastationis vendere, quæ quidem forma tradita à *Statuto* erat seruanda, etiam quod exorbitaret à Iure
8 communi * *Bald. in l. cessante num. 11. C. quomodò; & quandò Index, & in l. fin. 5. Si verò C. de Iure deliberan.* etiam absque eo, quod quæratur de ratione, quia magis attenditur forma, quàm ratio, *Bald. in l. 1. ff. de liber. & posth. Felyn. in c. cum dilecta n. 6. vers. primum signum de rescr.*

Insuper dicebatur, quod mulier fideiussit pro marito, fideiussio autem mulieribus de Iu-
9 re est prohibita * *l. 1. & tot. tit. ff. & C. ad Senat.*
10 *Cons. Vell.* & præsertim pro marito* *auth. si qua mulier. vbi Bald. num. 9. C. ad Velleian.* Et pro-
11 pterea obligatio fuit ipso Iure nulla * *Bartol. in l. fin. num. 2. in princ. C. ad Velleian. Aretin. in §. item si in Iudicio nu. 15. v. aut mulier intercedit Instit. de exception. Castrens. cons. 41. num. 2. vers. benè est verum lib. 1. Surd. dec. 164. num. 12. vers. & non obstat*, & ideò mandatum, subhastatio, ac alia indè secuta videntur nulla per tex. *in l. si non sortem §. si centum ff. de cond. indeb. vbi Bartol. num. 6. & Castrens. num. 2. Imol. num. 1. & 2. Tiraq. de retract. lignag. §. 23. gloss. 1. n. 23. Rot. dec. 930. n. 5. p. 2. in recen.*

Hoc motiuum licet aliàs de Iure verum, in hac facti specie videbatur habere difficultatem, quia Clara se obligauit cum iuramento, quod
12 validat contractum * *Bartol. in l. si quis num. 11. vers. & ideò dico ff. de fideiuss.*, & licet replicaretur, quod adest *Statutum* disponens, quod censeatur iuramentum dolo extortum, vndè nihil videtur operari obligatio cum iuramen-
13 to * *Bartol. in l. omnes populi num. 24. & seq. ff. de Iust. & Iur.* cum alijs per *Honded. cons. 5. num. 40. & seqq. lib. 2.* & ista est communis opinio quam infiniti sequuntur, quos allegat *Bertazol. de clausulis claus. 7. gloss. 19. vers. limitatur tamen*, Attamen cum hic versemur in *Statuto* Laicali, videndum est, An hæc communis opinio procedat etiam in Statuto Laicali, quia expres-
14 sè contrarium dicit * *Beroiu cons. 176. num. 9. lib. 1.* ea ratione motus, quia *Statutum* Laicorum non potest infringere iuramenti vires neque directè, neque indirectè, & allegat *Imol. in cap. cum contingat in 3. membr. princ. de Iur. Iur. Anchar. in cap. quamuis de pact. in 6. Federic. de Sen. cons. 112. & alios plures*, & hoc etiam sensit *Bertazzol. vbi supra*, dum aduertit, quod *Roman.* loquitur in *Statuto* confirmato à Papa, prout in eodem *Statuto* loquitur *Honded.*

Tandem dicebatur, quod adest *Statutum* prohibens mulieres obligari se non posse sine licentia *Serenissimi Ducis Vrbini*, in cuius iurisdictione fuit factus contractus, qui concessit licentiam mulieri, se obligandi vocatis proximioribus, qui ablatiuus absolutus denotat
15 formam * *l. à Testatore ff. de cond. & demonst. Paris. cons. 41. num. 14. lib. 4. Caputaq. dec. 150. num. 1. par. 1.* & ideò non poterat vocari extraneus sub prætextu, quod non adessent consanguinei, sed erat denuò recurrendum ad suam Cælsitudinē cum licentia eum illa conditione det esse rei *l. mulieres §. res abesse ff. de verbor. signif. Oldrad. cons. 304. num. 2. Anchar. 36. num. 3. & seqq. Bald. cons. 146. num. 1. vers. & circà omnium lib. 2.* Quare perindè est, ac si dicta licentia non fuisset obtenta *cap. cum dilecta vbi DD. de rescript. Abb. cons. 41. num. 3. lib. 1. Gozadin. cons. 67. num. 2. Seraphin. dec. 337. num. 6.*

Cæterum hoc motiuum patiebatur duas difficultates; prima est, an dictum *Statutum* possit tollere iuramentum, quia si non potest tollere, *Statutum* non obstat, cum obligatio facta sit cum iuramento: secunda difficultas est, an quatenus *Statutum* possit tollere iuramentum comprehenderet istam mulierem, cum *Statutum* loquatur de mulieribus ditioni nostræ subiectis, & sic Serenissimo Duci, quia cum ista mulier esset in illa ditione cum marito, qui erat bannitus à Statu Ecclesiastico, non videba-
16 tur comprehensa in dicto Statuto; * Statutum enim disponens de subdito, non habet locum in eo, qui est subditus ad tempus, vel secundum quid *Castrens. cons. 44. num. 4. vers. item non obstat lib. 1. Alex. cons. 178 num. 4. lib. 4. Dec. cons. 492. num. 11. Gozadin. cons. 79. num. 13. & 14.* Respondebatur tamen, quod ista mulier erat originaria ex Statu Serenissimi Ducis, & quod etiam per tempus considerabile fuerat in dicto Dominio, quæ si opus erit, poterunt aliàs discuti.

Et ita conclusum &c.

Præsens decisio fuit confirmata die 22. Iunij sequentis.

TVLLEN. EXPENSARVM.

Lunæ 11. Maij 1620.

ARGVMENTVM.

Non potest deueniri ad nouam taxationem expensarum litis, postquam semel fuerunt taxatæ.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *In taxatione expensarum habetur ratio illarum, quæ sunt iudiciales, & quæ liquent ex actis.*
2 *Expensis litis semel taxatis non potest deueniri ad nouam taxationem et num.4.*
3 *Contrarium, quod per decem dies Iudex possit taxationem expensarum corrigere diminuendo, vel augendo tenet Innocent. sed de eius opinione dubitatur per* Abb. et Imol.
4 *Iudex taxando expensas non dicitur innouare, sed pronunciata declarare, quando in sententia adest condemnatio illarum.*

DECISIO MCCXXXIX.

POst latam sententiam in hac causa cum condemnatione expensarum, fuit deuentum ad illarum taxationem iuxtà stylum Curiæ, taxando expensas iudiciales, & eas, quæ lique-
1 bant ex actis, * vt notat *Vestr. in praxi lib.8. c. 2. num.11.* & post illam taxationem cæpit Desiderius prætendere aliàs expensas, quas *Rota* censuit 18. *Martij Superioris anni* deberi, Cum autem fuerit reproposita dicta *decisio 4. Decembris præteriti, Rota* voluit inter alia, quod videretur, an sit deueniendū ad nouam expensarum taxationem, & ideò ommisso hodiè articulo, An dictæ expensæ debeantur, dixit non posse
2 deueniri ad nouam taxationem; * nam & si *Innocentius in cap. fin. n.5. vers. Item nota Quod met. caus.* teneat, quod Iudex per 10. dies possit taxationem expensarum corrigere, dimi-
3 nuendo, vel augendo, quod dictum esse notandum dicunt *Imol in cap. finem litibus nu.18. vers. in ea glossa Abb. num.36. vers. subijcit tamen de dolo, & contumacia Butr. in d. cap. fin. litibus nu.19. in princ. Bald. in cap. cum venissent num.6. de eo qui mittit in possess. Bredero d. de appellat. par.2. tit.40. de expensis col. 670. in princ.* Attamen quicquid sit de hoc dicto *Innocentij*, de quo dubitat *Abbas in dicto cap. fin. Quod metus caus. num.* 10. *vers. sed ego dubito, & Imol num.8. post med. vers. dicit etiam* iuncto *versic. sed aduerte* ibi *nec debet minui quantitas.*

In hac facti specie sumus extrà difficultatem quià cum sententia contineat condemnationē expensarum, & posteà Iudex deuenerit ad illarum taxationem, censetur tùnc declarasse in quibus expensis voluit condemnare, taxando enim expensas Iudex non dicitur innouare,
4 sed pronunciata declarare * *Bald. in l. terminato num.6. vers. modo ego quæro C. de fruct. & lit. expens. Carauita ritu 296. num* 25. & proptereà hoc casu non est deueniendum ad nouam taxationem, vt in puncto dicit *Bredero d de appellation. tit.40. de expensis col.670. post princ.* sed si pars aliquid prætendit, vtatur Iure suo.

Et ità conclusum &c.

Præsens decisio fuit confirmata die 1. Martij 1621.

TVLLEN. REPARATIONIS CHORI.

Veneris 15. Maij 1620.

ARGVMENTVM.

Reparatio Ecclesiæ, eiusque Chori, ac alterius rei necessariæ spectat ad Rectorem nisi adsit consuetudo in contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Reparatio tam Chori, quàm Ecclesiæ, ac alterius rei necessariæ spectat ad Rectorem.*
2 *Limita, quando adest consuetudo in contrarium.*
3 *Consuetudo non probatur per testes, qui non deponunt de actuum frequentia cum cursu decem annorum.*
4 *Reparatio Capellæ spectat ad Communitatem, cuius comoditati inseruit.*

DECISIO MCCXL.

FVit resolutum contrà Informantem, scilicèt sententiam de partibus, quæ condemnat Cōmuunitatem, & Homines Pagi Banamaiuli ad reparandum Chorum Ecclesiæ dicti Pagi, esse tanquam iniustam reuocandam, quià de Iure
1 huiusmodi reparatio spectat ad Rectorem * *c. 1. & c. de his de Eccles. ædif.* & ibi notant omnes *DD.* & latè *Surd in cons.62. num.1. & seq. vol.1. Petrus Pechius de Ecclesijs ædificandis cap.14.* Et licet prædicta verè propriè loquantur in reparatione Ecclesiæ, tamen eadem est ratio in reparatione Chori, disposita enim in reparatione Ecclesiæ habent locum in alijs necessarijs *c. fin. de Testib. Barbat. cons.25. col.1. & 2. vol.3* latè *Surd. cons.62. num.5.*

Nequè obstat, quod quandò consuetudo est
2 in contrarium, onus non spectat ad Rectorē, * vt patet ex *DD. allegatis per Surd. d. loco nu.16. Petrus Pechius vbi supra cap.9.* Quià etsi prætendatur huiusmodi consuetudinem probari ex Testibus, tamen contrarium est verius, cum non deponant de actuum frequentia, & cursu
3 decem annorum * *Bart. in repet. l. de quibus n.23. ff. de legib. Alex. cons.45 num.3. & seq. lib.2. Decius cons.215. col.2. Aymon. cons.134. num.6. & 7. Seraphin. decis.1159. Rot. dec.497. num.2. par.2 in recent.*

Cæterum quià prætendebatur huiusmodi Ecclesiam non esse Parochialem, sed Capellam Succursus, in quibus terminis videretur dicendum, quod prima causa reparationis sit
4 Communitatis, * cum dicta Capella sit confecta pro commoditate Communitatis, non enim est ferendus, qui commoditatem amplectitur, & onus recusat *l. vnica C. de Caducit. tollen.* & ità in terminis decidit *Io: Antonius in tit. de Domibus Ecclesiæ cap.1. in Constitutiones Anglicanas*, quem refert, & sequitur *Petrus Pechius de Eccles. reparan. cap.24. numer.2. vers. nequè enim*, ideò Abbas poterit particulariter audiri super isto capite,

LVCANA BONORVM.

Lunæ 18. *Maij* 1620.

ARGVMENTO,

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *In taxatione melioramentorum attenditur quod minimum est.*

DECISIO MCCXLI.

POst resolutiones factas, quod alienatio fuit nulla, & super ea pronunciatum, deuentum est ad liquidationem fructuum lite pendente perceptorũ, & die 12. Maij 1617. liquidatio ità fuit facta, vt conflatis omnibus summis fructus annui ascendant ad scut. 76. sed quià Gattescus allegabat se fecisse melioramenta 18. Martij superioris anni: Dubitaui ad quam summam ascenderent melioramenta, & visum fuit ascẽdere solum ad scut. 400. Nam etsi Testes probarent melioramenta, vsquè ad scut. mille, attamen cũ adessent deteriorationes vsq; ad summam scut. 600. non erat habenda ratio nisi de scut. 400. cum in hac materia attendatur, quod
1 minus est, * Videlicet si plus impensum, & minus melioratum, quod melioratum, & si minus impensum, quam melioratum, attendatur *l. in fundo ff. de rei vendicat;* & tandem post istas resolutiones, quæ frustrà ab vtraquè parte hodiè impugnatur 11. Decembris præteriti Dubitaui quæ quantitas ex fructibus bonorum Ecclesiæ restitutorum spectet ad melioramenta facta per Andream, & eius Auctores; Et Domini omnibus consideratis, arbitrati sunt scuta 30. annua spectare pro dictis melioramentis, nam omnibus insimul consideratis, ità visum fuit iustum: Nequè visum fuit obstare taxationem scut. 76. annuorum fuisse factam pro fructibus antè melioramenta, quià hoc non dicunt *dec.* sed generaliter loquuntur.

An autem Gattescus possit, vel non possit prætendere fructus lite pendente ex melioramentis factis, pendet ex quæstione excitata in alia *dec.* quæ non est præsentis dubij, in quo quæritur solum de liquidatione, & præsupponitur ex forma dubij, quod fructus ex melioramentis sint debiti Gattesco, & super hoc si Ecclesia voluerit, poterit particulariter audiri &c.

ROMANA VINEAE DE CORBINELLIS.

Lunæ 18. *Maij* 1620.

ARGVMENTVM.

Fæminæ vigore *Statuti Vrbis lib. 1. cap.* 145. quando excludantur.

SVMMARIVM.

1 Statutum Vrbis cap. 145. lib. 1. *quod est in antiquis* cap. 114. lib. 5. *non excludit filias fæminas ab hæreditate Patris, nisi Pater ipsas dotauerit, frater sit paratus eas dotare.*
2 *Fæmina vigore* Statuti Vrbis *excluditur quoties cunque hæres fratris est paratus eam dotare. Limita num. 7.*
3 *Qui vult excludere fæminas ab hæreditate Patris in vim* Statuti Vrbis *tenetur probare fuisse dotatas à Patre.*
4 *Instrumentum facit probationem probatam.*
5 *Confessio facta in iudicio probat in alio.*
6 *Promissio dotis impersonaliter facta denotat fuisse factam nomine Patris.*

DECISIO MCCXLII.

NOn controuertebantur *decisiones* in ea parte, in qua firmant *Statutum Vrbis cap. 114. lib. 5.*
1 *in antiquis,* quod est in *nou. cap. 145. lib. 1.* * non excludere filias fœminas ab hæreditate Patris, nisi pater ipsas dotauerit, vel frater sit paratus dotare, sed dicebatur (quicquid esset de Angeletta, an fuerit ab extraneo dotata) Eleonoram fuisse dotatam à Patre, & in omnem euentum nedum fratrem, cum non fuerit in mora dotandi, sed etiam illius hæredem pos-
2 se hodiè illam dotare, * ad effectum illam excludendi *per consil. Gabrielij 4. lib. 2. & cons. 5. lib. 1. Rot. dec. 539. num. 2. par. 1. cum adductis in causa Anagnina bonorum* 10. *Martij* 1617. *coram R. P. D. meo Pamphilio.*

Quantum attinet ad primum, fuit dictum nedum non probari dictas mulieres fuisse do-
3 tatas à Patre, prout tenetur probare Cœsar, * qui illam vult excludere *Corn. 282. num. 6. vers. & ideò lib. 1. Bald. in auth. res quæ num. 14. vers sed nunquid C. communia de legat. & fideicom.* sed expressè constare fuisse dotatas à bo. me. Ioanne della Casa Archiepiscopo Beneuentano Auunculo, hoc enim est clarum respectu Angelettæ vt patet ex *decisionibus* in hac causa factis, est, etiam hodiè clarum respectu Eleonoræ, vt patet ex Instrumento quietantiæ dotis scut. 2000. eidem Eleonoræ per prædictũ Archiepiscopũ Legatorum, quod Instrumentum facit probatio-
4 nem probatam * *Bart. in l. 1. in princ. num. 8. ff. de nou. oper. nunc.* & coadiuuatur ex confessione Adolæ hæredis Scipionis, cuius Adolæ est hæres Cœsar, quæ facta fuit totam vincam spectare ad Sorores, ex quo à Patre non fuerunt dotatæ, & hæc confessio licèt facta in alio Iu-
5 dicio, in hac facti specie probat etiam in isto, * ex *deductis in hac causa* 2. *Decembris* 1609. & in omnem euentum negari non potest, quin faciat adminiculum.

Neque obstat, quod respectu Eleonoræ repetiatur adnotatum in libris Patris, quod de con-

consensu ipsius promiserunt Eleonoram in vxorem Bonacino, & subditur *l'hanno promesso per dote scudi 2000. di oro in oro*, quia cum ista verba sint impersonalia respectu personarum, cuius nomine promiserunt,
6 * denotant promissionem fuisse factā nomine Patris *Surd. cons.447.num.5.lib.3.* & solutio postea facta ex legato Episcopi docet contrarium.

Quantum attinet ad secundum fuit dictum, quod licet conclusio sit vera, quod frater, & eius hæres, cum non fuerit in mora possit dotare Sororem, tamen secus est in casu isto, cum
7 res non sit integra, * quia Scipio erat frater, cuius fuit hæres Adola, quæ quidem Adola cum molestaretur à Dominis de Bandinis super hac vinea expressè declarauit se esse in possessionem vineæ nomine proprio, & Sororum, ad quas tanquam hæredes Patris spectabat vinea, cum non fuerint ab ipso dotatæ; Vndè cum Adola hæres Scipionis declarauerit, se, & Sorores retinere vineam, tanquam hæredes Patris, non potest hodiè Cæsar venire contrà factum Adolæ, cum sit illius hæres *l.cum a Matre C.de rei vendic.*

Neque placuit, quod ista confessio fuit ad excludendum Bandinos, nam iste intellectus videtur mere diuinatiuus, & à veritate alienus, cum manifestissime appareat dictas filias non fuisse dotatas à patre, & iam Scipio erat mortuus, vnde verisimilius est, quod Adola potius vellet admittere ad hæreditatē paternā, quam de nouo dotare, cum hæreditas non esset magni momenti, sed consisteret in dicta vinea, & alijs quibusdam rebus parui momenti, vt patet ex instrumento aditionis factæ per Adolam de hæreditate Scipionis fratris, quod non potest retorqueri in contrarium, ex quo vinea fuit in inuentario apposita præsente Aurelio nomine Eleonoræ,& Angiolettæ, quia non inde per necesse sequitur voluerit fateri in totum spectare ad fratrem, itaut nec ipsa, nec sorores aliquid haberent agere in hæreditate patris.

Quia tamen dicta notula patris, & instrumento quietantiæ constat Eleonoræ fuisse promissa scur. 600. pro acconcio, videndum erit particulariter quid operetur ista promissio acconcij ad effectum statuti, prout erit videndum de quantitate vineæ, quæ spectent ad istas sorores.

PAMPILONEN. DE STELLA.

Veneris 22. Maij 1620.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Quando paritio pro euitanda declaratoria consistit in admittendo Concionatorem, dum casus concionandi venerit sufficit quod sit verbalis; secus si casus non venerit.*

2 *Paritio verbalis non tollitur ex instantia facta pro reuocatione executorialium.*

3 *Fides simplex Notarij de præterito, & sine testibus non probat.*

4 *Mora circa paritionem executorialium re integra potest purgari.*

DECISIO MCCXLIII.

Fuit resolutum non esse dandam declaratoriam, quia cum Vicarius, & litis consortes tenerentur solum admittere Concionatorem,
1 quando casus concionandi venerit, * non poterat dari paritio realis antequam casus venerit admittendi Concionatorem, & propterea sufficiebat paritio verbalis *Mohad.dec.9. de sent. & re iud.* & fuit late deductum *coram me in causa Theatina iurisdictionis 2. Aprilis 1618.* quæ quidem paritio verbalis hic adest, nam intimatis executorialibus dictus Vicarius, & consortes dixerunt, se audire, & obedire & ponere executoriales super capita sua.

Neque obstat, quod vlterius processerunt supplicando *S. D. N.* & cui de iure, quod mandet reuocari dictas executoriales per viam commissionis nullitatis, &c. Quia huiusmodi
2 supplicatio non tollit paritionem verbalem * *Seraph. decis. 754. & fuit dictum in dicta causa Theatina*, & hoc optima ratione, quia Vicarius & consortes tenebantur solum parere, non autem cedere iuri suo, & ideo super illo poterant supplicare *Sanctissimo*, & alijs cui de iure *Mohed. dicta dec.9. de sent. & re iud. A. A. in epitom. eod. tit. num. 3. Seraphin. prædicta decisione.*

Non obstat prætensa contrauentio post primas intimationes, quia de ea non constat, nisi per simplicem fidem Notarij, quæ non pro-
3 bat, tum quia est de præterito * *Aym. cons. 171. num. 5.* tum etiam quia est sine Testibus *Put. dec. 1. num. 1. lib. 3. Ofasch. dec. 372. n. 6.* Et in omnem euentum cessat difficultas, cum executorialibus intimatis de nouo constet de paritare, quæ sufficit, cum mora re integra in hac
4 facti specie potuerit purgari *.

Et ità conclusum &c.

ARETINA PRECEPTORIAE.

Veneris 22. Maij 1620.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus nedum probatur ex dotatione, sed etiam ex noua dotatione, dum Eccle-

Ecclesia est pænitus de pauperata. Ex quibus probetur noua dotatio.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus acquiritur ex dotatione.*
2 *Et ex noua dotatione, dum Ecclesia est pænitus depauperata.*
3 *Litteræ Papæ quæ emanarunt ad assertionem partis non probant; secus si adsunt adminicula.*
4 *Obseruantia facit præsumere omnia narrata in litteris Apostolicis fuisse vera.*
5 *Consensus patronorum habet vim præsentationis.*
6 *Prouisiones dicuntur habuisse effectum, quando per obitum, vel resignationem vnius, alius fuit prouisus.*
7 *Iurispatronatus probatio corroboratur ex multis ibi deductis.*

DECISIO MCCXLIV.

FVit resolutum constare de iure patronatus, quod acquiritur nedum ex donatione *c. filij 16. q. 7. Lambert. de iur. patr. lib. 1. part. 1.*
1 *quæstione 6. art. 1.* verum etiam ex noua dotatione, quando Ecclesia esse pænitus depaupe-
2 rata, *Roch. de iure patr. v. dotauit q. 3. Bero. cons. 4. n. 24. vol. 1.* & fuit dictum in causa *Lunen. Sarzen. beneficij 5. Iulij 1599. coram Illustriss. D. meo Card. Millino*, & in *Compsana iurispatronatus 23. Ianuarij, & 3. Decembris 1604. coram bo. me. Litta*, & nouissimè in causa *Cæsaraugustana Parochialis de Maella 9. Nouembris 1617. coram me*, ista autem noua dotatio, probatur ex litteris *Pij Secundi*, quæ licet alias non probarent, cum sint ad assertionem par-
3 tis *Aretin. in c. cum causam il 3. num. 21. vers. sed tamen aduerte*; tamen secus est stantibus adminiculis, & forsan longissima obseruantia, quæ facit præsumere omnia narrata fuisse
4 vera *Gabr. cons. 88. num. 18. lib. 1. Seraphin. dec. 1336. nu. 2. & dec. 1432. n. 4. & dec. 534. p. 1.* qui videtur in terminis, & quod adminicula operentur, quod narrata in litteris Papæ censeantur vera, dicit *Felyn. in c. ad Audientiam n. 12. de præscr. Crescen. dec. 7. in princ. de probat. Mohed. dec. 16. in fin. de testib. spoliat. Seraphin. dec. 454. n. 1.* qui loquitur in puncto.

Quantum attinet ad dictam obseruantiam, si non probatur, accidit saltem proxime. Nam de anno 1515. cum Præceptoria vacaret per obitum Thomæ de Placidis *Leo X.* prouidit Hieronymum de Lutijs, & per eius resignationem cum narratiua, quod esset de iurepatronatus Laicorum Marcellum, de Saracenis, & de anno 1514. secuta dicta vocatione per obitum Thomæ fuit constitutus Procurator ad præstandum D. Marcellum, per cuius obitum *Clemens VII.* de anno 1523. prouidit Nestoccium quondam Sinolphi Nestoecij de Saracenis, inquiens *Nos asserentem te per patronos, aut maiorem partem &c. præsentatum fuisse*, & constat mandatum fuisse datum ad præsentandum eundem, nec non ipsum constituisse alium Procuratorem ad acceptandum, & per resignationem dicti Nestoccij *Paulus III.* prouidit Claudium de Saracenis, mandans executori, quod si iuspatronatus ex dotatione, & fundatione competit, pro medietate deroget, itaut debeat accedere consensus medietatis patronorum alias in totum derogat, & apparet quod de anno sequenti 1547. vt reperitur annotatum à tergo litterarum patroni præstarunt
5 consensum, qui habet vim præsentationis *Cresc. dec. 2. de iur. patron. Put. dec. 310. lib. 2.* & denique *Iulius III.* de anno 1551. per resignationem d. Claudij prouidit Sinulphum Aeneæ de Saracenis cum derogatione iurispatronatus, qui cum obierit de anno 1610. *S. D. N.* cum narratiua iurispatronatus prouidit D. Petrum Mariam de Saracenis, quæ prouisio dedit causam liti, vnde non potest negari, quod dictæ prouisiones prædicto modo
6 factæ habuerint effectum, cum per obitum, vel resignationem alterius alius fuerit prouisus iuxta *cons. Oldradi 229. Rot. dec. 147. & 167. part. 1. in recent.* quæ loquuntur in resignatione *& dec. 148. part. 1.* & multum mouit Dominos, quia à data litterarum *Pij Secundi* de anno 1459. concessionis iurispatronatus vsque ad annum 1515. nulla datur prouisio huius Commendæ vti de libera.

Et eo magis videntur prædicta procedere, quia corroborantur ex testibus examinatis ad
7 perpetuam rei memoriam de anno 1514. qui deponunt de publica voce, & fama prædictæ dotatione; Secundo corroborantur ex testibus examinatis de anno 1568. deponentes, se audiuisse, Commendam esse de iurispatronatus DD. de Saracenis; Tertio ex libris religionis, in quibus huiusmodi Præceptoria exprimitur de iurepatronatus huius familiæ, quarto ex testibus in hac causa examinatis deponentibus de publica voce, & fama huiusmodi Præceptoriam esse de iurepatronatus DD. de Saracenis.

Ex quibus omnibus simul iunctis, visum fuit satis probari narratiuam litterarum fuisse verificatam, & sic constare de iurepatronatus, quod an fuerit reuocatum erit particulariter videndum.

LVCANA MOLENDINI.

Veneris 12. Iunij 1620.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum non conceditur, nisi constet de læsione.*

DE-

DECISIO MCCXLV.

Contra informantem fuit responsum scilicet non constare de causis restitutionis in integrum, quia cū illa non concedatur, nisi constet
1 de lesione * *c. secundum, & c. ex litteris de rest. in integr. c. 1. eod. tit. in 6.* laesio autem hic satis excluditur ex *dec. facta coram me 26. Aprilis 1619.* in qua oppositionibus omnibus, quae hodiè fiunt, abunde respondetur.

Et ita conclusum &c.

VALLISOLETANA PAROCHIALIS.

Lunae 15. Iunij 1620.

ARGVMENTVM.

Possessione sequestrata tanquam attentata non potest concedi manutentio; nec possidens potest sibi mutare causam suae possessionis, quando de tempore, quo superuenit nouus titulus, iam erat appositum sequestrum.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio non debetur ei, qui attentate possidet.*

2 *Sequestrum appositum ex quo possessio sit attentata priuat possessione.*

3 *Possidens non potest sibi mutare causam suae possessionis dum de tempore, quo superuenit nouus titulus possessio fuerat sequestrata.*

4 *Sequestrum etiam non transportatis actis valet, quando cum voluntate Iudicis concurrit consensus partis.*

5 *Manutentio dari non potest actis non transportatis.*

6 *Immissioni non est locus, quando vterque habet subrogationem gratiosam.*

DECISIO MCCXLVI.

Dubitaui, cui esset mandatum de manutenēdo, seu de immittendo, & DD. censuerunt neutri dandum, sed videndum esse de validitate vnionis. Et cum Didacus non praetendat manutentionem, Matthaeo non potest dari, tum quia *Rota* iam resoluit, possessionem illius esse
1 attentatam * *Lancellott. de attent. par. 3. cap. 31. num. 184.* tum quia fuit sequestrata, prout de Iure debuerat *Verall. dec. 157. par. 3.* & ideò in
2 hoc casu fuit possessione priuatus * *Seraph. dec. 314. num. 3.* nec potest iuuari dicta possessione ex superuenientia noui tituli, quasi sibi mutasset causam possessionis, quia de tempore, quo expediuit subrogationem, iam fuerat ap-
3 positum sequestrum, * per quod in hoc casu fuerat possessione priuatus.

Et quamuis dicatur sequestrum fuisse nullū ob non integram transportationem actorum; attamen hoc non referr, cum attendatur animus consentientis sequestro iuncta voluntate
4 Iudicis, * quae etsi non posset operari ex se sola stante nullitate, operatur tamen interueniente consensu partis: Et licet replicetur per 30. annos posse dici de nullitate, hoc tamen non tollit, quin acquieuerit sequestro non appellando, vt in similibus terminis fuit consideratum in causa *Camerinen. Pensionis 22. Iunij 1594.* Et cessat omnis difficultas, quia actis non tran-
5 sportatis manutentio dari non potest, * vt fuit pluries resolutum, & signanter in causa *Casalen. Beneficij S. Gregorij 17. Nouembris 1595. coram bo. me. Pacen.*

Immissio verò petita neutri etiam potest cōcedi, cum vterque habeat subrogationem gra-
6 tiosam * *DD. in l. fin. vbi Bart. num. 21. C. de adic. Din. Adr. tollen. Mohad. dec. 13. vt lit. pend.* & eum punctus consistat in validitate vnionis, ideò fuit ordinatum, vt de ea videatur.

Et ita conclusum, &c.

GERVNDEN. CAEMETERII.

Veneris 17. Iunij 1620.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Laudum extractum ex libro antiquo inter protocolla recondito absque alia attestatione, quod liber sit authenticus, vel habeat faciem libri publici non sufficit ad effectum vt dicatur authenticum.*

2 *Laudum, quod caret die, mense, anno, indictione, Pontificatu, & loco loci non dicitur authenticum.*

DECISIO MCCXLVII.

Reproposito dubio super validitate erectionis Caemeterij *die 4. Maij praeteriti* DD. non erant concordes, an *decisio* substineretur, si laudum, & alia Iura essent in forma probanti, vnde ordinarunt, quod particulariter informaretur super validitate istorum Iurium, quare reproposita causa supradicta die, DD. censuerunt Laudum, & alia Iura non esse in forma probanti, & ideò standum esse in *decisis*; laudum enim fuit extractum (vt asseritur in extractione) ex quodam antiquo libro inter pro-
1 thocolla recondito * absque alia attestatione, quod liber sit authenticus, vel habeat faciem libri publici, quod non sufficit ad effectum vt dicatur authenticum *Corn. cons. 142. num. 6. lib. 3. Rot. dec. 135. num. 8. lib. 1. in recentior.* neque contrarium dicunt *decisiones* in causa *Gerunden. & Tarraconen.* quia in illis casibus scriptu-

ræ erant extractæ ex scripturis authenticis Regentium Antecessorum.

Vlteriùs caret die, mense, & anno, indi-
2 ctione, & Pontificatu, * *Gloss. in l. generali verbo seruituti C. de tab.* & loco loci *Specul. in tit. de instrum. edit. §. instrumenti vers. quid si locus, Rot. decis. 5. & 6. de fid. instr. in antiq. Antonius Aug. dec. 10. num. 2. lib. 1.*

Quantum vero attinet ad probationem prædicti laudi factam de anno 1577. pariter non est in forma probanti, cum non constet de legalitate libri, à quo fuit extracta, & etiam fuit extracta lite pendente sine compulsorialibus, & quamuis prætendatur extractionem factam fuisse à successore in officio, hoc tamen nullibi probatur.

Ex quibus cum hæc iura non sint in forma probanti quicquid contineant, remanent solidæ rationes *decisionis*.

INTERAMNEN. LEGITIMARVM.

Veneris 17. Iunij 1620.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Æstimatio per Peritos cum iuramento facta valet.*
2 *Recusatio Periti vti suspecti non attenditur, quãdo facta fuit solum ad effectum differendi.*
3 *Peritus non potest suspectus recusari ab elligente, præsertim parte reclamante.*
4 *Peritus à Iudice electus in contumaciam partis non potest suspectus allegari.*

DECISIO MCCXLVIII.

FVit per DD. resolutum, æstimationem factã per Peritos esse validam; fuit enim facta cum
1 iuramento * *l. hac edictali §. his illud v. mobilium vero rerum C. de secund. nupt. Boer. decis. 323. num. 21. & seq. & num. 24. vers. aduerte tamen non credi.*

Neque obstat, quod Castellus recusauerit suum Peritum, quia ex tota serie facti, & modo recusandi pluries facta de diuersis personis,
2 recusatio non est digna consideratione, * cum appareat solum factam fuisse ad differendum, vt in similibus terminis tenuit *Rota apud Seraph. dec. 897.* maximè cum agatur de proprio Perito, quem non licuit recusare, præsertim parte
3 reclamante * *Rot. dec. 531. par. 1. in recent.*

Et idem dicendum est de electione tertij Periti, qui legitimè fuit electus à Iudice in contumaciam partis iuxta facultates sibi concessas,
4 cuius recusationes non sunt attendendæ * per rationes supradictas; maximè cum Peritus, neque esset consanguineus, neque affinis partium, sed solum Ciancarotti, qui est tertius, & *Rota* declarauit suum decretum per Epistolam datam Vicario, quod excluderet solum consanguineos, & affines partium vsque ad quartum gradum, quæ verba non conueniunt tertio Perito, & ideò meritò recusationes non fuerunt admissæ.

Ea quæ dicuntur circa excessum in æstimatione, non sunt præsentis inspectionis, cum hodie solum quæratur circa validitatem.

ARIMINEN. DOTIS.

Lunæ 22. Iunij 1620.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Agens contra partem tanquam possedItricem præsupponit illam possidere.*
Quæ possessio sufficit pro manutentione num. 3.
2 *Possessio partis probatur ex confessione aduersarij.*
3 *Citationem non fuisse factam probatur ex inspectione actorum. Ampl. num. 4.*
5 *Notario non creditur nisi in ijs, de quibus fuit rogatus.*
6 *Subhastatio est nulla, quando non fuit præfixus terminus ad luendum iuxta formam Statuti.*
7 *Integra transportatio actorũ probatur ex quo pars fuit expectata vsque ad vltimas audientias si vellet aliqua acta producere.*

DECISIO MCCXLIX.

PLacuit Dominis *decisio in hac causa facta 11. Maij huius anni*, possessio enim Claræ controuerti non potest, nam etsi fuerit Instrumentalis, satis constat habuisse effectum, ex quo Vigerius egit contra ipsam, tanquam PossedItricem, in necessariam enim consequentiam præ-
1 supponit illam possidere * *l. decem ff. de verbor. obligat.* Possessionem autem partis probari ex
2 confessione aduersarij est certum * *Gloss. in leg. ab emptione in v. constituantur ff. de pact.* & ibi *Angel. num. 4. Gloss. in verb. tradita in l. 2. & ibi Bald. C. de acquir. possess. Tiraquell. de iure constit. 2. par. ampl. 2. num. 1. & seqq.* & quod dicta confessio implicita noceat, ac si esset expli-
3 cita, & sufficiat ad manutentionem *. *Aegidius dec. 683. num. 1. Rot. dec. 802. num. 1. & 2. p. 1.* & fuit dictum in causa *Ferrarien. Parochialis 8. Nouembris 1596. coram bo. me. Paten.* & hoc est quod fuit dictum in dicta *decisione*.

Neque obstat, quod Clara fuerit spoliata de mandato Iudicis, quia vt dicitur in alia *decisione*, ex duplici capite nulliter processit. Primo quia in subhastatione ipsa minimè fuit citata, quæ negatiua probatur ex inspectione
4 actorum * *Dec. in l. iustus nu. 3. C. de aden. Aymon,*

mon. consf. 1. num. 8. & seq. Verall. dec. 192. *p.* 3. Neque contrarium dici potest apparere ex verbis illis: *Cumque dicta Domus fuerit per dictos executores posita ad Massarolum, & fer. fer. iuxta formam Statutorum Sauignani fuerit tribus vicibus*
4 *subhastata more, et loco solitis;* * quia illa verba *seru. seruandis*, referuntur ad verba *tribus vicibus subhastata* cum omnia tegantur a verbo *fuerint*, iuxtà not. per *Bart. in l. Prator la* 2. *§. eritque differentia in princ. vers. breuiter dici ff. de vi bon. rap.* Vltra quod nō est standum dictæ assertioni Notarij, cum non credatur ei nisi in ijs,
5 de quibus fuit rogatus * *Faderic. de Senis consil.* 288. *num.* 2. *vers. sed posito pro constanti Fulgos. cons.* 163. *col.* 2. *num.* 1. *vers. sed nec illa.*

Secundo principaliter Iudex nulliter processit ad subhastationem, cum capto pignore non fuerit præfixus terminus ad luendum 20. dierū
6 mulieri, * prout disponitur in *Statuto*, qua forma non seruata subhastatio corruit, vt fuit resolutum in causa *Auximana Tutelæ* 24. *Nouembris* 1595. *coram bo. me. Gipsio.*

Quæ dicuntur de non integra transportatione actorum, non videntur digna consideratione, cum pro integra transportatione præsumatur, & pars fuit expectata vsque ad vltimas
7 audientias, si vellet aliqua acta producere, * ita vt ex hoc integra transportatio probaretur.

CALAGVRITANA PAROCHIALIS DE ALZOLA.

Lunæ 22. *Iunij* 1620.

ARGVMENTVM.

Examen testium ob defectum citationis ad videndum iurari testes quando valeat. Erectio nouæ Parochialis quando sit facienda. Testes de vniuersitate quando probent.

SVMMARIVM.

1 *Citatio ad videndum iurari testes suppletur per præsentiam partis.*
2 *Ex admissione partis ad probandum in termino communi suppletur citatio ad videndum iurari testes.*
3 *A sententia interlocutoria, in qua fuerunt preseruata iura non datur appellatio.*
4 *Nouæ Parochialis erectioni locus est, quando iter ad Ecclesiam matricem est longum, asperum, fragrosum, & difficillimum, ob quas difficultates plures sine sacramentis decesserunt.*
5 Rot. in Vallisoletana seruitij 21. Ian. 1619. coram Andrea *in quo casu loquatur.*
6 *Testes de vniuersitate non sunt integra fidei, quādo in contrarium adsunt testes, qui non sunt de vniuersitate.*
7 *Testes de vniuersitate probant quotiescunque eis concordant testes, qui non sunt de vniuersitate.*
8 *In erectione noua Parochialis facta ab Episcopo tanquam Sedis Apostolica delegato non requiruntur solemnitates.*
9 *Sententia non afficit non citatos.*
10 *Est tamen valida quo ad citatos.*
11 *Episcopus* Calaguritanus *in sua Diœcesi est Parochus vniuersalis, & ponit Rectores ad nutū.*

DECISIO MCCL.

Placuit Dominis *Decisio in hac causa facta* 20. *Martii huius anni*, in qua fuit resolutum sententiam Rotalem esse confirmandam. Non enim est agendum de nullitate sententiæ de partibus, quæ confirmatur à sententia Rotali, quia nullitates sunt sanatæ per speciale rescriptum *Sanctiss. D. N.* sed solum de illius iustitia, quæ præcipue circa duo versatur: Primo circa validitatē examinis Testium pro parte Rectoris examinatorum. Secundo circa releuantiam dd. Testium; postremo videndum erit, an sententia Rotalis subiaceat aliquo vitio nullitatis, quia ex prædictis Iustitia, vel Iniustitia resoluetur. Et quantum attinet ad validitatem examinis, cum punctus difficultatis consistat in eo, quod deficit citatio ad videndum iurare Testes statim post admissionem articulorū parte præsente iurarunt, quæ præsentia supplet defectum
1 citationis * *Iason. in l. ne quicquam nu.* 26. *vers.* 2. *limita ff. de Off. Proconsulis, & legati* & in *l.* 1. *num.* 1 *ff. de in ius vocan.* & in *rubr. num.* 3. *vers. veritas est C. eodem titul. Marant. in praxi p.* 6. *membr.* 1. *nu.* 12. vbi de communi.

Alij vero Testes fuerunt examinati præuia citatione ad videndum iurare Testes, ac præuio Iuramento, & quamuis explicite non adsit citatio ad videndū iurare testes, tamen sufficit, quod pars fuerit admissa ad probandum in
2 termino communi,* quia dicta admissio continet etiam citationē ad videndū Iurare testes, vt in formula de qua *Gonzales Suarez. de Paz in praxi Ecclesiast. to.* 1. *p.* 1. *tempore Octauo*, quem Stylum approbauit *Rota* in pluribus causis relatis in causa *Placentina Decimarum de Truxillo* 7. *Februarii, &* 21. *Maii* 1618. *coram R. P. D. meo Buratto.*

Et quamuis vlterius etiam inculcaretur examen Testium fuisse nullum, & attentatum, & per consequens, quod sententia de partibus sustineri non potest, cum Iudex processerit ad erectionem nouæ Parochialis pendente appellatione super appositione *Sanctissimi Sacramenti* in ‹›cclesia erecta. Attamen fuit responsum, quod cum Iudex fuerit interlocutus super appositione *Sanctissimi Sacramenti* cum præseruatione Iurium, ab ea sententia non dabatur ap-
3 pellatio, * & ideo non causat nullitates, aut attentata, cum non fuerit inhibitus, & appellatio fuerit admissa quatenus de iure, & sine præiudicio Status causæ *c. non solum de appellat. in* 6. *Guidopap. dec.* 436. *num.* 9. *vers.* 2. *quaro Lancell. de attent.* 2. *parte cap.* 12. *limit.* 1. *nu.* 2. & 6. *cum plurib. seqq.* vltra quod non esset incongruum dicere istam nullitatem fuisse

sanatam per dictam commissionem.
Quantum vero ad secundum, scilicet ad re-
leuantiam dd. Testium, vt dicitur in alia deci-
sione Testes, qui fuerunt dati *num.* 6. optimè
probant iter à Vico Alzolæ ad Ecclesiam Ma-
4 tricem esse vnius Leucæ * asperum, fragrosum
& difficillimū tempore hyemali propter Inun-
dationem fluminis nauigabilis, & qualitate
viæ, quæ est inter Valles, & montes, & pro-
pter huiusmodi causam plures ex dicta Villa
Alzolæ sine Sacramenti decesserunt, vnde fuit
locus erectioni nouæ Parochialis iuxta dispo-
sitionem Iuris, & *Concilij Tridentini ex allega-
tis in alia decisione*, & propterea nihil ad rē facit
decisio in causa Vallisoletana seruitij 21. *Ianuarij*
1619. *coram bo. me. Andrea*, quia in illo casu
non concurrebant ea, quæ Testes in hoc casu
5 deponunt, * & quamuis Testes in contrarium
examinati videantur deponere contrarium, ta-
men magis est standum dictis Testibus, quia
plures sunt numero, quia habent pro se iudi-
cium Ordinarij, & quia alij testes sunt de vni-
uersitate, qui licet sint idonei, in hoc tamen
casu cum testes, qui non sunt de Vniuersita-
6 te contrarium deponant, * efficitur, quod
isti Testes, qui sunt de vniuersitate non sint
integræ fidei, ex *allegatis in alia decisione*, ma-
xime quia Concilium, & Regimen in con-
gregatione generali dederunt mandatum ad
hanc causam, quod est dignum consideratione,
quando agitur de concursu Testium, & quam-
uis etiam pro parte Episcopi adsint Testes de
alia vniuersitate, tamen quia cum eis concor-
dant testes, qui non sunt de Vniuersitate, benè
7 probant * ex *allegatis in alia decisione*.
Neque obstat, quod huiusmodi dismem-
bratio facta sit sine solemnitatibus, quia hic
sumus in erectione facta ab Episcopo, tanquam
8 Sedis Apostolicæ delegato, * & sic non fuit opus
alijs solemnitatibus, vt bene consideratur in *dec.
D. mei Verospij* 11. *Ianuarij* 1619. Prout non re-
fert, quod si facta non vocato Rege, de cuius
Iurepatronatus est Ecclesia, quia de hoc non
constat, & si constaret, non releuaret, quia
9 sententia licet non afficiat non citatos * *Salyc.
in l. 1. nu. 4. C. si aduers. rem Iudic.* non tamen
10 potest dici nulla quoad citatos, * cum suffi-
ciat pro validitate sententiæ, citare illum, con-
tra quem principaliter dirigitur petitio, nec
alij sint citandi propter extensionem præiudi-
cij *Bald. in l. ab eo nu.* 17. *C. quomod. & quan-
do Iud.*
Denique non obstat, quod Sententia Rota-
lis sit nulla tanquam lata contra Rectorem
mortuū, quia cum in Diocesi Calaguritana Epis-
11 copus sit Parochus vniuersalis, * & ponat
Rectores ad nutum *Rot. dec.* 12. *sub num.* 1. *p.* 2.
Modern ad regul. 8. *gloss* 6 *nu.* 65. *& seqq.* qua-
tenus probaretur obitus dicti Rectoris nihil fa-
cit, vnde sufficit, quod causa fuerit agitata
cum legitimo defensore.
Ad alia fuit abunde satisfactum in *decisioni-
bus factis coram R. P. D. meo Verospio*, *& vlti-
mo loco coram me*.

ABVLEN. BENEFICII.

Veneris 26. Iunij 1620.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Commissa causa cum clausula vt* præfixo termi-
no ad docendum de annexione, quæ ælapso,
& annexione non probata Iudex procedat
ad executionem, *ælapso termino præfixo per-
inde est ac si rescriptum esset purum*.
2 *Stantibus iustis impedimentis debet peti nouus ter-
minus remissoriæ.*
3 *Clausula* sine spe vlterioris prorogationis *ap-
posita in præfixione termini remissoria excludit,
& denegat omnem vlteriorem prorogationem.*

DECISIO MCCLI.

HÆc causa fuit mihi commissa cum clausula,
*vt præfixo cui de iure termino ad docendum de
prætensa annexione quo ælapso, & annexione non*
1 *probata, procederem ad executionem Breuis*, *
quare cum de mense Iunij 1619. decreuerim
remissoriam cum termino quattuor mensium,
nec curauerit illam expedire, nisi die 7. Octo-
bris sequentis, & ælapso prædicto termino
aliam duorum mensium, & postremo alteram
vnius mensis præfixerim, illis ælapsis, pars
instabat pro nouo termino, & *Rota* censuit esse
denegandum, quia cum rescriptum contineat,
quod ælapso termino, & annexione non pro-
bata, procederem ad executionem Breuis, &
terminus præfixus sit ælapsus, non est amplius
locus nouæ dilationi, sed perinde est, ac si re-
scriptum esset purum, mandans simpliciter,
quod procederem ad executionē Breuis *Man-
dos. super commissione* 27. *in verbo quo ælapso*, &
in *verbo*, *& nihil quod releuet docto*, & fuit re-
solutum in causa *Romana Pecuniaria* 9. *Iunij*
1604. *coram Illustrissimo D. meo Card. Millino
tunc Rotæ Auditore*.
Neque obstat, quod remissoria non fuit
executa culpa Iudicis, quia hoc non proba-
tur, imo nulla ostenditur diligentia facta, nisi
quod remissoria fuit præsentata die 20. Ianua-
rij huius anni, & *Rota* ex non expeditione re-
missoriæ, nisi de mense Octobris, cum fuis-
set decretata de mense Iunij, & ex quo nullæ
ostenduntur diligentiæ, clare cognouit, quod
pars nihil aliud quærit, nisi dilationes, & vt-
cunque sit, sibi imputet pars, si non curauit
in terminis præfixis remissoriā expedire, quod
si non poterat illam obtinere, docere debebat
de iustis impedimentis, & petere à *Rota* nouum
2 terminum, * vt fuit consideratum in prædicta
causa *Romana pecuniaria coram Illustrissimo Mil-
lino*.
Neque obstat, quod ante lapsum duorum
mensium pars perijt nouum terminum, quia
cum tunc nullæ fuerint ostensæ diligentiæ, pla-
cuit

tuit Rotæ ex vrbanitate præfigere terminum vnius mensis cum clausula *sine spe vlterioris prorogationis* & ideo pars curare debebat remissoriæ expeditionem intra illum terminum, quia hæc clausula excludit, & denegat omnem
3 vlteriorem prorogationem * *Mandos. in praxi Signaturæ Gratiæ in tit. de prorogat. vers. quoties super eodem*, qui licet subdat in *vers. prædicta tamen clausula*, quod non obstante dicta clausula, aliæ prorogationes ex causa concedi solent (videtur enim comminatoria, vt dixit *Rota in causa Oscen. Archidiaconatus* 10. *May* 1603. *coram Illustrissimo Lancellotto*) attamen nulla ostensa diligentia, nulla aderat causa concedendi maiorem dilationem, quare cum iam sit ælapsus tertius terminus, non est amplius locus nouæ præfixioni:

Et ita conclusum &c.

MEDIOLANEN. PENSIONIS.

Veneris 26. Iunij 1620.

ARGVMENTVM.

Processus, & iura compulsata non collationata non probant. Quod fuerint collationata probatur ex assertione Notarij;

SVMMARIVM.

1 *Iura compulsata non collationata non sunt in forma probanti.*
Processus compulsorialis non collationatus non est in forma probanti num. 1.
2 *Notarij assertioni creditur circa collationem scripturarum, quæ fuerunt compulsatæ.*
3 *Notario absque testibus in iudicijs creditur.*
4 *Iudici non creditur.*
5 *Copia processus compulsorialis ad Curiam transmissus sufficit, quod collationetur cum processu originali, non autem cum scripturis originalibus.*

DECISIO MCCLII.

Opponebatur iura compulsata non fuisse collationata, neque etiam processum ipsu compulsorialem, & ideo ex vtroque capite
1 non esse in forma probanti, * *Abb. in cap. fin. num.* 2. *vers. nota Officium Iudicis de fid. Instrum.* & fuit dictum in causa *Montis Regalis Iurisdictionis* 24. *Nouembris* 1597. *coram bo. me. Francisco Penia*; Attamen oppositum non substinebatur, quantum enim attinet ad iura ipsa, & primo ad partitas extractas ex libro Archiepiscopi mortui, satis constat ex processu ipso fuisse collationatas præuia partis citatione per Herculem Payranam Notarium compulsoriæ *ibi prædictæ copiæ ad præsentiam D. Iudicis extractæ fuerunt, & concordatæ, & collationatæ*, cui
2 assertioni Notarij standum est, * speciale enim est, quod in Iudicijs credatur Notario absque
3 testibus, * *Innoc. in c. post cessionem num.* 1. *vers. alij autem dicunt de probat.* & facit idem *Innocent. in c. Quoniam il* 1. *num.* 3. *eod. tit. Bald. in l. si quæ per calumniam num.* 3. *C. de Episco-*
4 *pis, & Cleric.* quamuis non credatur Iudici, * *Innoc. in d. c. Quoniam contra il primo num.* 8. & in puncto fuit resolutum in dicta causa *Montis Regalis*; Quo verò ad alia Instrumenta pariter constat fuisse collationata præuia citatione per rationes supradictas ibi *copiæ extractæ fuerunt, & concordatæ, & collationatæ ac subscriptæ &c. per Notarios Pratam, & Ongonium ad effectum vt inseriri possint in processu.*

Quantum verò attinet ad processum ipsum compulsorialem satis constat fuisse collationatum cum processu originali fabricato in partibus, vt patet ex ipso processu; Et quamuis pars petierit collationem fieri cum originalibus ipsis, tamen cum collatio fuerit facta cum ipso processu originali, qui remansit in parti-
5 bus, sufficiebat, * copiam transmissam ad Curiam cum ipso processu originali collationate, cum ipse processus originalis ex ipsis originalibus fuerit confectus, & cum ipsis collationatus, & de mandato Iudicis compulsatus iuxta *notat. in cap. fin. de fid. Instrument.*

ASTEN. FRVCTVVM.

Mercurij prima Iulij 1620.

ARGVMENTVM.

Fructus, & distributiones debentur illi, qui possessionem Canonicatus adeptus est, & facto Capituli non potest residere. Quando debeantur ei, qui non est in sacris constitutus non obstante statuto Ecclesiæ aliter disponente.

SVMMARIVM.

1 *Fructus, & distributiones Canonicatus, cuius fuit adepta possessio, debentur post factam fidei professionem etiam si non resederit, quando facto Capituli fuit impeditus, & num.* 3. *Præsertim si Canonicus fecerit protestationem, quæ operatur, vt debeantur etiam si Capitulum alteri soluisset, & num.* 4.
2 *Filius tempore habili potest ratificare possessionem Canonicatus per eius Patrem adeptam.*
5 *Statutum Ecclesiæ disponens, quod ille, qui non est in sacris non percipiat fructus, & distributiones intelligendum est procedere post adeptam possessionem pacificam Canonicatus.*
6 *Fructus, & distributiones Canonicatus debentur illi, qui non curauit ad Sacros Ordines promoueri non obstante statuto Ecclesiæ, aliter disponente, quando pacificam possessionem non habent, vel dubitant posse repelli.*
7 Franciscus Ferterius *Procurator prædicatur pro viro timorata conscientiæ.*

DE-

DECISIO MCCLIII.

FVit resolutum Ioanni Petro deberi fructus,
& distributiones post factam fidei Professio-
1 nem, * quia cum fuerit electus Canonicus, &
eius Pater ipsius Ioannis Petri nomine capitu-
lariter cæperit possessionem, quam tempore
2 habili ratificauit, quod potuit facere, * *Rot. dec 9. de restit. spoliat. in nou.* & facto Capituli
fuisset impeditus residere, dicti fructus, & di-
3 stributiones debentur, * *Probus ad Monach. in c. 1. num. 22. de Cler. non resid. in 6. Put. dec. 233. & 373. lib. 1. in nou.* cum allegatis in causa *Calagurisana Canonicatus Doctoralis 3. Aprilis 1620. coram me*, & fuit dictum in causa *Toletana Canonicatus 5. Nouembris 1610. coram Illustrissimo Lancellotto*, quæ conclusio eo magis procedit, stante protestatione Ioannis Petri, quæ operatur, vt fructus, & distributiones debeantur etiam quod alteri Capitulum illas
4 soluisset, * *Mohed. dec. 6. de Præben.* & fuit resolutum in causa *Salamantina fructuum 26. Iunij 1587. coram Bubalo*.

Neque est verum, quod Capitulum veniat excusandum, nam aut excusatio desumitur ex electione facta per Capitulum de persona Muratoris, & hoc est allegare defectum Capituli, quod deuenit ad secundam electionem non obstante quod prius elegisset Ioannem Petrum, & ideo illi opitulari non potest, cum non contineat iustam causam §. *item secundo instit. de excusat. tutor. l. 1. C. de excus. tutor.* Aut vero excusatio desumitur ex Ecclesiæ Statuto, in quo disponitur, quod ille, qui non est in sacris non
5 percipiat fructus, & distributiones, * & neque
ex hoc capite Capitulum venit excusandum, quia hoc statutum recipit interpretationem à iure, vt scilicet intelligatur procedere post adeptam pacificam possessionem Canonicatus *c. commissa*, & ibi *Gloss. in verbo Pacificam Anchar. num. 2. Franc. num. 3. de elect. in 6.* & fuit resolutum in dicta causa *Toletana 5. Nouembris 1620. coram Illustrissimo Lancellotto*, quæ *decisio* fuit etiam intimata Capitulo, cum autem possessionem pacificam Io: Petrus non habuerit,
6 vel dubitaret se posse repelli, * non tenebatur
ad Ordines Sacros promoueri.

Quod verò Ioannes Petrus non habuerit pacificam possessionem satis patet, nam cum Canonicatus vacasset, & prætenderetur reseruatus, quidam fuit prouisus à Sede Apostolica illius verò Præbenda, ex eo quia Canonicatus non esset reseruatus fuit optata ab alio Canonico, & deinceps alij Canonici Præbendas dimissas optarunt, & de vltima, quæ remansit vna cum Canonicatu fuit prouisus Ioãnes Petrus; Cum igitur validitas huius prouisionis factæ per Capitulum ad fauorem Ioannis Petri penderet ex eo an Canonicatus, super quo inter Prouisum Apostolicum, & Canonicum, qui optauit lis pendebat in *Rota* esset reseruatus, ista lite durante non poterat Ioannes Petrus dici pacificus possessor, vincente enim Prouiso Apostolico ipse omninò erat exclusus.

Et ita resolutum solum Io. Petro informante, quia forte *D. Franciscus Ferrerius* Capituli
7 Procurator vir timoratæ conscientiæ, * voluit agnoscere bonam fidem.

ROMANA DEVOLVTIONIS DOMVS.

Mercurij 1. Iulij 1620.

ARGVMENTVM.

Res Ecclesiæ solita locari potest absque solemnitatibus denuo locari, dummodo solitum non alteretur: Et quid si ad Ecclesiam fuerit reuersa, & per annum retenta. In alienatione rei Ecclesiæ copulatiuè requiritur solemnitas, & causa scilicet necessitatis, vel euidentis vtilitatis, quæ non dicitur constare si bona, ex quibus de tempore locationis percipiebantur vid. scut. 9. fuerunt concessa pro scut. 33. non obstante solutione scut. 100. pro iucundo ingressu, & conuentione, quod in melioramentis expendantur scuta 200.

SVMMARIVM.

1 *Res Ecclesiæ solita locari si adest eadem causa concessionis potest absque solemnitatibus denuo locari. Declara num. 9.*
2 *Res Ecclesiæ vt dicatur solita locari requiritur, quod præcedat vnica locatio solemnis, vel duæ effectum sortitæ spatio 40. ann.*
3 *Assertio partium in prohibitis non probat.*
4 *Solitum, in quo quis fundatur ad substinendum ius suum debet acceptari cum omnibus suis qualitatibus.*
5 *Res solita locari ad Ecclesiam reuersa, & per annum retenta an possit denuo absque solemnitatibus locari remissiue.*
6 *Res Ecclesiæ nulliter alienata ad Ecclesiam reuersa, & per annum retenta non potest absque solemnitatibus denuo alienari.*
7 *Locatio rei Ecclesiæ effectuata, & obseruata vltra 30. ann. præsumitur solemnis.*
8 *In transactione super re Ecclesiæ requiritur beneplacitum Apostolicum.*
10 *Concessio Ecclesiæ facta vltra solitum vitiatur in totum si non potest diuidi; secus è conuerso secundam opinionem* Clari, *quæ tamen ibi non firmatur.*
11 *In alienatione rerum Ecclesiæ requiritur copulatiuè solemnitas, & causa.*
12 *Causa alienandi rei Ecclesiæ est necessitas, vel euidens vtilitas.*
13 *Euidens vtilitas Ecclesiæ non adest, dum bona, ex quibus de tempore locationis percipiebantur scut. 9. fuerunt concessa pro scut. 33.*
Amplia etiam si fuerint soluta scuta 100. pro iucundo ingressu, & conuentum, quod in melioramentis

mentis expendatur scuta 200. num. 15.

14 *Solutio pro incundo ingressu, & pactum, quod in re Ecclesiastica debeant fieri melioramenta sunt pars pretij.*

Euidens vtilitas Ecclesiæ in alienatione debet esse clara, & indubitata num. 15.

16 *Ita vt non sufficiat Ecclesiam non fuisse damnificatam, sed requiritur, vt lucrum, & vtilitatem percipiat.*

DECISIO MCCLIV.

FVit resolutum procedendum esse ad executionem rei iudicatæ, quia de eius iustitia constat *ex decisione facta 11. Martij præteriti*, quæ hodie etiam placuit Dominis, licet enim verum sit, quod res solita locari, si adest eadem causa concessionis, potest absque solemnitatibus
1 denuo locari * *Abb. in c. vt super num. 11. vers. ego crederem de reb. Eccles. non alienan. Curt.Iun. de feud. part. 2. quæst. 1. num. 10. Rebuff.de alienat. rerum Eccles. num. 33.* tamen in hoc casu quicquid dicendum sit, an adesset eadem causa concessionis, non constat, quod res esset solita locari, quia ad hunc effectum requiritur, quod præcedat vnica locatio solemnis, vel duæ
2 effectum fortitæ spatio 40. annorum * *Prapos. in c. 1. num. 23. & seqq.* & præsertim *num. 25. in fin. qui feud. dar. poss. Alex. cons. 9. num. 6. lib. 3.* vbi *Adden. Iason. cons. 155. num. 12. & 15. vers. non obstat secundum* vbi de communi *lib. 2. Ruin. cons. 35. num. 30. lib. 1. Curt. Iun. de feud. part. 2. quæst. 4. num. 8. & 9.* vbi de communi *Balb. de præscript. part. 1. partis 5. princ. quæst. 20. Clar. in §. feudum quæst. 13. vers. nunc pro intelligentia Decius in auth. qui rem num. 20. C. de Sacros. Eccles.* & fuit pluries in *Rota* resolutum, quæ quidem solemnis locatio hic non adest, neque prætenditur, neque duæ effectum fortitæ spatio 40. annorum, vt aliquibus ex Dominis videbatur.

Et quod hoc sit verum satis probari dicebat, cum non possit fieri aliqua vis in locatione enunciata in instrumento de anno 1556 tum quia illa est assertio partium, quæ in prohibi-
3 tis non probat * *Hond. cons. 31. num. 27. & seq. vol. 2.* & deducitur in alia *decisione*; tum quia non apparet per quantum tempus durauerit, nec minus dicebatur posse fieri vim in dicta locatione facta de anno 1556. Franciscus Blasij de Cæsena, quia cum dictus Franciscus ob inobseruantiam pactorum ciderit à locatione de anno 1567. cessit domum Monasterio, vt dicitur in locatione facta de anno 1570. Francisco Blasij, quæ assertio nocet Nicolao, cum enim se fundet in solito ad sustinendum ius suum debet illud acceptare cum omnibus
4 suis qualitatibus, * & propterea cum dictum monasterium retinuerit domum per annum, quicquid dicendum esset si iam res esset solita
5 locari *, de qua quæstione late post alios *Menoch. in cons. 79. lib. 1.* cum res iam non esset solita locari, & locatio facta esset nulla, omnis ratio suadet, quod monasterium domum iterum incorporauerit, cum ad hoc credendum sufficiant coniecturæ *Menoch. d. loco num. 13.* quare dicta locatio non est amplius habenda in consideratione, sed respicit nouum statum, & bona non possunt amplius locari sine solem-
6 nitatibus, * vt in fortioribus etiam quod per antea solita esset locari *Cardin. in c. 2. quæst. 12. de feudis Guidop. quæst. 154. num. 2. in fin. Beretta cons. 111. num. 10. & seq. Redoan. de reb. Eccl. non alien. tit. quæ & quomodo res dicantur de mensa num. 4. fol. 363.*

Et quamuis de anno 1591. vel per viam continuationis, vel per viam nouæ concessionis fuerit facta alia locatio Venturæ de Arlottis, attamen quatenus esset verum, quod durauerit vsque ad annum 1608. de quo tempore fuit facta locatio Xenophonti; & quod deberet computari pro alia locatione, nihilominus ab anno 1570. vsque ad d. tempus non effluxit tempus 40. annorum, quod est necessarium ad effectum, vt res dicatur solita locari *ex supra deductis*, neque potest fieri vis in locatione, facta dicto Xenofonti, quia hæc est illa, de cuius validitate agitur.

Nec dicatur, quod dicta locatio facta de anno 1570; videatur effectuata vltra 30. annos,
7 & sic præsumitur solemnis * *Falin. in c. Albericus num. 4. vers. si autem in instrumento de testibus Put. dec. 365. num. 3. & 7. lib. 2.* quia de anno 1579. fuit orta controuersia, an nominatio Venturæ de Arlottis facta per Matthæum defunctum subsistineretur, prætendentibus fratribus negatiuam, ex quo non fuerat expeditum Beneplacitum Apostolicum, & ideo fuit deuentum ad confirmationem antiquæ concessionis, vel facta noua concessio vigore transactionis. Vnde aut consideramus primam locationem, aut transactionem; si locationem non fuit obseruata spatio 30. annorum, prout copulatiue requiritur *Abb. in cap. Albericus num. 6. Fely. num. 3. de testib. Alex. cons. 12. num. 7. & cons. 17. num. 9. lib. 4.* & fuit dictum in causa *Romana deuolutionis 10. Maij 1595. coram Illustrissimo Millino, & Rot. dec. 160. num. 6. par. 1.* & ideo prodesse non potest, aut consideramus transactionem nec illa potest, cum in illa
6 requiratur Beneplacitum Apostolicum * *Faderic. de Sen. cons. 94. Aym. cons. 32. sub num. 1. vers. dico, quod Prælatus Rebuff. de alienat. rer. Eccles. num. 66. Redoan. de reb. Eccles. non alien. cap. 10. num. 18. Bartol. in l. nulli de transact. Abb. in c. contingit num. 3. eod. tit. Caputaq. dec. 106. part. 1. & 318. part. 3.* & fuit dictum *coram me in causa Romana Turris Vergatæ 19. Iunij 1606.* nec fuit obseruata spatio 30. annorum, quod sufficit ad præsumendum Beneplacitum *ex prædictis*.

Et cessat omnis difficultas (& in hoc DD. conueniebant) quia licet res solita locari, locari denuo possit absq; solemnitatibus *ex supra deductis*, hoc tamen est verum, dummodo solitum non
9 alteretur * *Curt. Iun. de feud. part. 2. quæst. 6. Dec. in auth. qui rem num. 22.* & ibi *Cagnol. nu. 5. C. de Sacros. Eccl. Alex. cons. 9. num. 2. lib. 5.* vbi de communi *& cons. 15. num. 18. lib. 5. Dec. cons. 142. num. 5. vers. & in terminis Clar. in §. emphiteusis quæst. 6. vers. scias tamen, & quæst. 28. vers. aut vero & in §. feudum quæst. 13. vers. scias* tamen

tamen Cæsar. de Graff. dec. 4. de reb. Eccl. non alien. & fuit resolutum in causa *Imolen. bonorum* 21. *Maij* 1593. *coram bo. me. Cardinale Pamphilio*, in hoc autem casu solitum fuit alteratum, cum domus soleret locari ad tertiā generationem, prout fuit locata Matthæo Buonsanti, & Iuliæ de Arlottis, pacto apposito, quod vnus tantum ex dd. Coniugibus possit nominare personam pro tertia generatione, vnde Matthæus nominauit Venturam de Arlottis, cuius nominatio cum controuerteretur ex quo concessio non esset valida, quia Beneplacitum Apostolicum non fuerit obtentum in concessione facta dicto Matthæo, & Iuliæ de anno 1570. fuit transactum, vt nominaretur solus Victorius Paleottus, & sic apparet, quod in defectum generationis, fuit actum de vna tantum nominatione, concessio vero, de qua agitur, fuit facta Xenophonti, & Nicolao nepoti ad tertiam generationem ipsius Nicolai, & in euentum, quod Nicolaus non haberet filios, posset nominare vnam personam, & quæ sit loco secundæ generationis, & filij personæ nominatæ loco tertiæ, & quatenus non adesset dicta persona nominata, possit nominare aliam personam pro tertia generatione, & sic solitum fuit alteratum quoad nominationem huius tertiæ personæ in euentum, quod nepotes Nicolai non adessent.

Nequè obstat, quod in hoc casu, vtile per inutile non debet vitiari, quia materia est brocardica, vt patet ex deductis per *Clarum in* §. *Emphiteosis quæst. 6. nu. 2.* vbi in fine concludit, quod concessio vitietur in totum si non potest
10 diuidi, * alias secus, nam quicquid sit de hac opinione, Nicolaus fatetur se non venire ex propria vocatione facta in inuestitura, sed ex nominatione facta per Xenophontem, qui tamen nullam habebat facultatem nominandi, vt patet ex ipsamet inuestitura supra relata, quod Nicolaus non acceptauerit istam, sed venit tanquam nominatus.

Dequè cessat omnis amaritudo, quia in alienatione rerum Ecclesiæ, requiritur solem-
11 nitas, & causa, * nec vnum sinè altero sufficit *DD. in cap. sinè exceptione* 12. *q.* 2. vbi *Laurentius de Rodulphis num.* 17. *Dec. in auth. qui rē num.* 21. *C. de Sacros. Eccl.* causa autem est ne-
12 cessitas, vel euidens vtilitas, * *c. 1. de reb. Eccles. non alien. in 6. Clem. 1. eod. tit. Rebuff. de alienatione rerum Eccles. num. 9. Couarr. var. resolut. lib. 2. cap. 17. num. 2.* hic autem cum alienatio fuerit facta propter euidentem vtilitatem Ecclesiæ, hic non adest, quia bona, ex quibus de tempore locationis percipiebantur
13 scut. 9. fuerunt concessa pro scut. 33. * *Ias. in cons. 54. num. 4. lib. 1. Dec. cons. 142. num. 6.* & fuit dictum in causa *Anconitana bonorum* 2. *Maij* 1584. *coram Bubalo*, & in causa *Nouarien. Bonorum* 17. *Ianuarij* 1588. *coram Robusterio* & 8. *Martij*, & 17. *Maij* 1593. *coram bo. me. Penia.*

Et quàmuis fuerint soluta scut. 100. pro iu-
14 eundo introitu, & actum, quod in meliorامentis expenderentur scut. 200. quæ deuoluebantur ad Ecclesiam, de quibus est habenda ratio, cum sint pars prætij ad *Text. in l. fundi partem ff. de contrah. emptione Tiraq. de retract. lignag. §. 1. Gloss. 18. num. 38. & 69. Cæsar de Graff. dec. 5. num. 3. de reb. Eccl. non alien.* & fuit dictum in causa *Romana deuolutionis Domorum* 26. *Martij* 1590. *coram bo. me. Cardinale Pamphilio*, attamen non propter hoc resultat
15 euidens vtilitas, * quæ debet esse clara, & indubitata *Bald. cons. 156. circa med. vers. præterea lib. 1. Rot. dec 582. in princ. p. 1. & dec. 65. num. 19. p. 2. & dec. 178. num. 10. ead. p. 2.* & fuit dictum in causa *Romana Inualiditatis Census* 24. *Maij* 1591. *coram bo. me. Cardinale Pamphilio*, immò ad hunc effectum non sufficit, Ecclesiam non fuisse damnificatam, sed requi-
16 ritur, quod lucrum, & vtilitatem percipiat, * *c. sinè exceptione 12. q. 2. vbi Bellamer. num. 1. et Gemintan. num. 2. vers. in hac quæstione Imol. in cap. ad aures num. 1. de reb. Eccles. non alien.* & fuit resolutum in Causa *Anconitana de Fardinis* 2. *Maij* 1584. *coram Bubalo* & in Causa *Nouarien. Bonorum* 8. *Martij* 1593. *coram bo. me. Penia*. Vnde si omnia perpendantur nullo pacto apparet de euidenti vtilitate Ecclesiæ, sed quod fuit in euidenti damno.

Et Ità conclusum &c.

Præsens decisio fuit confirmata die 9. Decembris sequentis et 29. Martij 1621.

BONONIEN. DE BENTIVOLIS.

Mercurij prima Iulij 1620.

ARGVMENTVM.

Quando sunt substituti filij, & descendentes in infinitum substitutio dicitur compendiosa, etiam si non adsit dictio *quandocunque*; Habereque locum tàm respectu portionis paternæ, quam Patruorum.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio dicitur Compendiosa, quando sunt substituti filii, & descendentes in infinitum, etiam si non adsit dictio* quandocunque.
Et habet locum tàm respectu portionis paternæ, quam Patruorum, præsertim quando agitur de descendentibus testatoris.
2 *Verbum* substituit *est commune.*
3 *Et continèt nedùm substitutionem vulgarem, sed etiam fideicommissariam.*
5 *Testator indistinctè loquens indistinctè debet intelligi.*

DECISIO MCCLV.

COmes Sebastianus de Bentiuolis instituit vniuersales hæredes Comites eius filios eosque in euentum, quod decederent sine filijs inuicem substituit vulgariter, & per fidei-

com-

commissum ipsorumque filios, & descendentes in infinitum in stirpes, & non in capita substituit, salua semper gradus prærogatiua omni meliori modo &c. & cum super hoc fideicommisso fuisset lata sententia in partibus ad fauo rem Com. Philippi Mariæ Nepotis Testatoris, ex Comite Iulio Cæsare filio, Placuit DD. pro nunc solum firmare in defectum omnium filiorum Testatoris dictum Comitem Philippum Mariam esse vocatum ad fideicommissum, de quo agitur, vt sunt clara verba supra relata, Nam ista substitutio est compendiosa, cum sub-
1 stituerit filios, & descendentes in infinitum, * etiam quod non sit addita dictio *quandocunque Gloss. in cap. si Pater in verbo absque deductione vers. compendiosa sit his verbis de Testam. in 6. Put. dec.* 351. *in princ. lib.* 3. *in non.* & cum ad-
2 sit verbum *substituit*, quod est commune, * *l. Iam hoc Iure* 5. *quod Ius* vbi *Castrens. num.* 4. *ff. de vulgar. & pupillar.* continet nedum sub-
3 stitutionem vulgarem, sed etiam fideicommissoriam *Ruin. cons.* 171. *num.* 8. *lib.* 2. Et hic cessat omnis difficultas ex verbis claris Testatoris scilicet *vulgariter, et per fideicommissum substituit*.

Et prædicta habent locum, nedum respectu
4 portionis Paternæ, sed etiam Patruorum, * cum illa Verba: *ipsorumquè filios, & descendentes in infinitum substituit* non magis applicari possunt portioni Patris, quam Patruorum, & cum testator indistinctè loquatur, indistinctè de-
5 bent intelligi * *Soccin.* qui loquitur in terminis *in cons.*77.*num.*5.*vers.nec dicat aliquis lib.*1.*Peregrin.de fideicom. art.*13. *sub num.*73. *vers. contrà verò*, & hæc conclusio de plano procedit, cum
6 agatur de descendentibus testatoris, * quia eo casu per verba prædicta, videtur facta reciproca substitutio, ità vt transuersales respectu vltimi deficientis admittantur *Mantic. de coniect.vlt.vol.lib.*7.*tit.*5.*num.*17.*Menoch. cons.*376. *num.*29.*cum seq.lib.*4.

Nequè obstant verba *Salua gradus prærogatiua* quia essent cõsideranda, si ageretur de successione Comitis Philippi, vna cum Patruis, & tunc etiam esset consideranda alia clausula *in stirpes, & non in capita*, sed DD. firmarunt de vocatione dicti Comitis Philippi Mariæ post omnes Patruos.

Et ità conclusum vnâ tantum parte informante.

Præsens decisio fuit renocata die 5.*May* 1621.

ROMANA CENSVS DE MVTIS.

Mercurij 1. *Iulij* 1620.

ARGVMENTVM.

Confessio dotis receptæ facta à marito constante matrimonio an & quando probet veram dotis solutionem latè examinatur.

SVMMARIVM.

1 *Confessio dotis receptæ facta à marito probat solutionem dotis etiam in præiudicium creditorum, quotiescunque præcessit promissio.*

*In hoc tamen adsunt tres opiniones, de quibus num.*12.

2 *Præsertim si confessio in parte detegitur vera, cum in totum præsumatur vera. Vid.num.*13. *& limita num.*14.

3 *Ac fuerit facta in articulo mortis: Hæc tamen præsumptio in præiudicium creditorum non ita de facili admittitur.*

4 *Et fuerint elapsi termini dati ad soluendam dotem. Limita num.*16.

5 *Vlterius etiam concurrat nobilitas confitentis. Limita num.*17.

Nobilis non censetur voluisse facere confessionem fictam num. 5.

6 *In materia coniecturali debent attendi coniecturæ fortiores, & validiores.*

7 *Confessio dotis receptæ emanata à marito, dum erat debitis valdè innolutus censetur facta ad colludendos creditores.*

8 *Confessio dotis facta à marito habens relationem ad instrumentum, si non apparet de huiusmodi instrumento non relenat.*

9 *Confessio inuerisimilis debet aliunde iustificari.*

10 *Non est verisimile socerum soluisse magnam summam dotis filiæ genero absque reportatione quietantiæ; maximè dum aliam summam valdè cautelatè soluit.*

11 *Sicuti etiam quando sciebat, generum esse debitis implicatum non est verisimile, quod voluerit soluere creditoribus, & non collocare dotem in tuto.*

DECISIO MCCLVI.

Bonæ memoriæ Pompeus de Mutis iacens in lecto infirmus, ex qua infirmitate obijt, coram Notario, & testibus confessus fuit se recepisse scut. 1600. in totum ad computum dotis suæ vxoris, computatis ducatis 500. alias habitis, & de quibus apparere dixit Instrumẽto rogato per Baccollettum Notarium A. C. videlicet in pœcunijs dicto Pompeo solutis, & alijs personis, & creditoribus suis de eius ordine, & commissione, & equis habitis à socero, & pro ista summa quietauit socerum; Vndè dubitaui, An constaret desolutione dictorum scut. 1600. ad computum dotis.

Et pro affirmatiua deducebatur primo, quod cum præcedat promissio dotis, & postmodum
1 sequatur confessio *, talis confessio probat etiã in præiudicium creditorum *Afflict.dec.*402. *nu.* 12.*cum seqq.* & ibi *Hieronymus de Martino in additione Surd.dec.*55.*num.*5.*Mantic.de tacit.& ambig.conuent.lib.*11.*tit.*20. *num.*12.*& seqq.* & fuit pluries resolutum *Bald.nouell.de dote par.*10.*priuil.*1.*num.*18.*Gabr.de Iure dot.conc.*4.*num.*2. *Fachin.contron.Iuris lib.*8.*cap.*87. vbi hanc sententiam tenet, etiam quod maritus de tempore confessionis esset debitis implicatus.

Secundo hoc videtur probari, quia pro scut. 500. de solutione constat ex partitis banchi

Ceuli

Ceuli, vndè confessio etiam in reliquis præsu-
2 mitur vera *Soccin. Sen. conf. 82. num. 2. lib. 3. Couar. var. resol. lib. 1. cap. 7. num. 5. vers. sic ex confessione Menoch. præs. 12. num. 25. lib. 3. Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib. 11. tit. 20. num. 14.*

Tertio hoc suadetur ex tempore ipsius con-
3 fessionis videlicet factæ in articulo mortis, * nemo enim præsumitur immemor salutis æternæ *l. vlt. C. ad l. Iul. repetund.* & hinc videmus in leuioribus terminis, quod confessio facta constante matrimonio morte confirmatur, *l. quod suo* & ibi *gloss. 2. C. de dot. caut. non numer.* Iuncta *l. antepenult. C. de donat. caus. mort. Gabr. loco supra alleg. num. 5.*

Quarto prædicta comprobantur, quià erant
4 ælapsi termini dati ad soluendam dotem, * vndè non est præsumendum, quod aliqua pars dotis non fuerit exacta *Menoch. præsum. 135. num. 3. & seq. lib. 3.*

Quinto accedit ad hæc nobilitas Pompeij, qui non est præsumendum voluisse facere fi-
5 ctam confessionem * *Crot. cons. 332. nu. 13. vol. 3.*
Prædictis tamen non obstantibus DD. contrarium censuerunt dempta tamen partita scut. 500. de qua in partitis Banchi Ceuli, moti ea ratione, quià cum versemur in materia coniecturali, debent attendi coniecturæ fortiores, &
6 validiores, * per ea quæ notat *Abb. in c. 1. num. 13. in fin. & num. 14. de constit.* prout sunt coniecturæ, quæ concurrunt pro ficta confessione.

Primo enim considerandum est, quod de tempore confessionis, Pompeus erat debitis valdè inuolutus, vndè confessio censetur fa-
7 cta ad excludendum Creditores * *Soccin. in l. 1. num. 108. ff. sol. matrim. Gozadin. cons. 28 num. 26. Bald. Nouell. de dote part. 10. priuil. 1. nu. 18. propè finem vers. nam cum tempore* latè *Vrsill. in addit. ad afflict. d. dec. 402. num. 2. & 6.*

Secundo consideratum fuit, quod respectu scut. 500. se refert ad Instrumentum rogatum per Baccolettum Notarium A. C. & tamen non
8 apparet de huiusmodi Instrumento, * & cum ex inspectione Prothocolli, probetur negatiua constat de contrario relato, & ideò confessio nihil releuat *Bald. in l. 2. num. 4. vers. vlterius nota C. de error. Aduocat. Roman. cons. 294. n. 2. vers. patria enim sunt Decius cons. 118. num. 6. & cons. 463. num. 13. Grammat. dec. 59. num. 9. Decian. cons. 21. num. 38 lib. 2.* latè *Surd. dec. 114. num. 14.*

Tertio non videtur verisimile, quod socer voluerit soluere debita generis absque eo quod reportauerit quietantias, vndè cum confessio
9 propterea reddatur inuerisimilis * debet aliundè iustificari *Bald. in l. si quis in hoc nu. 3. C. de Episc. & Cler. Ancar. cons. 24.* præsertim *num. 4. Dec. in l. tum te transegisse in 4. notab. C. de transact. Paris. cons. 131. nu. 25. lib. 1. Tiraquell. in l. si vnquam in præfat. num. 40. C. de reuocan. donat. Surd. dec. 291. num. 28.*

Quarto non est verisimile, quod socer voluerit soluere tantam summam, & non repor-
10 tare quietantias à Pompeio genero, * maximè quià quoad partitam scut. 500. solutam mediante Bancho Ceuli valdè cautelatè soluit, & ideò eliditur ex *supra allegatis.*

Quinto, & vltimo fuit consideratum, quod cũ
11 Pompeus esset debitis implicatus, * & hoc sciret socer, vt patet ex ipsamet confessione Pompeij, non est verisimile, quod vellet dotem soluere creditoribus, & non collocare dotem in tuto, vt inseruiret oneribus matrimonij, maximè cum Pompeus haberet satis numerosam familiam.

Non obstant in contrarium adducta, & primo, quod si præcedit promissio dotis, confessio præiudicat etiam creditoribus, quià sunt
12 tres opiniones, * vna quod non præiudicet creditoribus; Altera, quod non præiudicet, si est facta eo tempore, quo maritus ære alieno præmebatur; tertia quod præiudicet, si non apparebat magnum æs alienum, quas opiniones refert *Fachineus in obiecto allegatus*, & fuit dictum esse veras secundum contingentiam casuum; in hoc autem casu procedere secundam cum adminiculetur ex alijs coniecturis.

Non obstat secundum, quod confessio in parte verificatur nempè in summa scut. 500. & ideò debet censeri vera in totum, quià vltrà
13 quod *Menoch. præs. 12. num. 25. lib. 3.* * dubiam hanc præsumptionem fatetur, non procedit in hoc casu, in quo confessio quoad reliquam
14 summam redditur inuerisimilis, * vt *supra dictum est* & dicit *Vrsill. ad afflict. d. dec. 402. numer. 8. Dec. cons. 421. num. 14.*

Minus officit tertium de confessione facta in articulo mortis, quià cum agatur de præiudicio creditorum, non est de facili admitten-
15 da hæc præsumptio * *Bald. in tit. de Pace Constantiæ §. Vassalli il 1. ver. sicut in fine*; vltrà quod cum confessio reddatur inuerisimilis non debemus amplecti istam confessionem.

Ad quartum fuit dictum, quod licèt essent lapsa tempora ad soluendam dotem, cessare tamen præsumptionẽ cum non sit verisimile so-
16 lutiones fuisse factas sine aliqua quietantia. *

Ad quintum, & vltimum fuit dictum præsumi quidem pro nobilitate, sed cum ista conie-
17 ctura offuscetur est omnibus simul iunctis, * propterea in ea non posse vim fieri.

Ex quibus conclusum non constare de solutione scut. 1100. de solutione verò scutor. 500. constare.

Præsens decisio fuit reuocata die 29. Maii 1624.

TERRACINEN. CAPPELLANIAE.

Veneris 6. *Nouembris* 1620.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Index ritè, & rectè procedens priuat possessione, non autem spoliat: secus si nulliter, vel notoriè iniustè procedat.*

2 *Impetrans beneficium sub alternatiua narratiua*

va-

vacationis potest sibi eligere vnum ex modis vacandi alternatiuè narratis.
3 *Narratiua iurispatronatus per clausulam* vt asseritur *liberat ab onere iustificandi.*
4 *Spolium iudiciale iustificari non potest ex nouiter deductis.*

DECISIO MCCLVII.

DOmini recesserunt à resolutis, & dixerunt non intrare spolium, cum non constet Iudi-
1 cem nulliter, vel notoriè iniustè processisse, * imò ex deductis coram ipso, ritè & rectè processit, vndè priuauit possessione, non autem spoliauit *l. iustè possidet* vbi *Bartol. ff. de acquir. possess. Angel. in l. elam possidere 3. qui ad Nundinas nu. 2. in fin.* & ibi *Iason. num. ff. eod. tit.* Quod autem ritè processerit, patet ex inspectione actorum quod ritè probatur, ex quo alternatiuè fuit narratum, beneficium vacare per obitum Cæsaris, vel per obitum Marij in mense
2 Nouembris, * quarè cum impetrans potuerit sibi eligere vnum ex dictis modis vacandi, alternatiuè narratis *Bellamer. dec. 734. num. 3. Rot. dec. 14. num. 1. de rescript. in nou. Seraph. dec. 911. in fin. Garz. de Benefic.* qui alias *decisiones* recenset *par. 11. cap. 1. à num. 68. vsquè ad 71.* & iustificauerit vacationem per obitum Marij in mense Nouembris, qui erat reseruatus, vtiquè rectè fuit immissus.

Neque refert, quod fuerit narratum beneficiũ esse de iurepatronatus vt asseritur, & Cęsarẽ antè institutionem obijsse in Curia, & Papa attenta ista narratiua, derogauit in totum Iurispatronatus: Nam fuit responsum, quod narratiua Iurispatronatus per clausulam (*vt asseritur*) li-
3 berat ab onere iustificandi * *Cassad. dec. 4. num 9. de probat.* alia verò narrata circà vacationem per obitum Cæsaris, non ægerit iustificatione, cum impetrans non vtatur ista vacatione.

Non obstat, quod istud Beneficium, cum sit de Iurepatronatus, non cadat sub *Regulis reseruatoris*, quià quicquid dicendum sit, an iura producta probent Iuspatronatus de quo suo loco videbitur, satis est, quod non fuerint producta coram A.C. & spolium Iudiciale iu-
4 stificari non possit ex nouiter deductis * *Rot. in Romana Saluiani interdicti 8. Februarij 1602. coram me in Romana mereium 28. Nouembris 1607. coram Attrebaten. Dec. cons. 125. num. 7. & 8.*

CAESARAVGVSTANA PAROCHIALIS DE MAELLA.

Veneris 13. Nouembris 1620.

ARGVMENTVM.

Regul. 8. Cancell. quid disponat, & quando eius dispositio intret.

SVMMARIVM.

1 *Mensis* Octobris *est vnus ex octo mensibus Papa reseruatis Episcopo non gaudente alternatiua.*
2 *Patronus debet manuteneri in quasi possessione presentandi ad iuspatronatus, in qua reperitur constitutus.*
3 *Alternatiua non habet locum nisi in beneficijs, qua sunt liberę collationis Episcopi, vt disponitur in* Regul. 8.
4 *Beneficium de iurepatronatus non potest libere ab Episcopo conferri, sed requiritur præsentatio.*
5 *Vna, & eodem res non potest diuerso iure ecoferi.*
6 *Limita respectu diuersarum personarum.*
7 *Dispositio* c. consultationibus de iurepatr. *non suffragatur aduersus* Regul. 8. Cancell.
8 Regul. 8. Cancell. *tollens priuilegia, & indulta conferendi beneficia in mensibus reseruatis, & etiam consuetudines immemorabiles comprehendit iuspatronatus ex priuilegio.*
9 Regul. 8. *non derogat in totum priuilegijs, sed potius illorum effectum suspendit.*
10 Regul. 8. *tollit quasi possessionem.*

DECISIO MCCLVIII.

DOmini recesserunt à *decisione facta sub die 31. Ianuarij* 1618. & steterunt in *decisis sub die 14. Nouembris 1616.* cum huiusmodi Parochialis vacauerit in mense Octobris, qui est vnus de octo mensibus Papæ reseruatis Episcopo nõ
1 gaudente alternatiua, * prout respectu ipsius Parochialis non gaudet, cum asserti Patroni sint in quasi possessione præsentandi, in qua
2 debent manuteneri * *c. consultationibus de Iurepatronatus.* Alternatiua enim non habet locum nisi in beneficijs, quæ sint liberæ collationis
3 Episcopi, * vt disponitur in *Regula* 8. quale nõ est ista Parochialis, cum Patroni sint in quasi possessione præsentandi, & ideò collatio non est libera Episcopi, cum ab ipso solo non pos-
4 sit fieri, sed requiratur præsentatio * *cap. 1. vbi Gloss. in verbo liberè de rescript. c. 2. de testam. in 6. clemen. 2. vbi Gloss. ib verbo liberè de Iurepat.* & fuit resolutum in causa *Tarraconen. Sacristiæ 9. Iulij 1600. coram bo. me. Iusto.*

Neque est verum, quod idem erit dicendum respectu Papæ, cum vna, & eadem res non
5 debeat diuerso Iure censeri * *l. eum qui ædes ff. de vsucap.* Quia regula non procedit respectu
6 diuersarum personarum, * *l. si quis proferendum 35. in fin. ff. de furt.* & propterea aut Patroni volunt se iuuare sola quasi possessione præsentandi, & non possint propter decretum irritans appositum in *Regula* 8. quod inficit titulum, & possessionem, ita vt dispositio *c. consultationibus* non suffragetur aduersus dictam *Regulam*
7 *octauam* * *Verall. dec. 29. & 326. & 312. lib. 1. in manuscript.* & fuit resolutum in causa *Valentina Parochialis de Carlet 4 Iunij 1601. coram Illustriss. Lancellotto,* quam refert, & sequitur *Garz. de Benefic. par. 5. cap. 9. num. 127.*

Aut prædicti Patroni volunt vti titulo producto, & tunc aut iste titulus est considerandus tanquam à 40. annis citrà publicationem

Conc. Trid. sess. 25. *cap.* 9. §. *similiter quoque de reform.* Et constat esse ex priuilegio, & sic cōpræhenditur sub *Regula* 8. * & abundè fuit de-
8 ductum in *decisione in hac causa facta* 6. *Nouembris* 1617. & firmatum etiam in *decisione facta* 31. *Ianuarij* 1618. Beneficium enim pingue fuit auctum in redditibus pro scut. 10. aut non potest reuideri, quasi sit concessus à 40. annis vltra; & hoc casu, quamuis firmus maneat, & non possit reuocari, cum sit in statu validitatis *Gabr. cons.* 195. *lib.* 1. & censuit *Congregat. Illustriss. Interpretum*, & refert *Garz. de benefic. loco supra allegato num.* 124. non tamen cessat, quod sit ex priuilegio, & quod propterea comprænhendatur sub *Regula* 8. quæ tollit priuilegia, & indulta conferendi beneficia in mensibus reseruatis, & etiam consuetudines immemorabiles, vt per *Gonzal. super Regul.* 8. *gloss.* 35. *num.* 21. & 24. quod absque dubio Papa facere potest, vt per eundem *Gonzalez d. loco num.* 31. & *seq.* maximè quia ista reuocatio bene etiam se compatitur eum firmitate Priuilegij inducta à *Concilio*, cum *Regula* non deroget in totum priuilegijs, sed potius illorum effectū
9 suspendit, * vt non suffragentur contra reseruationem *Regul.* 8. *Gonzalez loco supra allegato num* 34. & latius in *gloss.* 40. *num.* 2.

Neque refert, quod Pattoni non produxerint hunc titulum, & ideò possunt iuuari possibilitate alterius, cum detur multiplicatio titulorum, quia hoc non est verum in hac facti specie, nam si nolunt se tueri titulo producto, sola quasi possessio non suffragatur, cum tollatur
10 per *Regulam* 8. * *vt supra dictum est*, & propterea non possunt se iuuari possibilitate alterius tituli, cum solus possessor ista possibilitate iuuetur *Cassad. dec. vlt. numer.* 7. *de procur. Crescen. dec.* 21. *num.* 4. *de probat.*

Ex quibus fuit recessum à supradicta *decisione*.

ROMANA CENSVS
scut. 18. mill.

Lunæ 16. *Nouembris* 1620.

ARGVMENTVM.

Initium obligationis est inspiciendum, non autem dies destinatæ solutionis. Furnarius est potior in consecutione sui crediti. Obligatio de restituendo prioribus, & potioribus quid operetur:

SVMMARIVM.

1 Camillus Morettus *Procurator laudatur*.
2 *Prior in tempore est potior in iure*.
3 *Initium obligationis attenditur*.
4 *Non autem dies destinatæ solutionis*.
5 *Liquidatio etiam facta inter partes attenditur*, *quando est verisimilis*.
6 *Furnarius quamuis non sit anterior tempore, est tamen potior in iure ex* Constitutione Sixti V.
7 *Obligatio de restituendo prioribus, & potioribus operatur, vt pecunia dicantur extare, & super illis potest experiri iura sua qui prætendit esse anteriorem*.

DECISIO MCCLIX.

In hac causa, quæ est grauis, & æget Perito Iurecōnsulto, placuit *Rota* deputate *D. Camillum Morettum* causarum Pattonum integer-
1 rimum, * qui in eius relatione ad computum scut. 76. mill. quæ erant soluenda per Excellentiss. D. Principem posuit tres partitas, de quibus mox dicetur, vnde dubitari, an essent detrahendæ de calculo facto per dictum *D. Ca-*
1 *millum*. Et visum fuit *Rotæ* negatiuè respondendum. Nam cum hoc disputetur ad effectum, vt videatur, an D. Princeps male soluerit, ita vt Excellentiss. D. Dux possit se reualere pro credito census scut. 18. mill. certum est, quod prima partita scut. 200. soluta hæredibus Rauennæ non est detrahenda, quia cum Vrsini se obligauerint aduersus Rauennam ad damna, & interesse, quatenus Castrum Numenti venderetur, cum ista obligatio sit anterior iuribus Excellentissimi D. Ducis, vtique non est detrahenda ex vulgari regula Iuris, quod
2 prior in tempore est potior in Iure * *leg. qui prior ff. qui pot. in pig. hab. l.* 2. *C. de priuil. fisci Rip. in l. Priuilegia num.* 4. & *seq. ff. de priuil. credit.*

Nec obstat, quod liquidatio fuit facta postea,
3 quia est attendendum initium obligationis * *l. qui Balneum* 9. & *l. qui potior* §. *videamus ff qui pot. in pig. hab. Roderic. Suarez in l. post rem iudicatam in declaratione Legis Regni limitat.* 7. *n.* 4. *ad fin.* & latè prosequitur *Rebuff. in* 2. *tom. constit. tit. de constitution. redditaum art.* 1. *gloss.* 8. *num.* 9. *Neguf. de pignorib.* 5. *par.* 2. *membro nu.* 9. *in* 16. *ampliat.* & *nu.* 10. Et generaliter quod initium contractæ obligationis, non autem dies
4 destinatæ solutionis, inspiciendus fit, * ad hoc vt quis prior dicatur, & præferatur in obligatione alteri creditori est *Text. in l.* 1. *vers. non vtique ff. qui pot. in pign. hab.* & latè prosequitur, & respondet omnibus contrarijs *Amator Rodriquez de concursu,* & *priuileg. Creditorum* 2. *par. tit. de Creditor. hypotecar. art.* 1. *nu.* 8. & *seq.* Neque est insistendum, quod liquidatio fuit facta solum inter partes, quia attenta quali-
5 tate negotij, qualitate summæ, * & qualitate personarum, & quod nemo præsumitur iactare suum, redditur ista liquidatio adeò verisimilis ita, vt attendi debeat, ex allegatis per *Surd. in dec.* 105. *num.* 7. qui benè ad propositum.

Quantum attinet ad alias duas partitas, secunda scut. 123. soluta Furnario non est detrahenda, nam etsi non constet, an sit anterior
6 tempore, potior tamen est Iure * ex *Constitutione Sixti V.* in §. 7. quæ est in *nouo Bullario nu.* 36. & ideò debet præferri *l. Priuilegia ff. de priuil. Credit.* Et respectu huius secundæ partitæ, & respectu etiam tertiæ scut. 113. de cuius initio

tio obligationis non constat fuit consideratum, solutionem fuisse factam cum obligatione de restituendo prioribus, & potioribus, quæ operatur, vt pecuniæ censeantur extare, * ità vt
7 Dominus Princeps censeatur liberatus, cum Dominus Dux possit experiri iura sua pro recuperandis illis pecunijs si prætendit se esse anteriorem, & potiorem *Franch. dec. 75. nn. 9. & dec. 200. num. 4. Castrens. cons. 286. in princ. lib. 1. Mastrill. dec. 126. num. 16.*

Ex quibus fuit resolutum tres partitas non esse detrahendas ex dicto calculo.

Præsens decisio fuit confirmata die 14. Maij 1621.

LVCANA IVRISPATRONATVS DE PODIIS.

Veneris 20. Nouembris 1620.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus ex quibus probetur: Et quãdo status beneficij dicatur mutatus.

SVMMARIVM.

1 *Sententia iusta, & valida est confirmanda.*
2 *Validitas sententiæ probatur ex inspectione actorum, ex quibus apparet omnia interuenisse ad validitatem iudicij necessaria.*
Ad validitatem iudicij quæ requiruntur remissiue num. 2.
3 *Iuspatronatus probatur ex præsentationibus effectum sortitis vltra centum annos, ex fama, ex visitationibus, ex insignibus, dum Patroni non sunt Domini temporales, nec in eis cadit præsumptio vsurpationis.*
4 *Præsentatus, & Patronus possunt agere separatim, & coniunctim.*
5 *Sententia, in qua dicitur non constare de iurepatronatus nocet Patronis.*
6 *Limita, quando causa non fuit introducta super iurepatronatus, nec Patroni fuerunt in causa.*
7 *Exceptio sententiæ, & rei iudicatæ non obstat in alio iudicio.*
8 *Sententia absolutoria ex defectu probationum non parit exceptionem rei iudicatæ in alio iudi io.*
9 *Quando constat de Iurepatronatus per solum non vsum, & negligentiam Patronorum Ecclesia non acquirit libertatem, sed requiritur factum positiuum de directo contrarium seruituti, vel etiam scientia, & patientia, & quod desistant à præsentatione credendo iuspatronatum ad eos non spectare, vel volentes præsentare non fuerint admissi.*
10 *Iuspatronatus æquiparatur potius seruituti Vrbanæ, quam Rusticæ.*
12 *Prouisio Papæ, seu Ordinarij non mutat statum beneficij, nisi interueniat præscriptio, sed ad hunc effectum quæ requirantur vide ibi.*
13 *Prouisiones factæ cum derogatione Iurispatronatus non mutant statum beneficij.*
14 *Vnio simoniaca non valet.*
15 *Vnio non valet si Papæ non fuit narratum beneficium esse de Iurepatronatus Laicorum.*
16 *Dum agitur de mutatione substantiæ beneficij non docto de legitima vnione requiritur aut immemorabilis, aut quadragenaria cum titulo.*
17 *Titulus infectus non causat bonam fidem.*

DECISIO MCCLX.

Visum fuit Dominis Sententiam Rotalem esse confirmandam cum sit valida, & iusta,
1 * *cap. ex tenore de foro compet. Bald. cons. 5. in princ. lib. 5. Bellamer. cons. 40. num. 29. in princip.* Validitas enim satis deprehenditur ex inspectione actorum, ex quibus apparet omnia
2 necessaria ad validitatem Iudicij interuenisse * de quibus *in cap. forus cum ibi not. de verb. signif.* Iustitia autem satis cognoscitur ex quatuor elaboratissimis *Decisionibus coram R. P. D. meo Dunozetto*, in quibus primis tribus sub *diebus 26. Iunij, & 2. Decembris 1619. & 31. Ianuarij huius anni* firmatur, Iuspatronatus familiæ de Podijs vsque ad annum 1514. clarissimè probari ex præsentationibus effectum sortitis vltra centum annos, ex fama, ex visitationi-
3 bus, ex insignibus huius familiæ, * & ex alijs ibi ponderatis, ex quibus satis probatur iuspatronatus istorum nobilium de Podijs, cum non sint Domini temporales, nec alias in eis cadat præsumptio vsurpationis *Bald. in l. cum semper C. de rei vendic. Abb. in cap querelam nu. 9. de elect. Dec. cons. 126. num. 3. Rochus de iurepatr. vers. verbo construxit quæst. 20. in fine, Cassad. decis. 2. num. 5. de probat. & fuit resolutum in causa Paoien. Archipresbyteratus 19. Februarij 1601. coram recolen. mem. Hieronymo Cardinali Pamphilio tunc Rotæ Auditore*, & alias sæpius, & postremò ex quarta *Decisione sub die 23. Martij huius anni* manifestissimè constat huiusmodi Ecclesiam post annum 1514. non acquisiuisse libertatem; & cum ius patronatus sit clarum, & indubitatum in eo solum insistebant Beneficiati, quod Ecclesia acquisiuerit libertatem. Verum Domini supradicta die, licet nullam habuerint difficultatem, quod iuspatronatus probetur, Ecclesiam tamen non acquisiuisse libertatem responderunt: Nam cum libertas deducatur ex sententia lata de anno 1513. cum postea secutis, Hæc non officiunt, sententia enim primò non fuit lata contra Patronos super statu; quod clare patet ex verbis ipsius sententiæ, in cuius narratiua dicitur, quod causa vertebat inter Vincentium filium spectabilis Viri Stephani olim Francisci de Podio, & Ser Angelum eius Procuratorem ex vna, & Dominum Hieronymum Philippi Petri se defendentem ex alia, & in dispositiua sententiæ dicitur (*prædictum Vincentium, & Ser Angelum eius Procuratorem dicto nomine non fuisse, nec esse instituendum in Rectorem*) & certum est in Iure, quod præsentatus, & patronus possunt
4 agere separatè, & coniunctim * *Rot. decis. 2. de iurepatron. in nou. Lambert. de iurepatr. lib. 2. par.*

par. 2. art. 3. quæst. 8. Sed nec adiudicat bene-
ficium tanquam liberum Hieronymo possesso-
ri, & reo, qui illud obtinebat ex resignatione
sibi facta à Michaele authoritate Papæ cum
derogatione iurispatronatus; Sed est simplex
absolutoria, & Iudex potuit moueri, ex quo
beneficium non vacabat per obitum, & ideò
præsentatus non erat instituendus.

Neque facit quod in eadem Sententia dica-
tur (*maximè quia nobis non constat de aliquo Iu-
repatronatus, de quo asseritur pro parte Vincentij
actoris:*) Vnde ista sententia videtur nocere
5 etiam patronis,* *Lambert. de Iurepatron. lib. 2.
par. 2. quæst. 11. art. 9. per totum.* Nam (quic-
quid dicendum esset si illa sententia lata esset
super probationibus deductis, An noceret Pa-
tronis) fuit responsum, quod causa non fuit
6 introducta super Iurepatronatus,* quod appa-
ret, quia Patroni non erant in causa, vt colli-
gitur ex verbis illis: (*de quo asseritur pro parte
Vincentij,*) qui erat præsentatus, & qui solus
prosequebatur suam præsentationem, & alle-
gabat incidenter Iuspatronatus, vt paret ex
eisdem verbis Sententiæ (*de quo asseritur*) & ex
illa expressione Iudicis non constat, quod vo-
luerit ferre sententiam per modum causæ, quod
in hac facti specie facere minimè poterat, sed
indicat motiuum, ex quo iudicabat reum in-
ter alia esse absoluendum (scilicet *maximè quia
nobis non constat de aliquo Iurepatronatus, de quo
asseritur pro parte Vincentij*) Ideo exceptio illius
sententiæ, & rei iudicatæ non obstat in alio
7 Iudicio,* *Calder. cons. 2. de sent. & re iudic.
Io. Andr. in c. cum Ecclesia Sutrina num. 13. de
caus. possess. & propr. Ancbar. cons. 417. num. 2.
vers. ea autem quæ per modum causæ;* Et cessat
omnis difficultas etiam si Patroni fuissent in
causa, quod tamen non est verum, quia sen-
tentia est absolutoria, ex quo non fuit proba-
tum iuspatronatus, ponderando verba (*maxi-
mè quia nobis non constat de aliquo Iurepatronatus,
de quo asseritur pro parte Vincentij*) & propterea
non parit exceptionem rei iudicatæ in alio iu-
8 dicio,* *Dyn. in reg. nullus pluribus in priu. &
vers. regula autem, & vers. contrarium autem
prædictorum de reg. iur. Bart. in l. 2. §. 1. num.
3. vers. si vero absolutoria fertur ff. de vi bono-
rum raptorum Soccin. Sen. cons. 99. num. 4. lib. 1.
glos. in verb. absolutus, in l. Iulianus,* vbi *Ias.
num. 21.* attestatur omnes transire, *cum glos. ff.
de condict. indeb.*

Neque suffragatur patientia Patronum vsq;
ad annum 1618. de quo tempore fuit mota lis;
nam aut prætenditur ex non vsu Ecclesiam ac-
quisiuisse libertatem; aut ex præscriptione
statum beneficij fuisse mutatum; si primum
nihil releuans deducitur, quia cum sit proba-
tum iuspatronatus per solum non vsum, & ne-
gligentiam Patronum Ecclesia non acquirit li-
9 bertatem, * sed necessarium est aliquod factum
positiuum de directo contrarium seruituti,
quod hic non adest, vt ex mox dicendis ap-
parebit, vt de seruitute vrbana cui potius,
10 quam rusticæ æquiparatur iuspatronatus, *
*est tex. in l. hæc autem, & ibi DD. ff. de seruit.
vrban. prædior. Coras. in l. seruitutes la 4. n. 41.
vers. requiritur secundo, ff. de seruit. & in ter-
minis Iuspatronatus Lambert. lib. 3. quæst. 7. art. 7
Rot. decis. 109. n. 8. & seq. par. 2.* & fuit dictum
*in causa Mediolanen. de Baradia 2. Iunij 1589.
coram Comitulo, & in causa Imolen. iurispatro-
natus 26. Martij 1593. & in Papien. Archipre-
sbyteratus 9. Aprilis 1601. coram bo. me. Cardin.
Pamphilio*, vel etiam requiritur scientia, &
11 patientia patronorum, * & quod desistant à
præsentatione, credendo iuspatronatus ad eos
non spectare, vel volentes præsentare non fue-
rint admissi, quæ etiam in hoc casu non ad-
sunt, *l. si forte §. sciendum in fine* & ibi *Castren.
n. 4. ff. si seruit. vendicetur Angel in l. hoc autem
n. 3. post medium vers. requiritur etiam, & n. 4.
vers. 4. & vlt.* & ibi *Castrens. n. 3. ff. de seruit,
Corasius in l. seruitutes l. 4. n. 41. in fin. ff. de ser-
uit. vrban. præd. Rip. in capit. cum Ecclesia Su-
trina n. 64. de caus. possess. & propriet. Calder.
cons. 15. de iurepatronat. Rochus in versiculo com-
petens quæst. 18. num. 44. Lambert. lib. 2. par. 1.
quæst. 3. art. 15. num. 3. Chissan. decis. 72.* &
fuit resolutum in proxime allegatis *decisio-
nibus.*

Si vero prætenditur secundum scilicet sta-
tum beneficij ex præscriptione fuisse muta-
tum, & pariter nihil releuans deducitur, vt
mox patebit: Vera enim est conclusio, quod
prouisio Papæ, seu Ordinarij non mutat sta-
12 tum beneficij * *Dec. cons. 126. in fin. Achill.
decis. 13. de iurepatronat. Caputq. decis. 189. p. 3.
Put. dec. 7. de iurepatronat.* nisi interueniat præ-
scriptio, ad quem effectum duo copulatiuè re-
quiruntur, & quod collatio fiat à legitimo
Collatore scienter de beneficio iurispatronatus
tanquam de libero, vel de regulare tanquam
seculari, & è conuerso, & cursus quadra-
ginta annorum *Glos. in cap. cum de beneficio,
in verbo institutus & in verbo legitima, de præb.
in 6.* vbi etiam *Lapus nu. 1. Gemin. n. 3. & 9.
Franc. nu. 5. Prob. n. 5. Felin. in cap. in nostra,
n. 41 vers. secundo nota de rescr.* & benè decla-
rat *Rebuff. super concordat. in rubr. de collation.
§. volumus in verbo regularia, Sylua de benefic.
part. 3. q. 11. num. 124. & seq.* & fuit resolutum
*in causa Perusina S. Benignatis 13. Martij 1588.
& 14. Martij 1589. coram bo. me. Cardinale Pam-
philio, et in causa Cæsaraugustana Præceptoriæ
de Codos 5. Nouembris 1607. coram bon. mem.
Iusto.*

Hic autem non adest non vsus contrarius
seruituti, vel alius actus positiuus, aut legi-
tima præscriptio, cum collationes non fuerint
factæ, vti de beneficio libero, nam & si verum
sit, quod prædictus Hieronymus nominatus in
sententia possederit vsque ad annum 1531. quo
tempore resignauit in manibus Papæ ad fauo-
rem Antonij de Rusticis, qui de anno 1541.
obtinuit reualidatoriam cum derogatione
iurispatronatus, qui Antonius postea de anno
1558. resignauit in manibus Ordinarij, qui
contulit Francisco, qui rursus de anno 1560.
retrocessit ad fauorem eiusdem Rustici, de
quo tempore fuit facta prima vnio, tamen
omnes istæ prouisiones ex resignationibus fa-
ctis in manibus Papæ incipiendo à resignatio-
ne

ne facta in fauorem Hieronymi de anno 1512. fuerunt cum derogatione iurispatronatus, vt innotuit ex supplicationibus ostensis in Rota, dum causa ageretur coram R. P. D. meo Dunozetto, & propterea dici non potest, quod præiudicauerint Patronis, cum Ecclesia non fuerit in statu libertatis, stantibus prouisionibus cum prædicta derogatione iurispatro-
13 natus, * quia talis derogatio præseruat iuspatronatus, & excludit intentionem acquirendi libertatem beneficio *Bero. in cap. 1. nu. 88. cum de seq. de iurepat. Lambert lib. 3. q. 7. art. 7. sub n. 5. Cassad. dec. 10. n. 2. de conceß. præben.* & fuit dictum *in allegata causa Mediolanen. de Baradia 2. Iunij 1589. coram Reuerendiß. Perusino, et in causa Papien. Archipresbyteratus 9. May 1601. coram bo. me. Card. Pamphilio.*

Neqne potest fieri vis in prima vnione facta, ex resignatione in fauorem eiusdem Rustici de eodem anno 1560. in manibus Papæ, neque in secunda de anno 1578. cum acquiescentia vsque ad annum 1618. de quo tempore, vt dictum est, fuie mota lis; Nam neque ex istis vnionibus colligitur aliquis actus positiuus, ex qno sibi præiudicauerint Podij, neque aliqua legitima præscriptio; non quidem actus positiuus, quia de eo non apparet, non etiam legitima præscriptio, quia vnio fuit symoniaca, ex quo Papæ non fuerant narrata pacta illicita, vt patet ex narratiua in secunda vnio-
14 ne de anno 1578. & sic ista vnio non valuit, * *Gemin. cons. 125. in princip. Anchar. cons. 397. num. 4.* Nequè minus valuie secunda de anno 1578. cum non fuerit narratum, quod beneficium esset de iurepatronatus laicorum, & sic
15 fuit subreptitia, * *Card. cons. 96. col. penult. vers. quoad causam secundam, cum alijs pluribus allegatis in qnarta decis. R. P. D. mei Dunozetti*, ex quibus resultar, quod neque adsit etiam legitima præscriptio libertatis, cum deficiat in vnione scientia Papæ, quod beneficium esset de iurepatronatus, & deficit etiam cursus temporis 40. annorum, quæ duo copulatiue requiruntur, vt supra probatum est, & quod plus est, neque etiam in alijs terminis iuris potest sustineri vnio, quia cum agatur de mutatione substantiæ beneficij non docto de legitima vnione, prout hic non docetur, requiritur, aut immemorabilis, aut quadrage-
16 naria cum titulo * *Philippum de Perusio inter consil. Felyn. 2. n. 1. et 3. Rebuff. in tit. de vnion. n. 35. in fine, Rot. decis. 9. et 10. de reb. eccles. non alien. in antiq.* & fuit dictum *coram me in causa Feltren. Præbendæ 6. Iunij 1605.* quæ quidem immemorabilis hic non adest, nec prætenditur, nec quadragenaria cum titulo; nam quantum attinet ad titulum, cum vterque titulus vnionis sit infectus, neuter est habendus in considerationes cum requiratur titulus,
17 ex quo causetur bona fides * *Felin. in cap. in nostra, n. 43. de rescript. Gemin. in cap. cum de beneficio, num. 9. de præben. in 6. Aegid. cons. 41. col. 1.* nec etiam tempus legitimum quadraginta annorum interuenit, quia prima vnio habuit effectum cum titulo Symoniaco ab anno 1560. vsque ad annum 1579. secunda verò à dicto anno 1579. vsque ad annum 1618. de quo tempore fuit mota lis, & sic vtraque vnio, neq; in alijs terminis iuris sustinetur, tam ex defectu tituli ad præscribendum, quam ex defectu longissimi temporis, cum habito respectu ad vtrumque titulum, neuter eorum habeat cursum quadraginta annorum.

Ex quibus resolutum Sententiam Rotalem esse confirmandam.

Præsens decisio fuit confirmata die 5. Martij 31. eiusdem et 21. Aprilis ac 14. Iunij 1621.

VRBEVETANA FIDEICOMMISSI.

Veneris 27. Nouembris 1620.

ARGVMENTVM.

Examinatur, an testator de tota tenuta disposuerit, an vero de illius parte tantum. Tenutæ appellatione quæ bona veniant.

SVMMARIVM.

1 *Assertio testatoris super identitate bonorum probat contra grauatos, & habentes causam ab eis.*
2 *Sermo rectus attendi debet.*
3 *Mens disponentis, & non scriptoris imperitia attendi debet.*
4 *Verbum* ipsius *denotat dominium, & proprietatem.*
5 *Tenutæ certæ appellatione venit tota tenuta. Ampl. n. 8.*
6 *Tenuta non est vocabulum Iuris Consultorum, sed vulgare Italicum, & dicitur ager, qui tenetur cum mensura.*
7 *Hospitale S. Andreæ denotat ius esse S. Andreæ.*
9 *Verbum* bona *etiam pro vtilitate accipitur.*
10 *Bonorum apellatione veniunt nomina debitorum.*
11 *Fructus non solent esse vniformes singulis annis.*
12 *Nomina possessiua* suum, ipsius &c. *denotant tempus præsens.*
13 *Copula & stat ampliatiuè.*
14 *Communio bonorum, quæ ex præsentatione æquiuoca deducitur non est attendenda.*
15 *Consortis nomen est æquiuocum.*
16 *Consortes in Tuscia appellantur illi de parentela.*
17 *Tenutæ nedum habent possessiones, sed etiam bona Erema, aut Zerbica, & continent omnem partem n. 19.*
18 *Bona inculta licet non comprehendantur sub nomine possessionum spectant tamen ad Dominum.*
20 *Interpretatio dispositionis illa est sumenda, per quam tolluntur contradictiones.*
21 *Non probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse.*
22 *Probationes leuiores admittuntur in antiquissimis.*
23 *Ad identitatem bonorum probandam sufficiunt leuio-*

uiores probationes; maxime quando agitur contra eum, qui habet causam ab hærede grauato, non autem contra tertium n. 25.

24 *Publica vox, et fama probat in antiquis, et in iis, quæ memoriam hominum excedunt.*

DECISIO MCCLXI.

QVæsitum fuit tertio, an tota Tenuta Salicis demptis acquisitionibus, quæ ostenduntur sit ex bonis suppositis fideicommisso Testatoris, & quod bis placuerat Dominis præuia matura consideratione eodem proposito articulo 5. *Iunij præteriti, & die supradicta* tertio approbarunt. Hoc enim demostratur ex assertione Testatoris, quæ probat contra grauatos, &
1 habentes causas ab eis, * vt fuit dictum in vltima *decisione*, qualis est Domina Liuia, quæ habet mediate causam à Mamphilia, vt fuit firmatum in hac causa 7. *Februarij præteriti*; Nam dictus Testator postquam diuersa legata scripsit, ordinauit, ex quibus illa solui deberent per hæc verba, *Ad quæ iudicia, & legata, & pro quibus Indicijs, & legatis soluendis deputauit, & deputatos esse voluit omnes, & singulos fructus, introitus, & prouentus de Castro Ciuitellarum Salcis, & Castrum Vrbeuetani ipsius de Valle Clauis, & eius tenuta, & de Teuuta Castri fichini*, quæ quidem verba satis obscura (de quo tamen mirandum non est, cum Testamentum fuerit confectum fere ante annos 300.) ita intelligebant Domini, vt sensus esset *Deputauit &c. omnes fructus &c. de Castro, & Tenuta Ciuitellarum Salicis, & Castri Vrbeuetani ipsius* (scilicet Testatoris) *de Valle Clauis* (hoc est de regione Vallis Clanis) *& tenuta Castri fichini*, & expositio ista debet fieri, &
2 attendi, cum rectus sermo debeat attendi, * vt bene per *Bald. in cons. 200. num. 5. per tot*, & præsertim in *vers. sed ista pars probabilior lib. 3.* & mens dispouentis, non autem scriptoris imperitia, * vt colligitur ex text. *in l. quoniam indignum C. de Testam. Bald. cons. 33. nu. 2. vers. respondeut lib. 1. Rol. à Valle cons. 61. num. 35. & seq. lib. 2.*
3

Attenta igitur ista lectura indubitatum est probari Tenutam Salicis ex assertione Testatoris fuisse in illius bonis, quia cum obligauerit fructus tenutæ Salicis ipsius, significauit secundum totam tenutam esse in illius dominio, quia nomen possessiuum (*ipsius*) denotat dominium
4 & proprietatem Testatoris, * *l. 2. in vers. nam cum dicat ff. de Religios. & sumpt. funer. l. Stichus qui meus erit ff. de leg. 1. Bald. cons. 331. num. 2. & 3. vers. tertio videtur lib. 2. Roland.* qui loquitur in proprijs terminis in *cons. 71. nu. 25. lib. 2. Roman. cons. 509. num. 6. vers. & quod iste Manottus*, sed etiam totam tenutam, cum appellatione *Tenutæ Salicis*, & sic rei certæ tota tenuta veniat * *Soccin. in l. si quis cum*
5 *totum num. 4. vers. sed aduerte diligenter ff. de except. rei Iudic. Corn. cons. 203. num. 14. lib. 3. Aretin. cons. 103. nu. 3. vers. circa 2. Aym. cons. 400. nu. 45. lib. 3. Surd. dec. 263. nu. 3. Cæsar de Graff. dec. 8. nu. 4. de caus. poss. & propr.* vt in terminis tenutæ *Afflict. super Constit. Regni lib. 1. Rub. 66. num. 3.* dicit quod Tenuta, seu Tenimentum non est vocabulum Iuris Con sul-
6 torum sed vulgare Italicum, * & dicitur ager, qui tenetur cum mensura, quare cum Testator locutus fuerit de Tenuta Salicis, cum istud genitiuum contineat locum exponitur in ablatiuo, vt sensus sit, quod obligauit Tenutam de Castro Salicis *Cardin. in cons. 30. nu. 7. in fin.* & sic totam Tenutam, quia cum vt dictum est, Tenura sit ager, qui tenetur cum mensura, vtique comprehendit totam Tenutam de Castro Salicis, cum ab ipso Salice mensuretur *Bald. in cons. 205. num. 2. vers. 2. præmitto lib. 3.* vbi quod verba *Hospitale S. Andreæ* denotant Ius
7 esse S. Andreæ * & ex hoc infert, quod monasterium S. Andreę est caput, Hospirale est membrum, sic in proposito, Castrum Salicis est caput, tenuta vero membrum, & comprehendit totam Tenutam, cum ab ipso Salice mensuretur, cum vt dictum est, verba sint intelligenda de Tenuta Castri Salicis.

Neque obstat, quod Testator post dicta verba subiunxerit *videlicet partes*, vel secundum aliam lecturam, *partem suam, bona & fructus omnium bonorum, quod nunc habet, & habebit in futurum in dictis locis &c.* Quia in hoc casu dictio *videlicet*, declarat, quod fructus, volue-
8 rit obligare, * & restringit ad illos fructus, cum supra generaliter locutus fuerit de omnibus fructibus *Iaf. in l. tempus num. 1. de re Iudic. & in l. filio quem Pater num. 19. ff. de liber. & posthum. Aym. cons. 310. num. 2. Dec. in l. cum proriorem num. 2. ad fin. C. vnde legit Rebuff. in Concord. rubr. de Collation. §. præfatique ordinarij vers. videlicet in primo mense*; non autem quod voluerit obligare partem suam bonorum quasi non omnia bona haberet, sed sensus dd. verborum est, vt coniungatur cum præcedentibus, in quibus deputauit pro legatis omnes, & singulos fructus, introitus, & prouentus, quod deputauit partes, vel partem suam, secundum aliam lecturam bona, & fructus omnium bonorum prædictorum, hoc est si attendamus lecturam *partes*, vt scilicet obliget partes fructuum pro concurrenti quantitate legatorum: si vero attendamus aliam lecturam, *partem suam*, verba erunt intelligenda ad distinctionem portionis colonicæ, vt abunde fuit dictum in alia *decisione*, verbum vero sequens (*bona*) quod etiam pro vtilitate acci-
9 pi * dictum est in *decisione 7. Februarij præt.* vt *in l. 1 §. hac actio ff. si quis testam. liber esse iuss. fuer.*) potest intelligi non de stabilibus, de quibus nihil locutus fuerat in ordine ad obligatio. nem pro legatis, sed de nominibus debitorum occasione dd. fructuum, quæ veniunt appella-
10 tione bonorum * *l. bonorum 49. ff. de verb. signif. ibi æquè bonis adnumerabitur etiam si quid est in actionibus, petitionibus, persecutionibus, nam hæc omnia in bonis esse videntur*; & postremo verba sequentia (*& fructus omnium bonorum prædictorum ipsius, quos nunc habet, & habebit in dictis locis*) vt non discordent à verbis præcedentibus (*partes, seu partem suam*) sunt intelligenda, quod obliget omnes fructus pro quantitate tamen legatorum, videlicet partem suam; non autem

autem colonicam pro eadem quantitate lega-
rorum,& ne dum fructus,quos modo habet,sed
etiam quos habebit in futurum, quia relati-
uum (*quos*) per necesse fructus secundum gra-
maticam est referendum non ad bona, ex qui-
bus fructus percipiuntur, & ideo obligauit
quos nunc habet, & habebit in futurum, quia
fructus non solent esse vniformes singulis an-
11 nis, * cum pauciores, vel plures fructus per-
cipiantur vno anno, quam alio *Bald. in l. si
fundum nu. 5. C. de rei vendic.* & hoc etiam fo-
re dixit Testator, quia si fructus creuissent, po-
tuisset dubitari, an propter pronomina posses-
siua (*suam & ipsius*) apposita in dispositione
venirent fructus posteà crescentes, quia nomi-
12 na possessiua denotant tempus præsens * *Bar-
tol. cons 116. num. 6. vers. ex his lib. 1. Bellon.
cons. 5. num. 3. vers. 2. magis;* & ideo ad tollen-
das omnes dubietates fuerunt addita verba(*&
habebit in futurum*) *Bellon. d. loco nu. 16. vers.
non obstat quod pronomina*.

Neque est verum, quod Testator dixit par-
tem suam, ex quo ista bona erant communia
cum Phanulpho fratre,quia hoc non probatur,
nam dum deducitur primo ex eo, quod Te-
stator legatum fecit per hæc verba *Item reliquit
cuilibet Ecclesiæ de Castris, & Villis ipsius Testa-
toris, & hæredum Phanulphi fratris vnum cer-
tum &c.* diuinatiua est interpretatio, quod bo-
na essēt communia,cum verba possint impor-
tare sensum diuisum, & non compositum ex
13 natura copulæ (*&*) quæ stant ampliatiuè * *l.
ea tamen adiectio ff. de leg. 3.* & verificatur in
quolibet copulatorum de per se *Bartol in l.
Gallus §. quidem rectè nu. 5. ff. de liber. & posth.*
Dum vero deducitur secunda cōmunio,ex quo
Testator legauit certas pecunias neptibus ex
Oddone fratre vltra dotem, quam ipsum Te-
statorem,& Phanulphum fratrem illis dedisse
asseruit, pariter est diuinatiua, cum illa do-
tatio potuerit fieri ex charitate, vel ex dis-
positione ascendentium, vel ex alia causa, &
sufficit, quod prætensio sit æquiuoca ad hoc
14 vt attendi non debeat * *l. 1. §. hoc interdicto
vers. Vinianus rectè ff. de itinere, actuque priu.
Anchar. in reg. sine possessione num. 8. vers. qui-
dam vero sunt actus indifferentes de reg Iur. in 6.
Aretin. cons. 23. nu. 11.* dum vero etiam tertio
deducitur communio, ex quo Vgolinus Nepos
Testatoris vocat in suo Testamento filios Pha-
nulphi consortes, nihil releuans deducitur,
15 cum consortis nomen æquiuocum sit, * & ex
proprietate sermonis non minus habentes
rem communem, quam eos, qui sunt de
eadem parentela comphendat *Salyc. in l. du-
dum in princ. C. de contrah. empt. Gozadin. cons.
79. nu. 4. Menoch. præsumpt. 83. num. 17. vers.
3. modo lib. 4.* prout vere in hoc sensu con-
sortes filios Phanulphi Vgolinus appellauit; vt
patet ex lectura Testamenti, & hoc maximè
attendi debet in hoc casu, cum Testamentum
fuerit conditum in Tuscia, in qua illi de Pa-
16 rentela Consortes appellatur * *Felin. in c. de
tregua, & pace nu. 11. vers. tamen in Tuscia*.

Neque etiam faciunt sequentia verba Testa-
menti, *& prædicta omnia, & singula voluit, &
mandauit solui, & expendi post mortem ipsius Te-
statoris intra tempus duorum annorum de fructi-
bus, prouentibus, & introitibus Castri, & pos-
sessionum Castri predicti Ciuitellarum, & Fichini,
& Salicis, & Castri Vrbeuetani, & Tenuta
earum, quas in eis habet, & habebit, donec præ-
dicta omnia & singula iudicia, & legata fuerint
plenariè satisfacta, vel de alijs bonis ipsius Testa-
toris, quod si prædicto temporis interuallo non
fuerint infra dictum tempus duorum annorum de
fructibus dd. rerum, vel de alijs bonis ipsius Te-
statoris, licet fierent posteà, voluit, & manda-
uit, & deputauit fructus introitus & prouen-
tus dictarum rerum, & possessionum positarum in
Castro Ciuitellarum, & in eius Tenuta, & in
Tenuta d. Castri Fichini, Salicis, & Castri Vr-
beuetani &c.* ex quibus verbis infertur, quod
Testator non erat Dominus totius Tenutę,cum
obliget possessiones, nedum quas habet, sed
etiam quas habebit, quod maxime procedit
in hoc casu, cum ostendantur etiam instru-
menta acquisitionum postea factarum.

Pro resolutione huius difficultatis, vltra
responsiones datas in alia *decisione*,placuit DD.
deuenire ad grammaticalem constructionem
huius dispositionis, quam sic construendam
esse censuerunt. *Et prædicta omnia, & singula
voluit, et mandauit solui, et expendi post mortem
ipsis Testatoris intra tempus duorum annorum,
de fructibus prouentibus, et Introitibus Castri Ci-
uitellarum, & Fichini, et Salicis, et Castri Vrbe-
uetani, et de fructibus, prouentibus, et Introi-
tibus Castri predicti Ciuitellarum, et Fichini, et
Salicis, & Castri Vrbeuetani, et Tenuta earum*
(videlicet possessionum Castrorum prædicto-
rum (*quas* videlicet possessiones, & eis scilicet
Castris) *ipse Testator habet, et habebit,donec præ-
dicta omnia, et singula Iudicia, et legata fuerint
plenariè satisfacta, vel de alijs bonis ipsius Testa-
toris, ità videlicet, vt prædicta omnia, et singula
Iudicia, et legata fuerint plenariè satisfacta, vel
de alijs bonis ipsius Testatoris ita videlicet, vt
prædicta omnia, et singula potuerint etiam solui,
et expendi de alijs bonis ipsius Testatoris, quam de
modo enumeratis; quod si prædicto temporis inter-
uallo non fuerint infrà dictum tempus duorum an-
norum de fructibus dd. rerum, vel de alijs bonis
ipsius Testatoris* (supplè *satisfactum*) *licet fierent
posteà, voluit, et mandauit, et deputauit fructus
introitus, et prouentus dd. rerum possessionum po-
sitarum in Castro Ciuitellarum, et in eius Tenuta,
et in tenuta Castri Fichini, Salicis, et Castri Vr-
beuetani*.

Hoc posito apparet manifestissimè, quod
Testator primo loco locutus fuit de tenutis
Castrorum, & sic de tota tenuta Salicis, vt in
principio ostensum fuit; Secundo vero loco vt
in hac dispositione de possessionibus Castro-
rum, & de Tenuta possessionum, non autem
de Tenuta generaliter scilicet Castrorum, in-
tellexit tamen de possessionibus positis in Te-
nutis, quod clarè patet ex vltimis verbis supra
enunciatis, in quibus mandauit, & deputauit
fructus, introitus, & prouentus dictarum re-
rum positarum in Castro Ciuitellarum, & in
eius Tenuta, & in Tenuta dicti Castri Fichini,

Salicis, & Castri Vrbenetani. Vndè non re-
sultat correctio primæ confessionis Testatoris,
quod tota Tenuta ad ipsum spectaret, ex quo
obligauit possessiones, quas habet & habebit
in dictis Tenutis Castrorum, cum Tenutæ nedū
habeant possessiones, sed etiam loca Erema,
17 aùt Zerbica,* videlicèt inculta, & inter se
hæc bona differant, ita vt appellatione vnius
non veniat aliud, vt considerat *Iason. in l. si
quis legauerit num. 3. ff. de legat. 1. Bald. in l. si
nulla num. 1. ff. de acquir. et retin. possess. Auen-
danus de mandatis Principum p. 1. cap. 12. num.*
23. *Iacobus de Collantes in pragmaticam rei fru-
mentariæ lib. 1. cap. 4. in fin.* Vndè ex eo quod
obligauerit possessiones, quas habet, & habebit
in Tenutis prædictis, non indè sequitur, quod
integrę tenutæ ad Testatorem non spectarent,
quià dum locutus fuit de possessionibus, quas
habebit verba possunt intelligi de bonis incultis,
quæ reducerentur ad culturam, & iste videtur
germanus intellectus horum verborum, quæ
quidem bona inculta, licet non comprehen-
18 dantur sub nomine possessionum,* spectabāt
tamen ad Dominum, vt per *Ias. in l. rem quæ
nobis num. 32. ff. de acquir. possess.* vbi quod ità
seruatur in practica *Cassan. in Consuetudin. Bur-
gundiæ rubr. 9. num. 4. vers. aliquando, et secun-
do Ioannes Koppen. dec. 3. num. 8. vers. secundò
facit p. 2.* Verbum .n. seù qualitas vniuersalis
Tenutæ, realiter inest cuilibet parti, sub toto
19 contentæ,* *l. qui vsumfructum in prin. ff. de
verb. obligat. l. si vnus §. penult. de pactis l. quæ
de tota ff. dè rei uendic.* & in puncto dicit *Koppen.
loco prædicto num.* 10. & propterea cum Testa-
tor in principio locutus fuerit de tota tenuta,
vt *supra probatum est* non probatur contrarium
ex alijs verbis (*de possessionibus quas habebit*, cū
stent simùl, quod tota tenuta esset ipsius Testa-
toris, & quod nouas possessiones in ea posset
habere, ex quo loca inculta ad culturam re-
ducerentur, quod est nedum possibile, sed
etiam valdè verisimile, cum regulariter Tenu-
tæ Castrorum habeant diuersa bona inculta,
& Zerbica, & ideò cum ista duo simul stare
possint ista verba (*possessiones quas habebit in fu-
turum*) non probant, quod tota tenuta non
esset Testatoris *Alex. cons. 112. num. 5. et seq.
vers. nec prædictis obstat lib. 6. Castrens. cons.*
274. *in prin. vers. 2. admitto lib. 1. idem Alex.
cons. 14. num.. 24. lib. 2.* Quarè cum ista asser-
tio Testatoris benè se possit compati cum alia
assertione de tota tenuta, ita debet interpre-
tari ad tollendas contrarietates, quæ sunt in
omni dispositione euitandæ, & sumenda om-
20 nis interpretatio pro conciliatione,*. *Aym.
cons. 70. num.* 5. vbi dicit, quod ea interpre-
tatio sumenda est in omni materia, per quam
non inducatur contrarietas *Alex. cons. 141. num.*
4. et 5. *vers. aut oportet lib. 2. Deciàn. cons. 3.
num. 29. et seqq. lib.* 2. vbi *num.* 33. plures alle-
gat, quod si in vna parte dispositio est clara,
in alia obscura, obscura declaratur secundum
claram.

Et hac responsione tollitur, quod probatur
plures acquisitiones fuisse factas in hac tenuta,
quia cum Testator concesserit hæredi, & suis
descendentibus facultatem alienandi non re-
leuat, cum spatio 156. annorum a die conditi
Testamenti bona potuerint ad diuersas manus
transire, & postea recuperari, & sufficit hu-
iusmodi possibilitas, vt non dicatur offuscata
assertio Testatoris, quod sit de tota tenuta
per rationes supradictas, dictum enim est vul-
gare non probat hoc esse, quod hoc contingit
21 abesse,* *l. non hoc C. Vndè legitimi.*

Vlterius pro corroboratione præmissorum,
non fuit consideratum, quod etiam si admitte-
retur, assertionem Testatoris non esse de tota
tenuta, nihilominus verificaretur in parte pos-
sessa à D. Liuia demptis acquisitionibus, fi-
deicommissum enim, de quo agitur, fuit factum
de anno 1531. & sic versamur in antiquissimis,
vnde absque dubio sunt admittendæ leuiores
22 probationes,* *Bald. cons. 267. vers. si vero
ex probatis lib. 2. Soccin. Sen. cons. 187. num. 13.
lib. 2. Paris. cons. 104. num. 23. & 24. & seqq.
lib.* 1. eoque magis hæc conclusio procedit in
23 hac materia probationis identitatis,* cum
sit difficilis probationis, & ideo ex sui natura
admittat leuiores probationes *Gloss. in c. si Pa-
pa in verbo probata de priuil. in 6. Socc. Sen. cons.*
89. *num. 2. lib.* 1. maximè quando agitur de
re antiqua *Menoch. cons. 21. num. 33. & cons.*
202. *num.* 100. Hic autē constat de anno 1365.
bona fuisse possessa, donec peruenerunt ad
Mamphiliam, vt late dicitur in *dec. in hac cau-
sa facta 7. Febr. præteriti & 10. Aprilis 1617.*
quæ solam probationem sufficere voluit *Pere-
grin. in cons. 49. num. 8. & seqq. lib.* 1. quod
tamen non admittit *Rot.* vt fuit dictum in cau-
sa *Bonon. de Rubeis 28. Maij 1607. coram Illu-
strissimo Lancellotto*, licet in hac facti specie cen-
suerint esse admittendam, ex quo ipsa sola non
affertur, sed cum ea concurrit declaratio Mam-
philiæ cum iuramento, quod illa bona erunt
supposita fideicomisso, quæ declaratio coadiu-
uatur ex duobus testibus hoc idem deponenti-
bus de auditu à maioribus, & de publica vo-
24 ce, & fama, quæ probat in antiquis* *Bald.
cons. 89. num. 5. lib. 1.* in his enim, quæ me-
moriam hominum excedunt probatio per fa-
mam sufficit *Innoc. in cap. veniens num. 2. de
verbor. signif. Bald. in auth. quas actiones num.
15. & 16. C. de Sacros. Eccles.* & in terminis
dicit *Peregrin. d. cons. 49. num. 15. lib. 1.* quæ
probatio eo magis est admittenda, quia non
agitur contra tertium, sed contra illum, qui
25 habet causam ab hærede grauato,* quem veri-
simile est, quod si aliunde bona peruenirent
posse se scripturis adiuuari, vt considerat *Pere-
grin. d. cons. 49. num. 14. lib.* 1. maximè quia
pro parte D. Liuiæ fuerunt datæ aliquæ acqui-
sitiones, vt supra dictum est; Vnde valde veri-
simile est, quod si aliæ adessent, possent osten-
di.

Ex quibus, & ex alijs deductis in primis *de-
cisionibus* fuit conclusum, totam Tenutam Sali-
cis demptis acquisitionibus, quæ ostenduntur,
fuisse in bonis Petri Testatoris.

*Præsens decisio fuit confirmata in Romana Hæ-
reditatis de Capizucbis coram Motmanno die 16.
Iunij 1636. vt in rec. decis. 151. part. 7.*

CE-

CAESARAVGVSTANA OFFICII NOTARIATVS.

Veneris 27. Nouembris 1626.

ARGVMENTVM.

Notarius, qui semel valide à Capitulo fuit electus non potest absque noua causa electio reuocari; præsertim quando electio facta fuit ob benemerita, & seruitia præstita cum tunc transeat in contractum.

SVMMARIVM.

1 *Notarius semel electus à Capitulo non potest absque noua causa remoueri.*

2 *Declara procedere in electione valida, secus è conuerso.*

3 *Electio Notarij facta à Capitulo non potest impugnari à successoribus in eo.*

4 *Concessio officii ob benemerita, & seruitia præstita transit in contractum, & non potest absque causa reuocari, etiam per successores.*

5 Extrauag. ambitiosè de reb. Eccles. non alien. *non habet locum in prouisionibus officiorum, quæ quotidie vacant, & de eis debet prouideri, & custodes dari.*

6 *Officiales Capituli Regularis vigore obedientiæ, & professionis sunt amouibiles.*

DECISIO MCCLXII.

CVm Antecessores Sebastiani Molæ inseruierint Capitulo Cæsaraugustano in Officio Notariatus, dum actualiter ipse Sebastianus inseruiret agnoscens Capitulum familiam Sebastiani, vna cum ipso Sebastiano esse benemeritam, deputauit in Notarium Ludouicum Molæ dicti Sebastiani filium, cum hoc, quod si Pater prædecederet antequam Ludouicus esset effectus Notarius de numero Ciuitatis Capitulum posset alium substituere, donec Ludouicus efficeretur Notarius, quod tamen tenebatur adimplere antè 28. annum. Prædecessit Sebastianus dicti Ludouici Pater, & per Capitulum fuit datus substitutus, deinde dictus Ludouicus effectus est Notarius, & cum peteret substitutum ammoueri, recusabat Capitulum, quod lite mota in partibus contra se sententiam reportauit causa ad Rotam deuoluta dubitaui, an sententia esset infirmanda, vel confirmanda, & visum fuit Dominis sententiam esse confirmandam, & sic contra Capitulum, quod solum informabat. Ratio *decisionis* fuit, quia cum ipse Notarius semel electus fuerit à Capitulo, non potuit absque causa re-
1 uocari * *Rebuff. de nominat. quæst. 12. num. 36. Franc. Marc. dec. 19. num. 1. in fin. lib. 2. Capye. dec. 121. num. 4. & 5. Tiraquell. de nobilit. cap. 37. num. 58. Cabed. dec. Lusitaniæ 20. num. 1. parte 2. Bouadilla in Politica lib. 1. cap. 16. num. 28. Carolus Topia in l. fin. cap. 9. num. 77. 86. & 88. ff. de Constit. Princip.* & in terminis Regnorum Hispaniæ *Molin. de primogen. Hispaniarum cap. 25. num. 17.* vbi quod fuit condemnatus quidam magnates, qui reuocauerat Tabellionatus officium *Gregor. Lopez. partit. 2. l. 2. tit. 10. verbo mantenerle en el, & ead. partit. tit. 15. lib. 2. in verbo Syne el sy o mayor. col. 5. notab. 2. vers. & nota quod successor Guttier. lib. 3. pract. quæst. ciu. quæst. 11. num. 5.*

Neque obstat, quod prædicta procederent,
2 si electio ab initio fuisset valida, * sed non tenuit in præiudicium successorum, quia alias sic potuissent supplantari *c. 1. qui successores teneantur c. 1. §. mortibus si de feudo defuncti, &c. Capic. dec. 162. num. 5. & 6. Schrader. de feud. par. 3. cap. 2. num. 25. Rossental. de feudis cap. 6. concl. 16. in princ. & num. 13.* Nam fuit responsum, conclusionem esse veram, sed in hac facti specie non applicari, cum Capitulum hanc concessionem viuente adhuc dicto Sebastiano Patre dicti Ludouici ob familiæ benemerita fecerit, quare successores Capituli hanc electio-
3 nem tenentur ratam habere * *Afflict. in cap. 1. num. 52. qui success. tenean. Soccin. iun. cons. 91. num. 18. lib. 2. Bursatt. cons. 30. num. 50. vol. 1. Schrader. de feud. part. 3. cap. 2. num. 38.* eoque magis quia concessio officij ob benemerita, & seruitia præstita transit in vim con-
4 tractus, * vnde absque causa non potest reuocari *Afflict. post Bald. & Isern. & alios in dec. 128. num. 10.* etiam per successores *c. Abbate sane de re iudic. in 6. Bald. cons. 159. num. 4. vol. 3. Ias. cons. 9. num. 13. & 14. vol. 3.*

Minus etiam obstat, quod nominatio Notarij non substinetur obstante *extrauag. ambitiosa de reb. Eccl. non alien.* & quia ex *Statuto Ecclesiæ* debet esse ad nutum amouibilis, quia dispositio illius Constitutionis non habet locum in prouisionibus officiorum, quæ quoti-
5 die vacant *, & de eis debet prouideri, & custodes ei dari *c. relatum cum Gloss. de præben. Rot. dec. 622. num. 9. & per tot. lib. 3. part. 3.* quæ est in causa *Barchinonen. Castellaniæ coram bo. me. Cardinale Paleotto.* Ad secundum fuit dictum, disponere quidem *Statutum*, quod Capitulum debeat habere suum Notarium, qui eligatur per Capitulum, & non per Archidiaconum, non tamen dicitur, quod debeat esse ad nutum, prout dicitur de alijs officialibus Capituli, & meritò quia loquitur de Capitulo,
6 quod olim erat regulare, & ideo vigore obedientiæ & professionis sunt amouibiles, licet alias de sui natura essent perpetui *Gambara de officio legati lib. 4. tit. de Potestate legati in referu. benef. num. 14. & seqq.*

Et ita conclusum.

ROMANA PAENARVM.

Mercurij 2. Decembris 1620.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, à qua non appellatur transit in iudicatum.*
2 *Datur annus ad finiendam causam appellationis, & ex causa biennium.*
3 *Sententia lata contra Collegium Medicorum afficit Prothomedicum.*
Prothomedicus est caput Collegij Medicorum numer. 3.
4 *Dispositiua, non narratiua sententiæ attenditur.*

DECISIO MCCLXIII.

FVit resolutum constare de re Iudicata, quià à sentẽtia Rotali, quæ fuit secunda, nõ fuit appellatum. Vnde transitum fecit in iudicatum
1 * *Auth. ei qui appell. C. de appell. c. Romana §. si vero eod. tit. in 6. Abb. cons. 60. nu. 2. lib. 2. Alex. cons.* 87. *nu.* 1. *lib.* 7. & quia in omnem euentum, nunquam fuerunt prorogata Fatalia, & ad finiendam causam appellationis da-
2 tur annus, & ex causa biennium * *d. auth. ei qui appellat C. de Tempor. appellat. d. c. Romana de appellat* quæ tempora sunt lapsa.

Non obstat, quod in secunda sententia legatur causam verti inter Vniuersitatem & Cõsules Aromatariorum Vrbis, & Consules Ecclesiæ S. Laurentij de Miranda ex vna, & Collegium Medicorum, & illius Protomedicum eiusdem Vrbis ex altera, de quo Protomedico nulla habetur mentio in prima sententia. Nam fuit responsum satis esse, quod prima
3 sententia loquatur de Collegio Medicorum, * cuius est Caput Prothomedicus, & in omnem euentum sufficit, quod in dispositiua sententiatum nulla adsit discrepantia, quæ quidem
4 dispositiuâ, non narratiua attenditur * *c. si Papa de priuil. in 6. vbi Gloss. in casu vers. quia illa verba narratiua Gloss. in Clem. vnica vers. fundatur de probat.*

Et sic resolutum vna parte tantum informante, de Iustitia enim rei Iudicatæ satis constat ex elegantissima *decisione in hac causa facta* 15. *Decembris* 1610. *coram Reuerendiss. D. in Archiepiscopo Damasceno.*

Præsens decisio fuit confirmata die 29. *Aprilis* 1624.

BRIXIEN. PAROCHIALIS.

Veneris 4. *Decembris* 1620.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Possessio præsumitur continuata vsque ad tempus litis motæ.*
2 *Possessio capta pendente tempore ad appellandum est nulla.*
3 *A sententia Iudicis mixti datur appellatio.*
4 *Pro integra trasportatione actorum præsumitur.*

DECISIO MCCLXIV.

FVit resolutum Ludouico dandum esse mandatum de manutenendo, quia de eius possessione anteriori constat §. *hodiè instit. de interd.* quæ quidem possessio præsumitur continuata vsque
1 ad tempus litis motæ * cum animo retineatur *l. licet C. de acquir. poss. Abb. in c. cum ad Sedem num.* 15. *de restit. spoliat.*

Neque obstat posterior possessio Petri capta de mandato Iudicis, quia cum fuerit nulla, tanquam capta pẽdente tẽpore ad appellandũ,
2 non priuauit Ludouicum sua possessione, * quià ad hunc effectum opus est vt Iudex ritè, & rectè procedat.

Quod autem possessio fuerit nulla, ex quo capta pendente tempore ad appellandum, satis
3 patet, quià Iudex erat mixtus, * stantè clausula *A moto &c.* & ideò ab eius sententia dabatur appellatio.

Neque apparet, quod Ludouicus habuerit se pro spoliato, quià ea, quæ deducuntur non sunt in actis; Prout non subsistit, quod acta non fuerint integrè trasportata, cum nihil doceatur, & regula sit, quod præsumitur pro integra transportatione actorum. *

Et ità resolutum &c.

ROMANA DEVOLVTIONIS DOMVS.

Mercurij 9. *Decembris* 1620.

ARGVMENTVM.

Alienatio rei Ecclesię quando valeat, et quę in ea requirantur, & quando interuenisse dicantur.

SVMMARIVM.

1 *In alienatione rei Ecclesiæ copulatiuè requiritur solemnitas, & causa.*
2 *In alienatione rei Ecclesiæ solita locari non est necessaria solemnitas sed benè requiritur causa.*
3 *In alienatione rei Ecclesiæ non potest alterari solitum.*
4 *Causa pro alienatione bonorum Ecclesiæ est necessitas, vel euidens vtilitas.*
5 *Et huiusmodi causa vtilitatis, vel necessitatis nõ probatur ex assertione alienantis, sed requiritur plena probatio.*

6 Vti-

6 *Vtilitas Ecclesiæ excluditur dùm alienauit rem valdè minori prætio, quàm percipiebat de tempore locationis.*
7 *In locatione perpetua rei Ecclesiæ fit diminutio sextæ partis pensionis.*
8 *Amplia procedere etiam quando conductor suscipit in se casus fortuitos.*
9 *Pactum, quod respicit commodum alienantis est pars pratij.*
10 *Ad hoc vt contractus Ecclesiæ dicatur vtilis, vtilitas debet esse euidens, clara, & indubitata.*
11 *Nec sufficit, quod Ecclesia non fuerit damnificata, sed requiritur, quod lucrum, & vtilitatem percipiat.*
12 *Inquilini depositio circa pensiones coadiuuat depositiones aliorum testium, qui aliquam exceptionem patiuntur.*
13 *Vtile per inutile vitiatur si materia est indiuidua; secùs si diuidua, quæ tamen conclusio ibi non approbatur.*
14 *Indiuiduum consideratur nedùm ex natura rei, sed etiam ex intentione, & voluntate partium, ex quo aliàs non contraxisset.*
15 *Voluntas, & intentio contrahentium colligitur ex coniecturis, & verisimilitudine.*
16 *Pacta in instrumento apposita censentur inter se correspectiua.*
17 *Et non præsumitur, quod pars contraxisset si credidisset, quod omnia promissa non obseruarentur.*
18 *Nullitas contractus, quæ respicit fauorem Ecclesiæ potest ab ea allegari.*
19 *Cardinalis* Lancellottus *obijt die 9. Decembris 1620. de mane.*

DECISIO MCCLXV.

EXplorati Iuris est in alienatione rei Ecclesiasticæ solemnitatem, & causam requiri nec v-
1 num sinè altero sufficere * *DD. in cap. sinè exceptione 12. quæst. 2. Rot. dec. 178. numer. 1. lib. 1.* Et quamuis verum sit non requiri solemnitatem,
2 quandò res est solita locari * *Imol. in l. quod dicitur 130. in fin. vers. nem videtur ff. de verbor. obligat. Cæsar de Grass. dec. 3. numer. 14. de reb. Eccles. non alien.* non tamen debet deficere causa *Gemin. cons. 48. num. 9. Dec. cons. 142. num. 5. vers. non obstat, quod cum auctoritate Papæ Couarr. var. resol. lib. 2. cap. 17. Rot. dicta dec. 178. numer. 5.*
3 *par. 2.* neque solutum debet alterari * *Curt. Inn. de feud. par. 2 quæst. 6. Dec. in auth. qui rem numer. 22. &* ibi *Cugnol. num. 58. C. de Sacros. Eccl. Alex. cons. 9. numer. 2. lib. 3.* At in casu, de quo agitur (& admisso sinè veri præiudicio quod bona essent solita locari) deficit causa, & solitum fuit alteratum, vnde locatio vltima non substinetur, & sic Domini persiterunt in *decisis.*

Et quantum attinet ad primum, scilicet, causam, dicebant DD. hic non adesse. Causa
4 enim est necessitas, vel euidens vtilitas * *c. 1. de reb. Eccles. non alien. in 6. Clem. 1. eod. tit. Rebuff. de alien. rer. Eccles. numer. 9. Couar. var. resol lib. 2. cap. 17. numer. 2. Rodoan. de Reb. Eccl. non alien. rubr. de caus. propter quas &c. in princ. Rot. dec. 473. numer. 1. par. 1.* & cum in hoc casu allegetur vtilitas,
5 non debet stari assertioni alienantis, * prout non statur, quandò allegatur necessitas, sed requiritur plena probatio *Bar. in l. si fortè ff de Castren. pecul. Fæder. de Sen. cons. 143. circà fin. Alex. cons. 160. numer. 5. lib. 6. Rebuff. de alien. rer. Eccl. n. 75. Rolan. cons. 15. numer. 19. lib. 1. Rot. dec. 181. nu. 3. par. 1. & 473. numer. 1. ead. par. 1.* Hic autem tantum abest, quod probetur vtilitas, vt potiùs expressè constet de contrario, Nam omnes Testes conueniunt, quod ex Furno, & alijs Stantijs quot annis percipiebantur scut. 120. in circa, & datur vnica locatio, quod ex solo Furno percipiebantur annua scut. 90. vndè nul-
6 lo pacto dici potest adesse Ecclesiæ vtilitatem, * cum de tempore locationis Ecclesia retinendo bona plus esset perceptura *Ias. in cons. 54. numer. 4. lib. 1. Dec. cons. 142. num 6.* & fuit resolutum in causa *Anconitana bonorum 2. Maij 1584. coram Bubalo*, & in alia *Nouarien. bonorum 17. Ianuarij 1588. coram Robusterio*, & in eadem *8. Martij & 17. May 1593. coram bo. me. Penia.*

Et quamuis verum sit, quod in locatione rei Ecclesiæ in perpetuū facta fiat diminutio sextæ
7 partis pensionis, * *auth. perpetua vbi DD. C. de Sacros. Eccles. Ias. cons. 54. numer. 5. vers. corroborantur prædicta lib. 1. Rot. dec. 78. numer. 5. par. 2.* quæ conclusio procedit etiam quandò Condu-
8 ctor suscipit in se casus fortuitos, * prout fuit dictum in hoc casu *Rot. dec. 720. numer 6. par. 1.* & habenda etiam sit ratio ad cognoscendam vtilitatē pacti, quod melioramenta finita linea deuoluantur, prout fuit actum in hoc casu, nam cum hoc pactum respiciat commodum alienā-
9 tis, est pars prætij * *l. fundi partem ff. de contrah. Cæsar. de Grassi. dec. 5. nu. 3. de reb. Eccl. non alien.* prout est etiam habenda ratio solutionis scut. 100. pro iocundo introitu, quæ etiam est pars prætij *Anchar. cons. vlt. numer. 9. vers. modo venissemus, Valasc. de Iur. Emphit. quæst. 10. num. 6.* Nam fuit responsum, quod melioramenta solùm erant facienda vsque ad summam scut. 150. vndè etiam considerata solutione sc. 100. & susceptione periculi casuum fortuitorum, non indè resultat vtilitas Ecclesiæ, cum pro Canone solùm fuisset actum, quod soluerentur scut. 33. ad effectum enim quod contractus dicatur vtilis, vtilitas debet esse euidens, clara,
10 & indubitata * *Bald. cons. 156. circà med. vers. prætered lib. 1. Corn. cons. 244. numer. 3. lib. 2. Barbat cons. 40. in princ. lib. 1. Rot. dec. 582. p. 1. & 65. nu. 19. par. 2. & 178. numer. 10. ead. par. 2.* & ideò non sufficit, quod Ecclesia non fuerit damnificata, sed requiritur, quod lucrum, & vti-
11 litatem percipiat * *c. sinè exceptione 12. quæst. 2. vbi Bellam. numer. 1. & Gemin. numer 2. vers. in hac quæst. Imol. in cap. ad aures numer. 1. de reb. Eccl. non alien.* & fuit resolutum in causa *Anconitana de Fardinis 2. Maij 1584. coram Bubalo* & in dicta causa *Nouarien. Bonorum 8. Martij 1593. coram bo. me. Penia.*

Non obstat, quod Testes essent Inimici Zenophontis, qui conduxit, & conuincuntur cū dicto Instrumento locationis pro scut. 90. & duobus Instrumentis, in quibus hæc bona duabus personis fuerant locata pro sc. 66. & quod domus minabatur ruinam, vt deponunt Testes: Nam fuit responsum, cum inimicitia deducatur, ex quo Zenophon. tanquàm Procura-

curator fratrum mediante Iustitia expulit è domo dictos Testes, si hæc inimicitia esset consideratione digna nihil faceret, quià tanto magis essent inimici fratrum, quorum nomine Xenophon ægit: Et cessat omnis difficultas ex depositione tertij Testis, qui fuit Inquilinus vndè ex illius fide coadiuuantur fides aliorum
12 duorum Testium * *Gerard. Sing. 24 numer. 2. Gabr. de Testib. concl. 1. numer. 1. Roland. conf. 19. numer. 9 lib. 3.* Ad locationes verò fuit dictum, quod illa scut. 90. loquitur de furno tantum, aliæ verò factæ duabus personis pro scut 66. loquuntur de certa parte furni, non autem de toto furno, vt patet ex lectura, quod verò domus minaretur ruinam non probatur, cum testes dicant, quod domus erat *rouinata, guasta, vecchia, in alcuni luoghi senza mattonato, difforme non ci era Scala formata, senza colla in molti luoghi, & era quasi inhabitabile, perche non vi era Scala buona, ne apparenza per vn' Galant'huomo, e minacciaua rouina*: Nam Testes dum dicunt, quod minabatur ruinam, referunt se ad dictas rationes, quæ non concludunt, quod verè domus minaretur ruinam, sed quod domus erat in malo statu, prout sunt domus ad vsum furni, & satis est, quod dum domus existeret in isto statu, pensio prædicta perciperetur, & quod propterea non probetur vtilitas euidens clara, & indubitata, prout debet probari, vt supra dictum est ad effectum, quod causa alienandi dicatur sufficiens.

Quantum vero attinet ad secundum, quod solum non fuerit alteratum, hoc negari non potest, cum locationes antiquæ fuerint factæ, vt in defectum generationis fieri possit vnatantum nominatio, concessio autem, de qua agitur fuit facta Xenofonti, & Nicolao nepoti, ad tertiam generationem ipsius Nicolai, & in euentum, quod Nicolaus non haberet filios, posset nominare vnam personam, quæ sit loco secundæ generationis, & quatenus Nicolaus, & filij decederent viuente dicto Xenophonte sine filijs, tunc idem Xenophons possit nominare aliam personam, quæ sit loco secundæ generationis, & filij loco tertiæ, & in euentum in quem illa persona nominata non haberet filios possit nominare aliam personam, quæ sit loco tertiæ generationis, ex quibus clarum est, quod solitum in eo fuit alteratum, quod tertia persona possit nominari, vnde, & si quæstio sit, an vtile per inutile vitietur, & *Clar. in §.*
13 *emphiteusis quæst. 6.* distinguat,* quod, aut materia est diuidua, aut indiuidua, si est diuidua non vitiatur, & indiuidua vitiatur, ita vt locatio in totum corruat, attamen quicquid sit de hac opinione, cum materia videatur brocardica, adhuc retenta illa distinctione, locatio corruit in totum, cum materia sit indiuidua.

Et ad hunc effectum animaduertebatur, quod indiuiduum consideratur, nedum ex na-
14 tura rei, * sed ex partium intentione, & voluntate, quando quis alias non fuisset contracturus *l. 1. §. sed & si mihi* & ibi *Alciat. in tertio indiuiduo numer. 20. ff. de verb. oblig. Bartol. in l. græca 5. illud numer. 4. ff. de fideiussoribus Ruin. conf. 109. numer. 27. vol. 4. Natt. conf. 479. numer. 3. Aym. conf. 170. numer. 6. Tiraq. de retract. lignag. §. 23. Gloss. 1. numer. 23. Caputaq. decis. 206. parte 1. Rot. decis. 709. num. 8. par. 1. & 318. numer. 3. parte 2.* quæ quidem voluntas & intentio contrahentium colligitur ex con-
15 iecturis, & verisimilitudine * *Dec. in auth. si quis rem in fin. & conf. 421. numer. 3. Couarr. lib. 2. var. cap. 16. numer. 5. vers. sed præmissa Surd. decis. 248. in fin. Ruin. conf. 109. num. 27. vers. fuit etiam lib. 4.* Quare cum Xenophons plura promiserit in instrumento, & in eodem
16 instrumento adsit etiam pactum tertiæ nominationis, præsumetur ista pacta correspectiua* *Mohædan. decis. 5. in fin. de Symon. & decis. 10. de re iudic. Caputaq. decis. 206. part. 1.* & propterea præsumitur, quod Xenophons alias non
17 fuisset contracturus * *Ruin. conf. 109. num. 27. vers. nam vt in dictis locis lib. 4.*

Neque obstat, quod huiusmodi indiuiduitas respiciat fauorem emphiteutæ, quia illam non allegat, & qui potest modo declarare, quod absque dictis pactis contraxisset: Nam fuit responsum, quod Nicolaus fatetur, se non venire ex persona propria, sed ex persona Xenophontis, à quo fuit nominatus, qui iam obijt, vnde talis declaratio haberi non potest, & in euentum cum ex prædictis appareat, quod Xenophons alias non erat contracturus, & propterea, cum ista nullitas respiciat etiam
18 fauorem Ecclesiæ * non potest cogi, vt stet contractui nullo, qui non potest substineri absq; nouo consensu etiam in eo quod erat solitum, vnde Ecclesia de hac nullitate potest opponere vt fuit resolutum in causa *Mediolanen. Resissionis contractus 28. Maij 1599. & 2. Februarij 1600. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio*, & in causa *Lucana locationis 18. Martij, & 29. Aprilis 1611. coram bon. mem. Cardinale Lancellotto*, qui hòdie de mane diem suum clausit
19 extremum *

Et ita conclusum &c.

Præsens decisio fuit confirmata die 29. Martij 1621.

ROMANA TESTAMENTI.

Mercurij 9. Decembris 1620.

ARGVMENTVM.

Testamentum nuncupatiuum nuncupatione implicita per relationem ad cedulam certam valet. Subscriptio scripturæ aliena manu scriptæ quando suffragetur contra subscribentem.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum posterius rumpit primum.*
2 *In secundo testamento intelligitur clausula cassans,*

sans, & irritans etiam quod in eo non legatur.

3 *Hæredis institutio est caput testamenti.*

4 *Modus testandi per relationem ad cedulam à testatore etiam generaliter subscriptam præsentibus duobus testibus est de iure validus, & habet vim testamenti nuncupatiui nuncupatione implicitâ & n. 8.*

5 *Declara procedere, quando scriptura fuit conscripta manu eiusdem testatoris.*

6 *Imò sufficit, quod scriptura, ad quam se refert testator sit certa.*

7 *Subscribens omnia contenta in scriptura confirmat.*

9 *Subscriptio suffragatur, quando constat fuisse lecta contenta in scriptura; Et quando præsumantur lecta vide num. 11. & 12.*

10 *Testator subscribens cedulam testamentariam præsumitur sciuisse, & legisse contenta in ea.*

11 *Maximè id procedit in I. C.*

12 *Vel in eo, qui retinuit penes se per aliquod temporis interuallum scripturam, & est persona diligens.*

13 *Subscribens scripturam ad hoc vt sibi praiudicet debet constare, quod statim scriptura non fuit subscripta. Vide ibi.*

14 *Testis allegans propriam turpitudinem non est audiendus.*

15 *Testis inuitus adhiberi non potest.*

16 *Testis, qui patitur se scribi in testamento tacitè pro eo testificatur.*

17 *Testamentum non præsumitur scriptum ex capite Notarij, quando concurrunt ea, de quibus ibi.*

18 *Notarius debet de mandato Iudicis scribere testamentum, & postea interrogare, an illud sit eius voluntas, & quod testator respondeat, quod sic.*

19 *Declara procedere in testamento ad interrogationem; secus in testamento cum relatione ad cedulam manu testatoris subscriptam.*

20 *Hæres debet proprio ore testatoris nominari, nisi testamentum fiat ad interrogationem.*

21 *Testamentum ad interrogationem non tollit primum testamentum.*

DECISIO MCCLXVI.

FRanciscus Penna I. C. quinque condidit testamẽta, in primo instituit quandam Petrum eius famulum, in secundo duos nepotes consobrinos; in tertio Patres Iesuitas, in quarto Patres S. Honuphrij, in quinto, quod sub die 22. Maij superioris anni condidit, Petrum Falconettum, cui in tribus proximis testamentis officium antea sub periculo eius vitæ emptum valoris sc. 2600. legauerat. In hoc autem vltimo elogio seruata fuit hæc forma. Conscripsit notarius cedulam, in qua asseruit testatorem nominasse hæredem ore proprio, & illam postea testator per hæc verba subscripsit. *Io Francesco Penna mano propria*, præsentibus duobus testibus, qui se subscripserunt, affirmantes dictæ subscriptioni testatoris fuisse præsentes, & postea Notarius consutis folijs, interrogato prius dicto testatore, an illa esset eius voluntas, dictum testamentum coram septem testibus fuit stipulatus.

Vndè dubitaui, quod testamentum esset attendendum? Et fuit resolutum, vltimum esse attendendum, quia pro eo stat regula posterius scilicet testamentum rumpere pri-
1 mum * §. *posteriore Instit. Quibus modis testam. infirm. l. si iure 19. ff. de legat. 3. l. sancimus 27. C. de testam. l. si quis priore 29. ff. ad Trebell.* & in
2 secundo testamento intelligitur clausula *cassans*, & *irritans*, etiam quod in eo non lega-
3 tur *Dec. cons. 475. num. 1.* De validitate enim huius testamenti dubitari non potest; nam habet hæredis institutionem, quæ testamenti ea-
2 put & fundamentum dicitur, * *l. 1. ff. de hæred. instit. §. ante hæredis Instit. de legat. l. fin. ff. de iure Codic.* & adsunt alia omnia pro testamenti solemnitate de quibus in *l. hac consultissima C. de testam. §. t. Instit. de testam. ordin. Craff. in §. testam. q. 10.*

Et modus testandi, quo vsus est testator per relationem ad cedulam per Notarium prius scriptam, & ab ipso testatore præsentibus
4 duobus testibus subscriptam, * vt supra relatum est de iure est validus, & habet vim testamenti nuncupatiui nuncupatione implicitam tam quoad legata, quam quoad institutionem, & perinde est ac si ore proprio hæredem nominasset, nec opus est, quod testes legerint, viderint, aut alias certiores facti fuerint de dispositis in dicta cedula, sed sufficit, quod dixerit, se velle dispositionem iuxta contenta in dicta cedula, prout in hac facti specie factum fuit *Bartol. in l. si ita scripsero ff. de cond. & demonst. Ias. in l. vbi autem §. illud num. 2. ff. de verb. obligat. Ferdinandus Vasquez de succes. creat. lib. 2. §. 17. requisito 24. numer. 53.* vbi de communi *Paris. cons. 19. numer. 12. & 13. vol. 3.* vbi de magis communi latè *Clar. in §. testamentum quæst. 36 num. 2. Cardin. Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 1. tit. 7. num. 7. Magdalenus de numero testium part. 1. cap. 27. num. 9.* vbi de communi *Guttier. pract. quæst. ciuil. lib. 2. quæst. 41. num. 4. & seqq. Gabr. de testam. concl. 11.* & fuit in terminis resolutum in causa *Romana testamenti 28. Maij 1582. coram Aldobrando Soccin. sen. cons. 142. num. 2. vers. 2. principaliter lib. 1. Alciat. cons. 60 t. nu. 2.* alias 126. *lib. 9. tom. 3.*

Neque obstat, quod conclusio procederet,
5 si scriptura fuisset conscripta manu Testatoris* *Bartol. in d. l. si ita scripsero vers. Ego dico hoc esse verum Corn. in auth. hoc inter liberos §. per nuncupationem numer. 3. C. de Testam.* Nam fuit responsum sufficere, quod scriptura, ad quam
6 se refert Testator sit certa, * vt dicit *Paris. cons. 19. numer. 26. vol. 3.* sed vtcunque sit, cum Testator scripturã subscripserit, & duo Testes fuerint præsentes subscriptioni prout ipsi in subscriptione afferunt, & sic indubitata est subscriptio Testatoris, perindè ac si tota scriptura esset manu Testatoris. Quia subscribens omnia con-
7 tenta in scriptura confirmat * *Natt. in auth. quod sine numer. 44. & seq. C. de Testam. Angel.* in

in l. si ita stipulatus 126. §. *Grisogonus numer.* 1.
vers. & sic nota Imol. num. 10. *vers. item nota.*
Alex num. 2. *vers. in Textu ff. de verbor. obli-*
gat. cum aliis allegatis per Menoch. præs. 66. *nu.*7.
8 *lib.* 3. & sufficit dicta subscriptio generalis, *
Io Francesco Penna mano propria & est commu-
nis opinio, de qua *Dec. in c. quoniam contra*
num. 207. *de probat. Roland. cons.* 44. *num.* 38.
lib. 1. *Menoch.* qui etiam de communi *loco præ-*
cit. num. 10. *&* 11.

Neque etiam obstat, quod subscriptio suf-
fragacetur, si constaret Testatori fuisse lecta
9 contenta in scriptura * *Bald. in l. fin. num.* 1.
Salyc. in prin. C. plus valere quod agit Angel. in
l. si ita stipulatus 126. §. *Chrisogonus num.* 2. *in*
princ. ff. de verbor. obligat. vbi Imol. num. 10.
vers. Item nota Alex. num. 2. *vers. in textu An-*
gel. cons. 400. *num.* 1. *vers. sed eorum quæ Me-*
noch. d. præs. 66. *num.* 21. *lib.* 3. *Caball. cons. de-*
cisino 11. *num.* 7. *lib.* 1. Nam fuit responsum
præsumi Testatorem sciuisse, & legisse conten-
10 ta in Cœdula * *Alex. cons.* 147. *num.* 3. *lib.* 2.
Ias. in l. si ita Stipulatus §. *Chrisogonus num.* 14.
ff. de verbor. obligat. Castrens. cons. 12. *de casu*
præsenti num. 10. *lib.* 3. *Felyn. in c. quoniam con-*
tra nu. 48. *vers. limita* 2. *ad fin. de probat. Ruin.*
cons. 193. *num.* 1. *&* 6. *lib.* 2. *Purpur. in l. ad-*
monendi num. 179. *de Iur. Iur. Paris. cons.* 77.
num. 26. *& cons.* 88. *num.* 34. *lib.* 3. *Menoch.*
vbi supra num. 3. quæ conclusio procedit de
plano in hac facti specie, nam cum Testator
11 esset I. C. * & vocasset Horatium, vt confice-
ret nouum Testamentum, & omnia contenta
in scriptura vno oculorum ictu, quoad substan-
tiam videre potuisset, non est verisimile, quod
scripturam simpliciter subscripsisset absque
eo quod contenta in dicta Schedula inspiceret
Imol. in dicto §. *Chrisogonus num.* 10. *circa med.*
vers. si vero non constat, quod legerit, vbi si nō con-
stat, quod subscribens legerit, neque quod pæ-
nes se habuerit scripturam per interuallum, hoc
casu est attendenda qualitas personæ, vt si sit
persona diligens, quæ consueuit diligenter vi-
12 dere facta sua, * & tunc præsumitur habuisse
notitiam contentorum in dicta scriptura *Ia-*
son. ibidem num. 14. *Alciat. nu.* 11. qui de com-
muni testatur, eoque magis illa procedunt,
quia licet Testator esset valde infirmus, tamen
super lecto sedit, & scripturam subscripsit, vt
Testes deponunt.

Non obstat, quod *Imola* requirit etiam,
quod nec constet statim scripturam fuisse sub-
13 scriptam, * hic autem constat scripturam sta-
tim fuisse subscriptam absque eo, quod Te-
stator illam viderit, vt deponit vnicus Testis,
qui se subscripsit dictæ cedulæ, & testamen-
to. Nam fuit responsum istam materiam to-
tam esse coniecturalem, vt in his terminis di-
cit *Alciat loc. citat.* Vnde cum materia exigeret
vt statim scriptura videretur, non refert, quod
hic constet statim scripturam fuisse subscrip-
tam, quia ex eo non probatur, quod non fue-
rit visa, stante subiecta materia, & quod vt di-
ctum est, vno ictu oculorum substantiam scri-
pturæ legere poterat; vltra quod iste Testis,
est vnicus, & insuper deponit Notarium di-
xisse Testatori, quod melius erat instituere Pe-
trum; Respondit *Vh. Vh.* & quod erat stoma-
chatus de isto modo procedendi, & quod fe-
cit congratulationes cum Petro, putans, No-
tarium fecipsisse ipsum hæredem, & tamen iste
Testis se subscripsit, & cædulæ, & testamen-
to, vnde si sciuit fieri fraudem, dum se sub-
scripsit, allegat turbitudinem suam, & sic non
14 est audiendus * *Boss. in tit. de falsis num.* 11.
vers. potest dici, inuitus enim adhiberi non po-
15 terat, vel Testis * *l. qui Testamento* §. *vlt. vbi*
DD. ff. de Testam. Mantic. de coniect. vltim. vo-
lunt. lib. 2. *tit.* 11. *num.* 14. *in fin.* & eo ipso,
quo passus est se describi in Testamento vide-
tur fateri, quod viderit, & audiuerit quæcun-
que dicta, & gæsta fuere, & tacitè pro Testa-
16 mento testificari * *Bald. in l. fin. num.* 3. *C. si*
cert. petat. vbi quod Testis subscribens Testa-
mento videatur pro eo testificari idem *Bald.*
in l. fin. num. 20. *C. de ædic. Diu. Audr. Tollen.*
& latè exornat *Surd. in cons.* 414. *num.* 77. *&*
seqq. vol. 3.

Et prædicta eo magis placuerunt Dominis,
quia iste Testis interrogatus, quod in stipula-
tione testamenti responderit Testator, dixit
Non abbadai che cosa il Penna si rispondesse, per-
che io staua vn poco stomacato di questo modo di
procedere, & ratio erat, quia etiam ipse spe-
rabat, se aliquid posse habere, cum vt ipse de-
ponit: *Li dissi hauer tanti Amici pregheranno*
Dio per voi, lasciateli qualche memoria per ga-
lantaria volendo intendere per la verità anco di
me, ma detto Signore Francesco non diede risposta
alcuna; Vnde redditur multum verisimile, quod
ipse Testis æquiuocet in sua depositione, nam
si non aduertit, quod responderit Testator sto-
machatus potuit etiam non animaduertere, vel
æquiuocare circa visionem cædulæ factam per
Testatorem, & circa responsionem Testatoris,
dum fuit interrogatus in confectione dictæ ce-
dulæ, an vellet Petrum instituere, quod scili-
cet responderit *Vh. Vh.* quia vt deponunt alij
quinque Testes, hæc verba Testator protulit,
dum Notarius vtens verbis Curialibus quasi
optans illi sanitatem dixit, & aliud Testamen-
tum faciemus, tunc enim aiunt ipsum respon-
disse *Vh. Vh.*

Et videbatur Dominis cessare omnis diffi-
cultas, quia persona instituta erat valde cara
Testatori, & cui in alijs testamentis vt supra
dictum est legatum satis amplum, & pingue
habito respectu ad facultates Testatoris reli-
querat, nec est verisimile, quod ex capite No-
17 tarij testamentum fuerit scriptum, * cum plu-
ra legata Pia, & profana diuersis personis re-
liquerit, elegerit sepulturam, aliaque disposue-
rit, quæ satis arguunt omnia ritè, & rectè facta
fuisse, quibus accedit legalitas ipsius Notarij,
de quo semper bene fuit auditum; vnde nullo
pacto depositio istius Testis potest operari, vt
testamento non sit adhibenda fides. Nec est
haben. in consideratione, quod Petro vna cum
alijs familiaribus lugubria reliquerit indumen-
ta, quia conueniunt Testes, quod hæc scripsit
ad interrogationem Notarij, an scilicet Intel-
ligeret etiam de Petro: Prout etiam non refert,
quod

quod fuerit locutus in plurali numero, videlicet *l' infraſcritti ſuoi hæredi*, quia iſta magis augent fidem Notarij, quia ſi voluiſſet ſupplantare Teſtatorem, ad quid opus erat quærere, an vellet relinquere Petro indumenta lugubria, & ad quid ſcribere *l' infraſcritti ſuoi hæredi*, e *non infraſcritto ſuo herede*, & ſi retorqueatur argumentum, ad quid fecerit prædicta Teſtator ſi voluit inſtituere Petrum, reſponderi poteſt ſatis eſſe, quod iſta non vitient, & quod fortè adhuc eſſet dubius de inſtitutione hæredis.

Neque eſt verum, quod Notarius debuiſſet de mandato Teſtatoris ſcribere Teſtamentum,
18 & poſtea interrogare, * an illud eſſet eius voluntas, & quod Teſtator reſpondiſſet, quod ſic *Soec. Iun. conſ.* 183. *num.* 3 *lib.* 2. *Bellon. conſ.* 73. *num.* 14. *Clar. in* §. *Teſtamentum quæſt.* 37. *num.* 7. *verſ. Tertio ſcias Caſtr. conſ.* 155. *num.* 2. *verſ. item Bald. lib.* 1. quia hæc concluſio procederet, ſi eſſemus in Teſtamento ad
19 interrogationē, * ſed verſamur in Teſtamento facto relatiuè ad cedulam, manu Teſtatoris ſubſcriptam, & quamuis Notarius interrogauerit Teſtatorē ſi diſponebat iuxta contenta in dicta cœdula, & ille reſpondit, quod ſic, non ideo ſequitur, quod teſtamentum ſit ad interrogationem, quia iſte modus teſtandi eſt validus, & eſt Teſtamentum nuncupatiuum, nuncupatione implicita vt *ſupra dictum eſt*, cum alias hæres proprio ore Teſtatoris debeat nominari, niſi Teſtamentum fieret ad interroga-
20 tionem, * *l. hæres palam ff. de Teſtam. Couarr. in c. Cum tibi num.* 4. *de Teſtam.* Vnde ceſſat, quod dicebatur Teſtamentum ad interrogationem non tollere primum Teſtamentum ſolem-
21 ne * *Caſtr. conſ.* 155. *n.* 2, *lib* 1. *Clar. in* §. *Teſtamentum queſt.* 37. *n.* 8. quia illud non eſt Teſtamentum ad interrogationem, cum ſcriptura ſubſcripta à Teſtatore, quæ habet implicitam nuncupationem, non ſit ad interrogationem Notarij, ſed interrogatio cadit ſolum ſuper ſtipulatione Teſtamenti, iuxta contenta in cedula à Teſtatore ſubſcripta.

Et ita concluſum &c.

Præſens deciſio fuit confirmata die 9. *Decembris* 1624. *coram Remboldo impreſſ. in rec. deciſ.* 581. *p.* 4. *tom.* 3.

BARCHINONEN. DISTRIBVTIONVM.

Veneris 11. *Decembris* 1620.

ARGVMENTVM.

Cui accreſcat portio diſtributionum deficientis.

SVMMARIVM.

1 *Diſtributionum natura eſt, quod portio deficientis accreſcat præſentibus niſi ſtatuto, aut conſuetudine caueatur, quod certa quota detur cuilibet ſeruienti.*

2 *Et in iſto vltimo caſu cui accreſcat ibi diſtinguitur.*

3 *Statutum Eccleſiæ conditum abſque interuentu Beneficiatorum, de quorū intereſſe agitur non valet.*

4 *Canonici poſſunt condere Statutum, quod non tangat Epiſcopum, vel ſtatum Eccleſiæ.*

DECISIO MCCLXVII.

Domini receſſerunt a *deciſione facta* 15. *Ianuarij* 1610. ex *Statuto* nouiter producto. Eſt enim vera diſtinctio facta in dicta *deciſione*, videlicet quod natura diſtributionum eſt, quod
1 portio deficientis accreſcat præſentibus, * niſi Statuto, vel conſuetudine caueatur, quod certa quota detur cuilibet ſeruienti, quo caſu portio deficientis non accreſcit ſeruientibus, *Gloſſ. in Clem. vt hi quo verb. pars dimidia in fin. de ætat. & qualit. ordinan. Card. ibidem quæſt.* 21. *Imol. num.* 33. *poſt med. verſ. ſecundo Gloſſa Rebuff. in concord. rubr. de collation.* §. 1. *verb. diſtributionum verſ. & iſtæ diſtributiones Couarr. var. reſol. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 7. *circa med. Garz. de benefic. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 444. *Mantic. dec.* 226. *&* 236. Et propterea cum dictum *Statutum* diſponat, quod per Burſarium detur certa quota cuilibet præſenti, non autem, quod certa ſumma diſtribuatur præſentibus intrant prædicta, & ſic ceſſat præiudicium Beneficiatorum, vnde clauſula *ſine præiudicio alicuius* appoſita in diſmembratione eis non poteſt opitulari.

Neque obſtat, quod *Statutum* non diſponat ad quos reſiduum ſpectare debeat, quia ſatis eſt, quod non ſpectat ad interceſſentes, & quæſtio ſit, an ſpectat ad Eccleſiam, vel ad commu-
2 ne patrimonium miniſtrorum, * ex alleg. per *Couarr. loco præcit.* qui diſtinguit inter caſum, quo miniſtri habent diſtinctos redditus, & in caſu, quod habeant communes, ſed quicquid ſit de hoc, ſatis eſt, quod portio deficientis in hoc caſu non ſpectet ad præſentes.

Neque eſt verum, quod *Statutum* ſit inualidum, ex quo Beneficiati in eo non interuene-
3 runt, cum de eorum intereſſe ageretur * *Cæſar. de Graſſ. dec.* 9. *num.* 4. *de probat. Rot. deciſ.* 107. *in princ. par.* 2. *in recent.* & fuit dictum in cauſa *Valentina Emolumentorum* 2. *Decembris* 1587. *coram Bubalo*, quia hoc procederet ſi conſtaret, quod ab initio maſſa fuiſſet communis, & quod poſteà ſtatus fuerit immutatus in præiudicium Beneficiatorum, & in vtilitatem Canonicorum, quod non eſt in hoc caſu, vnde Beneficiati non poſſunt redarguere illud *Statutum*, ſed legitimè potuerunt Canonici illud facere, cum non
4 tangat Epiſcopum, vel ſtatum Eccleſiæ. * *Gloſſ. in c.* 2. §. *cæterum in verb. Statutum, verſ. ſi verò ſtatuant de verb. ſignif. in* 6. vbi ponit exemplum, quando Capitulum aſſignat certum modum in diſtributione quotidianarum obuentionum *Cæſar. de Graſſ. dec.* 4. *num.* 1. *de his, quæ fiunt à maior. par. capit.* vbi quod Capitulū poteſt tale *Statutum* facere etiam priuatiuè ad Beneficiatos in adminiſtratione Anniuerſario-

rum communium *Caput. dec. 84. in fin. lib. 1.* late *Rota dec. 183. num. 1. par. 1. in recent.*

ROMANA FVNERALIVM.

Lunæ 14. Decembris 1620.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Vicario* S. Mariæ in Vialata Vrbis *nedùm debetur quarta funeralis, sed etiam cera funerales, ac omnia alia funeralia. Ampl. num. 4.*
2 *Quarta funeralis debetur Parochiæ.*
3 Gabr. cons. 190. num. 7. & 8. lib. 2. *in quibus terminis loquatur.*

DECISIO MCCLXVIII.

Dubitauit,an quarta funeralis, scilicet illa, quæ debetur Ecclesiæ Parochiali ab eo, qui eligit sepulturam extra Parochiam de omnibus relictis pro funere,& sepultura, de qua in *extrauag. super cathedram de sepulturis*, & omnes ceræ funeris exceptis ceris anniuersariorum, ac omnia alia funeralia Vicario perpetuo S. Mariæ in Vialata debeantur, & punctus difficultatis consistit in intelligentia *motus propry san. mem Pij V* in quo eidem Vicario pro congrua sustentatione omnia, & singula emolumenta, & obuentiones, quæ ratione exercitij, curæ, & administrationis Sacramentorum, & Officiorum funeralium, quæ ipsa die humationis cadauerum celebrabuntur, non autem ratione Anniuersariorum &c. assignauit & applicauit.

Et Domini attento isto *motu proprio* censue-
1 runt prædicta omnia spectare ad d. Vicarium, * quia Papa nedùm assignauit omnia, & singula, quæ ratione exercitij, curæ, & administrationis Sacramentorum debentur, sed etiam, quæ ratione Officiorum funeralium, quæ ipsa die humationis cadauerum celebrabuntur, debeantur, & sic nedum debetur ipsa quarta cum
2 debeatur Parochiæ, * vt per *Gloss. in Clem. dudum §. huiusmodi in vers. funeralibus*, vbi *Anchar. numer. 30. vers. 3. quaro de sepult. Petr. de Vbald. de portione Canonica, & Paroch. cap. 4. num. 3. idem Anchar. in cons. 176. numer. 3. vers. præterea ratio*, sed etiam ceræ funerales, ac omnia alia funeralia, cum fuerint assignata, omnia, & singula emolumenta, quæ ratione officiorum funeralium debentur *c. cum liberum de sepulturis* ibi *Beneficia quæ occasione sepulturæ* iuncta *Gloss. in vers. Beneficia, & in Gloss. sequenti.*

Non obstat *Gabr. in cons. 190. numer 7. & 8. lib. 2.* quia loquitur in terminis Iuris commu-
3 nis, * nos autem versamur in terminis *motus proprij*: Prout nec obstat obseruantia in contrarium allegata, quia obseruantia stat pro Vicario, cui propterea Rota concessit manutentionem, & testes etiam, qui allegantur pro parte Capituli patiuntur exceptiones, nec obser-
4 uantia allegata in alijs * Ecclesijs, quæ sub eodem motu proprio comprehenduntur, aliquid facit, quia satis est, quod modo prædicto *motus proprius* sit intelligendus, & quod sic fuerit obseruatum in ista Ecclesia, & quicquid in alijs Ecclesijs fuerit actum, non potest præiudicare veritati.

Et Ita conclusum.

ALGAREN. DISMEMBRATIONIS.

Lunæ 14. Decembris 1620.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria in prophanis conceditur etiam absque fumo, dummodo articuli sint releuantes.*
2 *Et dato vno articulo releuanti cæteri admittuntur.*
3 *Declara procedere, quando articulans posset audiri super eo, quod petit in articulis.*
4 *Spoliator non est audiendus, nisi prius purgato spolio.*

DECISIO MCCLXIX.

Fuit resolutum remissoriam esse concedendam super articulis additionalibus tantùm relecatis alijs, quia illi respicient iustificationem clausulæ *constito*, de qua modo agitur, nam cum Rector fuerit spoliatus, & Signatura rescripserit, quod *constito de paupertate, referuentur fructus, & expensæ in fine litis* non potest dubitari de eorum releuantia,ex qua in prophanis remissoria conceditur etiam absque fumo *
1 *Verall. dec. 68. part. 3. A. A. dec. 123. lib. 1.*

Non obstat, quod dato vno articulo rele-
2 uanti cæteri admittuntur. * *Cassador dec. 5. numer. 6. de sequestr. possess. & fruct. Mantic. dec. 312. numer. 2.* quia hæc conclusio procedetet, si pats posset audiri super eo,quod petit in arti-
3 culis, * sed cum in dictis articulis generaliter deducatur paupertas, non ad effectum, vt non possit soluere dictas expensas, sed ad effectum, quod vnio alias facta sustineatur, ex qua fuit sequtum spolium, Ideò Capitulum super ista paupertate non est audiendum, nisi prius bene
4 purgato spolio * *Bald. in cap. conquerente de restit. spoliat. Caput. decis. 43. part. 1. Rot. dec. 15. de restit. spoliat. in nou.*, & per consequens deneganda est remissoria, quia alias per indirectum Capitulum audiretur non purgato spolio contra *Regulas prædictas.*

Et ita conclusum, &c.

ABV-

ABVLEN. BENEFICII.

Veneris 18. Decembris 1620.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Quando agitur de mutatione status beneficij requiritur immemorabilis, aut quadragenaria cum titulo.*

DECISIO MCCLXX.

Reuerendissimus D. Prosper Caffarellus obtinuit à *SS. D. N.* prouideri de Præstimonio in Parochiali Ecclesia S. Christophori del Monte loci de Blasio Ximeno, & postmodum D. Petrus Cortes impetrauit Præstimonium de Galliegos, nec non de Sobrino, & Blasio Ximeno illi annexis; Vnde præfixo termino dicto Cortes iuxta rescriptum signaturæ ad docendum de annexione, & concessa prius remissoria, eaque reproducta, dubitaui, an constaret de dicta annexione, & negatiuè fuit resolutum, quia nulla probatur per titulum legitimum, neque docetur de immemorabili, aut
1 quadragenaria cum titulo, * quæ requiruntur, cum agatur de mutatione substantiæ beneficij *Rebuff. in tit. de vnion. num. 35. in fin. Rot. dec. 9. & 10. de reb. Eccles. non alien. in antiq.*

Neque obstant Testes pro Petro examinati, quia solum deponunt, quod dicta tria loca sunt nimis vicina interse, & construere vnum tantum consilium, & habere vnicam tantum Parochiam sitam in medio istorum locorum nuncupatum S. Christophori del Monte, in qua adest vnicum Beneficium Curatum, & vnicum Præstimonium, illudque tam ab vltimo possessore, quam ab alijs fuisse ab vnico tantum Clerico possessum, & sic non concludunt, quod sint plura Præstimonia ad inuicem vnita, itaut intret impetratio Domini Petri.

Et sic conclusum non constare de aliqua annexione &c.

Præsens decisio fuit reuocata die 8. Aprilis 1622.

GERVNDEN. BENEFICII.

Lunæ 11. Ianuarij 1621.

ARGVMENTVM.

Paucis verbis multa circa purgationem attentatorum menti tenenda docentur.

SVMMARIVM.

1 *Attentata de Iure debent integrè purgari per refectionem fructuum, & expensarum.*
2 *Ita vt non admittatur depositum certæ partis cum obligatione restituendi reliquum quando fuerit facta liquidatio.*
3 *Aequitas debet regulari à iure.*
4 *Nullum Ius, aut æquitas suadet, quod attentata purgari non debeant.*
5 *Attentata hinc inde commissa debent hinc inde tolli limitata num. 6.*
7 *Compensatio de liquido ad illiquidum non admittitur.*
8 *Rota in purgatione attentatorum solo sequestro contentatur.*
9 *Declara procedere, quando Rota ex officio sequestrum apponit stante turbiditate materiæ, secus quando attentata sunt clara, quo casu debent purgari vsque ad minimum quadrantem.*
10 *Pro purgatione attentatorum quando Rota mandet deponi fructus penes Tertium vide ibi.*

DECISIO MCCLXXI.

Domini censuerunt non esse locum arbitrio ad effectum quod fructus referuentur in fine litis, quia cum arbitrium reguletur à Iure, de Iure est, quod attentata integre purgentur perfe-
1 ctionem fructuum, & expensarum * *Rot. dec. 5. de restit. spoliat. in nou. Veral. dec. 34. lib. 2. in manuscr. Rot. dec. 269. part. 1. in recent.* & hæc conclusio adeo est vera, vt non admittatur depositum certæ partis cum obligatione resti-
2 tuendi reliquum, * quando fuerit facta liquidatio *Lancell. de attent. cap. 31. numer. 72. cum seqq. Verall. dec. 150. numer. 3. part. 1. Rota d. dec. 269. num. 1.*

Neque obstat, quod arbitrium remittat iuris rigorem, ita vt seruetur æquitas; quia fuit responsum, & hanc æquitatem debere regulari
3 à Iure, * hic autem nullum ius, aut æquitas
4 suadet, quod attentata purgari non debeant, * cum nedum ius, sed etiam Iudex, & pars fuerit offensa; vt bene fuit in puncto consideratum *in decis. 235. num. 1. part. 1. in recent.*

Non obstat, quod etiam altera pars attentauerit, & ideo attentata debeant hinc inde
5 tolli, * quia quicquid sit de attentatis pro alia parte, cum attentata pro parte Pauli sint cla-
6 ra, * & non agatur de reijciendis hinc inde attentatis, sed de purgatione facienda per Paulum, nulla ratione probari potest, quod debeat admitti compensatio, eoque magis cum
7 ea de liquido ad illiquidum non admittatur. *

Minus etiam releuat, quod Rota in purgatione attentatorum solo sequestro contenta-
8 tur, * nec aliam exigit purgationem, quia hoc est verum, quando ex officio Rota sequestrum
9 apponit stante turbiditate materiæ, * sed cum in hoc casu attentata sint clara, & per decretum fuerint reuocata, non adest difficultas, quod purgari debeant vsque ad minimum quadrantem *ex supra deductis.*

Quia tamen Iacobus obtinere non potuit manutentionē super Beneficio, de quo agitur, &

to adhuc articulus remanet indecisus,* voluerunt Domini, quod præuia liquidatione fructus deponantur pœnes tertium consignandos cui Rota mandabit.

Et ita conclusum, &c.

BONONIEN. VSVSFRVCTVS.

Veneris 15. Ianuarij 1621.

ARGVMENTVM.

Debitor quando possit repudiare hæreditatem, vel Legatum in præiudicium creditorum, & quando super bonis repudiatis possit fieri executio.

SVMMARIVM.

1 *Ille, cui est debita legitima non potest repudiare hæreditatem, & tantum legitimam acceptare.*

2 *Debitor potest non acquirere, vel repudiare legatum, aut hæreditatem in præiudicium creditorum iuxta sententiam veriorem, & communiorem.*

3 *Limita, quando creditor habet bona, & iura præsentia, & futura debitoris hypothecata; quæ tamen limitatio ibi à Rota non firmatur.*

4 *Mandatum à creditore obtentum non potest exequi super hæreditate, vel legato à debitore repudiato, nisi reuocata prius repudiatione, & coacto debitore ad adeundum.*

DECISIO MCCLXXII.

FVit relaxatum mandatum ad instantiam D. Com. Blanchini contra D. Antonium de Linis, & eum postea obierit Gregorius Nepos ex filio D. Antonij quæsitum fuit. An mandatum posset exequi super legitima debita Antonio in bonis aduentitijs D. Gregorij. Et negatiue fuit resolutum, quia si Antonius potuit renunciare hæreditati D. Gregorij, nec legitimam ipsi Antonio est debita, illæ enim, cui est debita legitima non potest repudiare hære-
1 ditatem, & tantum legitimam acceptare* *Dec. in. l. hæres instituta numer. 5. C. de impub. & alijs substit. Trentac. de substit. parte prima capit. 9. à num. 12. vers. prima est cum seq.* præsertim *num. 24. Fachin. contr. Iur. lib. 4. cap. 65. & lib. 6. cap. 57.* latè *Tiraq. de iur. primog. quæst. 35. num. 10.* & late etiam *Bero quæst. 87. num. 10.* & fuit resolutum in causa *Bonon. indemnitatis 23. Martij 1618. coram R. P. D. meo Dunozetto.*

Sed quatenus bona Georgij ad alium ex dispositione matris Testatricis pertinerent, de quo tamen non fuit doctum, ita vt sola legitima ad D. Antonium Auum spectaret, vel ageretur de exequendo mandatum contram hæreditatem, quam in rei veritate D. Antonius repudiauit, adhuc visum fuit DD. mandatum non esse exequendum est enim quæstio, an debitor possit non acquirere, vel repudiare legatum, aut hæreditatem in præiudicium creditorum, & affirmatiua sententia videtur ve-
2 rior, & communior * contra *Anchar. in cons. 101. num. 8. Franc. dec. 101. num. 2. & seq. Peregr. de iur. fisci lib. 6. tit. 7. num. 38.* & hanc sententiam sequitur *Rota in causa Romana de Fabijs 30. Maij 1580. coram bo. me. Cardinale Blanchetto.*

Et quamuis huic fundamento replicaretur, illud non procedere, quando Creditor habet bona, & Iura præsentia, & futura debitoris
3 hipoteceata*, prout Comes Blanchinus Creditor habet, quo casu procedere *consilium Ancharani* tuetur *Peregr. de Iur. fisc. d. l. 6. & tit. 7. numer 39. & in cons. 71. numer. 3. lib. 1. & de fideicom. art. 3. numer. 130. & 131. Menoch. consil. 77. per tot.* tamen quicquid sit de hac limitatione, quam hodie noluerunt Domini resoluere, licet aliquibus non displiceret, fuit responsum, quod quatenus esset vera, adhuc non posset exequi mandatum, nisi reuocata priùs repu-
4 diatione,* & coacto D. Antonio ad adeundũ, quia interim repudiatio habet implicitum statum validitatis, & propterea reuocatio requirit iudicium ordinarium, & citationem aliorum nepotum, quibus ex dicta repudiatione ius quæsitum fuit,

Ex quibus conclusum, mandatum non esse exequendum.

LVCANA BONORVM.

Veneris 15. Ianuarij 1621.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Fructus ex melioramentis ante litem factis pendente lite percepti spectant ad eum, qui fecit melioramenta secundum æquiorem, & instiorem sententiam, & adducitur ratio num. 2.*

DECISIO MCCLXXIII.

CVm Andreas ante litem motam fecerit melioramenta in bonis, de quibus agitur, & de quibus in causa succubuerit, quæsitum est, ad quem fructus ex ipsis melioramentis lite pendente percepti spectarent. Et quamuis aliqui DD. allegati in excitatione difficultatis factæ sub *die 11. Decembris 1619.* ad Victorem spectare voluerit, contraria tamen sententia scilicet, quod huiusmodi fructus spectent ad il-
1 lum, qui fecit melioramenta,* & sic ad Andream tanquam iustior, & æquior placuit DD. quam tenent *Afflict. dec. 87. num. 6. Capyc. dec. 93. in fin. Franc. dec. 112. vers. nec est verum,*

rum; *& dec.* 191. *num.* 11. *& dec.* 705. per totam *Gama dec.* 364. *Surd. dec.* 282. *num.* 29. *Garz.* latè de *expens. & melior. c.* 23. *num.* 54. *vers. contrarium*, vbi refert ita pluries fuisse iudicatum *Pereg. de fideic. art.* 50. *num.* 68. *Bursatt. cons.* 85. *num.* 35. *Melchior. Palaez. de maiorat. part.* 4. *quaest.* 32. *num.* 5. *vers. sciendum est Guttier. ad ll. Regni part.* 3. *qq. Ciuil. quaest.* 68. *num.* 17. *Gregor. Lopez partit.* 3. *tit.* 28. *l.* 40. *gloss.* 2. *verbo heredad.* & hanc sententiam pluries *Rota* secuta fuit *Put. dec.* 275. *in fin. lib.* 3. *in nou. Rot. dec.* 294. *num.* 1. *part.* 1. & in causa *Florentina melioramentorum* 1. *Iulii* 1611. *coram R. P. D. Manzanedo*, quae est *dec.* 359. *num.* 4. *part.* 2. *in recent.* & in causa *Romana emphiteosis* 12. *Nouembris* 1612. *coram R. P. D. meo Caualerio*, & in causa *Romana alienationis situs* 2. *Decembris* 1613. *coram R. P. D. meo Sacrato Archiepiscopo* Damasceno.

Et hæc sententia ommissis alijs, quas præ-
2 citati DD. adducunt optima ratione fulcitur,* quia si melioramenta reficienda sunt Andreæ, durum videtur, quod fructus ex melioramentis Andreæ perceptos alius debeat habere contra iuris regulam, de qua in *Gloss. in l. emptor verbo superfluum ff. de rei vendicat. Afflict. dicta dec.* 87. *num.* 7. & eo amplius in hoc casu procedit, cum agatur de fructibus melioramentorum, ante litem factorum, vt considerat *Peregrin. loco citat. num.* 68. *in fin. & Gloss. in dicto verbo superfluum*.

Et ita, &c.

FANEN. EXEMPTIONIS.

Sabbato 23. Ianuarij in Rota Martiniana 1621.

ARGVMENTVM.

Solutio Census non debetur ab Ecclesia Episcopo, qui non docet de titulo, nec probat immemorabilem, vel quadragenariam cum titulo. Idque procedit etiamsi petatur vti Cathedraticum stante *Constitutione Iulij II.* de qua in decisione. Nonnulla hac occasione dicuntur de Cathedratico.

SVMMARIVM.

1 *Cappellæ sæculares, siue Ecclesiæ, quæ spectant ad monasteria non sunt exemptæ à lege Diœcesana, & immunes à Iuribus Episcopalibus.*

2 *Consuetudo acquirit omnibus, quibus ius illud est proportionabile.*

3 *Prælatus prohibitũ est nouas Collectas imponere.*

Episcopus pro censu, quem prætendit contra aliquam Ecclesiam habet contra se resistentiam Iuris num. 3.

4 *Episcopus habens contrà se resistentiam iuris tenetur probare immemorabilem, vel quadragenariam cum titulo.*

5 *Cathedraticum census etiam appellatur, & soluitur Ecclesiæ in signum subiectionis, & honorem Cathedræ numero* 10.

6 *Cathedraticum respicit legem Diœcesanam, non autem iurisdictionem ordinariam.*

Lex Diœcesana, & iurisdictio ordinaria differunt inter numero 6.

7 *Monasteria prioratus, loca manualia Grangiæ, Possessiones, & bona per* Constitutionem Iulij Secundi *sunt exempta ab omni impositione, exactione, collecta, Decima; charitatiuo subsidio, aut alio quocumque reali, ac personali, vel mixto onere, vel grauamine.*

8 *Ecclesia quæ spectat ad aliquod Monasterium, cuius Abbas ad illam eligit Rectorem amouibilem comprahenditur sub nomine* manualia.

Verbum loca *est latius quam* manualia, *& comprehendit Ecclesiam, quæ spectat ad aliquod monasterium numero* 8. *&* 15.

9 *Exemptio concessa à charitatiuo subsidio, censetur etiam concessa à Cathedratico, quando subditur*, aut alio quocumque onere.

11 *Cathedraticum fuit inductum à* Concilio Bracharensi.

12 Concilio Bracharensi *non censetur derogatum, nisi de eo fiat mentio specialis. Contrarium numero* 13.

Vt censeatur derogatum Concilijs generalibus, *requiritur specialis mentio, secus in prouincialibus numero* 12.

13 Concilium Bracharense *est prouinciale.*

14 *Decretum irritans iustificatum inficit titulum & possessionem, ac omnes illius effectus.*

DECISIO MCCLXXIV.

Reuerendissimus Episcopus Fanen. cum esset in possessione exigendi ex causa census, vt admittunt informantes, salmam vnam grani salmas duas speltæ, cuppam vnam fabæ, cresscias quattuor olei, ac libras 21. carnis porcinæ ab Ecclesia Parochiali S. Appollinaris de Castro Podij, quæ spectat ad monasterium S. Paterniani Canonicorum Regularium Congregationis S. Saluatoris, & cuius Abbas est in possessione eligendi Rectorem amouibilem, vt Rota firmauit in simili causa *Fanen. Parochialis* 18. *Maij* 1615. *&* 15. *Aprilis* 1616. *coram R. P. D. meo Caualerio* prætendebat, dictum censum sibi quoque esse debitum in petitorio, nam Capellæ sæculares siue Ecclesiæ, quæ spectant ad monasteria, non sunt exemptæ de iure à lege Diocesana,* & immu-
1 nes à Iuribus Episcopalibus *Franc. in cap.* 1. *numer.* 3. *de præb. in* 6 *Abb. in cons.* 26. *numer.* 3. & præsertim in *vers. sed postea videtur lib.* 2. & cum contra ipsum fuerit lata sententia extrà Rotam, visum fuit DD. prædictam sententiam esse iustam. Non enim potest dubitari, quod cum non constet de aliquo titulo, debet niti præscriptione, de qua legitimè non docet, vt statim probabitur, non autem consuetudine, vt prætendebatur, cum agatur de acquirendo priuatim D. Episcopo, consuetudo autem acquirit omnibus, quibus ius illud est proportiona-

2 tionabile * la tè *Couarr. in Regul. Possessor p. 2. §. 3. num. 2.* & fuit resolutum *coram me in causa Corduben. Redecimarum* 14. *Martij* 1618.

Quod autem non constet de aliquo titulo satis patet, quia nullus ostenditur, & dum allegat, quod possedit nomine census, duram Prouinciam assumit, quia pro censu Episcopus habet resistentiam iuris contra se *cap. pro-*
3 *hibemus de censibus*, * vbi nouæ Collectæ prohibentur à Prælatis imponi cum decreto irritanti *cap. nullus Episcopus* 124. *il 2. prima quæstione* 1. Vnde D. Episcopus necesse habet probare pro fundamento suæ intentionis imme-
4 morabilem, vel quadragenariam cum titulo * *cap. 1. de præscr. in 6. Abb. in cap. peruenit numer. 3. vers. primo casu aut allegatur de censib. Couarr. in Regul. possessor §. 4. numer. 5. vers. nam quoties aduersus præscribentem de Reg. iur. in 6.* de qua immemorabili nihil habetur, nec etiam aliquis titulus habetur, qui cum quadragenaria possit coniungi.

Non obstat, quod ista exactio appelletur census, & hoc benè potest verificari in cathe-
5 dratico, quod etiam census appellatur * *Io: Andr. in cap. olim in princ.* vbi etiam *Gloss. prima in fin. de censib.* & ideo debet solui etiam, quod Ecclesia esset exempta, quia Cathedraticum respicit legem Diocesanam, non autem iuris-
6 dictionem ordinariam * quæ differunt *Abb. in cap. dilectus in princ. & numer. 2. de Off. ordin.* à qua lege Diocesana non videntur libera loca exempta, vt *supradictum est*: Nam fuit responsum, quicquid sit de hac conclusione, non probari quod ista solutio fiat ratione Cathedratici, & quatenus probaretur non releuare, stante exemptione concessa à *Iulio Secundo* de qua in *nouo Bullario tom. 1. constit. 30. in §. 39.* * exi-
7 muntur enim *monasteria Prioratus, loca, manualia, Grangies, Possessiones, & bona &c. ab omni impositione, exactione, collecta, decima, charitatiuo subsidio aut alio quocunque reali, ac personali, vel mixto onere, vel grauamine quouis nomine censeatur &c. nec non ab omnibus censibus redditibus, & solutionibus ratione subiectionis, aut visitationis quocunque iure, quibuscumque Ordinarijs &c. debitis*, quare nedum censentur exempta monasteria, sed etiam Ecclesia, de qua agitur, cum spectet ad monasterium, & comprehenda-
8 tur sub nomine *manualia*, vel etiam sub nomine *loca*, quod est latius *l. locus 60. ff. de verb. signif. l. 2. §. 1. ff. ne quid in loc. public.* & late *Philippus Agricola Latom. in prædicamento*, vbi *P. Ramus, & eius Comentatores lib. 1. Dialectica cap. 10. Iulius Cæsar Schaliger ad Cardanum exercit. 5. sect. 3.* & dicta exemptio censetur etiam concessa à Cathedratico, cum enim concedatur exemptio à charitatiuo subsidio,* quod debe-
9 tur ex l. Diocesana, vt per *Abbatem in dicto cons. 46. numer. 2. lib. 2.* cum posteà sub datur, aut *alio quocumque onere*, vtique censetur etiam concessa exemptio à Cathedratico, quia dictio (*alio*) est repetitiua similium *l. quidam relegatus ff. de reb. dubijs*; Ec cessat omnis difficultas ex verbis illis; *Nec non ab omnibus censibus redditibus, & solutionibus ratione subiectionis &c.* quale est cathedraticum, qui vt dictum est etiam census appellatur, & soluitur Ecclesiæ in si-
10 gnum subiectionis, & honorem cathedræ * *Abb. in cap. Pastoralis numer. 7. vers. in Gloss. de donat. & cons. 7. num. 4. col. 4. vers. sed quam-*
11 *quam lib. 2.* Et quamuis * Cathedraticum fuerit inductum à *Concilio Bracharensi in §. 2.* & ideò aliqui voluerint non censeri illi derogatum,
12 nisi de eo fiat mentio specialis, * prout requiritur in *Concilijs generalibus Felyn. in cap. non nulli num. 2. vers. & nota quod omnes de rescript. Roman. cons. 436. num. 11. in fin. vers. primo*, ex eo tamen allucinantur, quia istud *Concilium*
13 est Prouinciale; * non autem generale, conclusio autem prædicta procedit in *Concilio Generali*, de quo loquitur *Felin. vbi supra*.

Et quatenus sine veri præiudicio hoc esset Cathedraticum, adhuc possessio allegata per D. Episcopum non suffragaretur ex pluribus capitibus. Et primo quia cum litteræ *Iulij Secundi* habeant decretum irritans, quod ex prædictis apparet iustificatum, inficit titulum, &
14 possessionem, * & omnes illius effectus *Sarnen. in Regul. de triennali quæst. 49. numer. 3. cap. si eo tempore de elect. in 6. Cassador. dec. 7. num. 1. super Reg. Gabr. de claus. concl. 3. numer. 50. Put. dec. 92. numer. 2. & 4. lib. 1. Cresc. decis. 4. in fin. de priuil.*: Secundo quia ex dicta *Constitutione Iulij Secundi in §. 42.* disponitur, quod contra monasteria, loca, personas, & bona, tam in præteritis, quam in futuris, aliqua non currat præscriptio, nisi post lapsum 60. annorum, & sub nomine *locorum* comprehen-
15 ditur etiam ista Ecclesia, * vt dictum est, quod quidem tempus 60. annorum hic non adest, nec de eo deponunt testes, quicquid in contrarium dicatur, & quamuis aliquid possit dici circa depositionem vnius testis, qui deponit de quadragenaria de visu, tamen cum iuxta quartum deponat de suo tempore fuisse Rectores Balthassarem, & Io: Baptistam, quorum primus scilicet Balthassar fuit prouisus de anno 1584. certum est, quod non potuit videre à 40; annis durantibus dd. prouisionibus, quia dictum tempus non interuenit, & in omnem euentum testis iste est vnicus, & obstat decretum irritans, *vt supra dictum est*.

Ex quibus conclusum sententiam esse confirmandam,

Præsens decisio fuit confirmata coram Merlin. decis. 8. secundum impress. Geneuæ.

ROMANA DE CAPITE FERREO.

Mercurij 27. Ianuarij 1621.

ARGVMENTVM.

Tota decisio versatur circa probationem identitatis bonorum fideicommissariorum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Identitas Bonorum fideicommissariorum probatur ex quo testator illa possedit, nec est opus probare illius dominium.*
2 *Clausula* Constituti *importat fictam traditionem, sed veram possessionem.*
3 *Possessio semel probata præsumitur continuata vsque ad obitum.*

DECISIO MCCLXXV.

POst resolutionem factam 4. *Maij* 1615. quod D. Antonina, & Victoria sunt vocatæ ad fideicomissũ bo. me. Raymundi de Capite Ferreo. Dubitaui, An Casale Rafacchi Campi Salini, & Casale Turris Saxi sint de hæreditate d.q. Raymundi: & fuit affirmatiuè resolutum; Nam cum agatur contra D. Portiam hæredem bo. me. Dominici vltimo loco grauati, & sic contra illam, quæ mediatè causam habet à Testatore sufficit, quod probetur fideicommit-
1 tentem dicta Casalia possedisse, * nec aliter est opus dominium probare, vt fuit resolutum *coram me in causa Aesina fideicomissi 29. Martij* 1604.

Et quoad primum Casale probatur ex diuisione facta inter Raymundum, Dominicum, & Tiberium fratres de anno 1526. & ex impositione Census facta per Raymundum, & Tiberium de anno 1528. & redemptione de anno 1529. & quamuis huiusmodi probationes respectu Raymundi non concludant ad totum Casale, attamen vt fassa fuit D Portia, respondendo ad positiones prædicti Tiberius, & Dominicus prædecesserunt Raymundum fratrem, & eis successit in omnibus bonis, & sic etiam in istis prouisionibus Casalis, quia præsumuntur possedisse vsquè ad obitum, vt statim dicitur.

Quo verò ad Casale Turris Saxi, agitur de eius quarta parte, & medietate alterius quartæ partis tantum, & probatur fuisse in bonis Raymundi, cum constet de illius acquisitione, eum clausula *Constituti*, quæ importat fictam
2 traditionem, sed veram possessionem * *l. quod meo ff. de acquir. possess. Ripa de priuil. contract. causa Pestis numer.* 195.

Et prædicta possessio tam Raymundi, quàm fratrum, cum semel fuerit probata, præsumi-
3 tur continuata vsquè ad obitum * *Rot. dec. 4. de probat. in no.* cum hoc allegetur à vocatis *Menoch. de præsumpt. lib. 6 præs. 64. numer.* 17.

Et denique quod identitas Casalium sit plenè probata, non potest dubitari, cum fuerint specificata confinia antiqua, & hodierna, & D. Portia fassa fuerit ista esse eadem met Casalia.

Et ità cõclusum vna tamen parte informãte.

CAMERINEN. LAESIONIS.

Mercurij 27. Februarij 1621.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Deputatio alicuius in Iudicem probatur ex fide Notarij quando agitur de gestis in Curia, secus de fide Notarij extrà Curiam.*
2 *Adnotatio deputationis Iudicis censetur facta à Notario in libris tempore congruo, & debito.*

DECISIO MCCLXXVI.

FVit resolutum Testes fuisse validè examinatos, quià constat de deputatione Domini Episcopi Nucerini in Iudicem ex fide Notarij, quæ
1 probat, cum sit de gæstis in Curia, * & de facili libri inspici possunt *Seraph. dec. 755. numer. 3.* licet secus esset si ageretur de fide Notarij extrà Curiam, vt fuit resolutum in causa *Meluen. Canonicatus 16. Iunij 1586. coram bo. me. Cardinali Platto.*

Nequè probatur, quod adnotatio dictæ deputationis Iudicis fuerit facta longè post decretum, prout pars tenetur probare, cum adnotatio
2 censeatur facta tempore congruo, & debito, * *Soccin. Sen. cons. 94. numer. 5. vol. 1. Alex. cons. 70. n. 4. vol. 1.* & fuit resolutum in Causa *Romana Casalis Iuliani 4. Iunij 1584.* & in *Caietana Iurisdictionis 26. Nouembris 1583. coram bo. me. Robusterio* & in causa *Romana bonorum de Soderinis 26. Iunij 1602. & 26. Aprilis 1603 coram me.*

Quantum attinet ad caput læsionis Domini voluerunt videre, an fuerint excomputata sc. 400. prout prætenditur, ità vt ex hoc capite cesset læsio.

TVLLEN. EXPENSARVM.

Lunæ 1. Martij 1621.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Iudex qui semel taxauit expensas non potest iterum ad nouam taxationem deuenire.*
2 *Articulus taxationis expensarum est caput separatum à negocio principali.*

DECISIO MCCLXXVII.

PLacuit *decisio* in hac causa facta scilicet quod cum Iudex taxauerit solum certas expensas, non potest hodie ad nouam taxationem deue-
1 nire, * quia ex taxatione declarauit animum suum ad quas expensas voluerit cõdemnare *ex allegat. in dec. in hac causa facta 11. Maij præteriti*

Nequè

Neque prædictis contradicit *Ablas inc. significauerunt num.* 8. & ibi *Felin. num.* 5. *vers. præterea non video de except.* quia solum dicunt
1 quod articulus expensarum * est caput separatum à negotio principali, quod est verissimum, sed non inde sequitur, quod post primam possit ad secundam taxationem deuenire.

Minus etiam releuat, quod condemnatio sit generalis, & sub vnica citatione fuit petita taxatio, quia nihilominus restringendo taxationem, declarauit animum suum, & ideo si Dominus Desiderius prætendit se grauatum, vtatur remedijs Iuris.

Et ita conclusum &c.

LVCANA IVRISPATRONATVS DE PODIIS.

Veneris 5. Martij 1621.

ARGVMENTVM.

Is contra quem cadit præsumptio Iurispatronatus, quæ probare teneatur. Multa circa exclusionem vsurpationis.

SVMMARIVM.

1 *Circa probationem Iurispatronatus, quoniam non versatur in familia potenti* Concil. Trident. *vltra dispositionem Iuris communis nihil innouauit, secus autem quando versatur in familia potenti num.* 2.

2 *Quando versatur in persona potenti, vel alias tali, in qua cadat præsumptio vsurpationis iurispatronatus, si verus titulus fundationis, vel dotationis non ostenditur, requiritur immemorabilis, & præsentationes effectum sententiæ spatio* 50. *annorum quæ probentur per authenticas scripturas.*

3 *Familia* DD. de Podijs *in Ciuitate* Lucensi *ita se formidabilem reddidit, vt ortum fuerit illud vulgare,* Quando Poggio vuol poggiare tutta Luca fà tremare *vide nu.* 11. *&* 12.

4 *Remissoria conceditur data releuantia materiæ.*

5 *In Domino Castri, vel alio habente iurisdictionem in loco beneficij cadit præsumptio vsurpationis.*

6 *In familia potenti, & magnati cadit præsumptio vsurpationis iurispatronatus.*

7 *Remissoria denegatur stante calumnia.*

8 *Remissoria denegatur stante irreleuantia articulorum.*

9 *Remissoria non conceditur ad probandum per Testes contra id quod probatum fuit per scripturas.*

10 *Maior fides adhibetur scripturis, quam testibus.*

11 *De Ciuitate* Firmi *dicitur illud vulgare,* Quando Fermo vuol fermare tutta la Marca fa tremare.

13 *Familia* de Podijs *fuit exauthorata, & pro maiori parte expulsa à Ciuitate Lucea propter homicidium commissum in personam Vellixiferi illius Reipub.*

DECISIO MCCLXXVIII.

POst factas resolutiones, quod Iurispatronatus satis erat probatum probationibus sufficientibus de iure communi, ex quo non ver-
1 sabamur in familia Potenti, * quo casu *Sacrosanctum Concil. Trid. sess.* 25. *cap.* 9. *de reform.* vltra dispositionem Iuris communis nihil innouauit, *Gabr. cons.* 192. *num.* 1. *lib.* 2. *Menoch. cons.* 241. *nu.* 7. *lib.* 3. & de *presum. lib.* 3. *præs.* 90. *n.* 9. *& seqq. Achill. dec.* 4. *num.* 10. *de Iurepatr. Rot. dec.* 331. *nu.* 1. *p.* 2. & alias pluries fuit in eadem Rota firmatum, licet secus esset si versaremur in persona potenti, vel alias
2 tali, in qua cadat præsumptio vsurpationis, * quo casu iuxta formam dicti *Concilij* si verus Titulus fundationis, vel dotationis non ostenditur, requiritur immemorabilis, & præsentationes effectum sortitæ spatio 50. annorum quæ probentur per authenticas scripturas, vt sæpe resoluit *Sac. Congregatio & Rota* ipsa, & signanter in *Sabinen. Beneficij* 15. *Decembris* 1581. *coram fæl. record. Clemente VIII. vt in decis.* 199. *numer.* 1. *parte* 2. Propterea ad euitandas *decisiones*, & ad probandum hic agi de iurepatronatus familiæ potentis, datis articulis, petebatur remissoria ad probandum, quod ab immemorabili tempore citra fuit semper in Ciuitate Lucensi familia DD. de Podijs, & reddidit se semper cæteris familijs d. Ciuitatis, ac etiam toti Reipublicæ formidabilis in tantum, vt nemo auderet ipsis de Podio in aliquo contradicere, ortumque fuerit vulgare
3 illud, * *Quando Poggio vuol poggiare, tutta Lucca fà tremare*, quodque fuerunt semper in dicta Ciuitate factiosi, bellicosi, & soliti Bannitos, & sicarios, aliosque huiusmodi receptare, & in proprijs domibus retinere, per quos modo hunc fustibus, & verberibus cedebant, modò illum interficiebant, & alios diuersimode male tractabant, quod auxilium etiam præstiterint Vgoccioni, & Castracani, qui per tirannidem Ciuitatem occuparunt. Et quod DD. de Podijs constituebant plusquàm 25. familias, quæ omnes habitabant in dicto loco de Podio circum circa dictam Ecclesiam, sicque faciebant maiorem Conuenticulam hominum, & militum, quàm fuerit vnquam visum in aliqua alia Ciuitate Italiæ; ex istis in quam articulis prætenditur resultare releuantia remissoriæ, propter quam solet conce-
4 di * *Verall. dec.* 59. *numer.* 1. *&* 68. *numer.* 1. *parte* 3.

Et licet indubitatum sit, quando agitur de Domino Castri, vel alio habente iurisdictionem
5 temporalem in loco Beneficij * agi de persona, in qua cadit præsumptio vsurpationis *Put. dec.* 55. & *ibi additio*, & *addit. ad decis.* 56. *& seq. lib.* 1. *in nou. Chissan. dec.* 67. *Caputaq. dec.* 128. *part.* 2. idem *Put. decis.* 3. *&* 8. *de Iurepatr. Mohedan. dec.* 10. *numer.* 2. *eod. tit. Cotta dec.* 356. & fuit sæpissimè resolutum, tamen idem est in Iurepatronatus competente familiæ po-
6 tenti, & magnati * *A. A. dec.* 104. *lib.* 2. alias 1273. *lib.* 3. *part.* 3. *Achill. dec.* 4. *num.* 10. *de iurepatr. Cresc. dec.* 1. *eod. tit. Chissan. dec.* 67.

Ioannes

Ioannes Paulus dec. 8. alias *dec.* 356. *Peregrin.*
dec. 5. *lib.* 2. & fuit resolutum in causa *Neapo-*
litana Capellania 29. *Ianuarij* 1571. *coram Car-*
dinale Lancellotto Seniore, vbi de familia de Ca-
racciolis, & in causa *Sabinen. beneficij* 15. *No-*
uembris 1582. *coram fæl. record. Clemente VIII.*
vt in *dec.* 199. *numer.* 1. *part.* 2. vbi de familia
Vrsina *Seraph. dec.* 952. *num.* 6. vbi de Nobili-
bus Venetis in statu Venetorum, & in *Sabinen.*
iurispatronatus 29. *Octobris* 1594. *coram Litta*,
& 6. *Martij* 1596. *coram Penia* vbi de familia
de Sabellis.

Istis tamen non obstantibus DD. censuerunt
denegandam esse remissoriam, quia etsi ista fa-
milia nobilissima sit, per maximam, nihilo-
minus calumniosam, vt mox probabitur, ar-
ticulatur potentia talis, in qua cadat præsum-
ptio vsurpationis, quo casu remissoria dene-
7 gatur, * vt fuit resolutum in causa *Caurien. iu-*
risdictionis 26. *Februarij* 1587. *coram Robusterio*,
eoque magis quia, vt etiam ex statim dicendis
apparebit, articuli sunt valdè inuerisimiles,
8 quo etiam casu remissoria denegatur *Rot. dec.*
23. *de Testib. in antiq. Imol. in cap. quia verisimi-*
le numer. 1. *de præsumpt. Tiraquell. in l. si vn-*
quam in præfat. numer. 38. *in fin. C. de reuocan.*
donat. & fuit dictum in causa *Toletana Prioratus*
10. *Maij* 1595. *coram bo. me: Pacen.* & aliqui
sunt irreleuantes, ex quo etiam capite remis-
soria denegatur *Verall. dec.* 66. & 68. *part.* 3.
Nam primo quatenus articulatur numerositas
etiam probata, nihil releuat ad probandam
assertam potentiam, imò per scripturas proba-
tur contrarium scilicet ex instrumento anni
1370. in quo in electione Consulis cõtradæ San-
cti Laurentij de Podio solũ cõuenerunt quatuor
personæ de domo Podia, & ex alio Instrumẽto
præsentationis anni 1426. in quo tantum quin-
que, totam familiam constituentes conuene-
runt ad præsentandum, & deinde anno 1390.
solummodo nouem conuenerunt, quorum
plures erant Patres, & Filij, vnde cum ista
numerositas excludatur per probationem fa-
ctam per scripturas non est danda remissoria
9 ad probandum contrarium per testes * *Aegid.*
dec. 9. *Aretin. cons.* 65. *numer.* 2. *Mandell. cons.*
6. *numer.* 10. *Seraph. dec.* 1460. semper enim
maior fides adhibetur scripturis, quàm testi-
10 bus * *l. Census ff. de probat. Gloss. in capit.* 3.
loco numer. Testium, eod. tit. Seraph. dec. 1460.
Et quamuis opponi possit, quod instrumenta,
& articuli non sunt contraria, cum stent simul,
quod prædicti solum præsentauerint, & quod
nihilominus familia esset numerosa, tamen
cum hoc articulatur ad effectum vsurpationis
ad hunc effectum consideranda est numerosi-
tas, quæ tamen ex dictis præsentationibus ex-
cluditur.

Dum verò articulatur, quod fuerunt faci-
norosi, & bellicosi, non indè resultat, quod
familia esset ità potens, vt in ea cadat suspicio
vsurpationis, præsertim cum delinquentes fue-
rint puniti, ac etiam vltimo supplicio damna-
ti, ex qua resultat inueniri similitudo, &
vehemens calumnia; Vlterius articuli, quod
ità se reddiderint formidabiles Reipublicæ, &
Ciuitati, vt nemo contradicere auderet, quià
si delinquentes fuerunt puniti, signum est eui-
dens, quod articulus non continet veritatem:
Et ex quantitate familiarum, & ex prædictis
cessat articulus, qui continet, quod ipsi face-
rent conuenticulam maiorem, quàm in qua-
cunquè alia Ciuitate. Illud verò dictum mu-
11 tuatum à Ciuitate Firmi, * scilicet *Quando Fer-*
mo vuol fermare, tutta la Marca fà tremare, fuit
visum satis ridiculum, & contrarium ex præ-
dictis apparet, ex quibus etiam cessat id, quod
dicitur DD. de Podijs auxilium præstitisse
Tirannis, & quod dicti Tiranni, vt se in
Tirannide conseruarent tolerabant omnia
malè facta à DD. de Podio, vt eos fauo-
rabiliores haberent, & eorum delictis ocu-
los claudebat, quia de hoc Historici nullam
12 faciunt mentionem, quamuis illorum Tyran-
norum gæsta, satis prolixè recitent, & inueri-
simile est, quod hodiè per Testes possit proba-
ri in re tam antiqua id, de quo Historici, qui
Tyrannorum vitam ex professo scripserunt nul-
lam fecerint mentionem; Et fuit consideratus
vltimus articulus, in quo articulatur, quod
DD. de Podio tentarunt vsurpare Iuspatrona-
tus Ecclesiæ S. Iuliæ, qui retorquetur, nam si
non potuerunt vsurpare dictam Ecclesiam, nec
credendum est aliam potuisse vsurpare, &
est irreleuans, quia hoc probato, non infertur
per necesse, quod vsurpauerint.

Et mouit etiam Dominos, quia non contro-
uertitur, quod ab anno 1522. citrà, & sic à
centum circiter annis ista familia fuerit exau-
13 thorata, * & pro maiori parte expulsa à Ciui-
tate, propter homicidium commissum in per-
sonam Vexilliferi illius Reipublicæ; Quarè vi-
sum fuit satis inuerisimile aliquid posse proba-
ri, quod releuet, quia probationes in omnem
euentum non possent fieri, nisi per famam, quę
satis elideretur ab omnibus supra ponderatis,
ac ex multis visitationibus, in quibus Domini
de Podio non solum receperunt Episcopos vi-
sitantes, & eorum Vicarios, sed etiam eorum
præceptis, & mandatis paruerunt, prout con-
uenti ad præstanda legata condemnati fuerunt
ab ordinario, & mandata contrà ipsos fuerunt
relaxata, sententiaque contrà Præsentatum ab
eis lata fuit de anno 1513. & ex alijs actibus
ponderatis in alijs *decisionibus*, qui clarè pro-
bant absquè vllo timore Ordinarium exercuis-
se suam Iurisdictionem in eodem, & ipsos obe-
dientiam præstitisse, nec retorqueatur poten-
tia ex occisione dicti Vexilliferi, quià notum
est magnos Principes nedum à Nobilibus, sed
etiam ab Infimis personis occisos fuisse; Vndè
per necesse excludi non potest, quod familia
sit ex illa potentia, vt maiores probationes fie-
ri debeant in probando Iurepatronatus, quàm
illæ, quæ de Iure communi requiruntur, licet
negari non possit, quod familia sit nobilissi-
ma, ità tamen vt in ea non cadat timor vsur-
pationis per supradicta.

Et sic resolutum non esse dandam remisso-
riam.

Præsens decisio fuit confirmata die 31. *Martij* &
28. *Maij* & 14. *Iunij sequentis*.

CALAGVRITANA PVRITATIS SANGVINIS.

Lunæ 8. Martij 1621.

ARGVMENTVM.

Statutum Ecclesiæ disponens, quod nemo habere possit in Collegiata Dignitatem, Præbendam, vel Canonicatum si non sit Christianus antiquus ex quatuor lateribus omninò purus sine macula & suspicione quomodo sit intelligendum, & quando non obstet.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatus de furto per sententiam, licèt efficiatur infamis, tamen si posteà probet se furtum non commisisse tollitur infamia.*

2 *Infamia facti contraria probatione bonæ famæ tollitur, & tunc de mala fama constare non dicitur & num. 9. ac 10.*

3 *Diffamatio facti purgatur contrario facto.*

4 Statutum Meleuitanum *disponens, quod non recipiantur in milites qui originem aliquam ab impuris nedùm probabilem, sed nedum auditum ex aliqua fama trahant quomodo intelligatur.*

5 *Dictio* aliqua *debet intelligi secundum subiectam materiam.*

6 *Macula videtur minor, quàm infamia facti.*

7 *Improperium Patris non infamat, lædit tamen opinionem filiorum apud bonos viros.*

8 *Macula vel suspicio impuritatis sanguinis tollitur per contrarias probationes, & numer. 10.*

11 *Confirmatio Statuti facta à Papa dat robur Statuto quoad Ius, non quoad factum.*

12 *Dictiones* prorsus, & omnino *licet habeant præcisam naturam recipiunt tamen congruam determinationem, & restrictionem secundum subiectam materiam, & dispositionem iuris num. 14. & 16.*

13 *Statutum Ecclesiæ disponens, quod in Collegiata nemo admittatur si non sit Christianus antiquus ex quattuor lateribus purus, & omnino sine macula, & suspicione hominis, est intelligendum quando non adest plena probatio in contrarium.*

15 *Dictione* prorsus *&* omnino *reiciunt tantum oppositiones friuolas, non autem releuantes.*

17 *Testis Inimicus non probat.*

18 *Quando Testis retractauit suam primam depositionem ita primum dictum remanet debilitatum, vt super eo sententia ferri minime possit.*

19 *Testes non bene informati non attenduntur.*

20 *Ratio Testis magis attenditur, quam dictum.*

21 *Testis dictum infringitur, si ratio per eum adducta non concludit.*

DECISIO MCCLXXIX.

IN *decisione coram Reuerendissimo D. meo Archiepiscopo Damasceno sub die 13. Nouembris 1619.* fuit resolutum non probari Franciscum esse impurum, sed quia in Ecclesia adest *statutum* disponens, quod nemo habere possit in Ecclesia Collegiata de Victoria dignitatem, vel Præbendam, vel aliquem Canonicatum, si non sit Christianus Antiquus ex quattuor Lateribus purus sine macula, & suspicione hominis, qui descendat ex Hæbreis, Hereticis, & Mauris in persona reconciliatis, & publicè punitis per Sanctam Inquisitionem; ideo in prædicta *decisione* fuit reseruatum videre, an probetur talis suspicio impuritatis, propter quam Francisco obstet dictum Statutum; & hodie per *me* proposito dubio in locum dicti *Reuerendissimi Damasceni*, ex quo fuit assumptus in Datarium *D. N. Gregorij XV.* suffectum, negotio bene discusso, negatiuè fuit resolutum, quia cum puritas Francisci sit plenè probata, vt in prædicta *decisione* fuit resolutum, cessat omnis macula, & suspicio, quæ posset opponi contra Franciscum ex probationibus factis per Capitulum *Castrens. in l. si furti num. 2. C. ex quibus caus. infam. irroget.* vbi quod condemnatus de
1 furto per sententiam licet efficiatur infamis, * attamen si postea probet se furtum non commisisse tollitur infamia, & quod infamia facti
2 contraria probatione tollatur * est *text. in c. cum in tua de sponsal. c. præsbiter c. si mala fama 2. q. 5. Gloss. in cap. 11. qui fidem v. contra præsumptionem de sponsal.* Purgatur enim diffama-
3 tio facti contrario facto * *Innoc. in c. Inquisitionis de accusat.* & in terminis similium Statutorum *Bald. in l. Diuus num. 1. vers. Quartum est argumentum ff. de milit. Testam.* vbi *Angel. n. 3. vers similiter si Statutum* idem *Bald. in l. qui accusare nu. 4. vers. 2. C. de eden.* & *in l. si Tutor petitus in fin. vers. item si Statutum C. de pericul. tutor.* & fuit latè deductum *coram me in causa Burgen. admissionis ad habitum 20. Decembris 1604.* vbi respondendo ad *Statutum Me-*
4 *leuitanum*, in quo disponitur, * vt non recipiantur in milites, qui originem aliquam ab impuris nedum probabilem, sed nedum auditam ex aliqua fama trahant, fuit dictum, quod illud Statutum erat intelligendum, quatenus puritas non esset in contrarium probata quia dictio *aliqua*, in qua vis consistebat erat
5 intelligenda secundum subiectam materiam, * per *cons. Decij 581. num. 2.* vt scilicet fama esset talis, quæ non tolleretur per contrariam famam probatam.

Neque obstat, quod Statutum requirit, quod admittendus sit sine macula, & suspicione, quæ quidem macula videtur minor, quam in-
6 famia facti * *Gloss. in l. fratres 27. in vers. infamia C. de Inoff. Testam.* per *Text. in l. ea, quæ, C. ex quibus caus. infamiam irroget* vbi quod im-
7 properium Patris non infamat, * lædit tamen opinionem filiorum apud bonos Viros, & suspicio, quam excludit Statutum procedit ex leuibus indicijs secundum *S. Thom. 22. quæst. 60. art. 3. in corp.* & est actus per quem in dubitationem trahimur *Bald. in rubr. num. 12. C. de probat.* & in *l. ea quidem numer. 3. C. de accusat.* Nam huic obiecto fuit responsum, quod ex probationibus Capituli non constat de aliqua mala fama impuritatis Francisci vt etiam infra demonstrabitur, vnde etiam si admitta-

mus

mus, quod ex illis probationibus per se sum-
ptis, aliqua macula, vel suspicio resultaret,
in hoc casu satis illa per contrarias tollitur
8 probationes,* quæ cum sint sufficientes ad tol-
lendam contrariam probationem per famam,
multo magis sufficiunt ad tollendam suspicio-
nem, & maculam, si qua fuit irrogata ex di-
cta probatione Capituli, vt in puncto dicit
Paris in conf. 64. num. 24 lib. 3 vbi quod sicuti
vna fama tollitur alia fama contraria, ita infa-
mia facti causata facto potest tolli alia bona
9 fama causata veritate facti, * & subdit cum
per plures Testes fortiter probatum fuerit de
bona fama, vita, & conuersatione, meritò per
istam veram probationem fuit sublata omnis
10 macula allegatæ infamiæ, * quod prius in
substantia dixit *Bald. in l. Sac. Sanctæ in fin. C. de
Episcopis, & Cleric.* vbi quod quādò mala fama
eliditur per contrariam bonam, de mala non
constat, & subdit, quod ista est veritas, & in *l.
fin. num. 15. ff. de ferys* dicet, quod ita seruatur
in practica, vndè si tollitur ex probatione con-
traria mala fama, quantò magis dicendum est
tolli suspicionem, si quæ orta fuit ex probatio-
nibus Capituli, cum probationes Francisci sint
sufficientes ad tollendas probationes contra-
rias ex fama, ita vt aliqua macula, vel suspicio
non remaneat per *Castrens. Bald. Paris, & alios
supra citatos.*

Neque etiam obstat, quod in hoc statuto ad-
sint verba, *quod admittendi carere debeant omni
macula, & suspicione, &c. prorsùs, & omninò*, quia
ista verba sunt in narratiua Statuti facta in
confirmatione Papæ, quæ dat robur Statuto,
11 quoad Ius, non quoad factum, * non autem
in ipso Statuto; quod solùm continet verba
prædicta, & in omnem casum illa dictio *omninò*
non obstat, quia etiam si habeat præcisam na-
12 turam * *c. qualiter in fine de Iudic.* recipit tamen
congruam determinationem, vt probatur ex
Textu in l. si quis in conscribendo C. de pact. vbi
habetur, quod pacta omninò obseruanda sunt,
& tamen ibi notant *DD.* quod illa dictio *om-
ninò*, seù *omnimodò* congruam recipit determi-
nationem à Iure communi *Dec.* ibidem *nu. 12.
Ias. num. 6. Goz. ad. num 4. Bald. in l. fin. num. 6. C.
de contrah. empt.* vbi allegat *text. in l. si stipulatus
sum damam, ff. de verb. oblig. Roland. conf. 61. n. 55.
vol. 2. & conf. 75. num. 21. vol. 3. Dec. consil. 536.
num. 4. vers. similiter.* & propterea statutum esset
intelligendum, quando non adesset plena pro-
13 batio in contrarium,* quia tunc admittendus
omninò carere deberet omni macula, ita vt si
adesset sola suspicio non esset admittendus,
quæ suspicio, & macula cessant, quandò puri-
tas fuit plenè probata *ex supradictis.*

Non potest fieri vis in dicta geminatione
verborum, *prorsùs*, & *omninò*, quæ videtur ex-
14 cludere omnem interpretationem * *Dec. in l.
fin. num. 1. C. qui testam. facer. poss.* vbi quod ille
text excludit omnem interpretationem, cum
vocatur verbis geminatis *prorsùs*, & *omninò
Bald. in tit. de pace Constantiæ in verbo Cassetis, &
irritetis*, vbi quod geminatio verborum sapit
præcisam coarctationem, quam refert *Præpos.
in c. Quoniam num. 2. 18. distinct. Corsettus de ver-
bis geminatis num. 31.* Nàm fuit responsum,
quod istæ dictiones, nihilominùs limitantur, &
restringuntur secundùm subiectam materiam,
& quatenùs ratio prohibitionis, siuè exclusio-
nis permittit *Præpos. loco cit. in fin.* sed nulla ra-
tio suadet, quod ista suspicio sit attendenda,
cum sit probata plenè, & concludenter puritas
ergò dictiones prædictæ non obstant, maximè
quia, istæ dictiones geminatæ reijciunt tantum
15 oppositiones friuolas, * secùs autem releuan-
tes, qualis est ista, quæ continent probationem
puritatis *Gloss. in d. c. quoniam in verb. excusatione*
& ibi *Geminian. vers. in Gloss. super verb. excusatio-
ne, & Præpositus num. 2. Archidiac. in l. lator nu. 4.
2. q. 7.* & cum istud statutum recipiat interpre-
tationem à Iure non videntur obstare istæ di-
ctiones geminatæ, & ideò non tollunt exceptio-
nes, quæ competunt ex interpretatione Statuti
16 iuxtà dispositionem Iuris * *Gemin. in d. c. quo-
niam in princ.* quem refert *Præpos. num. 2. Bartol.
in l. 1. §. parui num. 7. ff. quod vi, aut clam Bald. in
l. ità nobis num. 2.* & ibi *Salyc. C. ad l. Iul. de adult.
Abb in c. ex parte il 2. num. 1. de offic. deleg.*

Et quod prædictum Statutum non obstet eo
magis placuit DD. quia etiam si Franciscus
nihil probasset, nihilominùs secundum dictum
statutum Capitulum non probarent intentio-
nem suam; nititur enim de positionibus 13. Te-
stium, ad quos informantes pro Capitulo in
hac positione non restrinxerunt, qui nullius
sunt considerationis. Quintus est inimicus, &
odiosus ex causa colaphi sibi illati ab Auun-
17 culo Francisci, * pro quo fuit condemnatus,
& exiliatus, vt deponit 21. Testis, vt notatur in
decis. Domini mei Archiepiscopi. Quatuor ex dd.
Testibus videlicet 69. 75. 84. & 94. retractaue-
rūt suam depositionem, ex qua ita primum di-
ctum est debilitatum, vt super eo sentētia ferri
18 minimè possit * *Abb. in c. cum in sua num. 9.
vers. aut ex interuallo de Test. bus* Dec. *conf. 189.
num. 2. Cæsar. de Graff. dec. 3. de Testibus*, & fuit
dictum in causa *Firmana Altaris* 30. *Octobris*
1600. *coram bo. me. Francisco Penia*; Alij verò octo
Testes quicquid deponant errant in nomine
Proauiæ Francisci; quam Mariam appellant, cū
tamen vocaretur Catharina, vt probant 15.
Testes Francisci, vndè vel non sunt attenden-
19 di, quia non sunt benè informati * *Bald. in l. 3.
num. 41. C. de ædic. Diu. Adr. toll.* vel dum dicunt
Franciscum impurum ex vno latere, ex quo
Maria erat eius Proauia deficiunt in ratione,
20 quæ magis attenditur, quam dictum * *Abb.
conf. 105. num. 2. lib. 1.* ita vt si ratio non con-
21 cludit dictum infringitur * *Aymon. conf. 2. n. 4.*
& fuit dictum in causa *Toletana* Decimarum 20.
Iunij 1608. *coram bo. me. Cardinale Lancellotto
Iuniore*. Quare suspicio, quæ oritur ex dictis
Testibus, neq; est verisimilis, neque violenta, de
quibus est intelligendum Statutum, non autem
de temeraria, prout videtur esse ista, cum non
habeat subsistentiam ex depositionibus Testiū,
vt suprà relatum est *Rip. in l. admonendi num. 82.
vers. adde ff. si cert. pet. Ioannes Monsolonus in
promptuario diuini Iuris, & vtriusque humani
Pontificij, & Cæsarei in vers. suspicari de qua Ec-
clesiastici*. Tertio dicitur multos supplantauit

suspicio illorum, igitur meritò dicendum est, quod etiam si Franciscus non probasset suam puritatem (quam tamen plenè, & concludenter probauit) adhuc intentio Capituli ex depositionibus dictorum Testium nō esset probata.

Ex quibus conclusum Francisco non obstare Statutum.

Præsens decisio fuit confirmata die 18. Iunii sequentis.

ROMANA PALATII DE FERRATINIS.

Lunæ 8. Martij 1621.

ARGVMENTVM.

Venditio quando perfecta dicatur confessio Procuratoris constituti ad vendendum probat venditionem. Cætera patent ex summario.

SVMMARIVM.

1 *Venditio in qua interuenit consensus, res, & pretium est perfecta non obstantibus verbis* con li patti, e conditioni, che faremo d' accordo fra noi.

2 *Contractus venditionis est inualidus, quando illius substantia pendet ab vna tantum parte.*

3 *Confessio vnius ex contrahentibus licet non possit inducere venditionem, probat tamen venditionem iam factam.*

4 *Procurator constitutus ad vendendum non potest confiteri se iam vendidisse. Vide num.* 8.

5 *Procurator constitutus ad exigendum non potest confiteri se exegisse, & ratio adducitur num.* 7.

6 Dec. cons. 493. num. 11. & 12. *in quibus terminis loquatur.*

8 *Ex confessione Procuratoris constituti ad vendendum probatur venditionem factam fuisse.*

9 *Ad probandam veritatem huiusmodi confessionis Procuratoris admittuntur coniecturæ, & præsumptiones.*

10 *Confessio circa negotium proprium confitenti preindicat.*

11 *Tempus intra quod debet fieri depositum ex pretio rei venditæ non incipit currere, nisi à die venditionis.*

12 *Si Procurator rem alienam nomine proprio vendit committit delictum.*

DECISIO MCCLXXX.

NObiles fratres de Ferratinis assignatunt D. Fuluio fratri vsumfructum bonorum Vrbis cum onere soluendi sc. 30. m. pro extinctione debitorum, & ad hunc effectum ei dederunt facultatem bona vendendi, & oppignorandi, ac distrahendi, vigore huius facultatis sub die 31. Decembris 1613. Dominus Fuluius confecit Apocam, quæ sic se habet. *Dichiaro esser la verità, che nell' Infrascritto giorno, & in presenza dell' Illustrissimo Signor Cardinal Borghese, hò venduto à Monsignor Viues il Palazzo chiamato Ferratino, &c. per prezzo di scudi* 14500. *di moneta con li patti, conditioni, cautele, e sicurezze che faremo d'accordo frà noi, e secondo si conterrà nell' Instromento, & altri spacci, che sopra ciò saranno necessary & vtili che à suo tempo*
1 *si spediranno.* * Stante huiusmodi Apoca fuit resolutum *coram Reuerendissimo Domino Archiepiscopo Damasceno* 15. *Decembris* 1614. & 6. *Iunij* 1618. venditionem fuisse perfectam, cum interuenerit consensus res, & pretium, nec repugnare verba illa *con li patti, e conditioni*, &c. quia respiciunt accidentalia contractus, quæ possunt reseruari ad arbitrium partium, non autē percutiunt consensū: Nec minus verba illa de Instrumento conficiendo, cum non fuerit dictū, quod contractus aliàs non valeat: Cumq; d. Reuerendiss. Archiepiscopus fuerit assumptus ad nobile Datariatus Officium, & propterea non possit propter occupationes incumbere officio Rotæ; Ego in illius locum subrogatus, iterum dubitaui, an sit recedendum à prædictis *decisionibus* in eo, quod contractus sit perfectus, vt firmatur in vltima *dec.* & negatiua sententia placuit Dominis ex rationibus, quæ optimè in prætitatis *decisionibus* exornatur, quia in contrarium adducta non obstant.

Non quidem primum, quod substantia venditionis non poterat peudere à solo R.P.D. Viues, prout in hoc casu pendebat, cum D. Fuluius fassus fuerit se vendidisse, quæ confessio non nocebat Domino Viues, sed Fuluio, & ideo cum substantia venditionis ab ipso Domino Viues penderet, contractus fuit inuali-
2 dus * *l. in vendentis* vbi *Bald. in princ. & alij C. de contrah. empt. Castr. in l. Centesimis* §. 1. *numer.* 2. *ff. de verb. obligat. Soccin. Iun conf.* 41. *numer.* 13. *lib.* 3. *Surd. conf.* 136. *numer.* 23. Nam fuit responsum, quod ista apoca non continet venditionem, sed confessionem de venditione iam facta, & fuit facta, non ad inducendam venditionem, sed ad probandam venditionem perfectè factā, & cum fuerit consignata D. Viues, & producta, non ad inducendam venditionem, sed ad probandam venditionem iam factam, negari non potest, quin ista sit optima probatio, cū colligatur ex confessione partis, & licèt ea sola nō possit inducere venditionē, probat tamē venditionē
3 iam factā * *Castellionus conf.* 7. *n.* 11. *& seqq. vers. & si quis diceret*, vbi plura affert exempla *Iason. in l* §. *fin. numer.* 20. *ff. si cert. petat.* Vnde in contrarium adducta non applicantur, procederent enim si ageretur de venditione inducenda absque probatione acceptationis Domini Viues.

Neque secundū quod enim D. Fuluius fuerit
4 constitutus Procurator ad vendendum, * non poterat confiteri se iam fecisse venditionem sicuti Procurator constitutus ad exigendum nō
5 potest confiteri se exegisse * *Oldr. conf.* 126. *nu.* 9. latè *Card. Mantic. de Tacit. & ambig. convent lib.* 7. *tit.* 15. *numer.* 16. & in terminis videtur bonum *Consilium Decy* 493. *numer.* 11. & 12. vbi Procurator erat constitutus ad negotiandum, ergo non ad confitendum, quià sunt inter se diuersa;

quià

quia fuit huic morino responsum non esse cu-
6 randum de *Consilio Decij*,* nam loquitur in casu, quo Procurator constitutus ad negotiandum fassus fuerit debita sui principalis antè constitutum mandatum, vt videre est ibidem *nu.* 10. & in terminis longè diuersis; Et ad punctum principale, quod Procurator constitutus ad exigendum non potest fateri se exegisse, responsum fuit hanc conclusionem non appli-
7 cari. Ratio enim illius est, quia D. Constituens Procuratorem ad exigendum, vel recipiendam pæcuniam mutuo intelligitur de exactione vel mutuo naturali, sed confessio non probat exactionem, vel mutuum naturaliter, sed tantum ciuiliter, cui natura non cooperatur, nisi probetur numeratio, ergò talis Procurator non obligat Dominum, quià ad hoc non habuit mandatum, ità *Bartol. in l. 2. §. fin. numer. 6.* vbi *Ias. numer. 2. Alex. num. 8. ff. si cert. pet.* secus autem est in casu, de quo agitur, quià non agitur, quod Dominus teneatur restituere mutuum, aut quod non possit exigere debitum, sed agitur, an ex ista confessione facta tempore non suspecto probetur contractus iam per-
8 fectus, & omnis æquitas suadet, quod sic,* cum agatur solum ex confessione de probanda venditione facta absque aliquo præiudicio Domini, qui cum voluerit rem vendi, prætium est sibi saluum. Vlterius fuit responsum, quod obiectum de Procuratore non procedit, quàdo cōstat de solutione facta Procuratori, vt dictum est; Hic autem ex tractatibus, & ex tenore apocæ apparet ipsam continere veritatem circà venditionem factam, vndè cessat obiectum, quià ad hunc effectum admittuntur etiā
9 præsumptiones, & coniecturæ * *Rot. dec. 496. p. 1. Surd. dec. 325. numer. 5. 6. cum seqq.* Tandem fuit consideratum, quod hic non sumus in simplici mandato, sed in mandato dato occasione transactionis, & facultas vendendi contenta in mandato erat sequela transactionis; Vndè videtur sufficere, quod D. Fuluius adimpleat contenta in transactione; In reliquis verò videtur a. erc vigore dictæ transactionis negocium proprium, vndè illa confessio sibi
10 præiudicat * *l. Lucius §. Tutelæ ff. de admuistr. Tutor. Bald. cons. 131. num. 1. vers. & confessio eius lib. 3. Ias. l. 2. §. fin. numer. 20. vers. sed huic fundamento ff. si cert. petat.*

Minus etiam obstat tertium, quod cum D. Fuluius promiserit deponere scut. 16. m. intrà sex menses expirauerat mandatum de tempore confessionis, cum dictam summam minimè deposuisset; Fuit enim responsum, facultatem vendendi fuisse liberam, nec continere aliquam conditionem, & quamuis DD. Fuluius, & Fabritius promiserint deponere infrà sex menses sc. 16. m. in Monte Pietatis ad effectum soluendi quædam debita, tamen hoc tempus datum ad faciendum d. depositum, nihil habet commune cum facultate vendendi Palatium: Stant enim simul, quod tenerentur facere dictum depositum, & quod facultas vendendi esset libera, cum depositum potuerit aliundè fieri, quod satis patet, quià obligatio deponendi erat cōmunis cum Fabritio, facultas autem vendendi soli Fuluio erat concessa, & veritas est, quod illud tempus deponendi, si debebat fieri depositum ex prætio Palatij non incipiebat currere,
11 nisi à die venditionis * *l. alij ff. de Iure dot.* vbi dicitur idem esse, si dicatur ad sex menses proximos, quia si depositum erat faciendum ex prætio Palatij vtiquè ante venditionem prætium esse minimè poterat vt notant *Bald.* & *Albericus in dicta l.*

Deniquè non obstat vltimum, quod Procurator censeatur vendidisse nomine proprio, cū non expresserit procuratorio nomine, quia contrarium est verius, maximè cum aliàs in-
12 duceretur delictum * *Bart. & Glos. in l. qui [illegible] d altena ff. de itinere actuquè priuat.* Idem *B[illegible] in quæst. 5. numer. 5. in fin. Soccin. in regula mihi [illegible] mandatum habens ad aliquid emendum Alciat. regul. 2. præsumptione 24. numer. 5. 9. & seq.*

Ex quibus resolutum standum esse in decisis.

Præsens decisio fuit confirmata die 5. Iuly ac 5. Nouembris seq.

LICIEN. DOMVS.

Mercurij 10. Martij 1621.

ARGVMENTVM.

Sententia lata sub citatione nimis vaga an substineatur.

SVMMARIVM.

1 *Citatio ad sententiam facta ad primam diem, & in anteà cum continuatione vti nimis vaga vitiatur.*
2 *Citatio nimis vaga substinetur per tres, vel quatuor dies sequentes.*
3 *Sentētia lata post quatuor dies à die citationis executa pro prima die cum continuatione, substinetur maximè quandò concurrit fumus styli.*
4 *Testium examen est nullum, si fuerunt examinati à Notario, qui etiam rece. it iuramenta.*
5 *Nullitatem allegans tenetur illam probare.*
6 *Testes præsumuntur examinati coram Iudice, coram quo fuerunt citati ad comparendum, & deponendum.*

DECISIO MCCLXXXI.

CVm hæc causa fuisset proposita *die 26. Aprilis 1619. coram bo. me. Andrea*, duæ fuerunt excitatæ nullitates; altera contra sententiam; altera vero contrà examen Testium, quas nullitates non obstare hodiè fuit resolutum, reseruato, vt particulariter de iustitia sententiæ videretur: Et quantum attinet ad sententiam opponebatur, quod citatio erat nimis vaga, cum fuerit facta ad primā diem, & in anteà cum cō-
1 tinuatione &c.* & propterea vitiatur *Put. dec. 252. lib. 1. in nou. Cresc. dec. 10. de dolo & contum. Verall. dec. 108. par. 1.* Attamen cum hæc conclu-

lio

sio soleat limitari, vt sustineatur citatio per
2 tres, vel quatuor dies sequentes * *Rot.dec.311. part.1.Cesar de Grass.dec.9.nu.6. de re Iudic.Rot. dec.307.numer.9.part.1. in recent.* cum post executam citationem die 9.Februarij 1617. sententia fuerit lata die 14. eiusdem, visum fuit
3 Dominis posse sustineri, * coquè magis, quia dabatur magnus fumus styli illarum partium.

Quo verò ad nullitatem ex defectu examinis Testium deducebatur ex eo, quod Testes fuerunt examinati à Notario, qui etiam recepit
4 iuramenta, quod non licet * *Bartol.in l. admonendi numer.42.ff.de iur. Iur.Gemin.cons.38.nu.8.* sed ista nullitas non probatur, quià de istis in actis non apparet, & qui nullitatem allegat, il-
5 lam probare tenetur * *Cresc. dec.2.de praesumpt. Rot.dec.611.numer.4. part.1.in recent.* immò potiùs constat de contrario, quia citationes contra Testes fuerunt factae in haec verba: *Ad personaliter comparendum coram nobis, & deponen-*
6 *dum Testimonium veritatis &c.* * Vndè praesumendum est, quod in executione d. citationis Testes comparuerint, & fuerint examinati coram ipso Iudice; In dubio enim semper pro validitate actus praesumitur *l.quoties ff. de reb.dub. Crescent.d.dec.2.*

MEDIOLANEN. BONORVM.

Mercurij 10. Martij 1621.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Possessio turbatiua, & quae dedit causam liti non est manutenibilis.*
2 *Possessio Defuncti non continuatur in haeredem absque noua apprehensione.*

DECISIO MCCLXXXII.

VT praesupponitur Chiringhellus vendidit Laurae, & Elisabethae matri, & filiae de anno 1580.& 1591.30.perticas Ronchi seu Vineae de qua agitur cum Clausula *constituti*, & locatione facta ipsi Ghiringhello locatori; obijt dictus Ghiringhellus de anno 1591. relicta Vxore Daria, cui per Christophorum filium Ghiringhelli assignata fuit ista vinea pro sua dote; Hodiè Romanus d.Dariae filius petit in possessione istius Vineae manutentionem, quam non esse denegandam Domini censuerunt, quià probat possessionē ex Testibus ab anno 1599. vsquè ad annum 1603. & cum regula sit, quod semel possessor, semper praesumitur possessor, ei non potest denegari manutentio §.*hodiè inst.de Interd.*

Non obstat, quod hic probatur ex Testibus Paulum Antonium Florentiam recepisse pos-
1 sessionem de anno 1603. quià illa possessio fuit turbatiua, & dedit causam liti, * nec est habenda in consideratione tanquam posterior *Bartol.in l.1.§.vltimo nu.18.ff.vti possid. Menoch. de retin.remed.3.numer.557.*

Minùs obstat possessio vigore *constituti*, quià quicquid sit de illo contractu, constitutum est ad fauorem Laurae, & ideò prodesse non potest Paulo Antonio Florentiae filio Laurae, cum secundum opinionem, quam Rota seruat, possessio defuncti non continuetur in haeredem
2 absquè noua apprehensione * quam dicit communem *Alex.cons.37.num.5.post.med.vers.saltem in casu nostro lib.1.* & fuit dictum in causa *Spoletana census 27 Ianuarij 1613.coram bo.me.Cardina e Lancellotto.*

ARIMINEN. BONORVM.

Lunae 15. Martij 1621.

ARGVMENTVM.

Licèt immissus in Saluiano non possit deuenire ad subhastationem absque commissione; tamen secus est quandò concurrit consensus possessoris. Deliberatio etiam absque pecunia facta valet dum creditor se satisfactum vocauit. Creditor an in pignore admittatur ad licitandum.

SVMMARIVM.

1 *Pro restitutione dotis mulier potest agere contra Bona per maritum in tali casu sub forma Camerae obligata.*
2 *Immissus in Saluiano nō potest deuenire ad subhastationem absque commissione.limita numer.3.*
4 *Deliberatio de iure est facienda praesente pecunia.*
5 *Sufficit tamen si creditor vocet se satisfactum.*
6 *Creditor in pignore iudiciali admittitur ad licitandum alio emptore non existente, vel dignum pretium non offerente.*
7 *Secus autem in pignore conuentionali.*
8 *Iudex cessante metu, & fraude potest vendere pignus creditori.*

DECISIO MCCLXXXIII.

FVit resolutum constare de bono Iure Dominorum de Ricciardellis, & sic standum esse in d.visis 11.*Martij superioris anni coram Reuerendissimo D. meo Archiepiscopo Damasceno.* Nam ex Instrumento celebrato de anno 1579. constat dotem Lucretiae fuisse scut. 4500. auri in auro, pro cuius restitutione maritus obligauit omnia sua bona in forma Camerae, Vndè meritò cum venerit casus restitutionis dotis, potuit agi contrà praedium Sancti Paterniani,
1 quod fuit in bonis mariti * *l. creditoris ff. de distract.*

ftrall.pignor.l.qui generaliter ff.qui pot.in pig. hab. Non obstat, quod Lucretia fuerit immissa vigore Saluiani, & ideò non potuit deueniri ad
2 subhastationẽ absque speciali Commissione, * vt est notum, & dicit *Seraphin.dec.*1100. Quià licet hodiè controuerti non possit, actum fuisse vigore Saluiani, cum sit productus Libellus, tamen cum antè immissionem Lucretiæ vigore Saluiani Paulus, & Pompeus de Tingolis possiderent prædium, de quo agitur, * & illud
3 cesserit Lucretiæ ad effectum subhastandi pro suo credito, & vigore dicti consensus per Gubernatorem Ariminen.fuerit deuentum ad subhastationem, & deliberatum Matthæo plus offerenti, cessat omnis amaritudo.

Neque etiam obstat, quod deliberatio non fuerit facta præsente pœcunia, prout de Iure requiritur * *l.à Diuo Pio* §. *& si emptor. ff. de re*
4 *Iudic.* Quia cum Lucretia creditrix vocauerit se satisfactam, hoc sufficit, quia verbum *pecu-*
5 *nia* est latum, vt fuit consideratum in causa *Romana Vineæ* 18.*Maij* 1601. *coram Sanctissimo D.N.* & fuit resolutum in alijs *decisionibus*, quæ referuntur in vltima *decisione*; Neqnè probatur, quod Matthæus fuerit persona supposita; hoc enim per necesse non sequitur, ex quo cessit ad fauorem Lucretiæ; Vltrà quod Creditor in pignore Iudiciali admittitur ad licitandum alio
6 emptore non existente, * vel dignum prætium non offerente *l.2.C.si in causa iudic.* vbi *Odofred. & Bald.in fin.* Et si diceretur, quod stante prędicto consensu istud erat potius pignus conuentionale, in quo non admittitur Creditor *
7 *l. & qui sub imagine C. de distract. pign.* tamen quicquid sit de hoc,fuit dictum, quod in eodẽ *textu* habetur in *verſ. sanè si debitore &c.* quod debitor cessante fraude, & metu, potest vendere Creditori, Vndè etiam hoc potest facere
8 Iudex cessante omni fraude * ad *text.in l. ob causam C.de euiction.*

Et cessat omnis difficultas ex transactione postea facta, in qua fuerunt remissa scut. 100. Dominæ Hortensiæ, & marito, qui promisit residuum soluere Ricciardellis, & quicquid dicatur,transactio comprehendit istam causam, vt patet ex ipsius lectura, & ex alijs adductis pro iustificatione.

Ex quibus Domini steterunt in decisis.

Præsens decisio fuit reuocata die 4.Martij 1622.

BVRGEN. PRAEHEMINENTIARVM.

Lunæ 15. Martij 1621.

ARGVMENTVM.

Maior pars præiudicat minori.

SVMMARIVM.

1 *Maior pars præiudicat minori, quoties agitur de re spectanto ad Ecclesiam, si actus est vtilis eidem Ecclesiæ.*

2 *Maior pars nocet minori in transactione facta super re dubia, etiam quod agatur de iure singulorum.*

3 *Transactio facta à maiori parte præsumitur vtilis.*

DECISIO MCCLXXXIV.

IVlius II. & Leo X. Summi Pontifices, plures suppressiones Præbendarum fecerunt, illasque mensæ Capitulari Burgen. applicarunt, & Canonici, & alij exclusis Dimidijs Portionarijs inter se diuiserunt vsque ad annum 1551. quo lis incepit. Cumque de anno 1553. Ordinarius Conchen, pronuntiasset dictos Dimidios Portionarios participare debere, causa appellationis introducta fuit in Rota, eaque pendẽte, fuit factum compromissum, & indè latum laudum, in quo placuit, quod singulis Dimidiis Portionariis augeretur antiqua distributio videlicet ad tertiam, & sextam ad assem; Ad missam Maiorem, nonam, vesperas, & completorium, ad marapetinum, ità vt pro quolibet dietim quinq;marapetini augerentur; Ad matutinum autem Natiuitatis ad duo Regalia; Ad matutinum vero Resurrectionis, Pentecostis, Corporis Christi, Assumptionis, Natiuitatis, & Visitationis Beatæ Mariæ; nec non & omnium Sanctorum ad rationem duorum regalium: Item ad quatuor Litanias, & ad processionem S. Pauli ad rationem vnius regalis, & pro seruitio Altaris ad duo regalia pro qualibet hæbdomada, vnum scilicet in Euangelio, & aliud in Epistola; & deferenti Crucem diebus Dominicis, Pascatis, & diebus sex Capparum tres quarti super alio quarto, quod erit vnum Regale, item in matutinis totius anni fuerunt additi sex ducati, & ad Missam Beatæ Mariæ in Sabbatho quatuor marapetini pro quolibet. Ad horas Beatæ Mariæ 2000. marapetini qnolibet anno, & tandem cum nec partes acquiescerent huic laudo, & proptereà super eo in Rota fuerit actum de anno 1574. facta fuit transactio, in qua prædictum Laudum fuit acceptatum, contradicente Petro de Zunica, & cum vltimo, nec partes dictæ transactioni acquiescerent, causa commissa in Rota approbata fuit dicta transactio, & cum sententia transitum fecerit in Iudicatum, mihique commissa fuisset causa restitutionis in integrum: Dubitaui, an costaret de læsione, ex quo fuit facta transactio, vt prætendebatur, postquam sententia Ordinarij Conchen transitum fecerat in iudicatum, & *Rota die* 3. *Iunij* 1605. *&* 13. *Martij* 1608. *&* 16. *Nouembris* 1609.resoluit motiuum non obstare, quia nullitates oppositæ contra sententiam videbantur consideratione dignæ, ita vt si non suffragaretur commissio causæ appellationis, cum illa non fuerit interposita in tempore, suffragabatur causa nullitatis æquè principaliter commissa, & cum vlterius prætendebatur,quod contradictio d. Petri de Zunica suffragaretur, Rota contrarium censuit, quia maior pars præiudicat minori, quando agitur de re

de re spectante ad Ecclesiam, si actus est vtilis
1 Ecclesiæ, * vt fuit firmatum 14. *Ianuarij* 1611. & die 3. Iunij 1613. fuit cæptum disputari in specie circa læsionem Ecclesiæ, quæ ex eo prætendebatur, quia ex verbis suppressionum Dimidii Portionatii deberent participare, & cum hinc indè emanassent *decisiones* Domini persisterunt in sententia, quod non deberent participare, vt abundè fuit ostensum in *decisionibus*, & præsertim in *decisione facta* 5. *Nouembris* 1618., & cum adhuc Dimidii non acquiescerent prætendentes, quod antè dictam suppressionem *Iulij & Leonis* participarent de mensa Capitulari inspecto effectu dixerunt (quicquid dicendum sit, an antè participassent de mensa Capituli) non ideò sequitur Summos Pontifices voluisse illos participare de suppressionibus, de quibus agitur, immò contrarium expresse apparere ex lectura suppressionum fideliter relata in prædicta *decisione sub die* 5. *Nouembris* 1618. quæ placuit Dominis.

Non obstat, quod aliquandò Rota variauerit circa interpretationem dictarum suppressionum, quia nihilominus resedit in opinione, quod Dimidii Portionarii non possent vti beneficio dd. suppressionum, & in omnem euentum sufficit, quod materia esset dubia, ità vt recessus à lite factus à maiori parte noceret minori, etiam quod agatur de Iure singu-
2 larium *Fely. in c. cum omnes ante num.* 16. *in* 4. *fallentia de constit.* vbi etiam *Butr. num.* 13. *vers. fallit fauore dirimendarum litium Bero. num.* 68. *vers.* 5. *limitatur*, quæ sententia eo magis placuit, quià transactio præsumitur vtilis, cum
3 fuerit facta à maiori parte, * *ex allegatis in hac causa* 14. *Ianuarij* 1611.

Ex quibus fuit resolutum nihil opponi quod releuet cum *decisiones* claræ sint super eo, quod suppressiones non comprehendant fauorem Dimidiorum: Nec officere si dicatur, quod dimidii antè participarent de mensa, cum non propterea fiat, Summos Pontifices voluisse participare de istis suppressionibus, & sic non constare de causis restitutionis in integrum.

PERVSINA FIDEICOMMISSI DE ALPHANIS.

Mercurij 17. *Martij* 1621.

ARGVMENTVM.

Dos an & quando succedat loco legitimæ, & quid in vtroque casu resultet.

SVMMARIVM.

1 *Vigore* Statuti Perusini *dos succedit loco legitima, & numero* 8.
De legitima dos est detrahenda, quando dos succedit loco legitima num. 1.
2 *Dos succedit loco legitima, quotiescumque Statutum excludit fœminas ab intestato ab hereditate Patris, Matris, & aliorum ascendentium si erunt dotata, & numero* 8.
3 *Quandò dos succedit loco legitima, tunc cessante dote est praseruata fœmina successio ab intestato.*
4 *Legitima à causa intestati initium sumit, & ab ea regulatur.*
5 *Dos de Iure regulariter succedit loco legitima.*
6 *Statutum mandans filiam esse contentam de dote sibi relicta censetur minuere quantitatem legitima, quod facere potest.*
7 *Dos non succedit loco legitima, quando Statutum excludit fœminas propter masculos, & mondat dotari.*
Nec tunc fœmina potest succedere ab intestato, sed solum potest agere ad dotem numero 7.
9 *Fœmina faciunt partem, vel non faciunt, prout magis proficuum erit masculis.*
10 *Declara procedere quando dos non succedit loco legitima, secusè conuerso.*

DECISIO MCCLXXXV.

Dubium originale in hac causa fuit, an dotes filiarum Testatoris essent detrahendæ ex legitima, vel ex tota hæreditate, tanquam æs alienum Testatoris, & cum fuerit resolutum *coram Sanctissimo D. N.* 15. *Iunij* 1612. dotes esse detrahendas ex legitima, eadem sententia etiam hodiè placuit Dominis, quia cum vigo-
1 re *Statuti Perusini* dos succedat loco legitimæ, * de ipsa legitima dos est detrahenda, vt est cōmunis opinio *Angel. in l. plane* 34. §. *duobus num.* 4. *Aretiu. col.* 2. *vers. & est subtilis quæstio ff. de legat* 1. *Corn. cons.* 197. *num.* 12. vbi de cōmuni *lib.* 1. *Curt. Sen. cons.* 5. præsertim *num.* 3. & omnes hanc sententiam admittere dicit *Cephalus cōns.* 245. post *num.* 33. *vers.* 5. *lib.* 2. *Thesaur. dec.* 159. *num.* 6. vbi etiam de communi *Ludouicus Morotius cons.* 23. *num.* 24.

Quod autem vigore Statuti dos succedat loco legitimæ, satis patet, quia Statutum excludit fœminas ab intestato ab hæreditate, patris,
2 Matris, & aliorum ascendentium, * si erunt dotatæ, quo casu cessante dote, non adest difficultas, quod eis est præseruata successio ab
3 intestato, * quarè eis est debita legitima, quę est portio portionis debitæ ab intestato *Auth. nouissima C. de inoff. Testam.* à causa enim Intestati initium sumit, & ab ea regulatur, * *Gloss. in l. Papinianus* §. *Vndè si quis verbo deberetur ff. de inoff. Testam. Soc. Iun. cons* 67. *n.* 61. *vol.* 2. Ergo fit, quod dos succedat loco legitimæ, quia de Iure regulariter. dos succedit loco legitimæ *l. Quoniam nouella C. de Inoffic. Testam. Ias. in auth. nouissima num.* 60. *C. eod. tit. Rip. in l.* 1. *num.* 64. *ff. solut. matrim. Afflict. dec.* 111. *num.* 10. *vers. et per hoc Alciat. de prasump. Reg.* 1. *prasumpt.* 26. *num.* 4. *Cephal. cons.* 280. *num.* 11. *vol.* 2. Nec est facienda vis, quod dos non sit vsque ad quantitatem portionis debitæ ab intestato, quia (quicquid sit in hac facti specie) in iure est conclusio, quod si colligi potest Statutum velle filiam esse contentam

dote

6 dote sibi relicta, * censetur minuere quantitatem legitimę, quod facere potest, *Rot. dec. 1. num. 4. de consuet. in nou. Crass. in §. fæmina q. 42.* vel filia posset petere supplementum ex *alleg. per Crass. d. §. legitima q. 3. num. 6. vsque ad 8.* secus tamen esset, si Statutum excluderet fæ-
7 minas propter masculos, & mandaret dotari, * quia tunc non est permissa successio ab intestato, sed potest agere ad dotem, vnde illa dos non succedit loco legitimæ, quià non habet successionem ab intestato ex supradictis: Hæc distinctio est *Castrens. in l. Titio centum §. Titi genero num. 8. vers. ego plures ff. de cond. et demonstr.* & in *cons. 275. num. 2. lib. 1. et cons. vltimo lib. 2. num. 4. vers. super tertio et vltimo* quem sequitur *Soccin. Sen. in cons. 75. num. 8. vsque ad fin. lib. 3.* vbi latissimè comprobat hanc distinctionem, eandem differentiam constituit *Cuman. in cons. 35. num. 2. vers. in contrarium Corn. cons. 199. num. 2. vers. tamen hic minimè lib. 3. Alex. cons. 13. num. 12. lib. 3. & cons. 152. num. 8. & seq lib. 5. Paris cons. 25. num. 39. lib. 2. & cons. 53. num. 76. lib. 3. Ruin. cons. 152. num. 7. lib. 5. Bero cons. 138. num. 12. et seq. lib. 2. Gabr. cons. 11. num 4. et seq. lib. 1. Ioseph. de sesse decis. Aragonen 26. num. 60. antè fin. vers. sicut in Statuto, et num 61. p. 1. Ludouic. Morot. cons. 23. num. 2.* latissimè *Peregrin. de fideicom. art. 38 à num. 21.* & alios moderniores allegat *Alex. Galuanus cons. 31. num. 12.* & hanc sententiam tenuit pluries Rota, & vltra *decisiones allegatas in prima decisione in causa Albanen. legitimæ 22. Maij 1579. coram recol. mem. Laurentio Cardinale Blanchetto* & in *Callien. dotis 11. Decembris 1598. et 24. Maij 1599. coram bo. me. Orano, et in Perusina dotis 10. Maij 1602. corā Illustris. Domino meo Cardin. Millino.*

Non obstat, quod statutum disponat per hæc verba; *Si qua mulier nata, vel nascitura fuerit, vel erit dotata*; Nam. & si statutum disponat de natis, & nasciturus, & de dotatis, & dotandis nō propterea sequitur, quod sint simpliciter exclusæ ab intestato, quo casu, vt dictum est, dos non succedit loco legitimæ, sed ex lectura statuti manifestè patet non esse exclusas
8 ab intestato * nisi sint dotatæ, vel nisi parentes & alij ascendentes dotauerint, et sic semper intrat ratio prædicta; quod cum non sint simpliciter exclusæ ab intestato, sed sub conditione dotis, dos succedit loco legitimæ.

Neque facit ad punctum, quod fœminæ faciunt partem, vel non faciunt, prout magis
9 proficuum est masculis, * quia ista conclusio non procedit, quando dos succedit loco legiti-
10 mæ, tunc enim indubitatum est, dotem debere detrahi ex legitima, vt dicunt *DD. in principio allegati*, si verò non succedit loco legitimę, fœminæ computantur in numero ad augendam legitimam si prosit masculis, alias secus *Rubeus Alexand. cons. 122. numer. 3. Socc. Sen. cons. 84. numer. 9. lib. 1.* vbi de magis communi *Brun. de stat. art. 13. quest. 3. numer. 45. & 46. Ludouic Morot. cons. 23. n. 23.* sed iste non est casus noster, quia vt supra probatum est, dos succedit loco legitimæ, & ideo ex legitima est detrahenda. Et ita conclusum, &c.

Pars III.

ALCVLANA BONORVM.

Lunæ 22. Martij 1621.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Laudum habet executionem paratam, dum compromissum fuit factum cum obligatione Camerali.*

DECISIO MCCLXXXVI.

Dubitaui, an constet de credito Equitis Ianuarij contra D. Guidum de Guiderochis, ita vt sit ad eius fauorem relaxandum mandatum contra DD. Tulliam, & Portiam tanquam debitrices Guidi. Quantum attinet ad primam partem dubij, Domini resoluerunt constare de credito Equitis ex laudo dato per bo. mem. Cardinalem S. Eusebij præuio compromisso in eum facto, & hoc quidem creditum ascendit in vna partita ad *florenos* 185. in alia ad *florenos* 4500. in alia *ad florenos* 1500. in quarta partita ad *florenos* 3534. in quinta vero ad *florenos* 510. & tandem dictus Guidus tenetur liberare Equitem ab obligatione ad fauorem Christophori pro *sc.* 300. vt legitur in dicto
1 Laudo, quod habet exequutionem paratam, * cum compromissum factum fuerit cum obligatione Camerali vt fuit resolutum in causa *Romana exequutionis Laudi 27. Octobris 1584. coram bo. mem. Cardinale Pamphilio.*

Quantum attinet ad secundam partem dubij erit videndum, An dictæ mulieres sint debitrices debitoris, præsupposita *decisione facta in hac causa coram Reuerendiss. D. meo Archiepiscopo Damasceno*, & quomodo contra illas procedi possit executiuè, dum quæritur, An sit relaxandum mandatum.

Et ita conclusum.

ROMANA DEVOLVTIONIS DOMVS.

Lunæ 29. Martij 1621.

ARGVMENTVM.

Vtilitas Ecclesiæ in locatione quando excludatur. Quando solitum in concessione rei Ecclesiæ fuit alteratum an, & pro quo qua parte teneat locatio.

SVMMARIVM.

1 *Locatio, quæ non cedit in euidentem vtilitatem Ecclesiæ non substinetur.*

2 *Locatio vt dicatur cedere in euidentem vtilitatem Ecclesiæ non sufficit vtilitas, sed debet esse euidens.*

3 *Vtilitas euidens Ecclesiæ deficit dum longè plus percipitur ex re locata, quàm ex canone. Ampl. numer. 5.*

4 *Si domus ab Ecclesia locata fuisset ruinosa verisimile est, quod id fuisset expressum in Instrumento locationis.*

6 *Locatio rei Ecclesiæ solitæ locari non tenet, dum solitum fuit alteratum.*

7 *Declara procedere, quando alteratio soliti versatur circa substantialia, alias secus, sed hæc declaratio reprobatur num. 8.*

9 *Alteratio locationis rei Ecclesiæ facta vltra solitum vitiatur sed non vitiat; hæc tamen opinio est brocardica, & quatenus sit vera, habet locum in materia diuidua, secus autem in indiuidua.*

DECISIO MCCLXXXVII.

Domini etiam admisso, quod ex domo, de qua agitur perciperentur annuatim solum scut. 90. adhuc censuerunt locationem non cedere in euidentem vtilitatem Ecclesiæ, & sic
1 non substineri * ex deductis in vltima decisione. Ad hunc enim effectum non sufficit vtilitas,
2 sed debet esse euidens, * vt in *extrauag. ambitiosæ de reb. Eccles. non alienan.* ibi *Tunc in euidenti vtilitate, &c. clara, indubitata Barbat. conf.* 40. *in princ. lib. 1. Corn. conf.* 244. *numer.* 3. *lib.* 2. *Bald. conf.* 156. *circa med. vers. præterea lib.* 1. *Rot. dec.* 582. *in princ. part.* 1. & *dec.* 65. *numer.* 19. *part.* 2. vbi quod in dubio non sustinetur, & *dec.* 178. *numer.* 10. *ead. par.* Et fuit dictum in causa *Romana Inualiditatis Census* 24. *Maij* 1591. *coram bo. mem. Cardinali Pamphilio*, & meminit *Honded. cons.* 31. *numer.* 20. *lib.* 2. quæ euidens vtilitas non adest in hoc casu, cum soluantur *sc.* 33. pro canone, & sic longè
3 plus percipitur ex domo, quàm ex canone, * etiam habita ratione ad diminutionem sextæ partis, quæ fit ex locatione perpetua, nec non ad melioramenta, & solutionem pro iucundo introitu, & ad alia pacta, & etiam ad id, quod domus esset ruinosa, vt latè fuit consideratum in alia *decisione*.

Quamuis enim dentur testes ad proban. domum fuisse ruinosam, attamen contrarium probatur ex testibus Ecclesiæ, nec testes conductoris deponunt de impensa necessaria pro reparatione, nec de tali ruina, quod esset vtile Ecclesiæ illam locare, quod etiam debetet probari per punctum rationis, & supradicta corroborantur, quia nec ista causa fuit expressa in Instrumento locationis, prout verisimile est, quod fuisset expressa, si verè domus fuis-
4 set ruinosa, * *Cæsar. de Graff. dec.* 5. *numer.* 1. *de reb. Eccles. non alien.* & in omnem euentum, quoad vtilitatem Ecclesiæ testes conuincuntur, vt patebit ex mox dicendis.

Quo vero ad *scut.* 100. soluta pro iucundo introitu, & ad alia *sc.* 150. impendenda infra quinquennium pro melioramentis, fuit dictum, prout in alia *decisione*, quod ista non præpon-
5 derant * maximè cum meliorationes deberent fieri intra quinquennium, & sic pensiones nedum sufficiebant pro solutione canonis, sed etiam pro ipsis meliorationibus faciendis, vnde nulla videtur euidens vtilitas considerabilis, vt in simili fuit consideratum apud *Cardinalem Seraphinum in dec.* 413. & in hoc conuincuntur testes; Quod aliæ meliorationes deberent cedere in vtilitatem Ecclesiæ, non est consideratione dignum, quia erat in arbitrio Xenophontis illas facere, nec erat homo tam diues, ita vt multa posset operari: Nec alia onera, quæ suscepit in se Xenophon sunt consideratione digna, quia ex eis detrahitur sexta pars, vt in *auth. perpetua* vbi *DD. C. de Sacrosan. Eccles.* de qua sexta parte etiam habita ratione Ecclesię vtilitas non probatur.

Non displicuit Dominis etiam, & aliud motiuum, quod licet res solita sit locari, tamen hoc est verum, dummodo solitum non altere-
6 tur, * prout factum fuit in hoc casu, Quia prima locatio de anno 1556. fuit facta soli Francisco, ad tertiam ipsius generationem, in secunda vero de anno 1570. fuerunt positæ duæ personæ in prima generatione, & fuit conuentum, quod vnus tantum ex conductoribus posset nominare, hic autem concessio fuit facta Xenophonti, & Nicolao, & conceditur facultas nominandi Nicolao, & casu, quo ipse Nicolaus, & filij decederent viuente Xenophonte ipse Xenophons posset nominare aliam personam, quæ esset loco secundæ generationis, & in hoc fuit alteratum solitum, Vndè concessio non tenet *ex allegatis in alia decisione*.

Neque obstat, quod conclusio videatur pro-
7 cedere, quando mutantur substantialia, * alias secus *Calder. conf.* 11. *circa med. vers. ad eius declarationem de feud. Dec. in auth. Qui rem numer.* 22. *vers. & hoc intelligitur C. de Sacrosf. Eccles. Rimin. Iun. conf.* 32. *numer.* 24. *& seq. lib* 1. vbi late; Nam fuit responsum contrarium
8 esse verius * *Bald. in conf.* 475. *numer.* 5. *vers. sequitur videre lib.* 1. vbi, quod si concessio fiat præter solitum non valet *Cuman. conf.* 100. *numer.* 2. vbi quod non potest fieri concessio, nisi secundum tenorem antiquæ inuestituræ *Alex. conf.* 9. *numer.* 2. *libr.* 3. qui de communi testatur, & pariter de communi testatur *Clarus in §. feudum concl.* 13. *numer.* 8. *vers. sed tamen*, & contra opinionem *Calderini*, qui voluit concessionem posse fieri, vt etiam transeat ad hæredes extraneos est *Cons. Gozadin.* 19. *numer.* 12. & dixit *Rot. in causa Imolen. bonorum* 21. *Maij* 1593. *coram bo. me. Cardinale Pamphilio*.

Neque etiam obstat, quod vtile per inutile non vitiatur, & sic alteratio vitiatur, & non
9 vitiat * in casu isto *Alexander d. conf.* 9. *in principio*. Quia vt fuit responsum in alia *decisione*, ista opinio est brocardica, & quatenus sit vera, habet locum in materia diuidua, secus

cus in indiuidua, qualis visa fuit ista ex voluntate contrahentium, vt fuit consideratum in alia *decisione*, & quatenus materia esset diuidua, & vera esset opinio, quod vtile per inutile non vitiatur, adhuc subsistit primum motiuum, quod non constet de vtilitate Ecclesiæ.

Et ita conclusum.

LVCANA IVRISPATRONATVS DE PODIIS.

Mercurij 31. Martij 1621.
In Rota memorialium.

ARGVMENTVM.

Vnio Beneficij Iurispatronatus tanquam de libero facta non præiudicat Patronis, etiamsi de vnione notitiam habuerint, & tacuerint forsan secus si tanquam de Iurepatronatus.

SVMMARIVM.

1 *Consensus Patronorum in vnione Beneficij iurispatronatus ex cursu 30. ann. præsumitur.*

2 *Declara forsan procedere, si beneficium fuerit vnitum tanquam de iurepatronatus.*

3 *Beneplacitum Apostolicum medio tempore non præsumitur, si bona Ecclesiastica fuerunt alienata vti propria.*

4 *Antiquitas non potest saluare id, de quo ab initio non fuit actum.*

5 *Vnio beneficij de iurepatronatu tanquam de libero facta non nocet patronis etiamsi habuerint notitiam vnionis, & non contradixerint.*

6 *Taciturnitas quoad iurium suorum diminutionem, seu competentis actionis sublationem pro consensu non habetur.*

7 *Historiæ Ciuitatis Lucca verba in ea parte, in qua fit mentio potentiæ DD. de Poggio.*

DECISIO MCCLXXXVIII.

Post resolutionem factam 20. *Nouembris superioris anni*, quod sententia Rotalis erat confirmanda, ad impediendam expeditionem causæ duo tunc opponebantur. Primo quod ex cursu 30. annorum præsumebatur consensus Patronorum in vnione Beneficij Iurispatronatus, de
1 quo agitur * *Roman. cons. 275. num. 2. & 252. num. 3. vers. quoad 3. Afflict. dec. 368. num. 4. Boer. dec. 345. num. 5.* Secundo quod non erat deneganda remissoria ad probandam familiam fuisse talis potentiæ, vt in ea cadat timor vsurpationis; Ad primum fuit respõsum, quod forte procederet, si beneficium fuisset vnitum, tan-
2 quam de Iurepatronatus, * & ideò abundè fuit satisfactum in *decisionibus*, dùm fuit probatum hic neq; non vsum adesse, neque legiti-

Pars III.

mam præscriptionem, cum non adsit immemorabilis, aut quadragenaria cum titulo. Cum enim Beneficium non fuerit vnitum tanquam de Iurepatronatus, non potest considerari aliquis consensus, qui præiudicet, sicuti si bona Ecclesiastica tanquam propria alienarentur, non posset medio tempore præsumi Beneplaci-
3 tum Apostolicum, * cum bona non tanquam Ecclesiastica, sed tanq; propria fuerunt alienata; Antiquitas enim non potest saluare id, de
4 quo ab initio non fuit actum * *Castr. cons. 81. num. 3. vers. & si dicat propter antiquitatem lib. 2. Alex. cons. 1. num. 21. lib. 4. Felyn. in c. sicut nu. 33. vers. 7. & vlt. iuncto vers. benefactor de sent. & re iud. Gabr. de præsumpt. concl. 1. num. 57. in 4. limit.* Et propterea sufficit, quod ante adimpletam legitimam præscriptionem Domini de Podijs contradixerint, cum non probetur anteà de ea vnione habuisse notitiam, & etiam si illam ha-
5 buissent non noceret, * cum scirent ius suum saluum fore *l. sicut, §. non videbitur, ff. quib. mod. pig. vel hypoth. soluat.* Taciturnitas enim ab Initio illis non præiudicauit, etiam præsupposita scientia, quæ ab eis negatur, cum requireretur ad hunc effectum expressus consensus *c. cum omnes de constit.* vbi *Gloss. verb. constitutum post med. vers. sed & nunquid est verum Felyn. num. 15.* & *cæteri Doctores*, & propterea taciturnitas quoad suorum Iurium diminutionem, seu actionis competentis sublationem pro consen-
6 su non habetur * *l. inuitum, ff. de seruit. Vrban. præd. l. eo vers. deinde ait lex, ff. de rit. nupt. Felyn. in c. nonne num. 11. & 12. de præsumpt.* Ad secũdum verò Domini dixerunt, quod disputarem dubium super eo, an esset danda remissoria, quo proposito 5. *Martij huius anni* fuit resolutum pro denegatione ex rationibus, de quibus in *decisione*, & cum supradicta die in relationibus causarum, iterùm instaretur pro repropositione dubij. An esset dãda remissoria; Domini ordinarunt, quod procederem ad expeditionem, cum nihil releuans deduceretur: Nam inculcabatur potentia huius familiæ de Podijs, & adhærentia Tyrannis, & prætendebatur de ea dari fumum ex Historijs impressis, & alijs manuscriptis, ità vt danda esset remissoria; sed illis visis, Domini dixerunt procedendum esse, multo magis ad expeditionem causæ, denegata remissoria, quia prædictæ Historiæ de directo probant, hac familiam licet generosæ nobilitatis sit, non esse eius potentiæ, vt in ea cadat præsumptio vsurpationis.

Dùm enim ponderatur historia impressa in vita Castruccij *fol.* 30. nihil releuans deducitur,
7 Nam in ea habetur * *Fù consigliato da M. Cola Porco di Poggio vno de detti Antiani, che altri che Castruccio Anselminelli non potesse esser General Capitano, e Gouernator loro, che sarebbe bene non elegerlo più per sì breue tempo, ma per dieci anni cominciando dal fine dell'vltima Condotta per tutta la Balia, e potestà contenuta nella prima elettione con stipendio di ciascun anno di fiorini 4. m. d'oro, con tutti gl'emolumenti delle Terre, e Castella acquistate, e che fosse per acquistare:* Quãdo hęc consuluit iste Nobilis de Podio, nondum inceperat Tyrannides Castruccij, & vtcumque

K 2 fit

ſit aduertatur ad ea, quæ ſecuta ſunt de anno 1322. quæ excludunt, & adhæſionem Tyranno, & potentiam familiæ, vt colligitur ex alia aſſerta hiſtoria manuſcripta, qua ipſimet Beneficiati, ad probandam ipſorum intentionem, vtuntur, in qua habetur: *In quell' Anno ritornando il Sig. Duca Caſtruccio di Lunigiana, e della Riuiera di Genoua, intendendo che Stefano di Poggio Cittadino di Lucca di grande autorità e ſeguito haueua morto D. Lando da Caſtrano ſuo Offitiale, dubitando di non eſſer ricenuto nella Città, ſi fermò per alcuni dì nel Contado di Piſa appreſſo Ripafratta, in queſto tempo lo Regimento della Città fece fare la Giuſtitia contro del predetto Stefano, e così ſeguita li Capi della Caſa Poggeſca come Innocenti ſi preſentorno al detto Sig. Caſtruccio, lo quale fece tutti metter prigione, & erani li detti Capi, queſti Bernarduccio, Stefano predetto, & Arigo, alli quali di poi nella Città publicamente fece loro tagliar le Teſte, e fece disfar le Torri, e Caſe loro, e de fratelli, con la Loggia di Poggio, e li altri huomini Capi, & atti all' Armi di detta Caſa confinò in Lombardia.*

Et prædicta comprobantur in alia aſſerta Hiſtoria data pro Beneficiatis in quadam pagina volāti, quæ excludit omninò potentiam, & percutit annum 1334. In ea enim ſic habetur; *Tutta volta accadendo qualche accidente per cauſa di quelli, ſi come in breue auuenne, che forſe 200. fanti di Lucca fuoruſciti ſi erono fatti forti al Poggio di Pedona ſopra Camaiore, e dauano gran diſturbo à quelli del gouerno, per la qual cauſa vi fù da loro mandato gente della Città, e quelli circōdati da ogni banda preſero, e la più parte di loro conduſſero prigioni, dandoli conueneuoli ſupplicij, et ad alcuni laſciorno in detto luogo morti, trà quali vi furno di quelle famiglie nobili di Poggio; ribebbero allora i Lucchesi Pietra Santa, che teneua Nicolò Porco di Poggio, il quale per mantenerla haueua impetrato l'aiuto de Fiorentini, e li mandorno 200. Caualli, e da 300. fanti. Onde ſcacciati i Preſidij alcuni di quel Caſtello, che furono Autori della Ribellione ſi diedero condannati alla morte.*

Denique alia aſſerta Hiſtoria de anno 1522. vltra quod eſt ſimplex copia, nihil releuans adducit, in ea enim habetur *Era in quelli tempi la famiglia de Poggi in la Città Potente, e copioſa di Huomini, e la più parte giouani licentioſi aſſai, il che cauſaua, che da molti altri erono ſeguiti, e perciò molto temuti, e riguardati, e queſta lor grandezza era ōi già trauſcorſa per fino alla bocca delli fanciulli, i quali ſi come ſogliono far alle volte tra loro, eſclamando diceuano. Quando Poggio vuol poggiare tutta Lucca fà tremare, e la mandauano in Rima.* Et inferius in eadem prætenſa Hiſtoria dicitur: *Dico dunque, che come di ſopra è fatta mentione era la famiglia de Poggeſchi (che così anticamente ſi chiamaua, et hoggi de Poggi) nella grādezza, e valor detto, per il che erono deuenuti altieri, et arroganti di tal ſorte, che alli Cittadini della Città dauano in breue timor di qualche inconueniente.*

Sed ſi benè perpendatur integra Hiſtoria, etiam, quod eſſet in forma probandi, nihilominùs ex ea non probatur, quod iſta familia eſſet talis potentiæ, vt in ea cadat timor vſurpationis, Nàm in eadem Hiſtoria poſt dicta verba legitur. *E perciò erono incomminciati ad eſſer ritenuti alquanto à dietro delle coſe del gouerno, et altri non tanto nobili, quanto loro antepoſti, per il che teneuano con li grandi della Città vna celata inimicitia, &c.*

Ex quibus apparet vltrà ponderata in *deciſionibus*, quod dùm delinquebant puniebantur, & quod minus nobiles ipſis anteponebantur, & potentia, & numeroſitas familiæ non erat de tempore, quo prætenditur iuſpatronatus fuiſſe probatum, immò ex *deciſione* manifeſtè apparet de contrariò, Vndè iſta probatio nihil facit, quia cum requiratur de certo tempore de eo non probatur *Bald. in auth. præterea nu. 4. C. vndè vir, et vxor, Iaſ. in l. ſi conſtante num. 45. ff ſolut. matr.* Ad illud verò puerile. *Quando Poggio vuol poggiare, etc.* mutuatum à Ciuitate Firmana, de quo *Leander Albertus in deſcriptione Italiæ*, dùm agit de Ciuitate Firmana, fuit reſponſum in *deciſione*, & verè apparet eſſe dictū puerile, prout prædicta dicit Hiſtoria.

Præſens deciſio fuit confirmata die 28. Maij ſequentis.

LVCANA IVRISPATRONATVS DE PODIIS.

Mercurij 21. Aprilis 1621.

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus eſſe familiare ex quibus probetur. Quomodo in iure patronatus familiari fiat præſentatio, & quomodo in hæreditario. Ad faciendam præſentationem an, & quando ſint vocandi Patroni abſentes. Ad hoc vt currat tempus quatuor menſium ad præſentandum requiritur in omnibus Patronis ſcientia certa vocationis, non autem præſumptiua.

SVMMARIVM.

1 *Præſentatus ad Iuſpatronatus debet inſtitui concurrentibus ijs, de quibus ibi.*

2 *Cardinalis* Sacratus *ad dignitatem Cardinalatus promotus fuit à* Gregorio XV. *die* 19. *Aprilis* 1621. *poſt laborem* 22. *annorum in Rota, & poſt adminiſtratum laudabiliter Datariatus officium.*

3 *Cognominis identitas ſaltem ſemiplene probat aliquem eſſe de familia.*

4 *Identitas familiæ probatur ex quo concurrit identitas nominis inſignium, communis reputatio & publica vox, & fama.*

5 *Identitas ex duabus demonſtrationibus probatur.*

6 *Iuſpatronatus præſumitur hæreditarium.*

7 *Iuſpatronatus eſſe gentilitium, & familiare probatur ex obſeruantia.*

8 *Prout etiam ex circumſtantijs facti, & ex modo dandi voces.*

9 *Quan-*

9 *Quando iuspatronatus spectat ad plures uti universos in præsentatione requiritur simultaneus consensus.*

10 *Secus si sit hæreditarium, & spectet uti ad singulos, quia tunc non requiritur simultaneus consensus sed vnusquisque potest separatim præsentare, reprobatis contrarium sentientibus.*

11 *In iurepatronatus hæreditario præsentatio fit per stirpes, non autem in capita.*

12 *In iurepatronatus gentilitio præsentatio fit in capita.*

13 *In iurepatronatus hæreditario filius viuente Patre nullum ius, vel vocem habet.*

14 *In iurepatronatus spectante ad familiam habenda est ratio puerorum, & mulierum.*

15 *Consuetudine introduci potest, quod pueri, & mulieres non præsentent ad iuspatronatus spectans ad familiam.*

16 *Iuspatronatus esse familiare probatur ex quo fuerunt vocati absentes, & num. 18.*

17 *In iurepatronatus hæreditario non est necessaria vocatio absentium.*

19 *Consuetudine, vel Statuto potest introduci, quod in iurepatronatus spectante ad singulos insimul conueniant ad præsentandum.*
Et isto casu sunt vocandi absentes num. 19.

20 *In præsentatione ad iuspatronatus absentes sunt vocandi, quando commode possunt vocari.*

21 *Quando autem commode possunt vocari relinquitur arbitrio iudicis.*

22 *Si commodè possunt vocari per nuncium, vel per litteras; non autem per sonum campanæ vel citationem domi dimissa copia sunt vocandi.*

23 *Patroni loci habent quatuor menses ad præsentandum.*

24 *Quod tempus quatuor mensium incipit currere non à die vacationis, sed à die scientiæ, & notitia vacationis.*

25 *Scientia tamen huiusmodi vacationis debet esse certa, & non interpretatiua, nec præsumpta.*

26 *Scientia certa vacationis beneficij iurispatronatus non probatur ex vnione per Papam facta, quia patroni potuerunt cogitare Papam vnire voluisse beneficium etiam quod esset de iurepatronatus.*

27 *Ignorantia iuramento probatur.*

28 *Ad sustinendam præsentationem post tempus sufficit ignorantia solius Patroni.*
Ius patronatus in vno solo ex compatronis conseruatur num. 28.

29 *In iurepatronatus gentilitio scientia vacationis in antiquis Patronis non nocet modernis Patronis ab illis causam non habentibus.*

30 *Scientia vacationis beneficij iurispatronatus in omnibus Patronis debet probari.*

31 *Præsentatio ad iuspatronatus facta coram ordinario dicitur facta coram habente instituere.*

32 *Habilitas præsentati ad beneficium simplex iurispatronatus probatur ex quo est sacerdos.*

DECISIO MCCLXXXIX.

FVit resolutum D. Octauium esse instituendum, quia constat de vacatione beneficij, de iure præsentantium, de præsentatione facta in tem-
1 pore, * & facta coram habente instituere, ac denique de habilitatibus præsentati, quibus concurrentibus præsentatus necessario venit instituendus *c. decernimus, &c. monasterium vbi gloss. final. 16. quæst. 7. c. Bertoldus de sent. & re iudic.* & fuit dictum in causa *Lunen. Sarzanen. cappellaniæ 20. Iunij* 1601. *coram Illustrissimo D. meo Cardinale Sacrato*, qui ob eius virtutum me-
2 rita *, & post laborem 22. annorum in Rota, & post administratum laudabiliter Datariatus officium à *Sanctissimo D. Nostro Gregorio XV.* die Lunæ 19. præsentis mensis, ad dignitatem Cardinalatus assumptus est.

Primum satis probatur, ex quo per resignationem olim prouisi, fuit vnitum, quæ vnio fuit nulla, vt late fuit resolutum in *decisionibus in hac causa factis.*

De iure præsentantium satis apparet, quia hoc beneficium est de iurepatronatus Dominorum de Podiis, prout fuit per plures *decisiones* firmatum, & quod spectet ad illos, qui D. Octauium præsentarunt, satis patet, quia cum sit familiare, vt mox probabitur, ex Testibus, qui dantur probatur illos esse de familia Podia antiqua, & reddunt rationem, quia deferunt eadem insignia sex albarum Rosarum in campo rubeo, & quia sic se habet publica vox, & fama, vnde ex identitas cognominis saltim se-
3 miplene probat aliquem esse de familia * vt colligitur *ex Calcaneo cons. 8. num. 2. Cephal. cons. 90. num. 18. lib. 1. Menoch. de præs. lib. 6. præs. 15. num. 48.* in hoc casu adest plena probatio, cum concurrat nedum identitas nomi-
4 nis, sed etiam identitas insignium, * & communis reputatio, & publica vox, & fama, quandoquidem ad probandam identitatem,
5 duæ demonstrationes sufficiunt * *l. fama in princ. ff. de censibus Bart. in l. demostratio falsa num. 14. ff. de cond. & demost.*

Quod autem iuspatronatus sit familiare satis probatur: Nam & si regula sit, quod præ-
9 sumatur hæreditarium * *Clem. plures de iurepatron.*; Tamen in hoc casu probatur esse gentilitium, & familiare ex obseruantia, quæ in hoc
7 casu debet attendi * *Gabr. cons. 196. numer. 6. lib. 2.* & fuit resolutum in causa *Taurinen. iurispatronatus 11. Ianuarij 1588. coram Rencr. Perusino, in Florentina iurispatronatus 10. Martij 1603. coram bo. me. Cardinale Lancelloto Iun.* & ex cir-
8 cunstantiis facti, & ex modo dandi voces * *Abb. in cap. scriptum numer. 6. de elect. & in cap. pastoralis in fin. prin. de rescript.* vbi etiam *Felin. numer. 9. vers. vbi duo corpora Caccialup. in l. omnes Populi num. 143. ff. de iust. & iur.* & fuit dictum in causa *Taurinen. iurispatronatus 11. Ianuarij, & 1. Aprilis 1581. coram bo. me. Cardin. Pamphilio.* Etenim in præsentatione facta de anno 1390. habetur, quod vacante hac Ecclesia, Cinellus Podius Consul Nobilium, & Consortium Domus de Podio, ad quam Domum, & Nobiles Consortes Domus, tanquam Patronos spectat præsentatio Rectoris, eligit nunrium ad citandum, & conuocandum omnes, & singulos Consortes, & Nobiles Domus de Podio, & postea idem Cionellus commisit dicto Nuncio, quatenus citaret, & requireret omnes, & singulos Nobiles Consortes domus præ-

prædictæ, tam præsentes, quam etiam ad cauthelam absentes, quatenus die crastina se præsentarent in Ecclesia Sancti Laurentij, ad prouidendum, vna cum ipso consule de persona idonea ad Regimen, & Rectoriam Ecclesiæ S. Laurentij, & constat Nuntium executum fuisse citationem contrà præsentes, qui nominantur, & contra absentes à Ciuitate, & Territorio Lucen. domi dimissa copia, & in ipsa præsentatione facta mentione de prædictis subiungitur. *Id circo congregatis &c. virtute citationis, & monitionis consortibus, & patronis præsentibus domus de Podio videlicet existentibus in Ciuitate, & Comitatu, & Diocesi Lucana, quorum nomina &c. volentes prouidere &c. ad honorem &c. prædicto iuripatronatus Leonardum filium Galducci de Podio &c. in Rectorem Ecclesiæ S. Laurentij præsentarunt &c.* Et de anno 1426. pariter omnes Consortes conuenientes, & simul se se conuocantes plena concordia præsentarunt, & de anno 1515. conuocantis, & requisitis omnibus consortibus, vnanimes præsentarunt &c.

Ex ista inquam obseruantia, & modo conueniendi constat iuspatronatus esse gentilitium & familiare, non autem hæreditarium. Nam quando iuspatronatus spectat ad plures vti vniuersos, requiritur simultaneus consensus,
9 & Collegialis,* prout fuit factum in casu isto vt patet ex prædictis præsentationibus *l. 2. C. de Decurion. lib. 10. Doctores in cap. cum omnes vbi Dec. numer. 8. & Bero. numer. 84. de constit. Ripa in cap. cum Eccles. Sutrin. numer. 13. de caus. possess. & propr. Bartol. in d. l. omnes populi quæst. 2. principali vers. tertio dixit* vbi cæteri *DD.* communiter *ff. de iust. & iur.* & in terminis iurispatronatus *Io: Andr. in cap. 3. col. 1. de iurepatr. Abb. cons. 76. in 2. dub.* vbi de communi *lib. 2. Lap. alleg. 8. et 78. numer. 2. Lambert. de iurepatron. lib. 2. par. 2. quæst. 2. art. 8. Federic. de Sen. cons. 102. col. 1. vers. 2. dico*; Et fuit resolutum in allegatis duabus *decisionibus Taurinen.* & in causa *Calaguritana beneficij de Aly 4. Martij 1594. coram bo. me. Card. Mantic.* Secus autem si iuspatronatus esset hæredita-
10 tium, & spectaret vti ad singulos,* quia tunc quicquid dixerit *Abb. in locis allegatis per Felyn. in cap. omnes numer. 29. in fin. de const.* non requiritur consensus simultaneus, & Collegialis, sed vnusquisque potest se partim, & scorsim ab alijs præsentare, vt per *Io: Andream in cap. 3. de iure patr.* & est communis opinio, vt testatur, & sequitur *Abb. cons. 76. in 2. dubio lib. 2. Dec. in dicto cap. cum omnes numer. 9. in fin. Bero. sub numer. 88. et seqq. Rip. respons. 1. numer. 4. de iurepatr.* vbi de communi *Lambert. de iure patr. lib. 2. part. 2. quæst. 2. art. 8. num. 5. 11. & seqq. Cæsar. de Graff. dec. 2. de iurepatr.* & fuit dictum in causa *Pistorien. Beneficij 17. Februarij 1574. coram Sant. mem. Clement. VIII.* & in causa *Taurinen. iurispatronatus 11. Ianuarij 1585. coram bo. me. Cardinali Pamphilio*, & in causa *Calaguritana de Aly 21. Ianuarij 1583. et 17. Maij 1591. coram Reuerendiss. Perusino*, et *4. Maij 1594. coram bo. me. Card. Mantica*.

Secundo principaliter probatur huiusmodi iuspatronatus esse familiare, & gentilitium, non autem hæreditarium, qui, vt dictum est, si esset hæreditarium, spectaret ad plures vti singulos, non vti vniuersos, & ideo præsentatio debuisset fieri per stirpes, non autem in ca-
11 pita * *Clem. plures, vbi Gloss. et DD. de iurepatronatus DD. in cap. 1. eod. tit. Roch. in v. ipse num. 2. 3. et 4. Lambertin. de iurepatr. lib. 1. p. 2. quæst. 1. art. 25. numer. 1. et 15. in fin. Peregr. cons. 33. numer. 25.* & fuit dictum in *decisionibus in dicta causa Taurinen.* & in causa *Aretina Cappellaniæ prima Iunij 1584. coram Bubalo*, & in causa *Alatrina Cappellaniæ 27. Iunij 1586. coram eodem*, & in causa *Burgen. Abbatiæ 17. Maij 1599. corã bo. me. Penia*, & in causa *Aretina Cappellaniæ 24. Ianuarij 1603. coram bo. me. Card. Pamphilio*, & in causa *Florentina iurispatr. 10. Martij 1603. et 10. Februarij 1604. coram bo. me. Card. Lancellotto Iuniore*, nuper nostri Ordinis insigni Auditore, cum præsentatio fuerit facta in capita in prima, & vltima præsentatione, ex quo duo fratres simpliciter præsentarunt, non autem, vt computarentur pro vna stirpe, ita vt qui haberet maiorem partem stipitis censeretur habere illam vocem, sicuti fit, quando iuspatronatus competit iure hæreditario, *Card. in Clem. plures col. 3. de iure patronatus Lap. allegat. 31. in fin. vbi adden. Rum. cons. 50. numer. 8. lib. 5. Roch. v. ipse, vel is numer. 6. et 7. de iurepatr. et in simili tract. Lambert. lib. 2. par. 3. quæst. 4. art. 4.* & fuit dictum in causa *Aquileien. iurispatronatus 18. Octobris 1585. coram Rubeo* & in causa *Foroliuien. Iurispatronatus 18. Martij 1602. coram Illustriss. D. meo Cardin. Sacrato* & in causa *Aretina Cappellaniæ 24. Ianuarij 9. Maij 1603. coram bo. me. Card. Pamphilio*, & ideo cum præsentatio facta
12 fuerit per fratres in capita,* non autem tanquam repræsentantes suam stirpem, signum est euidens, quod iuspatronatus est familiare, *Alex. de Neno cons. 63. num. 1. & 3. Lambert. de iurepatronatus. lib. 1. p. 2. quæst. 1. art. 25. numer. 17. & art. 28. num. 5.* & fuit resolutum in dictis *decisionibus Taurinen. Regien. & Florentina*, & quod plus est in prima præsentatione interuenerunt Cioncllus Pater, & Bartholomeus eius filius, qui non interuenissent si iuspatronatus esset hæreditarium, ex quo viuente Patre filius nullum ius, vel vocem ha-
13 bet * *Calder. cons. 9. in fin. de iure patr. Card. in Clem. plures quæst. 4. numer. 18. in fin. et seqq. Lambert. lib. 1. par. 2. quæst. 2. art. 13. num. 3. et lib. 2. part. 1. quæst. 2. art. 5. num. 12. Perez. in Ordin. Reg. lib. 1. tit. 6. leg. 1. pag. 139.* ergo signum est euidens, quod iuspatronatus est familiare *Fæder. de Sen. cons. 111. col. 4. num. 9. vers. præterea si filius Rochus vers. competens. q. 7. Lambert. lib. 2. par. 1. quæst. 2. art. 6.* & fuit dictum in dicta causa *Florentina coram bo. me. Card. Lancellotto*.

Et quamuis in iurepatronatus spectante ad familiam habenda sit ratio puerorum, mu-
14 lierum, & non coniugatorum,* quia ad ipsos etiam pertinet iuspatronatus *Roch. de iure patronatus v. competens quæst. 1. num. 1. et 2. in v. ipse q. 6. num. 14. Paulus de Cittadinis par. 9. q. 1. in 3. et 4. ampliatione numer. 3. & 5. Lambertin.*

eod.

eod. tract. lib. 1. par. 1. qu. 7. art. 2. & par. 2. qu. 2. art. 16. num. 1. & lib. 2. par. 1. q. 2. art. 9. numer. 3. & par. 2. q. 2. art. 13. num. 2. & 4. Cassad. dec. 1. de Iurepatr. & fuit dictum in causa Burgen. Abbatiæ 23. Ianuarij 1598. coram bo. me. Peuia, attamen non probatur, quod tunc adessent dictæ personæ, & si probaretur non releuaret, cum consuetudine possit introduci, quod prædictæ
15 personæ non præsentent * Federic. de Sen. consil. 102. in fin. & fuit dictum in d. causa Burgen. Abbatiæ. Neque hic est opus probare, an præsentatio sit legitimè probata, quia non agitur de validitate illius, sed solum vt videatur, an Iuspatronatus sit hæreditarium, vel familiare, & satis est probari esse familiare ex supradeductis, & ex infra dicendis, neque obstare, quod personæ prædictæ non interuenerint, quia hoc pernecesse non elidit alias probationes, cum possit consuetudine contrarium introduci.

Tertio hoc Iuspatronatus esse familiare pro-
16 batur, quia fuerunt vocati absentes, * quando enim Iuspatronatus spectat Iure hæreditario, & sic vti ad singulos non est necessaria
17 vocatio absentium * Abb. cons. 76. qui de communi in 2. dub lib. 2. & in c. quoniam numer. 14. de Iurepatr. Dec. in cap. cum omnes in prima lectura num. 48. vers. sed tamen in contrarium, & in secunda lectura numer. 51. de constit. Aym. consil. 63. num. 1. & fuit dictum in causa Calaguritana Beneficij de Aly 20. Iunij 1588. coram Reuerendissimo Perusino, & in eadem 4. Martij 1594. coram bo. me. Card. Mantic. secus autem est, quando est familiare, quia tunc non spectet, vti ad vniuersos, in hoc casu absentes debent
18 vocari, * quia requiritur simultaneus consensus, c. quod sicut 28. c. coram 35. et c. in genesi 55. de lect. et c. cum in Ecclesijs 33. de praeben. lib. 6. Felin. in d. c. cum omnes numer. 22. et seq. & latè deducitur in præcitata Calaguritana. Et licet consuetudine, vel Statuto possit introduci quod etiam quod Iuspatronatus spectet ad singulos, nihilominus insimul conueniant ad præ-
19 sentandum, * quo casu absentes sunt vocandi cum requiratur simultaneus consensus, Roch. de Iurepatronatus verb. honorificum quæst. 60. num. 95. Lambert. de Iur. patr. lib. 2. par. 2. quæst. 2. princ. art. 8. num. 8. vers. limitatur tamen, & fuit dictum in Calaguritana d. mediæ portionis 31. Ianuarij 1587. coram Oradino, & in causa Calaguritana de Araguiz 11. Decembris 1591. coram bo. me. Card. Pamphilio, & in dicta Calaguritana coram Mantica, attamen hic non probatur aliqua consuetudo, & illius allegatio non elidit probationem Iurispatronatus familiaris, prout elidit in alio casu, de quo supra dictum est, quia cum Pater, & filius, & fratres plures, non tamquam repræsentantes stipitem, sed simpliciter præsentauerint, vti repræsentantes corpus, vt supra dictum est, signum est euidens, quod vocatio absentium ideò fuit facta, quia Iuspatronatus est familiare, non autem ex eo, quod in Iurepatronatus hæreditario Patroni ex consuetudine conueniant simul ad præsentandum.

Neque obstat, quod in prima præsentatione Consul iusserit ad cautelam citari, in alijs vero duabus præsentationibus non constet fuisse citatos; nam hoc obiectum facile tollitur, absentes enim vocandi sunt, quando commodè pos-
20 sunt vocari, * c. quia inter vniuersitas, & cap. quia propter, vbi gloss. verb. commodè coram cum Gloss. in verb. in Prouincia, & ibi Abb. numer. 3. de elect. Gloss. in cap. vltim. in vers. præsertim de maior. & obed. Abb. in c. in causis num. 5. de elect. & fuit dictum in dicta causa Calaguritana coram Mantica, & quando commodè possunt
21 vocari relinquitur arbitrio Iudicis * Abb. in d. c. coram num 3. & propterea Consul mandauit citationem fieri ad cauthelam, quia vt in eadem præsentatione legitur, erant absentes à Ciuitate, & Territorio Lucen. vnde meritò citatio etiam absentium fuit facta in eorum domibus dimissa copia, cum alias si commodè potuissent vocari, debuissent per Nuntium, vel
22 per litteras, * non autem per sonum campanæ, & sic nec etiam per d. citationem domi dimissa copia Abb. post Innoc. in d. c. in causis nu. 5. de elect. Fel. in c. cum omnes nu. 38. vers. secunda opinio de constit. & fuit resolutum in dd. causis Calaguritanis, & non est mirum, si in secunda præsentatione nihil fuit dictum de vocatione absentium, quia ibi asseritur omnes esse extra Ciuitatem, Territorium, Districtum, & Comitatum, & in tertia non apparet, quod aliqui essent absentes.

De præsentatione autem facta in tempore, quod est tertium requisitum ad effectum, vt quis possit institui, satis constat; Nam, & si Patroni Laici habeant tempus quattuor men-
23 sium ad præsentandum * c. vnico §. verum de Iurepatr. in 6. tamen hoc tempus non incipit currere à die vacationis sed à die scientiæ, &
24 notitiæ vacationis, * cap. quia in fin. de conces. Praeben. Gloss. in c. 2. verbo infra sex menses vbi DD. eod. Tit. Io. Andr. in c. fin. circa prin. vers. Postmodum, & ibi Abb. num. 6. de Iurepatr. Rot. dec. 6. de Iurepatr. in non. & dec. 7. de probat. in antiquior. Caput. dec. 248. p. 3. & fuit pluries resolutum, quæ quidem scientia debet esse certa, & non interpretatiua, nec præsum-
25 pta, * Lap. alleg. 78. num. 12. Roch. de Iurepatr. in verbo honorificum quæst. 27. nu. 57. in fin. Gabr. cons. 184. num. 9. lib. 2. Put. dec. 142. in fin. lib. 1. & fuit dictum in causa Parmen. Beneficij 12. Nouembris 1588. coram Bubalo & in Signina Iurispat. 12 Iunij 1596. coram Orano, quæ scientia non adest in hoc casu, quia cum fuerit facta vnio, Patroni potuerunt cogitare Papam vnire voluisse Beneficium, etiam quod
26 esset de Iure patronatus, * & propterea fit, quod vacatio non fuit adeo nota, vt inde appareat negligentia Patronorum, quæ requiritur ad effectum, vt tempus incipiat currere DD. in c. licet vbi Abb. num. 3. in fin. de supplen. neglig. Prælat. Rot. dec. 6. de Iurep. in nou. & dec. 7. n 3. & 4. de præb. in antiq. Roch de Iurep. ver. honorificum q. 27. num. 57. ad fin. vers. intellige tamen Gabr. cons. 185. num. 9. lib. 2. Rota in causa Pampilon. de Illadain 12. Decembris 1597. coram bo. me. Litta. Neque ex hac responsione reuiuiscit motiuum, quod spatio 30. annorum presumatur consensus patronorum, si putarunt beneficium

cium tanquam de Iurepatronatus fuisse vni-
tum, quia vt dictum est potuerunt credere Pa-
pam de plenitudine Potestatis fecisse vnionem,
sed cum non fecerit, nec vllam mentionem fe-
cerit, quod beneficium esset de Iurepatrona-
tus, nullo pacto intrat consensus præsumptus
spatio 30. annorum, ex *deductis in vltima de-
cisione*.

Et cessat omnis difficultas, quia vnus ex
Compatronis, constitutus Procurator ad præ-
sentandum, iurauit se tunc habuisse notitiam
vacationis, ignorantia autem Iuramento pro-
27 batur * *c. nulli in fin. c. vt circa §. super huius-
modi de elect. in 6. Menoch. de arbitr. cas.* 186.
num. 3. *vers. qui tamen si allegaret de Iurepatr.
in non.* & propterea ad sustinendam præsenta-
tionem post tempus, sufficeret ignorantia so-
28 lius istius Patroni, * ex quo Iurepatronatus
in vno solo ex compatronis conseruatur iuxta
cons. Faderic. de Sen. 102. *in fin. & Abbat.* 54.
sub num. 4. *p.* 1. & quia scientia vnius alteri
non nocet *c. sicut il* 2. vbi *gloss. verbo opinio-
num de consecr. dist.* 4. & ita fuit resolutum in
causa *Spoletana beneficij* 20. *Maij* 1590. *coram
Card. Platto*, quod de plano admittendum est,
quia cum agatur de Iurepatronatus Gentili-
tio, etiam si probaretur scientia antiquorum
Patronorũ nõ noceret modernis Patronis, qui
29 non habent causam ab eis, vt in simili de Pri-
mogenitura, & fideicommissis dicunt *Mo-
lina de primog. Hispan. lib.* 4. *c.* 10. *num.* 3. *in*
3. *conclus. Peregr. de fideic. art.* 41. *num.* 16. *in*
5. *conclus.* & deberet probari scientia omnium
30 Patronorum * ex alleg. per *Garz. de benef. p.*
10. *cap.* 2. *num.* 36 *& seqq.*

De quarto vero, & quinto requisito scilicet,
quod præsentatio facta fuerit coram habente
instituere, prout requiritur satis patet, ex quo
31 fuit facta coram Ordinario * *c. nobis §. secus
de Iurepatr.* Et quod præsentatus sit idoneus
patet ex fide Ordinarij, cum sit Sacerdos, &
obtinuerit ecclesiam Parochialem, cum suffi-
32 ceret ipsum esse Sacerdotem, * ad hoc, vt abs-
que alia approbatione censeretur habilis ad
simplex Beneficium *c. accepimus* vbi *Gloss. ver-
bo reputare de ætat. & qualitat.* & fuit dictum
in *alleg. causa Lunen. Sarzanen. coram Illustriss.
Sacrato*.

Et ita conclusum in contumaciam alterius
partis, D. Octauium Podium esse instituendum.

TVLLEN. PENSIONIS.

Mercurij 21. *Aprilis* 1621.

ARGVMENTVM.

Pensio ob non delationem habitus, & ton-
suræ Clericalis remanet ipso iure extin-
cta, nec reuiuiscit si pensionarius postea
efficiatur miles Lauretanus; Pensionarij
tunc debent incedere in habitu quando
cæperunt exigere, vel per eos steterint
quin exigant.

SVMMARIVM.

1 *Pensio remanet ipso iure extincta absque vlla ci-
tatione, vel Iudicis decreto, dum pensionarius
non incedit in habitu, & tonsura Clericali sed
tanquam Laicus defert arma, & in omnibus se
gerit pro mero Laico.*

2 *Non potest dari de non vsu Constitutionis publi-
catæ in Vrbe absque legitimo tempore, & scien-
tia Papæ.*

3. *Miles Lauretanus potest quidem retinere pensio-
nes, quas habet de tempore adeptæ Militiæ, &
quas in futurum obtinebit, non autem illas, quæ
erant extinctæ de tempore quo fuit effectus mi-
les.*

4 *Transactio super pensione inita inter titularem,
& pensionarium absque beneplacito apostolico
non valet.*

5 *Pensionarius non aliter ad gerendum habitum cle-
ricalem tenetur, nisi postquam cum effectu exi-
gere ceperit, vel per eum steterit quo minus
exigat.*

6 *Constitutio alternatiue loquens sufficit quod in vna
parte verificetur.*

DECISIO MCCXC.

FVit reseruata pensio per Summum Pontifi-
cem de anno 1606. ducat. 1200. ad fauorem
D. Caroli, qui nunquam nec tunc nec postea
incessit in habitu, & Tonsura Clericali; vnde
dubitaui, an pensio fuerit nulla, vel extincta
in casu, & ad effectum de quo agitur, qui est,
an militia Lauretana obtenta per D. Carolum
de anno 1609. ei suffragetur. Et fuit negati-
ue resolutum, quia de tempore, quo obtinuit
militiam, pensio iam erat extincta (quicquid
dicendum esset de nullitate ab initio inspecta
solum prima constitutione, & non secunda)
nam vt dictum est, cum non incesserit, neque
1 incedat in habitu, & Tonsura Clericali *, sed
tanquam Laicus deferat arma, & in omnibus
se gerat pro mero Laico, & vti talis publicè
habeatur, vt deponunt Testes, qui etiam ne-
gatiuam non delationis coarctant, dum dicunt
quod esse non posset, quin si habitum detulis-
set, ipsi scirent, vel vidissent propter conti-
nuam cum dicto Carolo conuersationem ipso
iure pensio fuit cassata, & extincta, absque vl-
la citatione, vel iudicis decreto, aut ministe-
rio, vt sunt verba clara Constitutionis, & di-
xit *Rota in causa Papien. Prioratus relata p.* 1. *sub
num.* 158. *num.* 16. *in recent. Gonzal. super reg.*
8. *gloss.* 15. *in princ. num.* 56. *Garz. de benef.
p.* 7. *cap* 1. *num.* 13. qui licet num. 24. dicat
Constitutionem non esse vsu receptam, in hoc
tamen ei non est credendum *Mantic. dec.* 357.
num. 6. præsertim cum sit publicata in Vrbe, &
2 ideo non possit dari de non vsu, * absque legi-
timo tempore, & scientia Papæ *Abb. in c. vl-
timo nu.* 4. *de Tregua, & pac.* & fuit late dedu-
ctum in causa *Romana Concordiæ coram R. P. D.*

meo

anco Caualerio, vt in dec. 197. num. 3. p. 1. in rec. & propterea sequitur, quod acquisitio militiæ Lauretanæ de anno 1609. de mense Augusti, & Septembris ei non suffragetur, cum tunc pensio ob non delationem habitus
3 esset extincta, * quia non potuit reuiuiscere,
Priuilegia enim concedunt, quod milites possint retinere, & ideo denorant detentionem pensionis, quam habent de tempore militiæ, vel in futurum habebunt durante militia, qualis non est pensio, de qua agitur, cum fuerit ante militiam extincta, vt in simili fuit resolutum in causa *Romana pensionis 13. Martij 1609. coram bo. me. Penia & 10. Martij anni sequentis coram me*, nec aliqua vis fieri potest in transactione inita inter Titularem, & D. Carolum, cum corruat ex defectu
4 Beneplaciti * Apostolici, vt late fuit deductum
coram me in decisione facta 21. Iunij 1619.

Non obstat secunda Constitutio *Sixti* declaratoria primæ circa delationem habitus, quia in ea disponitur Clericos, quibus reseruata est pensio, non aliter ad gerendum habitum teneri, nisi postquam pensiones cum effectu
5 exigere cœperint, * vel per eos steterit, quominus exigant, & propterea cum Constitutio alternatiuè loquatur, sufficit vnam partem
6 verificari * *l. si hæredi plures ff. de condit. instit.*, quare cum steterit per D. Carolum quominus exegerit, pensio est extincta, cum in habitu non incesserit, quod de plano procedit, quia Titularis attendauit bona Prioratus ipsi D. Carolo, super quo erat imposita pensio, vnde poterat retinendo sibi satisfacere.

Et ita conclusum D. Titulari solum informante.

FERRARIEN. POECVNIARIA.

Lunæ 26. Aprilis 1621.

ARGVMENTVM.

Apoca priuata à debitore subscripta, & trino teste minuta habet vim instrumenti, & contra debitorem probat. Testis, qui deponit de auditu alieno, non probat; prout est ille, qui iudicat, & ille, qui est interessatus.

SVMMARIVM.

1 *Apoca priuata à debitore subscripta, & trino teste munita habet vim Instrumenti.*
2 *Et contra debitorem probat.*
3 *Error non præsumitur, nisi probetur.*
4 *Probatio quæ per necesse non concludit, non releuat.*
5 *Testis deponens de auditu alieno non probat.*
6 *Testis, qui iudicat non probat.*
7 *Testis interessatus non probat.*

DECISIO MCCXCI.

COmparuit Ioannes Franciscus Ferrariensis coram Vicario Abbatiæ Vangadiciæ, & exposuit se possidere possessionem in Valghirana in Villa Bagnoli comprehensam in prima inuestitura facta Dominis de Bonleis, & alijs, quæ erant deuoluta, & petijt se de ea denuo inuestiri, prout fuit factum in assertione, quod iniuerat compositionem per scripturam priuatam, in qua continetur, quod ipse Ioannes Franciscus promittit se soluturum scut. 600. pro dicta inuestitura; vnde dubitaui, an teneretur ad huiusmodi solutionem, & affirmatiuè fuit resolutum, quia constat de eius promissione ex dicta apoca priuata ab ipsomet Ioanne Francisco subscripta, & recognita pro sua, & cum sit trino teste munita, ha-
1 bet vim instrumenti * *l. scripturas C. qui pot. in pign. haben.* & absque dubio contra ipsum Io-
2 annem Franciscum probat * *l. publica §. fin. ff. deposit. auth. contra qui C. de numerat. pecun.*

Non obstat, quod in partibus fuit allegatus error, quia non præsumitur, nisi probe-
3 tur * *l. si post diuisionem C. de iur. & facti ignor.*
hic autem non probatur; nam dum allegatur Bonleis mansos quinque terræ fuisse concessos, nihil releuans deducitur; Primo quia non excluditur, quod possessio, quã habet D. Frãciscus non possit comprehendi in illo numero: Secundo quia Bonlei fuerunt inuestiti de Valle prædicta Valghirana, & ideo Vallis ab anno 1416. quo fuit facta inuestitura, potuit ad culturam reduci, Tertio quia in confessione se restrinxit ad primam inuestituram factam Bõleis, non autem constat esse primam inuestituram, cum possit esse, quod alia priùs fuerit facta. Quarto quia confessio Io. Francisci non est restricta ad concessionem factam Bonleis, sed etiam alijs, & ideo cum ista probatio non
4 concludat per necesse non releuat * *c. in præsentia de probat. l. non hoc C. vnde legitim. & ibi gloss. verbo quærendum.*

Et prædicta eo magis Dominis placuerunt, quia Testes deponunt Valghirana magnum habet circuitum, & quartus testis deponit de 10. m. & septimus testis optimè deponit ad rem nostram dicens *Al Lago di Bagnolo confinano le Castare di esso con la Possessione della Mirandola, cioe con li pascoli più bassi d'essa, che ogni cosa era Valle auanti la bonificatione:* signum euidens, quod Valles debebant bonificari, & quod quatenus hæc possessio non contineretur in termino concesso (quod tamen non probatur, vt dictum est) poterat contineri, vt bonificationibus postea factis.

Vlterius non probatur error ex Testibus; Tertius enim primæ instantiæ super primo deponit de auditu á quodam Iacobo, quod possessio Mirandulæ non erat supposita libello Abbatiæ, & pariter Tertius secundæ instantiæ idem deponit de auditu à qu. Oliuerio, qui
5 cum deponat de auditu alieno non probat, *
nam ad effectum, quod testis probet, debet de eo, quod nouit, & præsens fuit, & sic per proprium sensum, non autem per sensum alte-

rius deponere *c. testes 3. quaest. 9. vbi gloss. verbo praesentes; & verbo viderunt & licet ex quadam de testibus* vbi *Io. Andr. num. 2. verbo communem formam*, Primus vero Testis secundae instantiae deponit de publica voce, & fama, quod possessio, de qua agitur, fuit libera DD. de Bonleis, sed conuincitur, vt statim dicetur, & dum dicit, quod possessio Mirandulae non est in Valghirana sed in Bagnolo, distans à Valgherana per vnum milliare, aperte conuincitur ex confessione Io. Francisci, qui fatetur quidem possessionem esse in Villa Bagnoli, sed in Valgherana, quae vt dictum est, amplum habet circuitum; Quartus vero Testis secundae instantiae iudicat, dum dicit se vidisse scripturas, & quod possessio fuit libera
6 DD. de Bonleis, & ideo non probat, * cum paria sint putare, & ignorare *Verall. dec. 264. num. 3. part. 3.* & est interessatus, dum dicit matrem suam fuisse heredem pro quarta parte Ioannis Baptistae del Panno, qui emit partem huius possessionis à Domino de Bonleis, &
7 ideo pariter non probat * *l. omnibus* vbi *Odofred. num. 1. vers. & dicitur res propria C. de testib. l. nullus ff. eod. tit.*

Et veritas negotij apparet ex venditione tertiae partis huius possessionis facta per Bonleos de anno 1592. & ex venditione residui facta de anno 1595. illis del Panno, in quarum vltima retinuerunt in manibus sc. 600. ex quo non erat clarum, quod possessio esset, vel non esset de pertinentijs Abbatiae, & hoc donec fuerit declaratum, an possessio esset de pertinentijs Abbatiae, & idem fuit actum, dum de anno 1605. haec possessio per illos del Panno fuit vendita Gaspari de Vecchiatis pro persona nominanda, & idem deponunt testes pro parte Abbatiae examinati, qui etiam subdunt, quod Bonlei soluebant canonem Abbatiae, & datur etiam quietantia Abbatis de anno 1591. facta dictis Bonleis pro canone, ex quibus ommisso, an bene probarent intentionem Illustrissimi Cardinalis Abbatis circumscripta confessione Ioannis Francisci, certum est taliter conquassate probationes factas contra confessionem, ita vt ipsa remaneat illaesa

Ex quibus conclusum solo Illustrissimo Abbate informante Io. Franciscum teneri soluere scuta 600.

Praesens decisio fuit confirmata die 4. Martij 1622. & 27. Aprilis eiusdem anni.

LEODIEN. FRVCTVVM BENEFICII.

Lunae 26. Aprilis 1621.

ARGVMENTVM.

Constitutio posterior cum clausulis derogatorijs est attendenda. Clausula *sublata* quid operetur. Probatio possessionis in vna causa non suffragatur in alia diuersa. Sententia super statu facit Ius quoad omnes.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio posterior cum sufficientibus clausulis derogatorijs est attendenda.*
2 *Clausula* sublata *tollit iurisdictionem Iudici, & facultatem opponendi parti, itaut quis non possit audiri, nisi obtenta oris apertione.*
3 *Constitutio* Pii V. incipiens cordi nobis 57. in nou. Bullar. *in quibus terminis loquatur.*
4 *Manutentio non datur absque possessione.*
5 *Probatio possessionis facta in vna causa non probat in alia vertente inter diuersas personas.*
6 *Sententia lata super statu facit ius quoad omnes, prout etiam alla* Achil. dec. 5. in fine de re iudic. *quid firmet num. 6.*
7 *Manutentio in Summarissimo possessorio durat quantum ipsa lis.*
8 *Fructus debentur ei, qui est in possessione.*

DECISIO MCCXCII.

ARchidiaconi Leodien. praetendunt habere ius apponendi sequestra super beneficijs vacantibus in eorum Archidiaconatibus, quoties illa sunt litigiosa, vel talia efficiuntur intra biennium à die adeptae possessionis, nec non percipiendi omnes fructus, dempto salario pro seruitore dicti beneficij, iuxta *Indultum Leonis X. datum sub die Kalen. Ianuarij anni* 1517. ac insuper esse in quasi possessione immemorabili, vt praetenditur fuisse probatum in alia causa *Leodien. fructuum 24. Aprilis 1614. coram R. P. D. meo Manzanedo*, quae est 583. *p. 1. in recent.* & ideo *coram me* petebatur manutentio, quam esse denegandam ex pluribus deducebatur: Et primo, quod adest posterior *Constitutio Pij V. incipien. Cordi nobis 57. in nou. Bullar.* quae tollit huiusmodi Constitutiones, & derogat Constitutionibus etiam editis in Conciliarijs Generalibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, Vnde ista Constitutio tanquam posterior cum sufficientibus clausulis
1 derogatorijs est attendenda, * vt in puncto harum Constitutionum fuit resolutum in causa *Leodien. Parochialis 4. Martij 1613. coram R. P. D. meo Pamphilio.*

Quod ideò magis procedit, quià dicta Cōstitutio Piana habet Clausulas, *sicque per quoscunque Iudices &c. sublata &c. irritum, & inane &c.* quae quidem clausula *sublata &c.* tollit Iu-
2 risdictionem Iudici, * & facultatem opponendi parti, ita vt quis non possit audiri, nisi obtenta oris apertione *Ruin. cons. 21. numer. 15. in fin. lib. 1. Verall. dec. 134. numer. 4. par. 3.*

Hoc motiuum non placuit Dominis, quia Constitutio *Pij V.* loquitur, quandò lites oriun-
3 tur inter Prouisos, * Capitulum, & Canonicos, caeterasque Capitulares personas, ad quas admissio & receptio &c. spectat, qui non est casus noster, cum lis non fuerit mota per praedictos, sed per Tertium, qui ius praetendit, ergò iste casus non comprehenditur sub dicta Constitutione.

Secun-

Secundo dicebatur, quod possessio Archidiaconorum nullibi probatur; Et hoc motiuum placuit Dominis, quia manutētio nō datur ab-
4 sque possessione * §. *hodiè Inst. de inter.* Neque Archidiaconus potest se iuuare ex possessione probata in alia causa coram R.P.D. meo Manzanedo, quia illa probatio est inter diuersas
5 personas, & ideò non probat inter istas * *c. inter dilectos de fid. instr.* & in puncto fuit resolutum in causa *Illerden. Portionis* 12. *Decembris* 161 *t. coram bo. me. D. meo Penia*.

Neque obstat, quod ista probatio videatur facta super statu, & ideò probat quoad om-
6 nes *Achill. dec.* 5. *in fin de re Iudic.* * Quia *Achilles* loquitur quando sententia fertur super statu. Tunc enim nedum sententia, sed etiam acta faciunt ius quoad omnes, in casu autem decisionis *D. M. Manzanedi*, quoad Possessionem Archidiaconorum non constat aliquam fuisse latam sententiam, sed tantum concessam manutentionem in summarissimo possessorio
7 quæ durat, quantum ipsa lis * *Menoch. de retin. remed. vltimo numer.* 58. & ideò neque ex hoc dici potest, sententiam fuisse latam super statu.

Ex quibus solo Gulielmo informante fuit conclusum, Archidiacono non esse dandū mandatum de manutenendo, & propterea ipsi Gulielmo deberi fructus, cum ipse sit in posses-
8 sione * iuxta resolutiones factas *Ferrett. cons.* 151. *num.* 5. *lib.* 1.

CAESARAVGVSTANA DISTRIBVTIONVM.

Veneris 30. *Aprilis* 1621.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio non potest denegari ei, qui est in quasi possessione exigendi.*
2 *Facultas concessa Canonicis diminuendi distributiones debet intelligi legitima superueniente causa.*
3 *Delictum non præsumitur.*
4 *Consors litis quis dicatur.*
5 *Consortes litis æqualiter admittuntur pro tuenda sua possessione.*

DECISIO MCCXCIII.

POst resolutionem factam coram *Illustrissimo D. meo Cardinale Sacrato*, quod Portionarijs non erat dandum mandatum de manutenendo, ipsi exhibuerunt *Statutum* conditum authoritate Apostolica per Illustrissimum D. meum Cardinalem Millinum, tūnc Nuntium Apostolicum, in quo disponitur, quod de massa communi Canonicorum assumatur quantitas necessaria mittenda in bursa distributionum, ex quibus dentur qualiter die vnicuique Canonico regalia sex, & vnicuique Portionario, & Beneficiato regalia tria, quod fuit adimpletum. Nam ex Testibus datis in *Summario numer.* 7. & 8. probatur nedum applicationem fuisse factam, sed etiam Portionarios esse in ista quasi posses-
1 sione exigendi, * vnde eis non potest denegari manutentio per recessum à *decisione* primo loco facta, cum clarè constet de eorum possessione *l.* 1. §. *Sin autem Proprietarius C. communia de manum. l. si Seruus C. quod cum eo Guidop. dec.* 566. vbi dicit hoc esse verum tam de iure, quam de stylo.

Non obstat, quod ex Bulla *Benedicti XIII.* Canonici possunt diminuere huiusmodi distributiones, & sunt in possessione diminuendi, vt patet ex Testibus datis; quia fuit responsū, Bullam esse intelligendam, vt hoc faciant le-
2 gitima causa superueniente* *l. si hominem ff. mandat Roman. cons.* 37. *num.* 3. *vers.* 3. *Quia* vbi *Apo-*
3 *still. v. casus* & cum delictum non præsumatur * *l. meritò ff. pro socio*, censendum est, Testes deponere de diminutione facta in casu licito, & propterea petitæ manutētioni per Portionarios nō obstare possessionem Capituli diminuendi, quia cum illa præsumatur in casu licito, vt supra dictum est, donec cognoscitur, an adsit casus licitus pro mutatione facienda, interim non potest denegari manutentio Portionarijs.

Et cessat omnis difficultas, quia Testes non deponunt de alteratione post d. Statutum; nec post secularizationem Ecclesiæ, & quamuis in Bulla Secolarizationis reseruentur iura Capitulo, reseruatio tamen est restricta quoad ea, quæ statui Seculari, & Bullæ super dicto statu non contradicunt, quæ omnia respiciunt petitorium.

Non obstat, quod Canonici tanquam Administratores non possint conueniri pro manutētione ad reddendam rationem, quia hic non agitur de nuda administratione, sed de administratione rei communis, Vndè Capitulum
4 dicitur Consors * *l. Communis Seruus* 42. *ff. de acquir. possess.* quarè cum ipsum velit diminuere quantitatem solitam exigi per Portinarios, vtique ipsi petere possunt manutentionem, donec cognoscatur, an sit locus dictæ diminutioni, quia omnes consortes admittantur æquali-
5 ter pro tuenda sua possessione* vt probat *Hieronim. Portoles. de Consortibus cap.* 38. *numer.* 7. *per tot*, & præsertim *in fin.*

Ex quibus ex *Statuto* nouiter producto fuit recessum *à decisis*.

Præsens decisio fuit confirmata die 21. *Iunij sequentis, & postea reuocata* 17. *Nouembris* 1623. *& postea confirmata die* 24. *Nouembris* 1632.

BONON. FIDEICOMMISSI DE BENTIVOLIS.

Mercurij 5. *Maij* 1621.

ARGVMENTVM.

Substitutio reciproca ad fauorem nepotum tam in portione parentum, quam patruorum an & quando cẽseatur inducta, & quando in portione parentum tantùm:

SVMMARIVM.

1 *Reciproca substitutio inducitur ex verbis, de quibus ibi.*

2 *Verba* ipsorumque filios, & descendentes in infinitum in stirpes & non in capita substituit salua semper graduum pærogatiua omni meliori modo *important substitutionem ad fauorem filiorum superstitum; ac ipsorum filiorum, & descendetium in infinitum.*

3 *Substitutio reciproca facta primis institutis, non est subaudienda ad fauorem nepotum in portione patruorum, sed solum in portione parentum, & numer. 7. Ampl. numer. 8. & 17. vide numer. 19.*

4 *Substitutio plurium descendentium semper intelligitur facta discretiuè de filijs proprijs, & descẽdẽtibus vniuscuiusque instituti; non autem de alijs.*

5 *Dictio* vt supra *refert verè & propriè omnia disposita in praecedenti dispositione.*

6 *Clausula* in stirpes, & non in capita *operatur; vt substitutio censeatur facta de vna linea ad aliam.*

7 *Nepotes non censentur reciprocè substituti ad portionem patruorum sed solum ad portionem parentum Ampl. numer. 17. vide num. 19.*

8 *Amplia etiamsi in substitutione adsit clausula* in stirpes, & non in capita.
Clausula in stirpes, & non in capita *apposità in substitutione reciproca intelligenda est in eadem linea Patris, non in linea transuersali numer. 8.*

9 *Successio in stirpes consideratur in linea descendenti respectu ascendentis non in linea transuersali.*

10 *Transuersales succedunt in capita.*

11 *Datur successio in capita inter filios duorum fratrum secundum opinionem* Azonis *& secundum opinionem* Accursij *in stirpes vide ibi, & numer. 13.*

12 *Clausula* salua semper graduum prærogatiua *excludit vt nepos concurrere possit cum Patruo, & num. 14.*

13 *Dicta Clausula est contraria alteri clausulae* in stirpes, & non in capita.

15 *Substitutio secunda non trahitur ad primum casum, in quo diuersimodè disponit.*

16 *Reciproca substitutio ex coniecturis induci potest.*

17 Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 5. n. 17. *quomodò sit intelligendus.*

18 *Nouum fideicommissum non censetur inductum quando dispositio potest parere effectum citrà multiplicationem nouorum fideicommissorum & num. 20. limita vt ibi.*

DECISIO MCCXCIV.

VErba institutionis, & substitutionis sunt hæc *Hæredes Vniuersales instituit DD. Iacobum, Petrum Antonium, Iulianum Cæsarem, Andream, Alexandrum, & Herculem eius filios masculos æqualiter, eosque inuicem substituit vulgariter, &*
1 *per fideicõmissum, decedentibus sinè filijs masculis,** & hanc substitutionem esse reciprocam inter fratres filios Testatoris, non est ambigendi locus, vt per *DD. in l. cohæredi §. qui discretas ff. de vulg. & pupill. substit.* & subditur *ipsorumque filios, & descendentes in infinitum in stirpes, & non in capita substituit vt supra, salua semper graduum*
2 *prerogatiua omni meliori modo vt supra,* * quorũ verborum sensus est: Quod adinuicem substituit filijs decedentibus sinè filijs masculis nlios superstites, atque substituit ipsorum filios, & descendentes in infinitum in stirpes, & non in capita vt supra, salua semper graduum prærogatiua omni meliori modo, vt supra. Hoc stantè, cũ solum superstes sit Comes Philippus Nepos Testatoris ex Comite Iulio Cæsare, quæsitum fuit, an ipse Philippus sit substitutus ad portionem Patruorum sinè filijs defunctorum: Et negatiuè fuit resolutum, ex quo in prima substitutione reciproca non sunt substituti, nisi
3 filij Testatoris, non autem superstitum liberi,* *l. hæredes mei 57. §. cum ità ff. ad Trebell.* & ità distinguendo dicit *Faber in suo Codice l. 6. t. 22. defin. 24.* quem refert, & sequitur *Francisci de Barry de successiõn. lib. 7. tit. 3. num. 7. Soccin. sen. cons. 116. num. 7. vers. prætereà lib. 3. & cons. 62. n. 4. vers. & in primis lib. 3. Aym. cons. 161. num. 16. & cons. 208. num. 3. & cons. 130. num. 7. in fin. Gozadin. cons. 21. num. 8. Peregr. cons. 33. num. 22. lib. 3. Paris. cons. 38. numer. 1. lib. 1. & cons. 31. num. 6. lib. 2. Soccin. Iun. cons. 101. num. 3. lib. 1. & cons. 64. num. 14. lib. 3.*

Et prædicta confirmantur ex alia conclusione pluties à Rota firmata, quod substitutio plurium descendentium semper intelligitur fa-
4 cta discretiuè de filijs proprijs, * & descendentibus vniuscuiusque instituti, non autem de alijs *Ruin. cons. 121. nu. 8. lib. 2. & cons. 115. n. 12. & cons. 134. num. 7. & cons. 141. num. 13. vers. postremò, & cons. 142. num. 5. lib. 3. Paris. cons. 18. n. 61. lib. 2. Rimin. Sen. cons. 28. num. 5. Alciat. respons. 82. num. 12. lib. 9. Gabr. cons. 140. num. 3. lib. 1. Mãtic. de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 5. num. 17. Menoch. cons. 327. num. 33. & 34 & cons. 376. nu. 29. & 33. cum seq. Sfortia Odd. cons. 46. num. 23. Aym. cons. 130. sub num. 6. vers. & si dicatur Peregrin. de fideicom. art. 13. num. 72. & cons. 30. num. 2. & seq. lib. 3. Seraphin. dec. 1023. num. 3. & seq. Rot. in recent. par. 1. dec. 145. numer. 5. & dec. 316. numer. 4.* Et sic in proposito si nepotes censentur vocati ad portionam Parentum tantum, cessat ratio, quod fuerint reciprocè substituti patruis.

Non obstat, quod nepotes substituit per supra citata verba: *ipsorumque filios, & descendentes in infinitum in stirpes & non in capita substituit vt supra salua semper graduum prerogatiua vt supra,* quæ dictio (*vt supra*) cum sit relati- dispositionis præcedentis, refert vere, & proprie omnia disposita in dispositione

ne

5 ne præcedenti, * vt in terminis dicunt *Gabr. conf. 130. numer. 28. lib. 2. Menoch.* pariter in terminis *conf. 124. numer. 58. in fine, & seqq.* quod eo magis procedit stante clausula *in stirpes, & non in capita*, quæ importat, quod substitutio censeatur facta de vna linea ad aliā
6 lineam * *Parif. conf. 87. num. 24. & 25. vol. 2. Menoch. conf. 327. num. 31. & seqq. Surd. conf. 434. numer. 8. vol. 3.* Nam fuit responsum, quicquid dicendum sit, An per hæc verba Testator voluerit adesse reciprocum fideicommissum inter vocatos vnius Lineæ ad portionem sui Parentis, non ideo posse inferri, quod voluerit nepotes reciprocè substituere ad por-
7 tionem patruorum, * sed solum ad portionem parentum, ad quam sunt vocati, cum supra tantum reciprocè substituerit filios, vt in his terminis videtur sentire *Dec. in conf. 287. num. 9. & conf. 291 num. 6. vers. his præmissis*, & bene *Decian. respons. 86. num. 22. in fin. & num. 23. lib. 3.* Nec aliquid in contrarium faciunt verba *In stirpes, & non in capita*, quia illa clau-
8 sula est intelligenda in eadem linea Patris, * quia successio in stirpes consideratur in linea descendenti respectu ascendentis, non in linea transuersali, nam descendentes succedunt as-
9 cendentibus per stirpes * *§. cum filius Instit. de hered. quæ ab Intest. defer.* Transuersales autem
10 succedūt per capita * *l. 1. §. 1. ff. si pars hæredit. petat. l. 2. §. hac hæreditas ff de suis & legitim. hæred. Alciat. conf. 87. n. 4. vers. nō obstat. lib. 9. & conf. 36. n. 6 vers. nec obstat eod. lib. 9. Socc. Sen. conf. 104. n. 2. in fin. vers. confirmatur etiam lib. 3. Parif. conf. 87. n. 25. lib. 2. Menoch. conf. 376. num. 33. & conf. 328. numer. 31. lib. 4. Peregrin. conf. 35. num. 3. lib. 4.* Et ista clausula fuit apposita ad tollendam quæstionem inter *Azonem, & Accursium*, quorum primus tenet inter filios duo-
11 rum fratrum dari successionem in capita, * quod est verum; alter vero in stirpes, & hoc manifestissimè deprehenditur ex subsequentibus verbis, *Salua semper graduum prærogatiua omni meliori modo vt supra*, quæ excludit, vt
12 nepos concurrere possit cum Patruo, * cum sit contraria alteri clausulæ *In stirpes, & non*
13 *in capita* * *Fulgos. in auth. defuncto in 3. notab. C. ad Tertull.* & ibi *Corneus num. 2 & 7. Parif. conf 38. num. 28. & 29 & conf. 91. num. 24. vol. 2.* Vnde germanus sensus, est quod in linea paterna filij duorum fratrum succedant in stirpes, & non in capita, recedendo in hoc ab opinione *Azonis*, salua gradus prerogatiua vt
14 supra, vt scilicet Patruus excludat nepotem,* prout excludit in primo gradu, quia nepotes, vt dictum est, non sunt reciprocè substituti *Curt. Iun. conf. 22. num. 16. & conf. 128. num. 3. Marzar. in epitom. de fideic. quæst 34. & in conf. 3. num. 2.* qui intellectus, quicquid alij dicant, in hac facti specie non videtur habere difficultatem, & sic manifestissime apparet, quod in hac substitutione disponit in alio casu, quam disposuerit in prima substitutione, ergo secunda substitutio non debet trahi ad ptimum
15 casum, * vt bene ad rem nostram *Alciat. d. conf. 36 num. 6. lib. 9.*

Neque etiam obstat, quod reciproca potest
16 ex coniecturis induci *Card. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 5. num. 15.* quare cum nepotes ex omnibus filijs fuerint reciprocè Instituti inter se, signum est euidens, quod reciproca respectu filiorum testatoris operatur etiam ad fauorem suum, ex adductis per eundem *Mantic. ibid.* quia vt supra dictum est, regula est in contrarium, neque ab ea potest recedi, ex
17 quo agatur de descendentibus Testatoris, * & videtur voluisse idem *Card Mantic. loco prædicto num. 17. vers. sed multum refert*, nam plures ex *Doctoribus* supra allegatis loquuntur etiam in casu isto descendentium, & si bene aduertatur ad *Cardinalem Manticam* loquitur per verbum *multum refert*, & per verba *potest videri*; Vnde potiùs videtur inclinare, quod ex quo agitur de descendentibus possit elici coniectura, non autem hoc posse per necesse inferri, & ita sunt intelligendi *Doctores* per ipsum allegati, & hoc maxima ratione, quia quando dispositio potest parere effectum citrà multipli-
18 cationem nouorum fideicommissorum * nunquam per eam censetur inductum nouum fideicommissum *l. Pater §. filium ff. de leg. 3.* & fuit resolutum in causa *Vrbeuetana fideicommissi 28. Aprilis 1586. coram bo. me. Cardinale Pamphilio Seraph. dec. 1023. numer. 5.* & pro coniectura non autem pro concludenti probatione hanc conclusionem reassumunt omnes *DD. & decisiones*, quæ in contrarium allegantur, sic *Aym conf. 130. sub num. 6. vers. 3. Considero, Socc. Iun. conf. 110. num. 39. vers. qui etiam lib. 3. Riminald. Iun. conf. 676. num. 11, Peregr. conf. 151. nu. 21. lib. 5 Rot. dec. 51. numer. 2. vers. Tertia est, dec. 698. numer. 7. vers. Tertio cum nulla part. 1. & dec. 266. num. 20. part. 1. in recent.* Ista autem coniectura per se non sufficit quia si hoc admitteremus quoad descendentes, destrueretur illa communis conclusio a Rota sæpius approbata, quod substitutio reciproca facta primis Institutis, non est subaudienda ad fauorem Nepotum, de quo supra dictum est, quod est admittendum etiam, quod scriptura sit coniuncta, & continuata, quia hoc operatur, vt facilius admittatur reciproca in secundo gradu, non autem quod per necesse sit admittenda, & ita colligitur ex iuribus adductis per *Peregrinum in dicto conf. 151. num. 21. vers. vltra autem addo lib. 5.*

Neque placuit, quod verba illa *ipsorumque*
19 *filios, & descendentes in infinitum substituit*, * non magis possint applicari portioni Patris, quam patruorum, & cum testator indistinctè loquatur, indistinctè debet intelligi ex *Soccino sen. conf. 77. num. 5. vers. nec dicat lib. 1. Peregr. de fideicom. art. 13. sub num. 73. vers. contra vero*, quia vt supra relatum est in themate facti, prædicta verba non possunt applicari nisi ad portionem parentum, ad quam de iure censentur substituti, quod de plano debet admitti, quia cum illa verba possint operari pro substitutione in portione paterna, non debent operari multiplicationem, ad inducen-
20 dum nouum fideicommissum, * vt supra dictū est *d. l. Pater §. filium ff. de legat. 3.* & bene facit *Dec. conf. 465. num. 10. Alba conf. 29. num. 12.*

Odd.

Odd. cons. 46. numer. 23. & cons. 68. numer. 5. Toruiell. in repett. l. Gallus §. quidam recte num. 77. & seqq. de Liber. & Posthum. Peregr. cons. 30. num. 4. lib. 3. & cons. 56. num. 9. lib. 2.

Ex quibus fuit recessum à *decisione facta primà Iuly Superioris anni.*

NEAPOLITANA MASSARIAE.

Mercurij 5. Maij 1621.

ARGVMENTVM.

Quando dicatur non constare de legitimo Inuentario bonorum hæreditariorum.

SVMMARIVM.

1 *Copia copiæ non probat.*
Copia copiæ quando dicatur licet sit exemplata ex scripturis originalibus num. 1.
2 *Iura producta etiam in partibus vigore* Innocentianæ *faciunt fidem etiam in Curia.*
3 *Declara procedere, quando iura fuerunt recognita.*
4 *Inuentarium, quod caret rogitu* Notarij, *& testium non potest exemplari, & in publicam formam redigi.*
5 *Notarij* Neapolitani *ex consuetudine illius Ciuitatis possunt extrahere copiam Instrumenti à se rogati, & in fine dicere presentibus Iudice, & testibus in numero opportuno, etiam absque alià nominum expressione.*
6 *Instrumentum vitiatur si verba, quæ de consuetudine loci debebant apponi in fine illius, fuerunt apposita in corpore.*
7 *Maxime quando versatur in consuetudine iuris communis correctoria.*
8 *Inuentarium bonorum hæreditariorum non dicitur legitime confectum, quando non constat, quod in ipso actu aditionis hæreditatis fuerit data in manibus Notarij, qui de aditione rogatus est in præsentia Iudicis, & testium lista bonorum defuncti. vide ibi.*
9 *Ex inspectione actorum probatur negatiua.*

DECISIO MCCXCV.

DOmini recesserunt à resolutis, scilicet non
constare de causis restitutionis in integrum
quia non constat de legitimo Inuentario ex
triplici capite; primo quia scriptura originalis
dicti Inuentarij non est in forma probanti,
vt fuit resolutum *coram bo. memor. Fautuccio 24.*
Ianuarij 1556. ea ratione, quia erat copia
1 copiata ab alijs Notarijs, * Et quamuis ho-
die fuit factus compulsus, ex eo apparet etiam
veritas facti, quia in compulsatione dicitur,
præsens copia extracta, & copiata est ab actis
Originalibus, quæ conseruantur penes me Notarium
Andream de Aytona saluo semper, &c. Quæ qui-
dem acta originalia, vt patet, ex antiqua
exemplatione sunt acta originalia Concilij,
non autem acta originalia Inuentarij ibi: *Præ-*
sens copia extracta est ab actis Originalibus Sacr.
Concilij, quæ conseruantur penes me Vincentium
Berzano dicti Sac. Concilij, & causæ Actorum ma-
gistrum, cum quibus facta fuit collationatio, &
concordat, & propterea cum agatur de copia
copiæ nihil probat *l. Sancimus C. de diuer. re-*
script. l. Procurator C. de eden. DD. in auth. si
quis in aliquo C. eod. tit. Alex. cons. 138. num. 4.
lib. 5. Capyc. dec. 234. num. 1. part. 1. Rot. dec.
297. num. 1. par. 2. in recent.
Non obstat, quod iura producta etiã in par-
tibus vigore *Innocentianæ* faciãt fidem etiam in
2 Curia * *Verall. dec. 351. nu. 5. part 2.* & fuit di-
ctum in causa *Tarraconen. Præpositurarum 4.*
Iulij 1603. & in causa *Conchen. decimarum de*
Torell. Monte 28. Iunij 1617. coram me; Quia
Innocentiana procedit, quando iura fuerunt re-
3 cognita * *Verall. dec. 258 incipien. iuribus re-*
gistratis lib. 1. in manuscr. & dec. 113. in impress.
lib. 3. & ita fuit resolutum in causa *Iacen.*
Portionis de Auzo 12. Ianuarij 1604. coram Il-
lustrissimo D. Cardinale Millino, & alias sæ-
pius, quæ quidem recognitio hic non proba-
tur adesse, & ideo illud Inuentarium nihil pro-
bat.
Secundo non cõstat de legitimo Inuentario,
quia pretensum Inuentarium, de quo agitur, ca-
ret rogitu Notarij, & testium, vnde non potuit
4 exemplari, & in publicam formam redigi *
Burfatt. cons. 370. num. 53. vers. Quarto ad-
misso vol. 4. Decian. cons. 24. num. 35. & 36.
lib. 1. & quamuis pars conetur probare ex
testibus, quod de consuetudine Neapolitana
Notarij possunt extrahere copiam Instrumenti
5 à se rogati, * & in fine dicere *Præsentibus Iudi-*
ce & testibus in numero opportuno etiam absque
alia nominum expressione, tamen quicquid
sit de hac consuetudine, & an ita de plano pro-
cedat quatenus sit probata non potest suffra-
gari, quia illa verba non sunt apposita in fine,
prout requirit consuetudo, sed in corpore
scripturæ, & ideo cum non fuerit seruata for-
ma, sed hoc fuerit factum ordine præpostero
6 Instrumentum vitiatur * *Bald. in l. 1. numer. 8.*
vers. ex dicto ergo C. ne liceat Tertio prouoc. Felyn.
in c. cum dilecta sub num. 6. vers. sextum signum
de rescript. Asin. in prax. §. 3. cap. 36. numer. 3.
quod de plano procedit cum versemur in con-
7 suetudine Iuris communis correctoria. * *Gabr.*
cons. 81. num. 48. lib. 2. Honded. cons. 75. num.
46. lib. 2.
Tertio videbatur aliquibus ex Dominis, non
constare de legitimo Inuentario, quia fuit pro-
batum ex Testibus, quod qui intendit heredi-
tatem adire, solet in ipso actu aditionis dare
8 in manibus Notarij, qui de aditione rogatur*
in præsentia Iudicis, & Testium, & locuple-
tum listam bonorum defuncti, quod nõ fuit fa-
ctũ, vt patet ex inspectione actorũ, ex qua pro-
9 batur negatiua * *Achill. dec. 9. super reg. de*
Trienn. Ex illa enim inspectione constat adi-
tionem fuisse factam secunda Decembris, pro-
ductionem autẽ Listę fuisse factam 22. eiusdem.
Neque contrarium dicunt Testes, qui allegan-
tur,

tur, cum referant se ad acta, ex quibus cognoscitur veritas, nec minus intrat conclusio, quod presumatur ex decreto Iudicis, quia ex inspectione actorum constat de veritate, neque etiam quod actus est reiterabilis, quia hoc est verum, sed primo loco de tempore inuentarij constat non fuisse exhibitam listam, & denique non officit, quod ista exhibitio listæ non videatur de forma, quia quicquid sit de hoc, quatenus non esset de forma, esset opus videre, an concurrant alia requisita de iure communi, & hoc est, quod sensit Rota antiqua *coram bo. mem. Robusterio* 10. *Maij* 1568. dum respondit nō esse recedendum à resolutis, quia ex consuetudine non potest sustineri Inuentarium, & quo ad alia Domini erant varij, sed licet hoc placeret aliquibus ex Dominis, tamen alij dicebant, quod si difficultas restringitur ad hoc caput, de eo esset particulariter videndum propter deducta in alia *decisione*, quæ videntur consideratione digna.

Præsens decisio fuit confirmata die 21. *Februarij* 15. *Aprilis & 2. Decembris* 1612.

THEATINA IVRISDICTIONIS S. IOANNIS IN VENERE.

Luna 10. *Maij* 1621.

ARGVMENTVM.

Intimatio mandati de manutenendo contra Monasterium valet si sit facta, quando Patres reperiuntur in refectorio, vel alio simili loco. Possessio antecessoris continuatur in Prælato successore etiam contra Successorem. Cætera de possessione patent ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Intimatio mandati de manutenendo contra Communitatem est facienda quando fuit congregata ad sonum Campanæ, vel tubæ.*

2 *Intimatio mandati de manutenendo contra aliquod Monasterium, vel Congregationem potest fieri, quando Patres reperiuntur in refectorio, vel in alio loco congruo.*

3 *Per contumaciam recusatur obedientia.*

4 *Contumacia est voluntaria inobedientia, qua quis monitionem Iudicis implere contemnit.*

5 *Declaratoria censurarum in mandato comminatarum conceditur dum constat de contumacia.*

6 *Possessio Antecessoris continuatur in Prælato successore absque alia apprehensione.*

7 *Possessio contra Antecessorem continuatur contra Successorem.*

8 *Mandatum obtentum contra vnum potest exequi contra illius Successorem.*

9 *Successor conuenitur ex iisdem actis, & causa in eodem statu manente, quo erat cum illius auctore.*

10 *Per transactionem amittitur possessio.*

11 *Limita quando fuit conuentum, quod non haberet effectum nisi à die concessionis Beneplaciti Apostolici.*

12 *Clausula* nec aliàs aliter, nec alio modo *est resolutiua, & operatur perinde ac si nihil sit actum.*

13 *Possessio est penes Ecclesiam, non penès Prælatum.*

14 *Idque sine difficultate procedit in possessione ciuili.*

15 *Possessio Ecclesiæ dicitur plena, & nunquam vacare.*

16 *Ex contractu inutili possessio per Prælatum non transfertur.*

17 *Confessiones extraiudiciales, & voluntariæ Prælati non nocent Ecclesiæ.*

DECISIO MCCXCVI.

Reuerendissimus Dominus Vulpianus Vulpius tunc Archiepiscopus Theatinus obtinuit mandatum de manutenendo contra Patres Iesuitas possessores Abbatiæ sancti Ioannis in Venere super exercitio Iurisdictionis à *Sacro sancto Concilio Tridentino* præscriptæ, qui posteà resignauit dictam Ecclesiam, & interim etiam Patres Iesuitæ resignarunt dictam Abbatiam ad fauorem Patrum Oratorij, contrà quos dictum mandatum fuit legitimè intimatum. Nàm etsi Communitas congregari de-
1 beat ad sonum Campanæ, vel Tubæ * *Gloss. in l. sed ex dolo §. 1. verb. facere possunt ff. de dolo,* tamen cum Cursor repererit Patres in Refectorio congregatos, & illis intimauerit hoc mandatum, sufficit, etiam quod non fuerint ad
2 hunc effectum congregati * *Gloss. in Capitulo si Capitulo vers. factam de concessione preb. in 6.* ibi *in dictis citationibus, & denunciationibus Vniuersitati faciendis, sufficit, quod in loco congruo coram Maioribus, & alijs ibidem inuentis publicè reproponatur Calder. cons.* 11. *de iurepatronatus, Iacob. Antonius de Mauro alleg. prima num.* 7. Vndè cum fuerint seruati quatuor termini substantiales ad docēdum de paritione iuxta stylum Rotæ, de quibus *Felyn. in c. Rodulphus num.* 41. *de rescr. Vestr. in praxi cap vltim.lib.*3. *num.* 19. *Peregr. dec.* 15. *numer.* 3. *lib.* 1. cum constet de contumacia, qua recusatur obedien-
3 tia * dicto mandato, quæ nihil est aliud, quàm voluntaria inobedientia, qua quis monitionem
4 Iudicis implere contemnit * *l. contumacia vers. Contumaces non videntur ff de re Iudic.* sequitur, quod ob dictam contumaciam possit dari declaratoria censurarum in mandato commi-
5 natarum * *c. certum* 43. *xi. quæst.* 3. *Gloss. in c. duo sunt x. verb. videbatur* 96. *distin. Marian Socein. in c. nulli num.* 7. *de sent. excomm. Abb. in c. primo num. x. de Iudic. Cassador. dec.* 5. *num.* 7. *de constit.* quam tamen declaratoriam Domini benignè agentes voluerunt dari, nisi Patres infra 15. paruerint.

Neque obstat, quod mandatum fuerit relaxatum ad fauorem Reuerendissimi Vulpij, quia possessio Antecessoris continuatur in Prælato
6 successore, * absque alia apprehensione *Guidopap.*

dopap. dec. 355. *Pontan. de spol. lib.* 3. *nu.*149. & fuit dictum in causa *Montis Regalis iurisdict.* 6. *Aprilis* 1601. *coram me*, & prodest etiam cõtra Patres Oratorij cum in continuanda posses-
7 sione metiamur ius à possessore, * non autem ab eo, contra quem possidetur *Guidopap. dec.* 629. *num.*3. *Rot. decis* 99. *num.*11.*par.*1. *Aegid. cons.*21.*num.*7.& 8. *Gigas de pers.* q.47. *nu.*10. *vers.*5. *sciendum Put. decis.*151. *lib.*3. & fuit dictum in causa *Romana Census* 6. *Nouemb.* 1606. *coram bo. me. Panta*, & in causa *Caesaraugustana praeeminentiarum* 13. *Martii* 1609. *coram me*, & alias sæpiùs, & propterea mandatum relaxatum contra PP. Iesuitas, potest exequi contra
8 PP. Oratorij * *l. si superatus* §. *per iniuriam ff. de pignor. l. mater* § *si ergo ff. de except. rei iudic. Butr. in c. quia sub num.* 13. *vers. primus quando ius exequendi de iudic.* Patres enim Oratorij successores conueniuntur ex ijsdem actis, &
9 causa in eodem statu manente * *Rot. decis.* 1. *vt lit. pend. in antiq. Fel. n. in c. quia in fin. de iudic. Lancellott. de attent. post inhibit. par.* 2. *cap.* 20. *limit.*24. *num.*18.

Non obstat transactio inita post dictum mãdatum inter bo. me. Archiepiscopum Tolosam & Patres Oratorij, ex qua prætenditur ammis-
10 sa possessio * *Bellamer. in c. veniens num.*4. *de transact. Io. Andr. in c. significauit num.* 3. *vers. si autem Monach. de censib.* Nam fuit responsum, quod expressè fuit actum, quod concordia
11 non haberet effectum, * nisi à die concessionis Beneplaciti Apostolici, quod cum non fuerit obtentum, nihil fuit actum, maximè stante clausula *nec alias aliter, nec alio modo*, quæ est
12 resolutiua, * & operatur perindè, ac si nihil fuisset actum *Bald. in l. si quidem num.*3.*C. de except. Alex. cons.*3. *num.*4. *lib.*1. *Clar. in* §. *emphyteusis q.*13. *num.*11. *Caputaq. decis.*82. *n.*4.*p.*3.

Et vlterius fuit consideratum, quod possessio est pœnes Ecclesiam & non pœnes Præla-
13 tum * *DD. in l* 1. *in fin. ff. de acquir. possess.* & de communi, & veriori *Alex. cons.*81. *num.*17. *vol* 3. *Paris. cons.*24. *num.* 5. *vol.*1. & respectu ciuilis possessionis conclusio est sine contradi-
14 ctore * *Bolognett. in d. l.* 1. *numer.* 324. *vers. in Prælato Matthesil. singular.* 166. & ibi *Apostill.* & quod possessio semper dicatur plena, & nũ-
15 quam vacare * *Rip. in cap. sæpè num.* 57. *de restit. spol.* & ideò continuatur in Prælato successore absque appræhensione *Guidopap. dec.* 355. *Pontan. de spolio lib.*3. *num.*149. & propterea ex contractu inutili possessio per Prælatum non
16 transfertur * *Bart. in l.*1. §. *si vir vxori num.* 3. *Ias. num.*28. *Bolognett num* 64. *ff. de acquir. possess. Verall. dec.*182. *num.*9. *par.* 3. & ideò competit manutentio nomine Ecclesiæ *Seraphin. decis.*1417. *num.*3. *Verall. vbi supra*.

Non obstant confessiones factæ per bo. me. Tolosanum in dicta transactione, quia vltra, quod adest pactum annullatiuum in casu, quo non sequatur Beneplacitum Apostolicum, cum sint confessiones extraiudiciales, & voluntariæ
17 non nocent Ecclesiæ * *Angel. cons.*145. *num.* 8. *vers. & tunc cum ista confessio Castrens. cons.*338. *num.*3. *lib.*1.

Et ita conclusum &c.

VERCELLEN. BENEFICII.

Lunæ 10. *Maij* 1621.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Possessio instrumentalis alio non existente in possessione est manutenibilis.*

2 *De mandato procuræ ad capiendam possessionem constat ex illis verbis* Procuratores creasti, & constituisti *appositis in instrumento possessionis. Verba Notarij rogati de præterito important tempus præsens num.*2.

DECISIO MCCXCVII.

PRo Insormante scilicet Petro dandum esse mandatum de manutenendo, cum de eius possessione constet capta de mense Octobris 1613. quæ licet sit Instrumentalis, tamen alio non
1 existente in possessione est manutenibilis * *Rot. dec.* 202.*n.*3. *parte* 1. & *dec.* 62. *num.* 1. *parte* 2.

Sola difficultas est, an constet de mandato illius, qui possessionem cœpit, & visum fuit de eo satis constare ex ipsomet instrumento collationato, in quo licèt dicatur *Procuratores creasti, & constituisti*, attamen cum de illo in-
2 strumento fuerit rogatus Notarius, * illa verba licèt de præterito importãt tempus præsens, scilicet quod tunc constituebat, vt dicit *Bartol. in l. post dotem num.* 21. & *Iason. num.* 83. *ff. solut. matrim.* & *in auth. si quis in aliquo num.* 11. *C. de eden.* & *in l. si certi conditio* 9. *si nummos num.*9. *ff. si cert. petat Alex. in l. si ità stipulatus* § *Chrisogonus ff. de verb. oblig.* vbi de communi *Mant. de Tacit. & ambig. conuent. lib.*3. *tit.*15. *nu.*8.

Nec facit, quod prædicti *Doctores* loquantur, quando illa sunt verba Notarij, ista autem sunt verba Episcopi, quià in hac facti specie eadem est ratio, cum Episcopus fecerit collationem, & in eodem instrumento continuatiuè dicatur *creasti, & constituisti*, & Notarius de hoc fecerit instrumentum; Vndè perindè est ac si ista essent verba Notarij.

Et ità conclusum.

Præsẽs decisio fuit cõfirmata die 26 *Aprilis* 1624.

ROMANA CENSVS.

scut. 18: mil.

Veneris 14. *Maij* 1621.

ARGVMENTO

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Liquidatio retrotrahitur ad diem obligationis.*

DE-

DECISIO MCCXCVIII.

Fvit resolutum standum esse in decisis quoad primam partitã scut. 200. solutam hæredibus bo. me Philippi Rauennæ, scilicet non esse detrahendam ex calculo D. Moretti. Nam locatio fuit facta 31. Ianuarij 1591. in qua expresse fuit conuentum, quod liceret DD. Vrsinis quandocunque recedere à dicta locatione, cum pactis tamen inter partes conuentis, & solutis Affictuario damnis, & interesse etiam lucri cessantis, per duos amicos liquidandis, quæ quidem obligatio est anterior credito Domini Ducis, quod est de anno 1591. 13. Februarij, quare cum pro damnis, & interesse occasione lignorum soluta fuerint hæredibus Rauennæ scut. 200. vtique non sunt detrahenda ex calculo, licet liquidatio facta fuerit lōgè post creditum D. Ducis, quia retrotrahitur
1 ad diem obligationis Vrsinorum, * ex allegatis in decisione in hac causa facta 16. Nouembris Superioris anni.

Non obstat, quod nullibi constat de huiusmodi interesse, pro quo fuerunt soluta scut. 200. quia cum deberentur occasione lignorum, quæ non percepit Rauenna, vt constat ex fide Peritorum hodie data, illud interesse longè excedebat istam summam, vt fuit consideratum in alia summa istud interesse est adeò verisimile, & summa adeò moderata, ità vt Iudex non præcesserit promissionem interesse cum possit informare animum suum an illud fuisse verum interesse.

Neque est verum, quod istud fuit effectum debitum Domini Principis, non autem Vrsinorum, quia Rauenna cessit Vrsinis, & ipsi vendiderunt Domino Principi, quia non soluit debitum proprium, sed debitum Vrsinorum; vndè nullo pacto hoc debitum est computandum Domino Principi, prout neque est verum, quod in Instrumento locationis fuerit conuentum de non recedendo à contractu, nisi extincto censu scut. 18. mill., in quo erat fideiussor D. Dux, quia non legitur in Instrumento locationis, & licet hoc fuerit actum pòstea de mense Martij 1592. tamen nihil facit, quia in omnem euentum, respicit fauorem ipsius Rauennæ, cui hæredes potuerunt renuntiare.

Quoad alias duas partitas Domini voluerunt, quod particulariter videretur, quia cum D. Princeps informaret nedum super proprietate, & anterioritate, sed etiam super deposito pretij, vt prætenderet sibi suffragari, contrariū autem prætenderet D. Dux ex quo depositum, & solutiones fuerunt factæ ipso non citato, ideò dictum fuit, quod de his particulariter videretur.

Et ità conclusum.

ADIACEN. BENEFICII.

Veneris 21. Maij 1621.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Antequàm videatur de attentatis prius cognoscendum est de possessione, quotiescumque ab ista dependent.*

DECISIO MCCXCIX.

Fvit resolutum non esse agendum de attentatis, vel non posse dici de illis constare, nisi prius cognoscatur de possessione; Quià si Seminarium est in possessione, nulla possunt considerari attentata, cum possessio illius sit anterior, & hoc controuerti non potest; sed sola difficultas consistit in eo, an constet de tali erectione de illo tempore, vt possessio suffragetur, ideò videndum est prius de ista erectione, & per consequens de possessione, antequam cognoscatur, an adsint attentata, cum illa pen-
1 deant à possessione, * Capic. dec. 72. per tot. præsertim num. 3. & 4. Lancellott. de attent. p. 3. cap. 24. q. 19. num. 1. & seqq. Paleott. dec. 147. & 220.

CAMERINEN. LAESIONIS.

Veneris 21. Maij 1621.

ARGVMENTVM.

Subhastatio læsina non potest conualidari si deducatur nouum creditum, pro quo non fuit actum.

SVMMARIVM.

1 *Læsio intrat etiam in venditione facta per viam subhastationis.*
2 *Mandatum relaxatum pro vno credito non potest exequi pro alio credito.*
3 *Pro qua summa fuerit relaxatum mandatum probatur ex actis.*
4 *Pro defendenda subhastatione à læsione non suffragatur si deducatur nouum creditum, pro quo non fuit actum.*

DECISIO MCCC.

Fvit resolutum sub die 19. Nouembris 1612. constare de læsione, ex quo prædium valoris scut. 1500. fuit subhastatum pro scut. 500. vnde intrat læsio vltrà dimidiam, quæ habet locū etiam in venditione facta per viam subhasta-
1 tionis, * vt in eadem decisione dicitur, & cum ad euitandam huiusmodi læsionem prætenderetur habendam esse rationem alterius crediti scut. 400. quicquid sit de veritate istius cre-

diti, contrarium placuit Dominis, quia cum mandatum fuisset relaxatum pro scut. 500. pro illis tantum, & non pro alio credito erat
2 facienda subhastatio,* prout verè pro alio credito non fuit facta, vt in puncto fuit resolutum in causa *Forolinien. de Monsignanis 19. Decembris 1604. coram bo. me. Cardinali Mantica* quæ est *decisio 303. in eodem libro*.

Quod autem mandatum fuerit relaxatum pro illa summa, & pro ipsa facta subhastatio,
3 patet ex actis subhastationis,* ex quibus illa iustificatur, vt fuit dictum in causa *Tiburtina administrationis tutelæ 18. Martij 1611. coram R. P. D. meo Manzanedo*, & si aliter fuisset factum subhastatio corrueret, cum pro isto credito non fuerit relaxatum mandatum, vt dictum est, circa quod si Sinibaldus aliquid prætendit, vtatur iure suo, non autem illud deducat pro iustificanda subhastatione, cum de eo
4 credito non fuerit actum,* nec pro eo relaxatum mandatum, vt dictum est.

Ex quibus fuit resolutum scut. 400. non esse computanda ad effectum conualidandi subhastationem à nullitate, & iniustitia propter læsionem vltrà dimidiam iusti pretij.

GERVNDEN. BENEFICII,

Lunæ 24. Maij 1621.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Habens pro se authentica Instrumenta dicitur habere fundatam intentionem.*
2 *Possessio probatur ex confessione aduersarij, in qua partem vocat occupatorem, & detentorem.*
3 *Æconomus censetur constitutus ad conseruandum, non ad agendum.*
4 *Curator Ecclesiæ vacantis potest constitui etiam ad agendum.*
5 *Possessio capta intrà terminum ad appellandum reuocari potest per viam nullitatis, etiamsi non fuerit appellatum.*
6 *Decretum irritans turbidum non tollit insistentiam facti.*

DECISIO MCCCI.

IAcobus permutauit Beneficium, de quo agitur cum Raphaele Patruo, qui postea obijt, & cum Iacobus prætenderet permutationem fuisse factam cum beneficio, quod nullos habet fructus, & vulgariter nuncupatur (*de pertica*) dato per Ordinarium Curatore Ecclesiæ protulit sententiam, in qua pronunciauit permutationem fuisse nullam, quam sententiam dictus Curator laudauit, & approbauit, & Iacobus statim apprehendit possessionem, vnde cum hæc probentur ex authenticis Instrumen-
1 tis Iacobus habet intentionem fundatam,* *Bart. in l. 1. num. 5. ff. de non. oper. nunc. c. licet causam vbi Dec. in notab. 13. num. 103. de probat.* & ideò ei non potest denegari manutentio; eoque magis, quià Paulus Fassus fuit Iacobum possessorem in monitorio obtento ab A. C. cû
2 vocet illum occupatorem, & detentorem,* quæ qualitas reijcitur, & remanet confessio possessionis, eum pro possessore præsumatur *Aym. conf. 150. num. 5. Rot. dec. 525. num. 2. p. 2. in recent.*

Non obstat, quod cum Beneficium vacaret Aeconomus censetur constitutus ad conser-
3 uandum, non ad agendum* *c. cum vos de offic. Ordin. c. quoniam 75. dist. Gloss. in d. cap. cum vos verb. Oeconomus*. Nàm fuit responsum hic agi de Curatore dato Ecclesiæ, quod potuit fieri
4 etiam ad agendum* *l. omnis §. nihilominus, C. de Episcopis, & Clericis c. Imperatorum de Iuram. calum. c. dilectus de Capell. Monach. c. constitutus de relig. domib. Gloss. in d. cap. cum vos verbo Oeconomos*, & propterea non officit, quod possessio capta fuerit intra terminum ad appellandum, quæ propterea potest per viam nullitatis reuo-
5 cari, etiam quod non fuerit appellatum* *Cæsar de Graff. dec. 2. num. 5. de appell.* quia obiectum cessat, cum Curator acceptauerit, & laudauerit sententiam, & illi acquieuerit.

Neque etiam obstant ea, quæ dicuntur de reseruatione, quæ propter decretum irritans inficit titulum, & possessionem, quia cum non sit apposita super toto corpore beneficij, & adhuc dictum decretum non sit iustificatum, immò reddatur multum turbidum, inspecta qualitate resignationis, interim non tollit insi-
6 stentiam facti* vt fuit resolutum in causa *Parmen. Prioratus 16. Ianuarij, & 16. Februarij 1598. coram Orano*, & in causa *Cusentina Cappellaniæ 26. Octobris 1601. coram Illustrissimo D. Cardinale Millino*, & in causa *nullius Canonicatus, & Sacristiæ eodem die, & anno coram bo. me. Penia*; Et in facto minimè subsistit, quod possessio fuerit capta post monitorium A. C. cum illud fuerit intimatum sub die 22. Augusti 1618. hora 2. vel 3. post meridiem, possessio verò capta eadem die circa horam 11. de mane.

Et ita conclusum, &c.

VITERBIEN. CASTRORVM,

Lunæ 24. Maij 1621.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum quandò dicatur vniuersale, & quando particulare. Prælegatum an, & quando compræhendatur sub fideicommisso.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Legata, & fideicommissa particularia debentur vltra vires hæreditarias per hæredem, qui ommisit confectionem Inuentarij.*

2 *Fideicommissum vniuersale, vel de quota hæreditatis non potest fieri vltra vires hæreditarias.*

3 *Limita si grauatus non recusat, sed consentit.*

4 *Fideicommissum particulare dicitur, quando corpora particularia sunt relicta.*

5 *Fideicommissum vniuersale tunc dicitur quando fit de tota hæreditate, aut de quota.*

6 *Prælegatum factum de maiori parte hæreditatis debetur pro portione hæreditaria Vide num. 8. & Declara num. 9. Limita nu. 12.*

7 *Prælegatum capere maiorem partem hæreditatis in dubio præsumitur.*

10 *Legati actio denegatur ei, qui non agnouit hæreditatem, quando prælegatum fuit factum sub nomine appellatiuo hæredis.*

11 *Emphiteusis acquisita pro se, & filijs trãsit ad ipsos vti filios, non autem pro portionibus hæreditarijs: Secus quando est acquisita pro filijs hæredibus.*

13 *Quandò Prælegatum est factum vni tantum non est loco portionis hæreditariæ.*

14 *Hæres institutus in certa parte, seu quota hæreditatis, & rogatus eam restituere, quamuis in onere restitutionis testat.r vsus sit verbo* bonorum *tamen fideicommissum dicitur vniuersale, & tenetur restituere illam portionem, in qua fuit honoratus; secus autem si sub nomine* bonorum *etiam fuerit honoratus.*

15 *Prælegatum particulare comprehenditur sub fideicommisso vniuersali, quando verba sunt apta illud comprehendere Ampl. vt ibi Decl. n. 17.*

16 *Prælegatum non includitur in fideicommisso, quãdo in capite substitutionis fuit dictum* in omnibus autem alijs bonis substituit, *vel* alia bona mea, *vel* residuum bonorum meorum perueniat; *Secùs autem si sunt apposita in vniuersali institutione.*

Fideicommissum particulare non comprehenditur in vniuersali, quãdo sunt facta ad fauorem diuersarum personarum, Secus si fideicommissum particulare sit factum ad fauorem eiusdem, cui factum fuit vniuersale n. 17.

18 *Quis non potest esse hæres, & Legatarius.*

19 *Declara procedere quotiescumque ipse solus est hæres; Secus si adsit cohæres.*

DECISIO MCCCII.

GEorgius de bonis aliquibus subiectis fideicommisso Honufrij Senioris ad fauorem Honufrij Iunioris disposuit per prælegatum ad fauorem eiusdemmet Honufrij Iunioris, illumque grauauit ad restituendum dictum prælegatum vocatis in primogenitura Episcopi Scipionis; Vndè quæsitum fuit *coram Illustriss. D. m. Cardinale Sacrato*, tunc *Rotæ Auditore*, an scientia Honufrij Iunioris esset necessaria ad effectum, quod huiusmodi dispositio substineretur, & cum resolutio penderet ex eo, an fideicommissum esset particulare, vel vniuersale, ideo ad hoc fuit restricta difficultas *die 13. Ianuarij Superioris anni*, & posteà resolutum
2. Decembris præteriti coram eodem Illustrissimo Sacrato nos versari in fideicommisso particulari; Ratio restrictionis fuit, quia si hæres grauatus in tota, vel quota hæreditatis, in qua prius fuit honoratus, non conficiat Inuentarium, tenetur restituere solum vsque ad quantitatem relicti habẽdo rationem ad fructus perceptos, nàm Inuentarij ommissio nõ grauat hæredem adeuntem iure nouo vltrà dispositionem iuris antiqui, nisi quoad legata, & fideicommissa par-
1 ticularia, * hæc enim iure priori reducebantur ad vires patrimonij, & deindè per Falcidiam detalcabantur ea ratione, quia singularia relicta possunt fieri vltrà vires hæreditarias, cum non fiant de ipsa hæreditate, sed de alijs rebus, sed fideicommissum vniuersale, vel de quota hæreditatis, non potest fieri vltrà vires hæredi-
2 tarias, * cum fiat de ipsa hæreditate *l. coheredi §. cum filiæ, ff. de vulg. & pupill. l. si arrogator ff. de adoption. Castr. cons. 11. nu. 5 et seq. p. 3. Peregrin. de fideicom. art. 3. nu. 77.* & hanc differentiam expressè considerat *Castrens. in l. ab omnibus, §. fin. nu. 2. ff. de leg. 1.* & in *l. ita tamen §. si ex Trebelliano sub nu. 2. ff. ad Trebell. et Castren.* sequitur *Roland. de Inuent. q. 202. nu. 12.* alias *in verbo Pone nu. 8. vers. et si dicatur.* Si tamen fideicommissum vniuersale, vel de quota hæreditatis fiat vltrà vires hæreditarias, & grauatus non recuset, sed consentiat, sibi debet imputare si grauamen
3 agnouit, * vt dicit *Bartol. in l. peto, §. cum quidam num. 4. vers. aut grauatur in specie de leg. 2. Anchar. cons. 365. nu. 5. Soccin. Iun. cons. 57 nu. 16. et seqq. vol. 3.* latè *Peregr. de fideicom. art. 33. n. 47.* vndè meritò dùm disputaretur super scientia Honufrij fuit restricta difficultas, vt videretur, An fideicommissum esset particulare, vel vniuersale, quia si particulare non erat opus sciẽtia, secus autem si erat vniuersale ex *supradictis.*

Et cum fuerit resolutum, fideicommissum esse particulare, & ego suffectus in locum Illustrissimi Cardinalis Sacrati proposuerim causam super eisdem, Domini steterunt in *decisis*,
4 scilicet fideicommissum esse particulare.* Nam Georgius ita disposuit *iure prælegati reliquit, et legauit Illustrissimo D. Honufrio eius filio legitimo, et naturali, ac primogenito omnes molendinos, furnos panatterias, Hostarias, Pizzicarias, Gabbellas, et omnes alias suas Iurisdictiones monopolia licita, etc. nec non omnes Iurisdictiones, authoritates, ac merũ, et mixtum Imperium tàm super Castro Viani, et Orioli, quam eorum Territorijs, Hominibus, et Vassallis,* Vndè negari non potest, quin istud fideicommissum sit particulare cum corpora particularia fuerint relicta *Inst. de singul. reb. per fideicom. relict. l. cogi, §. si quis hæres, et §. sed si miles ff. ad Trebell. et l. si quis ommissa, ff. si quis omiss. caus. Testam.* & ista est verior opinio de qua *Bartol. in l. si quis Seruum §. si cui cartam nu. 2. versic. sed quando pars ff. de legat. 2. Decius cons. 387. n. 1. et 2. Natt. cons. 199. nu. 1. Molin. de primog. Hispan. lib. 1. cap. 10. nu. 8. Peregr. de fideic. art. 5. n. 28. Caputaq. dec. 22. nu. 1. et 2. par. 2.* fideicommissum enim vniuersale, tunc demum dicitur, aut quan-
5 dò fit de tota hæreditate, * aut de quota, *l. nam quod 14. §. fin.* & in *l. sequen. l. ita tamen 27. §. Trebellianum, et l. Paulus 48. ff. ad Sen. Cons. Trebell. l.*

Titia 86.ff. ad l.Falcid.§. nihil autem Instit. de fideicom.hæreditat. quale non est illud,cum sit fideicommissum corporum particularium,*vt supra relatum est.*

Non obstat, quod prælegatum, quando est factum de maiori parte hæreditatis, debetur
6 proportione hæreditaria, * vt probatur in *l. quid ergo 29.in fin.ff.de leg.3.* ibi *voluntatis ratione legatorum actio denegabitur ei, qui non agnouit hæreditatem*,& hoc ibi not.*Bartol.q.2. nu.1.et 2.* per illum *tex.Iaf.in l.filio Pater n.27. ff.de leg.1.* vbi ex alijs ait huiusmodi prælegata maioris partis hæreditatis haberi proportione hæreditaria *Ruin.conf.152. nu.6. ad med. verf. quinimo vol.3.*vbi de communi,prout etiam *Dec. in cõf. 254.nu.1.verf. fed tamen prædictus Peregr. de fideicom.art.7. nu.61. et 68.* in dubio autem præsumitur, quod prælegatum capiat maiorem
7 partem hæreditatis * *Ruin.conf.116.nu.2.vol.2. Zanchus in l.hæredes mei,§.cum ita,ff.ad Trebell. p.5. nu.82.* Nàm pro responsione fuit consideratum, quod hic non agitur de hæreditate Testatoris, sed de bonis subiectis fideicommisso Honufrij Senioris, de quibus voluit disponere Testator, & sic casus est longè diuersus, vndè
8 constare deberet, * quod bona propria relicta per Georgium in prælegato constituerunt maiorem partem illius hæreditatis, vt obiectum procederet,quia tunc si illud prælegatum esset maioris partis bonorum Georgij haberetur pro portione hæreditaria,quod ibi notat *Gloss. in verf. bona* cuius verba sunt:*diuisit scilicet non omnia, sed maiorem partem alia bona indiuisa reliquit*,& alia *Gloss.*sequens in *verf.voluntatis*,cuius verba sunt *voluntatis præsumptæ*, cum enim pater inter eos diuiserit omnia bona,vel maiorem partem eorum,verisimile est,non aliter velle eos habere assignata, nisi essent hæredes, & ita interpretatur *Padilla* alijs relatis, in *l. cum virum nu.14. C.de fideicom.* & tunc etiam si Testator disposuisset de bonis proprijs,itaut prælegatum contineret maiorem partem hæreditatis,ad effectum,vt haberetur pro portione hæreditaria, opus fuisset, quod prælegata absorberent totum ferè patrimonium, ita vt restitutio fideicommissi inutilis quodammodò redderetur, vt voluit *Siluester Aldobrand. in conf.6. nu.16.verf.2. contrarium procedit lib.2.* quem refert,& sequitur *Mantic.de coniect. vltim. volunt. lib.7.tit.7.nu.9.in nouis addit.*

Secundo firmiter fuit responsum, quod obiectum procederet si dictum prælegatum fuisset factum per viam assignationis partium hæredi-
9 tariarum, * in quibus terminis procedit *text. in d.l. quid ergo Castr. in l. quoties num. 2. C. famil. ercisc. Molin. de primog. Hispan. cap. 8.num. 13.& 14. Azeued. nouarum recompilationum lib. 5. tit.6. l.5. num.4.* quod non fuit factum. Nam *text. in l. quid ergo* loquitur in casu, quo Testator filijs pluribus institutis inter eos legato mediante bona diuisit,tunc ratione legati actio
10 denegabitur ei, qui non agnouit hæreditatẽ, ea ratione, quia prælegatum est factum sub nomine appellatiuo hæredis, vt aduertit *Azeued.loco proxime allegato verf.2. limitatur* pro doctrinam *Bartoli in l.si non fortem §. Libertus nu.* 34. quam communem dicit *Iaf. ibid.n. 35. ff. de cond. indeb.* vbi quod emphiteosis acquisita
11 pro se, & filijs transit ad ipsos vti filios, * non autem pro portionibus hæreditarijs, secus autem quando est acquisita pro filijs hæredibus, quia tunc transit pro portione hæreditaria, & habetur pro portione hæreditaria, quod nõ est in nostro casu,quia prælegatum fuit quidem factum Honufrio, tamquam primogenito, non autem tamquam hæredi, & sic non est haben-
12 dum pro portione hæreditaria, * etiam quod esset maioris partis bonorum Testatoris; Hinc videmus, quod quando prælegatum est factum vni tantum non est loco portionis hæredita-
13 riæ, * vt post *Tornellum* dicit *Peregrin. de fideicom. art.7. num. 61.* vbi diuersum est inquit, cum Testator vni soli hæredum fecisset prælegatum, quamuis maioris partis, seu magnæ partis bonorum, quia hoc casu, non est loco portionis hæreditariæ, quod dictum, licet per se sumptum non applicetur, quia etiam prælegatũ minimũ fuit iactũ Paulo fratri Honufrij Iunioris, benè tamen applicatur ratio,scilicet quotiescũque colligi potest ex mẽte Testatoris legatum non censeri portionem hæreditariam non officere,quod sit maioris partis bonorum.

Neque etiam obstat *Bartol. in l. si quis seruum 8. §. fin. numer.3. ff. de leg.2.* quia ibi soluni dicit, quod si Testator instituit me hæredem in certa parte hæreditatis (& sic loquitur quando hæres est institutus in quota hæreditatis,)
14 & rogauit me restituere illam partem, * etiam si in onere restituendi Testator vtatur verbo (*bonorum*) fideicommissum dicitur vniuersale & bene, quia totum id, quod mihi relinquitur, scilicet illam quotam hæreditatis, quæ mihi fuit relicta, cogor restituere, licet sim oneratus sub nomine (*bonorum*) non sufficit, quod relicta sit sub nomine quotæ, quia tunc satis est, quod sub quocunque nomine sim grauatus restituere id, quod sub nomine quotæ mihi relictum est, licet secus esset, si etiam sub nomine bonorum fuerim honoratus, quo casu fideicommissum dicitur particulare, vt notat *eodem loco Bart. num.2. in fin.* qui est casus noster,cum sub nomine bonorum, non autem quotæ hæreditatis Honufrius Iunior fuerit honoratus, & respectiuè etiam grauatus, vt supra relatum est, & infra etiam dicetur, non autem sub nomine quotæ honoratus, oneratus verò sub nomine bonorum, qui est casus *Bartol.*

Non obstat, quod etiam, quod versaremur in prælegato particulari, nihilominus com-
15 præhenditur sub vniuersali, * ex quo cum prælegatum præcesserit, & posteà sequatur fideicommissum vniuersale, sub eo compræhenditur, quando verba sunt apta compræhendere, *Gloss. in l. Marcellus §. quidam libens in verb.hæreditatem ff. ad Trebell.* vbi *Bart. nu. 9.* & communem dicit *Dec. conf.80. numer.2. Corn. conf. 114. num.1. lib.3. Peregr.de fideicom. art.7. num. 34.* vbi etiam de communi & hanc verissimam, & magis communem sententiam esse probat *Pasquales Saulius de alienan. reb. fideicomm. subiectis quæst. 65. per tot.* etiam quod in institutione vniuersali fuerit dictum *In omnibus autem*

tem aliis suis bonis, quia fuerunt adiecta institu-
tioni, non autem substitutioni *Oldr. cons.* 158.
in fin. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 7. *tit.*
7. *numer.* 7. *uers. sed est diligenter*, vbi quod aut
alia verba sunt posita in capite substitutionis
16 fideicommissatiæ, vt puta si dictum fuerit, *
in omnibus autem alijs bonis substituit, vel *alia bo-*
na mea, vel *residuum bonorum meorum perueniat*
ad Titium, & tunc prælegata non includuntur
fideicomisso, sed censentur excepta, secus autē
si sunt apposita in vniuersali institutione, quia
non impediunt, quin prælegata debeant fidei-
comissario restitui, quando verba deseruiunt
Nat. cons. 71. *num.* 44. *lib.* 1. vbi de communi
huic obiecto fuit responsum, quod quicquid
sit de hac opinione, ista esset aliqua considera-
tione digna, & quatenus vera, procederet, si
fideicomissum vniuersale factum fuisset ad fa-
uorem earundem personarum, ad quarum fa-
17 uorem factum fuit fideicomissum particulare*
in quibus terminis videtur loqui *Cuman. in*
cons. 70. cui subscripserunt *Raphael. Fulgos. Pro-*
docimus de Comitibus, & *Albertus de Daccoleis*,
& hoc dictum sequitur *Peregr. de fideicom. art.*
7. *num.* 31. secus autem quando fideicomissum
particulare esset factum ad fauorem vnius per-
sonæ, fideicomissum vero vniuersale ad fauo-
rem alterius *Bart. in l. huius* 78. §. *pluribus ff.*
ad Trebell. Castr. in l. Marcellus §. *quia liberis*
num. 2. *vers.* 1. *quando ff. eodem Cephal. cons.*
359. præsertim *num.* 15. & 16. *lib.* 2. cum alijs
relatis per *Menoch. præsumpt.* 194. *num.* 15. &
16. *lib.* 4 cum autem fideicommissum particu-
lare sit factum ad fauorem primogenitorum
tantum, vniuersale vero ad fauorem omnium
descendentium, hinc sequitur diuersitas per-
sonarum, & propterea contraria conclusio,
quod fideicomissum particulare non compre-
henditur in generali *l. Lucius* §. *sed pluribus ff. ad*
Trebell. vniuersalis enim substitutio regulariter
non refertur ad ea, in quibus facta fuit specia-
lis prouisio, maximè ad fauorem diuersæ per-
sonæ *l. coheredi* §. *qui partem ff. de vulgar. Bart.*
cons. 54. *num.* 1. *lib.* 1. latè *Peregr. dic. art.* 7.
num. 30. & bene *Bero. in cons.* 81. *num.* 26.
vers. stantibus præmissis, & *num.* 27. & 28. *lib.* 2.

Neque obstat, quod hodie totum istud fi-
deicomissum sit vnitum in personam D. Vale-
rij, quia nihilominus fideicomissum particu-
lare non euanuit, sed remanet apud ipsum cum
onere suo, itaut vigore fideicomissi particula-
ris teneatur restituere primogenitis suis, res-
pectu vero fideicomissi vniuersalis alijs descen-
dentibus etiam non primogenitis, vt bene ad
propositum *Bald. in cons.* 464. *num.* 2. quod in-
cipit *incipiendo à primo vol.* 2. & bene *Menoch.*
in cons. 86. *num.* 84. vbi licet quis non possit es-
18 se hæres, & legatarius*, cum quis sibi ipsi
legare non posset; hoc tamen procedit cum
19 ipse solus est hæres, * secus quando adest co-
hæres, quia tunc vnus ab altero accipere dici-
tur, sic in nostro casu, cum adsit substitutus
videlicet primogenitus D. Valerius potest esse
hæres, & prolegatarius ad effectum restituendi
suo tempore vocatis in prælegato *Roland. cons.*
34. *num.* 41. *lib.* 4. Et cessat omnis difficul-
tas, quia cum hoc dubium disputetur ad
effectum, an requiritur, nec ne scientia Ho-
nuphrij Iunioris, non debet attendi præsens
tempus, sed tempus acquisitionis Honuphrij
Iunioris, vt cognosci possit, an sibi præiudica
uerit acceptando hæreditatem, & legatum, vt
benè fuit consideratum in *decisione facta coram*
Illustriss. D. meo Cardinale Sacrato.

Ex quibus Domini steterunt in *decisis*, &c.

LVCANA IVRISPATRONATVS DE PODIIS.

Veneris 28. *Maij* 1621.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Frustra remissoria petitur ad probandum per testes id, quod per scripturas est probatum, vel potest probari.*

2 *Gesta antiqua melius probantur per scripturas, quam per testes.*

3 *In materia antiqua hominum memoriam excedente fortior est probatio, quæ habetur per scripturas, quam illa facta per testes.*

DECISIO MCCCIII.

VIsum fuit Dominis remissoriam non esse
concedendam, & sic standum esse in *decisis*,
nam cum hæc familia vsque de anno 1522.
fuerit exauthorata, certum est, quod articuli
non possunt probari nisi per famam, & cum
pro parte Beneficiatorum datæ fuerint plures
Historiæ, ex quibus prætendebatur euitari ca-
lumniam articulorum, quæ fere in substantia
continent id omne, quod continent articuli,
visum fuit Dominis denegare remissoriam, sed
suppositis sine veri præiudicio historijs, & fa-
ma eorum, quæ in dictis historijs continentur,
disputari dubium super potentia Dominorum
de Podijs ad effectum, de quo agitur, qui est,
vt videatur, an versemur in familia potenti
vt inde resultet, quod *decisiones*, quæ firmant
constare de iurepatronatus non subsistant, qua-
si requirantur maiores probationes iuxta *Conc.*
Trid. cap. 9. *sess.* 25. Ratio resolutionis fuit,
quia frustra petitur ad probandum per testes,
quod per scripturas est probatum, aut proba-
1 ri potest * *Felyn. in c.* 1. *num.* 4. *de Appell. Rot.*
dec. 10. *num.* 6. *de offic. deleg. in nou* & *dec.* 6.
de probat. in nou. & *dec.* 44. *de Testib. in antiq.*
Afflict. dec. 398. *num.* 4. *Aegid. dec.* 384. *vestr.*
in praxi cap. vltimo num. 2. *in fin. lib.* 6. & ideo
præsupposito vt supra, quod fama sit probata,
fuit restricta difficultas ad contenta in historijs
tantum, tum quia agitur de gestis antiquis-
simis, quæ melius probantur per scripturas,
quam

2 quam per testes * *Rot. in Gerunden. Augmenti 18. Iunij 1601. coram Illustrissimo D. meo Cardinali Sacrato*, quæ est *dec. 45. n. 2. in fin. p. 2. in recent.* tum etiam quia in materia antiqua hominum memoriam excedente fortior est probatio, quæ
3 habetur per scripturas * quã probatio facta per testes *l. census ff. de probat. Gloss. in c. tertio loco verb. testium vers. item considerabit Iudex de probation. Bald. in c. cum causam num. 3. de probat. & cons. 109. num. 1. lib. 4. Soccin. cons. 187. num. 18. lib. 2. Aym. cons. 54. num. 15. Rolan. cons. 2. num. 59. lib. 1. Paris cons. 104. num. 46. lib. 1. Rot. in causa Spoletana bonorum 13. Iulii 1608. coram Reuerendissimo Lugdunen.* quæ est *dec. 223. num. 13. part. 2. in recent.*

Et ita conclusum.

REGIEN. VNIONIS.

Mercurij 2. Iunij 1621.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Testes deponentes per famam sufficiunt quando non agitur de iustificanda narratiua, quæ sit causa concessionis, sed narratiuæ, quæ est pars gratiæ.*

2 *Ex valore beneficij debent deduci expensa. Testes deponentes de valore beneficij per non ascensum non conquassantur ex testibus deponentibus per ascensum absque deductione expensarum num. 2.*

DECISIO MCCCIV.

Fvit resolutum gratiam esse iustificatam, etiam quoad valorem, quia Testes Capituli, quibus hodie nititur Hyeronimus deponunt Parochialem non excedere ducatos 75. auri de Camera, deductis oneribus; Vnde si non excedunt istum valorem multo minus excedunt valorem ducatorum 150. narratum, & deponunt de publica voce, & fama, & percutiunt tempus gratiæ, quæ fuit obtenta de anno 1618. & deponunt etiam de tempore præterito, &
1 ista probatio per famam sufficit, * cum non agatur de iustificanda narratiua, quæ sit causa concessionis, sed narratiua, quæ est pars gratiæ *Rot. dec. 268. num. 3. part. 1.*

Non obstant testes Hyeronimi, qui deponunt fructus Parochialis ascendere ad sc. 290. & 270. ex qua probatione videtur conquassata probatio, quæ deducitur ex testibus examinatis pro Capitulo: Nam fuit responsum contrarium esse verius in hac facti specie, cum isti testes deponentes per ascensum non deponant deductis oneribus, quæ sunt deducenda de
2 valore, * *Felin. in c. cum ad aures sub num. 13. concl. 12. de rescript. Sarnen. in regula de valore quæst. finali Cassador. dec. 19. de Praben. Caputaq. dec. 328. part. 3.* & ideo testes examinati pro Capitulo, quibus vtitur Hieronimus non conquassantur ex depositionibus testium primo loco examinatorum pro parte Hieronymi, vt in terminis per istas rationes ita fuit resolutum in causa *Foroliuien. Primiceriatus 19. Decembris 1588. coram bo. me. Cardinale Platto.*

Ex quibus fuit conclusum gratiam etiam quoad valorem esse iustificatum, & in hoc recedendum à *decisis*, &c.

PERVSINA DE ALPHANIS.

Veneris 4. Iunij 1621.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Possessio non dicitur turbata, quando filij post mortem Matris caperunt possessionem bonorum qua ipsa possidebat.*

2 *Commissa causa in Rota cum clausula* constito, quod causa ciuilis sit criminali præiudicialis inhibeat *priùs est cognoscendum de ista præiudicialitate.*

DECISIO MCCCV.

Nobiles fratres de Alphanis prætendentes earum matrem semper possedisse prædia, de quibus agitur, non obstantibus sententijs latis in partibus, post illius obitum ceperunt possessionem dictorum bonorum & ex contrario Alexander prætendens se esse in possessione illos de turbata possessione querelauit coram A.C. vnde dicti fratres duo obtinuerunt mihi committi in eadem commissione, scilicet cognitionem huius possessionis. Secundum quod quatenus causa Ciuilis super ista cognitione sit præiudicialis Criminali inhiberem, vnde proposito dubio, Domini censuerunt istã causam Ciuilem præiudicare Criminali. Ratio fuit, quia si mater DD. de Alphanis pos-
1 sedit prædia, de quibus agitur, * non potest dici, quod Alexander fuit turbatus *l. Praces C. ad legem. Flau. de Plagiar.* vbi si quis accusat alium de Plagio potest opponere non commisisse Plagium, ex quo non est seruus alterius, quo casu prius est cognoscendum de ista
2 oppositione præiudiciali * *l. quoniam Alexandrum C. de Adulter. §. praiudiciales instit. de action. c. tuam de ordine cognit. Hostien. in summa de ordine cognit. circa fin. Natt. cons. 130. num. 3.* & multa exempla adducit *Aym. cons. 280. num. 3. benè Salye. in l. vltima num. 1. C. de ordin. iudic.*

Et ita resolutum solis DD. de Alphanis informantibus.

LV-

LVCANA MOLENDINI.

Lunæ 7. Iunij 1621.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria non potest dari antequam fiat liquidatio.*
2 *Aliquando etiam sine liquidatione conceditur.*
3 *Declara tamen hoc procedere, quando pars non compares, secùs si compares, & petit liquidationem.*

DECISIO MCCCVI.

Fvit resolutum non esse relaxandam declaratoriam, nam etsi sententia videatur certa quoad refectionem duorum palmentorum, & domunculæ ex ruina anni 1602. attamen cum illa essent constructa super fundamentis, quæ diruta sunt postea de anno 1603. impossibile est parere super dicta refectione palmentorum & domunculæ nisi prius terminetur, an ad Bracchios spectat refectio ruinæ de dicto anno 1603. quod expresse fuit reseruatum in sententia.

Quoad canones non potest dari declarato-
1 ria, antequam fiat liquidatio *, & fuit resolutum in causa *Corduben. Redecimarum 27. Ianuarij 1595. coram Seraphino*, & in *Neritonen. Pensionis 5. Nouembris 1601. coram Litta*, & in *Nouarien. Decimarum 16. Ianuarij 1606. coram Illustrissimo Sacrato*, & quamuis aliquando de-
2 tur sine liquidatione * *Milis in Repert. verb. excommunicatus iuste Rot. dec. 5. de re iudic. in nou. Achill. decis. 1. in princ. de sent. excomm.* hoc
3 tamen est verum si pars non comparet, * si tamen comparet, & petit liquidationem secùs dicendum est *Achill. d. dec. 1. num. 2.* & fuit resolutum in causa *Dertusen. Decimarum 11. Maij 1609. coram Reuerendissimo Lugdunen* & ita conciliantur *decisiones in praxi Curiæ Neapolitanæ cap. 29. in addit. num. 24. & 25.*

Neque obstat, quod Præpositus prætendit integros Canones, & sic non esse opus alia liquidatione, quia iam fuit resolutum non deberi integros Canones, & propterea impossibile sit aliquid concludenter determinare absque liquidatione.

Et ita conclusum, &c.

Præsens decisio fuit confirmata die 2. Martij 1622.

MELPHIEN. REDDITIONIS RATIONIS.

Lunæ 7. Iunij 1621.

ARGVMENTVM.

Ratio semel reddita an, & quando sit denuo reddenda.

SVMMARIVM.

1 *Ratio semel reddita, non est denuo reddenda, nisi constet de errore, & dolo.*
2 *Ratio denuo debet reddi, quando facto ipso, & actualiter reddita non fuit.*
3 *Excedens annum 18. iuxta* Constitutiones Regni *habetur pro maiori.*
4 *Iuramentum operatur, vt minor habeatur pro maiore.*

DECISIO MCCCVII.

Fvit resolutum Ioannem Dominicum non teneri reddere rationem Fabiæ, & Camillo, nam cum illam semel reddiderit, non est ite-
1 rum reddenda * *l. semel ff. de Apoch. public. lib. 10. Rol. consf. 49. n. 39. l. 1.* nisi constet de errore, & dolo *l. 1. C. de errore calculi*, qui nó præsumitur nisi probetur, alias ista regula, quod ratio præsumitur sufficienter reddita non esset vera *DD. in d l. 1. & l. fin. C. arbitr. Tutel. Bald. cons. 48. lib. 4.* & fuit latè deductum in causa *Melitensi reuisionis computorum 30. Octobris 1595. coram bo. me. Card. Pamphilio.*

Neque obstat, quod si facto ipso, & actualiter ratio reddita non fuit, reddi denuò
2 debet * iuxtà *cons. Ancharani 330. Soccinus Senior consil. 159. lib. 2. Decius consil. 110. numer. fin. Paris. cons. 89. numer. 39. lib. 1. Roland. d. cons. 49. num 46 lib. 1. Rimin. Iun cons. 338 num. 37.* & fuit dictum in causa *Foroliuien. bonorum de Torellis 26. Aprilis 1509. corā bo. me. Cardinale Pamphilio*, & in causa *Bonon. redditionis rationis 22. Iunij 1607. coram bo me. Pena*; Nam in hoc casu fuit dictum cessare omnem difficultatem, quia ratio fuit reddita cum restitutione librorum, qui fuerunt consignati dictis Fabio, & Camillo, vndè cessat obiectum, & operatur, etiam quod si denuò ratio esset reddenda non posset Ioannes Dominicus cogi, nisi priùs per dictos fratres libris restitutis *l. 1. ff. ad exiben.* & fuit resolutum in causa *Romana Curæ de Donis 14. Ianuarij 1619. coram Reuerendissimo D. Episcopo Saleucien. &c.*

Neque est verum, quod dictæ confessiones sint minorum, quia tunc vnus erat maior 25. annis, alter verò maior 18. quæ ætas secundum *Constitutiones Regni* facit quem maiorem, *
3 vt in *tit. de restit. minorum tit. 42. minores autem tam masculos, &c.* & notat *Afflict. super Constit. Regni lib. 2. rubr. 38. num. 14. in princ. vers. octauo & vltimo nota*, & vlterius adest etiam Iuramen-
4 tum, quod operatur, vt minor habeatur pro maiore * *Auth. Sacramenta puberum, C. si aduersus vendit.*

Et ità conclusum, &c.

PA-

PANORMITANA PRAEEMINENTIARVM.

Mercurij 9. Iunij 1621.

ARGVMENTVM.

Canonici moderni non debent præcedere antiquioribus.

SVMMARIVM.

1 *Vbi adest particularis dispositio non est recurrendum ad ius commune, sed illa est seruanda.*

2 *Canonici moderni non præcedunt antiquioribus, maximè quando Papa in erectione Canonicatuum dispofuit, quod stallum in Choro, & locum ac vocem in Capitulo sicut quilibet alius antiquior habere debeant.*

3 *Transactio nulla demonstrat quid fuerit seruatum, & corroborat id quod fuit actum à principio.*

4 *In materia præcedentiæ attenditur consuetudo.*

DECISIO MCCCVIII.

Dubitatum quo loco sedere & incedere respectiuè debeat sex Canonici Regij, quando conueniunt in Choro, Capitulo, & Processionibus, alijsq; actibus, cum antiquis decē, & octo Canonicis; Et fuit resolutum post dictos 18. Canonicos; Nam vbi adest particularis dispositio, non est recurrendum ad ius commune, * sed illa
1 seruari debet *Bald. & Castrens. in l. omnes populi*, vterque in *Summario, Iason. num. 10. in prima lectur. ff. de iust. & Iur. Seraphin. in puncto dec. 404. num. 1.* Hic autem expresse Papa in erectione dispofuit, quod isti sex Canonici Re-
2 gij nuncupati stallum in Choro * & locum, & vocem in Capitulo d. Ecclesiæ, & quibuscunque processionibus, ac actibus particularibus, sicut quilibet ex prædictis 18. antiquis Canonicis, tunc inibi præsentibus habere debeant.

Et prædicta confirmantur ex transactione, & conuentione, statim post erectionem facta, in qua assignatur dd. Canonicis Regijs stallum ex vtraque parte Chori post stalla Canonicorum antiquorum, quæ transactio licet non appareat confirmata à Papa, tamen optimè
3 demonstrat, quid fuerit seruatum, * & corroborat id, quod fuit actum à principio; Ad quod maximè confert, quod in materia præcedentiæ attenditur consuetudo * *Bald. in cap. cum*
4 *olim num. 1. & 2. de Consuet. Rot. dec. 4. in fin. de elect. in nouiss. Menoch. conf. 106. num. 3. Nauarr. conf. 2. de maior, & obed. lib. 1. Ruin. conf. 155. num. 4. lib. 4.* & fuit resolutum in causa *Oriolen. præcedentiæ in Choro 2. Decembris 1592. coram Cardinale Blanchetto*, & in *Ascul. Sedis 9. Iunij 1593. & 21. Maij 1597. coram Gipsio.*

Et ità resolutum vna tantum parte informante.

LVCANA IVRISPATRONATVS DE PODIIS.

Lunæ 14. Iunij 1621.

ARGVMENTVM.

Tota decisio versatur circa exclusionem talis potentiæ in familia Podia Lucensi, vt in ea possit cadere præsumptio vsurpationis Iurispatronatus.

SVMMARIVM.

1 *Maior probatio iurispatronatus requiritur quando illud à familia, vel persona potenti magnate, vel vniuersitate prætenditur etiam si cesset præsumptio vsurpationis.*

2 *Potentia probatur ex diuitijs, amicis, numerositate personarum, & familiarum, & populari existimatione.*

3 *Potentia alicuius quando dicatur probata relinquitur arbitrio iudicantis.*
Ciuitatis Lucca plura gesta antiqua num. 3. vsque in finem.

4 *Familia Podia in Ciuitate Lucensi semper fuit generosa nobilitatis, & num. 5.*

DECISIO MCCCIX.

Cvm Domini Beneficiati Agentes pro suo Collegio incessanter intra sua tuerentur, & prætenderent Iuspatronatus, de quo agitur, non esse probatum, ex quo illud à familia potenti prætenditur, & ideò non sufficere proba-
1 tiones adductas, * requiri maiores iuxtà *Sac. Sancti Concilij* decretum *in c. 9. sess. 25. de reform.* quod propter dictionem (*plerumque*) qua *Concilium* vtitur habere locum, etiam quando cessat præsumptio vsurpationis, si prætendatur à persona potenti, vel magnate, vel ab Vniuersitate censuit *Congregatio Illustrissimorum Interpretum*, & dixit *Rot. in causa Sorana Iurispatronatus 28. Aprilis 1603. coram bo. me. Cardinale Pamphilio*, vbi fuit reprobata *decisio in causa Toletana iuris Decimandi 3. Maij 1582.* in qua dicebatur, quod dato concursu paris, vel maioris potentiæ Episcopi, cessat vsurpationis præsumptio, & cum dicta *decisione Sorana* concordat *alia decisio in causa Iacen. Parochialis 27. Iunij 1603. coram eodem bo. me. Cardinale Pamphilio.*

Ideò sine veri præiudicio præsuppositis Historijs pro legalibus, & quod probata sit fama, quoad contenta in dictis Historijs: Dubitatū, an constaret de potentia Dominorū de Podijs in casu, & ad effectum, de quo agitūr, qui est vt supradixi, an requirantur maiores probationes ad probandum Iuspatronatus; Et Rota censuit non constare de tali potentia, quæ obstet, nàm licet potentia probetur ex diuitijs, Amicis, numerositate personarum, * & familiarum, & po-
2 pulari existimatione *Doctores in l. 1. Ne liceat potentior, & c. fin.* vbi *Cardin. nu. 3. & 5. de alienat. iudic. mut. ca fact.* attamen in hac facti specie

cie in iudicanda potentia placuit opinio *Bal. in cons. 151. sub num. 1. verf. nam illa lex lib. 1.* vbi asserit hoc relinqui iudicantis Religioni, * secundum quam placuit Dominis non probari talem potentiam, itaut in probando Iurepatronatus maior probatio quam ordinaria requiratur, quia in iudicando nedum verba Concilij, sed etiam mens est attendenda, vt in simili dixit *Bald. loc. proxime allegato.*

Et vt clarior pateat responsio ad ea, quæ obijciuntur tria tempora distinguenda sunt. Primum autē annum 1358. de quo tempore incipiunt præsentationes, & alienæ probationes Iurispatronatus: Secundum tempus post dictum annum 1358. vsque ad annum 1522. de quo tempore sumuntur probationes Iurispatronatus, vt in *decisionibus factis in hac causa*; Tertium tempus à dicto anno 1522. citrà; Quantum attinet ad primum nihil releuat, quod de anno 1194. filij Raymundi de Podio vendiderunt communi Lucensi syluam Regiã de Monte Filectori, quia ista venditio vendentium indigentiam denotat, non autem concludit ad talem potentiam, quæ obstet, præsertim cum longe excedat annum 1358. à quo incipit probatio Iurispatronatus, vt dictum est, prout etiam non releuat, quod de anno 1214. Franciscus de Podio fuerit vnus ex nepotibus, qui armati in mercatorum Consules irruerunt, vt eos occiderent, quia ex hoc probatur Æquites illos voluisse committere facinus, non autem ex eo resultat talis potentia, vt intret Concilij dispositio, quæ potentia neque ex eo potest elici, ex quo Historia nominatis dicto Fanutio, alijsque complicibus subdat: *E molti altri Caualieri, e grandi di Lucca andorno armati*, quę verba denotare videntur etiam Ianuccium fuisse Equitem, & ex magnatibus Ciuitatis Lucensis, quia nunquam fuit negatum, hanc familiam esse generosæ nobilitatis, * & admit-
4 titur hoc posse dici ex dicta Historia, sed negatur indè resultare potentiam, quæ obstet; Neque etiam potētia colligitur, ex quo Vgoccionus de anno 1314. auxilio nobilium de Antelminellis Quartigianis Pogginchis, & Honestis Ciuitatem Lucensem cœperit Teste *Ioanne Villano*, quià cum supradictæ familiæ sequerentur partem Ghibellinã, & priùs pars Guelpha Ciuitatem occupasset Vguccionus tempori obsequens auxilio dictorum Ciuium Ciuitate potitus est, vel potiùs redemit à Guelphis, & eius dominium, vt patet ex *Ionio in suis Elogijs*, breui expirauit, cessat potentia, quæ obstet, vel ex omnibus simul iunctis eum ęedem familiæ modo præualerent, modò succumberent, arguitur æqualitas familiarum, vel potiùs illorum temporum calamitas, quam aliqua potentia, maximè cum etiam istis temporibus malè actum fuerit de familia Podiorum. Et eandem denotat calamitatem Historia de anno 1316. dum narrat Castruccium Antelminellum tunc propter varia delicta ab Vgoccioni filio fuisse carceribus mancipatum, vt post Vgoccioni Patris aduentum morti traderetur, post recessum dictorum patris, & filij fuisse à Populo liberatum, & auxiliantibus Quartegianis, Rogginchis, & Honestis Dominum Ciuitatis acclamatum, cum appareat hæc populum egisse consentientibus, & operantibus dd. nobilibus, quos plurimum in Ciuitatibus authoritate pollere notum est, non tamen indè pernecesse resultat probatio potentiæ secundum *Concilij* terminos, ex quibus parum facit, quòd de anno sequenti 1317. Castruccius electus fuerit Dominus Ciuitatis à Consiliarijs eiusdem, ità consulente Cola Porco de Podio tunc vno ex Antianis, quia si ex hoc deduci posset potentia, viri omnes alicuius authoritatis, & consilij inter potentes essent habendi, quod ad effectum, de quo agitur non est verum; vltra quod actus iste nihil facit, cum non viribus, sed consilio Podius persuaserit electionem; Iterum parum faciunt narrata per *Ioannem Villanum in sua Historia cap. 126.* scilicet quod Poginchi de anno 1323. cum adhærentia suorum amicorum, magnatum, & popularium tentauerint expellere filios Castruccij de Alterminellis tunc defuncti, eorumque sequaces, qui in eorum auxilium Ludouicum Bauarum Imperatorē, tunc Pisis commorantem vocauerant, quia patet responsio ex eademmet Historia, in qua dicitur, quod plures ex Poginchis, & sequacibus expulsi fuerunt, & earum Domus combustæ, & quod pro libertate patriæ dimicabant, & vt ibi dicitur *per non volere la Signoria de' Tiranni cioè de figli di Castruccio, e d'altri delli Antelminelli*, & propter hoc habebant adhærentiam popularium, & amicorum; Quod de anno 1330. Equites Pauli Quartigiano cum Poginchis, & Augradis in Florentinorum manus tentauerint tradere Ciuitatem, eo quia malè tunc tractarentur à Gherardino Spinola eo tempore dominante, nihil facit, quia si principales erant Equites, & si fuissent potentes id, quod animo conceperant ad exitum perduxissent, & vt dictum est prædicta ostenduut calamitatem, & inconstantiam illorum temporum, in quibus partes, seu factiones impunè vigebant, & vnicuique licitum erat adhærere cui vellet; & si de Podiorum familia sit expressa mentio, id euenit, quià inter
5 alias erat generosa nobilitate conspicua. *

Et quod prædicta vera sint satispatet, quia de anno 1282. Vicarius Lucensis relaxauit mãdata contra istos de Podijs, quod deducitur, non vt ex hoc potentia excludatur, sed vt ostēdatur, quod æqualiter cum alijs Ciuibus tractabatur: Secundo hoc etiam suadetur, quia de anno 1322. primo Magistratus Lucen. vnum ex ista familia supplicio affecit, & deindè Castruccius tres alios propter idem delictum capite mulctauit, vt latè fuit consideratum in *decisione extensa in relationibus causarum 30. Martij huius anni*; immo circà illud tempus domus hæc declinare cœpit, nam de anno 1335. Nicolaus de Podio coactus fuit vendere Florentinis Castrum Petræ Sanctæ, cum diffideret illud retinere se posse, nec ab illis prætium cōsequi potuit, signum etiam euidens inconstantiæ, & tumultuum illorum temporum, in quibus vnicuiq; fas erat pro suo libito voluntatis agere; & non victis, & victoribus adhærere, &

de hac familię declinatione latius infrà dicetur.

Et hæc quàtum attinet ad primum tempus, in quo si aliqua potentia potest considerari ex peculiari ingenio hominum huius familiæ prouenit, eamq; cessauit tempore, quo fuit facta prima præsentatio de anno 1358. de quo tempore vsq; ad annum 1522. quod concernit secundum tempus, nihil consideratione dignum adducitur; Nam quod de anno 1392. post conflictum inter Repandos, & Guinisios habitum, Lazarus Guinisius, qui victor extiterat, & Palatium Ciuitatis occiso Vexillifero, fugatisque cæteris anzianis occupauerat Stephanum de Podio sibi fidum ad Repandos transmiserit, vt Arma dimitterent, id non denotat potentiam aliquam, sed potius confidentiam cum Guinesio, prout nec etiam potentiam denotat, quod Paulus Guinisius, qui Lazaro successit anno 1400. duodecim Ciues Dohanæ Gubernatores elegerit, & inter alios dictum Stephanum de Podio, & inter duodecim Consiliarios Ioannē de Podio, & successiuè anno 1401. Stephanum prædictum, quia ista demonstrant in familia nobili viros Consulares adfuisse, non autem per necesse potentes potentia damnabili, & propter quam maiores probationes in probando Iurepatronatus requirantur. Et fuit etiam consideratum, quod de anno 1360. duo de Podio interuenerunt cum æqualitate in Consilio 50. bonorum Ciuium, & quod de anno 1430. in Consilio Generali 100. Ciuium interuenerunt pariter duo de Podio cum eadem æqualitate, & finita Tyrannidæ Guinisij fuerunt electi per duos menses 12 viri, inter quos Stephanus de Podio, quod non fuisset factum si fuisset potentiæ damnabilis, ne iterum Ciuitatem Tyrannus inuaderet.

Comprobantur prædicta, quia his temporibus Podiorum familia, non quoad sanguinis nobilitatem, sed quoad diuitias declinare cœpit, nam de anno 1331. Nicolaus de Podio mutuo accepit florenos quatuor, cum promissione illos restituendi infrà sex menses; anno vero 13,2. alter Nicolaus, & alij duo receperunt mutuo florenos 13. cum obligatione de restituendo infrà quatuor menses, & de eodem anno Ciomeus de Podio conduxit vnam domum ad tres annos pro annua pensione librarum 30. constituerunt scuta quatuor, & de anno sequenti 1343. recepit mutuò libras 7. quæ nec integrum scutum constituunt, & demum de anno 1372. Gaduccius de Podio conduxit vnam domum ad annos decem pro modica annua pensione librarum duodecim.

Vlteriùs quod prædicta vera sint, comprobātur ex alijs particularibus actibus, ex quibus isti de Podio, prout alij ciues ordinarij tractabantur: Nam de anno 1314. citrà plures de Domo Podia fuerunt conuenti coram Vicario Prætore, & Consulibus mercatorum, fuerunt contra illos executæ citationes absque vllo impedimento, & timore fuerunt latæ, sententiæ & executioni demandatæ, & quendam etiam rusticum quidam de Podio vocauit ad Iudicium, & rursus de anno 1391. & 1422. fuerunt contra ipsos per Vicarium relaxata mandata, & in specie quantum attinet ad Iuspatronatus; de quo agitur à dicto anno 1358. quo incæperunt præsentationes, fuerunt factæ plures visitationes ab Episcopo & Podij pa-fuerunt, vt fuit consideratum in alijs *decisionibus*, & de anno 1356. & sic antequam constet de aliqua præsentatione, petierunt licentiam fundandi Cappellaniam S. Stephani in Ecclesia S. Laurentij, & successiuè de anno 1401. promiserunt licentiam vendendi Casalenum commune inter dictam Ecclesiam S. Laurentij, & operam illius.

Quantùm attinet ad tertium tempus, licet ostendatur de anno 1525. quosdam de Podio interfecisse Vexilliferum, & tentasse occupare Ecclesiam S. Iustæ, attamen quicquid dicendum esset, an ex illo solo actu probaretur potentia; fuit responsum ante illud tempus absque exceptione Iuspatronatus fuisse probatum: secundo quod licet iste actus per se consideratus potentiam denotaret, attamen in hoc casu ostendit temeritatem, cum post hoc delictum exauctorata fuerit hæc familia, vt neque adhuc caput sustulerit, quod non esset, si fuisset actus merę potentiæ, & non temeritatis, quod etiam ostenditur in casu, de quo agitur, ex quo paulò antè dictum excessum videlicet de anno 1514. Vicarius tulit sententiam contra Vincentium de Podio ab vniuersa familia præsentatum.

Ex quibus conclusum, licèt constet de generosa nobilitate familiæ de Podijs, non probari talem potentiam, propter quam in probando hoc Iuspatronatus requiratur maior probatio, quam ordinaria iuxta *decisiones in hac causa factas*.

TOLETANA DISMEMBRATIONIS.

Lunæ 14. Iunij 1621.

ARGVMENTVM.

Dismembratio cum legitima causa facta, & per spatium 30. annorum obseruata, præsumitur confirmata, & valet.

SVMMARIVM.

1 *Dismembratio censetur valida, dum in ea interuenit legitima potestas, & causa, & fuit obseruata spatio 50 annorum.*

2 *Pars, quæ ex actis vult probare contrarium eius, quod ex aduerso iustificatur, debet omnia acta producere.*

3 *Ex inspectione actorum non probatur negatiua Beneplaciti Apostolici.*

4 *Beneplacitum Apostolicum supplet defectum solemnitatis, non causæ.*

5 *Dismembratio per lapsum 30. annorum cum obseruantia præsumitur confirmata prout iacet.*

6 *Simonia non intrat in resignatione libera, & absque vlla conditione.*

DE-

DECISIO MCCCX.

RΕsolutum fuit sententiam Rotalem esse con-
firmandam cum in dismembratione,de qua
1 agitur,interuenerit legitima potestas,& causa,*
maximè stante cursu 50. annorum cum obser-
uantia, omnia solemniter gæsta præsumantur,
licet reo, & possessori sufficeret vincere per nō
ius Actoris, cum nihil releuans, contra dicta
dismembrationem doceatur, vt plenè, & ele-
gantèr deductum fuit in duabus *decisionibus
20.Decembris 1619. & 6. Aprilis 1620. coram
R.P.D. meo Remboldo.*

Non obstat,quod ex processu modò produ-
cto constat non fuisse seruatas solemnitates;
Quia dupliciter fuit responsum. Et primo,
quod acta non sunt integra; deficit enim dis-
membratio;resignatio,& Testes super numero-
sitate Populi in dismembratione enunciati,
quod pars non negat,sed dicit non fuisse neces-
satiam transportationem omnium actorum,
quia non est commissa causa appellationis,quæ
tamen responsio non placuit DD. quia cum al-
tera pars habeat intentionem fundatam in
dismembratione corroborata per cursum tem-
poris cum obseruantia, altera pars, quæ con-
2 trarium vult ex actis probare, * debet omnia
acta producere,quia aliàs ista negatiua proba-
ri non potest *Rot. decis. 684. numer. 4. par. 2. in
recent.*

Secundo fuit responsum, cum Beneplacitum
Apostoli cum ex spatio 30. annorum cum ob-
seruantia præsumatur ex inspectione actorum,
non probari negatiuam Beneplaciti non ob-
3 tenti * cum affirmatiua non habeat relatio-
nem ad acta *Rot. decis. 502. numer. 8. par. 1. &
decis.539. numer.3. par. 2. in recent.* Et quamuis
replicaretur Beneplacitum supplere defectum
4 solemnitatis,non autem causæ * *Geminian.cons.
48. numer. 9.* Respondetur esse verum, quod
incontinenti post obtentum Beneplacitum non
potest dari de ommissione solemnitatum, sed
de defectu causæ, si constat Papam fuisse dece-
ptum,secus autem si constatPapam voluisse cō-
firmare contractum prout iacet, & in casu
nostro cum habeamus cursum 30. annorum
cum obseruantia præsumitur confirmatio dis-
5 membrationis prout iacet * *Felyn.* qui de com-
muni testatur in *c. Albericus num. 4. vers. si au-
tem in instrumento de Testib.Put.decis.355.numer.
7. lib.2. in non Rot.dec.372. lib.2.*

Non obstat, quod mandatum Rectoris ad
resignandum fuerit simoniacum tanquam fa-
ctum ad effectum, vt sibi conferretur beneficiū
eligendum, quia vltrà quod resignatio fuit li-
bera, & sinè vlla conditione, & sic cessat Si-
6 monia * *Paris. de resign. lib.9. quæst.9. numer. 6.*
tollitur in hoc casu omnis difficultas ex præ-
sumpto Beneplacito Apostolico

Neq; etiam obstat, quod obseruantia non
fuit pacifica, quia hoc obiectum, prout alia
optimè tolluntur ex dictis duabus *decisionibus
factis coràm R.P. D. meo Remboldo,* quæ optimè
tuentur sententiam, quæ meritò videtur con-
firmanda.

CALAGVRITANA PVRITATIS SANGVINIS.

Veneris 18. Iunij 1621.

ARGVMENTVM.

Puritas sanguinis, quando probari debeat,
& quando probata dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Quilibet præsumitur purus, & non descendens ex sanguine infecto, & ideò puritatem non tenetur probare.*

2 *Puritatem quis probare tenetur, quando exaduersò fuit probata impuritas.*

3 *Magis creditur testibus de puritate, quam illis deponentibus de impuritate sanguinis.*

4 *Puritatis sanguinis probatio præualet probationi impuritatis.*

5 *De furto condemnatus si probat, furtum non commisisse purgat omnem infamiam.*

6 *Confirmatio Apostolica dat robur statuto quoad Ius, non quoad factum.*

7 *Confirmatio non operatur quod verba eius narratiuæ censeantur apposita in statuto, si ea in statuto non leguntur.*

DECISIO MCCCXI.

VT aliàs dictum fuit in Ecclesia Collegiata
de Victoria adest *Statutum,*quod nemo pos-
sit habere dignitatem,vel præbendam, vel Ca-
nonicatum si non sit Christianus antiquus ex
quatuor lateribus,purus sine macula, & suspi-
cione hominis,qui descendat exHæbreis,hære-
ticis,& mauris;& personis reconciliatis,& pu-
blicè punitis per Sanctam Inquisitionem, qua-
re cum obtinuerit Franciscus Canonicatum in
dicta Ecclesia, non habet probare requisita à
dicto Statuto,quia præsumitur,quod sit purus,
1 & quod non descendat à sanguine infecto * *l.
ab ea parte ff.de probat.c.vlt. de præsumpt.* & in
terminis *Mantic.dec.274.nu.1.Rot.in recent.dec.
204.nu.2.& 3.p.1.& dec.335. nu.1. & seq. p.2.*
pariter in *recent.* vbi aliæ *decisiones* allegantur,
& fuit dictum in causa *Legionen. Canonicatus 3.
Iunij 1602.coram me.*

Non obstat, quod ex informationibus per
Capitulum factis, probetur impuritas ex testi-
bus deponentibus de publica voce, & fama, &
2 ideò onus probandi incumbit Francisco, * cū
sufficiat Capitulo probasse Franciscum esse
infectum aliqua macula *Mantic. d.dec.274.n.1.*
& stante hoc *Statuto* probare debeat se esse pu-
rum sine macula,& suspicione hominis;Nàm
fuit respōsum,quod Testes Capituli nihil pro-
bant,vt fuit dictum in *decis.facta in hac causa 8.
Martij præteriti,*& infrà dicetur, & admisso etiā
quod probarent famam,illa non releuat, cum
Franciscus per longè plures Testes probauerit
contrariam famam,& sic fama per Capitulum
probata non liquet,cum magis credatur Testi-

3 bus deponentibus super puritate,* quam Testibus super impuritate deponentibus, & fuit sæpissimè firmatum, vt in *decis. supra allegatis.*

Et ista probatio Francisci nedum tollit probationem famæ per Capitulum probatæ, sed etiam operatur, quod probata sit puritas sine macula, & hominis suspicione, quia cum Franciscus habeat pro se Iuris præsumptionem, probatio Capituli contraria probatione taliter eliditur, vt remaneat simplex dispositio Iuris, quia Franciscus purus præsumitur, vt supra dictum est, & ideò licet Capitulum probasset impuritatem, cum Franciscus perfectè probaue-
4 rit puritatem,* hæc probatio præualet, & omnis impuritatis macula, & suspicio tollitur, vt bene per *Castrens. allegat. in alia decisione in l. si furti nu. 2. C. ex quibus caus. infamia irrogetur,* Vbi si condemnatus de furto probat se furtum non
5 commisisse, purgat omnem infamiam facti,* vt benè etiam facit *Baldus* pluribus locis in dicta *decis. allegat.* & optimè *Paris. cons. 64. nu. 24 lib. 3.* vbi quod ex probatione contraria famæ censetur purgata omnis macula.

Et prædicta procedunt etiam si Statutum legēdum esset cum Verbis *Quod carere debeat omni macula, & suspicione prorsùs, & omninò,* quia ista verba non tollunt exceptiones, quæ competunt ex interpretatione Statuti iuxtà dispositionem Iuris, vt fuit ostensum in alia *decisione*, licet in veritate verba illa non sint apposita neque in Statuto, neque in confirmatione, sed in narratiua Statuti facta in confirmatione Papæ, & ideò non alterant dispositionem; quæ Confirmatio Apostolica dat robur
6 Statuto quoad Ius, non quoad factum,* & ideò confirmatio non operatur, quod illa verba censeantur apposita in Statuto, si verba in
7 Statuto non leguntur* cum hoc Papa non expresserit *c. 1. & 2. de confirm. vtil. vel inutil. l. Aurelius 28. §. 1. & §. Testamento ff. de libert. legat. Surd. cons. 349. nu. 7.*

Et cessat omnis difficultas, quia Capitulum ex depositionibus 13. Testium nihil probauit, quod releuet, vt fuit ponderatum in alia *decisione*, Nàm in depositionibus quinque Testium nullum potest fieri fundamentum, vt dictum est in alia *decisione*, nec minus in alijs octo Testibus, cum sint minus informati, cum errent in nomine Proauiæ Francisci, quam *Mariam* appellant, & ex qua deducunt impuritatem, cum tamen ipsa vocaretur *Catharina.* Et licet hodiè replicaretur, Mariam esse Tritauiam, vt patet ex Testamento, & sic parum referre, quod Testes errauerint in eo, quod Tritauiam vocauerint Proauiam, Tamen certum est Testes non loqui de Maria Testatrice, quia ipsa appellatur *Maria de Angulo* loci *de Naro*, vt probant etiā Testes; illa verò *Maria*, de qua deponunt Testes Capituli, & ex qua deducunt impuritatem, vocabatur *Maria de Medina* Incola *de Brinas*, & vlterius cum Testes dicant se cognouisse Mariam à 50. annis, & dicti Testes fuerint examinati de anno 1614. & dicta Maria condidit Testamentum de anno 1530. videtur impossibile, quod Testes Capituli cognouerint tanto tempore citrà, & hæc ex superabundanti cum sufficiat prima responsio.

Alia tolluntur ex *decisione facta coram me 8 Martij huius anni*, à qua Domini non putarunt esse recedendum.

PAMPILONEN. MATRIMONII.

Veneris 18. Iunij 1621.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Dicitur constare de sufficienti solutione, dum creditor, qui non liquidauit suum creditum plures pecuniarum summas recepit.*

DECISIO MCCCXII.

FVit factum decretum per Rotam sub *die 3. Iulij 1615.* per quod D. Mariæ fuit assignata medietas fructuum bonorum dotalium, & indè fuit relaxatum mandatum, & cum pro dote D. Mariæ prætenderetur, quod d. mandatum exequi non posset sub *die 3. Iulij 1617.* expressè relaxatum fuit aliud mandatum pro medietate fructuum decursorum à dicta die 3. Iulij 1615. vsque ad diem tertiam Iulij 1617. Vndè cum plures solutiones factæ fuerint per maritum, Dubitaui An constaret de solutionibus, quæ suffragarentur, & Rota censuit, quod sic, quia cum D. Maria plures pecuniarum summas re-
1 ceperit,* nec liquidauerit, quod medietas fructuum ad maiorem summam, quam ipsa acceperit ascendat, interim videtur constare de sufficienti solutione.

Non obstat, quod in sententia Iudicis in partibus subdelegati ad executionem dicti primi mandati fuit pronunciatum fructus ad certam summam ascendere, quia illa sententia, vt est in confesso, non est in forma probanti, nec de aliqua legitima liquidatione docetur, & malè etiam dictus Iudex processit ad excommunicationem, vndè D. Franciscus poterit absolui, & procedi in causa principali, & si aliquid prætendit vlterius D. Maria formiter doceat sibi integrè de medietate fructuum boonorum dotalium non fuisse satisfactum.

Et ita conclusum, &c.

CAESARAVGVSTANA PAROCHIALIS DE MAELLA.

Lunæ 21. Iunij 1621.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Gratiosè subrogato quando concedatur immissio. Sub eadem supplicatione an,& quando plures gratiæ expediri possint. Sententia quando non debeat iustificari.

SVMMARIVM.

1 *Immissio gratiosè subrogato debetur dum docet de suo Clericatu, de obitu in possessione illius, in cuius locum petitur subrogatio, & de reseruatione, seù lite.*

2 *Clericatus probatur ex litteris patentibus.*

3 *Obitus in possessione beneficij probatur ex quo aduersarius per talem vacationem fuit præsentatus, & institutus.*

4 *Subrogatio gratiosa denuo expediri non potest quando iam fuerunt expeditæ litteræ principales.*

Sub eadem supplicatione plures gratiæ expediri non possunt num. 4. Declara num. 5.

5 Parif. conf. 77. l. 4. *in quibus terminis loquatur.*

6 *Sub eadem supplicatione possunt plures litteræ diuersis formis conceptæ expediri.*

7 *Cardinalis* Ferratinus *qui fuit Regens Cancellariæ, & postea à* Paulo V. *in Cardinalium numerum cooptatus; laudatur.*

8 *Clausula* vocatis vocandis *excludit subrogationem gratiosam. declara num. 10.*

9 *Gratiosa subrogatio dicitur, quando Papa vtitur verbo* subrogamus.

10 *Possidens cum titulo beneficium non est legitimus contradictor ad impediendum immissionem, si cõstat de reseruatione.*

11 *Immissio vigore subrogationis gratiosæ non impeditur si pars possideat, & allegat titulum, sed benè in Iudicio immissionis est audiendus super suo titulo, qui si est releuans debet procedi ordinariè non executiuè; aliàs secus.*

Si possidens beneficium ostendit titulum releuantem debet contrà eum procedi ordinariè, non executiuè aliàs secus num. 11.

12 *Mandatum de dispensando probatur ex illius insertione de verbo ad verbum facta in sententia executionis.*

13 *Sententia non eget iustificatione per acta publica quando causa fuit commissa conscientiæ Iudicis.*

14 *Ad hoc vt valeat sententia, processus non requiritur, dum Iudex extraiudicialiter se potuit informare, ex qua causa suæ conscientiæ commissa fuit.*

15 *Sententia ex lapsu 30. ann. præsumitur iustificata.*

16 *Dispensatio ab illegitimitate, suffragatur etiam ad effectum obtinendi, & retinendi Parochialem dum in ea legitur clausula* nec non quæcumque & qualiacumque beneficia.

17 *Dispensatus vt plura beneficia recipere, & dummodò plura non essent retinere valeat, potest quidem acquirere, sed non retinere, & vide ibi cui competat probare retentionem plurium beneficiorum.*

18 *Confessio alternatiuè facta potest à confitente capi in ea parte, quam vult.*

19 *Gratia principalis non debet iustificari in iudicio executiuo.*

20 *Exceptio illegitimitatis valdè turbida proptèr dispensationem obtentam, non admittitur in iudicio executiuo.*

DECISIO MCCCXIII.

FVit resolutum D. Ludouico Torres gratiosè
subrogato ad ius, & possessionem Thomæ
de Berbegal vltimi possessoris Parochialis,
de qua agitur, esse dandam immissionem. docet enim de suo Clericatu, de obitu in possessione illius, in cuius locum petitur subrogatio, & de reseruatione, quę reseruatio, seù lis
vna cum dicto Clericatu, & obitu in possessio-
1 ne, sunt ad hunc effectum necessaria, * *Put. dec.*
484. *lib 2. in nou. Rota coram me in decis.* 715. *num. 3. par. 1. in recent.* & fuit latè deductum in causa *Mirauden. Parochialis* 17. *Maij* 1600. *coram bo. me. Penia* vbi fuit dictum eandem esse rationem, si subrogatio deducatur ex corpore, vel ex clausulis generalibus Gratiæ.

Reseruatio probatur ex *decisionibus* in hac
causa factis. Clericatus probatur ex literis pa-
2 tentibus * *Gram. decis.* 81. *in princ.* Obitus
Thomæ in possessione probatur, quia ex vaca-
tione per obitum eiusdem Thomæ Basilius fuit
3 præsentatus, & institutus, * & hæc hodiè ipse
Basilius magnificat. Et cum illis pro defensione sui iuris vtatur, fatetur Thomam obijsse in possessione, ex quo resultat euidens probatio *Ægid. decis.* 268. & fuit resolutum in causa *Auersana Beneficiorum* 3. *Iulij* 1606. *coram Illustriss. D. meo Card. Sacrato*.

Non obstat, quod cum fuerint expeditæ lit-
teræ principales, non potuit denuò expediri
4 subrogatio gratiosa ex clausulis generalibus, *
cum super eadem supplicatione plures gratiæ expediri non possint *Parif. conf.* 77. *lib.* 4. per quod ita resoluit *Rota in causa Hispalen. Pensionis* 23. *Ianuarij* 1572. *coram bo. me. Card. Lancellotto Seniore, & in Gienuen. Præstimonij* 15. *Februarij* 1593. *coram bo. me. Cardinale Blan-
chetto*; Quia *Parisius* loquitur in gratijs con-
5 trariis, * quæ se ad inuicem non compatiuntur,
non autem in gratiis diuersis; & loquitur in casu, quo prima expeditio fuerat facta per viã vnionis, secunda vero expeditio petebatur in titulum, quod fieri non poterat, cum titulus contradicat vnioni *c. dudam, el secondo paulo ante fin. vbi gloss. verb. intitulatam, & Doct. de elect.* quare ille, qui vult expedire contraria sub eadem supplicatione, est repellendus *l.* 1. *C. de furt.* & ita sunt intelligendæ prædictæ *decisiones*, cum allegent *Parisium*, secundum quē sunt intelligendæ *Bart. in l. non solum* 7. *§ si liberationis num.* 7. *ff. de liberat. legat.*

Et hæc conclusio nunquam in Rota habuit difficultatem, nam cum de anno 1602. 17. *Iunij coram bo. me. Cardinale Lancellotto Iuniore* fuisset resolutum non esse dandam immissionem, ex quo non fuerat iustificata tota gratia, Pars

postea

pollè a expediuit ad partes ſubrogationem gra-
tioſam, & quia in propoſitione dubii princi-
palis, Domini non habuerant difficultatem
circa probationem reſeruationis Clericatus,
& Obitus in poſſeſſione poſt productionem
dictæ ſubrogationis die 5. Iulii eiuſdem anni
1602. dictus *bo. me. Cardinalis* fecit verbum
ſuper coucedenda immiſſione, & Rota annuit
ea ratione, quia ſuper eadem ſupplicatione
poſſunt plures litteræ expediri diuerſis formis
6 conceptæ, * & fuit allegata *decisio in cauſa Cor-
duben. Cantoriæ 17. May 1557. coram Quiroga,*
quam ſequitur *Paleott. deciſ.* 59. quæ eſt inter
impreſſ. *deciſ.* 514. *num.* 4. *par.* 3. *lib.* 3. *diuerſ.*
& optime faciunt *deciſiones* 59. & 63. *de reſcr.
in antiq.* & facto per partes tune verbo in *Par-
co maiori, Domini Abbreuiatores* ita de ſtylo ſer-
uari atteſtati fuerunt, & tunc retulit D. Po-
nens de ordine Regentis, qui erat D. Ferra-
7 tinus vir doctus, * poſtea à *Paulo V.* in Cardi-
nalium numerum cooptatus.

Huius quoquè ſententiæ eſt *Pariſius d. conſ.*
77. *num.* 8. *lib.* 4. dum enim reſponder ad di-
ctam *deciſ.* 59. & 63. *de reſcript. in antiq.* quis
poteſt vti diuerſis gratiis, quæ ſibi fuerant
conceſſæ, inquit, quod aliud eſt diuerſum,
aliud contrarium, & quod Rota loquitur in
diuerſis, non autem in contrariis, proùt erat
in caſu ſuo, quia titulus, & vnio erant contra-
ria, & propterea variatio non erat permiſſa,
& hanc Rotæ ſententiam Ego ſcripſi in anno-
tationibus, ſeù deciſionibus meis, *annotatione*
15. & in citata cauſa *Auerſana beneficiorum* 3.
Iulii 1606. *coram Illuſtriſſimo Sacrato* dùm ibi
hoc motiuum fuiſſet appoſitum, Rota illud
reiecit, & reſpondit ſufficere litteras ita fuiſſe
expeditas, & diſtinctionem prædictam factam
coram bo. mem. Cardinale Lancellotto Iuniore nũ-
quam vidi controuerſam, & pluries illam Ro-
ta ſequta fuit, & ferè ſemper in relationibus
cauſarum, quia viſa fuit res indubitata.

Nequè eſt verum, quod hic non agitur de
ſubrogatione gratioſa, ſtante clauſula *vocatis
8 vocandis,* * &c. iuxta notata per *Caſſad. deciſ.*
1. *in princ. vt lit. pend.* vbi quod rigoroſa ſub-
rogatio eſt, quando Papa mandat ſubrogari,
9 gratioſa verò quando Papa vtitur verbo * *ſub-
rogamus, Mohed. deciſ.* 11. *vt lit. pend.* nam Pa-
pa vtitur verbo *Subrogamus,* & clauſula *Voca-
tis* eſt poſita in gratia principali, & repugnat,
quod cenſeatur repetita in ſubrogatione gra-
tioſa, cum Papa vtatur verbo *Subrogamus,* nec
in dictis literis ſubrogationis gratioſæ datur
Executor; ſed literæ diriguntur ipſimet Ludo-
uico, vnde vllo pacto huic ſubrogationi appli-
10 catur clauſula *Vocatis &c.* * cum habeat lo-
cum tantummodo, quando Executor debet iu-
dicialitèr procedere ad aliquem actum, vel ad
ſubrogationem *Felyn. in c. fin. num.* 24. *de præ-
ſumpt. Rot. deciſ.* 2. *in fin. de offic. deleg. in nou.*
& ita in puncto fuit reſolutum in cauſa *Senen.
Canonicatus* 14. *Maij* 1588. *coram bo. me. Bubalo
in verſ. vltimo non obſtat.*

Minus obſtat, quod Baſilius ſit in poſſeſſio-
ne cum titulo, quia cum ex *deciſionibus* in hac
cauſa factis conſtet de reſeruatione, non eſt
amplius legitimus contradictor *Bart. in l. fi-
nal. num.* 21. *verſ. Aut comparet aliquis C. de edict.
diu. Adrian. tollen.* dum vult, quod qui poſſidet,
& allegat alium titulum, non impedit immiſ-
ſionem, ſed in iudicio immiſſionis eſt audien-
11 dus ſuper titulo ſuo, * ad effectum, quod ſi o-
ſtendat titulum conſiderabilem, ſit proceden-
dum ordinariè, hinc ſi prouiſus ab Ordinario
poſſideat, eſt legitimus contradictor, non ad
impediendam immiſſionem, ſi probabitur re-
ſeruatio, aùt quod Papa voluerit concurrere,
aùt præuenire; ſed ad effectum quòd ſuus titu-
lus debeat conſiderari in iudicio immiſſionis,
qui ſi erit releuans, erit procedendum ordina-
riè, non executiuè, alias ſecùs, vt colligitur
ex tex. in cap. ſi à Sede de præb. in 6. *Put. deciſ.* 120.
lib. 1. *in nou. & deciſ.* 4. *de præb. Sarnen. deciſ* 32.
Modern. Gioſſat. reg. 8. §. 3. *proœmiali nu.* 69. & *ſeq,*
& fuit latè deductum in cauſa *Dertuſen. Canoni-
catus* 2. *May* 1616. *coram me,* hic autem pro par-
te Baſilij nullus affertur titulus, qui obſtet re-
ſeruationi.

Non obſtat allegata illegitimitas, quia Lu-
douicus ſatis docet de diſpenſatione ex ſenten-
tia lata de menſe Iulij 1580. per executorem
Apoſtolicum Cæſarauguſtanum, cuius inſtru-
mentum rogatum per publicum Notarium
cum literis Legalitatis fuit exhibitum, & fuit
lata in vim mandati de diſpensãdo *ſanctæ mem.
Gregorij XIII.* quod mandatum in ea ſententia
de verbo ad verbum inſeritur, & ideo proba-
tur dictum mandatum ex dicta inſertione fa-
12 cta * *Felyn. in cap. cum in iure, num.* 8. *de offic.
deleg. Boer. deciſ.* 281. *num.* 6. Et prædicta ſenten-
tia non æget alia iuſtificatione per acta publica,
ex quo mandatum fuit commiſſum cõſcientiæ
13 Iudicis, * *Bald. in l. certum num.* 7. *in fin. C. vnde
legit. Felyn. in c.* 1. *num.* 51. *verſ. Et ſi dicatur con-
ſcientiæ ſua de conſtit. Mandoſ. in addit ad Lapum
alleg.* 15. *in fin.* & propterea cum ſe poſſet extra-
iudicialiter informare, non requirebatur pro-
14 ceſſus, * *Put. deciſ.* 140. *lib.* 2. *in nou. Rot. dec.* 406.
n. 1. & 434. *nu.* 2. & 440. *numer.* 2. *par.* 1. *in recent.*
tum quia ex lapſu tanti temporis ſententia præ-
ſumitur iuſtificata, cum ad hunc effectum ſuf-
15 ficiant * 30. anni *Caſſad. deciſ.* 3. *de procur. Rot.
deciſ.* 406. *num.* 3 & *deciſ* 434. *num.* 2. *par.* 1. *in re-
cent.* & huiuſmodi diſpẽſatio ſuffragatur, etiam
ad effectum obtinendi, & retinendi Parochia-
16 lem, * tum propter clauſulam *Necnon quæ-
cunque & qualiacunque beneficia Creſcen. deciſ.* 1.
num. 5. *de priuileg. Rota coram D. meo Pamphilio
deciſ.* 528. *n.* 3. *par.* 1. *in recent.* tum etiam, quia in
ea legitur expreſſa diſpenſatio.

Nequè etiam obſtat, quòd Ludouicus fuit
diſpenſatus, vt plura recipere, & dummodò
17 plura non eſſent, retinere &c. quo caſu datur
quidem acquiſitio, ſed non retentio *c. non po-
teſt in fin. de præben. in* 6. *Clem. ſi plures, eodem tit.
Rot. deciſ.* 528. *num.* 1. *par.* 1. *in recent.* quia non
probatur, quod plura Ludouicus retinuerit, nàm
& ſi in gratia obtenta ſuper Parochiali narra-
uerit plura beneficia, non tamen narrauit ſim-
pliciter obtinere; ſed alternatiuè; ſeu ius ad
illa habere, & ideò onus probandi incumbit al-
teri parti, quod ius habuerit, & retinuerit, cum
Lu-

Ludonicus non se restrinxerit ad id, quod obtineret, non enim agitur, vt prætenditur de confessione qualificata, quo casu potest reijci qualitas; sed de confessione alternatiuè facta, quo casu est in electione Ludouici capere, quã
18 voluerit, * c in alternatiuis de reg. iur. in sexto l. si hæredi plures, ff. de condit. & demonstr. & fuit in his terminis resolutum in causa Pampilonen. de Janz 1. Decemb. 1603. coram me, vbi aliæ decisiones allegantur. Et quoad Parochialem, de qua agitur, cessat etiam omnis difficultas, quia Ludouicus habet etiam peculiarem dispẽsationem retinendi in prouisione dictæ Parochialis, quæ licèt non legatur in literis subrogationis, non refert, quia sat est, quod sit in gratia principali, & in hoc iudicio executiuo non habet
19 opus iustificare gratiam principalem * Rot. dec. 214. num. 4. & 5. part. 1. Quod si in iudicio ordinario non iustificabit gratiam principalem, & propterea dicendum sit, hanc secundam dispensationem ei non suffragari, non est præsentis inspectionis; sed in iudicio ordinario de hoc cognoscetur.

Et cessat omnis difficultas, quia cum non agatur principaliter de retentione; sed de dispensatione, satis est, quod ex prædictis illegitimitas valdè turbida reddatur propter dispensationem, ita vt ista exceptio non sit ad-
20 mittenda in hoc iudicio executiuo Verall. dec. 342. num. 6. par. 2. Rota coram D. meo Manzanedo in recent. decis. 387. num. 5. & 6. par. 1. Contard. de moment. possess. limit. 12. in fin. nu. 19. Bursatt. conf. 129. num. 53. & 57 vers. secundo respondetur, lib. 2. licet vere constet de sufficienti dispensatione, vt patet ex prædictis.

Et ita, &c.

COESARAVGVSTANA DISTRIBVTIONVM.

Lunæ 21. Iunij 1621.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Ecclesiæ Cæsaraugustanæ mandat solui tria regalia Beneficiatis Portionarijs, & seruientibus. vide num. 4.*
2 *Possessori de tempore mota litis datur manutentio in eo statu, in quo reperitur.*
4 Ioannes Ghinus *laudatur*.

DECISIO MCCCXIV.

Placuit Dominis standum esse in vltimo loco *decisis sub die 30. Aprilis huius anni*, scilicet Beneficiatis, & Portionarijs, & seruientibus dandum esse mandatum de manutenendo in possessione exigendi regalia tria, cum sint in ista quasi possessione, vt deponit vnicus testis examinatus in Curia, & alius testis in portibus, qui optimè deponunt, & huiusmodi possessio est titulata ex statuto condito per Illustrissimum D. Cardinalem Millinum tunc Nuntium
1 ad Regem Catholicum, * & acceptatum per Capitulum die tertia Septembris 1607. & vulgata est iuris regula, quod possessori de tempore litis motæ pendente iudicio datur manu-
2 tentio in eo statu, in quo reperitur * §. hodiè inst. de interdict.

Non obstant ea, quæ contra testes opponuntur; nàm dum contra examinatum in Curia dicitur, quod Romam appulit de mense Decembris 1607. cum Illustrissimo D. Cardinali Millino, vt probat alius testis, respondetur non repugnare, quod ante recessum viderit acceptationem, & obseruantiam statuti, vndè non refert, quod deponat à 14. annis se abesse à Ciuitate, quia cum fuerit examinatus de mense Iunij Superioris anni non conuincitur, quod de tempore conditi statuti non esset in illa Ciuitate, & hæc de plano placuerunt, tùm quia de expressa acceptatione statuti facta per Capitulum constat, tùm quia iste testis non est vnicus, sed cum eo concurrit dictum alterius testis, ex quibus veritas facti clarè patet.

Dum verò dicitur, quod dicti Testes continentur ex Testibus Capituli, qui dantur in *Summario numer. 3.* non subsistit, quia tertius testis deponit de auditu, quod non fuit mutata forma, & in omnem euentum nihil probat, quod releuet dum dicit, quod Portionarij recipiunt dimidium illius, quod recipiunt Canonici, cum hoc benè se compatiatur cum statuto, & cum testibus Portionariorum, quia Statutum disponit, quod Canonici percipiũt. Et dictus tertius testis secundus, & sextus non obstant, dum dicunt aliquandò augeri, aliquandò diminui distributiones, secundum numerũ seruientium, quia non propterea concludunt, quod Portionarij, & Beneficiati minorem quantitatem, quam regalia tria percipiant, & eius dictum potest verificari quoad portionem deficientium, quæ distribuitur inter præsentes, & ità etiam respondetur ad alios testes, qui deponunt semper fuisse certas summas pro distributionibus, quia non ideò concludunt, quod Portionarij minorem quantitatem, quam regalia tria perciperent.

Neque etiam facit, quod Portionarij petierunt in partibus tantam quantitatem, & factis computis apparet Portionarios habere non posse dictam petitam quantitatem, vt subtiliter, & ingeniosè mote suo ponderauit *D. Ghi-*
3 *nus*, * ex quo conatur elicere confessionem contrariam dictis depositionibus testium; nam fuit responsum, quod licèt hæc petitio facta fuerit in Libello non indè constat, quod Portionarij fassi fuerint hunc fuisse vltimum statum, & non implicat, quod in petitorio petierint iuxtà primum statum, & quod postea re melius considerata voluerint in possessorio petere iuxtà vltimum statum, & cessat etiam difficultas, quia non constat de mandato illius qui dedit libellum, licèt prima vista fuerit Dominis germana, & vera responsio.

De-

Denique non obstat, quod ex *Bulla Benedi-*
cti XIII. Canonici possunt diminuere huiusmo-
di distributiones, & sunt in possessione dimi-
nuendi, vnde non possunt cogi ad soluendas
d. distributiones, quià hæc procedunt ante sta-
4 tutum, * sed post statutum nihil docetur, quod
statutum, vt dictum est, Capitulum acceptauit.
Et licèt in acceptatione fuerit dictum quate-
nùs non sit contrarium Bullæ sæcularizationis,
& quatenus Procurator Capituli in consentië-
do non excesserit fines mandati, attamen do-
nec cognoscatur, an intrent huiusmodi exce-
ptiones Capituli, non est mutandus status,
quià cum vt fuit dictum in alia *decisione* Por-
tionarij sint consortes ad tuendam suam pos-
sessionem æqualiter debent admitti.

Ex quibus Domini perstiterunt in *resolutis*
die [illegible]o. *Aprilis seq.*

Præsens decisio fuit reuocata die 17. *Nouembris*
1622. & postea *confirmata die* 24. *Nouembris*
1632.

ILDESIMEN. OPTIONIS.

Veneris 25. *Iunij* 1621.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Possessio tradita appellatione pendente est attenta-*
ta.
2 *Possessio dicitur tradita per decretum, de quo ibi.*

DECISIO MCCCXV.

FVit lata sententia ad fauorem Remberti super
optione die 22. Octobris 1619. & Capitulum
incontinenti fecit decietum pro immissione
Roberti data cautione Arnoldo contradicente,
appellante, & petente respondere Apostolis,
quo non obstante, cum fuerit tradita possessio
Roberto appellatione pendente, vtiquè fuit
1 attentata * *c. non solum de Appellat. in* 6.

Quod autem fuerit tradita dicta possessio,
satis patet, quia in dicto decreto facto per
2 Capitulum dicitur post cautionem præstitam*
per Rembertum suo ipsius periculo possessio-
nem fuisse collatam, quià verba sonant in a-
ctum perfectum traditionis, & confirmantur
prædicta ex alio actu Capitulari sub die 26.
Octobris 1619. in quo Arnoldus comparuit,
& petijt sibi de Apostolis responderi, & Rem-
bertus fuit protestatus nihil fieri in præiudi-
cium suæ possessionis.

Ex quibus conclusum pro Arnoldo infor-
mante in maximam contumaciam Remberti,
qui per plures menses fuit expectatus.

Præsens decisio fuit confirmata die 15. *Octobris*
seq. & 20. *Maij* 1622.

LEODIEN. CANONICATVS S. PAVLI.

Veneris 25. *Iunij* 1621.

ARGVMENTVM.

Consensus resignationi qui ex dispositione
Regul. 44. Cancell. est præstandum quã-
do per procuratorem præstari valeat.

SVMMARIVM.

1 Reg. 44. Cancell. *mandat per resignantem præ-*
stari consensum resignationi alias non valeat.
Resignatio vel illius expeditio facta absque quod
resignans præstiterit consensum non valet nu. 1.
2 *Supplicatio resignationis habet in ventre tacitam*
conditionem quatenùs scilicet resignans in eadem
voluntate permanserit vsque ad consensum præ-
standum.
3 *Procurator potest præstare consensum resignationi*
etiam post mortem resignantis. Declara num. 4.
5 *Procurator non potest præstare consensum resigna-*
tioni post annum à die obitus resignantis.
6 *Consensus resignationi per Procuratorem non ha-*
bentem mandatum non suffragatur etiamsi por-
rexerit supplicationem.
7 *A Ciuitate* Leodien. *ad Vrbem Tabellarij expe-*
ditis equis spatio octo dierum peruenire possunt,
Tabellarij vero ordinarij spatio 15. *dierum.*

DECISIO MCCCXVI.

FVit resolutum Vualtero prætenso prouiso
Apostolico non esse dandam immissionem;
non enim ostendit titulum talem, ex quo illi
talis immissio debeatur, nam & si iactet se ha-
bere resignationem illa non suffragatur, quia
cũ sit ad fauorẽ requirit præstationem cõsensus
in Camera, vel Cancellaria per *regulam* 44. *de*
1 *consensibus*, * quæ propter illa verba Cameræ
Apostolicæ *Litteræ nullatenus expediantur, nisi re-*
signans &c. expressè consenserit) operatur vt re-
signatio aliter facta, vel saltem expeditio non
valeat, vt dicit *Glossator antiquus super dicta re-*
gula, & propterea supplicatio censetur habere
tacitam conditionem, quatenus resignans in
eadem voluntate permanserit vsque ad consen-
2 sum præstandum * ante expeditionem littera-
rum, quæ quidem conditio oritur ex qualitate
negotij *Gabriel. cons.* 186. *num.* 4. *&* 20. *&* 194.
num. 3. *&* 4. *lib.* 1.

Non obstat, quod consensus fuit præstitus
à legitimo Procuratore, quod etiam post mor-
3 tem facere potuit * *Cassador. decis.* 1. *num.* 4. *de*
Renunt. Rot. decis. 728. *p.* 3. *lib.* 3. *diu. Boer. dec.*
348. *numer.* 7. *Verall. decis.* 396. *par.* 2. *Cres.*
decis. 9. alias 209. *de Procur.* latè *Paris. de resi-*
gnat. lib. 9. *quæst.* 24. *num.* 22.

Nam fuit responsum, hanc conclusionem esse
veram, si Procurator in vita resignantis legiti-
mè præstiterit consensum, vel si Procurator,
qui dedit supplicationem vigore mandati tunc
habi-

4 habiti præstet consensum post obitum, * vel quando ipse Procurator fecit aliquem actum, vel acceptasset mandatũ viuo resignante, alias mandatum per obitum resignantis expirat *Acibill. dec. 1. de Renunc. A. A. decis. 694. incipiens Peregrin. lib. 3. Gabr. cons. 194. num. 8. lib. 1.* latè *Paris. de Resignat. lib. 9. quæst. 24. num. 28.*

Hic autem aut est considerandus consensus præstitus per Dominum Aegidium, & nihil valet etiam si appareat fuisse præstitum in vita, quia impossibile est, vt tunc haberet mãdatum, vt mox probabitur, nec hodie est amplius locus prestationi, cum non constet in hac resignatione aliquid fecisse, vel mandatum in vita resignantis acceptasse, tum etiam quia cum resignans obierit 2. Augusti 1619. & ideo sit
5 longè annus ælapsus à die obitus resignantis,* non potest amplius consensum præstare ad notata per *Sarnen. de infirm. resign. quæst. 31. numer. 3. Paris. loco cit.* vbi quod ita communiter practicatur. Aut verò est considerandus consensus præstitus per Titum, & nihil pariter facit, tum quia fuit præstitus de mense Maij huius anni, & sic longè post annum ab obitu resignantis, tum quia non habuit mandatum in
6 vita, vnde parum refert, * quod porrexerit supplicationem *Ant. Aug. dicta dec. 694. lib. 3. Paris. de Resign. loco alleg. num. 43. cum alleg. supra.*

Et quod prædicta vera sint, satis patet, nam cum resignans obierit 2. Augusti 1619. de mandato ad præstandum consensum Notarius fuit rogatus die 23. Iulij 1619. & consensus appa-ret præstitus per D. Aegidium die prima Augusti eiusdem anni, vnde impossibile est, quod mandatum potuerit peruenire ad curiã spatio octo dierum, & quod etiam per Titum fuerit acceptatum ante obitum. Et quamuis dicatur, quòd Tabellarij expeditis equis spatio octo
7 dierum possunt ad Curiam peruenire, * tamen Tabellarij ordinarij exigunt ad minus tempus 15. dierum, & quintus testis concludit se recepisse mandatum cum tabellario ordinario, & alij testes videntur concludere mandatum fuisse receptum circa medietatem mensis Augusti, & huiusmodi veritas detegitur ex fide Notarij, qui fuit de mandato rogatus, in qua asserit, se non dedisse illius exemplum nisi die 2. Augusti post obitum resignantis.

Ex quibus meritò absque difficultate conclusum contra immissionem.

ASCVLANA IVRISPATRONATVS.

Lunæ 28. Iunij 1621.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Gratia si neutri non suffragatur ad effectum adiudicationis antequam sit iustificata.*

DECISIO MCCCXVII.

FVit resolutum Beneficium non esse adiudicandum Petro Angelo, quia aut nititur gratia principali, & ei non suffragatur, cum non sit iustificata, vt fuit firmatum 18. *Maij 1616. coram Illustrissimo D. meo Cardinale Sacrato:* Aut verò nititur gratia *si neutri*, & debet exhi-
1 beri in actis, & prius videri, an sit iustificata,* quia ante iustificationem non potest suffragari ad effectum adiudicationis *Caput.aq. decis. 27. num. 5. part. 1. Seraphin. dec. 1400. num. 1.*

Et ita fuit resolutum.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE CAPITE FERREO.

Lunæ 28. Iunij 1621.

ARGVMENTVM.

Tota decisio versatur circa probationem identitatis bonorum fideicommissariorum.

SVMMARIVM.

1 *Identitas bonorum fideicommissariorum probatur ex sola possessione hæredis grauati, quando agitur contra illius hæredes.*
2 *Identitas casalis probatur ex deductis ibi.*
3 *Identitas bonorum probatur ex confessione partis data ad positiones*
4 *Identitas domus probatur ex ibi deductis.*

DECISIO MCCCXVIII.

DVbitaui, an casale Pisciarelli, Domus vetus solitæ habitationis quondam Dominici Iunioris, & duæ aliæ Domunculæ in Platea Sancti Petri, & Vinea posita in loco *detto il Rosaro* sint de hæreditate, & bonis quondam Raymundi de Capite Ferreo. Et affirmatiuè fuit resolutũ, cũ enim agatur contra eos, qui habent causã à Dominico grauato, sufficit probare posses-
1 sionem,* nec est opus alia probatione dominij ex allegatis per *Menochium de adipisc. remed. 4. num. 363. cum sequentibus*, & fuit resolutum in causa *Romana Casalis Palazetti 10. Iunij 1615. coram R. P. D. meo Manzanedo*, & dictum in *hac causa 27. Ianuarij huius anni*, neque est opus vlterius aliquid probare, cum Dominicus, contra vnius hæreditatem agitur, expressè huiusmodi bona nominauerit in suo Testamento.

Quantum attinet ad Casale Pisciarelli con-
currunt sequentia emptio de eo facta à Ray-
mundo de anno 1526. prætio ducatorum
2 1700.* concurrit etiam deposito secundi te-
stis *super* 8. qui deponit Raymundum possedis-
se hoc Casale, qui & si in specie non deponat
de Casali *detto il Pisciarello*, hoc prouenit, quia
ignorat istud nomen, & appellat Casalem de
Capite Ferreo extra portam Portuensem, &
quod istud Casale fuerit possessum à Dominico,
probatur ex eius testamento,& quod hoc idem
Casale rubrorum 61. cum dimidio cum speci-
ficatione certorum confinium fuerit possessum
à Raymundo,& successiuè à Dominico proba-
tur ex responsione ad positiones facta per Do-
minam Portiam videlicet in responsione ad
tertium decimumtertium, decimumseptimum
decimumoctauum, cuius nulla maior potest
3 dari probatio * *l. cum te C. de transaction. Surd.
cons. 60. num. 1. lib. 1.*

Quantum attinet ad Domum veterem solitæ
habitationis quondam Dominici, quod fuerit
4 possessa à Raymundo probant testes,* primus
super 8. secundus *super* 3. *&* 4. *&* 12. quæ est
domus vetus, vt dicitur *dell'Arco* prope pala-
tium Dominici Mignanelli, quod vulgo dicitur
di Capo di Ferro, & colligitur etiam ex Testa-
mento Dominici, & clarè probatur ex respon-
sionibus Dominæ Portiæ ad septimum, deci-
mum septimum, & decimum octauum.

Quantum attinet ad duas domunculas in platea Sancti Petri quoad vnam datur instrumentum emptionis factæ per Raymundum de anno 1515. sub his finibus in Platea Sancti Petri propè Portam viridariam, cui retro sunt menia vrbis, ante est dicta Platea, & quoad aliam datur instrumentum de anno 1519 in quo Raymundus locauit partem dictæ Domus, & quoad vtramque concurrunt confessiones Dominæ Portiæ in responsione ad positiones.

Demum quantum attinet ad vineam patet ex Instrumento acquisitionis cuiusdam vialis factæ de anno 1517. per Raymundum, in quo fatetur hanc vineam suam esse, & deponunt testes, & adest confessio Portiæ in responsione ad sextam positionem.

Ex quibus conclusum pro informante, quia alia pars citata non comparuit.

ALGAREN. DISMEMBRATIONIS.

Lunæ 28. Iunij 1621.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Ex Instrumentis locationum probatur quid fuit perceptum, licet non probetur valor.*

2 *In materia liquidationis admittitur probatio à solitis, & consuetis.*

3 *In materia liquidationis admittitur probatio à solitis, & consuetis.*

4 Veral. decis. 30. part. 2. *reprobatur*.

DECISIO MCCCXIX.

Citatio fuit legitimè executa contra Capitu-
lum 12. mensis Nouembris 1615. & Rector
fuit reintegratus de mense Iulij Superioris an-
ni 1620. vnde visum fuit Dominus liquidatio-
nem fructuum esse faciendam in libris annuis
1725. constat enim Capitulum pro tanta sum-
ma annua locationes fecisse 16. Iunij 1615. pro
1 triennio,* & 20. Septembris 1619. pro alio
triennio, & constat ex quietantijs de exactio-
ne pro primis annis, & pro vltimo, ex quibus
Instrumentis certum est probari tantum fuisse
perceptum, licet non probent valorem *Rot.
decis. 65. num. 24 & 25. part. 2.*

Neque refert, quod non probetur locatio
de anno 1618. neque perceptio per totum tem-
pus, quia sufficiunt dicta instrumenta locatio-
num, & dictæ perceptiones, vt colligi possit
quantum fuerit perceptum, cum in hac mate-
ria liquidationis admittatur probatio à solitis
2 & consuetis * *Accbull. dec. 22. num. 1. de restit.
spoliat. Corn. cons* 302. *num. 17. lib. 3.* & suffi-
3 ciunt inditia, & coniecturæ * *Bald. in l. 1.
numer. 21. C. de fructib. & lit. expens. Natta cons.*
510 *per tot.* & *cons.* 536. *num.* 5. *Surd. cons.* 293.
num. 31. & decis. 282. num. 26. Rot. decis. 343.
num. 3. par. 1. in recent. & fuit resolutum in
Causa *Bononien. de Pannolinis* 28. *Aprilis* 1614
coram R. P. D. meo Manzanedo vbi dicitur Ro-
tam sequi *decisionem Achillis* reprobata *decisione*
4 *Veralli* 30. *part. 2.* * & in alia *Aleriens. beneficij* 4.
Maij 1616. *coram R. P. D. Buratto*.

ASCVLANA BONORVM.

Lunæ 28. Iunij 1621.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Dotis augumentum factum cum conditione quod debeat renunciari hæreditati maternæ, si renunciatio non habuit effectum, debet restitui.*

2 *Creditor vt contra debitorem debitoris agere valeat requiritur vt debitor debitoris fateatur debitum, & vide remissiuè num. 3.*

DECISIO MCCCXX.

Capitaneus Guidus de Guiderochis reliquit pro dote Iuliæ, & Portiæ filiabus florenos bis mille pro qualibet, & cum Astulphus fra-

ter

ter eam nuptui tradidisset auxit dictam dotem pro qualibet vsque ad florenos 5100. cum hoc, quod renuntiaret hæreditati maternæ, prout renuntiarunt cum obligatione Camerali, sed cum dicta renunciatio non potuerit sustineri iuxtà *resolutionem factam coram Illustriss. D. meo Card. Sacrato sub die 13. Iunii 1608.* ideò *coram eodem 21. Iunij 1619. fuit resolutum* dictas mulieres teneri ad restitutionem dicti augumenti. Pendente hoc iudicio Eques Vincentius Ianuarius prætendens se esse creditorem Guidi Iunioris filij, & hæredis dicti Astulphi venit ad causam agendo contra dictas mulieres tamquam debitrices debitoris, & sic dicti Guidi filij Astulphi. Vnde cum *Rota* firmauerit *sub die 22. Martij huius anni* constare de credito Equitis, & pro huiusmodi credito competere viam executiuam, quia prouenit ex laudo facto vigore compromissi obligatione Camerali vallati, reseruauerit tamen videre, an dictæ mulieres sint debitrices debitoris, & contra illas possit procedi executiuè.

Ideò hoc dubio hodie *per me* proposito Domini dixerunt ex *decisione Illustriss. Sacrati* satis constare de debito, quia cum dos relicta per Patrem fuerit florenorum 2000. pro qualiber, & Astulphus illam auxerit vsque ad florenos 550. pro qualibet, cum illud augumentum non fuerit simpliciter factum, sed occasione renun-
1 ciationis hæreditatis maternæ, *certum est cum dicta renunciatio non habuerit effectum, quod istæ mulieres tenentur illud plus restituere, quod acceperunt, vt in prædicta *decisione Illustrissimi Sacrati* firmatum fuit, sed cum in eadem *decisione* Rota dixerit habendam esse rationem legitimæ portionis deIure debitæ istis mulieribus, & legatorum ipsis à Patruis relictorum, in quibus renunciatio ad fauorem Astulphi habuit effectum, ideò priùs liquidandum est istud creditum, & videndum erit, quænam ratio sit habenda in excomputatione augumenti dotis, quod donec fiat, Eques Ianuarius non potest agere contra dictas mulieres; inter alia enim requiritur ad hunc effectum, quod debitor de-
2 bitoris fateatur debitum * *l. 2. 3. & 4. quando fiscus, vel priuata persona l. à Diuo Pio §. sed verum ff. de re iudicat. Surd. conf. 4. num. 1. vol. 1.*

Quantum attinet ad secundam partem dubij, visum fuit Dominis superuacaneum esse super illa respondere, cum non adsit liquidatio debiti principalis, & facta liquidatione, opus erit firmare, ex quo capite Guidius possit agere executiuè contra dictas mulieres, & hoc firmato videre, an ista via executiua prodesse possit Equiti Ianuario creditori Guidi debitoris, & in effectu dixerunt Domini agendum esse prius de dicta liquidatione, & posteà cum maturitate videndum, an concurrant requisita, ad hoc, vt creditor debitoris possit agere con-
3 tra debitorem debitoris, * de quibus latissimè *Surd. in d. conf. 4. per totum lib. 1.*

Et ita conclusum solo Equite Vincentio Ianuario informante potiùs pro directione causæ, quam pro firma resolutione, quia alia pars nunquam comparuit.

RAVENNATEN. FVNERALIVM.

Lunæ 5. Iulij 1621.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo, quod Clerus sæcularis, & illius Rectores intersint cunctis funeralibus mortuorum in quacunque Ecclesia sepeliantur tanquam rationabilis, & ex pia fidelium deuotione introducta seruanda est.*

2 *Immemorabilis tribuit præsumptionem melioris tituli de mundo.*

3 *Remissoria licet fuerit data in indicio summario non potest impediri in plenario.*

DECISIO MCCCXXI.

Fuit resolutum dandam esse remissoriam, quia cum articuletur, quod ex pia fidelium deuotione fuerit introductum, quod Clerus sæcularis, & illius Rectores intersint cunctis funerali-
1 bus mortuorum * in quacunque Ecclesia sepeliantur, huiusmodi consuetudo tamquam rationabilis, & ex pia fidelium deuotione introducta seruanda est *c. ad Apostolicam de Symon.* vbi *Gloss in verb. nituntur Hostien. num. 1. super verbo laudabilem consuetudinem Io. And. num. 3. Card. in vlt. not. Abb. num. 3. & 4. Osasch. decis. 99. num. 17. vers. in contrarium & seq.* Quæ eo magis procedunt, cum articulata fuerit immemorabilis, quæ tribuit præsumptionem melioris
2 tituli de mundo * *Put. dec. 199. num. 1. lib. 1. Gabr. de præsumpt. concl. 1. num. 1.*

Non obstat, quod remissoria fuerit prius concessa per Sacram Congregationem, & ideò non est danda secunda dilatio, quia illa fuit data in iudicio Summario, quæ in plenario
3 non suffragatur, * cum probationes non sint plenariæ *Butr. in c. cum dilectus §. verum nu. 35. de ordin. cognit. & in c. fraternitatis num. 17. vers. saluo nisi testes de testibus.*

ROMANA DEVOLVTIONIS DOMVS.

Lunæ 5. Iulij 1621.

ARGVMENTVM.

Nonnulla circa refectionem melioramentorum.

SVMMARIVM.

1 *Probatis melioramentis in genere præfigitur terminus ad liquidandum, quo elapso, & non liqui-*

datis

datis proceditur ad expeditionē causæ data cautione de illis reficiendis.

2 *In refectione melioramentorum quod minus est attenditur.*

3 *Melioramenta non probantur ex quietantijs operariorum in quantitate posita in quietantijs.*

4 *In æstimando valore melioramentorum in ædificijs factorum attenditur tempus restitutionis.*

5 *Quod procedit siue valor sit auctus, siue sit diminutus.*

DECISIO MCCCXXII.

IN hac causa cum melioramenta fuissent probata in genere placuit Rotæ *sub die 11. Martij superioris anni* ordinare, quod præfigeretur terminus ad liquidandum * iuxtà *decisionem Putei 461. lib. 2. in nou.* prout fuit factum, quo elapso, & non liquidatis melioramentis procederetur ad expeditionem causæ, data cautione de reficiendis melioramentis. Quare cum dictus terminus fuerit præfixus, & interim pluries proposita causa super negotio principali ex probationibus factis, hodie dubitaui, an constaret de aliquibus melioramentis, quæ sint reficienda, & ad quam summam. Et Domini dixerunt constare in domo fuisse fabricatum, sed hoc non releuare, tum quia non constat de valore; tum etiam quia meliotamenta sunt reficienda in eo, quod minus est, * videlicet si centum sunt impensa, & melioratum pro centum id, quod minus est reficitur *l. in fundo 39. de rei vendic.* vbi *gloss. in verb. plus pretio*, & ibi *Odofred. Bartol. num. 1. vers. 2. oppono* vbi reddit rationem *Put. d. dec. 461. lib. 2.* & de hac liquidatione cum nullo pacto constet, data cautione procedendum est ad vlteriora.

1

2

Non obstat, quod in actis constet de valore ex quietantijs operariorum, quia quicquid sit de istis quietantijs, pernecesse non probant, quod res tanti valeat, * prout in quietantia, quia ex affectione, & ex mala negotiarione pluris potuit solui, sed quatenus probarent non releuarent, quia ex hoc pernecesse non resultat probatum fuisse id, quod refici debet, scilicet, quod minus est, quod de plano procedit in hoc casu, quia in æstimando valore melioramentorum in ædificijs factorum valor de tempore restitutionis attenditur * *Menoch. de recuper. remed. 15. num. 557.* vbi dicit esse regulam in *l. domos ff. de legat. 1. Rot. dec. 186. par. 2. Rolandus à Valle conf. 28. num. 14. lib. 1.* vbi alios allegat, & concludit hoc procedere, siue valor sit auctus, siue diminutus, * habita semper ratione ad id, quod minus est, *Gabr. conf. 168. quæst. 8. num. 111. lib. 1. Petrus à Petra de fideic. quæst. 15. num. 271. & seqq.* vbi de magis communi.

3

4

5

PERVSINA BONORVM DE ALPHANIS.

Lunæ 5. Iulij 1621.

ARGVMENTO.

Non Indiget.

SVMMARIVM.

1 *Baiulino referenti se alicui tradisse possessionem creditur.*

2 *Immisso ex primo decreto non debetur manutentio.*

3 *Manutentio ex sola detentatione debetur officio Iudicis.*

DECISIO MCCCXXIII.

FVit resolutum manutentionem concessam ad fauorem Alexandri esse confirmandam, quia docet de sua possessione præuia sententia; Baiuliuus enim retulit die 8. Nouembris 1605. se tradidisse possessionem Alexandro, * & in signum veræ realis, & corporalis tenutæ ingressum fuisse in tenutas, deambulasse &c. cui creditur, cum sit de pertinentibus ad suum officiū *Alciat. de præsumpt. Regul. 3. præsum. 14. Surdus conf. 7. num. 47.*

1

Non obstat, quod Alexander fuit immissus vigore primi decreti, & ideò ei non debetur manutentio * ex allegatis in causa *Perusina bonorum 7. Aprilis 1617. coram R. P. D. meo Buratto*; nam fuit responsum, quod sententia, cuius vigore concessa fuit immissio, non loquitur de prima tenuta, neque ad effectum subhastandi, sed instrumentum est purum, & liquidum, quoad expensas, & interesse, & quoad prætium euictionis, vnde negari non potest, quin saltim officio iudicis ex ista detentatione ei debeatur manutentio * *Gloss. in verb. non posse in leg. 3. §. creditores ff. vti possidet. Castrens. in l. Aquilius regulus num. 5. ff. de donationibus* cum allegatis in alia *Perusina bonorum 27. Iunij 1616. coram eodem Domino meo Buratto.*

2

3

Neque etiam obstat, quod Alexander iam de fructibus est satisfactus, quia adhuc de hoc non liquet, & interim dum de hoc cognoscitur, non potest denegari manutentio.

ARIMINEN. BONORVM.

Lunæ 5. Iulij 1621.

ARGVMENTVM.

Sententia quando contineat mixturam.

SVMMARIVM.

1 *Aegrdiana non intrat, quando sententia continet mixturam.*

2 *Sententia dicitur continere mixturam, quotiescunque duæ causæ sunt simul complicatæ.*

3 *Sententia continet mixturam dum in ea conceditur immissio soluta tamen prius certa summa.*

4 *A liquidatione datur appellatio,*

DE-

DECISIO MCCCXXIV.

FVit resolutum non esse locum *Aegidianae*,
1 quia sententia continet mixturam, * quo casu etiam, quod sententia sit lata in possessorio, nihilominus ratione mixturae datur appellatio *Pat. dec. 2. de Aegidiana Contard. de moment. possessione limit. 2. in princ. num. 45.* & ad hunc effectum sufficit, quod duae causae sint simul com-
2 plicatae, * quia si vna appellationem recipiat, alia non, si sententia feratur super vtraque, poterit appellari *Bald. cons. 141. num. 7. lib. 1.*

Mixtura in hoc casu ostenditur, quia Audi-
3 tor Camerae decreuit immissionem * per haec verba *solutis prius dicto Francisco Fibris 300. & alijs pecunijs pro diuersis causis*, ab ista verò liqui-
4 datione dabatur appellatio * *Bartol. in l. ab executore num. 14. ff. de appellat. Iason. in l. propc randum, §. fin autem alterutra num. 25. vers. sed nunquid à taxatione, C. de indic. Rot. dec. 100. n. 2. par. 1.*

Praesens decisio fuit reuocata die 22. Iunij 1622.

MVTINEN. PRAETENSAE DEVOLVTIONIS.

Lunae 5. Iulij 1621.

ARGVMENTVM.

In Emphiteusi concessa pro se, & haeredibus faeminae comprehenduntur, secùs verò si sit concessa pro se filijs haeredibus, vel pro se filijs, & haeredibus.

SVMMARIVM.

1 *Emphiteusi concessa pro se, & haeredibus comprehenduntur faeminae.*
Verbum haeredibus *est aptum comprehendere etiam faeminas num. 1. & 2. Limita num. 5.*
2 *Verbum* haeredibus *est commune.*
3 *Faeminae sunt capaces Emphiteusis Ecclesiasticae.*
4 *Dictio* quibuscumque *apposita in inuestitura operatur, vt Emphiteusis Ecclesiastica sit transitoria etiam ad haeredes extraneos.*
6 *Filiorum nomine in contractibus non veniunt faeminae, etiamsi addatur verbum, &* haeredibus.
7 *In concessione Emphiteusis facta pro se filijs haeredibus, vel pro se filijs, & haeredibus non veniunt faeminae n. 5.*
8 *Emphiteusis pro se tantum raro concedi solet.*

DECISIO MCCCXXV.

FVit resolutum, faeminas esse comprehensas in inuestitura, de qua agitur, cum illa facta de anno 1552. ad quam aliae habent relationem, immo est illa facta de anno 1614. fuerunt factae pro se haeredibus quibuscumque, nam certum est in emphiteusi Ecclesiastica concessa pro se, & haeredibus etiam faeminas comprehendi, quia verbum *haeredibus* per se positum est aptum comprehendere etiam faeminas *
1 *Dec. cons. 32. num. 1. & sequentibus Bero. quaest. 18. & cons. 93. num. 16. lib. 1. Rimin. Iun. cons. 44. num. 20. Soccin. Iun. cons. 79. num. 6. lib. 4. Mantica de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 14. num. 22.* qui alios refert.

Et praedicta probantur euidenti ratione, quia cum terminus *haeredibus* sit communis*
non repugnat, quod veniant faeminae, cum sint
2 capaces etiam emphyteusis Ecclesiasticae * vt
3 est communis opinio, de qua *Bero. in c. in praesentia num. 401. & seqq. de probation. Clarus in §. in Emphyteusis quaest. 52. num. 1. Surd. dec. 95. num. 14.* & fuit dictum in causa *Romana mensae nummulariae 30. Iulij 1614. coram me.*

Et eò magis ista procedunt stante dictione *quibuscumque* quae operatur, vt emphiteusis Ecclesiastica sit transitoria etiam ad haeredes
4 extraneos * *Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 22. tit. 19. num. 22. Roland. cons. 96. num. 28. lib. 1. Clarus. §. Emphyteusis quaest. 28. numer. 9. Seraphin. dec. 188. num. 3.* Vnde multo magis dicendum est comprehendi faeminas descendentes à primo acquirente.

Neque praedictis repugnat, quod in Emphiteusi concessa pro se, filijs, haeredibus, non ve-
5 niant foeminae sub nomine haeredum * *Seraphin. dec. 604.* quia hoc prouenit, quia concessio facta fuit pro filijs, & certum est in contractibus
6 nomine filiorum non venire foeminas,* & quàuis addatur verbum *& haeredibus*, non tamen opitulatur, quia nō stat de per se prout in casu
7 nostro, * sed est coniunctum cum verbo filijs, prout censetur coniunctum etiam quod adsit Copula, & iuxta communem, de qua per *Couarr. lib. 2. cap. 18. num. 3. Paris. cons. 48. numer. 10. lib. 4. Dec. cons. 194 numer. 4.* & benè declaratur in praedicta *decisione Seraphini.*

Neque obstat, quod praetendatur dicta verba *pro haeredibus* fuisse addita, quia omnia possibilia sunt, sed videtur repugnare, quod fuerint addita, numquam enim aut saltem raro
8 concedi solet Emphyteusis pro se * tantum, & propterea cum habeamus processum, neque detur aliqua releuans probatio, ista obstare non debet &c.

Et ita resolutum, &c.

METEN. MONASTERII.

Lunae 5. Iulij 1621.

ARGVMENTVM.

Forma *textus in cap. quia propter de elect.* disponens, quod post legitimam Congregationem Capituli eligantur tres de eodem Capitulo fide digni, qui sigillatim, & secreto vota omnium eligentium

tium exquirant, & in scriptis redigant, quo facto incontinenti antequam ad alia diuertant vota illa publicent in communi, vt is collatione habita eligatur in quem omnes, vel maior & sanior pars Capituli consenserit, debet omnino seruari, nõ obstante quasi prætensa consuetudine in contrarium, alias electio non substinetur. Quam plura alia de electione ad materiam *d. text.* summo studio examinantur, quæ proinde non minori attentione sunt legenda, & notanda.

SVMMARIVM.

1 *Electio Abbatis facta absque quod fuerint electi tres scrutatores de Collegio, qui secretè, & sigillatim vota cunctorum diligenter exquirerint, non valet, licet fuerint electi duo Notarij extra Collegium.*

2 *Verba* aliter electio facta non valeat *habent vim decreti irritantis, & num.* 24.

3 *Et important annullationem ipso Iure absque aliqua sententia, & num.* 24.

4 *Electio est nulla si is, qui habeat facultatem eligendi sub certa forma cum decreto irritanti, illam non seruauit.*

5 *Duo sunt, quæ canonizant electionem, substantia consensus, & substantia formæ.*

6 *In electione Abbatis seruanda est forma* cap. quia propter de elect. *& num.* 1.
Roffred. de libellis tom. 2. de libellis supee iure Pontificio part. 6. tit. quid sonet hoc nomen Abbatis num. 8. littera G. fol. 633. *reprobatur num.* 6.

7 *Forma* cap. quia propter de elect. *habet locum nedum in electionibus Episcoporum, & aliorum Prælatorum Ecclesiarum Collegiatarum, sed etiam in electione Regularium Prælatorum.*

8 *Electionem per scrutinium fuisse factam probatur ex deductis ibi.*

9 *Ad hoc vt electio iuxta dispositionem* c. quia propter de elect. *valeat, requiritur, quod post legitimam Congregationem Capituli eligantur tres de eodem Capitulo fide digni, qui sigillatim, & secreto vota omnium eligentium exquirant, & in scriptis redigant, quo facto in continenti antequam ad alia diuertant vota illa publicent in communi, vt is collatione habita eligatur in quem omnes, vel maior, & sanior pars Capituli consenserit, & num.* 16.

10 *In electione facta per viam Spiritus Sancti non est opus seruare formam* c. quia propter de elect.

11 *Electio per viam Spiritus Sancti Duplex est, altera scilicet per inspirationem, & altera per quasi inspirationem, vide ibi explicationem vtriusque casus.*

12 *Vt electio non dicatur per viam Spiritus Sancti sufficit quod vnus dissentiat.*

13 *Electionem non fuisse factam ab omnibus, sed solum à maiori parte deducitur ex verbis instrumenti electionis, de quibus ibi.*

14 *Electio per viam inspirationis auctore Deo, immediate peccatis nostris exigentibus raro occurrit.*

15 *Quando in Instrumento electionis dicitur, quod omnes consenserint, sensus verborum illorum frequentium* maior, & sanior pars, &c. *est quod maior, & sanior pars consensit, ex quo omnes consenserunt.*

17 *Consensus omnium post publicationem Scrutinij non operatur, quod electio perantea facta à maiori, & saniori parte censeatur quasi per inspirationem.*

18 *Electio per Scrutinium non irritatur etiam si duo tantum Scrutatores, & non tres, & nõ de Collegio interuenerunt.*

19 *Contraria tamen opinio est communior.*

20 *Per consuetudinem potest tolli forma tradita* in cap. quia propter de elect. *maximè circa Scrutatores. Contrarium ibi & num.* 23.

21 Bald. cons. 318. num. 1. circa finem part. 3. *in quibus terminis loquatur.*
In electione scholarium non est seruanda forma cap. quia propter de elect. *num.* 21.

22 Rot. decis 65. num. 11. parte prima in rec. *in quibus terminis loquatur.*
Bertachin. de Episcop. lib. 1. tit. 3. quæst. 5. num. 4. *quid firmet num.* 22.
Boer. ad Madagottum de elect. cap. 23. littera R. vers. adde quando *quid firmet numer.* 22.

24 *Electio non seruata forma* cap. quia proptee de elect. *non valet.*

25 *In electione debent esse tres seruatores, & de Collegio.*

26 *Leges humanæ admittunt doctrinalem interpretationem.*
Doctrinalis interpretatio licet per se non inducat obligationem, cum non habeat potestatem inducendi legem, secus tamen est si communis opinio conueniat in interrogatione num. 26.

27 *In interpretatione legis semper est attendenda verborum proprietas.*

28 *Post collationem sufficit quod fiat communis electio per vnum sine mandato Capituli & num.* 31.

29 *Et si omnes tacitè consentiant ista communis electio potest etiam fieri per extraneum.*
Speculator in tit. de elect. §. 1. num. 20. vers. si autem *quid firmet num.* 28.
Io. Andr. ad speculat. tit. de elect. §. 1. in verbo pro consensu *quid firmet num.* 28.
Compostellan. in cap. quia propter num. 14. vers. sed & si capitulum de elect. *quid firmet num.* 28.

30 *Communis electio facienda per vnum est pars electionis per scrutinium.*

31 *Publicato scrutinio, & facta collatione debet fieri per eum communis electio nomine Capituli numer.* 28.

32 *Potest dari electio mixta Scrutinio, & Compromisso.*

33 *Compromissum tunc concurrit cum Scrutinio in electione, si ita compromissum sit, vt compromissarij, siue vnus, siue plures secreto, & sigillatim vota singulorum exquirant, illorumque eligant, in quem maior, & sanior pars Capituli consenserit.*

Quæ

34 *Quæ in electione per scrutinium seruanda sunt eadem quoque in electione mixta scrutinio & compromisso seruari debent.*

35 *Omnes electiones Regularium debent fieri per vota secreta.*

Per Conc. Trid. sess. 25. cap. 6. de regular. *non censetur sublata forma* cap. quia propter de elect. num. 35.

DECISIO MCCCXXVI.

Dubitatum de ordine *Sanctissimi D. N.* an electio, de qua agitur sit valida; & Domini negatiuè resoluerunt; ratio resolutionis fuit, quia cum fuerit processum ad electionem Abbatis per viam scrutinij, in qua necessitate

1 seruanda erat forma * *cap. quia propter de elect.* debebant iuxta dispositionem illius *textus* eligi tres scrutatores de Collegio *fide digni*, qui *secrete*, & *sigillatim vota cunctorum diligenter exquirant, &c.* quod cum non fuerit factum, sed electi fuerint duo Notarij extra Collegium, electio non sustinetur, vt habetur in eodem *textu* ibi *aliter electio facta non valeat*, quæ verba habent vim de-

2 creti irritantis * *Roman. cons.* 322. *num.* 12. & important annullationem ipso Iure absque ali-

3 qua sententia * *Gloss. in dicto cap. quia propter in v. vice omnium* & ibi *Compostell. numer.* 20. *vers. nunquid de ista*, & clarè *Io. Andr. num.* 37. *in v. non valeat* & prius *Innoc. num. 6. in eodem v. non valeat* per text. in cap. *in genesi eod. tit. de elect. Gulielmus Mandagottus de elect. cap.* 22. & ibi *Nicol. Boer. in littera B.* vbi dicit hanc opinionem veriorem, & omnes *Doctores*, excepto *Hostiensi*, ita tenere, & est bona *Gloss. in Clem.* 1. *in v. inhibentes de Iurepatr.* vbi si detur certa forma habenti facultatem eligendi cum

4 decreto irritanti, * si non seruetur illa forma, electio ipso iure est nulla. Duo enim sunt, quæ canonizant electionem, substantia consen-

5 sus, & substantia formæ, * à quibus recedere non possumus *Bald. in c. quia propter num.* 20. *& seq. de elect. Boer. dec.* 1. *num.* 70. itaut si recedatur electio ipso iure sit nulla idem *Bald. in cons.* 318. *Ponitur quod electio Rectoris numer.* 2. *vers. sed iste lib.* 3.

Quod autem in electione huius Abbatis esset seruanda forma *c. quia propter* videtur cla-

6 rum, * nàm & si *Roffred. de libellis to.* 2. *de libellis super iure Pontificio par.* 6. *tit. quid sonet hoc nomen Abbatis &c. num.* 8. *littera* G. *fol. mihi* 633. dicat de mandato Papæ indicatum fuisse formam dicti *c. quia propter* non esse seruandam in electione Abbatis; quia hoc est nomen sollicitudinis, non tamen est pater, attamen contrarium probat *Io. Andr. in dicto c. quia propter num.* 59. *&* subdit omnes tenere, quod in electione Abbatis seruanda sit forma *c. quia propter*, & ità seruari, prout etiàm ità seruari dicit *Bellam. ibidem in num.* 3. & de communi dicit etiam *Imol num.* 3. *Abb. num.* 7. *in fine & num.*8. *Butr. num.* 20. *Gloss. in c. sicut ante figurationem casus de elect. in* 6. *Franc. Marcus dec.* 992. *num.* 1. *lib. primo Petrus de Basio in directorio elect. par.* 3. *cap.* 39. *num.* 1. *Gregorius Lopes partit.* 1. *tit.* 5. *l.* 19. *gloss. obisp Rot. dec.* 5. *in princip.* iuncto *nu.* 2. *de elect. in nou. Seraph. dec.* 647. *num.* 4. Et quod forma *cap. quia propter* habeat locum, nedum in ele-

7 ctionibus Episcoporum, * & aliorum Prælatorum Ecclesiarum Collegiatorum, qui habent Iurisdictionem generalem in dictis Ecclesiis Collegiatis; Sed etiam in electione Regularium Prælatorum dicit *Gloss.* 1. *in dicto cap. quia propter* vbi *Abbas num.* 7. *vers. circa istam partem primam*, vbi ait, quod iste *textus* intendit prouidere solùm Ecclesiis viduatis per illa verba *Ecclesiæ viduatæ &c.* & *vers. & in hanc partem*, vbi testatur de communi, & *num.* 8. *vers. & placet Gloss. in c. sicut v. formam de elect. in* 6. *Franc. Marcus dicta decis.* 922. *per totam*, & benè *Rota dicta decis.* 5. *in princip. de elect. in nou.*

Quod verò fuerit processum ad electionem

8 per Scrutinium satis patet, * quia eadem die obitus Abbatis Monachi se congregarunt, & duo Notarij, qui de Instrumento fuerunt rogati, ità loquuntur: *Omni meliori modo, via Iure, & forma, quibus melius validius, & efficacius potuerunt, & debuerunt tàm via Spiritus Sancti, quàm Scrutinij ad nouam electionem Abbatis procedentes &c. vnus, & eorum quilibet super Altari maiori in prædictorum Notariorum præsentia sua vota atque suffragia sono, vt moris est Campanæ scripsit, & subsignauit super nouo Abbate eligendo, quibus à nobis diligenter, & fideliter collectis dictorum suffragiorum pars maior, & numero potior fratri Desiderio Gerardo &c. obuenit &c. & postea dicti duo Notarij publicarunt electionem, quam ratam habuerunt omnes Religiosi cantantes de more hymnum Te Deum laudamus* &c. quare negari non potest, quin Monachi procedere voluerint ad electionem per scrutinium, licet non seruando benè formam *cap. quia propter*, vt colligitur ex eodem *textu*, vbi disponitur, quod post legitimam Congregationem Capituli eligantur tres de eodem Ca-

9 pitulo fide digni, * qui sigillatim, & secreto vota omnium eligentium exquirant, & in scriptis redigant, quo facto incontinenti antequam ad alia diuertant, vota illa publicent in communi, vt is collatione habita eligatur, in quem omnes, vel maior, & sanior pars Capituli consenserit, vt benè *Henricus Canisius in Compendio Iuris Canonici in tit. de elect.* §. *hic igitur ordo Scrutinij.*

Neque ex eo potest dici, electionem fuisse per inspirationem, vel quasi ex quo in dicto Instrumento dicatur tàm via Spiritus Sancti, quà Scrutinij, & si electio fuit facta per viam Spi-

10 ritus Sancti, non fuit opus seruare formam, * *cap. Quia propter* vt notat *Innoc. ibidem num.* 6. *Hostien. num.* 50. *Abbas ibid. in* §. *nisi num.* 1. *in fin. Siluester in Summa v. electio* 2. *nu.*27. Nàm pro resolutione huius articuli fuit animaduersum, quod duplex est electio per viam Spiritus

11 Sancti: * Altera per inspirationem, & est quando nullo inter eligentes ordine seruato ipsi quasi inebriati, & super se quasi facti eligunt: Altera per quasi inspirationem, quando subito, & repente vnus post alium sine aliquo interuallo

uallo eundem eligunt *Hostien. in dicto cap. quia propter num. 50. Oldrad. conf.* 155. *num.* 1. & 2. *Abb. in dicto cap. quia propter num.* 3. *Gregorius Lopez partita* 1. *tit.* 5. *l.* 21. *Gloss.* Alguno, & ibidem *Alphonsus Diez de Mõcaluo in Gloss. vnic.* & propter verba textus (*ab omnibus*) dicunt *Doctores* sufficere, quod vnus dissentiat ad effectum, quod electio non dicatur per viam
12 Spiritus Sancti * *Io: Andr. in c. quia propter num.* 39. *Bellamer. ibidem in* ... *nisi fortè num.* 1. & 3. *Compostellan. num.* 21. *Vitalin. in Clemen. Ne Romani num.* 22. *de elect.* In proposito autem vt patet ex lectura Instrumenti manifestissimè apparet, quod electio non fuit facta neque per viam inspirationis, nec quasi, cum non concurrant prædicta, imò in eodem Instrumento dicitur *quod pars maior, & numero potior fratri Desiderio obuenit*, & sic apparet, * quod ne-
13 dum non interuenerunt prædicta, sed quod neque ab omnibus fuit electus, prout requiritur, sed à maiori, & saniori parte comparatiuè ad minorem partem omnium congregatorum pro electione, prout intelligi debent illa verba, vt *c. Ecclesia vestra il* 1. vbi *Abbas num.* 4. *de elect.* idem *Abb conf.* 25. *num.* 4. *lib.* 2. & *in d. c. quia propter num.* 5. *vers. quod Ego Franc. Marcus dec.* 924. *Didacus Perez Gloss.* 2. *post princip. in l.* 3. *tit.* 3. *lib.* 2. *ordin.* Vltrà quod certum est electionem per viam inspirationis authore Deo
14 immediatè * peccatis nostris exigentibus rarò occurrere, vt notat *Io. Andr. in dicto cap. Quia propter num.* 40. *Petrus de Baif. in directorio electión. par.* 3. *cap.* 16. *num.* 2.

Neque opitulatur, quod in instrumento di-
15 catur, quod omnes consenserint electioni, * & propterea verba illa *maior, & sanior pars &c.* reducenda sunt ad concordiam, ità vt sensus sit, quod maior, & sanior pars consensit, ex quo omnes consenserunt, cum in toto pars insit *l. Si quis cum totum ff. de except. Surd. dec.* 188. *numer* 3. Nam fuit responsum, quod vltra quod non interuenerunt alia requisita, vt electio possit dici per inspirationem, vel quasi, de quibus suprà, ideò fuerunt posita verba illa in instrumento, quià in electione iuxtà terminos *cap. quià propter* requiritur, quod publicato scruti-
16 nio, & facta collatione, sequatur electio,* scilicet quod fiat per vnum nomine Capituli per verba singularis numeri *c. sicut de elect. in* 6. *cap. cum ab vno de re iudic. in* 6. *Abb. in c. quia propter ante num.* 11. *vers. electio autem fi est per vnum Franc. Marcus quaest.* 922. *num.* 2. *lib.* 1. In hoc autem casu publicato scrutinio, & facta collatione, ex qua apparuit vt refertur in instrumento quod maior, & sanior pars fecerit electionem, fuit publicatum scrutinium ibi: *Quibus scilicet votis à nobis diligenter, & fideliter collectis dictorum votorum, ac suffragiorum pars maior, & numero potior fratri Desiderio Gerardo &c. obuenit*, posteà fuit publicatum scrutinium, & ab omnibus approbata electio, dum in eodem instrumento subditur. *Quod nos nostra omnibus, & capitulariter alta, & intelligibili voce pronunciantes prædictum fratrem Desiderium pro legitimè atque canonicè electo prædicti omnes Religiosi habuerunt, atque vnanimiter tenerunt*, qui consensus omnium post publicationem scrutinij non
17 operatur, * quod electio perantea facta á maiori, & saniori parte censeatur quasi per inspirationem *Hostien. in summa tit. de elect.* 6. *qualiter vers.* 3. *forma in princ. Petrus de Bayfio in Director. elect. par.* 3. *cap.* 16. *numer* 4. & expressè sentit *Abbas antiqu. in dicto cap. quia propter numer.* 17. *in fine verb. consensit.*

Neque est verum, quod electio per scrutinium non irritatur etiam quod duo scrutatores tan-
18 tum, * & non tres, & non de Collegio interuenerint *Gloss. in d. c. quia propter in v. sanior in fine de elect.* & ista fuit opinio *Vincentij, & Tancredi Abbas Antiq. ib. n.* 17. vbi quod hoc est propter formam illius textus *Mandagot. de elect. cap.* 23. vbi quod licet debeant eligi tres Scrutatores de Collegio, tamen si secus fiat, electio non irritatur, ex cuius sententia in eodem capite dicit *Cardin. in c. quia propter quaest.* 12. quod Abbas Tullen. electus cum sex Scrutatoribus tribus de Collegio & tribus extrà Collegium fuit per Sedem Apost. confirmatus, quod dicit etiam *Beer. ibidem ad Mandagotum littera S. Menoch. conf.* 67. *num.* 37. Nam huic motiuo fuit responsum, contrariam opinionem esse commu-
19 niorem, * & secundum litteram *textus* ibi *assumantur tres de Collegio*, quam tenet *Goffred. in summ. tit. de elect. num.* 7. & *in c. quia propter Hostien. num.* 17. & *seq.* & *num.* 25. *Butr. num.* 2. & 22. *vers. dicitur sexto*, & *vers. dicitur* 7. *Baldus num.* 31. *Io. Andr. num.* 10. & 11. & sentit *Innoc. n.* 3. & 4. & tutius esse, quod interueniant tres Scrutatores de Capitulo dicunt *Anchar. num.* 1. *vers. secundum substantiale Compostellan. num.* 5. *Abbas antiq. num.* 7. *vers. tres Cardin. quaest.* 11. & 12. & 45. & quod fit communis opinio, quod debeat interuenire tres Scrutatores de Collegio dicit *Abbas in dicto c. quia propter num.* 13. *Imol. num.* 7. & 8. *Roman conf.* 332. *num.* 6. & 11. & 12. dicit quod electio aliter facta corruit *Franc. Marcus decis.* 1201. *Petrus Baisius in Directorio electio par.* 3. *cap.* 24. *num.* 1. & *seq. Rebuff. super Concord. tit. de Regia ad Prælat. nomin.* §. *per præmissa v. formam vers.* 3. *quod tres Scrutatores Emanuel Rodriq. in summ. par.* 1. *cap.* 102. *num.* 3. *ver. Dizemaria ordenaron. Sbuest. in summ. V. electio* 2. *nu.* 12. *Angel. eod. v. num.* 26. *Tabiena pariter eod v.* 1. *num.* 20. & vlterius hanc etiam sententiam tenent *Beerius ad Mandaget. de elect. cap.* 22. *littera C.* & *cap.* 23. *littera Q.* vbi quod istud est tenendum *Pisauel. la v. electio* 1. *vol.* 5. *vers. quando proceditur per formam Scrutinij Io: Baptista de Salis in summ. eodem verb. col.* 5. *vers. quot sunt formæ electionis Azor. instit. moral. to.* 2. *lib* 6. *cap.* 14. *col.* 7. *quaest* 11. *vers. per Scrutinium:* Neque est curandum, quod alias fuerit confirmata electio, in qua sex interuenerunt Scrutatores, tres de Collegio, & tres extrà Collegium, & referunt *Card. & Beerius prædictis*, quia hoc potuit fieri ex gratia.

Neque obstat, quod ex consuetudine possit
20 tolli forma tradita * in dicto *cap. quia propter*, maximè circà Scrutatores *Bald. in conf.* 318. *nu.* 1. *circa finem par.* 3. *Rot. dec.* 65. *numer.* 11. *par.* 1. *in recent. Bertachin. de Episcop. lib.* 1. *tit* 3. *qu.* 5. *n.* 4. quem refert, & sequitur *Boer. ad Mandagotum de elect. c.* 23. *lit. R v. adde quando*; Fuit enim respon-

sum,

ſum, quod nulla conſuetudo probatur, nec Do-
ctores prædicti dicunt, quod induci poſſit *Bald.*
21 enim loquitur in terminis electionis ſcholariũ,*
in qua non erat ſeruanda forma *c. quià propter;*
Rota verò loquitur de pertinentia collationis
22 ex conſuetudine; * *Bertacchinus* autem, & *Boer.*
ſolum dicunt, quod tres poſſunt eligi extrà
Collegium, qui tamen de conſuetudine poſ-
ſunt electioni intereſſe, qui non eſt caſus no-
ſter, quos priùs dixit *Speculator de elect. §. 1. n.
12.* & ſubdit melius eſſe, quod eligantur ex
Collegio, non ex illis, qui ex conſuetudine
interueniunt electioni, & prius etiam dixit
Cardin. in dicto c. quia propter quæſt. 12. & in ter-
minis quod forma, de qua *in c. quià propter* tol-
23 lat conſuetudinem * in contrarium dicit *Boer.
dec. 1. num 49. & 50.* & probatur euidenti ratio-
ne quià, vt ſuprà dictum eſt, electio, non ſeruata
24 forma illius *textus*, ipſo iure eſt nulla, * quià
verba illa *electio aliter facta non valeat* habẽt vim
decreti irritantis *Roman. dicto conſ. 322. num. 12.*
& certum eſt, quod decretum irritans inficit
titulum, & poſſeſſionem, *c. Si eo tempore de ele-
ction. in 6. Caſſad. dec. 1. num. 7. de Reſtit. Spoliat.
Sarnen. in Reg. de Trienn. quæſt. 49. nu. 3. Put. dec.
48. num. 3. & vlt. & dec. 386. lib. 1. in nou. Gabr. de
clauſ. concl. 3. num. 56. Rota dec. 24. num. 5. & dec.
149. num. 2. par. 2.* & habet oculos retro, & ope-
ratur nullitatem ab initio *Caſſador. dec. 12. nu. 5.
ſuper Regul. Sarnen. in reg de Annali quæſt. 5. nu. 1.
& 4. Rot. dicta dec. 24. num. 5. & dec. 149. num. 2.
par. 2.*

Neque dicatur, quod hic non agatur de
conſuetudine inducenda contrà ius, ſed con-
trà communem opinionem Doctorum, quia
cum Scrutatores debeant eſſe tres, & de Colle-
25 gio * ex *tex. in c. quia propter*, quem ità commu-
niter interpretantur *Doctores* non agitur de in-
ducenda conſuetudine contra communem ſen-
tentiam *Doctorum*, ſed contra diſpoſitionem
ipſius *textus*, qui ità communiter intelligitur à
Doctoribus, nam leges humanæ admittunt do-
26 ctrinalem interpretationem, * quæ licet per
ſe non inducat obligationem, quia non habet
poteſtatem inducendi legem *Suarez de legib. lib.
6. cap. 1. num. 5.* tamen ſecus eſt, quando com-
munis opinio conuenit in interpretatione, quia
tunc facit humanam certitudinem, & inducit
obligationem ſeruandi legem, & vtendi illa in
praxi iuxtà communem interpretationem
Suarez dicto loco ver. de hac igitur interpretatione,
& quamuis ab iſta communi interpretatione
aliqui *Doctores* diſſentiant, non eſt relinquen-
da communis, quia eſt conformis littera *text.*
ibi *aſſumantur tres de Collegio*, vt aduertunt om-
nes *Doctores*, qui hanc communem tenent, nam
in interpretatione legis ſemper eſt attendenda
27 verborum proprietas, * ideſt propria ſignifi-
catio *l. 1. §. ſi is qui nauem ff. de exercit. action. l.
proſpexit ff. qui & à quibus c. 2. §. ſed neque de trã-
ſlat. epiſcop.* eleganter *Suarez loco præc. numer. 7.*
vbi exornat.

Neque ſubſtinetur, quod hic in omnem e-
uentum agitur de electione mixta ex Scrutinio
& compromiſſo ex *Speculatore in tit. de elect. §. 1.
num. 20. verſ. ſi autem*, vbi *Ioan. Andr. in v. pro cõ-*

*ſenſu Compoſtellan. in dicto c. quia propter num. 14.
verſ. ſed & ſi Capitulum*. Nam fuit reſponſum,
28 quod iſti *Doctores* ſolum dicunt, * quod poſt
collationem ſufficit, quod fiat communis ele-
ctio per vnum ſine mandato Capituli, quia
Capitulum tacendo videtur hoc habere gratũ,
quod etiam dixit *gloſſ. in c. ſicut in v. per vnum
de elect. in 6. Abb. in dicto c. quia propter antè num.
11. Franc. Marcus deciſ. 922 num. 2. lib. 1.* & ſi om-
nes tacitè conſentiant, iſta communis electio
29 poteſt etiam fieri per extraneum, * vt voluit
*Petrus de Baiſio in director. elect. par. 3. cap. 33. nu.
4. & ſeq.* Sed iſta non eſt electio per cõpromiſſũ
mixtum, ſed per Scrutinium, quia communis
electio facienda per vnum eſt pars electionis
30 per Scrutinium, * vt habetur in dicto *c. Quia
propter* publicato namque ſcrutinio, & facta
collatione, debet fieri per vnum communis
31 electio nomine Capituli, * vt ſupra dictum
eſt.

Et quamuis verum ſit poſſe dari electionem
32 mixtam ſcrutinio, & compromiſſo, * vt dicit
*Henricus Caniſius in Compendio decretalium tit.
de elect. § ac in primis ante fin.* tamen hoc in iſto
caſu non fuit factum, quia vt dicit idem *Ca-
niſius ibidem §. interdum*, tunc compromiſſum
concurrit cum ſcrutinio, ſi ita compromiſſum
33 ſit, * vt compromiſſarij, ſiuè vnus, ſiuè plu-
res ſecretò, & ſigillatim vota ſingulorum ex-
quirant, illumque eligant, in quem maior, &
ſanior pars Capituli conſenſerit *c. cum expediat
29. de elect.* Vnde quæ in electione per ſcruti-
nium ſeruanda ſunt, eadem de hac ſpecie adhi-
34 benda erunt * *c. ſi cui 23. de elect. in 6.* & in hac
electione nihilominus fuit actum, quam facere
re electionem per compromiſſum mixtam cum
ſcrutinio, vt patet ex lectura inſtrumenti ele-
ctionis ſupra relata.

Denique non obſtat, quod videatur ſuffice-
re, quod vota fuerint ſecreta abſque alia for-
ma ex diſpoſitione *Concilij Trident. ſeſſ. 25. cap. 6.
de Regular.* quià licet ibi diſponatur, quod
omnes electiones Regularium debeant fieri per
35 vota ſecreta, * non tamen cenſetur ſublata for-
ma *cap. quia propter de elect.* & prudenter ad-
uertit *Emanuel Rodriquez in ſummis caſuum par.
1. tit. de elect. cap. 102. num. 2.* ſed adhuc in ſuo
robore perſeuerat *Zerola in praxi Epiſcop. in v.
Abbatiſſa verſ. ad 6. & Azor. Inſtit moral. lib. 13.
cap. 10. quæſt. 2.*

Et ita concluſum electionem eſſe nullam, ita-
ut non debeat confirmari.

3.

THEATINA, SEV NVLLIVS S. IOAN-NIS IN VENERE.

Lunæ 5. Iulij 1621.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 Concil. Trid. sess. 24. cap. 20. in §. ad hæc de reform. *non habet locum in Ecclesijs contrà Abbates habentes in suos plenam iurisdictionem.*

2 *Ordinarius non est priuandus sua possessione donec cognoscitur, an Abbas habeat plenam iurisdictionem.*

DECISIO MCCCXXVII.

ROta censuit, mandatum de manutenendo cõcessũ Reuerendissimo Archiepiscopo Theatino non esse reuocandum, cum iustificetur nedum ex assistentia iuris, quam habet; verum etiam ex actuali possessione, vt *fuit resolutum* 20. *Decembris* 1613. *coram me*, quæ est *decisio* 501. *par. 2. in recent.* & rurius 14. *Martij anni sequentis.*

Neque obstat, quod *Conc. Tridentinum sess.* 24. *cap.* 20. *in §. adhæc de Reform.* non habeat locum in Ecclesijs contra Abbates habentes in suos
1 plenam iurisdictionem, vt dixit *Rota* ex sententia *Illustrissimorum Interpretum coram bo. me. Ioanne Aldobrandino in causa Salamantina iurisdictionis* 1. *Iunij* 1565. vt in copia, quæ data
2 fuit, quia *decisio* loquitur, quando Abbas habet plenam iurisdictionem, * de qua dum cognoscitur, Ordinarius non est sua possessione priuandus, pro quo stat mens, & ratio *Concilij*, vt eadem *Congregatio* censuit.

Et quod plus est moderna declaratio continet, quod Abbas habeat iurisdictionem Episcopalem, ac temporalem in Parochos, & Parochianos, & quod illam exerceat, & insuper præseruat Ordinarijs, si maiorem in locis, vel illorum personis authoritatem exerceant, de quibus est cognoscendum, & interim Reuerendissimus Theatinus potest congoscere donec per tres conformes hoc terminetur, vt in puncto eadem *Congregatio resoluit*, & *S. M. Paulus Quintus* confirmauit, vt in Breui sub die 27. Februarij 1615.

Et propterea nõ obstant ea, quæ deducuntur ad ostendendum, quod Abbas habeat iurisdictionem spiritualem, & temporalem, quia hæc respiciunt petitorium, & per tres conformes sunt canonizandæ, & interim non impediunt, quo minus Reuerendissimus Theatinus manuteneatur per supradicta.

Denique non obstat, quod Abbatia sit nullius, quia pluries in hac causa fuit firmatum esse in Diocesi Theatina, & ideo super hoc non est insistendum.

Ex quibus conclusum, mandatum de manutenendo non esse reuocandum &c.

ROMANA PALATII DE FERRATINIS.

Lunæ 5. Iulij 1621.

ARGVMENTVM.

Venditio est perfecta non obstantibus verbis *con li patti, conditioni, cautele, e sicurezze, che faremo d'accordo.* Quæ autem pacta debeant apponi remittitur arbitrio boni viri, & regulatur à iure, & consuetudine.

SVMMARIVM.

1 *Contractus venditionis est perfectus, quamuis adsint verba* con li patti, conditioni, cautele, e sicurezze, che faremo d'accordo.
Prædicta verba censentur remissa arbitrio boni viri num 1. *&* 3.

2 *Quando in contractu venditionis fuerunt addita verba* con li patti, conditioni, cautele, e sicurezze, che faremo d'accordo *tunc illa pacta debent apponi, quæ de iure, & consuetudine, sunt apponenda.*

4 *Venditor de consuetudine debet rem liberam tradere, & dare fideiussores idoneos de euictione, vel saltem pro assecuratione pretij.*

5 *Derogatio fideicommissi non reddit cautum emptorem.*

6 *Venditor tenetur præstare cautionem de euictione, quando illius creditores imminent.*

DECISIO MCCCXXVIII.

ROta bis resoluit venditionem, de qua agitur fuisse perfectam, quia verba illa: *con li patti, conditioni, cautele, e sicurezze, che faremo d'accordo frà noi*, non respiciunt substantiam ven-
1 ditionis, sed illius accidentalia, * quæ propter illa verba (*che faremo d'accordo*) censentur remissa arbitrio boni viri. Quare supradicta die quæsitum fuit apud me, quæ pacta conditiones, & cautelæ sint apponendæ; & Domini censuerunt illas, quæ de iure, & consuetudine
2 solent apponi * *l. fin. vbi Bald. in princip. C. de fideiuss. & mand.* latè *Gabr. de consuetud. concl.* 3. *in princip. & per tot.* & circa hoc arbitrium
3 boni viri debet operari * *Menoch. de arbitr. iudic. quæst.* 13. *numer.* 15. *vsque ad fin. lib.* 1.

De iure autem, & consuetudine venditor debet rem liberam tradere, & dare fideiussores
4 idoneos de euictione, * vel saltem pro assecuratione pretij, vt de primo dicit *Bald. in l. ex ijs prædijs in princ. C. de euiction. per l.* ex *venditione* 42. *ff. de action. empt. Dec. cons.* 119. *num.* 1. *in princ. Surd. cons.* 36. *numer.* 9. *& decis.* 265. *in prin.* & de secundo quando in ipso limine contractus imminet periculum euictionis est *text in l. ex ijs prædijs & l. si post perfectam C. de euiction.* & fuit late deductum *coram me in causa Tudertina Tenutæ Montis Nigri* 20. *Febr.* 1619.

In proposito autem cum immineant creditores Dominorum de Ferratinis, quorum ius etiam fuit discussum in *hac causa* 26. *Nouembris* 1611. *coram Illustrissimo Sacrato*, negari non potest, quin sit danda prædicta cautio de euictione, neque repelicetur, quod sit cautum D. emptori, ex quo Palatium est suppositum fidei-

fideicommisso, & fuit obtenta derogatio, quia contra derogationem plura opponuntur, quę ægerent particulari discussione, sed vt cumque sit sola derogatio non reddit cautum empto-
5 rem,* quia non impedit, quominus sit saluum ius creditoribus, quod habebant ante derogationem, qui sine difficultate durante vita eorum, qui bona obligarunt poterant agere ad fructus, si non distractionem Palatij.

Vlterius fuit consideratum, fuisse actum, quod Domini de Ferratinis venditores possent habere sc. 7000. pro vsibus suis, vnde cum il-
6 lorum creditores imminent, * certum est dandam esse cautionem de euictione pro ista summa, vt in dicta *l. si post perfectam cum alijs allegatis*.

Et hæc sententia de plane placuit Dominis, quia emptor non vult retinere pretium apud se, sed generose offert cedulam bancariam D. Puteoboneili de soluendo pretium Palatij data idonea cautione de euictione &c.

Præsens decisio fuit declarata die 30. Maij 1622.

ILDESIMEN. OPTIONIS.

Veneris 15. Octobris 1621.

ARGVMENTVM.

Appellatio licèt regulariter debeat in scriptis interponi, tamen id non habet locū, quando statim prolata sententia pars grauata viua voce dicit, *appello*, quæ conclusio de plano procedit, si fuerit appellatum ad Sedē Apostolicam. *Text. in cap. 1. de his, quæ fiunt à maior. part. Capit.* quando, & in quibus terminis loquatur. Iudicialiter procul dubio quandò dicatur processum.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione pendente si capta fuerit possessio, est attentata.*

2 *Appellatio est valida, licèt sit interposita viua voce si tamen incontinenti fuerit interposita.*

3 *Appellatio sine scriptis tùnc valet, si statim prolata contra se sententia pars viua voce dixerit* appello.

Quia subintelligitur, appello à te à sententia, quam statim protulisti inter me, et aduersarium meum.

4 *Appellatio statìm viua voce facta sine dubio valida est, quando fuit appellatum ad Sedem Apostolicam.*

5 *Appellatio non datur ab ordinationibus Capituli saltem ad effectum suspensiuum.*

6 Cap. cum in cunctis 1. dè his, quæ fiunt à maior part. Cap. *loquitur, quando maior pars Cap. aliquid fecit, tùnc minor non potest appellare ad effectum suspensiuum.*

7 *Capitulum, quando iudicialitèr procedit contrà tertium promulgando Sententiam, tunc ille tertius omni iure potest appellare ad Superiorem.*

8 Cap. cum in cunctis 1. de his, quæ fiunt à maior part. Capit. *loquitur de actu extraiudiciali, non autem iudiciali.*

9 *Extraiudicialiter non potest dici actum, quando interuenit Iudex, Actor, & Reus.*

10 *Iudex sine dubio dicitur interuenisse in aliquo actu, ex libello porrecto, & sententia lata.*

Iudicialiter dicitur processum, quando constat de actis Iudicialibus num. 10.

11 *Sententia dicitur condemnatoria quamis in ea non adsit verbum* condemno, *cum ad hoc sufficiant verba æquipolentia.*

12 *Sententia lata ad fauorem vnius partis, implicitè continet in se condemnationem cōtrá aduersariū.*

13 *Auditores Rotæ designati de partibus venientes, antequam publicam habeant disputationem, Rota solet eis iniungere onus informandi in aliqua causa.*

DECISIO MCCCXXIX.

FVit resolutum prout, & alias fuit decisum sub die 25. Iunij præteriti constare de attentatis, quia appellatione pendente fuit capta
1 possessio * *cap. non solùm de appellat. in 6. tot. tit. nil nouari appellat. pend.* quæ quidem appellatio fuit valida, licet viua voce fuerit appel-
1 latum, * ex quo incontinenti tempore sententiæ fuit interposita, & iste est casus specialis, in quo viua voce, & non in scriptis potest al-
3 legari, & sufficit dicere *appello*, * quia subintelligitur, appello à te à sententia, quam statim protulisti inter me, & aduersarium meum *Specul. in titul. de appellat. §. qualiter autem in princ. num. 7. p. 4. Bart. in l. 1 §. fin. in princ. & num. 2.* ibi *circa appellationem ff. de appellat. Papien. in forma Appellationis à sententia diffinitiua in glos. coram vobis num. 17. vers. amplius etiam; et in glos. in his scriptis sub num. 1. Franch. in cap. vt debitus 59. num. 15. quæst. 7. de appellat. Guidopap. de appell. conclus. 8. num. 6 Nicel. de concordantia glossarum concordant. 6. Fallent. 69. num. 110.* & sentit *Achilles. decis. 2. de appellat. Caputaq; decis. 36. num 3. par. 1.* Et hæc
4 conclusio de plano procedit, * quia fuit appellatum ad Sedem Apostolicam *Rota decis. 54. in princ. iuncto num. 1. de appellat. in Nouis.*

Non obstat, quod ab ordinationibus Capituli non detur appellatio, saltem ad effectum
5 suspensiuum * *cap. 1. de his quæ fiunt a maior part. Capituli*, Quia ille *textus* non procedit in istis terminis, sed quando maior pars Capituli aliquid fecit, tunc minor pars non potest ap-
6 pellare ad effectum suspensiuum, * qui non est casus noster, sed agitur, quando Capitulum procedit contra tertium iudicialiter promul-
7 gando sententiam, à quà ille tertius * omni iure potest appellare a d. Sententia ad maiorem iudicem *l. 1. §. si quis in appellatione ff. de appellat. Goffred. & Hostiens. in summa tit. de appellat. glos. in cap. 2. in verbo officiali de consuetud. in 6. Abb. in rubr. de appellat. sub. num. 3. vers.*

circa principale, vltra quod *textus in d. cap.* 1.
8 loquitur de actu extraiudiciali * *Imol. in d. cap. 1. num. 2. & late Arenendus ad Curiam Pisanam lib. 2. cap. 14. num.* 12.

Neque est verum, quod Capitulum extraiudicialiter processerit; quia contrarium apparet, ex quo interuenerunt Iudex, Actor, & & Reus *cap. forus de verb. signif.* & cum clarū sit, quoad Actorem, & reum, difficultas remanet circà Iudicem, quem interuenisse patet ex
10 libello, * & ex ipsa sententia lata, quæ satis ostendunt iudicialiter fuisse processum, cum sint acta iudicij *Bald. cons. 137. ad officium Iudicis libr. 3. num. 3. Guidopap. dec. 616. in fin. Bart. in l. cum iste ff. Iudicat. solui vbi Alex. & idem Alex. cons. 58. lib. 2.*

Minus releuat, quod in sententia non adsit verbum *condemno*, quia vltrà quod sufficiunt
12 verba æquipolentia * *Alex. in l. 1. num. 7. ff. de sent. & re iudic.* hic non fuit opus hoc verbo, sufficit enim, quod Capitulum pronunciauerit ius optandi competere Roberto, & sic quod
12 fuerit lata super eo, quod litigabatur, * quia implicitè continet in se condemnationem contrà aduersarium, vt bene per *Corn cons. 302. lib 3. & cons. 220. lib. 2. Aym. cons. 79. num. 4.*

Et Ita fuit resolutum *R. P. D Balthassare Nauarro de Artoysia* Auditore Rotæ designato pro hac parte informante, Auditoribus enim no-
13 uis de Partibus venientibus, * antequam publicam habeant disputationem, Rota solet iniungere hoc onus informādi in aliqua causa &c.

Præsens decisio fuit cōfirmata die 20. Maij 1622.

BONON. CVMVLI MISERICORDIAE.

Mercurij 20. Octobris 1621.

ARGVMENTVM.

De inobseruantia voluntatis disponentis quando dicatur constare, itaut intret deuolutio ad fauorem alterius vocati, & quando admittatur purgatio moræ.

SVMMARIVM.

1 *Substituti non admittuntur, dum non venit casus, in quem sunt vocati.*
2 *Conditione non purificata dispositio adeo deficit, vt habeatur pro non facta.*
3 *Per vltimam scripturam censetur recessum à priori scriptura in ea parte, quæ est illi contraria, non obstantibus verbis de quibus ibi.*
4 *Omnis interpretatio sumenda est ad hoc vt scriptura ad concordiam reducantur.*
5 *Deficientia supponit aliquid praexistens quod inceperit.*
6 *Dictio* semper *habet tractum successiuum absque temporis, & alicuius casus distinctione.*
7 *Vulgaris substitutio non habet locum nisi ante acceptationem.*
8 *Interpellatio requiritur pro inducenda mora ad effectum deuolutionis.*
9 *Limita quando agitur de causa minorum, Ecclesiæ in iudicijs bonæ fidei, in legatis, & fideicommissis.*
10 *In successoribus ignorantia præsumitur.*
11 *Mora sine culpa non datur.*
12 *Ad constituendum in mora deputatos executioni dispositionis requiritur interpellatio cum exhibitione eius dispositionis.*
13 *Mora, quæ non fuit declarata contra antecessores non potest declarari contrà successores.*
14 *Crauet.* cons. 193. num. 4. *reprobatur.*
Quod in actu negatiuo non requiratur monitio ad incurrenda moram reuocatur in dubium numer. 14.
15 *De pæna agi dicitur, cum agitur de mutandis executoribus dispositionis.*
16 *Restitutio in integrum competit successori ob ignorantiam aduersus deuolutionem incursam ab Antecessore.*
17 *Sicuti etiam ex propria persona, si negocium sit intricatum, & num. 20.*
18 *Mora non incurritur in soluendo debito intricato, vel antiquo si se offert paratum, quando de eo constabit.*
19 Paris cons. 19. num. 247. l. 2. *in quibus terminis loquatur.*
21 *Mora potest purgari ante litem contestatam, & antequam fideicommissum sit agnitum.*
22 *Deuolutio non intrat nisi is, ad fauorem cuius fuit indulta, velit.*
23 *Gratia non vitiatur ob modicum præiudicium tertij.*
24 *Substitutionem fuisse factam in sola executione, non autem in proprietate probatur ex deductis ibi.*
25 *Mora potest purgari, quando dispositio, vel conuentio est collata in personam vnius, & pæna in personam alterius, vt quando quis aliquid debet adimplere ad fauorem alterius. limita num. 27. & vide ibi.*
Quod procedit sine deuolutio sit loco pænæ, siue alia res debeatur loco pænæ num. 25.
26 *Relictum purè ex alterius facto saltem sine iusta causa non potest adimi.*
Purè relictum Altari, cum hoc quod non impetretur alias bona deuoluantur ad alium, si fiat impetratio non intrabit deuolutio ex facto tertij impetrantis Altare num. 26.
28 Bart. in l. si insulam numer. 23. ff. de verb. oblig. *reprobatur.*

DECISIO MCCCXXX.

Comes Ioannes de Pepulis mandauit emi certam tritici quantitatem in anno fertili, & eam vendi in alio anno sterili, & sic deinceps donec fieret certus cumulus, cuius partem ad publicam vtilitatem, & pro exoneratione suæ conscientiæ in pauperes erogari mandauit, & huius operis executores in prima scriptura reliquit Procuratores Pauperum verecundorum, atque inter alia disposuit: *Et quando si deuiasse, ò vero accadesse deuiare dalle sopradette ordinationi*,

ni, & institutioni, ò vero conuertir in altro vso li grani, & altre cose predette, voglio che ogni cosa, con li multiplichi, & accrescimenti recada alli dd. Vgo, e fratelli, e loro descendenti, & heredi. In vltima verò scriptura postquam subrogauit in locum Procuratorum Pauperum Congregationem Vitæ, vsus fuit his verbis *e quando mancasse questa Congregatione della vita di curar quest' opera con li suddetti ordini, e che si negligesse (il che non si crede) subentri altra Congregatione ad arbitrio del Reuerendissimo Monsignor Arciuescouo, e Regimento, ma volendone ella hauer cura, ella sempre ne sia amministratrice*. Cum autem DD. de Pepulis prætenderent non fuisse præcisè adimpleta, quæ per Comitem Ioannem sunt ordinata, & propterea intrate vocationem ad eorum fauorem, ideò fuit consulta *Rota* super eo, An constaret de tali vocatione, & inobseruantia, quæ hæredibus prædicti Comitis suffragetur.

Et dubio per me proposito fuit resolutum negatiuè, quia (quicquid de inobseruantia sit dicendum) deuolutio non intrat, sed D. Archiepiscopus, & Regimen debent aliam Congregationem deputare, iuxta ordinationem factam per Comitem Ioannem, quæ est seruanda *l. legem* 10. *C. de pact. l. qui Romæ §. flauius Hermes* 122 *ff. de verb. oblig.* nec est locus substitutioni ad fauorem hæredum, quià non ve-
1 nit casus, in quem sunt vocati, * cum in defectum primæ Congregationis alia subrogari deberet *l. ex facto §. si quis autem ff. ad Trebell. l. vnic. §. sin autem sub condit. C. de caduc. tollen. l. in Testamento* 31. *vbi gloss. vers. conditione in fin. ff. de cond. & demonstr.* & ibi etiam *Bart. num. 2. Imol. num. 1. Cuman vers. conclude ergò Castrens. num. 6. Soccin. num. 4 Peregrin. de fideic. art. 16. num. 116. & art. 51. num. 19. &* 20. & conditione non purificata dispositio adeo deficit, vt habeatur pro nõ scri-
2 pta * *l. pecuniam ff. si cert pet.*

Non obstat, quod in vltima scriptura dicatur *sostituendo come nella prima ordinatione*, & ideò cum relatum sit in referente, debet attendi prima ordinatio, in qua nihil disponitur quoad subrogationem alterius Congregationis. Nam fuit responsum, quod cum in hac parte vltima scriptura sit contraria primæ, censetur à prima recessum in ea parte, in qua sunt
3 contraria * *l. si quis antea ff de acquir. poss. cap. vt si quis dicat de elect. in 6. c. veniens de præscr. Abb. cons. 94. num. 3 in fin. & num. 4. lib. 2.* & ideò verba illa in vltima scriptura *sostituendo, quando si manchi come nella prima ordinatione &c.* intelligenda sunt præterquam quod ad ea, de quibus in vltima scriptura particulariter est dispositum *l. doli clausula ff. de verb. oblig. Curt. Sen. cons. 48. num. 9. Osasch. dec. 23 num. 46.* eoquè magis quia omnis interpretatio sumenda est ad hoc,
4 vt scripturæ ad concordiam reuocentur * *Dec. cons. 500. num. 6. Alex. cons. 117. num. 3. Vers. item quià posito lib 6.*

Neque etiam obstat, quod ista facultas subrogandi aliam Congregationem intelligitur per vulgarem, scilicet si Congregatio Vitæ nollet onus acceptare, in hoc autem casu acceptauit; nam fuit responsum huic intellectui repugnare dispositionem in illis verbis ibi *Quando mancasse di cura quest' opera, e che si negligesse*. Deficientia enim supponit aliquid præ
5 existens, quod inceperit * *l. non videtur* 84. *l. qui potest facere* 135. & *l. non potest videri desysse ff. reg. Iur.* & confirmauit ex verbo (*negligere*) *l. fin. ff. vbi Pupil. educ. deb.* ibi *Si quidem negligentia, & nimia cessatio Tutori in administratione obyciatur, nec datur negligentia in curanda opere, nisi acceptatio supponatur Bart. cons.* 102. *num. 2. lib. 1. Soccin. cons. 2. num. 8. & seqq. vers. quià imputatur lib. 1.* Et cessat omnis difficultas ex verbis ibi; *ma volendone hauer cura, essa sempre ne sij amministratrice &c.* Quod verbum (*semper*) habet tractum successiuum absque temporis distin-
6 ctione* *§. Serui verò Instit. de libertin. l. 1. in princ. ff. solut. matrim.* & sine distinctione alicuius casus *Cæsar de Grass. dec. 5. num. 5. Qui fil. sint legitim.* & sic comprehendit omne tempus post administrationem susceptam, vndè excluditur, quod dispositio loquatur de sola vulgari, quæ
7 non habet locum nisi antè acceptationem * *l. post aditam ff. de impub. & alys substit.*

Minus releuat, quod D Archiepiscopus, & Regimen fuerunt in mora deputandi aliam Congregationem, quia quicquid sit de hoc, cum neque dies, neque pœna esset apposita dictis Archiepiscopo, & Regimini, requirebatur in-
8 terpellatio * *l. etsi legati* 23. *ff. de verb. obligat l. mora* 32. vbi *Bald. in 2. lect. in princ. ff. de Vsur.* Et quamuis conclusio non procedat, vbi de mi-
9 norum causa agitur in iudicijs bonæ fidei, * in legatis, & fideicommissis *l. in minorum C. in quib. caus. in integr. restit. necess. non sit l. 3. §. 1 ff. de adim. legat.* ibi, *vtpotè mora subsecuta*, & propter eandem rationem idem dicitur in Ecclesia, & fisco, vt per *Ferrett. de mora num. 17.* & propterea idem videtur dicendum in causa pauperum, Tamen hoc non applicatur, quia Pauperes non opponunt de mora ad effectum consequendi relictum, sed DD. hæredes de Pepulis ad effectum deuolutionis opponunt de mora D. Archiepiscopi, & Regiminis, in deputando aliam Congregationē non autem in adimplendo relicta à Testatore, & sic iste casus non reperitur priuilegiatus, vndè standum est regulæ, quod requiritur interpellatio.

Secundo principaliter fuit consideratum hic non agi contrà primos officiales Congregationis de Vita, qui onus acceptarunt, sed contrà successores, in quibus cum præsupponatur
10 ignorantia * *l. qui in alterius ff. de reg. Iur. cap. si Vassallus feudum si de feudo defuncti fuerit contr.* ideo nulla mora potest considerari, quæ non
11 datur sinè culpa * *l. pecunia funebris 9. § fin. l. si quis 24. l. paratum 47. ff. de vsur. l. qui sinè dolo 63. ff. de reg. Iur. l. si seruū 91. in princ. ff. de verb. oblig.* & propterea ad constituendos illos in mora requirebatur interpellatio cum exhibitio-
12 ne ordinationis Comitis Ioannis * *l. si quis inficiatus ff. depositi d. l. qui in alterius 42 ff. de reg. Iur. l. quod te 5. ff. si cert. pet. l. nomen. 4. l. quæ res pignor. obligar. poss. Alex.* in puncto *cons. 1. 5 num. 4. lib. 7.* vbi loquitur de intimatione facienda successoribus Priorum, non autem illis, cum quibus contractus fuerat celebratus, ità etiam in

in puncto resoluit *Rot. in causa Calagnritana de Alberite 2. Iunij 1610. coram Reuerendissimo Attrebaten.* Neque hic est agendum de mora eorum, qui primo onus acceptarunt, tum quia de illa non constat; tum etiam quia, si de illa constaret, cum declaratio contra illos facta non
13 fuerit, & ideò quoad illos remissa videatur contra successores declarari non potest *Cuman. cons. 164. num. 2. vers. ex hoc ergò quod non esset Cassa lor. dec. 2. num. 2. & dec. 3. nn. 2. de locat.* & fuit dictū in dicta causa *Calaguritana*: neq; cōtrarium dicit *Aymon. in cons. 193. num. 4.* quia solum dicit, quod in actu negatiuo non requi-
14 ritur monitio, * & quicquid sit de hac conclusione, cui respondetur in dicta causa *Calagurritana*, iste non est casus noster, non enim agitur de actu negatiuo prohibito.

Insuper fuit principaliter consideratum in hoc casu agi de pœna, cum agatur saltem de
15 mutandis executoribus, * vt in puncto dicit *Gregorius Lopez p. 6. tit. 10. l. 8. gloss. Per Iuyzio in fin.* non autem agi de simplici substitutione, cum caducitas sit apposita post acquisitum executoris officium *Molin. de primog. Hispan. lib. 2. cap. 14. num. 22. & seqq.* & propterea si ex actu Antecessorum prætendatur deuolutio Officialibus successoribus Congregationis Vitæ competit restitutio in integrum ex eorum persona
16 propter ignorantiam * *Ias. in d. l. ad diem 77. nu. 5. vers. tertio limita*, vbi de communi *ff. de verbor. obligat. Corbul. de cons priuat. ob non solutum Canonem limit. 20. num. 6.* & fuit dictum in *allegata causa Calaguritana*; Si verò prætendatur deuolutio ex persona propria, & tunc data etiam scientia ordinationis competit restitutio, vel excu-
17 sario, * cum negotium sit valdè implicitum, vt patet ex lectura ordinationum factarum per Comitem Ioannem disponentem, de qua re Domini non dubitarunt *Ias.* qui loquitur in fortioribus terminis *in l. quod te num. 8. & seqq. ff. si cert. pet.* vbi quod vbicunque interpellatus habet iustam causam ignorandi debitum, pu-
18 ta quia intricatum, vel antiquum, non incurrit moram, * si offert se paratum, quandò constabit, quæ quidem oblatio in hoc casu non fuit necessaria, cum interpellatio non præcesserit, benè *Bald. in l. acceptam num. 11. C. de vsur.* vbi quod mora in non liquidis nunquam committitur, nisi per Iudicem declaratum fuit debitum, neque in his in aliquo contrarium.
19 *Paris cons. 19. num. 247. lib. 2.* * quia in suo casu non aderat iusta causa, vt ipsemet dicit. Et hæc de plano procedunt, quia vna cum Officialibus Congregationis Vitæ deputatus fuit executor vnus ex hæredibus Comitis Ioannis, qui semper tacuit, vndè in negotio satis intri-
20 cato, * etiam quod Congregatio habuerit scientiam dispositionis, de facili admittenda est excusatio, vel restitutio in integrum concedenda, & stante dicta taciturnitate hæredis, & difficultate negocij legitime dubitare potuit Congregatio, an teneatur adimplere.

Vlteriùs fuit consideratum, quod *fel. rec. Paulus V.* commutauit dispositionem Comitis Ioannis cum derogatione *Regulæ de iure quæsito nō tollendo*, vndè hodie non possunt DD. hæredes acceptare deuolutionē, quia res nō est amplius integra; quarè etsi prædicta non intrarent, prout optimè intrant, non est locus deuolutioni, quia etiam data mora Cōgregationis Vitæ, & dato, quod D. Archiepiscopus, & Regimen deberent deputare aliam Congregationem (quod tamen non est verum, vt supra probatum est) non est locus deuolutioni; quia
21 antè litem contestatam, * & sic antequam fideicommissum fuerit agnitum, mora potest purgari *l. si insulam 84. ff. de verbor. oblig. Anton. Piccard. de mora num. 93. Bald. cons. 64. circa med. vers. an fuerit dies apposita lib. 1.*

Non erat enim factus locus deuolutioni, nisi
22 ipsis DD. de Pepulis volentibus * *l. prima §. sed quoties* vbi *Soccin. num. 7. ff. ad Trebell. Rip. in l. 1. num. 50. ff. de legat. primo Peregr. de fideicom. art. 41. n. 10. vers. quadam vero Ossasch. decis. 94. num. 23. & seqq. Rot. decis. 28. num. 1. part. 2.*

Neque obstat, quod non fuerit facta mentio de deuolutione ad fauorem DD. de Pepulis, quia deuolutio verè non intrat, ve bona acquirerent DD. hæredibus, sed ad ipsos deuoluebatur sola executio, quæ non retraxisset Papam à commutatione voluntatis propter
23 modicum præiudicium, * & ideò non vitiat gratiam *Alex. cons. 216. num. 24. vers. subdit etiam lib. 2.*

Quod autem sola executio deuoluebatur ad DD. hæredes patet, quia sumus in dispositione facta ad piam causam, & pro exoneratione conscientiæ Comitis Ioannis, vt pluries ipse repetit, & in prima dispositione, in euentum, in quem Regimen nollet operis perfectionem acceptare, substituit hæredes conditione adiecta, quod dictum opus exequerentur iuxta notulam relictam per ipsum Comitem Ioannem, & residuum in proprium vsum conuerterent, & in vltima scriptura explicitis verbis dixit: *mà non volendo quello, che già vna volta era applicata per il seruitio & publico de Poueri almeno in intentione si conuerta in altro, che in seruitio publico, e de Poueri*, & subdit, quod propterea curauit requiri Officiales Hospitalis Vitæ hoc munus acceptarent, ex quibus clarissimè patet hæredes in sola executione fuisse
24 substitutos, * non autem in proprietate, cum hoc fortè procederet, si simplex substitutio facta fuisset *Oldrad. cons. 108. vers. circa primum* quod de plano procedit, cum vt dictum est dispositio facta sit pro exoneratione conscientiæ *Aym. cons. 113. num. 3.* quia alias daretur absurdum, quod voluerit exonerare conscientiam, quando relictum esset apud Congregationem Vitæ, secus aut quando esset apud suos hæredes *Curt. Sen. cons. 75. numer. 13. Aym. d. cons. 113. num. 3. & cons. 536. num. 5.*

Vltimo loco fuit consideratum, quod cum DD. hæredes prætendant nedum deuolutionem executionis, sed & deuolutionem ad effectum lucri, nulla intrat deuolutio, ea ratione, quia res principalis, hoc est triticum, præstari debet pauperibus; Pœna autem scilicet deuolutio multiplici, spectat ad hæredes, & sic ad tertium: Vnde est admittenda purgatio moræ, quia

quia

quia illa verba, *e quando si negligesse, &c.* sunt intelligenda, quando Congregatio hoc faceret ex aliqua causa, & sic cum sit omnino certum, quod Comes Ioannes noluerit auferre primis, scilicet Pauperibus propter moram Congregationes Vitæ, ideo locus est purgationi mo-
25 ræ, siue obligatio proueniat ex contractu siuè ex vltima voluntate. *Bartol. in l. si Insulam* 84. *num.* 23. *ff. de verbor. obligat. Ias. num.* 38. *Claudius de Seysellio numer.* 57. *Crot. cons.* 74. *Alex. num.* 41. *Rip. num.* 100. vbi de communi, & nouissimè *Bolognett. num.* 250. vbi *num.* 254. ait conclusionem hanc procedere, siue deuolutio ipsius rei sit loco pœnæ, siue alia res debeatur loco pœnæ, imo quod dicta conclusio facilius procedat, quando deuolutio ipsius rei est loco pœnæ dicit *Anton. Piccard. de mora num.* 315. *vers. sunt tamen hae iu re*, & ratio huius dicti fundatur in *l. si quis ita legauerit* 3. §. 1. *in fin. ff. de adim. legat.* ibi, *si quis ita legasset Hæres meus Titio dato si non dederit Sempronio dato, Ita demum Sempronio debetur si dies in personam Titii non cesserit*; quare cum mora regulariter possit purgari iuxta *text. in. d. l. si Insulam ff. de verbor. obligat.* hoc quoque casu moræ purgatio admittitur, ita *Bart. & alij DD. supra allegati*: Quibus aliqui ex Dominis aliam addebant rationem, videlicet quod relictum purè ex alterius facto saltim sinè Iusta causa non
26 potest adimi * *l. Pater familias ff. de hæred. Instit.* vbi *Bartol. in principio & num.* 3. *Angel. numer.* 1. *Socein. cons.* 21. *numer.* 3. *lib.* 1. *Ruin. cons.* 122. *num.* 9. *lib.* 2. *Gabr. cons.* 105. *num.* 11. *& seqq. lib.* 1. & per istam rationem in causa *Lucana Bonorum* 13. *Martij* 1609. *coram Reuerendissimo Lugdunen.* fuit dictum, quod purè relictum Altari, cum hoc quod non impetretur, alias bona deuoluerentur ad alium, facta impetratione non intrabat deuolutio ex facto Tertij impetrantis Altare, & respondetur omnibus contrarijs.

Et quamuis *Bartol. in d. l. si Insulam loco citato* teneat prædictam conclusionem non habere locum, quando constat Testatorem, vel contrahentē velle auferre à primo propter mo-
27 ram adimplere debentis, * ita vt non detur purgatio; tamen dictum *Bartol.* non officit, tum quia non constat, quod Comes Ioannes voluerit propter solam moram bona deuolui, vt patet ex verbis supra relatis, in quibus terminis dicunt *Bartol.*, *& alij supra relati* non esse certum omninò, disponentem velle propter moram bona deuolui, & propterea esse locum purgationi moræ; tum etiam quia contra *Bar-*
28 *tol.* expresse tenent * post *Bald. Imol.*, & *Cuman.* in *d. l. si Insulam Castrens. num.* 5. *Alex. num.* 41. *Ias. num.* 38. *vers. sed quod imo distinctè Bolognett. num.* 251. *& seqq* vbi latè, qui mouetur ea ratione, quia stipulatio si non dederis non operatur, quod irreuocabiliter fit ius quæsitum, sed cum modificatione, si mora non purgetur, & hoc fit dictum ex abundanti, quia satis est, quod non constet de clara voluntate Comitis Ioannis.

Et ita conclusum siuè Domini hæredes prætendant solam executionem ad ipsos deuolutam, siuè omni iure relictum ad ipsos delegatum per rationes supradictas.

ROMANA PECVNIARIA.

Lunæ 25. Octobris 1621.

ARGVMENTVM.

Fructus rei venditæ ante prætij solutionem decursi, quamuis secundum non nullos Doctores soluto prætio peti nequeant, quia illi actione ex vendito consequi non possunt, cum debeantur officio Iudicis mercenario, vnde extincta actione principali per solutionem prætij, extincta quoque remanet dd. fructuum petitio. Tamen quidquid sit de hac opinione, contrarium magistraliter in præsenti decisione resoluit Rota, vt scilicet dd. fructus peti possint, etiam soluta sorte principali, cum illi non debeantur venditori tamquàm fructus, sed tamquàm res propria ex æquitate legis commutatiuæ, & Iure naturali scilicet ne quis locupletetur cum aliena iactura, vnde quandocunque peti possunt, implorando etiam officium Iudicis nobile.

SVMMARIVM.

1. *Fructus rei vendita ante prætij solutionem decursi, soluta sorte, peti nequeunt, & numer.* 5. 7.
2. *Fructus rei venditæ ante pretij solutionem decursi, soluta sorte, ideo peti nequeunt, quia illi non sunt in obligatione, cum officio Iudicis debeantur.*
3. *Vsuræ rei vendite ante pretium solutum peti non possunt iure actionis ex vendito, & ideo extincta actione principali per solutionem, dd. vsuræ peti non possunt.*
4. *Fructus rei venditæ decursi ante prætij solutionem petuntur officio Iudicis mercenario.*
6. *Fructus rei venditæ, de quibus in* l. Curabit C. de actionibus empt. *debentur officio Iudicis mercenario, cum d. lex dirigat verba in ipsum Iudicem.*
8. *Interesse ex* l. Curabit C. de actionibus empt. *neque stricto Iure, neque vlla actione debetur, sed sola iuris æquitate, Iudicisque officio particulari.*
9. l. Curabit C. de actionib. empti *non est iudicanda superflua, cum satis operetur tollendo moram, quæ alias erat necessaria ad petendum d. interesse.*
10. *Contractus venditionis est bonæ fidei.*
11. *Actio ex vendito competit venditori ad prætium, ac etiam ad vsuras pratij tempore traditionis rei.*

12 *Ver-*

12 *Verbum*, Iudicium, *latius patet; quàm verbum* actio.

13 *In iudicio intentato super forte rei venditæ veniunt etiam fructus recompensatiui per implorationem officii Iudicis, & num.* 14.

15 *Fructus decursi ante fortis solutionem debentur venditori, non tamquam vsuræ, sed tamquam rei propria ex æquitate legis commutotiuæ, & iure naturali.*

16 *Iustitia commutatiua consistit in æqualitate.*

17 *Venditor quando tradit emptori fundum, pro quo prætium non soluit, si ex eo participat vtilitatem, debet facere æqualitatem soluendo fructus.*

18 *Fructus recompensatiuos prætij non soluti emptor omni iure debet soluere.*

19 *Fructus prætij non soluti eum spectent ad venditorem, ideo illos potest petere tam actione datiua, quàm natiua.*

20 *Venditor potest agere ad fructus decursos ante prætij solutionem ex æquitate* l. si me, & Titium ff. si cært. petat.

21 *Venditor consequi potest fructus decursos ante prætium solutum de iure ciuili condictione sine causa, & de iure Canonico officio Iudicis nobili, & num.* 26.

22 *Rei meo si ad alium sine causa deueniat, & ex ea factus est locupletior, prout præsumitur, tunc qua actione mihi succurratur num.* 23.

24 *Officium Iudicis nobile non inseruit actioni, quod procedit tam de iure Canonico, quam ciuili, & num.* 25.

27 *Actio quando competit, competere non potest officium Iudicis nobile, deficiente actione datur Iudicis nobile num.* 27.

28 *Pro consequutione rei propriæ quis potest implorore officium Iudicis nobile, etiam quod ei competat actio, & num.* 30.

29 *Pro equo meo mihi restituendo possum officium Iudicis nobile implorare.*

31 *Facti puritas, & rei veritas de iure Canonico attendi debet.*

32 *Vsuræ rei venditæ decursæ ante prætij solutionem, vt debeantur officio Iudicis nobili, requiritur mora per litis contestationem.*

33 *Interpellatio non requiritur quando petitur interesse iuxta terminos* l. curabit C. de actionibus empt.

34 *Fructus præteriti non possunt peti officio Iudicis nobili.*

35 *Fructus rei venditæ decursi ante prætii solutionem venditor potest petere officio Iudicis nobili, quamuis sint præteriti* [illegible]

36 *Fructus quando petuntur vti res principalis debentur vsque ab initio.*

37 *Aequitas* l. si me, & Titium C. de actionibus empt. *non præscribitur spatio triennij.*

38 *Possessor bonæ fidei non tenetur ad restitutionem fructuum rei principaliter deductæ in iudicium, nisi in quantum sit factus locupletior, & non sit lapsum triennium.*

39 *Quæ tamen conclusio non procedit, quando fructus petuntur vti sors principalis.*

40 *Vsucapio ad hos, vt intret requiritur bona fides.*

41 *Fructus recompensatiui debentur venditori, si emptor non soluat prætium rei emptæ.*

42 *De fructibus acquirendis quando agitur sufficit error, etiam Iuris.*

43 *Error iuris non sufficit ad effectum vsucapiendi fructus, vt possessor non teneatur eos restituere, saltem quando petitur vti sors principalis.*

44 *Ad fructuum acquisitionem sufficit abesse malam fidem.*

Ad vsucapionis effectum requiritur titulus, & sic quod adsit bona fides num. 44.

45 *Emptor, quod retineat rem, & prætium, id nullatenus est iustum.*

46 L. si me, & Titium C. si certum petatur *æquitas nisi spatio* 30. *annorum non præscribitur.*

47 *Ad actionem personalem præscribendam quantum tempus requiratur.*

Officium Iudicis nobile vt præscribatur requiritur tempus 30. *annorum num.* 47.

48 *Emptor tenetur ad fructus recompensatiuos ob dilatam prætij solutionem, etiam non dolo de adimplemento.*

49 *Emptor tenetur ad fructus decursos ante prætium solutum ex æquitate, ne ipse eos lucretur cum aliena iactura, & detrimento venditoris.*

50 *Inæqualitas ne subsit inter contrahentes curandum est.*

51 *Emptor ideò tenetur ad fructus recompensatiuos ob dilatam solutionem, etiam si venditor non adimpleuerit ex parte sua, qui ob defectum d. adimplementi non minuitur emptori vsus rei, & num.* 52.

53 *Pro fructibus decursis ante prætij solutionem competunt venditori officium Iudicis mercenarium, æquitas* l. si me, & Titium ff. si cært. petat. *conditio sine causa, vel officium Iudicis nobile.*

54 *Remedium ordinarium, & extraordinarium quãdo ex diuersis fontibus originem trahunt, tunc remedium ordinarium non excludit extraordinarium.*

55 *Fructus decursi ante prætium solutum debentur venditori ex obligatione nociua, & quando.*

56 *Instrumentum si contineat obligationem Cameralem cum clausula* alias &c. *ista imbreuiatura extenditur ad damna, & interesse.*

Fructus recompensatiui veniunt appellatione dãnorum, & interesse num. 56.

57 *Fructus decursi ante prætij solutionem, cum venditor possit vendere ex stipulatu, stante obligatione Camerali in Instrumento venditionis, propterea sorte soluta, illi etiam peti possunt.*

58 *Fructus rei venditæ decursi ante prætij solutionem debent liquidari iuxta quantitatem quot annis perceptam, cum iuxta illam debeantur.*

DECISIO MCCCXXXI.

DVbitaui an fructus rei venditæ ante prætij solutionem decursi, soluto prætio, peti possint, & pro negatiua, quod soluta sorte dd.
1 fructus recompensatiui peti non possunt, * per textum expressum in *l. qui per conclusionem* 51. §. *prætii sorte ff. de act. empt.* in qua sic habetur
2 *prætij sorte licet post moram soluta,* * *vsuræ peti non possunt, cum hæ non sint in obligatione, sed officio Iudicis præstentur, Bart. in l.* 1. *num.* 10. *in fin. ff. de Iurisdictione omni Iudic. Ias. Instit. de act.*

act. in princ. num. 60. Castrens. in l. Iulianus §. ex vendito, in lectura antiqua num 4. de actionibus empt. vbi quod vsuræ peti non possunt iure
actionis ex vendito, quia debentur officio Iudi-
3 cis mercenario, * & ideò extincta actione prin-
cipali per solutionem prætij, vsuræ peti non
possunt per d §. *prætii forte, Dec. in l. 1. num. 27. post medium vers. sed aduertendum est ff. de Iurisdictione omnium Iudic. & in l. si me & Titium 5. ff. si cert. petat.* vbi etiam dicitur expresse, quod
officium Iudicis, de quo in d. § *prætii forte*, est
4 mercenarium * *Zasius num. 3. vers. verum hoc Gregorius Lopez partit. tom. 5. tit. 12. l. 5. glos. 2. in fine, Anton. Faber. de erroribus pragmaticor. p. 2. decad. 26. error. 10. num. 13. & 17. Petrus Castalius aduersar. Iur. p. 3. lib. 19. Pandect. in tit. de actionibus empt. l. 49. fol. 494. Peregrin. cons. 86. num. 4. lib. 3. Vigel. lib. 42. digest. cap. 9. post causam 17. in exceptionibus generalibus regul. 2. fol. 761. tom. 4. Gottsfred. in d. l. qui per conclusionem 2. prætii forte ff. de actionibus empt. in litt. F.*

Et ex prædictis soluta sorte, non possunt peti
fructus recompensatiui decursi ante solutionem
5 ipsius sortis * ex æquitate *l. curabit C. de actionibus empt.* eum ex illa *lege* debeantur officio
6 Iudicis mercenario, * cum verba dirigantur
ad Præsidem non ad partes ibi *curabit Præses Prouinciæ compellere emptorem qui nactus possessionem fructus percepit partem prætii, quam pænes se habet, cum vsuris restituere &c.* prout ita distin-
guendo dicunt *Bald. in l. terminato num. 14. C. de fruct. et litis expens. Matthes. singul. 80. Fælin. in cap. significauerunt col. 3. ante num. 3. versic. scias etiam de exceptionibus Castrens. cons. 16. si ponderantur num. 9. et 10. lib. 2.* & in terminis
l. curabit C. de actionibus empt. dicit in ead. *l. Cagnolus num. 19. et 20. et allegat Textum in l. fructus 13. C. de actionibus empt.* vbi venditor
quoque, si moram interuenisse probetur, vsu-
ras officio Iudicis exigere potest, & etiam in
terminis *d. l. curabit* quod debeantur fructus
7 recompensatiui officio Iudicis mercenario, *
itaut soluta sorte ampliùs peti non possunt, te-
nent *Corneus cons. 59. num. 3. vers. quod probatur Gabriel. cons. 145. num. 12. lib. 2. Lupus de vsuris in d. l. curabit num. 138. vers. additur, Franciscus Zoannet. rerum quotidian. cap. 9. num.* 8. quod interesse *ex l. curabit C. de actionibus*
8 *empt.* neque stricto iure, neque alia actione, *
venditorem sibi petere sciendum est; Idem
enim sola iuris æquitate debere, Iudicisque
tantum officio postulare docet, & allegat *text. in l. Iulianus §. ex vendito C. de actionibus empt. & in l. 2. C. de vsuris, & in l. fructus C. de actionibus empt.* nec propterea videtur superflua
dispositio *d. l. curabit*, quia satis operatur, cum
9 tollat moram, * ibi *licet nulla mora interuenerit*,
quæ alias requireretur, vt in *d. §. prætii forte* ex-
pressè habetur, quià agitur de contractu bo-
10 næ fidei, * vt explicat *Giphanius in d. l. curabit post princip. et latè Lupus de Vsuris in d. l. curabit. cap. momenc. 1. §. 7. num. 131. et 132. cum pluribus seqq.*
11 Nec videtur obstare *text.* * *in d. l. Iulianus §. venditio ff. de actionibus empt.* vbi quod actio ex
vendito competit venditori ad prætium, ac
etiam ad vsuras prętij tempore venditionis rei,
quia vt aduertit *Castrens. ibid. num. 4. vers. nec obstat* in illo *textu* non dicitur, quod fructus
12 veniat hac actione, sed in hoc Iudicio, * quod
est latius vocabulum, sed ideo dicendum est in
Iudicio intentato super sorte, venire fructus
13 recompensatiuos per implorationem * officij
Iudicis, & hoc dictum refert, & sequitur *Cagnol. in d. l. curabit num. 22. Franciscus Zoanett. rerum quotidian. d. cap. 8. num. 6.* dum allegat
hunc *textum*, ad probandum, quod isti fructus
recompensatiui debeantur officio Iudicis mer-
14 cenario, * non autem iure actionis.

Prædictis tamen in suo robore permanen-
tibus censuerūt Domini istos fructus etiam so-
luta sorte, posse peti, & pro resolutione fuit
dictum, esse indubitatum, quod isti fructus
spectant ad venditorem, non tamquàm vsuræ
15 sed tanquàm res propriæ, * & ex æquitate le-
gis commutatiuæ, & iure naturali *Couarr. variarum resolut. lib. 3. cap. 4. num. 1. vers. et ideo alia ex causa*, quæ quidem iustitia commutati-
16 ua consistit in æqualitate, * Authore *Aristotele 5. Ethic. cap. 5.* ergo quando venditor tra-
dit emptori fundum, pro quo prætium non sol-
17 uit, si percipit ex eo vtilitatem, * debet face-
re æqualitatem, soluendo fructus, vt pulchre
per *Alex. cons. 14. num. 2. in fin. lib.* 1. Vn-
18 de merito isti fructus debentur * *Alex. vbi supra num 2. Bisfeldius de Vsuris in cap. in Ciuitate quæst. 6. conclus. 3. fol mihi 188. Franc. Zoannett. rerum quotid. d. cap. 6. num. 1.* & ideò
cum isti fructus spectent ad venditorem, illos
19 potest petere tàm actione datiua, * quæ datur
ex lege ex quadam ęquitate, quàm actione na-
tiua, quæ habet materiam sufficientem præexi-
stentem, ex qua oritur, vt in hoc casu ex obli-
gatione, de quibus actionibus *Ias. in §. rursus num. 79. Institut. de action. & in l. si me, & Titium num. 3. ff. si cert. petat.* Et quantum atti-
20 net ad actionem datiuam, visum fuit, * ven-
ditorem posse agere ad istos fructus ex æquita-
te *d. l. si me et Titium ff. si cert. petat.* de iure qui-
21 dem ciuili conditione sine causa, * de iure verò
Canonico Officio Iudicis Nobili. Nàm in *d. l. si me, et Titium* disponitur, quod si res perue-
22 nit ad alium sine causa, * & cum ex fructibus
sit locupletior, prout præsumitur, nisi contra-
rium probetur *Angel. in l. illud, §. prædo in fine ff. de petit. hæred. Grigor. Lop. gloss. 2. in fin. lib. 4. tit. 14. p. 6.* etiam si Dominus ad rem
nullam habeat actionem, quia inter illum, &
23 possessorem * nihil actum sit, ex quo oritur
actio ciuilis, & naturalis tam ex æquitate illi-
us legis datur Domino de iure ciuili conditio
sine causa, vel incerti conditio generalis, quæ
corruit cum ea, & notant ibi *DD.* & præcipuè
Dec. in principio, & ista est communis senten-
tia vt per *Guttierez in Auth. Sacramenta puberū C. si aduers. venditorem.* Iure verò Canonico
24 competit officium Iudicis nobile, quod nō
inseruit actioni *Hostiens. in cap. bonæ num. 8. Ioannes Andr. in cap. 15. de appellat. Paris cons. 121. numer. 26. lib. 4. Alex. in d. l. si me, & Titium num. 9. Natt. cons. 147. num. 2. lib. 1.*

& conf. 384. num. 7. lib. 2. & conf. 733. num. 2. lib. 3. Surd. conf. 157. num. 5. lib. 2. Et hæc opi-
25 nio procedit etiam de Iure Ciuili,* vt est *text.* singularis in *l. 2. ff. de var. & extraordin. cognit.* de quo statim dicetur,& notat *Guid. Pap. decis.* 362. num. 1. & in terminis fructuum recompensatiuorum per dictas rationes, quod com-
26 petat officium Iudicis nobile, tenet *Honded. conf. 30. num. 57. lib. 1. Surd. conf. 1*[illegible]*1. num. 17. lib. 1.*

Neque obstat, quod si competit actio non
27 potest competere officiũ Iudicis nobile,*quod datur deficiente actione, vt in puncto *Iaf. d. l. si me, & Titium num. 3. Decius num. 4. & seqq.* Quia iste est casus specialis, quod pro re sua restituenda quis possit implorare officium Iu-
28 dicis nobile, * etiam quod alias competat actio *l. 2. ff. de var. & extraordini cognit.* vbi pro
29 equo meo mihi restituendo * possum officium Iudicis nobile implorare, & hoc notat ibid. *Bartol. vers. tertius casus, Speculat. de offic. omnium Iudic. §. 1. num. 10. vers. item imploratur loco,* quod dictum etiam ad alias res extendit *Guid.*
30 *Pap. decis. 362. num. 1.* * & hoc procedit etiam de Iure Canonico, vt est bonus text. in *cap. dilecti filij de Iudic.* dum dicitur, *prouideatis attentiùs ne ita subtiliter, sicut de multis fieri solet, cuiusmodi actio intentetur iniquitatis, sed solum simpliciter, & purè factum ipsum, & rei veritatem secundum formam Canonum & Sanctorum*
31 *Patrum institutione inuestigare curetis,* * quem textum ad propositum ponderat *Guid pap. dec. 362. num. 1.* prout non obstat, quod si isti fru-
32 ctus debentur officio Iudicis nobili * requirebatur mora per litis contestationem, & non per extraiudicialem interpellationem, & debentur de futuro, non autem de præterito, *Alex. conf. 7. num. 10. & seqq. lib. 2.* Nam fuit responsum in istis fructibus non esse agendum de in-
33 terpellatione, cum illa non sit necessaria * ex dispositione *d. l. curabit C. de act. empt.* & quod debeatur futuri, non aut præteriti, quia licet officio Iudicis nobili non possint peti fructus
34 præteriti,sed tantum futuri, * hoc nõ procedit in casu isto,in quo isti fructus non petitur tanquam fructus rei principaliter deductæ in iudi-
35 cio, sed tãquã res principalis debita vẽditori,* ideo officium Iudicis competit simpliciter pro istis consequendis, etiam quod sint præteriti post imploratum officium Iudicis; ea ratione, quia cum petantur tanquam res principa-
36 lis, debentur vsque ab initio, * *Franciscus Milanen. decis. 8. num. 352. & seqq. Iacob. Cancer. var. resolut. cap. 16. num. 97. in fine de litis contestat. Rot. decis. 689. lib. 3. p. 3. Seraphin. decis. 1168. num. 3.* & fuit dictum in *Cesaraugustana pensionis 15. Maij 1589. coram Gypsio, & Mediolanen. fructuum 26. Maij 1589. coram Platto,* & in causa *Calaguritana liquidationis 4. Maij 1618. coram Illustrissimo Domino meo Cardinali Sacrato,* & nouissimè in causa *Romana pensionis domus 15. Decembris 1617. coram R. P. D. meo Buratto,* & in alia *Toletana pensionis 16. Februarij 1618. coram R. P. D. meo Pamphilio.*

Neque est verum, quod æquitas, de qua in *d. l. si me, & Titium* spatio triennij præscri-
37 batur, * quia hoc nullibi probatur, & quamuis DD. infra allegandi dicant, quod possessor bonæ fidei non teneatur ad restitutionem fructuum rei principaliter deductæ in iudicium,
38 nisi inquantum est effectus locupletior, * & si lapsus est triennium, non tenetur propter vsucapionem ita *Iaf. in d. l. si me, & Titium nu. 1. in fine, & numer. 2. Alciat. numer. 11. & seqq. Doct.* pariter *numer. 2. & seqq.* licet postea concludat contrarium. Attamen ista conclusio non officit in casu, de quo agitur, in quo
39 fructus petuntur tanquam sors principalis, * ommissio enim, quod emptor non ostendit non fuisse effectum locupletiorem, prout tenetur probare, vt supra deductum est, cum prætendat fructus triennio vsucapione præscripsisse,
40 requiritur bona fides * & iustus titulus *Institut. de vsucapionibus in princ. l. Celsus ff. eod. Parlador. rer. quotid. cap. 1. §. 9. num. 1. & seqq.* vbi late;qui quidem titulus,nec bona fides ad hunc effectum adsunt,quia vt dictum est, de iure isti
41 fructus spectant ad venditorem, * & quamuis quando agitur de acquirendis fructibus suffi-
42 ciat error Iuris,* qui forte hic posset allegari, attamen non est sufficiens, tum quia non est probatus, & probari debet, *Bart. in l. sed & si lege, §. Iure num. 3. ff. de petit. hæredit. Surd. conf. 115. num. 17. & seqq. & decis. 45. nu. 14.* tum etiam quia error Iuris, licet sufficiat, vt fructus acquirantur, non sufficit tamen
43 ad effectum vsucapionis, * vt non teneatur illos restituere, saltem quando principaliter petuntur tanquam sors principalis, & ratio differentiæ est, quia ad effectum acquisitionis fru-
44 ctuum sufficit malã fidem abesse, * ad effectum vero vsucapionis requiritur verus titulus, & sic quod adsit bona fides, & per istas rationes ita respondet *Bartol. in d. l. sed & si lege §. scire num. 2., & seqq. Abb. in cap. grauis num. 17. de restitut. spoliat. Soccin. Iun. conf. 150. nu 22. vers. denium lib. 1. Peregrin. de fideicommiss. art. 49. titulo 117. & seqq.* & nouissimè *Andrea n. Negusant. conf. 287. num. 79. & seqq.* Aliam solutionem dat *Surdus conf. 101. num. 41. lib. 1.* vi-
45 delicet dato,quod emptor fructus faciat suos,* cum non sit iustum, quod re, & pretio fruatur, tenetur ad interesse damni emergentis, & vsuras pretii soluere in recompensationem fructuum, & secundum illorum ratam, quos non percepisset, si venditor rem non tradidisset. Et hinc fit, quod ad præscribendam æquitatem *l. si me & Titium ff. si cert. petat.* in istis ter-
46 minis requiruntur 30. anni * nam aut de iure ciuili intentatur conditio sine causa, & tunc eam sit actio personalis, tale tempus requiri-
47 tur * *l. 2. §. neque C. de constitut. pecun.* Aut de iure Canonico imploratur officium Iudicis nobile, & pariter ad illud præscribendum tempus 30. annorum requiritur *l. sicut vbi gloss. in verbo perfectione, & Bart. nu. 3.* & ceteri *Doctores C. de præscript. 30. annorum Bald. in l. 3. § sed quia nostra C. communia de legat.*

Nec etiam est verum, quod isti fructus peti minime possint, cum non doceat de adimplemento, quia quicquid sit de non implemen-

48 to

48 to etiam de eo non docto, * adhunc isti fru-
ctu peti possunt *Bald. in l. 2. num. 7. Castrens.*
num. 1. C. de vsuris, Decius cons. 119. col. 3.
vers. tertio adduci potest, & col. fin. vers. 5. non
obstat Couar. var. resolut. lib. 3. cap. 4. num. 6.
12. & latè prosequitur *Surd. cons. 101. num. 22.*
vers. non obstat lib. 1. qui afferr rationem vide-
licet, quod fructus recompeosatiui debentur
49 ex æquitate, * ne emptor fructus lucretur cum
aliena iactura, & detrimento venditoris, &
ne inter contrahentes subsit inæqualitas, itaut
50 alter ex vno, * eodemque contractu commo-
dum sentiat, alter vero damnum; quæ qui-
dem æquitas versatur etiam quod venditor
51 non adimpleuerit * ex parte sua, quia ob defe-
ctum huius implementi non minuitur emptori
vsus rei. Ergo eodem modo venditori mioui
52 non debet interusurium prætij non soluti, *
Bald. & alij sup. allegati & sæpe per Rotam fuit
resolutum, & signanter *coram me in Causa As-*
culana, seu Ripana pecuniaria 11. Decembris 1606.
Neque supta in contrarium adducta obstant
cum se compatiantur cum prædictis, scilicet
53 quod * de stricto Iure competat pro istis fru-
ctibus officium Iudicis mercenarium, & ex
æquitate *l. si me & Titium ff. si cert. petat.* con-
ditio sine causa, vel officium Iudicis nobile,
nam quando remedium ordinarium, & extra-
ordinatium ex diuersis fontibns originem tra-
54 hunt, * tunc remedium ordinatium non ex-
cludit extraordinarium, vt in terminis de
actione, & officio Iudicis quando proueniunt
ex diuersis fontibus dicit *incertus Autor in tra-*
ctat. Synopsico de act. in foro recte instituend. cap.
32. num. 8. vbi allegat *textum in l. 2. C. de pact.*
inter empt. & vendit. & in *l. quoties ff. de actio-*
nibus, & obligat.
Secundo principaliter fuit dictum istos fru-
55 ctus deberi ex obligatione nariua, * quæ ha-
bet materiam præexillentem scilicet obligatio-
nem, cum Instrumentū contineat obligationem
56 cameralem cum clausula *alias &c.* quæ imbre-
uiatura *alias* extenditur ad damna, & inter-
esse, quorum appellatione veniunt eriam fru-
ctus isti *Cagnol. ad d. l. curabit in fine & num. 13.*
& fuit resolutum in causa *Britonorien. Saluiani 7.*
Decembris 1618. coram R. P. D. meo Ptrouano.
Et sic isti fructus etiam ex stipulatu debeutur,
57 * & propterea sorte soluta, peti possunt *l. ini-*
tio C. de pact. inter emptorem, & venditorem, l.
fundus in fine ff. de exceptionibus; soluta enim
sorte durat actio ad ea. quæ sunt in stipulatio-
ne, vt in puncto dicit *Petr. Castal. aduers. Iur.*
p. 3. lib. 19. Pandect. in titulo de actionibus em-
pti super l. 4. fol. 494. ac debent liquidari iuxta
quantitatem quot annis perceptam, cum iux-
ta illam debeantur *Franciscus Zoannettus post*
Bart. Dec. & alios quos ipse allegat *rer. quotid.*
cap. nono in fine.
Censuerunt tamen Domini istos fructus de-
beri tantum à die decreti Cardinalium vsque
ad diem depositi, quia vsque ad diem prædi-
cti decreti hæredes non tenentur propter remis-
sionem factam à Cardinalibus iuxta resolutio-
nem emanatam 10. *Iunij* 1620. *coram R. P. D.*
meo Pamphilio.

Et ita conclusum.

Præsens decisio fuit confirmata die prima Iulij 1622.

PAMPILONEN. DE STELLA.

Veneris 29. Octobris 1621.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Declaratio non habet locum in claris.*
2 *Abbas ad quem spectat ius deputandi Concionatorem, potest illum ante, vel in ipso die concionis transmittere.*
3 *Vicarius non potest eligere Concionatorem irrequisito Abbate, qui tale ius habet.*
4 *Iure suo vtens nemini facit iniuriam.*

DECISIO MCCCCXXXII.

FVit resolutum litteras executoriales non ege-
re alia declaratione, quia apertis verbis
1 continent, quod ad Abbatem Monasterii, * non
autem ad Vicarium Ecclesiæ S. Ioanni de Stel-
la spectat ius Coucionandi & deputandi
Concionatores, declaratio enim non habet lo-
cum in claris *Castrens. in l. heredes palam §. si*
quid num. 4. in fine ff. de testam. & cons. 22. colum.
final. vers. præterea dictæ declarationi lib. 1. Dec.
cons. 114. num. 5. vers. & dicit hoc procedere.
Neque obstat inconuenientia, quæ allega-
tur, quia si ius deputandi Concionatorem spe-
2 ctat ad Abbatem, * non est inconueniens, quod
Abbas illum transmittat etiam ante, vel in
ipso die Concionis, sed inconueniens est, quod
3 Vicarius ipse eligat Concionatorem * irrequisi-
to Abbare; nam & si post quam Vicarius ele-
git, Abbas à semetipso electum transmittat,
4 nullam facit iniuriam, cum iure suo vtatur, *
sed sibi imputet Vicarius, si vt eum decet non
petit ab Abbate Concionatorem.
Et ita resolutum,

ROMANA PALATII DE FER-
RATINIS,

Veneris 5. Nouembris 1621.

ARGVMENTVM.

Vēditio probatur ex apoca à venditore fa-
cta illis verbis: *Dichiaro esser la verità ha-*
uer venduto à N. il Palazzo per prezzo &c.
con li patti, conditioni, e cautele, che
faremo d'accordo fra di noi, e secondo che

si conterrà nell' instrumento, & altri spacci che sopra ciò saranno utili, e necessary, che à suo tempo si spediranno & alia de quibus in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Venditionem fuisse perfectam probatur ex verbis apoca venditoris, de quibus ibi.*
Verba dichiaro hauer venduto *important confessionem venditionis perfectæ num* 1.
2 *Amplia etiam si fuerint addita illa verba* con li patti che saremo d'accordo, *quia ista respiciunt accidentalia.*
3 *Ad venditionis substantiam non requiritur scriptura, nec nuncius.*
4 *Confessio extraiudicialis partis super societate inita non probat in praeiudicium ipsius confitentis* Castrens. cons. 269. num. 2. l. 2. *in quibus terminis loquatur num.* 4.
5 *Apoca probat contra scribentem etiamsi testibus non sit munita, & ab altera parte subscripta, quando pars non negat illam scripsisse, licet neget contenta in ea.*
6 *Scriptura quæ constat fuisse scriptam manu partis probat contra scribentem absque alia subscriptione testium.*
7 *Mutuum & societas probantur per solam scripturam à parte confectam.*
8 *Scriptura ad probandam venditionem facta à venditore si penes emptorem reperiatur quid exinde resultet; & quid de scriptura ad contrahendum vel obligandum.*
9 *Scriptura producta contra producentem probat.*
10 *Vt venditio dicatur perfecta quamuis solum à principio constet de consensu venditoris, iniungitur tamen consensus emptoris, postea superuentus cum illo venditoris ante dissensum eiusdem venditoris.*

DECISIO MCCCXXXIII.

VT sepè dictum fuit D. Fuluius Feratinus
confecit apocam ad fauorem R. P. D. Vi-
ues sub his verbis. *Dichiaro essere la verità,*
nell' infrascritto giorno, & in presenza dell' Illu-
striss. Sig. Card. Borghese hauer venduto à Mon-
1 *signore Viues il Palazzo,* chiamato Feratino &c.*
per prezzo di scudi 14500. di moneta con li patti
conditioni e cautele, che saremo d'accordo frà di
noi, e secondo che si conterrà nell'instrumento, & altri
spacci, che sopra ciò saranno necessary, & utili
che à suo tempo si spediranno &c. hanc apocam
fuisse factam ad probandum, & non obligan-
dum, & continere confessionem venditionis
perfectæ, sepe fuit resolutum, ponderando il-
la verba *dichiaro hauer venduto &c.* & quia illa
2 verba *con li patti &c.* respiciunt accidentalia,*
non autem substantialia contractus, & propte-
rea cum agatur de venditione, quæ non eget
3 scriptura * §. 1. *Inst. de oblig. ex contr.* cum
scriptura fuerit facta ad probandum, ad illius
validitatem neque Nuncius, neque epistola
requirebantur ex *allegatis in alijs decisionibus* &
fuit resolutum *coram me in causa Parisien. pecu-*
niaria 30. Marty 1612.

Neque prædictis resistit *cons. Castr. 269.*
num. 2. l. 2. vbi confessio Partis extraiudicialis
super societate inita non probat in præiudi-
4 cium ipsius confitentis, * quia quicquid sit de
d. Castr. loquitur extra terminos, in quibus
nos versamur, scilicet in simplici confessione
extraiudiciali; nos autem versamur in apoca
facta ad probandam venditionem ad fauorem
Domini Viues, quam certum est probare con-
5 tra scribentem, * etiam quod testibus non sit
munita, & ab alia parte subscripta, quando
pars non negat illam scripsisse, licet neget con-
tenta in ea *l. publica §. fin. ff. de pos. l. Scripturas*
in 1. responso C. qui potior l. generaliter C. de non
num. pecun. Bart. in l. Admonendi num. 25. & 26.
ff. de iure iur. & ibi etiam *Caccialup. nu. 58. vers. 3.*
conclusio & per istas rationes *Castr cons. 312. n. 2.*
l. 2. vbi si constat scripturam fuisse scriptã ma-
6 nu partis, * probat contra scribentem absque
alia subscriptione Testium *Alex. cons. 191. per*
tot. l. 2. vbi mutuum, & Societas probantur
7 per solam scripturam, à parte confectam *
Socc. sen. cons. 68. num. 1. l. 4. vbi testatur de
communi *Fachin. controuers. iur. l. 11. cap. 29.*

Non obstat, quod cum scriptura esset pæ-
8 nes D. Viues, resultabat maxima integralitas,*
quia ipse non poterat cogi ad emendum, cum
nullam haberet obligationem, vt considerat
Castr. loco prædicto num. 2. quia fuit responsum
quicquid possit dici in scriptura facta ad con-
trahendum, vel obligandum, quod hic agitur
de scriptura, facta ad probandum, quæ ideò
probat contra venditorem ex prædictis, imo,
& pro ipso venditore, cum D. Viues produxe-
9 rit apocam, & illam non impugnet * *Paris.*
cons. 47. num. 7. lib. 1. & cessat omnis difficul-
tas, tum quia non probatur, quod D. Fuluius
non habuerit pænes le aliam scripturam simi-
lem, confectam per D. Viues, tum etiam,
quia apoca Domini Fuluij est sub die 31. De-
cembris 1613. secunda vero sub die 24. Apri-
lis 1614. & sub die 7 eiusdem mensis Aprilis
fuit factum depositum in Monte Pietatis sc.
14500. & sic totius prætij in apoca contenti ad
effectum illa soluendi pro dicto prætio d. Pala-
tij, vt ex attestatione Ministrorum Montis do-
ctum fuit, & consequenter etiamsi ab initio
non constaret de consensu D. Viues, ille tunc
10 superuenisse videtur, * & iniungitur cum con-
sensu D. Feratini ante illius præstitum dissen-
sum ex venditione, postea alteri facta sub die
5. & 24. Septembris 1614. *Surd. cons. 136. &*
seqq. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 4. num.
3. vers. sed tamen.

Et ita fuit conclusum, &c.

ROMANA VICARIAE.

Lunæ 8. Nouembris 1621.

A R-

ARGVMENTVM.

Erecto Vicario perpetuo in Ecclesia Collegiata Parochiali, qui curæ animarum Ecclesiæ incumbentem gerat, tunc cura animarum actualis residet penes Vicarium, habitualis verò penes Capitulum.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia S.Mariæ in Vialata Vrbis est Collegiata, & Parochialis.*

2 *Cura actualis omnimoda animarum in Ecclesia S. Mariæ in Vialata residet penes Vicarium; habitualis verò penes Capitulum. Ampl.num.8.*

3 *Cura animarum actualis quæ prius residebat penes Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ Parochialis residet penes Vicarium perpetuum ad curam animarum erectum, habitualis verò penes idem Capitulum num.5.& num.7. Amplia.num.8.*

4 *Vicarius perpetuus erectus à Papa in Ecclesia Collegiata Parochiali est Rector curæ animarum licèt propriè non sit Rector Ecclesiæ.*

6 Host.in c.exposuisti in fine de rescript. *in quibus terminis loquatur.*

Io:Andr.in c.exposuisti num. 8.de rescript. *in quibus terminis loquatur num.6.*

Felin.in cap.postulasti num.1. vers. aut perceptio de rescript.*in quibus terminis loquatur numer.6.*

Abb.in cap.extirpare §.quia vero nu.15. vers. ex quo sequitur de præben. *in quibus terminis loquatur num.6.*

In Vicarium perpetuum curæ animarum electum quando censeatur translata cura actualis, & habitualis vna cum exercitio actionum beneficio competentium num.6.

DECISIO MCCCXXXIV.

SAn.Mem. *Pius V.* in Ecclesia S.Mariæ in Viala-
ta,quæ est Collegiata, & etiam Parochialis,
* Vicariã perpetuã pro vno Vicario perpetuo,
1 qui curã animarum Ecclesiæ incumbentẽ ge-
rere debeat &c. perpetuò erexit, & constituit.
Vndè dubitaui, An totalis, & omnimoda cura
priuatiuè à Capitulo in Vicariũ perpetuũ esset
translata, & Domini censuerunt curã actualem
2 omnimodam esse pænes d.Vicarium,* habitua-
lem verò pænes Capitulum, Ratio *decisionis*
fuit, quia certum est, quod cum ista Ecclesia
3 Collegiata sit Parochialis * ante erectionem d.
Vicariatus cura residebat pænes Capitulum.
*Oldrad.cons.67.num.1.in fin.Rom.cons.325.num.3.
Gabr.cons.190. num.7. l. 2.Host. in c.exposuisti in
fin.de præben. Mandos.cons.20.num.9.* & propte-
reà Papa erigendo Vicariam perpetuam, & in
Vicarium transferendo curam nihil aliud facit,
quam constituere illum Rectorem curæ anima-
rum * licet propriè non sit Rector Ecclesiæ *Vi-
4 tal.in Clem.1.num.24.de offic.Vicar.Innoc.in c. cum
non nu.2 vers.si autem perpetuum de præben.Card.
in d. clem.1. num.10. vers. & hoc videtur*, & hoc
auferendo curam à Capitulo *Nauar. cons.21.n.
7.de Cler.nõ resid. in nou.*firma tamen remanente
5 cura habituali pænes Capitulũ * *Abb.in c.extir-
pan.§.quia verò num.15.& in c.exposuisti in fin.de
præben.Card.in d.Clem.1 n.10.vers. solut de offic.
Vicar.Franch.in c.super eo num. 2. de præben.in 6.
Nauar.d.cons.21. num.8.de Cler.non resid. in nou.
Caputaq. decis. 339. num.2.& 3.par.3.*

Non obstat, quod Capitulum prætendat
fuisse translatum solum exercitium curæ, ex
quo certa portio assignatur Vicario, fructus
autem spectant ad Capitulum, licet secus esset
si Vicarius solueret pensionem Capitulo *Host.
in d.c.exposuisti in fin.Io. Andr. num.8. de præben.
Felin. in c.postulasti nu.1.vers.aut perceptio de re-
script.Abb. in cap.extirpare §. quia verò num.15.
vers.ex quo sequitur de præben* nam fuit respon-
6 sum, quod isti DD. loqnuntur, * quando vnio
Ecclesiæ Parochialis fit alteri Ecclesiæ, & tunc
faciunt distinctionem prædictam, nec loquun-
tur in simplicibus terminis curæ actualis,& ha-
bitualis, sed ad effectum cognoscendi,An Præs-
byter instituendus sit Prælatus Ecclesiæ, & sic
an habeat curam actualem, & habitualem, &
an propterea habeat exercitium actiorum Be-
neficio competentium, & affirmatiua tenent
si soluit pensionem Canonico, *vel Ecclesiæ*,cui
facta fuit vnio, negatiuam verò si ipse recipit
certum quid de manu Canonici, vel Ecclesiæ,
cui fuit facta vnio, vt declarat *Abb. in d.c. expo-
suisti in fin.de præben.* Vbi si Vicarius habet cer-
tam pensionem de manu Canonici, cui fuit fa-
cta vnio cura habitualis, & exercitium rema-
net pænes Canonicum; cura verò actualis re-
manet pænes Vicarium, & benè etiam decla-
rat *Card.in Clem.1. nu.10 vers. distinctio de Offic.
Vic.ex* qui non sunt termini nostris, sed agitur
de erectione Vicarij perpetui in Ecclesia Colle-
giata Curata,vndè certum est cum Vicarius sit
perpetuus,curam actualem fuisse translatam in
7 ipsum Vicarium, * remanente habituali in Ca-
pitulo, vt supra probatum est,

Non obstat similiter, quod prætendit Vica-
rius omnimodam curam in ipsum fuisse trans-
latam, cum Papa voluerit Vicarium gerere
debere curam animarum Ecclesiæ incumben-
8 tem, quia ista verba, recipiunt interpretatio-
nem a iure, vt intelligendum sint quoad actua-
lem, non autem quoad habitualem, cum talis
sit natura Vicarij perpetui, qui recipit de ma-
nu Rectoris Ecclesiæ certam portionem, vt pa-
tet *prædictis &c.*

FIRMANA SALVIANI.

Veneris 12. Nouembris 1621.

ARGVMENTVM.

Licet Religiosus absque sui Superioris licentia non possit esse Procurator, attamen iudicium est validum,dum fuit Procurator matris, vel id in iudicio non fuit

fuit oppositum. Confessio dotis de recepto probat veram numerationem, dum concurrunt coniecturæ de quibus in decisione.

SVMMARIVM.

1 *Ægidiana intrat quando sententia est lata in Saluiano. Limita num. 3.*
2 *In Saluiano, quod est merum possessorium de iure ciuili non admittitur appellatio, qua retardet executionem.*
3 *Ægidiana non habet locum, quando sententia est nulla, vel notoriè iniusta.*
4 *Religiosus non potest esse procurator sine licentia superioris alioquin Iudicium est nullum.*
5 *Limita primo quando id in iudicio non fuit oppositum.*
6 *Limita secundo quando patrocinatur pro matre.*
7 *Si Procurator substitutus à Religioso fecit impensas præsumitur mandatum, etiam si substitutio non valeret.*
8 *Instrumentum facit probationem probatam.*
9 *Confessio de recepto probat veram numerationem, dum lapsa sunt tempora ad opponendum, & concurrunt aliæ coniectura; de quibus num. seqq.*
10 *Matrimonia sine dote non contrahuntur secundum generalem consuetudinem.*
11 *Alimenta per virum vxori præstita faciunt præsumere dotem numeratam fuisse.*
12 *Prout etiam iuramentum in Instrumento confessionis de recepto oppositum.*
13 *Possessio probatur ex substentatione litis concurrentibus adminiculis.*
14 *Sententia verba aliquando sunt impropriranda, glossanda, & limitanda pro euitonda illius iniustitia.*

DECISIO MCCCXXXV.

FVit resolutum esse locum Aegidianæ, quia cùm sententia fuerit lata in Saluiano intrat *Ægi-*
1 *diana*, * cum tollat obstaculum Iuris Canonici, & reducat materiam ad ius ciuile secundum terminos *l. 1. de moment. poss. ess.* Saluianum enim
2 interdictum est merum possessorium, * in quo de iure ciuili non admittitur appellatio, quæ retardet executionem § *item Seruiana Instit. de act. Bart. in l. 1. num. 4. in fin. ff. de Saluiano interd. Caput. decis. 141. num. 2. par. 3.* & fuit resolutum in causa *Romana Saluiani interdicti 29. Aprilis 1591. coram bo. me. Gypsio*, & in alia simili causa *Romana 29. Nouembris 1605. coram R. P. D. meo Manzanedo.*

Neque obstat, quod *Ægidiana* non habeat locum quotiescunque sententia est nulla, vel
3 notoriè iniusta * *Mantica decis. 33. num. 2.* quia nullitas hic non adest, neque iniustitia; Nam quantum attinet ad nullitatem; licet mater cõstituerit procuratorem filium Religiosum, & in iure Religiosus prohibeatur esse procurator
4 sine licentia Superioris* *Clem. Religiosus de procurat.* tamen hoc videtur cessare, quia non fuit
5 oppositum *Fæderic. de Sen.* * *consi. 104. num. 4. vers. item volet iudicium*, & quia cum esset pro-
6 curator pro Matre; * quæ præsumitur detrota Monasterio, potuit filius Religiosus suscipere mandatum *Innoc. in cap. cum I. & A num. 2. in fin. de sent. & re iudicat. Roman. sing. 178. incipien. Monachus non potest Nauar.* qui de commun ee statuit in *c. non dicatis n. 99. 11. quast. Salzedo ad Diazi. in praxi. c. 57. littera A. in fin.* Et cessat omnis difficultas, quia Procurator Religiosi substituit alium, qui plures actus, & impensas fecit, &
cum non se restrinxerit ad illam substitutionem, ex impensa præsumitur mandatum, cum
7 detur eorum multiplicatio, * & fuit resolutum in causa *firmana iurispatronatus 28. Ianuarij 1602. coram bo me. Cardinali Pamphilio.*

Quantum attinet ad notoriam iniustitiam, hic non adest, cum constet de extremis in Saluiano videlicet de credito cum hypotheca, & possessione alterius partis; non enim subsistit, quod non constet de numeratione dotis, quia de hoc constat ex instrumento, quod facie pro-
8 bationem probatam * *c. cum olim de verb. signi. l. fin. & ibi glos. 1. de reb. eccless. non alienan.* quod etsi contineat confessionem de recepto, nihilõ probat veram numerationem cum scilicet lapsa
9 sunt tempora ad opponendum, * & concurrant etiã aliæ coniecturæ *Mohed. decis. 2. de confess. Seraph. decis. 487. n. 14. & decis. 679. n. 10.* Coniecturę autẽ sũt generalis cõsuetudo, quod matrimo-
10 nia sine dote minimè contrahantur * *Rota decis. 124. n. 2. par. 2. in rec.* Alimenta per virũ præstita
11 vxori *Rota decis. 683. num. 13. p. 2.* pariter in *recent.* ac denique iuramentum in instrumento
12 confessionis appositum* *Surd consi. 489. num. 17. Aret. consi. 14. num. 7.*

Quod autẽ Petrus Antonius possideat, probatur ex substentatione litis concurrentibus
13 adminiculis * *Caputaq. decis. 369. lib. 2. Cæsar. de Grass. decis. 4. num 2. de restitut Spoliat. Pontan. de Spolio lib. 2. cap. 17. num 135.* Adminicula autem hic concurrunt nempè instrumentum venditionis factæ, & licet venditio fuerit facta vna cum alijs duobus, attamen Rota intelligit esse locum Ægidianæ pro tertia parte tantum, & ita esse intelligendam sententiam ad euitandã iniustitiam, ad quem effectum licitum est ali-
14 quando etiam ipsius verba impropriare * glossare, & limitare pro sententiæ iustificatione *c. ex litteris de pignor. vbi Abb. nu. 6. Soccin Sen. consi. 2. num. 2. lib 4. Castren. consi 430. col. fin. lib. 1.*

Et ità conclusum esse locum Aegidianæ, intelligendo sententiam, quod loquatur de tertia parte tantum &c.

BONONIEN. TRANSACTIONIS.

Lunæ 15. Nouembris 1621.

ARGVMENTVM.

Locatio rei Ecclesiæ facta per viam transactionis super re clara, & in litem non deducta non sustinetur dum Beneplacitum

tum Apostolicum obtentum est subrepti-
tium, nec constat de vtilitate Ecclesiæ,
quæ requiritur de tempore alienationis,
nec sufficit, quod Ecclesia non fuerit
damnificata.

SVMMARIVM.

1 *Beneplacitum Apostolicum subreptitium est nullum.*
2 *Subreptio Beneplaciti Apostolici deducitur ex quo non fuit narratum Papæ quod omnia bona, & iura Ecclesiæ in prima locatione fuerant concessa, sed solum diuersa bona ad Ecclesiam spectare, & num.5.*
3 *Gratia dicitur subreptitia, dum narrata facilius induxerunt Papam ad concedendum.*
4 *In alienatione rei Ecclesiæ intentio Papæ est vtilitas, & de alijs subræptitionibus non curat.*
6 *Papa maiorem vtilitatem requirit in alienatione omnium bonorum quam caeterum bonorum Ecclesiæ.*
7 *Vtilitas decima in alienatione debet probari euidens, clara, & indubitata, nec statur assertioni ali nantis, & num.10.*
8 *Nec sufficit, quod negocium vtiliter sit ceptum, sed requiritur Ecclesiam fieri locupletiorem.*
9 *Alienatio bonorum Ecclesiæ non sustinetur ex quo babita ratione ad antiquas solutiones fuerit auctus canon, cum sit attendendum tempus vltimæ & non antiquæ alienationis.*
11 *Alienatio rei Ecclesiæ vt sustineatur, requiritur lucrum de tempore alienationis.*
12 *Alienatio rei Ecclesiæ præsumitur vtilis, & Ecclesiæ dicenti contrarium incumbit onus probandi. Declara numer. 13.*
14 *Locatio rei Ecclesiæ facta per viam transactionis valet etiam non probata vtilitate.*
15 *Limita quando super re clara, vel super re diuersa à lite fuit facta transactio.*
16 *Transactio super re Ecclesiæ diuersa a lite facta non valet absque Beneplacito Apostolico.*
17 *Locatio rei Ecclesiæ perpetua cum renouatione de 29. in 29. ann. venit sub nomine alienationis.*

DECISIO MCCCXXXVI.

FVit resolutum beneplacitum Apostolicum
non suffragari, cum fuerit subreptitium,
1 & consequenter nullum * *Dec. conf. 142. numer. 5 versic. non obstat, quod cum authoritate Papæ Ruyn. conf. 157. numer. 4. et numer. 11. versic. nec dici potest Rot. decis. 65. numer. 2. part. 2.* Subreptio autem est indubitata, quia
2 non fuit narratum Papæ, * quod omnia bona,
& iura Ecclesiæ in prima locatione fuerant
concessa, sed solum diuersa bona ad Ecclesiam
spectantia, vnde negari non potest, quin gra-
3 tia sit subreptitia, * cum narrata facilius indu-
xerint Papam ad concedendum *c. cui non sacerdotali §. 1. in fine de praben. in 6. Rota decis. 4. de rescript. in antiq. Gemin. in conf. 111. in fine versic. non obstat.*
Non obstat, quod in alienatione rei Eccle-
4 siæ intentio Papæ est vtilitas, & de alijs sub-
reptionibus non curat *Soccin. conf. 15. num. 51. lib. 1. Ruyn. conf. 157. num. 25. & 26. lib. 1. Dec. conf. 142. numer. 6. Rota decis. 178. num. 8. par. 2.* quia ista subreptio influit in non vtilita-
5 tem, * quod omnia bona fuerint alienata, &
non pars bonorum tantum, videtur enim di-
cendum, quod Papa maiorem requireret vti-
6 litatem in alienatione omnium bonorum, *
quam in alienatione certorum bonorum, &
quod diuersimodè rescripsisset in vno casu,
& aliter in alio, si fuisset expressum, vt in simili
fuit consideratum in *decisione Seraphin. 1235. num. 2.*
Vlterius hic non probatur vtilitas Ecclesiæ
7 quæ plene debet probari, * nec statur assertioni
alienantis *Bart. in l. si forte ff. de Castrens. pecul. Faderic. de Sen. conf. 143. circa finē Alex. conf. 160. num. 5. lib. 6. Rebuff. de alien. rer. Eccles. numer. 75. Roland. conf. 15. num. 16. lib. 1. Rota decis. 181. nu. 3. part. 1. & decis. 473. numer. 1. dicta par. 1.* nec sufficit, quod negotium vti-
8 liter sit cæptum, * sed requiritur Ecclesiam
fieri locupletiorem *l. si pupillo in princ. ff. de negot. gest.* ita post *Io. de Fano* distinguit *Archid. in cap. sine exceptione n. 5. in glos. sed nonne? 12. quæst. 2. & ibi Laurentius de Rodalphis num. 14. Gemin. col. 2. circa med. versic. in hac quæst. Bellamera num. 6. in glos. non ne? Henric. Boich. in cap. tua in fine de ijs, quæ fiunt à Prælat. sine consens. capit. Rot. decis. 65. num. 4. p. 2.*
Hic autem non sufficit, quod habita ratione
ad solutiones antiquas fuerit auctus canon, &
9 sic vtiliter cæptum agi, quia non inde resultat
euidens vtilitas Ecclesiæ, cum sit attendendum
tēpus vltimę alienationis, nō autē tēpus aliena-
tionis antiquę vt in *extrauagāti ambitiosæ de rebus Eccles. non alien. c. 2. de feud. Cæs. de Graff. decis. 3. nu. 16. & decis. 4. per totam de reb. Eccles. non alien. Rot. decis. 582. part. 1.* & ista vtilitas de
tempore alienationis debet probari euidens,
10 idest clara, & indubitata * *Bald. conf. 150. circa medium versic. prętera lib. 1. Corn. conf. 244 num. 3. lib. 2. Barbat. conf. 40. in princ. lib. 1. Rot. dicta decis. 582. p. 1. & decis. 65. num. 19. part. 2. & decis. 178. nu. 10. p. 2.* & propterea
non sufficit, quod Ecclesia non fuerit damni-
11 ficata, * sed requiritur lucrū de tempore alie-
nationis *cap. sine exceptione 12. quæst. 2. vbi Bellam. num. 1. & Gemin. num. 2. versic. in hac quæstione Imol. in cap. ad aures num. 1. de rebus Eccles. non alien.*
Neque est verum, quod alienatio præsumi-
tur vtilis, & ideò onus probandi alienationem
12 læsiuam incumbat Ecclesiæ. * *Bald. in cap. 1. in princ. numer. 7. de ijs, qui feud. dare poss.*
quia hęc conclusio, procedit quando alienatio
13 fuit facta cum debitis solemnitatibus, * vel
est confirmata, & neutrum hic adest, cum
solemnitates non adsint, nec confirmatio, cum
numquam Beneplacitum Apostolicum fuerit
exequutum *Bald. in cap. 1. in princ. num. 7. de his qui feud. dar. poss. Soccin. conf. 15. numer. 27. lib. 1. Ias. conf. 54. num. 3. lib. 1. Decius conf. 142. num. 1. & conf. 341. numer. 12. Abb. conf. 41. num. 2. Rot. dec. 479. nu. 1. part. 1. Seraph.*
decis.

fuit oppositum. Confessio dotis de recepto probat veram numerationem, dum concurrunt coniecturæ de quibus in decisione.

SVMMARIVM.

1 *Ægidiana intrat quando sententia est lata in Saluiano. Limita num. 3.*

2 *In Saluiano, quod est merum possessorium de iure ciuili non admittitur appellatio, quæ retardet executionem.*

3 *Ægidiana non habet locum, quando sententia est nulla, vel notoriè iniusta.*

4 *Religiosus non potest esse procurator sine licentia superioris alioquin Iudicium est nullum.*

5 *Limita primo quando id in iudicio non fuit oppositum.*

6 *Limita secundo quando patrocinatur pro matre.*

7 *Si Procurator substitutus à Religioso fecit impensas præsumitur mandatum, etiam si substitutio non valeret.*

8 *Instrumentum facit probationem probatam.*

9 *Confessio de recepto probat veram numerationem, dum lapsa sunt tempora ad opponendum, & concurrunt aliæ coniecturæ; de quibus num. seqq.*

10 *Matrimonia sine dote non contrahuntur secundum generalem consuetudinem.*

11 *Alimenta per virum vxori præstita faciunt præsumere dotem numeratam fuisse.*

12 *Prout etiam iuramentum in Instrumento confessionis de recepto oppositum.*

13 *Possessio probatur ex substentatione litis concurrentibus adminiculis.*

14 *Sententiæ verba aliquando sunt impropriãda, glossanda, & limitanda pro euitanda illius iniustitia.*

DECISIO MCCCXXXV.

FVit resolutum esse locum Aegidianæ, quia cum sententia fuerit lata in Saluiano intrat Ægi-
1 *diana*, * cum tollat obstaculum Iuris Canonici, & reducat materiam ad ius ciuile secundum terminos *l. 1. de moment. poss.* Saluianum enim
2 interdictum est merum possessorium, * in quo de iure ciuili non admittitur appellatio, quæ retardet executionem § *item Seruiana Instit. de act. Bart. in l. 1. num. 4. in fin. ff. de Saluiano interd. Caput. decis. 141. num 2. par. 3.* & fuit resolutum in causa *Romana Saluiani interdicti 29. Aprilis 1591. coram bo. me. Gypsio*, & in alia simili causa *Romana 29. Nouembris 1605. coram R. P. D. meo Manzanedo.*

Neque obstat, quod *Ægidiana* non habeat locum quotiescunque sententia est nulla, vel
3 notoriè iniusta * *Mantica decis. 33. num. 2.* quia nullitas hic non adest, neque iniustitia; Nam quantum attinet ad nullitatem; licet mater cõstituerit procuratorem filium Religiosum, & in iure Religiosus prohibeatur esse procurator
4 sine licentia Superioris * *Clem. Religiosus de procurat.* tamen hoc videtur cessare, quia non fuit
5 oppositum *Faderic. de Sen.* * *cons. 104. num. 4. vers. item valet iudicium*, & quia cum esset pro-
6 curator pro Matre, * quæ præsumitur deuota Monasterio, potuit filius Religiosus suscipere mandatum *Innoc. in cap. cum I. & A num. 2. in fin. de sent. & re iudicat. Roman. sing. 278. incipien. Monachus non potest Nauar.* qui de commun. testatur in *c. non dicatis n. 99. 12. quæst. Salzedo ad Diazi. in praxi. c. 57. littera A. in fin.* Et cessat omnis difficultas, quia Procurator Religiosus substituit alium, qui plures actus, & impensas fecit, & cum non se restrinxerit ad illam substitutionem, ex impensa præsumitur mandatum, cum
7 detur eorum multiplicatio, * & fuit resolutum in causa *firmana iurispatronatus 28. Ianuarij 1602. coram bo. me. Cardinali Pamphilio.*

Quantum attinet ad notoriam iniustitiam, hic non adest, cum constet de extremis in Saluiano videlicet de credito cum hypotheca, & possessione alterius partis; non enim subsistit, quod non constet de numeratione dotis, quia de hoc constat ex instrumento, quod facit pro-
8 bationem probatam * *c. cum olim de verb. sign. l. fin. & ibi glos. 1. de reb. eccles. non alienan.* quod etsi contineat confessionem de recepto, nihilominus probat veram numerationem cum scilicet lapsa
9 sunt tempora ad opponendum, * & concurrant etiã aliæ coniecturæ *Mohed. decis. 2. de confess. Seraph. decis. 487. n. 14. & decis. 679 n. 10.* Coniecturę autẽ sũt generalis cõsuetudo, quod matrimo-
10 nia sine dote minimè contrahantur * *Rota decis. 124. n. 2. par. 2. in rec.* Alimenta per virũ præstita
11 vxori *Rota decis. 683. num. 13. p. 2.* pariter in *recent.* ac denique iuramentum in instrumento
12 confessionis appositum * *Surd cons. 489. num. 17. Aret. cons. 14. num. 7.*

Quod autẽ Petrus Antonius possideat, probatur ex substentatione litis concurrentibus
13 adminiculis * *Caputaq. decis. 369. lib. 2. Cæsar. de Grass. decis. 4. num. 2. de restitut. Spoliat. Pontan. de Spolio lib. 2. cap. 17. num 185.* Adminicula autem hic concurrunt nempè instrumentum venditionis factæ, & licet venditio fuerit facta vna cum alijs duobus, attamen Rota intelligit esse locum Ægidianæ pro tertia parte tantum, & ita esse intelligendam sententiam ad euitandã iniustitiam, ad quem effectum licitum est ali-
14 quando etiam ipsius verba impropriare * glossare, & limitare pro sententiæ iustificatione *c. ex litteris de pignor. vbi Abb. nu. 6. Soccin Sen. cons. 2. num. 2. lib 4. Castren. cons 430. col. fin. lib. 1.*

Et ità conclusum esse locum Aegidianæ, intelligendo sententiam, quod loquatur de tertia parte tantum &c.

BONONIEN. TRANSACTIONIS.

Lunæ 15. Nouembris 1621.

ARGVMENTVM.

Locatio rei Ecclesiæ facta per viam transactionis super re clara, & in litem non deducta non sustinetur dum Beneplacitum

tum Apostolicum obtentum est subreptitium, nec constat de vtilitate Ecclesiæ, quæ requiritur de tempore alienationis, nec sufficit, quod Ecclesia non fuerit damnificata.

SVMMARIVM.

1 *Beneplacitum Apostolicum subreptitium est nullum.*
2 *Subreptio Beneplaciti Apostolici deducitur ex quo non fuit narratum Papæ quod omnia bona, & iura Ecclesia in prima locatione fuerant concessa, sed solum diuersa bona ad Ecclesiam spectare, & num.5.*
3 *Gratia dicitur subreptitia, dum narrata faciliùs induxerunt Papam ad concedendum.*
4 *In alienatione rei Ecclesiæ intentio Papæ est vtilitas, & de alijs subræptitionibus non curat.*
6 *Papa maiorem vtilitatem requirit in alienatione omnium bonorum quam cæterum bonorum Ecclesiæ.*
7 *Vtilitas decimæ in alienatione debet probari euidens, clara, & indubitata, nec statur assertioni alienantis, & num.10.*
8 *Nec sufficit, quod negocium vtiliter sit cæptum, sed requiritur Ecclesiam fieri locupletiorem.*
9 *Alienatio bonorum Ecclesiæ non sustinetur ex quo habita ratione ad antiquas solutiones fuerit auctus canon, cum sit attendendum tempus vltimæ & non antiquæ alienationis.*
11 *Alienatio rei Ecclesiæ vt sustineatur, requiritur lucrum de tempore alienationis.*
12 *Alienatio rei Ecclesiæ præsumitur vtilis, & Ecclesiæ dicenti contrarium incumbit onus probandi. Declara numer. 13.*
14 *Locatio rei Ecclesiæ facta per viam transactionis valet etiam non probata vtilitate.*
15 *Limita quando super re clara, vel super re diuersa à lite fuit facta transactio.*
16 *Transactio super re Ecclesiæ diuersa a lite facta non valet absque Beneplacito Apostolico.*
17 *Locatio rei Ecclesiæ perpetua cum renouatione de 29. in 29. ann. venit sub nomine alienationis.*

DECISIO MCCCXXXVI.

FVit resolutum beneplacitum Apostolicum non suffragari, cum fuerit subreptitium,
1 & consequenter nullum * *Dec. conf. 142. numer. 5 versic. non obstat, quod cum authoritate Papæ Ruyn. conf. 157. numer. 4. et numer. 11. versic. nec dici potest Rot. decis. 65. numer. 2. part. 2.* Subreptio autem est indubitata, quia
2 non fuit narratum Papæ, * quod omnia bona, & iura Ecclesiæ in prima locatione fuerant concessa, sed solum diuersa bona ad Ecclesiam spectantia, vnde negari non potest, quin gra-
3 tia sit subreptitia, * cum narrata facilius induxerint Papam ad concedendum *c. cui non sacerdotali §. 1. in fine de præben. in 6. Rota decis. 4. de rescript. in antiq. Gemin. in conf. 111. in fine versic. non obstat.*

Non obstat, quod in alienatione rei Eccle-
4 siæ intentio Papæ est vtilitas, & de alijs subreptionibus non curat *Soccin. conf. 15. num. 51. lib. 1. Ruyn. conf. 157. num. 25. & 26. lib. 1. Dec. conf. 142. numer. 6. Rota decis. 178. num. 8. par. 2.* quia ista subreptio influit in non vtilita-
5 tem, * quod omnia bona fuerint alienata, & non pars bonorum tantum, videtur enim dicendum, quod Papa maiorem requireret vti-
6 litatem in alienatione omnium bonorum, * quam in alienatione certorum bonorum, & quod diuersimodè rescripsisset in vno casu, & aliter in alio, si fuisset expressum, vt in simili fuit consideratum in *decisione Seraphin. 1235. num. 2.*

Vlterius hic non probatur vtilitas Ecclesiæ
7 quæ plene debet probari, * nec statur assertioni alienantis *Bart. in l. si forte ff. de Castrens. pecul. Faderic. de Sen. conf. 143. circa fin. Alex. conf. 160. num. 5. lib. 6. Rebuff. de alien. rer. Eccles. numer. 75. Roland. conf. 15. num. 16. lib. 1. Rota decis. 181. nu. 3. part. 1. & decis. 473. numer. 1. dicta par. 1.* nec sufficit, quod negotium vti-
8 liter sit cæptum, * sed requiritur Ecclesiam fieri locupletiorem *l. si pupillo in princ. ff. de negot. gest.* ita post *Io. de Fano* distinguit *Archid. in cap. sine exceptione n. 5. in glos. sed nonne? 12. quæst. 2. & ibi Laurentius de Rodulphis num. 14. Gemin. col. 2. circa med. versic. in hac quæst. Bellamera num. 6. in glos. non ne? Henric. Boich. in cap. tua in fine de ijs, quæ fiunt à Prælat. sine consens. capit. Rot. decis. 65. num. 4. p. 2.*

Hic autem non sufficit, quod habita ratione ad solutiones antiquas fuerit auctus canon, &
9 sic vtiliter cæptum agi, quia non inde resultat euidens vtilitas Ecclesiæ, cum sit attendendum tēpus vltimę alienationis, nō autē tēpus alienationis antiquę vt in *extrauagāti ambitiosæ de rebus Eccles. non alien. c. 2. de feud. Cæs. de Graff. decis. 3. nu. 16. & decis. 4. per totam de reb. Eccles. non alien. Rot. decis. 582. part. 1.* & ista vtilitas de tempore alienationis debet probari euidens,
10 idest clara, & indubitata * *Bald. conf. 150. circa medium versic. præterea lib. 1. Corn. conf. 244. num. 3. lib. 2. Barbat. conf. 40. in princ. lib. 1. Rot. dicta decis. 582. p. 1. & decis. 65. num. 19. part. 2. & decis. 178. nu. 10. p. 2.* & propterea non sufficit, quod Ecclesia non fuerit damni-
11 ficata, * sed requiritur lucrū de tempore alienationis *cap. sine exceptione 12. quæst. 2. vbi Bellam. num. 1. & Gemin. num. 2. versic. in hac quæstione Imol. in cap. ad aures num. 1. de rebus Eccles. non alien.*

Neque est verum, quod alienatio præsumitur vtilis, & ideo onus probandi alienationem
12 læsiuam incumbat Ecclesiæ. * *Bald. in cap. 1. in princ. numer. 7. de ijs, qui feud. dare poss.* quia hęc conclusio procedit quando alienatio
13 fuit facta cum debitis solemnitatibus, * vel est confirmata, & neutrum hic adest, cum solemnitates non adsint, nec confirmatio, cum numquam Beneplacitum Apostolicum fuerit exequutum *Bald. in cap. 1. in princ. num. 7. de his qui feud. dar. poss. Soccin. conf. 15. numer. 27. lib. 1. Ias. conf. 54. num. 3. lib. 1. Decius conf. 142. num. 1. & conf. 341. numer. 12. Abb. conf. 41. num. 2. Rot. dec. 479. nu. 1. part. 1. Seraph.*

decis.

decis. 443. *num.* 7. & ideo vt dictum est, qui
prętendit alienationem fuisse vtilem, tenetur
hoc probare.

Denique non obstat, quod hic agitur de lo-
catione facta pet viam transactionis, quæ valet
14 propter dubium litis euentum *, etiam non
probata vtilitate Ecclesiæ *Ancaran. cons.* 136.
*circa med. vers. item etiam Angel. in l. Impera-
tores num.* 2. *ff. de pact. Dec. cons* 474. *num.* 9.
Rota decis. 582. *part.* 1. Quia fuit responsum,
15 hanc conclusionem non habere locum,* quan-
do super re clara, & super gratuita pactio ne
fieret transactio, vel super re diuersa à lite *l.
præses C. de transact. Abb. in cap.* 1. *num.* 8. *de
deposit. Fæderic. de sen. cons.* 94. *post med. vers.
& prædicta Aym. cons.* 333. *num.* 1. & 2. *Gemi-
nian. cons.* 129. *sub num.* 4. *vers. ad allegata Rot.
dicta decis.* 582. *parte* 1. hic autem fuit transa-
16 ctum saltem super re diuersa *, cum lis esset su-
per en tantum, an Antonia, & Isotta compre-
henderentur in inuestitura, transactio vero
continet nouam concessionem pro filijs ma-
sculis, & descendentibus dictarum fœminarum,
de quo non erat controuersia; Vnde require-
batur in ista transactione Beneplacitum Apo-
stolicum *Fæderic. de Sen. cons.* 94. *Aymon. cons.*
323. *num.* 1. *vers. dico*, & late fuit deductum
*coram me in causa Romana Casalis Turris vergata
9. Iunij* 1606. & hæc conclusio habet locum
etiam, quod fuerit facta locatio, cum sit per-
17 petua * cum renouatione de 29. annis in 29.
annos, quæ propterea venit sub nomine alie-
nationis *Clem.* 1. *vbi Doct. de reb. Eccles. non
alien. Couarru. var. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 1. *Rot.
decis.* 26. *num.* 3. *part.* 2.

Et ita conclusum, &c.

CAMERINEN. LAESIONIS.

Veneris 19. Nouembris 1621.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Subhastatio non probatur per fidem Notarij, cui non creditur absque exhibitione actorum ipsius subhastationis.*

DECISIO MCCCXXXVII.

AD euicandam læsionem dicebatur, quod eadem bona denuò fuerunt subhastata pro alio credito scutorum 420. sine præiudicio alterius subhastationis, attamen dixerunt Domini, quòd de hac subhastatione non constat,
1 nisi per fidem Notarij, nec creditur Notario,* qui deberet exhibere acta ipsius subhastationis *Dec. cons.* 302. *num.* 14. & 15. *Achill. dec.* 4. *de fid. instrument. Mantic. decis.* 62. *num.* 3. & quod plus est, neque de suo nouo debito constat, vnde ad vlteriora procedendum est, non obstante ista prætensione.

Et ita conclusum, vna tantum parte informante.

ROMANA LEGATI.

Mercurij 24. Nouembris 1621.

ARGVMENTVM.

Impugnans transactionem ex capite nullitatis non tenetur accepta restituere; secus autem si petat rescindi ex capite læsionis. Si statutum mandet, quod in contractu mulieris interueniant duo proximiores, contractus cum vnius tantum interuentu celebratus non valet, cum loco alterius Curator esset deputandus. Vtilitas putatiua quando sufficiat ad euitandam læsionem. Mulier non potest allegare errorem iuris.

SVMMARIVM.

1 *Filia dum contrahit si sit in potestate Patris requiritur nedum præsentia Patris, sed etiam interuentus duorum proximiorum ex parte Matris.*

2 *Filia quando contrahit, cum vltra præsentiam Patris requiratur interuentus duorum proximiorum ex parte Matris, tamen quando non adsunt, sufficit interuentus duorum proximiorum ex parte Patris.*

3 *Statutum si requirat in contractu mulieris interuentum duorum proximiorum si vnus tantum adest, & loco alterius non sit deputatus Curator, tunc contractus non sustinetur, & numer.* 4.

5 *Contractus sine certis solemnitatibus initus, quando à statuto declaratur nullus, eo casu non est agendum de periurio, si dictum statutum sit confirmatum à Papa, & statutum præsumat iuramentum dolo extortum.*

6 *Ad transactionis rescissionem per viam nullitatis quando agitur, vt agens audiatur non est necesse vt accepta restituat, secus si agatur per viam læsionis n.* 7.

8 *Ratificatio facta à muliere cum solemnitatibus à statuto requisitis ei obstat.*

9 *Facti scientia ab eo non potest negari si in ipso adfuit eius interuentus.*

10 *Mulieri non suffragatur error iuris.*

11 *Mulier non potest allegare errorem iuris, dum Peritiores consulere potuerit.*

12 *Transactionem quando quis annullare intendit ex alio capite, quam nullitatis, tunc antequam audiatur debet restituere accepta in vim dictæ transactionis.*

13 Con-

13 *Contractus etiam præsumptiuè dolosus non potest*
ratificari.
Transactio non ex eo præsumitur dolosa si iura-
mentum in eo præstitum præsumatur dolo extor-
tum num. 13.
14 *Transactio tunc præsumitur dolosa, quando in-*
terueniit enormissima læsio, & num. 19.
15 *Mulier non dicitur læsa dum recepit plus quam ei*
debeatur,
16 *Euentualia ea, qua sunt, non sunt attendenda,*
quia inspici debet quod fuerit actum de tempore
contractus.
17 *Vtilitas putatiua sufficit ad effugiendam læsionem,*
quando ab initio adfuit causa primaria vtilitatis
excludens læsionem.
18 *Absolutiones obtentæ à iuramentis ad effectum*
agendi, & docendi de enormissima læsione,
nihil suffragantur, non docto, de dicta læ-
sione.

DECISIO MCCCXXXVIII.

DVbitaui, an transactio, & quietantia subse-
secuta obstarent Helenæ, & quantum atti-
net ad transactionem Domini incliaobadt,
quod non, ex capite nullitatis, quia cum ipsa
esset in potestate Patris, requirebatur nedum
1 præsentia Patris, * sed etiam interuentus duo-
rum proximiorum ex parte Matris; hic autem
interuenerunt Pater, & filius, & quamuis
Rota teneat, quod sufficiat in hoc casu inter-
uentus duorum proximiorum ex parte Pa-
2 tris, * quando non adsunt ex parte Matris, vt
per *Verall. decis. 205. part. 3.* Attamen in hoc
casu, cum vltra præsentiam Patris requirantur
3 duo proximiores, * cum interuenerit vnus
tantum frater, & sic consanguineus, transa-
ctio non valet, vt fuit resolutum in causa *Ro-*
mana successionis quarta 22. Maij 1602. coram
R. P. D. meo Manzanedo, quæ est *decisio 174.*
numer. 43. in nouo tractatu de Saluiano; sed loco
alterius consanguinei, si non aderat, debe-
4 bat abhiberi Curator * iuxta notata per *Bart.*
in l. 1. numer. 3. & in l. vidua in fine C. de nupt.
Bonac. ad constitutiones Aegidianas Gloss. 3. num.
100. vbi de communi testatur, & propterea
stante hac nullitate neque agendum est de per-
5 iurio, * cum *statutum* sit confirmatum à Papa,
& præsumat iuramentum dolo extortum, *Bart.*
in l. omnes Populi num. 13. & seqq ff. de iust. &
iur. cum a ijs per *Honded. cons. 5. num. 40. &*
seqq. lib. 2. & illa est communis sententia,
quam infiniti sequuntur, quos allegat *Bertacc.*
de Clausul. claus. 7. glos. 19. numer. 6. vers. li-
mitatur; nec etiam deneganda audientia, nisi
6 restituantur accepta, * cum agat ad rescissio-
nem transactionis per viam nullitatis, vnde
potest audiri, etiam non restitutis acceptis,
Natt. cons. 631 numer. 7. Roland. cons. 7. num. 4.
lib. 3. Anibaran. cons. 34. numer. 11. Riminald.
Iun. cons. 5. numer. 71. lib. 1. qui ponit ratio-
nem diuersitatis, quare quando quis agit ad
7 rescissionem contractus * ob nullitatem non te-
netur restituere accepta, secus si agit ad lesionē,
& fuit resolutū in causa *Ariminen. transactionis*
13. Iunij 1601. coram Illust. D. m. Card. Millino.

Quantum vero attinet ad quietantiam
postea factam de residuo debito occasione
transactionis, cum illa fuerit facta, defuncto
8 Patre, * interuenientibus duobus consangui-
neis, vtique negari minime potest, quin fue-
rit ratificata, vnde illa ratificatio obstat *Aym.*
cons. 276. numer. 6. & fuit resolutum in causa
Romana de Saluiatis 24. Mai 1604. coram bon.
mem. Litta; non potest enim negari scientia
9 facti, * cum ipsa interuenerit in prima tran-
sactione, nec etiam ignorantia iuris solemni-
tatem inducentis, cum hanc neque mulier
10 possit allegare * *Corn. in l. iuris ignorantia nu-*
mer 3. & 4. Alex. numer. 7. & ceteri *Doct. ibi-*
dem C. qui admitti Et in omnem euentum, cum
potuerit consulere peritiores, non potest alle-
11 gare errorem iuris *Put. decis. 113. numer. 8.*
lib. 1. in nou. & fuit dictum in causa *Romana de*
Saluiatis; Quare cum ex ista ratificatione non
obstet nullitas, hæc mulier non potest audiri,
12 nisi prius restituat accepta, * *l. si diuersa C. de*
transactionibus.

Neque obstat, quod contractus etiam præ-
13 sumptiuè dolosus non possit ratificari * *Ve-*
rall. decis. 1. part. 3. quia in hoc casu nullibi
probatur dolus; Nam & si iuramentum præ-
sumatur dolo extortum, nihilominus non inde
sequitur, quod transactio præsumatur dolosa;
14 tunc enim talis præsumitur, * quando adest
enormissima læsio, quæ hic non solum minime
probatur, sed etiam expresse constat de con-
15 trario, * cum Helenæ fuerit datum non solum
id quod sibi per testatorem fuerat relictum, si
transiret ad secunda vota, sed longè plus, &
simul fuit remissa prohibitio nubendi; Vnde
plus habuit ex transactione, quam habuisset
ex voluntate Testatoris, si ad secunda vota
transijsset: vnde nulla potest considerari læsio,
16 neque hodie est agendum, * quod Helena non
transierit ad secunda vota, quia hoc est euen-
tuale, sed debet inspici quid fuerit actum de
tempore contractus iuxta notata per *Doct.*
in l. 2. vbi *Cagnol. num. 313. & seqq C. de re-*
scindend. vendit. Calderin. cons. 5. de rer. permut.
Ruin. cons. 35. numer. 35. vers. sed præmissis non
obstantibus lib. 1. & sufficit vtilitas putatiua ad
17 effugiendam læsionem, * quando ab initio ad-
fuit causa primaria vtilitatis excludens lęsionē,
Butr. in cap. 1. de integr. restit. n. 19. et seqq. Co-
uar. variar. resol. lib. 2. cap. 17. numer. 2. circa
medium vers. sed opinio posterior.

Nec obstat, quod fuerit obtenta absolutio à
iuramentis in quietantia factis, nec non à per-
iurio, quia istæ absolutiones fuerunt concessæ
18 ad effectum agendi, * & docendi de ænor-
missima læsione alias de ea non docto, nihil
suffragantur quoad rescissionem contractus,
Rot. decis. 102. numer. 1. part. 2. & fuit resolu-
tum in causa *Ariminen. legatorum 26. Iunij 1619*
et 15. Nouembris huius anni coram R. P. D. meo
Manzanedo. Vnde quatenus Helena possit
etiam audiri, non restitutis acceptis, ista au-
dientia non suffragatur, cum non doceat de
19 enormissima læsione * supradicta.

Ex quibus resolutum quietantiam obstare.

Præsens decisio fuit confirmata die 10. Maij 1623

ROMANA MVNERVM.

Lunæ 29. Nouembris 1621.

ARGVMENTVM.

Xenia; seu munera, quæ à Cardinalibus nouiter creatis absentibus traduntur Papæ Camerarijs birettum rubrum eis portantibus, si accidat quod antequam illuc perueniant Papa moriatur, amplius non debentur Cameræ Papæ defuncti, qui Cardinales creauerat, sed Papæ successoris, post cuius creationem birettum fuit præsentatum.

SVMMARIVM.

1 *Cardinalibus absentibus transmittitur per Papæ Camerarios birettum rubrum.*

2 *Xenia, seu munera quæ à Cardinalibus nouiter creatis absentibus traduntur. Papæ Camerarijs birettum rubrum eis portantibus spectant ad Cameram Papæ Regnantes, non autem ad illam Antecessoris, qui eosdem Cardinales creauerat, quia non intelligitur de Camera existente tempore promotionis ad Cardinalatum, sed traditionis munerum num. 5. & 9. & 12.*

3 *In materia voluntaria attenditur intentio dantis.*

4 *Intentio etiam coniecturis probatur.*

6 *Legatum familiæ relictum intelligitur de familia tempore testamenti, & obitus testatoris.*

7 *Camera Papæ per illius obitum dissoluitur.*

Dona seu munera facta Cameræ Papæ non spectant ad Cameram per obitum Papæ dissolutam num. 7. Declara num. 12.

8 *Relictum Collegio debet remanere penes hæredem, si Collegium fuit dissolutum, & hæres non fuit in culpa.*

9 *Camera Papæ viuentis vigore subrogationis est eadem cum illa Papæ antecessoris mortui licet adsit mutatio personarum.*

10 *Relictum spectat ad Collegium subrogatum.*

11 *Fructus, qui distribuuntur certo anni tempore spectant ad Canonicos existentes de tempore distributionis etiam si de tempore recollectionis non essent Canonici. Vide ibi.*

13 *Pœna arbitraria debentur officiali de tempore confiscationis, non autem delicti secundum veriorem opinionem licet contraria sit communis. Emolumenta arbitraria spectant ad nouum Officialem num. 12.*

14 *Legatus missus à Papa per mortem ipsius Papæ desinit esse Legatus, & remanet Legatus Sedis Apostolicæ & futuri Pontificis.*

15 *Idque procedit etiam in Nuncijs, qui pro ambasciata, vel ad nudum ministerium mittuntur.*

16 *Nuntij, qui pro ambasciata vel ad nudum ministerium mittuntur impropriè legati dicuntur.*

17 *Munera, quæ dantur à Cardinalibus nouiter creatis Cameræ Papæ dantur pro iucundo introitu occasione dignitatis, quod est quid diuersum ab ipsa dignitate & num. 20.*

18 *Medico si quis relinquat, quæ dare solebat in eius vita, non comprehendunt ea muneratur, quæ viuens testator dabat.*

19 *Cameræ Papæ non debentur ea munera stante obitu Papæ, quæ alias deberentur si vixisset.*

DECISIO MCCCCXXXIX.

Die 11. Ianuarij præsentis anni *San. Me. Paulus V.* Cardinales creauit, inter quos aliqui
erant absentes, & cum ad eos iuxta solitum
per eiusdem Papæ Camerarios Birettum ru-
1 brum fuisset transmissum, * euenit casus, quod
post obitum Papæ, & post acceptum certum
nuncium fœlicis assumptionis S. *D. N.* ad Summum Apostolatus Apicem, Birettum fuerit
præsentatum. Biretto recepto Cardinales nouiter creati solita Xenia dictis Cubicularijs
transmissis dederunt, quæ iuxta inueteratum
2 stylum, non ad ipsos Cubicularios, * sed ad
Cameram Papæ spectant. Quare quæsitum
fuit, an huiusmodi Xenia spectarent ad Cameram S. *D. N.* vel ad Cameram *felic. record. Pauli V.* Et fuit resolutum spectare ad Cameram *Sanctissimi D. N.* Ratio decisionis fuit,
3 quia in hac materia, quæ est voluntaria, * attenditur dantis intentio, quæ etiam coniectu-
4 ris probatur * *Imol. in l. dotalem numer. 6. ff. solut. matrim. Bald. cons. 194. lib 2. Cuman. cons. 176. vers. ad secundum*, & propterea cum
Dona censeantur facta Cameræ, qualitas Cameræ determinat verbum, à quo donatio su-
5 mit effectum, & ideo non intelligitur de Camera promotionis ad Cardinalatum, sed donationis, non enim fuit donatum Cameræ
Pauli V. Bartol. in l. ex facto num. 1. vers. 2. requiritur ff. de vulgar. & pupillar. Fulu. cons. 25. num. 23. Bertrand. cons. 298. numer. 7. vol. 4. Cresc. dec. 10. de priuileg. & optime in puncto
facit *text. in l. Titia seruis in princ. ff. de manumis. testam.* vbi quod legatum familiæ relictum
intelligitur de familia tempore Testamen-
6 ti, * & obitus Testatoris, quod vtrumque
fouet nouis Cubicularijs, quia de tempore
largitionis, & de tempore consignationis munerum Cameræ Pontificiæ præerant.

Fuit consideratum, quod cum Camera
7 *Pauli V.* sit dissoluta per obitum Papæ, dona
ad ipsam non possunt spectare *l. Pater 36. §. Tusculanus ff. de leg. 3.* vbi relictum Collegio
debet remanere penes hæredem, si Collegium
8 fuit dissolutum, & hæres non fuit in culpa, *
qui *Textus* licet vlterius non procedat, tamen
aut dicendum est, Cameram præsentem esse
eandem cum prima Camera vigore subroga-
9 tionis licet adsit mutatio personarũ, & munera
spectant ad nouam Cameram *l. annua §. à Titia*, vbi *Gloss. in verbo nominatorum ff. de annuis legat.* vbi habetur, quod relictum spectat ad
10 Collegium subrogatum * *Calder. cons. 21. de Præben.* vbi quod fructus, qui distribuuntur
certo anni tempore spectant ad Canonicos

exsten-

11 existentes de tempore distributionis, * etiam quod de tempore recollectionis non essent Canonici, & quamuis Text. & Calderm. disponant deberi nedum Canonicis, & alijs modo existentibus, sed etiam illis, qui existebant de tempore relicti, & recollectionis fructuum, tamen hoc est verum, vt ipse dicit, quatenus sint de Collegio, alias secus; in casu autem isto, Cubicularij fœl.record. Pauli V. qui hodie agunt, non sunt de Camera S. D. N. immo nec illa Camera est amplius in rerum natura. Aut vero non est eadem Camera, sed noua Camera, & nihilominus cum sit subrogata in locum Cameræ Pauli V. ad ipsam dicta emolumenta
12 spectant * cum non agatur de emolumentis ordinatijs certis, & statutis, sed de muneribus, & sic de emolumentis arbitrarijs, quæ ideo spectant ad nouam Cameram Tiraq. de retract. conuent. §. 5. Gloss. 4. num. 25. Peregr. post alios de Iur. Fisc. lib. 6. tit. 5. num. 44. vers. contrarium, vbi quod pœnæ arbitrariæ debentur Offi-
13 ciali de tempore confiscationis; * non autem delicti, licet etiam pœnas ordinarias deberi Officiali de tempore confiscationis, teneat Peregr. loco prædicto, quam sententiam dicit veriorem, licet contrariam communem.

Hæc sententia probatur; Quia licet Cardinales receperint dignitatem à fœl. rec. Paulo, non tamen receperunt insignia ab eius Legato, sed à Legato S. D. N. qui licet fuerit transmissus ab eodem Paulo, tamen morte Pontificis desinit
14 esse Legatus illius Papæ * Hostien. in summ. de Offic. Legat. num. 6. Goffred. num. 8. sed remansit Legatus Sedis Apostolicæ, & futuri Romani Pontificis Gloss. in cap. 2. in vers. declaramus, de offic. Legat. in 6. Quæ procedunt etiam in
15 istis Nuncijs, * qui pro Ambasciata, vel ad nudum ministerium mittuntur, cum & ipsi, li-
16 cet improprie legati dicantur * Speculat. in tit. de Legat. §. 3. num. 3. vers. dicitur ergo Sylnest. in summ. in Verbo delegatus, quæst. 11. num. 16. Angel. in Verbo Legatus num. 2. Quare creato Romano Pontifice, Nuntius noui Pontificis fuit, & eius nomine intelligitur Birettum datum fuisse; non autem nomine defuncti Pontificis, cuius amplius non erat Nuntius, & propterea cum Cardinales receperint insignia à S. D. N. & ista munera non dentur pro dignitate collata à S. M. Paulo, sed quodammodo pro iucundo introitu occasione dignita-
17 tis, * quod est quid diuersum ab ipsa dignitate l. his Verbis 100. §. Alumno ff. de legat. 3. non debentur Cameræ antiquæ, vt probatur ex text. in l. sero Amico §. medico ff. de ann. legat. vbi si quis relinquat medico, quæ dare solebat
18 in eius vita, * munera, quæ viuens Testator dabat, non comprehenduntur, & sic eius Cameræ antiquæ non debentur munera, quæ
19 percepisset si Papa vixisset, * cum illud Ius percipiendi morte Papæ sit extinctum, cum pendeat à liberalitate dantis, qui censetur dedisse Cameræ illius, qui insignia, non autem, qui dignitatem contulit, cum occasione Insignium
20 dignitatis pro iucundo introitu debentur * etiam quod expressis verbis hoc non fuerit dictum l. si Creditoris C. de fideicomm. Castr. Pars III.

cons. 80. numer. 1. col. 2. vers. & Ideo libr quinto.

Ex quibus fuit conclusum munera deberi Cameræ S. D. N.

PLACENTINA VICARIAE.

Veneris 17. Decembris 1621.

ARGVMENTVM.

Clausula *parito iudicato* apposita à Signatura Iustitiæ, quando adest vnica sententia, ei parendum est, perinde ac si adessent tres conformes, quando tamen ea sententia vnica transiuit in iudicatum, ac constet de eius iustitia. Pecunia certa, & determinata quando à principio est promissa, ea soluenda est, & quatenus non reperiatur, eius valor, &c. Ac aliqua habentur circa erectiones Vicariæ.

SVMMARIVM.

1 *Clausula* arbitrio *multum remittit de rigore iuris.*
2 *Clausula* arbitrio *non intrat ad retardandā causæ expeditionē stante Iustitia sententiæ.*
Iustitia sententia stante ei parendum est numer. 2.
3 *Signatura Iustitiæ quando adest tantum vna sententia, non solet rescribere cum Clausula* Parito Iudicato.
Signatura tunc rescribit cum Clausula Parito Iudicato, *quando adsunt tres sententiæ numer. 3.*
4 *Sententia vnica, quando est lata, quæ transitum fecit in iudicatum, & signatura rescribit* Parito Iudicato, *ei parendum est.*
5 *Pecunia certa, quando à principio fuit promissa tunc, si illius bonitas intrinseca non fuit mutata, debetur aut dicta pecunia in specie, vel illius æstimatio.*
6 *Pecunia certa quando dicatur esse in obligatione.*
7 *Bona debent transire cum suo onere.*
8 *Vicariæ erectio si facta fuerit in vim* Concil. Trident. sess. 7. cap. 7. de reformat. *tunc congrua Vicarijs assignanda est super certis bonis.*
9 *Vicaria, quando erigitur, tunc quoad quantitatem congruæ assignanda Vicario, attenditur Constitutio* Pij V.
10 *Verba in dubio præsumuntur stare demonstratiuè, & non taxatiuè.*
11 *Verba intelligenda sunt, vt congruant subiectæ materiæ.*

DECISIO MCCCXXXX.

HÆc Causa fuit commissa *R. P. D. Remboldo*
appellatione remota, qui tulit sententiam
ad fauorem Vicarij, cumque mihi fuisset com-
missa causa restitutionis in integrum cum
Clausula *parito iudicato arbitrio Rota* die 29.
Nouembris præteriti dubitaui, An intraret
arbitrium, & Domini dixerunt, quod infor-
maretur quoque supee iustitia sententiæ Rota-
lis, & hodie reproposita causa, censuerunt non
intrare arbitrium, quominus pateatur iudi-
cato, cum manifestissimè constet de iustitia
1 sententiæ Rotalis, clausula enim *arbitrio* *
intelligitur prout de iure, licet multum remit-
tat de illius rigore, quod tamen non est admit-
tendum in casu isto, stante iustitia sententiæ
2 Rotalis, * cui propterea est parendum *Put.
dec. 419. lib. 1. in nou. Staphil. de litt. §. dicendum
num. 42.*

Non obstat, quod fuerit lata vna tantum
sententia, & Signatura non solet date hanc
3 clausulam, nisi quando adsunt tres conformes,*
vt fuit resolutum in Causa *Toletana Cappellaniæ
14. Aprilis, & 12. May 1595. coram Illustrissi-
mo Card. Millino*, & in Causa *Toletana pensionis
12. Decembris 1597. coram Litta*, & in Causa
*Valentina pecuniaria 20. Nouembris 1598. co-
rā bo. me. Gypsio.* Quia nihilominus fuit lata vni-
4 ca sententia, quę transitum fecit in iudicatum,*
si Signatura apponat istam Clausulam, est pa-
rendum, vt est adnotatum in margine dictæ
decisionis Gypsij per hæc Verba. *Signatura ho-
die non admittis hanc differentiam, ideo vult, quod
Pars pareat etiam si non sint tres conformes, sed
vna, quæ transierit in iudicatum, propterea fuit in
Rota mihi ordinatum, quod deberem declarare In-
hibitionem in causa emanatam stare debere sine
praiudicio sententiæ A. C. vt in memoriali in di-
cta Causa Valentina sub die 28. Iunij scripsi.* ha-
ctenus prædicta adnotatio, quam etiam refert
*Modernus Bononien. variar. lib. 1. cap. 87. num.
27. & 28.* & fuit etiam dictum in Causa *Pisto-
rien. beneficij 31. Maij 1617. coram R. P. D. meo
Buratto*.

Quantum attinet ad iustitiam sententiæ Ro-
talis, quæ condemnat Abbatem, & Monachos
ad soluendum scuta auri secundum præsentem
valorem videtur euidens, cum in erectione
5 Vicariæ scuta auri sint in obligatione, * fructus
autem, & prouentus in solutione, quare cum
ista scuta reperiantur, & illius bonitas intrin-
seca non sit mutata, vel scuta in specie deben-
tur, vel illorum æstimatio secundum præsen-
tem valorem *Bart. in l. Paulus num. 10. ff. de
solut. Boer. decis. 327. num. 3. & seqq.* post alios,
quos allegat, & fuit sæpissimè resolutum, vt
in *decisionibus R. P. D. mei Remboldi per infor-
mantes allegatis*. Quod autem scuta auri sint in
obligatione, patet nedum ex contextu verbo-
6 rum erectionis * ibi: *ex fructibus, & prouenti-
bus, &c. annuos redditus, & prouentus ascenden-
tes ad scuta 50. auri libera &c. perpetuo à Mona-
sterio abdicauit, & separauit*; sed etiam ponde-
rando verbum *libera*, quod repugnat assigna-
7 tioni bonorum, quia alia bona debuissent tran-
sire cum onere suo *l. 1. ff. de distract. pignor.*

Neque obstat, quod infra dicatur, *Fructus
ad dictam summam scuti 50. auri in Auro in tot
bonis dictæ Ecclesiæ in, & cum tanta rata proprie-
tatis, & portione bonorum, ex qua, vel quibus
percipi possunt, vel debeant singulis annis dicta
scuta 50. auri in auro, & signanter cum rata pro-
prietatis librarum 20. mil. quæ in præsentia repe-
riuntur inuestitæ super bonis D. Canalerio &c. se-
parauit prædictæ Vicariæ, & eius Vicario appli-
cauit, & appropriauit*, quæ quidem assignatio
habuit effectum in redditibus dd. librarum 20.
mill. Nam fuit responsum, quod erectio huius-
8 modi fuit facta in vim *Concilij Trident.* * *sess. 7.
cap. 7. de reformat.* Volentis, quod congrua
Vicarijs assignetur super certis bonis, ibi, *Por-
tione etiam super re certa assignanda*, scilicet Vi-
carijs. Vnde cum in erectione Vicariæ, & assi-
gnatione congruæ debeat seruari ista forma
9 *Concilij*, * & quoad quantitatem Bullæ *Pij*, vt
censuit *Congregatio Illustrissimorum Interpretum*,
illa Verba *cum rata proprietatis* intelligenda
10 sunt demonstratiuè, * super quibus bonis sit
habenda congrua, non autem quod bona
illa sint pro congrua *l. quidam in testamento ff.
de legat. 1. Felin. in cap. ad audientiam il 1. num.
7. de rescript. Bart. in l. latius num. 3. ff de Ali-
ment. & cibar. legat. Surd. cons. 162. numer. 15.*
& propterea nec alterant verba sequentia *se-
parauit &c. & Vicario applicauit, & appropria-
11 uit*, quia sunt intelligenda * secundum subie-
ctam materiam ad effectum perceptionis con-
gruæ, vt pulchrè per *Alex. in cons. 40. num. 6.
& seqq. lib. 4.*

Et ita resolutum, &c.

INTERAMNEN. LEGITIMARVM.

Veneris 17. Decembris 1621.

ARGVMENTVM.

Legitima filij est semis, quando eam petit
non ob mortem Patris, sed quia eius
bona fuerunt confiscata. Et plura ha-
bentur in facto circa probationem iden-
titatis, & æstimationis bonorum.

SVMMARIVM.

1 *Legitima filij non triens, sed semis est, quando
agitur de legitima debita occasione confiscationis,
non autem obitus Patris.*

2 *Domum esse cum alijs communem ex quibus pro-
betur & num. 3. & 4.*

5 *Probationes facta in iudicio criminali si fuerint re-
productæ in iudicio ciuili inter easdem personas
probant.*

6 *Identitas ex quo remaneat probata, & num. 7.
& aliqua habentur circa æstimationem bonorum
à num. 8. vsque ad 19.*

Peri-

20 *Peritorum æstimatio præsumitur iusta, & qui contrarium tenet debet excessum probare.*
21 *Relationi tertij Periti standum est in ijs, in quibus cum alijs concordat.*

DECISIO MCCCXLI.

IN hac causa fuit resolutum sub *die 22. Aprilis 1613.* quod Victoriæ erat debita legitima ex persona Agapiti, & Hiorij filij in bonis confiscatis Scipionis Mariti, & Patris respectiuè,
1 & quod ista legitima erat semis, * non autem triens, ex quo agebatur de legitima debita occasione confiscationis, non autem obitus, & reseruatum videre, an Victoria fuerit satisfacta de legitima, & ad effectum huius cognitionis fuit subdelegatus Iudex in partibus, & resolutum sub *die 17. Iunij 1620.* æstimationem factam per peritos non esse validam, reseruato vt videretur de excessu. Propterea hodie dubitaui, an constet de corporibus, & illorum identitate, itaut in æstimatione fuerit excessum.

Et quantum attinet ad primam partem dubij, quoad sequentia tantum visum fuit Dominia constare de corporibus bonorum, & eorum identitate.

Primo vt patet ex relatione tertij periti, à Iudice subdelegato electi, de qua in *Summario num.9.* fuit æstimata domus in regione, vt dicitur *dell' Adulterini* apud bona hæredum Ioannis Baptistæ Castelli, & bona Ioannis Baptistæ Marcutij, & viam publicam, quam quidem domum fuisse communē inter Scipionem,
2 & Anibalem eius fratrem, * contra quem agit Victoria, probatur ex lista bonorum communium data in partibus Iudici Criminali, dum cognoscebatur super delicto Scipionis, de qua in *Summario num.1.* probatur etiam ex relatio-
3 ne peritorum, * tunc electorum ad æstimanda bona in d. lista data, vt *Sum.nu* 4. & ex diui-
4 sione facta inter Anibalem prædictum, * & Dianam eius matrem, quæ emerat iura fisci quoad portionem Scipionis, vt in *Sum.nu.8.* huiusmodi enim probationes factæ in alio Iu-
5 dicio Criminali * cum fuerint productæ in hoc iudicio, & agatur inter easdem personas, probant, *l. cum antea 5. ad finem. C. de recept. arbitr.* & ibi *Gloss. final. l. iubemus C. de liber. caus. Ripa in l. naturaliter §. nihil commune nu. 175. ff. de acquir. possess. Osasch. decis. 1. nu.* 40.

Secundo constat de identitate quoad pre-
6 tium terræ æstimatum per tertium Peritum * in vocabulo *Via Noua*, quia concordat d. lista data in Iudicio Criminali, nec non venditio facta Arcangelo Simonetto.

Tertio idem tertius peritus æstimauit possessionem Sancti Petri in Campo apud bona
7 Tobilei Serbartoli, * Iosephi Castelli, & viam publicam; cum qua æstimatione concordat d. lista, nec non diuisio prædicta.

Quarto æstimauit prædictus tertius peritus duo petia Casali, videlicet Oliueta in voca-
8 bulo *Valle* cum viridiario &c. * & cum hac æstimatione concordat prædicta lista, æstimatio facta in Iudicio Criminali, Instrumentum prædictum diuisionis, nec non duo Instrumenta venditionum, quæ dantur in *Summ. nu. 6. & 7.*

Quinto fuit æstimatum Oliuetum cum do-
9 mo in vocabulo *la fontana del forno* * apud bona Grimani Manassei, Christophori Pecchi, & viam publicam, cum qua æstimatione concordat d. lista æstimationis peritorum in Iudicio Criminali, & Instrumentum prædictum diuisionis.

Sexto fuit æstimatum petium terræ in vocabulo *delle Nocciocche* apud bona Ecclesiæ *di S.*
10 *Alò* * hæredum Bianori Sciammanti, Consalui della Porta, & Tarquinij Letauia, nec non viam publicam, cum qua æstimatione concordat prædicta lista, æstimatio Peritorum, nec non Instrumentum diuisionis, de quibus supra dictum est.

Septimo idem tertius Peritus æstimauit pe-
11 tium Terræ, vt dicitur *in Selua* in vocabulo *le sportelle*, cum quo concordat lista, æstimatio, & diuisio tunc facta, de quibus supra, nec non Instrumentum venditionis, de quo in *Summ. num.11.*

Octauo adest æstimatio petij Terræ in voca-
12 bulo *Colle la Malta commune* * cum hæredibus Ioannis Baptistæ Castelli apud bona dd. hæredum, cum qua concordat lista, & Instrumentum diuisionis factæ post iudicium criminale, de quibus supra dictum est.

Nono æstimatum fuit petium terræ posi-
13 tum in Confine *di Moggio* Territorij Reatini,* commune cum Iosepho Castello, cum quo concordat lista prædicta, & Instrumentum diuisionis.

Decimo fuit æstimata *la Chiusa* cum domo ad Sanctum Paulum apud Flume Neræ, for-
14 mam nouam,* Roggium Vetus, & bona Episcopatus, cum qua æstimatione concordat lista, & æstimatio Peritorum.

Vndecimo fuit facta æstimatio, vt dicitur, *dello Spallo, con la fornace da far mattoni* in vo-
15 cabulo *le Branche*, * apud formam Simonis, bona Filesij Leporelli, cui successit Bernardus eiusdem cognominis, & viam publicam, cum qua æstimatione concordat pariter lista, æstimatio, nec non Instrumentum diuisionis.

Duodecimo reperitur æstimata quarta pars
16 Molendini, vt dicitur *da Oglio*, * cum qua concordat nedùm lista, æstimatio peritorum, & Instrumentum diuisionis; verum etiam Instrumentum venditionis, de quo in *Summario num.11.*

Decimotertiò æstimata fuit octaua pars Mo-
17 lendinorum, quæ sunt in Ciuitate Interamnę*, cumqua concordat lista, æstimatio, & diuisio.

Vlteriùs visum fuit habendam esse rationem
18 censùs scut.200. super bonis Francisci Siluij, * nec non scut. 200. super bonis Polionis Matthæi de Massa, cum concordet quoad illos census lista, æstimatio Peritorum, & Instrumentum diuisionis, de quibus sæpe dictum fuit, licet de istis censibus tertius peritus nihil retulerit.

Denique dicebatur habendam esse rationem posses-

possessionis in vocabulo *Ponte di Rallo*,* quia
licet non reperiatur æstimata per tertium pe-
ritum, tamen de ea habetur mentio in d. lista;
fuit etiam æstimata per peritos in d. iudicio
criminali, & concordat etiam Instrumentum
prædictum diuisionis.

Quantum attinet ad secundam partem du-
bij, quicquid dicendum sit de censibus, & ista
possessione ad Pontem Rallum, cum dd. bona
fuerint æstimata, non potest dici in æstima-
tione fuisse excessum, cum nihil probetur, quod
releuet, & æstimationi Peritorum, quæ de iu-
10 re præsumitur iusta, sit standum, * *Rota decis.
531. num. 1. & decis. 540. num. 1. par. 1. in recent.*
Sicut etiam standum est relationi tertij Periti
11 in ijs, in quibus cum alijs concordat, * quia
in hoc duo sunt *Apostill. ad Roman. ad cons. 255.
num. 4. vers. Peritis Rimnald. Iunior consil. 335.
num. 6. vsque ad finem lib. 3. Surdus consil. 451.
num. 66. lib. 3.*

Et ita &c.

*Præsens decisio fuit confirmata die 10. Februa-
rij 1623.*

PERVSINA FIDEICOMISSI DE ALPHANIS.

Lunæ 20. Decemb. 1621.

ARGVMENTVM.

Bona mobilia an & quæ ponantur in calcu-
lo pro detrahenda legitima, ac in illa im-
putentur, & quæ fideicommissario sint
restituenda.

SVMMARIVM.

1 *Numeratio pecuniæ probatur ex duobus testibus.*
2 *Quantitas pecuniæ numeratæ probatur ex iudicio vnius testis cum assertione numerantis.*
Probationes simul iurguntur ad eliciendam plenam probationem num 2.
3 *Testes deponens per verba* com' hò detto di sopra *se refert ad prius deposita.*
4 *Confessio extraiudicialis hæredis grauati, quod reperierit pecuniam in hæreditate de Iure canonico plenè probat.*
5 *Ac nocet nedum confitenti, sed etiam eius singulari successori.*
6 *Argentorum ad vsum domus species, & valor quando probetur.*
7 *Mobilia, quæ seruando seruari possunt ponuntur in calculo pro detrahenda legitima, ac in eam imputantur.*
Grex computatur pro detrahenda legitima nu. 7.
8 *Gregis subrogatio augmentum, & diminutio spectat ad fideicommissarium.*
9 *Mobilia, quæ cursu temporis potuerunt consumi non veniunt in fideicommisso, nec in legitimam imputantur.*
10 *Testes deponentes de tritico, vino &c. quando intelligant de veteri, & quando de nouo.*
11 *Libri Ciuitatis probant pretium, & valorem frumenti, olei, vini.*
12 *Contra hæredem, qui inuentarium non confecit admittuntur leniores probationes.*

DECISIO MCCCXLII.

QVæsitum fuit, quæ pecunia, argenta, &
fructus, & alia bona mobilia, & se mouen-
tia fuerit relicta in hæreditate q. Marcelli de
Alphanis; & ad quam summam ascendant: Et
quantùm attinet ad pecunias fuit dictum fuisse
repertam summam scutorum 1600. vt bene de-
ponit secundus testis, & quartus, qui fuerunt
præsentes numerationi, qui cum sint duo, suf-
1 ficiunt * *cap. licet de Testibus l. vbi numerus ff.
eod.* & quamuis non videantur explicitè depo-
nere de quantitate, ex quo ipsi non numera-
uerunt, sed de quantitate deponunt ex dicto
2 numerantis, * attamen dictum numerantis cũ
iudicio testis circa quantitatem potest coniun-
gi ad eliciendam plenam probationem, cum
ex inspectione massæ pecuniarum, vna cum
assertione numerantis facilè testis potuerit ve-
ritatem facti habere, iuxta *notata in l. solent de
alim. & cibar. leg. & in l. si ita scripsero ff. de
cond. & demonst. Cephal. cons. 70. num. 24. lib. 2.
Surd. cons. 94. num. 8.* Nec est curandum, quod
quartus testis ad vigesimum sextum deponat
de scutis 600, cum deponat, *come hò detto di
3 sopra*, & sic se refert ad priùs deposita, * vnde
verisimiliter colligi potest, quod *littera* 1. ex in-
curia fuit relicta, maximè cum secundus, &
tertius testis deponat de confessione Baldassa-
ris hæredis grauati, quod ista summa fuit re-
perta in hæreditate, quæ quidem confessio ex-
4 traiudicialis de Iure Canonico probat * *Falyn.
in c. si cautio num. 27. de fid. Instr. Decian. resp.
62. num. 56. lib. 2. Gabr. de confess. concl. 1. num.
46. & seq. Rot. decis. 4 num. 1. par. 2.* & nocet
nedùm confitenti, sed & eius successori etiam
5 singulari * *Soc. cons. 82. num. 3. vers. secunda cõ-
clusio, & num. 4. lib. 3. Aym. consil. 29. numer. 1.
Ruin. cons. 5. num. 23. lib. 1. Rot. decis. 776. nu. 1.
par. 1.*

Quantùm attinet ad argenta primus, secun-
dus, tertius, & quartus testis deponunt reman-
6 sisse duas pateras magnas, * quas Domini ex
testium dictis arbitrati sunt fuisse valoris scut.
40. salina argentea inaureata duo, quæ arbi-
trati sunt fuisse valoris scut. 20. prout deponit
vnus testis, & cum dd. testes deponant gene-
raliter de quantitate forcellarium, & cochlea-
rium arbitrati sunt ad minus fuisse duodecim
in qualibet specie, attenta qualitate familæ; &
valoris fuisse scut. 24.

Quantum ad animalia testes deponunt de
equo vendito per hæredem pro scut. 30. nec nõ
de duabus equis, quę fuerunt venditæ pro sc.
30. deponunt etiam de pecoribus centum, &
de tribus asinis, nec non & de mobilibus do-
mus, & in hoc dixerunt Domini de argenteis
esse habendam rationem, quia seruando serua-
7 ri poterant, * de grege quoque esse habendam
ratio-

rationem, cum & subrogatio, & eius augumentum spectet ad fideicommissarium, sicut
8 & diminutio * Pereg. de fideicomm. art. 49. nu. 65. quem posse æstimari ad rationem scut. 60. de equis venditis pariter esse habendam rationem, cum grauatus habuerit de eis pecunias; de alijs animalibus, & de mobilibus dixerunt, quod quicquid fit in hęrede falcidio, in hęrede Trebelliano non habet ratio illorum, nec etiam
9 ad effectum imputationis, * quando cursu temporis potuerunt consumi ex allegatis per Peregr. de fideicom. art. 10. num. 33. & seq. & præsertim num. 39. 40. & 43. Quia tamen versamur in familia diuite, & multa mobilia longo temporis spatio nō consumuntur in totum; & pars ipsa fatetur mobilia relicta à Baldassare esse hæredíraria D. Marcelli Testatoris, & ascendere ad scut. 438. Domini arbitrati sunt posse æstimari ad scut. 500.

Quantùm attinet ad fructus secundus, & tertius testis deponunt, quod ex grano nouo, & veteri fuerunt repertę in hęreditate salmæ 160. tritici, & eadi 250. vini veteris, nec non mezolini 160. olei & videtur etiam concordare primus testis, quia testator obijt 22. Iulij 1581.
10 de quo tempore cum sit recollectum triticum.* apparet manifestè, quod intellexit de tritico recollecto in vita testatoris, & dùm deponit de tritico, vino, & oleo vetere non sunt testes redarguendi de falso, quia habent rationem ad collectum tritici, vini, & olei illius anni, & sic distinguunt nouum, & vetus, vt scilicet triticum nouum, & vetus fuerit in hęreditate; vinum verò, & oleum vetus tantum, & benè cum Testator obijt 22. Iulij, vt dictum est; & quantum attinet ad valorem standum est libris
11 Ciuitatis, * ita vt pretium medium attendatur vt fuit resolutum in causa Aretina liquidationis fructuum 23. Ianuarij 1617. coram me, itaut triticum ęstimetur ad rationem grossorum 32. pro qualibet mina, oleum ad rationem grossorum 46. pro quolibet mezolino (vt vocant) vinum verò ad rationem grossorum 13. cum dimidio pro quolibet cado, prout habetur in dd. libris Communitatis.

Et prædicta omnia eo magis visa sunt Dominis procedere, cum hæres grauatus inuentarium minimè confecerit, vnde leuiores pro-
12 bationes sunt admittendæ * vt fuit dictum in causa Bonon. de Poetis 4. Maij 1615. coram R.P. D. Vbaldo.

PLACENTINA CAPPELLANIAE.

Mercurij 19. Ianuarij 1622.

ARGVMENTVM.

Beneficia de Iurepatronatus Laicorum non cadunt sub reseruatione, licet Papa possit illa vacantia apud Sedem conferre cum derogatione iurispatronatus.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium quod vacauit apud Sedem cadit sub reseruatione.*
2 *Reseruatio beneficij reseruatione in corpore Iuris clausa propter decretum irritans iustificatum inficit titulum, & possessionem.*
3 *Beneficia de Iurepatronatus Laicorum non cadūt sub reseruatione, & num. 5.*
4 *Beneficia de Iurepatronatus vacantia apud Sedem Papa si vult potest conferre cum derogatione Iurispatronatus.*
6 *Beneficium iurispatronatus si vacat in Curia, vel alio modo, itaut cessante iurepatronatus esset reseruatum, Episcopus non potest instituere, sed institutio spectat ad Papam. Decl. num. 7.*
Episcopi passim instituunt in omnibus beneficijs prater ibi expressa num. 7.
7 *Dignitates nempè Decanatus, Primatus & c. sunt reseruatæ Summo Pontifici per Regulam secundam, & tertiam.*
8 *Possessio cum sit quid facti, non præsumitur.*
9 *Manutentio datur possidenti de tempore litis motæ.*

DECISIO MCCCXLIII.

HAec Cappellania vacauit apud Sedem, & non negatur esse de Iurepatronatus; sed prætendebatur ex vacatione apud Sedem esse
1 reseruatam * ex cap. 2. de præben. in 6. & proptereà si de aliqua possessione anteriori Hyeronimi doceretur, illam non esse attendendam, ex quo agitur de beneficio reseruato reseruatio-
2 ne in corpore Iuris clausa, quæ propter decretum irritans iustificatum inficit titulum, & possessionem Cassad. decis. 1. num. 1. & per tot. de restit. spoliat. & fuit latè deductum in causa Beneuentana beneficij 14. Decembris 1600. coram me apud Garz. de benef. par. 5. cap. 1. nu. 18. sed esse attendendam possessionem posteriorem Io: Dominici, qui fuit prouisus cum derogatione Iurispatronatus.

Cæterum hæc conclusio visa fuit DD. satis nona, quia Beneficia de Iurepatronatus Lai-
3 corum non cadunt sub reseruatione * cap. 2. de præben. in 6. vt per gloss. ibidem in verbo collat. 10. Gemin. num. 11. Franc. num. 8. & generaliter hoc dicunt Lapus allegatione 96. num. 3. vers. veritatem puto & ibi addit in litera M. latissimè Gonzalez super regul. 8. Gloss 18. num. 2. Rot. decis. 46. in princip. de concess. præben. in antiq. & dec. 3. de iurepat. pariter in antiq. Rot. decis. 304. num. 1. par. 2.

Neque contrarium dicunt Doctores allegati, quia Staphil. de lits. grat. de modo, & forma impetrandi titulo de Iurispatronatus prærogatiua se-
4 ctione sequitur videre 3. in. 10. dicit, quod * Papa, si vult, potest conferre beneficia Iurispatronatus vacantia apud Sedem cum derogatione Iurispatronatus, quod etiam dicunt Gemin. in d. cap. 2. num. 1. Lapus d. alleg. 96. nu. 3. vers. nàm non disputatur, qui tamen concludunt non pro-
5 pterea sequi, * quia intentionis eius est talia Beneficia non reseruare, licet si vult, possit ea conferre, cum sit Dominus, & propterea derogatio Iurispatronatus nihil aliud potest operari,

ri, quam validitatem collationis, non autem
operatur nullitatem possessionis anteà captæ, si
constabit captam fuisse; nec etiam contrarium
firmat *Alphonsus Soto super reg. 40. de derogatio-*
ne Iurispatronatus num. 12. versic. verum est ta-
6 *men.* * quia solum dicit, quod si Beneficium
Iurispatronatus vacat in Curia, vel alio modo,
itaut cessante Iurepatronatus, esset reseruatum,
Episcopus non potest instituere, sed institutio
spectat ad Papam, & sic non tangit casum re-
seruationis in præiudicium Patronorum, quod
etiam dictum esse verum solum in Episcopali-
7 bus, * Abbatijs, Prioratibus, Decanatibus,
& alijs Dignitatibus, quę Summo Pontifici
sunt reseruata per *Regulam secundam & tertiam*
cum in alijs Beneficijs Episcopi passim insti-
tuant dicit *Couarr. pract. quæst. cap. 36. num. 5.*
quem refert, & sequitur *Leonard. Lessius de Iu-*
stit. & Iur. cap 34. dub. 9. num. 37. & nouissimè
Modern. in addit. de Alphons. Sotum d. Reg. 40.
num. 26.

Ex alio capite dandam esse manutentionem
Ioanni Dominico Domini censuerunt. Non
enim constat de alterius possessione, quia cum
8 sit quid facti non pręsumitur * *l. final. ff. de*
rei vendic. Menoch. de præsumpt. præsumpt. 64.
num. 12. lib. 6 & ideò d. Ioanni Dominico est
danda manutentio, quia docet de sua possessio-
9 ne *l. prædicta vbi Bart. ff. de acq. possess. Rot. de-*
cis. 525. num. 1. par. 2. in recentior. Possessor enim
de tempore litis motę est manutenendus *§. ho-*
die Instiut. de interdict.

BONONIEN. VSVSFRVCTVS.

Lunæ 24. Ianuarij 1622.

ARGVMENTVM.

Debitor, quamuis apertum sit, non posse alienare bona sua in fraudem Creditorum; tamen si ei fuerit delata aliqua hereditas, seù legatum, poterit illam, seù illud repudiare, itaque in his terminis non intrabit ædictum prohibitorium, quæ fiunt in fraudem Creditorum &c. supradicta tamen conclusio non procedit, quando debitor obligauit omnia iura sua presentia, & futura in fauorem Creditorum, quia tunc etiam intrat ius adeundi sub dicta obligatione, itaque non valebit repudiatio.

SVMMARIVM.

1 *Sub iurium nomine venit etiam potentia adeundi hæreditatem.*
Hæreditatem adeundi potentia appellatur ius, & non facultas num. 1.
2 *Aditionem hæreditatis cum lex permittat, istud est ius, non autem simpliciter facultas.*
3 *Hæreditatis aditio, dicitur tantum facultas quoad ipsum actum aditionis.*
4 *Sub obligatione iurium, venit etiam ius adeundi.*
5 *Ius adeundi non venit in obligatione secundum* Franc. in addit. ad dec. 101.
6 *Hæreditas, vel bonorum possessio antequam adeatur, vel agnoscatur, non est in bonis hæredis, nec in dominio eius nec actualiter ei acquisita.*
7 Text. in l. prætia 63. ff. ad leg. falcid. *quando non intret.*
8 *Ius adeundi, quando est delata hæreditas dicitur quæsitum hæredi de presenti, & sic dicitur ius formatum, & in esse productum de presenti, & num. 9.*
10 *Ius adeundi sicuti transmittitur ad hæredes prout transmittuntur omnia iura realia, & personalia.*
11 *Ita per eandem rationem venit in obligatione, cũ sit ius formatum, & in esse productum de presenti.*
12 *Creditor si habeat obligata omnia iura præsentia, & futura Debitoris, si ipse Debitor repudiauerit hæreditatem, Creditor poterit petere reuocationem.*
13 *In bonis liberti patronus non potest prætendere legitimam, si ipse libertus in bonis minus habeat quam centum.*
14 *Libertus si habeat in bonis octuaginta, & patrono legat quadraginta tunc hæres non potest repudiare illa quadraginta in præiudicium patroni.*
15 *Hæres liberti si renunciat legatum factum ad commodum alienum, nec cedit in commodum suum, & non potest.*
16 *Aut repudiat ad commodum suum, in commodum alienum, & potest nisi constet de contraria mente testantis.*
17 *Hæreditatis repudiatio, si fiat in præiudicium Creditoris, & non in vtilitatem debitoris, non valet, & potest reuocari.*
18 *Libertus potest repudiare legatum in terminis* l. liberto ff. de bon. libert.
19 *Patrono in vita liberti, nulla est debita legitima, sed tantum post mortem.*
20 *Debitor non potest repudiare hæreditatem in præiudicium Creditorum, & num. 26.*
21 *Parocho si debeatur quarta de legato, si legatum fiat fratribus minoribus, non possunt illud repudiare, cum commodum obueniet eis, sed solum damnum Parocho, cui debetur quarta.*
22 *In repudiatione hæreditatis non habet locum Aedictum* quæ fiunt in fraudem Creditorum.
23 *Debitor licet non possit bona sua alienare in Creditorum fraudem, tamen potest repudiare hæreditatem, vel legatum ei relictum.*
24 Text. in l. qui autem ff. quæ fiunt in fraud, credit. *in quibus terminis loquatur.*
25 *Debitor, si etiam ius adeundi hæreditatem obligasse censeatur Creditoribus, tunc illud repudiare non potest.*
27 Text. in *l.* qui autem ff. quæ fiunt in fraud. credit. *non habet locum quotiescumque contractus procedit super materia, qua obligat ad acquirendum secundum bonam fidem.*

DE-

DECISIO MCCCXLIV.

HOc dubium, an repudiatio facta per D. Se-
natorem de Linis hæreditatis Georgij Ne-
potis sibi delatæ, sit reuocanda, habet duas
inspectiones principales, prima est, an in
obligatione Comitis Blanchini Creditotis præ-
dicti Senatoris comprehendatur ista potentia
adeundi hæreditatem Georgij, quatenus sic,
quo iure possit agere ad illius reuocationem.

Quantum attinet ad primam inspectionem,
Comes Blanchinus cum habeat obligata om-
1 nia bona, & iura præsentia, & futura, * sub
nomine iurium venit etiam ista potentia ade-
undi, quæ appellatur ius, & non facultas *l. 3.
C. de instit. & substit.* vbi *Castrens. num. 3.* cum
2 enim lex aditionem permittat, istud est ius, *
vt optime considerat *Bald. in l. 1. num. 4. C. de
condit. ex leg.* non autem simpliciter facultas,
3 nisi quoad actum aditionis * *l. licet C. de iure
deliber.* quod non esset si diceretur facultas,
Castren. in d. l. 3. num. 3. & est communis sen-
tentia de qua *Corn. in consil. 305. num. 4. iuncto
num. 6. vsque ad fin. lib. 3.* & in terminis quod
4 sub obligatione iurium veniat ius adeundi *
dicit *Peregr. de iure fisci lib. 6. tit. 1. num. 39.*

Non obstat quod *Francus in additione ad decis.*
101. reprobet *Peregr.* & dicat, ius adeundi nō
5 venire in obligatione per ea, * quæ adnota-
uit in dicta *decis. 101. num. 23. & seq.* vbi alle-
gat *textum in l. pratia rerum 63. ff. ad leg. falcid.*
6 vbi quod hæreditas vel bonorum possessio, *
antequàm adeatur, vel agnoscatur non est in
bonis hæredis, nec in dominio eius, nec actua-
7 liter ei quæsita, * quia iste *textus* non vrget, cū
agatur in presenti de iure adeundi, quod de-
lata hæreditate est quæsitum hæredi de pre-
8 senti, * vt in *l. 1. & per tot. ff. de acquir. hæred.*
& late post *Bart. in l. is potest num. 12. & ibi
Doctores communiter eod.* & probat *text. in d. l. 3.
in fin. C. de instit. et substit* & ibidem *Castren.
n. 3.* & communiter *Doctores* in *l. quod si dubitet
ff. de acquir hæred.* ergò dicitur ius formatum,
9 & in esse * productum de præsenti *Gomez vari-
ar. lib. 3. cap. 8. num. 1. vers. aduertendum ta-
10 men*, & propterea sicut istud ius adeundi *
transmittitur ad hæredes, prout transmittun-
tur omnia alia iura realia, & personalia, vt
late probat *Gomez loc. citato*, ità per eandem
11 rationem venit in obligatione, * cum sit ius
formatum, & in esse productum de præsenti,
vt dictum est.

Quantum attinet ad secundam inspectionem
fuit dictum D. Comitem Blanchinum, qui ha-
12 bet obligatum istud ius adeundi * posse pete-
re reuocationem repudiationis & ex *l. libertus
octuaginta 26. ff. de bonis libertor.* vbi Patronus
non potest petere legitimam si libertus habet
13 in bonis minùs, quam centum, * vndè si ha-
bet in bonis octuaginta, & ei legātur quadragin-
ta hæres liberti non potest repudiare illa qua-
14 draginta in præiudicium patroni * ex quo *te-
xtu*, & ex alio in *l. si mihi 12. ff. de legat. 1.*
distinguit *Bart. in d. l. si mihi num. 3.* quod aut
hæres liberti renunciat legatum factum ad cō-
15 modum alienum, * non cedit in commo-
dum suum, & non potest, aut repudiat ad cō-
modum suum, & incommodum alienum, &
potest * nisi constet de contraria mente de-
16 functi legantis, & hanc distinctionem *Bartoli*
cōmuniter esse receptam dicit *Iason in d. l. si mihi
in princ. num. 18.* & magis communem etiam
dicit *Couar. in cap. Raynaldus §. 3. num. 31. de
Testam.* vbi *numeris sequentibus* latè respondet
omnibus obiectis, quæ fiunt contra *Bartolum*,
in hoc autem casu repudiatio fit in præiudiciū
17 Creditoris, & non ad vtilitatem debitoris, *
vnde non tenet, & propterea potest reuocari.

Neque obstat, quod in terminis *d. l. liberto
18 octuaginta* ipse libertus potest repudiare legatū
vt notat *Dyn. & Raynaldus*, quos refert *Cu-
man. in l. qui autem num. 1. de his, quæ in fraud.
credit.* nam hoc procedit, quia in vita liberti
19 nulla est debita legitima patrono, * sed tantū
post mortem *l. si patrono ex debita 44. ff. de bo-
nis libertor.* & ideo nil mirum si potest repudia-
re *Soccin. sen. in d. l. si mihi ante num. 4. vers.
vnde puto Iason. num 22.* sed in casu nostro
viuente Creditore est quæsitum ius Creditori
stante obligatione iurium, ergo non militat
eadem ratio prout in dicto *textu*, & sic debitor
non potuit repudiare in præiudicium Credito-
20 ris, * vt in terminis dicit post *Salycetum* quē
allegat *Iason. in l. si mihi in princ. num. 19.* vbi
per dictam distinctionem *Bartoli* dicit, quod si
21 debetur quarta Parocho de legato, * si lega-
tum fiat fratribus Minoribus, non possunt il-
lud repudiare cum nullum commodum obue-
niat repudianti, sed solum damnum Parocho,
cui quarta debetur, sequitur *Couar. in d. cap. Ra-
ynaldus §. 3. num. 34. vers. 7. ex Bartolo de testa-
ment.*

Minus etiam obstat quod *edictum quæ fiunt
in fraudem Creditorum* non habet locum in
22 repudiatione hæreditatis * *l. qui autem 6. post
princ. vers. proinde ff. quæ in fraud. credit.* vbi li-
cet debitor non possit bona sua alienare in
23 fraudem Creditorum *, tamen potest repudiare
hæreditatem, vel legatum sibi relictum, & pro-
bat etiam *textus in l. si sponsus §. si maritus ff. de
donation. inter vir. & uxor.* & late *Franc. in decis.*
101. *per tot.* vbi in *additione* allegat concordan-
tes; nam huic motiuo fuit responsum, quod
dispositio illorum iurium non applicatur, quià
24 in dicta *l. qui autem* est prohibita alienatio, *
& diminutio patrimonij iam quæsiti, non ta-
men quærendi, vnde si hæreditas repudietur,
quæ poterat acquiri, cessat ratio illorum iu-
rium, vt *not. Alberic. in l. magis puto §. fundum
ff. de rebus cor. Cuman. in d. l. qui autem num. 2.
vers. sed quis diceret Gomez. variar. tom. 2. cap.
14. num. 14. Spino. de Testament. glos. 8. prin.
num. 8. vers. quare verus sensus*, quæ omnia
cessant in casu isto, quia cum Senator Linus
censeatur obligasse etiam istud ius adeundi,
vt supra probatum est non potuit illud repudia-
25 re * in præiudicium Creditoris, cui per di-
ctam obligationem erat ius quæsitum, cum ex
repudiatione solum damnum Creditori, non
26 autem vtile debitori obueniret * iuxta distin-
ctionem *Bartol.* supra relatam: Et hinc bene di-
cit *Io. Faber in §. manet num. 2. Instit. de socie-*

tat. quod *d l. qui autem* non habet locū quotiesc-
27 cumque procedit contractus super materia, * quæ obligat ad acquirendum secundum bonā fidem, prout in hoc casu stante obligatione prædicta iurium.

Et ita post maturam causæ discussionem fuit resolutum, vtraque parte informante.

ROMANA SCVTORVM 18000.

Lunæ 24. Ianuarij 1622.

ARGVMENTVM.

Papa quando signat commissionem per verbum *placet*, quid ex dicto verbo inferre intendat. In rescriptis gratiosis Papæ attenditur quid ipse rescribit, non autem extensio Regentis. Soluere, quando quis tenetur, prætium alicuius rei creditoribus prioribus, & potioribus, recte poterit illud deponere cum conditione expressa faciendi dictam solutionem, prout ipse est obligatus, & quando dictum depositum dicatur rite, & recte factum ad hoc, vt ipse remaneat liberatus.

SVMMARIVM.

1 *Iudex potest ordinare, vt fiat sequestrum.*
2 *Iudex si potest ordinare, vt fiat sequestrum, multo magis id poterit Papa.*
3 *Papa quando signat gratiam per verbum*, Placet, *denotat quod licet petita habeant dubium iuris, tamen cum simul habeant æquitatem, Papa facit gratiam propter dictam æquitatem & num. 4.*
5 *Verba*, & iustitiam faciat, &c. *posita in commissione videntur importare quatenus petita sint de iure.*
6 Crescent. decis. 1. de rescript. *procedit in rescriptis signatura iustitiæ, non autem gratiæ.*
7 *In rescripto gratioso Papæ non attenditur signatura Regentis.*
8 *Solutionem, si quis tenebatur facere Creditoribus anterioribus, si dubitetur de dicta anterioritate poterit ad se liberandum facere depositum.*
9 *Fideiussor, vbi dubitat soluere Minori propter beneficium restitutionis in integrum, si pecuniam deponat, perinde actionem mandati habet, vt depositum pecuniæ repetat, ac si pecunia verè soluta fuerit.*
10 *De feudo si duo contendant potest Vassallus, vel debitor retinere apud se debitum, donec decidatur, cui sit soluendum.*
11 *Depositum quando suffragetur deponenti.*
12 *Prætium rei emptæ, dum quis apud se retinere poterat, vt anterioribus creditoribus solueret, si deponat ad effectum &c. satisfacit.*
13 *Depositum rite factum dicitur, si citatis citandis pecunia fuerit depositata.*
14 *Depositum, vt valeat, requiritur, vt sit purum & absque vlla conditione extrinseca.*
15 *Depositum vt validum sit, requiritur, vt integrum sit.*
16 *Creditor, si quis adhuc non sit, nihil petere nequit.*
17 *Depositum prætij alicuius rei venditæ, quando fit ad effectum illud soluendi anterioribus Creditoribus, vt valeat, sufficit citare principales Creditores.*
18 *Depositum quando per necessariam consequentiam dicatur per creditorem acceptatum.*
19 *Depositum quando fuit per partem acceptatum, tunc suffragatur quamuis sit inualidum.*
Et ad hunc effectum sufficit, quod acceptatio fuerit tacita, vel expressa.
20 *Citatio cum respiciat solemnitatem in fauorem citandi, ideo ei quis potest renunciare.*
21 *Depositum non dicitur conditionale, ita vt non valeat quando conditiones appositæ sunt ex lege contractus.*
22 *Cautionem de restituendo prioribus, & potioribus, debet præstare is, cui est facienda solutio propter interesse aliorum creditorum, qui comparere possunt.*
23 *Depositum recipit conditiones intrinsecas.*

DECISIO MCCCXLV.

ROta ordinauit sub *die 15. Decembris præteriti*, vt videretur super validitate depositi. Huius dubij resolutio pendet ex duobus. Primo an esset locus deposito. Secundo quatenus sic, an ritè fuerit factum. Quantum attinet ad primum fuit resolutum esse locum deposito,
1 cum hoc Papa concesserit, * quia sicut Iudex potest ordinare, quod fiat *Roland. cons. 63. num. 2. vers. tertio accedit vol. 1. Alex. cons. 75. num. 6. lib. 7.* multo magis summus Pontifex
2 faciendo gratiam potuit concedere, * quod fiat, nam fuit supplicatum *Fel. rec. Clementi VIII.* vt ad tollendum omne dubium, data cedula bancaria per principalem cum promissione de soluendo Creditoribus iuxta gradum ipsis assignandum committeret Auditori Cameræ, vt causam graduationis cognosceret, & Papa commissionem simpliciter signauit per verbum *placet*, quæ signatura per verbum *placet* denotat, quod licet petita habeant du-
3 bium iuris, * tamen cum habeant simul æquitatem, Papa facit gratiam propter d. æquitatem, vt declarat *Alphonsus Soto in Regul. Cancell. 25. num. 13. vers. sed quando occurrit*, vbi si occurrit dubium iuris, cum interpretatio
4 spectet ad Papam, * recurritur ad illum, qui si dubium desiderat æquitem, signat commissionem per verbum *placet*, & quamuis in hac commissione in signatura Regentis adsint ver-
5 ba *& iustitiam faciat*, * quæ videntur importare quatenus petita sint de iure *Cresc. decis. 1. de rescript.* tamen *Crescentius* loquitur in rescri-
6 pto signaturæ iustitiæ, * hic autem versamur in rescripto gratioso Papæ, in quo non atten-
7 ditur signatura Regentis, * vt declarat *Seraph. decis. 922. num. 4.*

Sc-

Secundo licet facere prædictum depositum, quia cum Excellentiss. D. Princeps esset obligatus soluere creditoribus descriptis in lista iuxta formam instrumenti, immo & dum extabant pecuniæ penes ipsum tenebatur soluere anterioribus creditoribus si apparuissent, prout apparuerunt, vt fuit resolutum in *hac causa 16. Iunij 1615. & 7. Aprilis 1617. coram me*, cum dubitaretur de creditorum anterioritate po-
8 tuit D. Princeps ad se liberandum facere* prædictum depositum *l. qui mutuam. 56. in princ. vers. fideiuss. ff. mandat l. fideiussor qui 65. ff. de fideiuss.* vbi cum fideiussor minori soluere dubitat propter beneficium restitutionis in inte-
9 grum,* si pecuniam deponit perinde actionem mandati habet, vt depositum pecuniæ repetat, ac si soluta vere sit *Aym. conf. 705. num. 8. Rimin. iun. conf. 666. num. 43.* & fuit dictum in causa *Romana Census 2. Aprilis 1607. coram R. P. D. meo Manzanedo*, & in puncto fuit resolutum in causa *Lauretana bonorum 16. Iunij 1614. coram Illustrissimo D. meo Cardinale Sacrato*, in qua allegatur *decisio Boery 106.* qui firmat, quod quando duo contendunt de aliquo
10 feudo,* potest Vassallus, vel debitor retinere apud se debitum, donec decidatur, cui sit soluendum, & ideo Excellentissimus D. Princeps meliorem fecit conditionem creditorum de-
11 ponendo, cum penes se posset retinere,* & sic depositum illi suffragatur *ad tex. in l. si quis mihi bona 25. §. sed si mandauit ff. de acquir. hered.* & in indiuiduo, quod si quis potest apud
12 se retinere, si deponat, quod satisfaciat* *Soccin. Sen. conf. 80. vers. quinimo satis erat lib. 3.*

Quantum attinet ad secundam, an depositum fuerit rite factum affirmatiue pariter fuit resolutum, cum factum fuerit citatis credito-
13 ribus, prout de iure requiritur* *Rolan. conf. 63. num. 31. lib. 1. Curt. Sen. conf. 28. in princ. lib. 1.* & sit purum, & absque vlla conditione
14 extrinseca* *Soccin. Sen. conf. 80. num. 3. vers. sed ad cauthelam lib. 3. Grabr. conf. 56. num. vlt. Alex. conf. 7. num. 9. vers. & præsertim lib. 2.* ac etiam sit integrum quoad prætium, quod
15 remansit in manibus* Excellentissimi Principis, dum apparuerunt anteriores Creditores *l. actor 41. §. Lutius ff. de vsur. l. obligatione 9. C. de solution. l. acceptam 19. C. de vsur. Alex. d. conf. 7 num. 9. lib. 2.*

Non obstat, quod non fuerit citatus D. Dux Poli, quia tunc ipse non erat creditor, cum
16 esset fideiussor DD de Vrsinis,* pro quibus adhuc nihil soluerat, & propterea a D. Principe nihil petere poterat *Alex. conf. 199. num. 3. lib. 7. Bart. in l. facere num. 3. ff. solut. matr.*
17 & su ficit, quod fuerint citati* principales creditores *l. mora rei 83. ff. de verb. oblig. Bart. in l. centum capue num. 8. ff. de eo, quod cert. loco Peregrin de fideicom art. 8. num. 46.* Et cessat omnis difficultas, cum D. Dux acceptauerit de-
18 positum* ex quo die 2. Nouembris 1596. protestatus fuit, quod pecuniæ non soluerentur D. Lucretiæ Saluiatæ, sed quod eius loco Domini census graduarentur, vnde in necessarium antecedens dictum depositum acceptauit,
19 * quare & si inualidum fuisset, suffragatur, cum sufficiat ad hunc effectum, quod tacite, vel expresse acceptetur *Aym conf. 106. num. 2. Surd. conf. 86. in fin.* quod maxime procedit cum agatur de sola citatione, quæ respicit solemnitatem in fauorem citandi, cui pars re-
20 nunciare potest* *Oltrad. conf. 237. num 5.*

Neque etiam obstat, quod depositum fuerit factum cum conditione, quod solueretur anterioribus, & data cautione de restituendo prioribus, & potioribus, quia depositum potuit ha-
21 bere istas conditiones,* cũ sint conditiones ex lege cõtractus, & cautioné de restituẽdo prio-
22 ribus debet præstare is,* cui facienda est solutio propter interesse aliorũ creditorũ, qui cõparuerant *l. pater dotem in princ. & in §. cum Patri filius vers. si forte per errorem ff. de dote prælegata*, & ideo supradictas conditiones depositum re-
23 cipit* *Bald. in l. acceptam in 4. quæst. C. de vsur. Aym. conf. 705. num. 13.*

Et ita, &c.

Præsens decisio fuit confirmata die 23. Iunij 1623.

BONONIEN. AFFRANCATIONIS.

Mercurij 26. Ianuarij 1622.

ARGVMENTVM.

Emptionis, & venditionis contractus vt dicatur fœneratitius ex eo, quia fuit factus cum pacto de redimendo, requiritur, vt adsit modicitas pretij, & ad hunc effectum qualis modicitas sit necessaria, nec non in his terminis ad quid habendus sit oculus, dum constituitur verum prætium rei. Administrator licèt non admittatur ad emendam rem, quam administrat, tamen quando id non habeat locum.

SVMMARIVM.

1 *Contractus emptionis, & venditionis est receptissimus tàm de iure ciuili, quàm canonico & num. 2.*

3 *Emptionis, & venditionis contractus potest esse fœneratitius, si cum pacto de redimendo adsit modicitas pretij.*

4 *Emptionis contractus, vt dicatur fœneratitius ex pacto de redimendo, vnà cum modicitate pretij, requiritur, vt emens sit solitus fœnerari secundum* Bald. *quæ tamen opinio non est vera, & contrarium sensit* Rota *& num. 5.*

6 *Pretij modicitas, ad hoc, vt faciat præsumere contractum emptionis esse fœneratitium, stante pacto de redimendo, requiritur vt sit vltra dimidiam iusti pretij.*

7 *Sed si coniectura concurrerent pro vsura, non requiritur, vt sit vltrà dimidiam, & sufficit etiam vsque ad tertiam partem num. 9.*

8 *Pretij modicitas in contractu emptionis facto cum*

pacto de redimendo, ad hoc, vt præsumatur fœneratitius, vsque ad quam summam ascendere debeat, non est taxata quantitas.

10 *In prætio iusto constituendo, ad hoc, vt in contractu emptionis facto cum pacto de redimendo, ex modicitate dicti prætij præsumatur vsura, est habenda ratio d. pacti de redimendo, cum minuat de valore rei.*

11 *Pactum de redimendo minuit valorem rei circa quartam partem prætij.*

12 *Pactum de redimendo tunc minuit valorem rei circa quartam partem, quando pactum est perpetuum.*

13 *Pactum de redimendo, quando est temporale, eo casu minuit valorem rei circa sextam partem prætij.*

14 *Valor rei venditæ minuitur, si sit subiectum solutioni alicuius canoniæ, vel census.*

15 *Prætium rei venditæ minuitur, si fuerit vendita sine cautione de euictione, & num. 17.*

16 *Periti, vt probent valorem rei, debent eam æstimare secundum communem æstimationem.*

18 *Contractus emptionis, vt dicatur fœneratitius si cum pacto de redimendo concurrat modicitas prætij, valor rei debet æstimari secundum tempus venditionis.*

19 *Venditio quod fuerit facta pro falso credito, hoc nihil operatur quoad emptorem.*

20 *Administrator non admittitur ad emenda bona, quæ administrat, & hoc maximè si emerit occultè per interpositam personam & num. 21.*

21 *Intellige tamen id non releuare, si nullatenus erat administrator de tempore emptionis & num. 22. in fin.*

22 *Emptio quando fuit facta palam, & sic bona fide tunc etiam Administrator bonorum venditorum potest emere.*

23 *Emptio licèt sit facta per interpositam personam non tamen ex hoc sequitur, quod fuerit facta clam, & in occulto.*

24 *Emptor quando non est particeps doli venditoris, id emptori nullatenus nocere debet.*

Dolus tertij non debet annullare contractum n. 24.

25 *Adimplere aliquid, si quis contrahenti promittat, ac cum iuramento se obliget, dum id non adimplet, non est audiendus.*

Periurium vitiat contractum num. 25.

26 *Contrahens simul stare potest, quod ex vno contractu inciderit in periurium, & tamen alius contractus diuersus substineatur.*

DECISIO MCCCXLVI.

DVbium originale in hac causa fuit, an emptio medietatis prædij D. Emiliæ factæ per D. Maluasiam sustineatur, & habet duas inspectiones principales, prima an contractus sit vsurarius, itá vt venditio non sustineatur, cum dicta medietas prædij fuerit vendita prætio *lib.* 4000. cum pacto redimendi infra quinquennium; secunda inspectio est, an contractus quatenus non sit vsurarius, nihilominus ex alijs defectibus corruat.

Quantum attinet ad primam inspectionem, contractum, de quo agitur, receptissimum es-
1 se tam de iure Ciuili,* quam de iure Canonico testantur *textus* expressi, de iure quidem ciuili *l. qui fundus la 2. ff. de contrab. empt. l. sterilis §. si tibi ff. de act. empt. l. si vir vxori ff. de*
2 *præscr. verb.* De iure autem canonico,* vt in *cap. apud nostram de empt. & vendit. cap. conquestus de vsur. Archid. in cap. plerique 14. quæst. 3. num. 1. Ancb. cons. 30. num. 4. & 10. Alex. cons. 28. num. 3. & 4. lib. 5. & cons. 252. num. 1. lib 6.*

Potest autem esse fœneratitius si cum pacto
3 de redimendo adsit modicitas prætij * *Bald. cons. 10. num. 25. & 42. vers. 3. non obstat lib. 3.* qui alios allegat, & de communi testatur pluribus relatis *Modern. comm. opin. quæst. 1029. incip. contractus emptionis*, & licet *Baldus* vlterius requi-
4 rat, quod emens solitus sit fœnerari * vt in *cons. 359. in fin.* vbi testatur de communi *lib. 5.* & in *cons. 361. num. 2. eod. lib. 5. Alex. cons. 109. num. 17. lib. 4.* vbi de magis communi opinione, & post eum *Dec. in cons. 308. antè num 5. vers. sed ad hoc responderi potest*; tamen á priori senten-
5 tia, quæ vult sufficere modicitatem prætij,* & pactum de redimendo non est recedendum, cum eam semper Rota secuta fuerit vt per *Cassad. decis. 1. num. 1. de vsur.* & fuit resolutum in causa *Imolen. bonorum 16. Iunij* 1595. *coram Orano*, & in causa *Bonon. de Ballis* 19. *Martij* 1607. *coram Reuerendissimo Lugdunen.* & in *Turitana palatij* 5. *Maij* 1604. *coram D. Episcopo Attrebaten.*

Modicitas autem prætij regulariter loquẽdo
6 debet esse vltra dimidiam iusti prætij * *Ancb. cons. 9. num. 2. vers. 5. etiam, & vers. 2. ex paruitate Roman. cons. 304. in prin. Dec. cons. 151. num. 3. lib. 4. Franc. Marc decis. 484. num. 30. par. 1.* & fuit dictum in causa *Banonien. de Ballis*, sed si adsunt coniecturæ, licet læsio non sit vltrá dimidiam,*
7 nihilominus contractus iudicatur fœneratitius *Paris. cons. 34. nu. 69. lib. 1. Afflict. decis. 40. num. 19. post med.* vbi quod á iure non est taxata cer-
8 ta quantitas, * & fuit resolutum in causa *Placentina vsurarum prima Maij* 1584. *coram Sanmem. Clemente Octauo*, & quod stantibus conie-
9 cturis sufficiat læsio vsque ad * tertiam partem fuit dictum in causa *Romana Palatij de Incoronatis prima Iunij* 1563. *coram Vice Comite*, & quod sine modicitate prætij sufficiant aliæ coniecturæ dicit *Rol. cons. 40. num. 42. lib. 2.* & fuit dictum in causa *Mediolanen pecuniaria 22. Ianuarij* 1593. *coram Illustr. D. Cardinali Millino*.

In constituendo autem iusto prætio haben-
10 da est ratio pacti de redimendo,* quod recipit æstimationem, itaut diminuat de valore rei *Abb. in cap. aliquibus num 2. & 3. de decim. Soccin. cons. 57. num. 49. lib. 4. Dec. cons. 308. num. 3. Couar. variarum lib. 3. cap. 10. num. 1.* & tennit *Rota in causa Romana Domus* 15. *Ianuarij* 1558. *coram Orano*, & in allegata Causa *Bononien de Ballis* 19. *Maij* 1607. *coram Illustrissimo Lugdunen.* & hoc pactum minuere valo-
11 rem circa quartam partem * dicit *Soccin. sen. cons. 15. nu. 15. in fin. lib. 1. Maluas. cons. 106. num. 11. Surd. 276. num. 21. Ioseph decis. Perusin. 92. nu. 3. & seq. Tiraq. de retract. conuent. in præfat. num. 20. Couar. c. 10. num. 1. lib. 3.* & fuit dictum in prædicta *decis. Bonon. de Ballis*
Quod videtur verum, quando pactum est per-
12 petuum * *Antonius de Burgos in repet. c. ad no-*

stram

ſtram num. 45. *de empt. & vend.* quem allegat *Tiraq. de retract. conuent. in præfat. nu.* 26. *Bertaz. conſ. crim.* 229. *num.* 10. *lib.* 1. Quando autem eſt temporale, prout in hoc caſu, de-
13 bet æſtimari circa ſextam partem * *Rota deciſ.* 4. *&* 6. *nu.* 5. *par.* 1. *in recent.* & eſt etiam habenda ratio, ſi prædium eſt ſubiectum ſolutio-
14 ni alicuius canonicæ, vel cenſus * *Surd. conſ.* 452. *num.* 77. prout etiam æſtimandum ſi prædium venditum fuerit ſine cautione de euictio-
15 ne * prout fuit factum in hoc caſu *Bart. in l.* 1. §. *ſi hæres nu.* 3. *ff. ad Treb. & ibidem Iaſ nu.* 9. *Rip. num.* 27. *&* 28. *Pinell. de reſcind. vend. in l.* 2. *part.* 3. *num.* 24. *&* 25.

Ad rem igitur noſtram ſi in hoc caſu attendamus pactum cum modicitate prætii, vel pactum cum coniecturis, nihil deducitur propter quod contractus debeat fæneratitius iudicari; Nam quantum ad primum, modicitas
16 prætij non probatur; Primo quia Periti * non æſtimarunt prædium ſecundum commuuem æſtimationem prout fieri debuiſſet *Bart. in l. pretia rerum* §. *non nulla ſub un.* 2. & *ibi Alex. num.* 11. *ff. ad falc. Seraph. deciſ.* 1377. *num.* 2. *Card. Manc. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 4. *tit.* 20. *num.* 4. *Rota deciſ.* 20. *num.* 5. *par.* 2. *in recent.* nec etiam habuerunt rationem, quod bona fuerint empta ſine cautione de euictione,
17 * quæ minuit prætium rei, vt ſupra dictum eſt, nec minus æſtimarunt valorem bonorum iuxta tempus venditionis, quod eſt attendend.
18 * *l.* ſi *voluntate C. de reſcind. vend. Cephal. conſ.* 563. *num.* 48. *Aym. conſ.* 144. *nu.* 16. *Menoch. conſ.* 358. *num.* 13. *Caputaq. deciſ.* 264. *num.* 8. *par.* 3. & hæc omnia fuerunt latè conſiderata in cauſa *Albanen. bonorum* 15. *Martij in princ. anni coram R. P. D. meo Remboldo* & latè deducitur in *hac cauſa coram R. D. meo Archiepiſcopo Seleucie.* Quo vero ad coiecturas nullæ oſtenduntur, quæ ſubſiſtant: Nam quod venditio facta fuerit pro falſo credito, quic-
19 quid ſit de hoc nihil ad emptorem, * vt infra dicetur, cum ex hoc reſpectu emptoris non poſſit induci aliqua ſimulatio.

Quantum attinet ad ſecundam inſpectionē, an cenſus ex alijs defectibus corruat. Primo dicebatur corruere, quia emptio facta fuit à Comite Maluaſia ſuppoſita perſona D. Pauli Zambeccarij, qui Comes cum eſſet adminiſtrator non poterat admitti ad emendum dicta
20 bona * *l. in emptore* 34. *in fin. ff. de contrah empt.* maximè cum emerit occultè, ſcilicet per in-
21 terpoſitam perſonam * *Gloſ. fin. in d. l. ſi emptione verſ. non poteſt*; ſed fuit reſponſum non probari, quod de eo tempore Comes Maluaſia eſſet adminiſtrator, & ſi probaretur non releuare, cum emptio fuerit facta palam, & ſic
22 bona fide * dicta *gloſ. fin. in l. ſi emptione ff. de contrah. empt. Soccin. Sen. conſ.* 87. *num.* 5. *lib.* 1. *Menoch. præſumpt.* 80. *in fin lib.* 3. & eſt communis opinio, vt per *Gregor. Lopez in l.* 4. *tit.* 3. *par.* 5. *gloſſ.* 9. & licet facta fuerit per interpoſitam perſonam, non indè ſequitur, quod fue-
23 rit facta clam, & in occulto, * Et ceſſat omnis difficultas, ex quo finita adminiſtratione de anno 1606 Æmilia huiuſmodi venditionem ratificauit.

Secundo, & tertio dicebatur venditionem dolo malo fuiſſe factam cum Rugerius ſe ſimulauerit creditorem hæreditatis, quia quicquid ſit de hoc, cum Comes ſoluerit prætium, nec fuerit particeps fraudis dolus tertij non annul-
24 lat contractum * *gloſſ. in l. ſi dolo verbo aduerſarij C. de reſcind. vendit. l. & eleganter in princip. ff. de dolo.*

Vltimo loco dicebatur, quod Comes promiſerat Sereniſſimis Ducibus Ferrariæ, & Mutinæ facta per illos declaratione reſtituere Aemiliæ bona ſua non diminuta, vnde cum hoc facere minimè curauerit, imo mouerit litem,
25 incidit in periurium * quod contractum vitiat *Gabriel. in tit. de iure iur. concluſ* 1. quia quicquid ſit de hoc, non pertinet ad præſentem diſputationem, in qua non agitur de emptione bonorum omninò ſeparata à promiſſionibus
26 factis cum iuramento, * & propterea ſtant ſimul, quod Comes incidere potuerit in periurium ex alio contractu, & nihilominus, quod contractus, de quo agitur, ſuſtineatur.

Et ita &c.

BONONIEN. TRANSACTIONIS.

Mercurij 26. Ianuarij 1622.

ARGVMENTVM.

Articuli dicuntur releuantes, dum pro ſuſtinenda alienatione bonorum Eccleſiæ articulatur illius vtilitas & ideò non poteſt denegari remiſſoria, quæ in cauſis prophanis datur etiam ſine fumo.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa quæ non eſt ſuper titulo beneficij dicitur prophana.*
2 *Remiſſoria in cauſis prophanis datur ſine fumo, dummodò articuli ſint releuantes.*
3 *Vtilitas eſt cauſa finalis alienationis bonorum Eccleſiæ, cum intentio Papæ ſit, vt alienatio cadat in vtilitatem Eccleſiæ, & nihil aliud curat.*
4 *In gratia ſi in euidentem non attenditur ſubreptio, quando non eſt circa vtilitatem, ſecus ſi reſpiciat vtilitatem.*
5 *Quando pars ſine veri præiudicio vult habere articulos pro probatis auditur ſuper ſubreptione.*

DECISIO MCCCXLVII.

FVit reſolutum dandam eſſe remiſſoriam, quia cum cauſa ſit prophana, hoc eſt non
1 ſit ſuper titulo Beneficij * *Verall. deciſ.* 99. *lib.* 1. *Mantic. dec.* 374. *num.* 1. ſemper datur remiſſoria abſque fumo, dummodo articuli ſint
2 releuantes * *Cæſar de Graſſ. dec.* 1. *numer.* 10. *de dilatio. Verall. deciſ.* 78. *par.* 3. *Put. deciſ.* 324. *in fin. lib.* 2. *in nouis.* Releuantia autem hic videtur

tur clara, cum articuletur in huiusmodi alienatione bonorum Eccleſiæ interueniſſe vtilitatem, quę eſt cauſa finalis alienationis, * quia intentio Papę eſt, vt alienatio cedat in vtilitatem Eccleſiæ, & nihil aliud curat *Soccin. Sen. conſil.15. num.51. lib.1. Ruyn. conſ.157. numer. 25. & 26. lib.1. Dec. conſ.142. Seraphin. deciſ. 443. num.2. & dec.480. num. 2. & 508. num. 10.* & fuit dictum in cauſa *Romana domus* 10. *Decembris* 1588. *coram Bubalo*.

Neque obſiciunt ſubſcriptiones allegatę, quia in gratia *ſi in euidentem*, non attenditur ſubre-
4 ptio, * quando non eſt circa vtilitatem; ſecus quando reſpicit vtilitatem, quia tunc gratia vitiatur *Dec. d. conſ.142. num.6. Seraphin. d.deciſ.443. & 508. Soccin. Sen. conſ.15. nu. 1. lib.1.* & fuit dictum in allegata *Romana domus*; & in omnem euentum dixerunt Domini, quod ſi pars ſine veri pręiudicio vult habere articulos
5 pro probatis, * audiatur ſuper pretenſis ſubreptionibus.

Et ita concluſum, &c.

PERVSINA HAEREDITATIS.

Lunæ 31. Ianuarij 1622.

ARGVMENTVM.

Pars an cēſeatur renunciaſſe appellationi ſi ſe obliget, ac promittat ſtare ad omne mandatum iudicis, & reſolutio eſt affirmatiua, ideoque lata in hoc caſu ſententia cum non intret appellatio, nihil remanet niſi vt executioni demandetur, idque verum intellige, quando iudicis certa perſona non fuit contemplata, quia quando daretur talis contemplatio, tunc ſi ſententia lata ſit à diuerſo iudice, non intrat dicta obligatio.

SVMMARIVM.

1 *Promittens, & obligans ſe ſtare ad omne mandatum Iudicis cenſetur renunciare appellationi.*

2 *Partes, dum ſe obligant ſtare ſententiæ ferendæ per Iudicem, videntur renunciaſſe appellationi.*

3 *A ſententia ſi appellare nequeat pars, nihil ea poſt ſe expectat, quam vt debitæ executioni mittatur.*

4 *Rota non exequitur ſententias aliorum Tribunalium, niſi docto de iuſtitia.*

5 *De bonis mobilibus fideicommiſſo ſubiectis non eſt agendum poſt annos 60. cum longe ante præſumantur conſumpta.*

6 *Sententia eſt indiuidua, & ideò ſi ſit permiſſa appellatio quoad vnam partem cenſetur etiam permiſſa, quoad alteram, & num.7.*

7 *Aegidianæ non eſt locus, quando in cauſa adeſt aliqua perſona Eccleſiaſtica.*

8 *Sententiæ tot eſſe præſumuntur, quot ſunt capitula ſeparata.*

9 *Fructus veniunt appellatione bonorum mobilium.*

10 *Promittens ſtare ad omne mandatum Iudicis, an iſta obligatio cenſeatur reſtricta ad certam perſonam Iudicis.*

11 *Promiſſio facta ſtandi iudicato, ad hoc euitandum parum iuuat mutatio Iudicis.*

12 *Ex facto ſuo quis non debet in alterius præiudicium lucrum reportare, & num.15.*

13 *Obligans ſe ſtare ad omne mandatum Iudicis cum expreſſione proprij nominis Iudicis, tunc ſi Iudex mutetur ceſſat obligatio.*

14 *Iudicis certam perſonam non videtur quis contemplaſſe, ſi nomen officij tantum expreſſerit.*

DECISIO MCCCXLVIII.

HOc dubium, an ſententia R.P.D. Montij ſit exequenda quoad mobilia, duas habet difficultates. Prima eſt, an in hoc caſu cenſeatur renunciatum appellationi; ſecunda quatenus ſic, an cenſeatur renunciatum appellationi à ſententia ferenda per R.P.D. Montium.

Quantum attinet ad primam difficultatem, cum Domini de Pinna promiſerint, & obligauerint cum iuramento reſtituere mobilia ad
1 omne mandatum Domini Gubernatoris * cenſentur renunciaſſe appellationi *cap. ad hæc 20. de appellat.* & ibi *Gloſſ. in verb. appellant* & *Franc. num.1. Alex. de Neuo num. 5. & 15. & Abb. in princ. Butr. in cap. quintauallis num. 19. de iureiur.* vbi ſi partes ſe obligant ſtare ſententiæ Iu-
2 dicis, videntur renunciaſſe appellationi * *Milis in repert. verbo ſi appellare non poteſt in addit. Ruginell. de appell. §.9. gloſſ.1. cap.1. num.25. & 44. verſ. tacitè Lantell. de attent. par. 2. cap. 12. ampl.2. num.14. & ſeq.* & ideò ſtante dicta re-
3 nunciatione, ſententia debet exequi, * cum nihil aliud poſt ſe, niſi executionem expectet *l.2. l. ſi vt proponis l. executorem C. de execut. rei iudic. l.1. ff. de re iudic.*

Non obſtat, quod Rota non exequatur ſententias aliorum Tribunalium, niſi docto de
4 iuſtitia, * quia hic non apparet huiuſmodi mobilia eſſe ſubiecta fideicommiſſo antiquo, & ſi doceretur in eodem fideicommiſſo adfuiſſe ſimilia bona, non releuaret, cum ſint lapſi 60.
5 anni, * & ideò præſumuntur conſumpta *l.mulier 5. ſed etiam ff. ad Trebell. Afflict. deciſ.27. Peregr. de fideicom. art. 10. num. 39. & ſeq.*

Neque etiam obſtat, quod ſententia ſit indiuidua, & ideò ſicuti eſt permiſſa appellatio
6 quoad ſtabilia, * quia non eſt locus Aegidia-
7 næ, cum perſona Eccleſiaſtica ſit in cauſa, * ita etiam debet dari appellatio quoad bona mobilia, quia cum ſententia ſit lata per capitula
8 ſeparata, tot dicuntur ſententiæ, * quot capita *Card. in cap. cum inter num.2. Bellam. numer.10. de re iudic. Caſtren. in l. 1. num. 8. C. ſi aduerſ. rem iudic. & ibidem Salic. num.3.*

Neque obſtare videtur, quod capitulum bonorum mobilium contineat etiam fructus, quia illi veniunt appellatione bonorum mobi-
9 lium * *Molignat. de appellat. verbor. num. 734.* & cum decretum, & obligatio ſit de bonis mobili-

bilibus, non videtur restricta ad mobilia domus.

Quantum attinet ad secundam difficultatem licet Domini de Pinna se obligauerint de restituendo ad omne mandatum Domini Guber-
10 natoris, * tamen non propterea sequitur in hoc casu, quod obligatio sit restricta ad mandatum Domini Gubernatoris, prout videtur disponere *text. in l. cum apud ff. iudicat. solu.* & ideò cum R.P.D. Montius fuerit per A.C. subrogatus in locum Domini Gubernatoris Peru-
11 siæ in prima instantia * perindè est, ac si coram ipso dicta obligatio facta fuisset *l. proponebatur 76. ff. de iudic. specul. de iudic. deleg. § excipi vers. sed quid si plures num. 23. Bart. in d. l. cum apud ad fin. in tertio casu Thesaur. decis. 202. num. 11.*

Et cessat omnis difficultas, quia Domini de Pinna obtinuerunt causam auocari, & committi R. P. D. Montio per A. C. vnde ex facto
12 suo * non debent in alterius præiudicium lucrum reportare *l. nam satis §. fin. ff quemadmod. seruit. ammitt. l. si quis in suo §. legis C. in offic. testam. cap. non debet de reg. iur. in 6. Surd. consil. 173. num.* 84. & in puncto est *decisio Veralli 67. incip. Angelus Episcopus in vers. Domini in d. causa Nucerina lib. 2. in manuscr.*

Neque obstat, quod quando nomen Iudicis
13 est expressum, contrarium videtur dicendum * *Menoch. cons 119. num. 9. & seq. Thesaur. d. decis. 202. num. 15.* Quia hic non videtur expres-
14 sum nomen Iudicis, sed solum nomen Officij,* scilicet Gubernatoris, vt considerat *Aegid. decis. 353.* & in omnem euentum, aut intrat subrogatio R.P.D. Montij, & expressio nominis Iudicis nihil facit per supradicta. Aut non intrat, & cum mutatio Iudicis facta fuerit ad in-
15 stantiam Dominorum de Pinna, * non debent ex facto proprio lucrum reportare, vt dictum est.

Et ita conclusum vna tantum parte informante, &c.

BONON. IVRIS PROHIBENDI.

Lunæ 31. Ianuarij 1622.

ARGVMENTVM.

Contra habentem ius prohibendi ex statuto vt ex illo Bononiæ exercitij certæ artis si promulgaretur sententia à qua fuerit interposita appellatio non potest pars appellatione pendente quidquam innouare; cætera ex Summario.

SVMMARIVM.

1 Statutum Bononiæ *prohibet ne intra viginta perticas extra Plateam, & intra tres in Platea apotheca eiusdem artis aperiatur.*

2 *Appellatione pendente nihil est innouandum.*

3 *Ius prohibendi acquiritur ex Statuto, prout ex priuilegio & consuetudine.*

4 *Ex sustentatione litis probatur possessio.*

Licentia obtenta exercendi artem à Statuto prohibitam probat illius artis exercitium nu. 4.

5 *Clausula sine præiudicio præseruat ius alteri quæsitum.*

DECISIO MCCCXLIX.

Fuit resolutum constare de attentatis, quia cum ex Statuto Defendius habeat ius prohi-
1 bendi, ne intra triginta perticas extra plateã* & intra tres in platea apotheca eiusdem artis aperiatur, & obtinuerit super hoc inhibitionem ab Auditore Generali sub die 27. Ianuar. 1620. qui licet posteà prounciauerit ad fauorem Berardini, & sociorum, tamen cum fuerit appellatum, & commissa causa appellationis Auditori Legati non potuit appellatione penden-
2 te aliquid innouari * *l. improba C. de acq. poss. cap. non solum de appellat. in 6.* eo magis quia ius Defendi ex Statuto proueniens est considerabile, cum prohibendi ius acquiratur ex Statuto, prout ex priuilegio, & consuetu-
3 dine * *Afflict. decis. 388. num. 5. & 7.* & fuit dictum in causa *Gerunden. Iuris piscandi* 8. *Nouembris 1599. coram bo. me. Iusto.*

Quod autem apotheca, de qua agitur, sit intra viginti perticas, satis patet ex relatione Periti, facta die 13. Februarij eiusdem anni, & quod fuerit aperta lite pendente apparet ex eo, quia ante litem motam in dicta apotheca exercebatur ars diuersa per diuersos artifices, vt patet ex relatione eiusdem Periti, & postmodùm 26. Aprilis 1621. post litem motam, dum eadem apotheca de ordine Iudicis visitaretur, repertum fuit, quod in ea exercebatur ars per artifices, de quibus agitur, inter quos cadit ius prohibendi, & licet non doceatur exerceri per Berardinum, & Socios, tamen hoc satis
4 probatur ex sustentatione litis, * & ex licentia exercendi hanc artem, obtenta per d. Berardinum à Collegio sub die 26. Ianuarij 1620. *Verall. decis. 369. par. 2. Cæsar de Graff. decis. 4. de restit. spoliat. Seraph dec. 415. num. 3.*

Non obstat licentia obtenta ab Illustrissimo Legato, quia fuit obtenta 5. Maij, & sic post aperitionem Apothecæ, & fuit concessa sine præiudicio Defendi, vnde fuit præseruatum ius
5 illius * *Put. decis. 34. lib. 2. & decis. 197. nu. 17. lib. 1.* & hinc meritò postea Illustriss. Legatus mandauit cognosci super attentatis, & sic clarè patet nihil in litis præiudicium concedere voluisse.

Et ita resolutum vna tantum parte informante.

MVTINEN. EMPHYTHEVSIS.

Veneris 18. Februarij 1622.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Ad hoc vt litteræ compulſoriales ſpeciales concedantur debet conſtare non ſolum de exiſtentia ſcripturæ, ſed etiam de intereſſe partis. Apoſtilla in margine Inſtrumenti appoſita abſque approbatione Notarij rogati probat, quando conſtat illius manu eſſe ſcriptam, licèt diuerſo atramento.

SVMMARIVM.

1 *Compulſoriales ſpeciales vt concedantur debet coſtare non ſolum de exiſtentia ſcripturæ, ſed etiam de intereſſe partis.*
2 *Compulſoriales litteræ non debent calumnioſè peti animo differendi negotium.*
3 *Compulſoria ſpecialis eſt ad inſtar remiſſoriæ.*
4 *Remiſſoria denegatur, quando articuli non ſunt releuantes.*
5 *Prout etiam quando calumnia eſt vehemens.*
6 *Apoſtillam in margine Inſtrumenti appoſitam eſſe ſcriptam manu Notarij rogati probatur ex relatione aliorum notariorum ad hunc effectum deputatorum.*
Apoſtilla in margine Inſtrumenti non cenſetur falſò appoſita à Notario rogato num. 6.
7 *Apoſtilla in margine Inſtrumenti appoſita probat abſque approbatione Notarii rogati, quando conſtat illius manu fuiſſe ſcriptam.*
8 *Amplia etiam ſi ſcripta ſit diuerſo atramento; maximè quando concurrit aliqua cauſa, quæ id ſuadeat num. 10.*
9 *Emphiteuſis non recipitur pro ſe ipſo tantum ſecundum communem ſtylum.*

DECISIO MCCCL.

FVit reſolutum litteras compulſoriales non eſſe concedendas quoad hunc effectum non ſolum debet conſtare de exiſtentia ſcripturæ, ſed
1 etiam de intereſſe partis * *Cot. deciſ. 378. Moder. de Iudic. lib. 2. cap. 11. num.* 840. nec debet calumnioſè peti animo differendi negoti-
2 um * *Caput. deciſ.* 169. *par. 1. Moder. dicto loco num.* 841. & merito quia compulſoria ſpecia-
3 lis eſt ad inſtar remiſſoriæ * *Verall. deciſ.* 177. *poſtquam data eſt lib. 1. in manuſcript. Seuerol. de remiſ. cap.* 10. *verſ. feram Modern dicto loco num.* 852. & remiſſoria denegatur quādo articuli nō
4 ſunt releuantes * *Verall. deciſ. 66. part. 3.* &
5 quando calumnia eſt vehemens * *Caſſad. deciſ. 3. num. 1. de dilat. Verall. deciſ. 59. part. 3.*
6 Irreleuantia hinc videtur clara, quia licèt in corpore inſtrumenti conceſſionis emphyteuſis adſint illa verba *locauit Berardino filio Ioannis Antonij Bottacci laico Mutinen.* & in margine adſint illa verba *preſenti prò ſe, & hæredibus ſuis quibuſcumque conducenti*, tamen cum illa apo-
6 ſtilla ſit manus Notarij rogati, * prout recognouerint tres Notarij in partibus iudicialiter deputati non eſt præſumendum, Notarium falſo ea verba appoſuiſſe, vt fuit in puncto reſolutum in cauſa *Peruſina fideicommiſſi 4. Maij 1609. coram me.*

Non obſtat, quod Notarius non atteſtetur ſe ſcripſiſſe dictam apoſtillam, quia cum conſtet de manu Notarij ſcribentis non eſt opus alia
7 approbatione *Caſtr. conſ. 131. num. 2. verſ. ſi conſtat, quia ſunt de manu eiuſdem Notarij lib. 2. Aym. conſ. 88. num. 2. & 4.* & fuit latè deductum in dicta cauſa *Peruſina fideicom. coram me*, in qua reſpondetur omnibus contrarijs.

Neque etiam obſtat, quod apoſtilla ſit ſcripta diuerſo atramento, quia de hoc non con-
8 ſtat, & ſi conſtaret, non releuaret * per ea, quæ in puncto dicit *Aym. dicto conſ. 88. num. 7.* & in omnem euentum cum hoc relinquatur religioni iudicantis, vt per *Brun. conſ. 95. num. 1. Menoch. de Arbitr. Iudic. lib. 2. centur. 2. caſu 187. num. 35. & 38. in fin.* omnis religio ſuadet, quod etiam ſi apoſtilla eſſet diuerſo atramento conſcripta deberet attendi, cum ſecundum communem ſtylum nullus recipiat emphiteuſim
9 pro ſe ipſo tantum, * vt fuit conſideratum in *deciſione in hac cauſa facta*, & ideo ex hoc tolli-
10 tur omnis ſuſpicio falſitatis * etiam quod apoſtilla diuerſo atramento eſſet conſcripta.

Et ita &c.

NEAPOLITANA MASSARIAE.

Lunæ 21. Februarij 1622.

ARGVMENTVM.

De legitimo Inuentario quando non dicatur conſtare.

SVMMARIVM.

1 *Copia copiæ nullam fidem facit.*
2 *Limita quando fuit producta in alia cauſa.*
3 *Declara limitationem procedere ſi tunc legitima ſcriptura fuiſſet producta, & ſufficientèr recognita.*
4 *Inſtrumentum, quod caret teſtibus, & regitu Notarij non probat.*
5 *Conſuetudo, cuius forma non fuit ſeruata, non ſuffragatur.*
6 *Inuentarium non dicitur legitimè factum dum apparet liſtam bonorum non fuiſſe datam eodem die Inuentarij.*

DECISIO MCCCLI.

VT morem gerem parti, propoſui cauſam, an ſcilicèt conſtaret de legitimo inuentario, & eum pars diù expectata non compareret; vnde ex deductis in alia *Deciſione* fuit reſolutum non conſtare de legitimo inuentario, quia
1 copia producta in Rota eſt copia copiæ, * quæ nullam fidem facit *l. ſancimus C. de diuerſ. reſcript.*

script l. procurator C. de eden. Doct. in Auth. si quis in aliquo C. eod. & in cap. 1. de fid. instrum. latè Couarruuias pract. qq. cap. 21. num. 4. vers. secundo hac exemplatio, & fuit resolutum in causa *Hispalen. decimarum de Aymont. 23. Martij 1612. coram S. D. Nostro.*

Neque obstat, quod istud inuentarium fuerit productum in alia causa, & ideò facit fidem
2 in ista vigore Innocentianæ, * quia conclusio procederet si tũc legitima scriptura fuisset pro-
3 ducta, & sufficienter recognita * ex *allegatis in alia decis.* & fuit resolutũ in dicta causa *Hispalen. decimarum.*

Vlterius visum fuit non constare de legitimo inuentario, etiam quod non ageretur de exemplo, cum instrumentum careat testibus, & rogi-
4 tu Notarij, * Nec suffragatur cõsuetudo Neapolitana, cum nõ fuerit seruata illius forma * *Bald.*
5 *in l. fin. num. 1. vers. & in Curia C. quæ sit longa consuetud. Dec. cons. 11. num. 16.* & deducitur in alia *decisione*.

Et tandem aliquibus ex Dominis non displicebat tertium fundamentum *decisionis*, cum appareat listam bonorum non fuisse datam eadem die inuentarij, * & licet actus sit reiterabilis, attamen cum debeat probari, listam fuisse datam de certo tempore, scilicet inuentarij sufficit, quia non probetur, quod tunc fuerit data ex *supra allegatis*, vt pleniùs deducitur in *alia decisione*.

Et ità conclusum vna tantum parte informante, &c.

Præsens decisio fuit confirmata die 15. Aprilis sequentis & 2. Decembris eiusdem anni.

ROMANA PRAETENSAE DEVOLVTIONIS DOMORVM.

Lunæ 21. Februarij 1622.

ARGVMENTVM.

Emphyteusim si quis obtinuerit pro se, & persona ab eo nominanda, dato, quod ea deueniat ad eius creditorem per subhastationem, &c. ipse creditor succedit in personam illius non solum quoad rem ipsam, sed etiam quoad conditiones, & pacta, ac Dominus directus dicitur approbasse talem translationem, si eius occasione recipiat laudemium. Hæredis institutio habet vim nominationis ad emphyteusim, & quid si emphyteuta habeat solum facultatem nominandi vnam personam, si instituat plures hæredes vtrum primus institutus censeatur nominatus, vel an proprietarius possit gratificari, cui voluerit.

SVMMARIVM.

1 *Creditor si succedat in bonis debitoris, dicitur successisse in locum, & personam ipsius, nedum quoad rem ipsam, sed etiam quoad conditiones.*
2 *Dominus directus dicitur approbasse subhastationem rei emphyteuticæ, dum ab eo, ad cuius fauorem res fuit deliberata, recipit laudemium.*
3 *Laudemium recipiendo proprietarius ab eo, qui emphyteusim habuit per subhastationem, videtur eum de nouo inuestire.*
4 *Et quamuis censeatur simpliciter consensisse subhastationi, tamẽ censetur consensisse iuxtà naturam vltimæ inuestituræ.*
5 *Emptor rei emphyteuticæ per subhastationẽ potest se tueri iure nominandi concesso eius debitori.*
6 *Inuestitura, facta pro se, & hærede semel nominando valet.*
7 *Inuestitura simpliciter à Domino concessa, intelligitur secundum formam consuetam.*
8 Decis. in Romana deuolutionis Domus 7. Maij 1599. coram bo. me. Penia *in quibus terminis loquatur.*
9 *Clausulæ generales non referuntur ad ea, quæ sunt specialiter conuenta.*
10 *Hæredis institutio habet vim nominationis ad emphyteusim.*
11 *Emphyteuta habens facultatem nominandi vnam personam ad emphyteusim, dum instituit plures hæredes, primus institutus censetur nominatus.*
12 *Et vtrum Dominus directus in hoc casu possit gratificari, cui voluerit.*

DECISIO MCCCLII.

Dubitaui, an esset locus deuolutioni domorum, quæ fuerant concessa in emphyteusim Laurentio ad eius vitam, & vnam nominationem tantum. Hoc dubium habet duas inspectiones. Prima est, vt videatur, an Propertius creditor Laurentij, ad cuius fauorẽ domus fuit subhastata, successerit in locũ Laurẽtij. Secundò quatenus sic, an cõstet de sufficiẽti nominatione.

Quantum attinet ad primam difficultatem, fuit dictum, Propertium successisse in locum, &
1 personam Laurentij, * itaut nedum domus ad ipsum spectauerit, sed etiam potuerit alium nominare iuxta tenorem inuestituræ factæ Laurentio, quia Rector approbauit subhastatio-
2 nem ad fauorem dicti Propertij, * recipiendo laudemium, & ideò censetur Propertium de
3 nouo inuestisse * *Gloss. in l. fin. in vers. æstimationis C. de iur. emphyt. Castrens. cons. 329. num. 2. vers. sed in casu nostro lib. 2. Vincent. de Franch. decis. 201. num. 3. Aufer. ad Cappell. Tolosan. dec. 279. num. 2.*

Non obstat, quod Rector consensit simpliciter subhastationi, quia nihilominus censetur consensisse iuxtà naturam vltimæ inuestituræ *
4 *Castrens. 191. num. 3. lib. 2. Hondcd. cons. 55. num. 44. lib. 1. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 34. num. 36. Caldas de renouat. emphyteos. lib. 1. q. 3. num. 3. & seq. Ruin. cons. 15. num. 11. lib. 1. Surd. cons. 440. num. 48.*

Neque est verum, quod prædicta procederent, quoad pacta circa Personas, & genera-

tiones, quia ista distinctio iure non probatur
& *Doctores* prædicti indistincte loquûtur, immo
expresse, quod emptor possit se tueri iure no-
5 minandi, * concesso primo inuestito dicit *Spe-*
culat. part. 4. tit. de emphyteusi num. 17. Nec *Be-*
ro. in cons. 106. *lib.* 2. contrarium dicit, quia
num. 1. firmat, quod inuestitura facta pro se,
6 & hærede semel nominando valet, * & *num.* 25.
firmat, quod inuestitura simpliciter à Prælato
concessa censetur concessa secundum formam
7 consuetam, * & quod personæ consuetæ dum-
taxat comprehenduntur: *Decisio* vero *bo. me.*
Penia in Causa Romana deuolutionis Domus 7.
8 *Maij* 1599. * loquitur in casu, quo erant vo-
catæ aliæ personæ, & fuerat recessum à pactis
primæ concessionis, & sic solitum erat altera-
tum, vnde licet in prima concessione esset da-
ta facultas nominandi non censebatur repetita
in secunda concessione, non obstantibus clau-
9 sulis generalibus, * cum non referantur ad
ea quæ specialiter fuerunt conuenta *l. talis scri-*
pturæ ff. de legat. 1, qui non est casus noster,
nec applicatur ad dubium, de quo agitur.

Quantum attinet ad secundam difficultatem
constat in hoc casu de sufficienti nominatione,
10 facta à Propertio per hæredis institutionem, *
quæ habet vim nominationis *Bar. in l. vnum*
ex familia §. *si vnum num.* 2. *&* *Bald. numer.* 3.
Cuman. num. 1. *ff. de legat.* 2. & fuit resolutum
in causa *Nonantulana Bonorum* 19. *Iunii* 1610.
coram Illustrissimo Domino Cardinale Sacrato,
quæ est *dec.* 249. *part.* 2. *in rec.* & in *Romana*
Emphyteusis 6. *Martij* 1595. *coram bo. me. Car-*
dinale Pamphilio, & in alia *Romana emphyteusis*
12. *Nouembris* 1612. *coram R. P. D. Caualerio*,
& in *Romana Domus ad Montem Iordanum* 29.
Maii 1589. *coram Brano*, & alias sæpissime.

Neque obstat, quod Propertius instituit
11 plures filios, quia primus institutus censetur*
nominatus *Caldas de iure Emphyteotic. lib.* 2.
ordin. quæst. 10. *num.* 38. *vers. cæterum* seu Re-
12 ctor poterit gratificari * *Iason. in l.* 2. *numer.*
208. *C. de iur. emphyt. Decian. cons.* 71. *num.*
6. *lib.* 3.

Et ita conclusum, &c.

BONONIEN. CAMBIORVM.

Veneris 25. *Februarij* 1622.

ARGVMENTVM.

Litteræ cambij, probatis debitis requisitis sine dubio executioni sunt demandandæ. Fideiussor, quãdo se obligat pro cambijs & recambijs, censetur non pro primis tantum cambijs se obligare, sed etiam pro secundis, cum recambium sit nouum cambium procedens à primo. *Statutum Bononiense* tollens robur litteris cambij, si infra annum non fuerint registratæ, procedit quando debitor iurauit se soluisse, alias non intrat.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ cambij sunt executioni demandandæ, quando concurrunt debita requisita.*

2 *Obligans se pro cambio, & recambio, obligatio non dicitur restricta ad primum cambium.*

3 *Recambium est nouum cambium procedens à primo cambio.*

4 *Obligans se ad aliquid, censetur se obligasse ad omnia, quæ consecutiue veniunt ab illo.*

5 *Noui nihil fit, quod exequendi gratia fit.*

6 Statutum Bononiense *infirmat, & tollit robur litteris cambij, si infra annum non fuerint registratæ, & quando procedat hoc statutum, numer.* 7.

7 *Statuti qualitate cessante, cessat quoque ipsum statutum.*

8 *Via executiua quando non dicatur vulnerata, & num.* 9.

10 *Fideiussor cambiorum non potest conueniri, si cambia non sint solidata cum ipso.*

11 *Limita tamen hoc, si fideiussor se obligauerit vti principalis principaliter, & insolidum.*

DECISIO MCCCLIII.

DOmini dixerunt primam sententiam, quæ
pronunciat litteras cambij esse exequendas,
esse iustam, & executioni debere demandari,
litteræ enim cambij sunt executioni mandan-
1 dæ, * quando concurrunt omnia requisita,
prout in hoc casu, *Bald. cons.* 348. *num.* 4. *lib.*
1. *Cardin. cons.* 153. *num.* 2. *Rota Ianuen. decis.*
2. *num.* 9. *Houded. cons.* 29. *num.* 7. *lib.* 2. *Se-*
raph. decis. 530. *num.* 7. *&* *decis.* 562. *num.* 2.
& fuit resolutum in causa *Romana litterarum*
cambij 12. *Martij* 1595. *coram Gipsio*, & alias
sæpius.

Non obstant in contrarium deducta. Non
primum quod litteræ fuerunt renouatæ pro
alijs nundinis, & sic cessat obligatio Caroli,
quia cum se obligauerit pro cambio, & recam-
2 bio, * obligatio non est restricta ad primum
cambium, quia recambium est nouum cam-
3 bium procedens à primo cambio, * vt per
Modernum de cambijs, & commercijs §. 1. *quæst.*
4. *num.* 38. & propterea etiam quod fuerit fa-
ctum recambium cum sit consecutiuum à pri-
4 mo cambio vigore pacti, * Carolus non cen-
setur liberatus *Bartol. in l. singularia num.* 10.
ff. si cert. Aym. cons. 666. *num.* 5. vbi quod ni-
5 hil fit noui, quod exequendi gratia fit * *Ce-*
phal. cons. 351. *num.* 23. *Decian. cons.* 11. *num.*
51 *Surd. cons.* 385. *num.* 15.

Non etiam secundum de *Statuto Bononiensi*,
6 quod infirmat, & tollit robur litteris cambij, *
si intra annum non fuerint registratæ, quia
statutum procedit, quando debitor iurauit se
7 soluisse, quod cum non fuerit factum, * cessan-
te ista qualitate statuti, cessat statutum *Ca-*
strens. cons. 44 *num.* 3. *vers. breuiter lib.* 1. be-
ne *Bart. in l.* 1. §. 1. *ff. ne quid in flumin. publ.*

Dec. conſ. 410. *num.* 29. *& conſ.* 222. *num.* 1. *in fin. & 2. Curt. Sen. conſ.* 73. *num.* 3. *verſ. quia vbi in aliqua*, vbi late.

Non obſtat tertium, quod via executiua fuerit vulnerata, quia ſecundus Iudex pronunciauit nouo modo videlicet, non ita de facili procedendum eſſe ad executionem ſententiæ
8 latæ occaſione littetarum cambij, * ſed in meritis procedendum eſſet, reſeruando ſibi cognitionem ſuper meritis. Nam cum hic non adſit abſolutoria ab impetitis quaſi pars non teneretur ad cambia, ſed voluit videre negotium principale, non videtur vulnerata via executiua, quia illam non improbauit iudex tan-
9 quam iniuſtam, * ſed dixit non ita de facili procedendum ad executionem per ea, quæ notat *Rota deciſ.* 321. *par.* 1. *& deciſ.* 132. *num.* 12. *part.* 2.

Non obſtat denique quartum ſcilicet fideiuſſorem nonpoſſe conueniri, cum cambia
10 non fuerint ſolidata cum ipſo, * nec ſuffragatur ſolidatio cum hæredibus principalis debitoris *Guttier. de tutel. cap.* 37. *num.* 27. *par.* 1. quia motiuum ceſſat, cum Carolus ſit obligatus vti principalis principaliter, & inſolidum
11 * *Munoz de Eſcobar. de ratiocin. cap.* 34. *num.* 8. & fuit reſolutum in *Bonon. Redditionis rationum* 27. *Iunij* 1606. *coram bo. me. Pæuia*.

Et ita concluſum, &c.

Præſens deciſio fuit reuocata die 13. *Februarij* 1623.

SABINEN. CASTRI MONTIS ROTVNDI.

Mercurij 2. Martij 1622.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum perpetuum, & abſolutum in familia, quando in aliqua re particulari per diuidentes cenſeatur inductum per prohibitionem eius alienationis extrà familiam, & quamuis per prohibitionem alienationis extrà familiã non cenſeatur inductum fideicommiſſum, tamen id non procedit, quandò ſumus in abſoluto fideicommiſſo, quod maximè procedit, ſtante parua affectione in re, ex qua familia denominatur.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum perpetuum, & abſolutum etiam in caſu mortis cenſetur inductum ſi prohibitioni alienationis fuerit adiecta cauſa.*

2 *Ex alienationis annullatione colligitur maximum adminiculum perpetui fideicommiſſi.*

Prout etiam ex deuolutione in non alienantes numer. 2.

3 *Fideicommiſſum dicitur reale, & abſolutum, vbi fuit prohibita alienatio Caſtri inſignis, & ex quo familia nuncupatur.*

4 *Fideicommiſſum non dicitur inductum ex ſimplici prohibitione alienationis extrà familiam.*

5 *Quæ concluſio non procedit, quandò ſumus in fideicommiſſo abſoluto, & perpetuo.*

6 *Alienatio prohibita quandò dicatur in omne tempus.*

7 *Alienatio ſi ſit prohibita in omne tempus, dicitur vniuerſaliter negatiuè prohibita.*

8 *Clauſula in fine poſita refertur ad omnia præcedentia.*

9 *Fideicommiſſum quandò eſt reale, eſt quoquè perpetuum.*

10 *Fideicommiſſum quando eſt reale, afficit omnes perſonas, & quoſcumque ſucceſſores.*

11 *Verbum* deſcendentes *cum ſit nomen collectiuum de ſui natura comprehendit omnes deſcendentes in infinitum.*

12 *Et hoc præſertim ſi ſint vocati deſcendentes maſculi.*

13 *Teſtator, dum voluit, vt bona conſeruarentur inter maſculos legitimos, & naturales, ſed deindè prohibeat alienationes extrà deſcendentes, eſt intelligendum de deſcendentibus maſculis.*

14 *Teſtamenti vna pars aliam declarat.*

DECISIO MCCCLIV.

Fvit reſolutum conſtare de fideicommiſſo ad fauorem D. Pauli Aemilij Iunioris, quià ipſe deſcendit à Paulo Aemilio Seniore vno ex diuidentibus, qui diuidentes conſtituerunt perpetuum, ſimplex, & abſolutum fideicommiſſum, tam in caſu alienationis, quàm mortis ad fauorem deſcendentium maſculorum legitimorum, & naturalium ipſorum diuidentium in Caſtro & Montis Rotundi, quod ſatis apparet ex verbis illis *Et per eſſere ſtato il Caſtello di Monte Rotondo anticamente, & principalmente trà queſti Signori &c. li parerebbe inconueniente, che fatta queſta diuiſione poteſſe per alcun tempo eſſer mai alienato fuori d'eſſi Signori diuidenti, e ſuoi deſcendenti maſchi legitimi, e naturali, e di legitimo Matrimonio nati, però conuengono di commun conſenſo, che la giuriſditione d'eſſo Caſtello con tutti i ſuoi membri, eccettuando ſolo &c. non poſſino in alcun tempo per qualſiuoglia cauſa, contratto, ò delitto, ò vltima volontà vſcire da eſſi Signori diuidenti, & ſuoi deſcendenti legitimi, e naturali di legitimo matrimonio nati* ex prædicta namque ratione adiecta prohibitioni alienationis cẽſe-
1 tur inductum fideicommiſſum perpetuum, * & abſolutum inter omnes deſcendentes, etiam in caſu mortis, vt in ſimilibus prohibitionibus tenent *Bart. & Doctores in l. qui Roma* §. *Cohæredes ff. de verbor. obligat.* & latè tradit *Couar. in cap. Raiuald. in princ. num.* 9. *de Teſtam. Molin. de primogen. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 16. & fuit reſolutum in cauſa *Peruſina de Bigazzinis* 14. *Nouembris* 1605. *coram bo. me. Litta* & in cauſa *Florentina de Detis* 3. *Decembris* 1607. *coram R. P. D. meo Manzanedo*, quæ eſt *deciſ.* 141. *par.* 1. *in recent.*

Corroborantur prædicta, tùm quia fuit a-

ctum, vt dicitur in eod. instrumento. *Che à
chi toccarà la proprietà con la possessione di detto
Castello ne sia Padrone solo per tanto tempo, per
quanto non cercarà trasferirla in altri, che nelli so-
pradetti, ò vno di loro quali in questo euento si ri-
seruino in detto Castello tutte l'attioni, e giurisditio-
ni, che ci hanno al presente, e quello à chi toccarà,
obliga di presente detto Castello à gl'altri Consor-
ti, e loro descendenti come sopra, & al presente
si costituiscono possederlo in nome loro;* ex ista enim
3 annullatione alienationis * colligitur etiam ma-
ximum adminiculum perpetui fideicommissi
*Ioan. de Anan. cons. 47. num. 8. vers. sed certè ego
pondero Corn. cons. 258. num. 3. vers. sed prædicta
non obstant. vol. 1.* prout etiam ex deuolutione
in non alienantes *Ruin. cons. 128. num. 9. & 10.
& cons. 208. num. 16. vol. 1. Alex. cons. 57. num. 1.
vol. 1. Decian. cons. 50. num. 12 vol. 1.* Tum quia
conuentum fuit, quod ille, in cuius portionem
Castrum obueniret, posset illud cum alijs de-
scendentibus permutare, ità vt bona remane-
rent libera, Castrum verò obnoxium dictis o-
3 bligationibus, vndè cum agatur de Castro, * ex
quo præcipuè hæc familia de Vrsinis de Mon-
te Rotundo nuncupabatur, satis arguitur ad
absolutum fideicommissum *Gloss. in l. quoties ver-
bo ab omnibus, & ibi Bald. num. 8. Castren. num. 4.
Ias. num. 5. vers. primò quando C. de fideicom. Ripa
in l. filius familias §. diui num. 4. ff. de legat. 1. Rota
decis. 231. num. 3. par. 2. in recent. & in dicta causa
Perusina de Bigazzinis.*

Neque obstat ex simplici prohibitione alie-
nationis extrà familiam non censetur inductũ
4 fideicommissum * *Peregr. de fideicom. art. 14. nu.
10. & seq.* Quia hæc conclusio non procedit in
5 fideicommisso absoluto, & perpetuo, * quale
est istud, vt patet ex suprà deductis, & vlteriùs
quod fideicommissum sit perpetuum, ità vt
nullo vnquam tempore possit Castrum aliena-
6 ri, * satis patet ex illis verbis *in alcun tempo,*
7 quæ comprehendunt omne tempus * *l. Codicil-
lis 91. §. institutio ff. de legat. 2. Rota decis. 14. num.
2. par. 2. in recent.* & sunt dictiones vniuersales
negatiuæ *Menoch. cons. 106. nu. 246. Verall. decis.
283. num. 2. par. 3. Cenedus Canonicar. quæst. singul.
76. Seraphin. dec. 843. num. 4.* Et cessat omnis
difficultas, quia propè finem instrumenti adest
clausula tenoris sequentis *Che tutti li Capito-
li contenuti nel presente instrumento s'intendino per
stabiliti, & inuiolabili in perpetuum &c.* quæ clau-
sula in fine posita refertur ad omnia præceden-
8 tia * *l. 1. & ibi Ias. num. 4. C. de liber. præter. Felin.
in cap. causam quæ num. 4. vers. Clausula refertur de
rescript.*

Cessat pariter omnis difficultas, quià fidei-
9 commissum est reale * ibi *Che detto Castello, e
suoi membri non possino vscire da essi Signori &c.*
vndè fideicommissum est reale ex *Bart. in l. peto
§. fratre num. 2. vers. dic ego ff. de legat. 2.* & ibi *Cu-
man. numer. 5. circa principium,* & propterea af-
ficit omnes personas, & quoscumque successo-
10 res * *Castren. cons. 77. nu. 5. vers. contrarium dico
lib. 1. Soccin. sen. cons. 250. in fine lib. 2. Mandel. cons.
93. num. 2.* & fuit latè deductum in dicta causa
Florentina de Detis 143. par. 1. in recent. sub nu. 4.
eoque magis cum sint vocati descendentes,
11 quod cum sit nomen collectiuum * de sui na-
tura comprehendit omnes descendentes in infi-
nitum *§. 1. auth. de hæred. ab intest. venien. Natt.
cons. 474. num. 20. lib. 2.* præsertim cum sint vo-
12 cati descendentes masculi, * vt latè deducitur
in dicta causa *Florentina sub num. 5. & 6.* & pa-
tet ibi *e suoi descendenti legitimi, e naturali,* quæ
verba sunt intelligenda de masculis, cum diui-
dentes voluerint conseruari bona inter mascu-
los legitimos, & naturales, vndè cum prohi-
13 beat alienari extra descendentes legitimos, * &
naturales, prohibitio intelligitur de masculis,
vt correspondeat rationi conseruationis, vna
14 enim pars testamenti declarat aliam * iuribus
regularibus.

Et ità conclusum &c.

Præsens decisio reuocata fuit die 29. Maij 1623.

LVCANA MOLENDINI.

Mercurij 2. Martij 1622.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria non datur absque contumacia in pa-
rendo.*
2 *Declaratoria non datur contra eum, qui tenetur
reficere molendinum, dum non liquet de altitu-
dine, & alijs qualitatibus murorum reficiendo-
rum.*

DECISIO MCCCLV.

FVit resolutum non esse dandam declarato-
riam, & sic persistendum in resolutis, ratio
decisionis fuit, quia non constat de contuma-
1 cia * DD. de Brachijs in reficiendo molendi-
num, sine qua declaratoria non datur *Abb.
in cap. 1. num. 10. de proc. Cassad. decis. 5. num. 7.
de constitut.*

Neque obstat, quod per sententiam Rota-
lem sint condemnati ad refectionem molen-
dini, quia nihilominus non constat de contu-
2 macia, * cum adhuc non liqueat de altitudine,
& alijs qualitatibus murorum reficiendorum,
de quibus constare deberet, vt possent dici esse
in mora, & sic contumaces *Seraph. dec. 433.
numer. 2.*

Et ita conclusum &c.

ARIMINEN. BONORVM

Veneris 4. Martij 1622.

AR-

ARGVMENTVM.

Immissus in Saluiano vt possit posteà deuenire ad subhastationem vel debet adire Signaturam Gratiæ, & obtinere rescriptum, vt procedatur ad subhastationem constito de vero credito, vel obtinere consensum ab eo, de cuius interesse principali agitur.

SVMMARIVM.

1 *Immissus in Saluiano non potest postea venire ad Subhastationem absque superioris expressa licentia.*

2 *Immissus in Saluiano vt postea possit deuenire ad subhastationem debet adire Signaturam Gratiæ, & obtinere rescriptum, vt procedatur ad subhastationem constito de vero credito iuxta quotidianum stilum. Ampl. num. 5.*

3 *In Saluiano sufficiunt summariæ probationes.*

4 *In iudicio ordinario probationes debent esse plenæ.*

6 *Filius naturalis potest prætendere alimenta ex ex fructibus hæreditatis Patris, non autem bona occupare.*

7 *Immissus in possessione censendus est vt possideat iure creditoris, & pignoris, non autem iure dominij.*

8 *Immissus in Saluiano vt possit deuenire ad subhastationem requiritur consensus illius, de cuius interesse principali agitur.*

DECISIO MCCCLVI.

Hortensia tanquam vocata ad fideicommissum Scipionis, egit contra Comites de Ricciardellis possessores bonorum S. Patrignani dicto fideicommisso subiectorum, & obtinuit, Quare causa deuoluta ad Rotam, fuit dubitatum. An constaret de bono iure Comitum de Ricciardellis, & *affirmatiuè fuit resolutum 15. Martij superioris anni*, quia cum Lucretia Amita dd. Comitum nupserit Matthæo filio Scipionis fideicommittentis, cũ haberet omnia eius bona hypothecata potuit agere contra bona, de quibus agitur, quæ fuerunt subhastata, & postea per emptorem ei cessa; Vnde ex hoc satis videbatur constare de bono iure dd. Comitum de Ricciardellis. Cæterum hodie reposita causa, *fuit recessum à decisis*, quia Lucretia egit vigore Saluiani contra Io. Paulũ filium naturalem testatoris, qui hæc bona possidebat, & obtinuit immitti: Vnde non
1 potuit venire ad subhastationem * absque superioris expressa licentia *Eugen. cons. 65. numer. 86. Rota diuers. decis. 43. numer. 2. vers. neque de iure p. 1.* Hinc inoleuit stylus, vt immissus vigore Saluiani adeat Signaturam Gra-
2 tiæ, * & obtineat rescriptum, vt procedatur ad subhastationem, constito de vero credito, & ratio est, quia in Saluiano, sufficiunt sum-
3 mariæ probationes, * quæ tamen in iudicio
4 ordinario debent esse plenæ * *Mandos. com. 18. super Saluiano verbo per vtile Saluianum ibi cognito igitur.*

Nec obstat, quod Lucretia habuit consen-
5 sum Ioannis Pauli filij naturalis testatoris, * quia testator reliquit ei alimenta, quæ præten-
6 dere poterat ex fructibus hæreditatis, * non autem bona occupare *Bartol. in l. fin. numer. 5. ff. de vsufruct. leg. Couarr. var. lib. 2. numer. 1. Surd. de alim. tit. 1. quæst. 30. numer. 1. & per totum.*

Et quamuis ipse fassus fuerit in confessione extraiudiciali fuisse immissum à Iudice vt alimenta consequeretur in dictis bonis, nihilominus immissio in dubio censenda est, vt possi-
7 deat iure creditoris *, & pignoris, non autem iure dominij *Afflict. dec. 373. numer. 2. & 3.* & propterea consensus Ioannis Pauli non potuit suffragari, sed requirebatur consensus Hortensiæ, de cuius interesse principali age-
8 batur, * vt probat *text. in l. 1. & ibi Bald. in princ.* ibi, *& si habet C. de pign. dat. sit.*

Non releuat consensus Pompei, & DD. de Diotaleuis hæredum Matthæi filij Scipionis testatoris, quia consensus Pompei non officit, cum ipse domum possideret, de qua non agitur, non autem possidebat hæc bona: Et quantum attinet ad consensum DD. de Diotalleuis, primo non constat ipsos esse hæredes Matthęi, secundo si constaret non releuat, tum quià Comites de Ricciardellis non sunt vsi huiusmodi consensu: tum quia non suffragabatur, quia ille erat restrictus quoad bona hæreditaria Matthæi, non autem quoad bona subiecta fideicommisso Scipionis qualia erant ista, etiam quod Matthæus haberet ius detrahendi legitimam, ex quo consenserant, quod assignarentur Ioanni Paulo loco pignoris, & iure creditoris, prout supra dictum est.

Non obstat transactio, quia non comprehendit bona, de quibus agitur, cum sit restricta ad scut. 437. & quamuis in narratiua habeatur mentio de istis bonis, attamen hoc fuit factum, non quia in dispositiua de illis esset agendum, cum sit restricta ad dictam summam, sed ad effectum enunciandi, quæ prius gesta erant, vt patet ex toto tenore transactionis.

Et ita &c.

Præsens decisio fuit cõfirmata die 5. Martij 1627. & 23. Febr. 1628.

FERRARIEN. PECVNIARIA.

Veneris 4. Martij 1622.

ARGVMENTVM.

Obligans se ad aliquid præstandum, cogi potest adimplendam promissionem, nec iuuatur, dum asserit, id fecisse per errorem, quia cum error non præsumatur, non sufficit id simpliciter asserere, sed

simul

ſimul debet illum perſpicuè probare. Ac
non nulla habentur circa *Constitutionem*
Bonifacianam, quæ bona emphyteutica
Eccleſiæ in dictione Ferrarien. reduxit
ad inſtar bonorum allodialium.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio eſt iuris vinculum, quo quis aſtringitur ad id, quod promiſit.*

2 *De oblatione alicuius ſatis dicitur conſtare ex apocà priuata ab eo ſubſcripta, ac trino teſte munita, & bene recognità.*

3 *Scriptura priuata quando habeat vim publici inſtrumenti.*

4 *Obligaſſe ſe per errorem, quandò quis id aſſerit, debet docere de dicto errore.*
Error cum non præſumatur, ideo non ſufficit illum allegare, ſed ſimul probandus venit numer. 4.

5 *Confinis, & res, quæ confinat, non ſunt idem.*

6 *Currere id non pertinet ad terram, ſed id eſt applicandum ad flumen, ſeu lacum.*

7 *Flumina labuntur, terra vero ſolida, ac globoſa eſt.*

8 *Errorem quis allegare nequit, ſi non probet contrarium eius, quod aſſeruit.*

9 *Errorem quis non probat per teſtes, dum eorum depoſitiones conquaſſantur.*

10 *Bona emphyteutica Eccleſiæ ex priuilegio* Bonifacianæ Conſtitutionis *in partibus Ferrariæ, redduntur allodialia.*

11 BonifacianaConſtitutio *ſuffragatur ad effectum vt per lineam finitam non dicatur vnquam deuoluere emphiteuſim, & ad eam admittantur etiam extranei hæredes, at veniant in fideicommiſſo generali.*

12 *Non tamen efficit, quin in aliquibus caſibus non ſubiaceat deuolutioni.*

13 Bonifaciana Conſtitutio *reducens Ferrariæ bona emphitentica Eccleſiæ ad bona allodialia expreſſe diſponit, vt ipſo iure feuda, & emphitheuſis aperiatur Domino directo.*

14 *Si per annum, & menſem Vaſſalli neglexerunt inueſtituras à Domino efflagitare.*

DECISIO MCCCLVII.

DOmini perſtiterunt in *reſolutis die 26. Aprilis*
ſuperioris anni, ſcilicet Ioannem Franciſcum
teneri ad ſolutionem ſcutorum ſexaginta Il-
luſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Priu-
lo Commendatario Abbatiæ Vangaditiæ; cum
ad eam ſummam ſe obligauerit in compoſi-
tione feudali, obligatio enim eſt iuris vincu-
1 lum, * quo quis adſtringitur ad implendum id,
quod promiſit *Inſtit. de obligat. in princip.* De
hac enim obligatione ſatis conſtat ex apoca
2 priuata manu ipſius Franciſci ſubſcripta, * ac
trino teſte munita, & bene recognita, quæ
3 propterea habet vim publici inſtrumenti * *l. ſi*
ſcripturas C. qui pot. in pign. hab. Soccin. conſ.
273. *num.* 3. *lib.* 2. *Roland. conſ.* 26. *numer.* 1.
lib. 1. Decian. *conſ.* 33. *numer.* 114. *& ſeqq.*
lib. 1.

Neque releuat, quod dicatur Ioannem
Franciſcum ſe obligaſſe per errorem, quia er-
4 ror non præſumitur, * & ideo debet probari
Bald. conſ. 231. *lib.* 2. *Aym. conſ.* 954. *num.* 11.
hic autem nullò pacto probatur. Non enim
ſubſiſtit omnibus reſponſionibus in alia *de-*
ciſione datis, quod in conceſſione facta Bonleis
de anno 1614. ad quam ſe refert conceſſio,
de qua agitur, detur pro confinibus Villa Ba-
5 gnoli, * bona autem, de quibus agitur, ſint in
Villa Bagnoli, & ſic non ſe compatitur, quod
ſint in Villa, & quod Villa detur pro confine,
quia adeſt lacus ſiue flumen Bagnoli, quod eſt
diuerſum a Villa Bagnoli, vt bene deponunt
teſtes pro ipſo Ioanne Franciſco examinati.
At in inueſtitura facta Bonleis datur pro con-
fine lacus, ſiue flumen Bagnoli, non autem Villa
Bagnoli, prout clarè oſtendunt verba illa con-
ceſſionis factæ Bonleis de tota Valle Centi, &
eius fundo confinante ab vno latere Bagnolo,
6 prout currit, quæ vltima verba * applicantur
ad flumen, ſiue lacum, non autem ad terram
iuxtà illud *labentia flumina terra autem ſolida,*
7 *& globboſa eſt* * *Ouid. primo Metamorph. Cic. de*
natura Deor. & proptereà cum Ioannes Fran-
ciſcus non probet contrarium illius, quod aſ-
8 ſeruit * non poteſt errorem allegare *Calderin.*
conſ. 1. *de confeſſ. Ruin. conſ.* 10. *num.* 16. *lib.* 3.
Afflict. dec. 44. *num.* 3. Prout nec aliquem
errorem probat ex teſtibus per ipſum exami-
9 natis, * cum eorum depoſitiones ſatis tollan-
tur ex deductis in alia *deciſione*, quæ placue-
runt Dominis.

Nec ſecundo error poteſt deduci ex priui-
legijs *Bonifacianæ Conſtitutionis*, quaſi per eam
10 bona in illis partibus reddantur allodialia *
iuxta notata per *Anchar. in conſ.* 393. *Rimin.*
Iun. conſ. 417. *num.* 12. *Ladercb. conſ.* 19. quia
fuit reſponſum, *Bonifacianam* ſuffragari ad ef-
11 fectum, * vt per lineam finitam non dicatur
vnquam deuoluere emphytheuſis, & ad eam
admittantur etiam extranei hæredes, & veniat
in fideicommiſſo generali, vt per *Riminal. Iun.*
in conſ. 138. *num.* 12. non tamen efficit, quin in
12 aliquibus caſibus non ſubiaceat deuolutioni *
quinimo in §. *Et ſi forſan* expreſſè ſancitur ipſo
iure feuda emphyteuſim aperiri Domino dire-
13 cto * ſi per annum, & menſem Vaſſalli negle-
14 xerunt inueſtituras à Domino efflagitare, * &
ob aliquam iuſtam cauſam potuit obnoxius
eſſe Ioannes Franciſcus præſtationi dictæ ſum-
mæ pro recognitione feudali.

Et ità concluſum vtraque parte informan-
te &c.

Præſens deciſio fuit confirmata die 27. Aprilis ſequentis.

VITERBIEN. CASTRORVM.

Veneris 11. *Martij* 1622.

AR-

ARGVMENTVM.

Saluianum competit pro Legato. Legitima licet non detrahatur ex fideicommisso particulari, tamen id non procedit, quando alia bona non adsunt quod à filio, qui vult agere incumbit onus probandi. Testator potest disponere de re hæredis etiam absque illius scientia, & dispositio censetur approbata per aditionem hæreditatis. Restitututio in integrum absque læsione non datur, minusque minori, qui factus maior intra quadriennium non reclamauit. In aditione hæreditatis opulentæ non requiruntur solemnitates statutariæ.

SVMMARIVM.

1 *Pro Legato competit saluianum super bonis testatoris.*
Pro legato competit hypotheca num. 1.
2 *Possessio probatur per sustentationem litis concurrentibus adminiculis.*
3 *Legitima non censetur renunciatum per simplicem aditionem num. 10.*
4 *Legitima non detrahitur ex fideicommisso particulari.*
5 *Limita quando alia bona non suppetunt, ex quibus integra legitima detrahi possit.*
6 *Legatum censetur inofficiosum, dum non superfunt bona sufficientia pro legitima filiorum.*
7 *Testator potest prælegare bonam hæredis etiam non data scientia ipsius hæredis & num. 15.*
8 *Legitima non debetur ex bonis hæredis, cum sit portio portionis ipsi hæredi ab intestato debita.*
9 *Pro legitima detractione non adesse bona subiecta fideicommisso vniuersali sufficientia incumbit onus probandi filio, qui vult agere contra bona fideicommisso particulari subiecta.*
11 l. de his ff. de transact. *quid disponat.*
12 *Testator potest disponere de fideicommisso suo hæredi restituendo.*
13 *Hæres adeundo hæreditatem censetur approbasse dispositionem testatoris in proprijs bonis.*
14 *In aditione hæreditatis non est necessaria scientia dispositionis testatoris in proprijs bonis.*
16 *Restitutio in integrum competit etiam hæredibus.*
17 *Restitutio in integrum non datur absque læsione.*
18 *Immissio vigore saluiani non retardatur ab exceptione requirente altiorem indaginem.*
19 *Restitutio in integrum non competit quando minor factus maior intra quadriennium non reclamauit.*
20 *In aditione hæreditatis opulentæ non requiruntur solemnitates statutariæ.*
21 *Hæreditas in dubio præsumitur opulenta.*
22 *Bona fideicommisso subiecta pro dote sunt obligata in subsidium tantum.*
23 *Melioramenta dum sunt probata in genere præfigitur terminus parti ad illa liquidandum, sin minus proceditur ad immissionem data cautione de illis reficiendis.*

DECISIO MCCCLVIII.

POst resolutiones factas, quod D. Valerius habet intentionē fundatam in bonis contentis in fideicommisso particulari, quod exceptiones oppositæ non obstabant, dubitaui (circumscripto pacto reuersiuo, de quo erit particulariter agendum) An D. Valerio esset danda immissio, & affirmatiuè fuit resolutum, agit enim ad hoc legatum vigore saluiani, & cum probauerit se esse vocatum, & possessio-
1 nem D. Georgij Testatoris, * vt in dictis *decisionibus* ei competit hypotheca, & per consequens saluianum, quod competit etiam pro legatis *Gabriel. cons. 46. num. 19. & seqq. lib. 1.* vbi testatur de magis communi opinione *Surd. decis. 76. num. 4. & seqq.* & hanc sententiam sequitur *Rota decis. 674. num. 3. 689. num. 4. lib. 3. part. 3.* & fuit resolutum in Causa *Romana legati 11. February 1602. coram Illustrissimo D. meo Card. Sacrato*: probat enim secundum extremum, scilicet Excellentissimum D. Ducem Bracchiani possedisse, quod requiritur in saluiano, per ipsam sustentationem litis con-
2 currentibus adminiculis * videlicet cessione habita à Camera, mediante possessione *Cas. de Graf. dec. 4. num. 2. de restit. Spoliat. Antoni August. in epitom. tit. de vtroque extremo §. quinto*, & in terminis fuit resolutum in Causa *Romana Saluiani interdicti octaua Maij 1601. coram Reuerendissimo Attrebaten.* & hoc etiam secundum extremum non controuertitur.

Non obstant exceptiones, quæ deducuntur contra dictam immissionem, & primo non obstat detractio legitimæ, cui per simplicem adi-
3 tionem non censetur renunciatum, * vt in Causa *Foroliuien. Bonorum 9. May 1611. cum Reuerendissimo P. D. meo Pamphilio*, quia fuit responsum agi de fideicommisso particulari,
4 ex quo legitima non detrahitur * *Alex. cons. 12. numer. 2. lib. 3. Monticul. de inuent. capit. 9. num. 25. Gabr. de legitima conclus. 6. numer. 1. Peregrin. de fideicommis. art. 4. numer. 31. vers. contrarium, & art. 40. num. 34. Surd. decis. 16. numer. 10. Rot. dec. 113. numer. 4. part. 2.* Et quamuis fuisset replicatum hanc responsionem non habere locum, quando alia bona non sup-
5 petunt, * ex quibus integra legitima detrahi possit ea ratione, quia legatum censetur inof-
6 ficiosum propter præiudicium filiorum, * *Alex. in l. quartam num. fin. ff. ad l. Falcid. Surd. decis. 316. num. 13. Aymon. cons. 109 num. 5. & seq. Rolan. cons. 12 num. 1. & 2. libro primo.* Tamen hæc ratio cessat in hoc casu, in quo Testator saltem pro maiori parte prælegauit
7 bona hæredis, quod potuit facere, * etiam non data scientia ipsius hæredis, cum agatur de legato particulari, vt *fuit resolutum in hac Causa coram Illustrissimo D. Card. Sacrato 9. Decembris 1620. & coram me 24. Maij Superioris Anni*, & sic ex bonis ipsiusmet hæredis non de-
8 betur ipsi legitima, * quæ est portio portionis ipsi

ipsi hæredi ab intestato debitæ * *Auth. nouissima Cod. de inoff. testam.* ex causa enim intestati initium sumit, & ab ea regulatur *gloss. in l. Papinianus* §. *unde si quis verbo deberetur ff. de inoff. testam. Soccin. Iun. cons. 67. num. 61. & seq. volum. 2. Achil. Personalis de adipiscen. possess. remed. 1. num. 183. vers. & quoad remedium* & in omnem euentum fuit ex abundanti responsum non probari, quod bona subiecta fideicommisso vniuersali non sufficiant pro detractione legitimæ, itaut legatum censeatur inofficiosum, prout probari, deberet per D.
9 Ducem * *Natt. conf. 199. numer. 9. & 10. & conf. 238. num. 6 libr. 2. Peregr. de fideic. art. 39. num. 14. Phanuc. de inuent. par. 3. num. 58. vers. tu autem dicas Surd. decis. 316. numer. 14. Couar. in cap. si hæredes 6. num. 15. alias 9. vers. quamobrem ni fallor de testam.* & fuit resolutum in *Romana legati 29. Aprilis 1613. coram R.P.D. meo Caualerio.*

Neque officit huic responsioni, quod cum testator dispofuerit de re hæredis, ipse hæres
10 per aditionem sibi non pertudicauerit * obstante dispositione *leg. de his ff. de transact.* Quia materia illius legis non applicatur ad hunc casum, disponitur enim in illa lege, quod
11 de his controuersijs, * quæ ex testamento proficiscuntur, neque transigi, neque exquiri veritas aliter potest, quam inspectis, cognitisque verbis Testamenti, hic autem vltra responsiones datas in *decis. Illustrissimi Card. Sacrati sub die 1. February 1619.* nulla fuit facta transactio, sed solum Georgius Testator de bonis debitis Honuphrio Iuniori ex fideicommisso Honuphrij Senioris disposuit per prælegatum ad fauorem ipsiusmet Honuphrij Iunioris, & primogenitorum ab eodem descendentium, quod pariter fecerat dictus Honuphrius Senior, & vlterius dictus Georgius in defectum suæ lineæ vocauit lineam D. Valerij,
12 quod potuit facere * *Anchar. conf. 365. num. 4. & seq. Soccin. Iun. conf. 107. numer. 56. lib. 3. Menoch. conf. 89. numer. 62. Parif. conf. 34. in fin. libr. secundo Roland. conf. 30. num. fin. lib. 4.* & dictis Honuphrius Iunior adeundo hæredi-
13 tatem dicti Georgij, censetur approbasse; * ad effectum autem validitatis aditionis non
14 fuit opus scientia Honuphrij,* vt docte firmatur in dicta *decis. Illustrissimi Card. Sacrati sub die 1. February 1619.* sicut nec fuit opus scientia ad validitatem dispositionis prælegati, etiam quod fideicommissum sit de bonis hære-
15 dis, * cum sit fideicommissum particulare, non autem vniuersale, vt pariter fuit firmatum in *decisione sub die 9. Decembris 1620. coram eodem Illustrissimo D. Cardinali Sacrato, & in alia 23. May præteriti coram me.*

Neque pariter est verum, quod in omnem euentum Honufrio Iuniori competebat restitutio in integrum, qua possunt iuuari eius hæ-
16 redes * quorum loco est Excellentiss. Dux Bracchiani. Quia fuit responsum, restitutionem non
17 dari absque læsione * *Odd. de restit. in integr. part. 1. quæst. 4. per totum*, & propterea debet probari læsio, vt bene in his terminis *Alba cõs. 214. num. 29. & seqq.* quæ probari non potest nisi vires hæreditatis discutiantur, & ideò cum hæc exceptio requirat altiorem indaginem,
18 non retardat immissionem vigore Saluiani, * *Ripa in rubric. ff. de pignor. num. 19. vers. defendendo hanc differentiam Natt. conf. 532. num. 4. lib. 3. Menoch. de adipiscen. remed. 3. num. 180. vers. & in hoc Iudicio*, & fuit resolutum in causa *Interamnen. Saluiani 14. Nouembris 1611. coram R. P. D. meo Manzanedo*, vlterius fuit responsum, quod à die aditæ hæreditatis effluxerunt plures anni, vnde quatenus Honuphrius tunc fuisset minor, quod non probatur, factus maior intra quadriennium non recla-
19 mauit, * prout facere debuerat *cap. 1. de restit. in integ. l. fin. C. de tempor. in integ. rest.* Quarè aut intrat hoc motiuum, aut dicitur, quod quadriennium non incipit currere, nisi à die scientiæ; & vtroque casu D. Valerius habet intentum, in primo quidem absque dubio; in secundo vero, quia est discutiendum, An constet de scientia Honuphrij Iunioris, & cum requirat altiorem indaginem, non retardat immissionem per supradicta.

Nec releuat, quod aditio hæreditatis paternæ facta per Honuphrium fuerit nulla non adhibitis solemnitatibus statuti, quia huiusmodi solemnitates non requiruntur in hæredita-
20 te opulenta * *Angel. conf. 317. num. 2. vers. præterea Lamberteng. de contractibus gloss. 3. num.*
21 4. & in dubio hæreditas præsumitur opulenta * *l. 1. §. lucratiuas C. de imponend. lucr. descrip. lib. 10. Alba conf. 214. num. 30. Seraph. dec. 1394. num. 5.* & quatenus hoc negetur ex replicatione apparet exceptionem requirere altiorem indaginem, & ideò non retardat immissionem *vt supradictum est*: Et cessat omnis difficultas, quia vt dictum est, non probatur minor ætas.

Non obstat exceptio Montis, quia D. Valerius paratus est onus illius in se suscipere iuxta formam illius erectionis; prout non obstat exceptio dotis maternæ, quia de ea non constat, nec pariter constat, quæ bona pro ea fuerint obligata, & cærtum est, quatenus de ea constaret, quod hæc bona prælegari non cen-
22 sentur obligata pro dote, nisi in subsidium, * cum essent supposita fideicommisso ad fauorem hæredis, iuxtà dispofita in *Auth. res quæ Cod. comm. deleg.* prout non officii prætensio, quod Excellentiss. D. Dux possit detrahere ex hæreditate Georgii quantum importat prælegatum in bonis Honuphrii Iunioris, quia quidquid de iure sit, hoc respicit petitorium; & tandem non obstat exceptio melioramentorum, de quibus licet constet in genere, tamen *Rota* in hac positione ordinauit, vt præfigatur
23 terminus ad liquidandum * ad hoc, vt refici possint, sin minus procedatur ad immissionem, data cautione de illis reficiendis, iuxtà illud, quod seruat Rota vt per *Put. decis. 461. in fine l. 2.*

Quia tamen agitur de bonis hæredis, & Doctores videantur variare, an in eis cadat hypotheca, quatenus causa reproponatur super iisdem, poterit etiam super hoc informari, sin minus statui super hoc particulariter consulere Dominos meos &c.

Præsens

Præsens decisio fuit confirmata die 10. Iunii sequentis & 12. Iunii 1623. & 10. Maii 1624.

ROMANA STAGNI.*

Veneris 11. Martij 1622.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Locationes cum perceptione fructuum probant possessionem.*

2 *Pignus in re aliena non potest constitui.*

DECISIO MCCCLIX.

FVit resolutum creditoribus Laurentij de quinque dandum esse mandatum de manutenendo, cum de eorum possessione constet de tẽpore motæ litis ex pluribus locationibus cũ
1 perceptione fructuum, ex quibus probatur possessio * *Rot. dec. 171. n. 1. & dec. 649. n. 6. par. 2. in recent. Seraphin. dec. 896. num. 1. & 2.* & propterea eis manutentio denegari non potest.

Non obstant locationes factæ per Patrem dd. Pauli, & Tiberii pro se, & filiis, quia si qua fuit illa possessio fuit ammissa, cum dicti fratres obtinuerint fructus huius Stagni poni ad creditum Laurentii Patris, tanquam perceptos ex pignore, & sic agnouerunt stagnum spectare ad Patrem, saltem quoad possessionem, quia pi-
2 gnus in re aliena non potest constitui * *l. 1. §. 1. ff. de pignor. Neguf. de pignor. 2. memb. 2. par. n. 53. & 58.*

Non obstat confessio Procuratoris creditorum, quod stagnum spectet ad dd. Paulum, & Tiberium: Quia, quicquid sit de hac confessione respicit dominium, non autem possessionem.

Et ità conclusum &c.

Præsens decisio fuit confirmata die 6. Iunij & 12. Decembris seq. ac 21. Maij 1625.

CAVEN. CONFINIVM PAROCHIALIVM.

Lunæ 14. Martij 1622.

ARGVMENTVM.

Parochialis Ecclesia debet manuteneri in quasi possessione Parochialitatis si de illa constat. Actus, qui constituunt in quasi possessione Parochialitatis, adducuntur in decisione.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio danda est ei, qui probat possessionem de tempore litis motæ.*

2 *Quasi possessio exercendi Iura Parochialia probatur ex ibi adductis & num. 4. cum seqq.*

3 *In incorporalibus si non probatur ius assistere alteri parti, per exercitium vnius actus acquiritur quasi possessio quo ad omnes.*

5 *Ex libris Parochialibus probatur personas in eis descriptas fuisse baptizatas per Parochum eiusdem Ecclesiæ.*

6 *Ex libris Parochialibus probatur mortuos in eis descriptos fuisse traditos sepulturæ per Parochos eiusdem Ecclesiæ vide ibi.*

7 *Libri Ecclesiæ pro ea tribuunt magnum adminiculum.*

8 *Testi in causa propria non est credendum.*

9 *Testes qui deponunt in specie, & de pluribus actibus sunt præferendi illis, qui in genere, & de aliquibus tantùm actibus fidem faciunt.*

DECISIO MCCCLX.

DVbitaui cui sit dandum mandatum de manutenendo in quasi possessione exercendi Iura parochialia in locis, de quibus agitur, an Ecclesiæ Sanctissimi Saluatoris, an vero Ecclesiæ S. Michaelis Archangeli, & pluries proposito dubio, tandem fuit firmatum de consensu partium quoad Ecclesiam Sanctissimi Saluatoris habendam esse rationem viginti testium tantum, & quoad Ecclesiam Sancti Archangeli duodecim tantùm: quia alij sunt nulliter examinati, & cum huiusmodi testibus reproposita causa, fuit resolutum Ecclesiæ Sanctissimi Saluatoris dandum esse mandatum de manutenendo in locis, de quibus agitur, cum de
1 eius possessione constet de tempore litis motæ,* iuxtà vulgatum *text. in §. hodie instit. de interdict.*

Nam quoad domus illorum de Iouenibus probatur per plures testes, qui dantur *in Summar. num. 2. videlicet secundus, 3 4.5.6.8.9 super 1.5.6.7.8. & 9.* quod Parochi Sanctissimi
2 Saluatoris administrarunt Sacramenta, * & fecerunt alias functiones Parochianorum in dictis domibus de Iuuenibus, & quoad domus Annibalis Gagliardi idem deponunt plures Testes, qui dantur *in Summar. num. 3. super 2. 3. & 4. & 12. videlicet testem 1.2.3.4. & 12.* & pariter quoad domum Felicis Vitalis idẽ probant testes, qui dantur *in Summ. num. 4. videlicet, 1.2.3.4.5.6. & 7.* super articulis ibidem expressis, & tandem quoad locum Sancti Martini deponunt testes super 18. *articulo, 2.3.5.6. & 7. vt in Summar. num. 5.* quod cum in illo loco fuisset repertum cadauer, illud fuit datum Ecclesiasticæ sepulturæ per Parochos Sanctissimi Saluatoris. Quare ex istis omnibus eis non potest denegari manutentio, cum in istis incorporalibus si non probetur Ius assistere alte-
3 ri parti * per exercitium vnius actus acquiritur quasi possessio quoad omnes *Innoc. in cap. dilectus num. 2. de Capell. Monach. & in cap. 1. vbi Abb. num. 3. de religios. domib. Bald. in repet. l. 1. num. 2.*

num. 2. C. de emancip. liber. Felin. in cap. auditis num.19. de prascript. Rota decis. 273. num. 2. par. 2. in recent.

Et prædicta possessio comprobatur ex libris
Baptismi, ex quibus constat plurimos fuisse
baptizatos in Ecclesia Sanctissimi Saluatoris,
qui sunt ex locis controuersis, ex quibus acti-
bus acquiritur quasi possessio Iurium Parochia-
4 lium, * cum ex dictis libris probetur personas
in eis descriptas fuisse baptizatas per Paro-
5 chos Sanctissimi Saluatoris. * *Odd. de rest. in
integr. quæst. 37. num. 83. Caputaq. decis. 314. nu.
1. par. 1. Seraphin. decis. 1138. num. 2. Rota decis.
699. num. 1. & decis. 481. num. 4. & decis. 647.
num. 6. & decis. 132. num. 2. part. 2. in recent.* &
ex libris mortuorum, ex quibus constat mul-
tos ex locis controuersis traditos fuisse Eccle-
siasticæ sepulturæ per Parochos Sanctissimi Sal-
6 uatoris. * *Mandos super reg. 18. q. 10. numer. 4.
Rebuff. ad Const. Gall. tom. 2. tit. de Regestr. baptis.
sepult. ante fin. vers. sic patet, Rot. decis. 605. nu.
4. part. 2. & decis. 220. nu. 1. par.* 1. ex quo etiã
acquiritur quasi possessio Parochialitatis, cum
non probetur sepulturam fuisse electam per de-
scriptos in dictis libris in Ecclesia Sanctissimi
Saluatoris, & quamuis dicti libri sint Ecclesiæ
Sanctissimi Saluatoris, negari tamen non po-
test, quin magnum præbeant adminiculum te-
7 stibus, * de quibus supra dictum est, cum sint
antiqui, & contineant plures partitas.

Non obstat, quod dicti actus videantur facti post annum 1565. de quo tempore cœpit lis: Quia omisso, quod dantur actus de anno 1513. 1558. & 1561. lis de anno 1565. fuit tantum mota super domo Ioannis Antonij Iuuenis, vt constat ex libello, & tamen Ecclesia Sanctissimi Saluatoris erat in possessione Iurium Parochialium quoad dictas domos de Iuuenibus, cũ duos ex dictis domibus baptizauerit, & licet Parochus Sancti Archangeli examinatus deponat, quod alter ex duobus fuit baptizatus de
mandato Parochi, tamen ei non est credendũ,
8 cum sit pars formalis * *l. nullus C. de testib. l.
omnibus. C. eodem titulo.*

Non obstant testes Parochi Sancti Archangeli, quia solum deponunt tres interemptos in locis, de quibus agitur, fuisse sepultos in Parochia Sancti Archangeli, & hoc euenit, quia erant eiusdem Parochiæ, & ibi debebant de Iure tradi Ecclesiasticæ sepulturæ, & in omnem
euentum præualent probationes Parochorum
9 Sanctissimi Saluatoris, * quorum testes depo-
nunt in specie de pluribus actibus *Dec. consil.
302. num. 18. & 448. numer. 37. Rota decis. 237.
num. 5. part. 1. & decis. 272. num. 3. part. 2.
in recent.*

Alia respiciunt petitorium, & ideò consultò fuerunt omissa in hoc iudicio possessorio.

Et ita, &c.

ABVLEN. BENEFICII.

Veneris 8. Aprilis 1622.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Clausula* amotis &c. non tamen à nobis met-
ipsis prouisis *præseruat ius partis, qui habet
gratiam anteriorem.*

2 *Beneficij identitas non excluditur ex quo in gra-
tijs prouisionis est expressa diuersitas locorum,
quando vnica est Ecclesia.*

DECISIO MCCCLXI.

FVit resolutum, Breue non esse exequendum,
quia licet clausula *constito* sit iustificata, atta-
men cum habeat clausulam *ammotis &c. non
1 tamen à nobismet ipsis prouisis* * præseruat Ius
Petri, vt in puncto est *Decisio Rotæ 484. num.
2. par.* 2. eius enim gratia est anterior *c. duo-
bus 14. vbi glos. v. si non apparet de rescriptis in
6. cap. si à sede 31. de Preben. in 6.*

Non obstat, quod Petrus non probauit
prætensam annexionem, quia nihil debet ob-
tinere, cum probauerit ex testibus vnicum
2 adesse beneficium. * Prouisio enim R. P. D.
Caffatelli est de beneficio existente in Ecclesia
Sancti Christophori de Monte Losi de Blasco Ximeno Abulen. Diœcesis. Prouisio autem Petri est de Præstimonio in Ecclesia Sancti Christophori de Gallegos, & illi annexotum de Sobrinos, & Blasco Ximeno, vnde licet sit diuersitas locorum nempè Gallegos, & Sobrinos, & Blasco Ximeno, attamen vnica adest tantum Ecclesia Parochialis Sancti Christophori, ad quam singuli illorum trium locorum confluunt, & in ea adest vnicum tantum præstimonium, vt bene deponunt testes, & fuit firmatum in *Decisione facta 18. Decembris* 1620. Quare & si in dictis gratijs diuersa exprimantur loca, vnica tamen adest Ecclesia, & vnicum præstimonium, & sic non potest argui, quod beneficium impetratum per Petrum habeat annexũ beneficium impetratũ per D. Caffarellum, quia hoc non prætenditur, sed prætenditur præstimonium in Ecclesia Sancti Christophori. Et ità conclusum &c.

ROMANA ALIMENTORVM.

Lunæ 11. Aprilis 1622.

ARGVMENTVM.

Testator, si alicui legauerit alimenta, illa quoque debentur, data morte hæredis, nam dum ea sunt legata simpliciter, debentur quousque viuit legatarius, quod procedit etiam si Testator disposuerit,

vt illa essent præstanda ab eius hærede, eumque nomine proprio nuncupauerit, vel dixerit ab infrascripto, vel suprascripto hærede præstanda essent alimenta, nam & hoc speciale est in materia alimentorum, vt hoc casu non habeatur oculus ad ipsam personam hæredis, sed legatarij.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta simpliciter relicta debentur durante vita legatarij.*

2 *Alimentorum onus, cum sit reale, transit cum bonis ad quemcumque illa perueniant.*

3 *Alimenta quando tantum extinguantur per mortem eius, cui ea fuerunt, relicta & num.4.*

5 *Verbum* infrascritto *refertur solum ad eum, qui corporalibus oculis legi potest.*

6 *Testator si disposuerit, vt aliquid sit præstandum à suo hærede, non comprehendit hæredem hæredis.*

7 *Alimenta, quando sunt relicta certæ personæ, tunc illa non extinguuntur, nisi per mortem legatarij, & non hæredis, quamuis Testator disposuerit, illa esse præstanda per suum infrascriptum hæredem.*

8 *Cibaria, & vestiaria præstanda à liberis libertis, præstanda etiam sunt ab eorum hæredibus, non obstante, quod legatum videtur personale, cum deberetur à liberis.*

9 *Alimenta, & vestiaria legata à Titio hærede præstanda, debent etiam præstari ab hæredibus Titij.*

10 *In Alimentorum materia speciale est, vt nomine hæredis, etiam nomine proprio nuncupati, veniat quoque hæres hæredis; ac cæteri quousque ille, cui legata sunt alimenta viuat, & numer. 16.*

11 Crot. in l. 2. ff. solut. matr. & Surd. de aliment. tit. 5. quæst. 6. numer. 26. & cons. 123. num. 13. *in quibus terminis loquantur, & num. 13.*

12 *Alimenta, quando sunt relicta dignitati, vel vniuersitati durant vsque ad centum annos.*

14 *Alimentorum legatum non transit ad hæredem legatarij, & potissimum quando est relictum certæ personæ.*

15 *Dictiones* infrascriptus, *vel* suprascriptus *sunt demonstratiuæ ad oculum, & non comprahendunt alias personas, quam nominatas.*

17 *Alimenta si Testator alicui reliquerit, cum declaratione, vt ea non possit petere extra Domum hæredis, nihilominus durat d. legatum mortuo hærede.*

18 *Et quamuis ipse non possit habitare in domo hæredis ex iusta causa.*

DECISIO MCCCLXII.

FVit resolutum alimenta per Io: Baptistam testatorem legata Fælici Nepti per mortem
1 Bernardini hæredis non expirasse, * sed de-

Pars III.

beri durante vita d. Fælicis, cum alimenta simpliciter relicta debeantur durante vita legatarij *l. Caio 13. §. Imperator ff. de aliment. & cibar. legat. l. 1. C. de delegat.* & vtrobique notant *Doctores*, & cum onus alimentorum sit
2 reale, * transit cum bonis ad quemcunque illa proueniant *Bartol. in l. 2. num. 3. ff. de aliment. legat. & in l. si quis à liberis §. item rescriptum ff. de liber. agnosc. Surd. de aliment. tit. 5. quæst. 1. num. 12. & seqq. Rota in Causa Bononien. alimentorum 23. Maij* 1594. *coram bo. me. Penia*, & in hoc casu solum per mortẽ ipsius Fælicis *
3 extinguitur *l. cũ hi 8. §. vult igitur vers. modus ff. de transact. l. firmio 26. in fin. ff. quando dies legati cadat Cordub. in l. si quis à liberis §. non tantum num. 63. & seq. ff. de liber. agnosc. Gramm. dec.*
4 101. *n.* 16. & hoc expressit Testator, * ibi *mentre viuerà essa legataria, & morta essa il detto legato sia estinto, & annullato.*

Neque est verum, quod cum legatum sit relictum ab infrascripto hærede soluendum propter illam dictionem (*infrascritto*) extinguatur morte hæredis, cum referatur solum ad
5 eos, qui corporalibus oculis legi possunt, * &
propterea non comprehenduntur hæredes hæ-
6 redis scripti. * *Bart. in l. liberis §. hac verba in fin. ff. de vulgar. & pupil.* & in terminis alimentorum per doctrinam prædictam dicit *Crot. in l. 2. in princ. num. 4. ff. solut. matrim. Surd. de Aliment. tit. 5. quæst. 6. num. 26. & cons.* 123. *num.* 13. Nam fuit responsum, hanc regulam non procedere in alimentis relictis certæ
7 personæ, * vt est *textus* expressus *in l. libertis 4. §. lucius ff. de aliment. & cibar. legat.* vbi cibaria, & vestiaria legata à liberis libertis debentur
8 etiam ab eorum hæredibus, * non obstante, quod legatum videretur personale, cum deberetur à liberis, vt aduertit *Gloss. ibidem in verbo liberis*, & ad idem est alius *Textus* expressus *in l. alimenta 16. ff. eod tit. de aliment. & cibar. legat.* vbi alimenta, & vestiaria legata à Mode-
9 rato hærede præstanda, * debent etiam præ-
stari ab hæredibus dicti Moderati, & hoc esse
10 speciale in materia alimentorum, * dicunt *Gloss. in d. §. lucius in verbo agant, & ibi Bartol. num. 1. Roman. cons. 388. num. 5. Tiraq. de priuileg. piæ Causæ priuil. 36.*

Neque in his terminis contrarium dicunt
11 *Crotus*, & *Surdus* subtiliter inducti, * quia *Crotus*, & *Surd. de aliment.* loquuntur, quando legatum est factum dignitati, vel vniuersita-
12 ti, * quod durat vsque ad centum annos, & dicunt regulariter fallere, quando hęres infrascriptus est grauatus, vt videre est ex ipso *Croto num.* 2. iuncto *d. num.* 4. & ex ipso *Surd. num.* 16. *cum duob. seqq.* iuncto *num.* 26. vnde quicquid sit de hac opinione, non procedit in nostris terminis; *Surd.* verò in dicto *cons.* 123. *num.* 16. loquitur in terminis prorsus diuer-
13 sis * videlicet in illa quæstione, an legatum
14 transeat ad hæredes legatarij, * & concludit, quod non, quando est relictum infrascriptæ, vel suprascriptæ personæ, & in vtroque casu prædicti Doctores mouentur ex eo, quod,
15 quia illa dictio est demonstratiua ad oculum, *
& non comprehendit alias personas, quam

 nomi-

nominatas, vt per *Bart. loco supra citato*, quæ
tamen conclusio est specialis, quod non pro-
cedat in legato alimentorum relicto certæ
16 personæ, * prout est casus noster, vt in *d. l. li-
bertis §. lutius, & in l. alimenta ff. de aliment. &
cibar. legat.*

Neque etiam obstat, quod Testator decla-
rauerit Fælicem non posse petere alimenta ex-
tra Domum ibi *Dichiarando che detti alimenti
non li possa pretendere fuor di Casa, mà in euento,
che per qualunque causa non volesse, ò non potesse
stare con detto Signore Bernardino, in tal caso le
lascia scudi 200. per vna volta tanto*; Quia fuit
responsum, quod nihilominus dictum lega-
17 tum durat mortuo hærede * *l. Cato 13. §. Im-
perator ff. de aliment. & cibar. legat. Decis. cons.
526. numer.* 1. itaut debeatur, cum ex iusta
18 causa non inhabiret in domo hæredis, * ex
quo obijt, nec in domo hæredis hæredis, cum
hæres instituerit Hospitale *Bart. in d. §. Imperator
numer. 2. Ancar. cons 254. lib. 1. Iai. cons. 144.
num. 2 Aym. cons. 168. num. 1. Natt. cons. 387.
num. 5. Roland. cons. 22. num. 1. lib. 1. Menoch.
de arbitr. casu 170. num.* 12. & fuit resolutum
in Causa *Spoletana Alimentorum 24. Maij 1594.
coram Gipsio*, & in Causa *Fulginaten. de Iaco-
billis 18. Aprilis 1597. coram Litta.*

Quia tamen Bernardinus hęres fecit aliud le-
gatum dictæ Fælici, an per istud secundum le-
gatum censeatur conpensatum primum, itaut
dicatur sublatum, erit particulariter viden-
dum.

Et ita &c.

VALLISOLETANA PAROCHIALIS.

Lunæ 11. Aprilis 1622.

ARGVMENTVM.

Instrumentum, & aliæ scripturæ quando di-
cantur in forma probanti.

SVMMARIVM.

1 *Sumptum ex registro Bullarum Apostolicarum
probat.*
2 *Scriptura aliàs producta, & recognita probant in
alio iudicio vigore Innocentiana.*
3 *Instrumentum exemplatum ab actuario obtinet
vim originalis.*
4 *Recognitio scripturarum dicitur benè facta per
testes habentes notam manum.*
5 *Amplia etiamsi deponant per verbum* credo.
6 *Instrumentum extractum ex decreto Iudicis à pro-
tocollo benè recognito existente in Archiuio (prout
requiritur) est in forma probanti, & num. 8.*
7 *Citatio pro validitate decreti Iudicis præsumitur
interuenisse stante lapsu 30. & plurium anno-
rum.*
9 *Archiuium quamuis non sit publicum tamen præ-
bet aliquod adminiculum scripturis in eo con-
tentis. Amplia num. 10.*

DECISIO MCCCLXIII.

FVit resolutum iura producta esse in forma
probanti: Quantum enim attinet ad sum-
pta extracta ex registro Bullarum Apostolica-
rum erectionis Archidiaconatus cum vnione
Parochialis de anno 1519. & reseruationis
pensionis impositæ super fructibus dicti Archi-
diaconatus & Parochialis de anno 1539. du-
bitari minimè potest, quin sint in forma pro-
banti: Sumptum enim ex Registro Bullarum
1 Apostolicarum probat * *Crescent. decis. 2. de fid.
instrum. Sarmen. super reg. de non iudican. quæst. 1.
nu. 4. Seraphin. de litter instit. §. primis num.* 10.
prout etiam sunt in forma probanti litteræ
coadiutoriæ Ferdinandi Ximeneti, cum alias
2 fuerint producta in Rota, * & recognita, & ex-
tracta ex Registro Rotali; & ideò vigore Ino-
centianæ probant etiam in ista causa *Verall.
decis. 351. num. 5. par 2. & 113. lib. 3. & decis.
258. in manuscr. lib.* 1. vbi sic dum fuerunt pro-
ducta fuerunt etiam recognita, & fuit resolu-
tum in causa *Pacen. portionis de Anzo 12. Ianua-
rij 1604. coram Illustrissimo Millino*, & in *Cohen.
decimarum de Terre el manse 28. Iunij 1617. co-
ram me*; & etiam instrumentum possessionis
ipsius Ferdinandi extractum ab originalibus
benè recognitis, quod propterea est in forma
probanti ex rationibus mox dicendis.

Quantũ attinet ad instrumenta concessionis
duarum Cappellarum de annis 1549. sunt in
forma probanti, cum sint exemplata ab ipsis-
3 met Actuariis, * & ideò obtinent vim origina-
lis *Cou. pract. qq. cap. 19. num. 3. Caputaq.
decis. 140. num. 1. par. 1. & decis. 351. num. 1.
par. 2. Rot. decis. 145. num. 2. & decis. 581. num. 2.
par. 2. in recent.* & sunt benè recognita, cum te-
4 stes habeant notam manum, * etiam quod de-
ponant per verbum *credo*, * cum hoc pendeat
5 à iudicio intellectus *Ruin. cons. 46. num. 12. lib. 4.
Mantic. dec. 79 num. 2. Verall. dec. 27. lib. 1. in ma-
nuscript.* & fuit resolutum in causa *Oscen. Ar-
chidiaconatus 17. Februarij 1603. coram bo. me.
Cardinali Lancellotto.*

Quantum verò attinet ad instrumentum
possessionis captæ de anno 1523. & ad alia duo
concessionis factæ in emphiteusim de eodem
anno, & sic dudum antè motam litem fuerunt
extracta ex decreto Iudicis, * qui mandauit il-
6 lam transumptam ex protocollo Francisci de S.
Stephano præuia formali recognitione proto-
colli *cap. cum P. Tabellio de fid. instrum.* Ideò
ex diuturnitate temporis 30. & plurium anno-
rum præsumitur interuenisse citationem neces-
7 sariam propter decretum Iudicis * *Florian. de
Santo Petro in l. quicunq; n. 5. ff. de fid. instrum. Fa-
lin. in c. Albericus num. 3. de testib. Put. dec. 327.
lib. 2. in nou. Rot. dec. 193. num. 5. & 11. par. 2.
Menoch. præsumpt. 22. n. 5. & præsumpt. 23. n. 5.
lib. 2.* & fuit decisum in causa *Auenonien. domus
19. Nouembris 1621. coram D. Remboldo.*

Et prædicta procedunt de plano, quia pro-
tocolla Notariorum fuerunt benè recognita.
Primum instrumentum fuit extractum ex pro-
tocollo existente in Archiuio Capituli; Aliud
ve-

8 verò in Archiuio Parochialis, * prout de iure requiritur *c. fin. de fid. instrum.* & dubitari minimè potest, quin aliquod adminiculum recipiant ex dd. Archiuiis, * etiam quod non con-
9 currant requisita ad publicum Archiuium *Aym. cons. 275. num. 6.* eoque amplius cum contentio sit inter partes ad quem spectet Eccle-
10 sia; Et sic vterque probat Archiuium * iuxta *not. per Socc. in cons. 288. n. 6. vers. praterea lib. 2. Afflict. dec. 533.*

Et ita conclusum &c.

NEAPOLITANA MASSARIAE.

Veneris 15. Aprilis 1622.

ARGVMENTVM.

Inuentarium quando non dicatur esse in forma probanti.

SVMMARIVM.

1 *Copia copia non probat.*
2 *Scriptura compulsata ex autentica manu Notarij rogati dicitur in forma probanti.*
3 *Notarium fuisse rogatum de aliqua scriptura probatur ex adductis ibi.*
4 *Inuentarium carens rogitu Notarii, & testibus non est in forma probanti. Ampliа vt ibi.*
5 *Consuetudo Neapolitana, quod scriptura dicatur in forma probanti quando Notarius dixit* praesentibus Iudice, & testibus in numero opportuno *an valeat & sit probata.*
6 *Inuentarium non dicitur in forma probanti, dum non probatur in ipso actu aditionis hareditatis fuisse datam listam bonorum.*

DECISIO MCCCLXIV.

HOc inuentarium aliàs fuit productum cum hac subscriptione: (*Prasens copia extracta est ab actis originalibus Sacri Consilij, qua conseruantur penes me Vincentium Borano dicti Sacri Consilij, & causa Actorum Magister, cum quibus facta fuit collatio, &c.*) & propterea cum esset
1 copia copiae * *coram Fantuccio* fuit resolutum non esse in forma probanti, quare postea obtentis litteris compulsorialibus denuò omnia acta aditionis, nec non inuentarium fuerunt compulsata, & in scriptura de partibus compulsata aderat sequens subscriptio; *Prasens copia extracta est, & copiata ab actis originalibus, qua*
2 *conseruantur penes me Notarium Andream Aytone * de Neapoli de verbo ad verbum, salua semper meliori &c. & in fidem pramissorum mea propria manu subscripsi, signumque meum solitum.*

Informantes pro Afflicto dicebant haec iura esse in forma probanti, cum compulsatio fuerit facta ex authentica manu eiusdemmet Notarii rogati *Alex. in auth. si quis in aliquo num. 5. & ibi Ias. num. 5. C. de eden. Falin. in c. Alberic. nu. 2. de testib. Rot. dec. 1. in princ. de fid. instrum. in nouiss.* Vnde difficultas consistebat in eo: An Andreas de Aytone, qui fecit copiam, à qua exemplum fuit sumptum esset Notarius rogatus, & ad hoc probandum dabantur testes, quorum dicta non benè placuerunt Dominis, sed quia *Bandimenta* fuerunt promulgata super confectione inuentarii registrata in processu
3 aditionis cum verbis *Notarius Andreas de Aytone fuit rogatus, * de ipsa aditione hareditatis, & inuentarij*, & sic posse firmari haec iura esse in forma probanti, tanquam extracta ab exemplo confecto ab ipsomet Notario rogato.

Quantum attinet ad secundum motiuum, quod inuentarium careat rogitu Notarii, & te-
4 stium * placuit *decisio*, neque hoc motiuum tollitur ex quo de consuetudine sufficiat, quod Notarius dicat *prasentibus Iudice, & testibus in numero opportuno*, * quia quicquid sit de hac
5 consuetudine, quatenus probaretur, probatur, quod sufficiat apponere haec verba in fine instrumenti, quae hic non fuerunt apposita, sed in actu aditionis factae die 2. Decembris 1528. in praesentatione autem inuentarii, quae fuit facta 22. Decembris eiusdem anni nihil dicitur, & sic verum est, quod careat rogitu, & testibus, & hoc motiuum videbatur non posse euitari.

Quantum attinet ad tertium fundamentum adhuc videtur subsistere, scilicèt non fuisse datam listam inuentarii in ipso actu aditionis, *
6 quae fuit secunda Decembris, sed solum die 22. inxtà stylum illarum partium, vt abundè fuit consideratum *in decisionibus in hac causa factis*, neque hic posse praesumi reiterationem productionis listae inuentarii, cum appareat contrarium ex ipso processu aditionis, vt etiam in aliis *decisionibus* fuit responsum.

Ex quibus DD. steterunt in vltimo loco decisis &c.

Prasens decisio fuit confirmata die 2. Decembris sequentis.

ADIACEN. BENEFICII.

Veneris 15. Aprilis 1622.

ARGVMENTVM.

Vnio Seminario nondùm erecto non valet, & contraria opinio est, contrà *declarationes Congregationis Concily; & sententiam Rota* Seminarij nondùm erecti possessio. an probetur ex possessione Aeconomi. Ad Seminarij erectionem quae requiruntur.

SVMMARIVM.

1 *Vnio Seminario nondùm erecto fieri non potest, cum requiratur praeparatio Domus conducta, vel empta, & introductio puerorum.*
2 *Vnio facta cessante fraude Seminario nondum erecto*

cto valet.

Hæc tamen opinio reprobatur ibi.

3 *Possessio Seminarij nondum erecti an probetur ex quo Aeconomi deputati illam adepti sunt, licet de facto, vel potius suffragetur Aeconomis nu 5.*

4 *Actio spolij datur contrà missum in possessione à Pratore nulliter procedente.*

6 *Possessio ex falsa causa circa factum capta nullius est considerationis. nec producit Iuris effectus.*

7 *De Seminarij erectione valida quando dicatur constare, & quæ ad illam requirantur.*

DECISIO MCCCLXV.

DVbitaui, an constaret de existẽntia Semina-
rij ad effectum, de quo agitur; effectus au-
tem dubij est, vt videatur, An Seminarium
possideat: quia si possidet, non potest dari de
attentatis, cum attentata in hoc casu pendeant
à possessione iuxtà *resolutionem, factam in hac
causa 21. May Superioris anni.*

Hoc dubium habet tres inspectiones. Pri-
ma est, an vnio possit fieri Seminario nondum
erecto; Secunda dato, quod non possit fieri, an
possessio capta nomine Seminarij de facto erecti
suffragetur; Tertia an cõstet de valida erectione.

Et quantum attinet ad primam difficulta-
tem Domini fuerunt concordes, quod vnio
1 Seminario, nondùm erecto fieri non possit, *
& quod ad hunc effectum requiritur præpara-
tio Domus conductæ, vel emptæ, & introdu-
ctio puerorum, vt fuit resolutum in causa
*Oxomen. beneficij 24. Octobris 1611. coram Illu-
strifs. Card. Sacrato in decis. 361. num 3. & seqq par.
2. in recent.* vbi refert sententiam *Congregationis
Illustrissimorum Interpretum Concil. Tridentin. &
alias decisiones Rotales*, & latè prosequitur *Gar-
zia de benefic. par. 12. cap. 2. num. 193. cum pluribus
seqq.* & admittit *Gonzalez super reg. 8. glos. 5.
§. 7. num 68.* qui licet *num. 75.* teneát, quod ces-
sante fraude vnio facta Seminario nondum ere-
2 cto valet,* quem sequitur *Modern. discept. forens.
cap. 248. num. 71. & cap. 348. num 5.* tamen ista
sententia, vt aduertit *Garzia loco citato nu. 196.
in fine* est contrà *declarationes Congregat. Conci-
lij*, & contrà sententiam *Rotæ*.

Quantum attinet ad secundam difficultatẽ,
aliqui ex Dominis dicebant, quod ad effectum
possessionis sufficit, quod Aeconomi deputa-
3 ti acceperint possessionem, * etiam de facto
ad effectum, vt dicantur esse in possessione,
seù detentatione *Bald. cons. 135. nu. 2. & 3. lib. 2.*
vbi loquitur de misso in possessione à Præto-
re nulliter procedente, contrà quem, vti pos-
4 sessorem, datur actio spolij * *Doct. in l. iustè pos-
sidet ff. de acquir. possess. Aym. cons. 18. num. 8.* &
benè *Mohædan. decis. 20 de restitut. spoliat.* Cæte-
rum respondebatur ab alijs Dominis, quod
conclusio procederet, si Aeconomi voluissent
acquirere possessionem nedum nomine Semi-
5 narij, * sed etiam nomine proprio, quià isto
casu falsitas versatur tantum circà causam pos-
sessionis, quare nõ impediret acquisitionẽ, quia
non deficeret voluntas possidendi, aut nomine
proprio aut nomine Seminarij *l. 2. §. si à Pupillo
l. quod vulgo ff. de empt.* & facit *tex. in l. cum in cor-
pus 36. ff. de acquir. rer. domin.* prout *Bart. & Ias.
in l. si is ad quem n. 2. ff. de acq. hæred.* & fuit dictũ
*in causa Maceraten. hæreditatis 4. Iunij 1590. co-
ram Card. Pamphilio*, sed in hoc casu si Semina-
rium non erat erectum, quia pueri nondum
erant introducti, non poterant Oeconomi ac-
quirere quasi possessionem, quia noluerunt
acquirere nomine proprio, sed nomine Semi-
narij, quod cum non sit erectum, possessio ex
falsa causa est circa factum, hoc est circà exi-
stentiam Seminarij, & ideò est nullius consi-
6 derationis, * nec producit iuris effectus *l. 1. §.
hæc verba ff ne vis fiat ei, Bald. d. cons. 135. nu. 2.
lib. 2. Port. Imol. cons. 75. num. 11.* & facit *Tex. in
l. si me in vacuam ff. de acquir. possession.*

Quantum attinet ad tertiam difficultatem,
visum fuit constare de existentia Seminarij.
Constat enim Episcopum elegisse duos Cano-
7 nicos pro regimine, & gubernio Seminarij, *
secundo elegit duos Consultores pro instituẽ-
dis taxis, & faciendis vnionibus; Alterum de
Capitulo, & alterum de Clero, & mandauit,
quod alij duo eligerentur; alter per Capitulum
& alter per Clerum, prout fuerunt electi, &
deindè cum consilio prædictorum taxauit E-
piscopus seipsum, & mensæ suæ redditus, nec
non alios in decima parte fructuum, relaxan-
do præceptum de soluendis taxis, & constitu-
ti Exactores, nec non in domum Seminarij
introduxit pueros, vt patet ex mandatis pro-
curæ datis per ipsos Seminaristas, vndè satis
constat de existentia Seminarij legitima de
tempore vnionis ad præscriptum *Concilij c. 18.
de reformat. session. 23.*

Et ità conclusum &c.

*Præsens decisio fuit confirmata die 16. Nouem-
bris sequentis.*

ROMANA VINEAE.

Lunæ 18. Aprilis 1622.

ARGVMENTVM.

Venditor tenetur ad restitutionem pretij, quamuis se obligauerit de euictione ex dato, & facto suo tantum, dum euictio sequuta est ex facto alterius. Idque procedit etiamsi in instrumento fuerit à Notario rogato apposita clausula alias &c. quæ extensa per alium Notarium eum liberet etiam à restitutione pretij, dum non probatur, ità expresse actum fuisse inter partes, vel non docetur de stylo Notarij rogati ìtaliter extendendi huiusmodi clausulam.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Se obligans de euictione ex dato, & facto suo tantum, si euictio aliundè sequatur tamen tenetur ad restitutionem pretij licet contrà ipsum non possit agi ex empto.*

Limita, quandò aliter fuit conuentum num. 3.

2 *Vendens ea lege, vt neque per eum, neque per eius baredem, vel venientes ab eo futurum quo minus rem venditam emptor habere liceat, si per tertium euincatur, non tenetur actione damni infecti, nec actione in rem ad id, quod interest, sed ad restitutionem pretij.*

4 *Clausula* alias &c. *apposita in instrumento venditionis & extensa (prout ibi) à notario non rogato, si prætenditur extensa iuxtà stylum Horatij rogati debet hoc probari.*

5 *Clausula instrumenti extensa à notario non rogato, si extensio sit exorbitans ab æquitate tunc debet probari, ità expressè actum fuisse inter partes, vel quod ipse sciret stylum illius Notarij rogati.*

DECISIO MCCCLXVI.

FVit resolutum Petrum teneri ad restitutionem
prætij Vineæ cum fuerit euicta, quia cum se
obligauerit de euictione pro dato, & facto suo
1 tantum, * licet contra ipsum non possit agi ex
empto, tenetur tamen ad restitutionem pretij
l. emptorem t 2. *ff. de act. empt.* ibi *etiamsi Venditor
apertè pronunciet pro se, heredemque suum non fieri
quominus babere liceat posse deffendi ex empro eum
in boc quidem non teneri, quod emptoris interest,
veruntamen vt prætium reddat teneri*, & ibi notat *Gottofredus in verb. si sibi vendidero*, vbi exēplificat si fuit venditum hac lege, vt neque per
2 me, neque per hæredem meum, * vel venientes à me personas futurum, quominus habere
sibi liceat, tunc per tertium euicta re venditor
non tenetur actione damni infecti, nec actione
in rem ad id, quod interest, sed ad restitutionem prætij.

Neque obstat, quod hæc conclusio non
3 procedat, quandò aliter fuit conuentum, * vt
habetur in dicto *textu in vers. nisi fortè*, & notat
Gottofredus loco præcitato; quia de tali conuentione non constat, quia licet quidem Notarius
extenderit clausulam *alias &c.* scilicet ali. s in euentum contrarij, seu contrauentionis premissorum, vel cuiuslibet eorum, * & inobseruan-
4 tia eorumdem idem Petrus venditor non teneatur de euictione aliqua, minusquè ad prætij restitutionem, nec ad aliud quicquam &c,
tamen huiusmodi extensio non fuit facta à Notario rogato, sed ab alio Notario, & propterea qui dicit fuisse extensam iuxtà stylū illius
Notarij tenetur hoc probare *Alex cons. 28. num. 8. lib. 2.* Et addebant aliqui ex Dominis, quod
cum ipse stylus sit multum exorbitans ab æqui-
5 tate fuisset opus, quod probaretur expressè *
ità actum inter partes, vel quod ipse sciret stylum illius Notarij *Purpur. in l. certi Conditio §. in nummos num. 34. vers. declaretis ff. si cert. pet. & in l. t. num 101. vers. sed hec C. de summ. Trinit. & fid. Cathol. Gabriel de consuetud. concl 3. num. 3.*

Ex quibus, & alijs bene deductis in *dec. R. P. D. mei Buratti*, quæ tollunt & istas, & omnes alias difficultates, fuit resolutum pro confirmatione sententiæ Rotalis, altera tantum parte informante &c.

GERVNDEN. IVRIS PATRONATVS.

Veneris 22. Aprilis 1622.

ARGVMENTVM.

In Altari iam constructo potest in abstracto capellania fundari, & in ea iuspatronatus reseruari. Quanta dos assignari debeat beneficio, seu Cappellaniæ, & quanta Ecclesiæ. Laici sunt capaces perceptionis fructuum decimarum, secus autem iuris decimandi, itaut eis non suffragetur sola immemorabilis cum allegatione priuilegij, nisi vlterius concurrat fama illius, nec priuilegium, aut Confirmatio Apostolica ad hunc effectum præsumitur spatio 200. annorum.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus ex dotatione acquiritur.*

2 *Capellania in abstracto fundari potest si Altare iam est constructum.*

Iuspatronatus potest reseruari in cappellania fundata post constructionem Altaris num. 2.

3 *Dos beneficio, seu cappellaniæ debet tantum assignari ad sustentationem oneris impositi.*

4 *Dos pro dotatione Ecclesiæ debet esse sufficiens pro sustentatione ministrorum, & ad fabricam.*

5 *Dotationis iurispatronatus effectuatio ex quo probetur.*

6 Concil. Lateranense *fuit celebratum* sub Alexandro tertio *de anno* 1179.

7 *Decimæ non possunt infeudari ab Episcopo absque consensu apostolico.*

8 *Decimarum non erant omninò incapaces laici ante* Concilium Lateranense *cum eis Episcopi possent illas in feudum concedere.*

9 *Concessio Decimarum facta in feudum laicis in dubio censetur facta post* Concil. Lateranense.

10 *Iuris decimandi sunt incapaces laici, secus tamen est in perceptione fructuum decimarum de manu Rectoris, & beneficiatorum, postquam decimæ sunt recollectæ, & num. 12.*

11 *Concessio tantum de perceptione fructuum ex decimis laicis facta quando dicatur.*

12 *Iuris decimandi sunt incapaces laici non obstante quouis longissimo tempore, cum adhuc effectum, nec sola immemorabilis cum allegatione priuilegij sufficiat, nisi etiam concurrat fama priuilegij, vel recognitio feudalis, vel aliud æquipollens.*

13 *Nec priuilegium, aut confirmatio Apostolica præsumitur spatio longi temporis, nec etiam 200. ann.*

ann. cum laici fint incapaces, & materia imprascriptibilis.

DECISIO MCCCLXVII.

HOc dubium an constet de iurepatronatus tres habet principales inspectiones prima est, vt videatur, an ex quo Altare erat constructum, potuerit in eo fundari vna Cappellania, secunda an constet de dotatione cum effectuatione, tertia an dotari potuerit ex decimis; indubitatum enim est iuspatronatus ex dota-
1 tione acquiri * *cap. filijs 31. quaest. 16. quaest. 7. Innoc in rubr. de iurepatr. num. 2. Hostien. in summ. eod. tit. num. 2. in §. ex quibus vers. idem videtur esse si Ecclesiam dotauit Ioan. Andr. in cap. 1. num. 8. eod. tit. Cardin. in rubr. eod. num. 3. Abb. in cap. quoniam num. 9. eod. tit. Rocch. de iurep. in verbo dotauit quaest. 2. num. 3. & 4.* vbi de communi *Paulus de Cittadin.* pariter *de iurepatr. par. 3. cau. 2. Lambertin. eod. tract. lib. 1. part. 1. quaest. 6. art. 1. num. 1. & seq.* & fuit resolutum in causa *Regien. Iurispatronatus 9. Maij, & 23. Iunij 1580. coram bo.me. Cardinali Pamphilio*, & in causa *Tirasonen. Iurispresentandi 5. Maij 1593. coram bo. me. Penia, & 24. Ianuarij 1594. coram bo. me. Lutta.*

Quantum attinet ad primam inspectionem si Altare iam est constructum in eo potest Cap-
2 pellania in abstracto fundari, * & in ea iuspatronatus reseruari, prout fuit factum in hoc casu, quia in Altare B. Virginis, sito in Ecclesia S. Martini de Arenijs fuit fundatum hoc beneficium, siue Cappellania, & reseruatum iuspatronatus *Rocch. de iurepat. in ver. & dotauit quaest. 1. Lambert. in eodem tract. lib. 1. part. 1. quaest. 5. art 15. in princ. vers. nota tamen, & quaest. 6. art. 1. numer. 30. vers. tu circa dicta Abbatis*, & fuit resolutum in causa *Lucana Maiusculatus 24. Nouembris 1589. coram Rubeo.*

Quantum attinet ad secundam inspectionem Gulielmus Sala Dotator de anno 1378. pro dote istius beneficij, seu Cappellaniae consignauit totam decimam, quam in allodio puro, libero, & franco habet in Parochia S. Assischi de Valle alta ex venditione perpetua pro allodio ex concessione Bernardini Oliuae Praepositi mensis Nouembris ex assensu Domini Episcopi, & Capituli Gerunden. quae dos respectu quantitatis videtur sufficiens, cum tantum debeat assignari ad sustentationem oneris
3 impositi, * non enim agitur de dotatione Ecclesiae, quo casu dos debet esse sufficiens
4 pro sustentatione Ministrorum, * & ad seminaria *cap. cum sicut de consecr. Eccles. vel Altar. gloss. in cap. vt quisque verbo Clericum, de vita, & honest. cleric.* effectuatio autem huius dotationis satis probatur, quia cum dictus fundator esset dominus Mauri de Sala reliquit ius
5 patronatus haeredi, & successori suo in dicto Manso, & constat de anno 1515. 1552. 1553. & 1556. Dominum dicti Mansi praesentasse, ac Dominum instituisse ad dictam praesentationem, vnde apparet dotationem habuisse effectum, quia alias Episcopus ad praesentationem non instituisset.

Quantum attinet ad tertiam inspectionem est aduertendum, quod *Concilium Lateranen.* fuit celebratum sub Alexandro III. de anno
6 1179. * vt per *Conar. variar. lib. . . cap 8. num. 5. vers. & dubio procul.* vnde Episcopus post *d. Concil.* non poterat infeudare huiusmodi decimas, sed requirebatur consensus Apostolicus
7 * *cap. prohibemus 79. iuncta gloss. ver. laicos de decim. cap. cum & plantare 3. de priuil. in cap. cum Apostolica 7. de his quae fiunt à Praelatis Rebuff. de decim. quaest. 13. num. 78.* & fuit resolutum in causa *Placentin. decimarum 31. Ianuarij 1586. coram Bubalo* quare si decimae erant male infeudatae frustra fuerunt datae in dotem Cappellaniae, cum ad ipsum dantem non spectarent.

Huic motiuo poterat responderi praesumi posse concessionem decimarum factam fuisse ante *Concilium Lateranen.* quo casu laici non
8 erant omnino incapaces * decimarum, cum Episcopi, & alij inferiores possent eis decimas in faeudum concedere, vt traditur in *cap. cum Apostolicam de his, qua fiunt à Praelatis Couarr. in cap. 17. num. 5. vers. olim sanè variarum lib. 1.* & fuit dictum in causa *Calaguritana oblationum 21. Octobris 1588. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio*, sed ista responsio tollitur, quia in dubio quando non constat, An concessio fuerit facta ante, vel post *Concilium*
9 *Lateranense* * censetur facta post *Concilium*, vt fuit resolutum in causa *Taurinen. decimarum 12. Ianuarij 1607. coram Reuerendissimo Lugdunen.*

Secundo poterat responderi; quod in hoc casu praesumi poterat, concessionem fuisse factam ante *Concilium Lateranen.* ex quo huiusmodi decimae fuerunt datae in dotem Cappellaniae, & ista dotatio habuit effectum ab anno 1378. vsque ad haec tempora, sed etiam haec responsio tollitur ex facto, quia ipse Guglielmus dotator in ipso dotationis instrumento fatetur venditionem sibi factam fuisse à dicto Praeposito, & sibi etiam firmatam fuisse ab Episcopo, & Capitulo, & sic excluditur concessio ante *Concilium Lateranen.*

Tertio poterat responderi, quod post *Concilium Lateranense* Laici sunt incapaces iuris
10 decimandi; * secus tamen est in perceptione fructuũ decimarum de manu Rectoris, & Beneficiatorum, post quàm decimae sunt recollectae *cap. 2. & ibi Cardin. de locat. Gloss. in cap. quamuis rer. concess. vers. fructus vero de decim. Tiraq. de retract. lign. §. gloss. 7. num. 51. Rot. decis. 2. de iudic. in nou. & decis. 2. de decim. in antiq.* & fuit resolutum in causa *Burgen. fructuum decimarum 27. Nouembris 1597. coram Orano*, & in causa *Mediolanen. refectionis permutationis 21. Maij 1597. coram Cardinali Pamphilio*; Vnde cum ex cursu tanti temporis dotatio ex deci-
11 mis effectum habuerit, * dicendum est, concessionem fuisse factam de perceptione fructuum de manu Rectoris.

Huiusmodi responsio, an subsistat pendet ex ponderatione verborum dotationis, ex quibus poterit colligi, quid fassus fuerit dotator sibi fuisse concessum, an ius decimandi, vel perceptio-

ceptio-

ceptionem fructuum, quia si iuris decimandi,
12 concessio non subsistit, * nec tempus licet longissimum prodest, cum ad hunc effectum nec sola immemorabilis cum allegatione priuilegij sufficiat, nisi etiam concurrat fama priuilegij, vel recognitio fæudalis, vel aliud æquipollens probetur *Io. Andr. & in alij in cap. cum Apostolica de his, quæ fiunt à Prælatis Falin. in cap. cum causam num. 3. de perscript.* & *in cap. cum contingat num. 4. vers. si tamen de for. com pet. Rebuff. de decim. quæst. 13. num. 69. & seq. Balb. de præscript. p. 1. part. 5. princ. quæst. 7. num. 19. vers. primum & num. seq. & fuit pluries resolutum*; Nec huiusmodi priuilegium, aut Confirmatio Apostolica præsumitur longi
13 temporis spatio, * nec etiam 200. annorum, cum laici sint incapaces, & materia imprescriptibilis, vt fuit resolutum in causa *Placentin. decimarum 25. Maij 1586. coram Bubalo*, & faciunt notata per *Alex. in cons. 70. num. 3. & 4. lib. 3. & Gabriel. de præscript. conclus. 1. numer. 31.* ex quibus pars poterit iterum audiri super ista vltima difficultate.

Præsens decisio fuit confirmata die 10. Nouembris 1623. & 27. Iunij 1625. ac 11. Maij 1626.

ROMANA CENSVS.

Veneris 22. Aprilis 1622.

ARGVMENTVM.

Exigibilitas census etiam post cessionem, vel dationem insolutum debetur, quando nedum promissum fuit, censum esse exigibilem cum promissione de euictione, sed addita etiam in specie obligatio in euentum alicuius euictionis, & in exigibilitatis.

SVMMARIVM.

1 *Cedens vel dans in solutum censum regulariter non tenetur de exigibilitate, nisi de tempore cessionis, & dationis in solutum, non autem post.*
2 *Limita quando aliter fuit actum inter partes.*
3 *Exigibilitas census quando dicatur promissa non solum de tempore cessionis, sed etiam in futurum cum seqq.*
4 *Verbum* in euentum *habet tractum successiuum etiam in futurum.*
5 *Sors census est irrepetibilis.*
6 *Fructus census singulo anno debentur.*
7 *Verbum* & in specie *denotat, quod vltra generalem obligationem specialiter contrahens se obligauit.*
8 *Clausula in executiuis non alterat.*
9 *Clausula quæ non est in executiuis, sed ante dicitur de per se principaliter subsistens.*

DECISIO MCCCLXVIII.

Fuit resolutum census datos in solutum cum cessione iurium nedum debuisse esse exigibiles de tempore dationis in solutum, & cessionis, sed debere durare tales, quia & si re-
1 gula sit in contrarium * *l. nomen 4. ff. de hæredibus vel act. vend.* latè *Bec. cons. 105. num. 13. & 18. lib. 1.* tamen ab ista regula receditur,
2 quando aliter fuit actum inter partes, * prout in casu isto, vt habetur *in l. prædicta si nomen in fine*, & probat *Becc. d. cons. 105. numer. 15. in fin. vers. sed si expresse & num. 16. Barz. dec. 110. num. 3.*

Quod autem hic aliter actum sit patet, quia nedum promissum fuit census esse exigibiles
3 cum promissione de euictione, * sed additum etiam in specie, & in euentum alicuius euictionis dd. censuum, & inexigibilitatis obligauerunt, & hypothecauerunt vineas, & il-
4 larum fructus, quod verbum *in euentum* * habet tractum successiuum etiam in futurum *l. rem non nouam C. de iudic. l. ordinata ff. de liberat. caut. l. ait Prætor ff. quæ in fraudem Cred. & Cicero pro Milone hoc plerumque facimus, vt consilia euentu ponderemus, & cui quidem bene processerit multum illum prouidisse, cui nihil sensisse dicamus*, & propterea promissio non restringitur ad tempus dationis in solutum, sed habet tractum successiuum *Barz. d. decis. 110. num. 19. & 20.*

Prædicta eo magis procedunt, quia de censu agitur, cuius sors principalis non pote-
5 rat exigi stante Bulla *Pij V.* * & fructus ipsius
6 census singulo quoque anno debeantur, * vndè ea promissio eo magis videtur habere tractum successiuum donec census duret, vt bene ad propositum *Barz. loco cit. num. 3. in fin. Surd. dec 326 num. 44. vers. & si dicat.*

Nec placuit, quod ista clausula stat consecutiue ad præcedentem obligationem, quæ loquitur de tempore dationis in solutum censu, quia contrarium visum fuit ex verbo,
7 *& in specie* quod denotet, * quod vltra generalem obligationem specialiter se obligauit in dicta clausula ad *Tex. in l. 1. ff. quod vis l. 2. et 17. ff. de Pignor.*

Neque etiam verum est, quod clausula sit in
8 executiuis, quæ non alterat, * quia cum sit ante clausulam executiuam, quæ omnino non
9 dicitur in executiuis, * sed ex clausula de per se principaliter subsistens *Ofasc. dec. 163. num. 3.* Et ita conclusum &c.

Præsens decisio fuit reuocata die 5. Martij 1627.

PARMEN. STATVS.

Mercurij 27. Aprilis 1622.

ARGVMENTVM.

Existens in quasi possessione legitimitatis admittendus est ad fideicommissum, ad quod vocati sunt solumodò illi, qui sunt procreati, & nati ex legitimo matrimonio verè, & non fictè, & contrarium asserens scilicet non esse procreatum ex tali matrimonio tenetur probare: circa hanc materiam copiosius in hac decisione, quam in quocumque alio loco habetur.

SVMMARIVM.

1 *Quasi possessio legitimitatis transfert in adversarium onus contrarium probandi.*

2 *Secus si non adsit huiusmodi quasi possessio.*

3 *In materia matrimonij ius Canonicum est attendendum.*

4 *Legitimati per subsequens matrimonium de Iure Canonico dicuntur legitimi per fictionem num.9.*

5 *Legitimati per subsequens matrimonium de iure civili dicuntur legitimi per præsumptionem, & num.8.*

6 *Matrimonium tanquam Sacramentum requirit materiam, & formam ad sui essentiam.*

7 *Ad matrimonij substantiam de Iure civili sufficit maritalis affectio.*

10 *Legitimitas levioribus probationibus probatur, dum de ea incidenter non autem principaliter agitur; & num.2.*

11 *Filiatio etiam legitima, quæ cum de facili probari non possit recipit illam probationem, quæ haberi potest, etiam coniecturalem, quamvis non concludentem, quæ probatio nocet etiam tertijs, nu.13. & 15.*

12 *Filiationis probatio est difficilis, maximè quando intercessit longum temporis intervallum.*

14 *Filiatio præsumptionibus probari solet.*

16 *Ad filiationem probandam non requiruntur copulatiuè illa tria de quibus Glos.* in cap. lator in verbo probare qui fil. sint legitimi; *sed alternatiuè unumquodque ex eis sufficit.*

17 *Limita quando vocantur legitimi, & naturales nati, & procreati de legitimo matrimonio verè, & non fictè, cum isto casu requirantur probationes concludentes talem possessionem, quæ non conveniat nisi procreatis, & natis ex legitimo matrimonio, vel natos esse ex ea, quæ uxor credebatur, & num.19. & 22.*

18 *Legitimati per subsequens matrimonium non admittuntur ad fideicommissum, in quo sunt vocati legitimi & naturales nati, & procreati de legitimo matrimonio verè, & non fictè.*

20 *Filiatio legitima probationibus præsumptivis probatur, dum de ea incidenter agitur; secus si in iudicio petitorio. Amplia ut ibi.*

21 *Amplia etiamsi ad fideicommissum sint vocati filij nati ex legitimo matrimonio verè, & non fictè.*

23 *Ex testibus examinatis potest Iudex animum suum informare non obstantibus exceptionibus generalibus, et particularibus à parte datis.*

24 *Iudicis officium est veritatem vndique indagare.*

25 *Verbum* creare *propriè significat gignere, vel generare, vel producere.*

26 *Relatum est in Referente cum omnibus qualitatibus suis.*

27 *Testis licet non reddat rationem, tamen probat, dum id, super quo deponit cadit in communem notitiam.*

28 *Indefinita in teste non æquipollet universali.*

29 *Limita quando indefinita est restricta ad certum locum.*

30 *Verba consecutiua inducunt vnitatem sermonis.*

31 *Testi deponenti contra producentem magna fides est adhibenda, quia contra eius personam nihil opponi potest.*

32 *Testis probat publicam vocem, & famam si asserat sic publicè audivisse num.33.*

34 *Testis qui scit concubinatum, et matrimonium, et numerum filiorum natorum tempore matrimonij in necessariam consequentiam scit etiam, qui filij sint nati post matrimonium.*

35 *Verbum* suscipere liberos *importat nedùm liberos edere, sed etiam procreare.*

36 *Verbum* suscipere *quando verborum contextus hoc denotat importat etiam idem quod concipere, et procreare num.38.*

37 *Testium dicta recipiunt interpretationem, et declarationem à capitulis, et articulis, super quibus sunt examinati num.40.*

39 *Testis deponens audivisse de publica voce, et fama ab hinc 20. annis matrimonium fuisse contractum censetur verba illa 20. annis referre ad tempus sui auditus, non autem ad tempus contracti matrimonij.*

41 *Ex matrimonio procreari, et nasci ex matrimonio non differunt.*

42 *Quando unus Testis alteri repugnare videtur, fit conciliatio ut probent, dumodò actuum multiplicatio non insurgat.*

43 *Amplia procedere nedùm quando variant in adiunctis, sed etiam in ipso negocio principali.*

44 *Testium dicta sunt reducenda ad concordiam, ut probent, maximè cum verba possunt interpretari, ut inter se concordent.*

45 *Depositio unius testis dubia declaratur, et recipit interpretationem ex dicto alterius testis.*

46 *Verisimilitudo in depositionibus testium est attendenda.*

47 *Testis non potest deponere de vera scientia, dum actui non interfuit.*

48 *Filij illegitimi non habent Ius agnationis vide ibi.*

49 *Familia* Pallauicina *est generosæ nobilitatis.*

50 *Testis licet explicitè aliquid non deponat, tamen sufficit quod implicitè id asserat.*

51 *In probatione elicienda magis attenditur ratio testis quam cortex verborum.*

52 *Verba* suscepit ex matrimonio *sunt apta comprehendere etiam conceptionem.*

53 *Prout etiam verba* habuit ex matrimonio.

54 *Testis dictum ita debet intelligi, ut non discordet ab alijs.*

55 *Dispositio circa plura in eadem oratione contenta si reguntur ab eodem verbo dictum in vno censetur repetitum in alijs.*

56 *De matrimonio quando dicatur constare absque coarctatione temporis.*

57. *Quasi*

57 *Quasi possessio legitimitatis non solum suffragatur ei, qui in ea reperitur, sed etiam habentibus causam ab eo, donec contrarium probetur.*
58 *Legitimitatis communis reputatio sufficit, licet non sit probata in loco originis, sed sit probata in loco, in quo quis fuit educatus.*
59 *Testes in dubio præsumuntur contestes.*
60 *Testes singulares sufficiunt pro probanda communi reputatione.*
61 *Legitimitas an probetur ex distinctione facta à Patre in testamento legitimorum ab illegitimis, & vide sub num. 64.*
62 *Dictio* pro *denotat modum, & causam.*
63 *Qualitas adiecta verbo intelligitur de tempore verbi num. 65. & num. 66.*
64 *Verba coniuncta verbo temporis præsentis, quando sunt qualificatiua temporis præteriti non assumunt solum significationem temporis præsentis.*
67 *Pater non est verisimile, quod si voluisset defraudare quoad vnum filium, non defraudasset, quoad alios.*
68 *Patris denominatio, & tractatus quoad filios non solet nocere tertio.*
69 *Limita quando cum denominatione, & tractato Patris concurrunt adminicula, & præsumptiones.*
70 *Legitimitas filiorum ex legitimo matrimonio vere, & non ficte probatur, ex quo fuerunt admissi ad fideicommissum in quo sunt vocati filij legitimi, & naturales, & de legitimo matrimonio nati.*
71 *Factis magis quam verbis standum est.*
72 *Verba prolata à persona irata non sunt attendenda.*
73 *Testi in totum reiecto nulla fides est adhibenda.*
74 *Testis singularis, & de auditu non est attendendus.*
75 *Testis, qui redarguitur de mendacio ex publicis instrumentis & alijs probationibus nihil probat.*
76 *Filij legitimati per subsequens matrimonium non reputantur tanti, quanti nati ex legitimo matrimonio.*
77 *Verba sunt interpretanda secundum conditionem proferentis.*
78 *Ad matrimonij validitatem ante* Concil. Triden. *sufficiebat solus consensus coniugum verbis expressis absque præsentia Parochi, & testium.*
79 *Mandatum de dispensando non arguit matrimonium per antea non fuisse contractum legitimè.*
80 *Adulterium non præstat impedimentum, quominus mortuo coniuge inter adulteros matrimonium contrahi possit.*
81 *Nisi adsit fides data, vel machinatio in necem viri defuncti.*
82 *Matrimonium non fuisse contractum non probatur ex mandato de dispensando, in quo nulla fit mentio matrimonij contracti.*
83 *In dispensatione, quæ petitur est facienda mentio si iam matrimonium est contractum.*
84 *Quod habet locum nedum inter contrahentes in gradu prohibito, sed etiam inter contrahentes cum impedimento dirimente.*
85 *Dispensationes super matrimonio iam contracto Pontifices ante* Concil. Trid. *facilius concedebant, secus autem est hodie.*
86 *Dispensationes super matrimonio ante* Concil. Trid. *valida erant, absque eo quod fieret mentio matrimonij iam contracti.*
87 *Diem Natiuitatis suæ nemo certo scire potest.*
88 *Communis vsus loquendi in probationibus debet attendi.*
89 *Confessio præiudicat confitenti donec contrarium probetur.*
Minorem aduersarium quis fatetur dum contra eius curatorem litem prosequitur numero 89.
90 *Instrumentum non caret suspicione si annus Domini non concordet cum indictione.*
91 *Instrumentum in totum vitiatur si annum Domini non concordat cum Indictione.*
92 *Instrumentum, in quo est falsus dies, vel falsa indictio in totum vitiatur, & adducitur ratio num. 93.*
93 *Notarius non debet in instrumento apponere, nisi quod in veritate nouit.*
94 *Scriptura, seu instrumentum vacillat si continet clausulam* in quorum fidem per notarium scribamque nostrum subscribi, & publicari mandamus sigillique nostri impressione muniri fecimus, *& tamen de subscriptione, publicatione, & sigillo huiusmodi nihil appareat.*
95 *Scriptura imperfecta non probat maximè si fit talis ratione solemnitatis substantialis.*
96 *Scriptura carens subscriptione, & sigillo est imperfecta ratione solemnitatis substantialis.*
97 *Subscriptio alterius notarij, quam rogatis reddit scripturam imperfectam.*
98 *Scriptura licet alias sit solemnis, si tamen sit imperfecta ratione voluntatis, quia nondum habita fuit pro perfecta est prorsus nulla quoad omnem effectum.*
99 *Scriptura in qua requiritur subscriptio tabellionis non dicitur perfecta si ea deficiat.*
100 *Testes non probant præcisè tempus, si deponant cum dictione* in circa.
102 *Testibus nulliter examinatis nulla est adhibenda fides.*
103 *Testes inducens censetur approbare illorum personam non dictum.*
104 *Ex testium inductione non censetur approbata validitas examinis.*
Verall. decis. 268. part. 3. *in quibus terminis loquatur num.* 104.
105 *Per productionem examinis testium censetur illorum examen approbatum, quamuis nullum.*
106 *Verbum publice importat publicam vocem, & famam.*
107 *Testes deponentes de bona fama sunt præferendi illis, qui de mala testificantur, etiamsi isti aliquantulum numero excedant.*
108 *Probationes si sint conquassatæ non possunt elidere probationem iam perfectam.*

DECISIO. MCCCLXIX.

CVm ad fideicommissum, de quo agitur vocentur legitimi, & naturales de legitimo matrimonio procreati, & nati, verè, & non fictè, dubitatum fuit in hac causa, An Illustrissimi DD. Marchiones Pallauicini ex persona Vberti sint in sufficienti quasi possessione legitimitatis requisitę à Testatore, hoc est tanquam procreati, & nati de legitimo matrimonio verè, &

rè, & non fictè quod quidem dubium disputatur ad effectum videndi, cui incumbat onus probandi; Nam si DD. Pallauicini sunt in illa quasi possessione, onus probandi contrarium
1 incumbit * Illustrissimis DD. Marchionibus de Rangonibus, vt in *cap. lator, & ibi gloss. in verbo probare qui fil. sint legit.* vbi etiam *Præposit. num. 8. Alex. cons. 51. sub num. 2. lib. 1. Bald. cons. 351. num. 2. lib. 1.* & fuit dictum in causa *Vrbeuetana fideicommissi de Corbaria 5. Nouembris 1603. coram bo. me. Cardinali Pamphilio*: Si vero DD. de Pallauicinis non sunt in dicta
2 quasi possessione, * onus probandi dictam legitimitatem spectat ad ipsos Pallauicinos *gloss. in d. cap. lator in dicto verbo probare per text. in c. aliter 30. quæst. 5.*

Pro resolutione igitur dubii DD. duo præmiserunt; alterum in quo insistebat DD. de Rangonibus, quod non sufficiebat DD. Pallauicinis stante fideicommisso, de quo agitur probare simplicem possessionem legitimitatis verè, & non fictè, scilicet ipsos Pallauicinos esse in possessione legitimitatis, tanquam de natis, & procreatis ex legitimo matrimonio, prout continetur in dubio, quia cum in materia matri-
3 monii sit attendendum Ius Canonicum * legitimati per subsequens matrimonium dicuntur
4 legitimi per fictionem, * nam Ius Canonicum, de quo in *cap. tanta qui fil. sint legit.* tollit impedimentum Iuris Canonici fingendo nunquã adfuisse impedimentum *Bald. in l. qui in Prouincia 5. Dinus in lectur. ant. in non. add. ante fin. vers. fictio fit ff. de rit. nupt.* de iure vero Ciuili sequuto matrimonio censentur legitimi per
5 præsumptionem, * & ratio differentiæ est, quia matrimonium tanquam Sacramentum requi-
6 rit materiam, & formam ad sui essentiam, *
7 de Iure vero Ciuili sufficit maritalis affectio, * *l. nuptias 31. ff. de reg. iur.* quæ sequuto matrimonio præsumitur vsque ab initio fuisse, vndè de Iure Ciuili filii sequuto matrimonio sunt
8 legitimi per præsumptionem, * secundum au-
9 tem Ius Canonicum per fictionem vt per *Alciat. in cons. 52. per tot. tom. 3. lib. 9. Surd. cons. 213. num. 17. vol. 2.*

Alterum quod venit præmittendum est, quod DD. Pallauicini agunt remedio possessorio ad bona fideicommissi, scilicet vigore *leg. fin. C. de edic. Diu. Adr. toll.* & sic cum non agatur principaliter de ipsa filiatione legiti-
10 ma, * sed incidenter, leniores sufficiunt probationes *Butr. in cap. transmissæ col. 2. num. 10. vers. quandoque concurrit solus tractatus, et vers. quandoque adest sola communis opinio* vbi quod cũ filiatio etiam legitima de facili non sit pro-
11 babilis * illam recipit probationem, quæ potest haberi *qui fil. sint legit. & ibidem Alb. numer. 10. vers. quia cum hæc res de facili probari non possit sufficiunt probationes coniecturales Præpos. in 3. notab. num. 2. Dec. in cons. 54. num. 1. in fin. vers. et in proposito, et seq. Fœlin. in cap. per tuas num. 13. de probat. Corn. cons. 1. num. 22. lib. 3. Paris. cons. 10. num. 61. in fin. vol. 2. Alba in cons. 83. num. 21. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præs. 38. nu. 4. et 5. Vasq. Illustr. quæst.* qui de communi testatur contra *Alciat. in cap. 85. num. 20.* vbi etiam ait, quod experientia docemur, difficilem esse
12 filiationis probationem, * præcipuè, quando intercesserit longum temporis interuallum, ita vt vix extet, qui de infantili ætate recordetur, & propterea necesse est, quod admittantur leniores, & coniecturales probationes, quamuis non concludentes, sufficit enim quod concludant a communiter accidentibus, &
13 istud genus probationis nocet etiam tertiis, * quia cum, vt dictum est, filiatio non certis attestationibus, sed præsumptionibus probari
14 soleat, * vt bene aduertit etiam *Paleott. de noth. et spur. cap. 22. in princ.* merito hoc ge-
15 nus probationis nocet etiam tertiis, * *Præpos. in d. cap. transmissæ antè fin. vers. hoc est dictum ibi sed potest responderi.*

Et quamuis regulariter loquendo non requirantur copulatiue illa tria, de quibus *gloss.*
16 *in cap. lator in * verbo probare qui fil. sint legit.* scilicet, quod quis sit in possessione filiationis, & quod possideat bona paterna, & quod sit natus de ea, quæ Vxor credebatur, sed alternatiue vnum quodq; sufficiat, vt dicit *Dec. in cons. 54. in fin. Alex. cons. 51. num. 2. et 5. lib. 1. Gozad. cons. 13. num. 31. 32. et 34. Paris. cons. 10. num. 72. et 73. lib. 2. Paleott. de noth. et spur. c. 22. num. 2. vers. dicemus vsque ad fin. Vasq. quæst. Illustr. d. cap. 85. num. 20.* & sentiunt omnes *DD. supracitati*; attamen in hac facti specie, in qua, vt supradictum est, vocantur legitimi, & naturales nati, & procreati de le-
17 gitimo matrimonio vere, et non ficte, * non videtur sufficere, quod probetur alterum de duobus requisitis *gloss in d. cap. lator* nisi illud sit qualificatum, cum non concludat ad legitimationem vere, & non ficte, sed possunt verificari in legitimatione per subsequens ma-
18 trimonium, * quæ non sufficit pro obtinendo in isto fideicommisso, vt per *Peregrin. de fideicom. art. 24. num. 25. cum seq. Thesaur. dec. 196. num. 3. Surd. dec. 219. num. 5.* sed opus est, quod probationes concludant talem pos-
19 sessionem, * quæ non conueniat nisi procreatis, & natis ex legitimo matrimonio, vel quod Vbertus sit natus procreatus ex ea, quæ Vxor credebatur, per ea quæ optime notat *Vasq. vbi sup. d. nu. 20. vers. denique ipsa experientia*; Ista tamen probatio non requiritur tam exacta
20 prout in iudicio petitorio, * sed sufficit præsumptiua, vt *supra dictum est*, cum agatur incidenter de legitimatione ad effectum successionis, vt probatur ex *Doctoribus supracitatis*, & præsertim bene ad propositum *Vasquez loco proximè alleg.* quibus & aliis attentis fuit in huiusmodi causa firmatum, in indiuiduo, non obstantibus verbis fideicommissi *procreatis, &*
21 *natis de legitimo matrimonio, * vere & non ficte* sufficere matrimonium præsumptum *Seraphin. dec. 976. vbi multa.*

His duobus prænotatis maior pars DD. fuit in voto, Illustrissimos DD. Marchiones Pallauicinos, ex persona Vberti esse in quasi possessione legitimitatis requisitæ à Testatore, hoc est tanquam legitimos, & naturales, & de legitimo matrimonio natos, & procreatos, verè,

&

& non factè, & sic recedendum esse à *decisione facta sub die 26. Martij* 1618. Etenim non controuertitur constare de matrimonio absque coarctatione temporis, prout fuit firmatum *coram recol. mem. Card. Seraphin. in dec.* 1000. *et coram S. D. N. in dec.* 247. & propterea sola difficultas est, an probetur d. quasi possessio
22 qualificata, * vt supra dictum, & quamuis DD. videretur probata per omnes, & singulos modos traditos à *d. gloss. in d. c. lator* per ea, quæ infra deducentur: Attamen insistebant in eo, quod procreatio Vberti constante matrimonio inter dd. Bernardinum, & Catherinam eo modo, quo sufficit eam probari in iudicio possessorio, benè probatur.

Primo ex Testibus per ipsosmet Illustrissimos DD. Marchiones Rangonos examinatis, contrà quos licèt Domini Pallauicini dederint
23 generales, & particulares exceptiones, * tamen non impeditur Iudex quominus ex eorum dictis possit informare animum suum, cum ad
24 eius officium spectet * veritatem vndique indagare *Put. dec.* 214. *num.* 2. *lib.* 2. *in nou.* & in puncto de istis terminis dicitur in *decis. Seraph.* 1000. *num.* 17. Ex dictis inquam eorum satis videbatur probari Vbertum fuisse conceptum, & natum constante matrimonio; Nam

Franciscus Parasaccus examinatus in Curia de anno 1532. ad 16. *Interrogatorium* inter alia deponit, quod Bernardinus post mortem D. Ioannis Petri accepit in vxorem prædictam D. Catherinam,& ex illa procreauit Vbertum, Sigismundum, Item Franciscum, & Pallauicinum, & prædicta omnia dicit, se dici audiuisse in Zibello ab hominibus d. Terræ,& dicti filij reputabantur filij dd. Coniugum, ex quo teste quatuor sunt desumenda. Primum, quod audiuit dici Bernardinum post Matrimonium procreasse Vbertum, & alios filios; Nam ea verba testis, & ex illa sunt necessario intelligenda, idest ex Catherina Vxore, seù ex Catherina, dum esset Vxor, & sic sine dubio iste testis deponit nedum de natiuitate, sed etiam de procreatione constante matrimonio, ver-
25 bum enim *creare*, propriè significat gignere, * vel generare, vel producere, vt per *Io. Vetteranum in lexico Iuris in verbo creare*: Secundum quod filij prędicti, & sic etiam Vbertus reputabantur filij dd. Coniugum,& per consequens quod reputabantur filij nati, & procreati post d. matrimonium, quia cum testis supra locutus fuerit de coniugio antè procreationem, & natiuitatem filiorum, cum postea habeat relationem per dictionem (*dictorum*) vtiquè intellexit de matrimonio contracto antè procreationem, & natiuitatem filiorum, ex regu-
26 la vulgari, quod relatum est in referente* cum omnibus qualitatibus suis *l. asse toto ff. de hæred. instituen.* Tertium quod dùm deponit de reputatione dictæ filiationis non deponit ampliùs de auditu, sed de vera scientia reputationis, & quamuis hoc pendeat à Iudicio intellectus,
27 & testis nullam reddat rationem,* tamen cum hoc Iudicium cadat in communem notitiam, testis benè probat absque alia ratione, ità in puncto *Dec. in cons.* 54. *num.* 4. Accedit, quod præcedenter deponit audiuisse Bernardinum accepisse in Vxorem Catherinam, & ex illa procreasse Vbertum &c. Vndè causa reputationis prædictæ probabilis elicitur: Quartum quod dum testis deponit de reputatione, deponit ab hominibus Zibelli, & est intelligendus de communi reputatione: Nam etsi inde-
28 finita in teste non æquipolleat vniuersali, * nihilominus, quando indefinita est restricta
29 ad certum locum, * vt putà si dicatur vinea in tali loco, ista indefinita æquipollet vniuersali *Dec. in cons.* 146. *num.* 5. & ideò cum in hoc casu indefinita sit restricta ad Zibellum, intelligitur de omnibus hominibus Zibelli vt benè ad propositum *Rot. dec.* 71. *nu.* 1 *part.* 1. quod vero deponat de reputatione ab omnibus Zibelli satis patet, quia verbum illud (*reputabantur*) stat consequutiue ad verba (*et hac dici audiuit ab Hominibus Zibelli*) verba autem
30 consecutiua inducunt vnitatem sermonis* *Bartol. in l. re coniuncti* 87. *num.* 18. *vers. item hoc probo ff. de leg.* 3.

Et Præsbyter Baptista de Ferrarijs examinatus de anno 1533. ad d. 16. *interrog.* respondit, quod Domini Bernardinus, & Catherina per plures annos steterunt simul reputantes se pro legitimis coniugibus, & procrearunt articulatos filios, & plures reputabant eos pro veris,& legitimis coniugibus, & etiam aliqui dicebant quod inter eos non potuit esse matrimonium. Ex hoc Teste ista sunt colligenda; Primo, quod Bernardinus, & Catherina per plures annos steterunt simul, se reputantes pro legitimis côiugibus, quod plures reputabant eos pro veris, & legitimis coniugibus; quod etiam aliqui dicebant, quod inter eos non potuit esse matrimonium, quod omnes affirmabant, matrimonium fuisse inter Bernardinum,& Catherinam, & maior pars reputabat eos pro legitimis coniugibus, licèt minor dicerent inter eos non potuisse esse matrimonium, de quo vltimo nihil est curandum, cum iam Rota resolverit côstare de matrimonio, licet absque coarctatione temporis, quod constante dicto matrimonio procrearût articulatos filios, scilicèt Vbertum, Sigismundum, & alios in interrogatorijs contentos, dum enim Testis dicit, quod Bernardinus, & Catherina se reputabant pro legitimis coniugibus, & immediatè addit, *& procrearunt, &c.* vtique hæc procreatio non percutit nisi tempus, quo illi reputabant se pro legitimis coniugibus, & sic ex isto Teste satis apparet, quod post matrimonium communiter reputatum, & post tractatum inter ipsos coniuges, tanquam inter virum, & vxorem suut procreati filij, inter quos,& Vbertus.

Cuius Testis ipsorum DD. de Rangonibus
31 depositio magnifacienda videtur *, quia contra eius personam nihil opponi potest, & deponit se fuisse præsentem contractui matrimonij, & aliàs in causa fuisse resolutum habetur *coram D. Cardinali Seraphino decis.* 1000. *num.* 3.

Bernardinus verò de Franzosijs examinatus Cremonæ de anno 1531. super eodem 16. *interrogatorio* respondit, se scite, quod dictus Bernardinus habuit sex filios masculos, & tres fœminas

minas ex ipsa Catherina, & quod iam 30. sunt anni vel circà, quod ipse Testis dici audiuit à pluribus, & diuersis personis, de quibus non recordatur, & quod publicè dicebatur in dicto loco Zibelli dicto tempore, quod prædictus D. Bernardinus tenebat pro concubina dictam Catherinam, & quod tunc prout vidit ipse Testis, suscepit ex ipsa Catherina Fædericum, Drusianam, & iudicio suo etiam Ioannem Franciscum, qui postea decessit, & quod iudicio ipsius Testis, possunt esse viginti anni, vel circa, quod ipse Testis dici audiuit à pluribus, & diuersis personis, de quibus non recordatur, &

32 quod publicè dicebatur in dicto loco Zibelli * prædictum D. Bernardinum desponsasse Catherinam, & eam in vxorem accepisse, & abindè citrà prædictus Dominus Bernardinus suscepit ex ea Vbertum, Pallauicinum, & Sigismundū, & Ioannem Franciscum nunc viuentem: Ex hoc teste est notandum. Primo, quod ipse scit Bernardinum suscepisse ex Catherina sex masculos, & tres fœminas, & hoc scit de vera scientia; Secundo, quod durante concubinatu suscepit Fædericum, Drusianam, & iudicio suo etiam Io: Franciscū de tempore depositionis defunctum; Tertio, quod à die depositionis ab hinc 26. annis publicè dicebatur in loco Zibelli, quod Bernardinus desponsauit Catherinam, & eam in vxorem accepit, & sic ipse Testis deponit de publica voce, & fama in Castro Zi-

33 belli *, hoc enim importanr illa verba (*publicè audiuit*) *Veral. decis. 7. & decis. 179. par. 3.* Quarto, quod iste Testis scit de vera scientia Bernardinum suscepisse Vbertum, Pallauicinum, Sigismundum, & Io: Franciscum post dictum matrimonium, de quo ipse audiuit per publicam vocem, & famam, quod probatur. Primo quia in principio depositionis dicit se scire, quod Bernardinus ex Catherina habuit sex masculos, & tres fœminas: Secundo, quod durante concubinatu, de quo ipse testis deponit per publicam vocem, & famam ipse vidit, quod Bernardinus suscepit ex Catherina Federicum, Drusianam, & iudicio suo etiam Io: Franciscum: Ergò si testis scit per publicam vocem, & famam concubinatum, & matrimo-

34 nium *, & numerum filiorum natorum, & numerum filiorum Bernardini tempore matrimonij, in necessariam consequentiam scit ex vera scientia, qui sint nati post matrimonium, de quo ipse deponit per publicam vocem, & famā, maximè cum dicat, & ab indè citra (scilicet à die matrimonij) suscepit Vbertum, Pallauicinum, Sigismundum, & Io: Franciscum tunc viuentem, ex quibus verbis iunctis superioribus, clarissimè patet, quod hoc scit ex vera scientia. Quinto, quod dum ipse testis deponit de matrimonio contracto, & postea subdit (*et ab indè citrà Bernardinus suscepit ex ea Vbertum, Pallauicinum, Sigismundum, et Io: Franciscum nunc viuentem*) est intelligendus, quod Vbertus nedum fuerit natus constante matrimonio, sed etiam procreatus, nam & si verbum *suscipere*, fit æquiuocum, suscipere enim liberos importat ne

35 dum liberos edere *, sed etiam procreare, vt probat *Brisson. de verb. signific. in verbo suscipere per text. in l. semper 5. §. hoc circa, ff. de iur. immunit.* & probat etiam *Laderch. in cons. 24. numer. 13.* nihilominus hoc verbum *suscipere*,

36 quando verborum contextus hoc denotat *, importat etiam idem quod concipere, vt est *text. expressus in l. ex facto 17. §. ex facto ff. ad Trebell.* quem in puncto allegat *Brisson loco prædicto* adijciens etiam *text. in l. vltima ff. de coniungen. cum emancip. liber.* & *in l. apud hostes ff. de capt.* iuncta *l. 1. C. eod. tit.* In casu autem nostro, cum interrogatorium contineat, quod Bernardinus, & Catherina existentes in figura matrimonij procrearunt Vbertum, Pallauicinum, Sigismundum, & Io: Franciscum, vtique cum interrogatorium loquatur de procreatione, et sic de conceptione, *vt supra probatum est*, dum testis respondit, quod post matrimonium ab indè citrà, Bernardinus suscepit ex ea Vbertum, Pallauicinum, Sigismundum, & Io: Franciscum nunc viuentem, est intelligendus*, quod loquatur de procreatione ex contextu interrogatorij, & responsionis, cum verbum (*suscipere*) accipiatur etiam pro procreare, & ita accipitur, quando contextus verborum hoc suadet, *vt supra probatum est*; Et cessat difficultas, quia testium dicta recipiunt interpretationem, et de-

37 clarationem à capitulis, et articulis *, super quibus sunt examinati; Et ideò cum interrogatorium dicat, quod Bernardinus, & Catherina existentes in figura matrimonij, procrearunt Vbertum, & alios, dum testis dicit (*quod suscepit*) quod verbum potest intelligi etiam

38 de procreatione *, ex interrogatorio ita debet interpretari *Alberic. in l. si præses numer. 4. vers. et dic ff. de pen. Seysil. in l. Celsus, numer. 58. ff. de vsu cap. et in l. scire debemus numer. 9. vers. ad dictum ff. de verb. obligat. Alex. cons. 88. numer. 26. lib. 5. Cephal. cons. 77. numer. 33. Rot. apud S. D. N. in decis. 134. numer. 1. et seq.* Sexto est notandum ex isto teste, quod licet fuerit examinatus de anno 1531. & quod deponat

39 audiuisse de publica voce, & fama * ab hinc 20. annis matrimonium fuisse contractum, non propterea sequitur, quod tunc à 20. annis præcisè fuerit contractū, quod suadetur, quia fuisset contractum de anno 1511. quo tempore erant nati Vbertus, & Pallauicinus, vndè si deponit, quod filij communiter reputabantur procreati constante matrimonio, vt supra probatum est, pernecesse dicendum est, testem deponere tunc audiuisse de publica voce, & fama, matrimonium antea fuisse contractum, & consequenter verba 20. *annos* per testem fuisse relata ad tempus sui auditus, non autem ad tempus contracti matrimonij.

Raymundus autem del Pizzo *super eodem interrogatorio* sic deponit, quod Bernardinus habuit sex filios masculos, & quatuor fœminas ex Catherina, videlicet Fædericum, Drusianam, Ioannem Franciscum mortuum, Vbertum, Iacobam, Pallauicinum, Sigismundum, Io: Franciscum, Isabellam, & quandam aliam Puellam, quæ est monialis, & antequam Vbertus nasceretur dicebatur concubina, deinde, & ante ortum d. Vberti, & subsequentium fratrum, dictum fuit esse, & habebatur, & tenebatur, & reputa-

putabatur ab hominibus d. loci prout vidit ipse testis, qui habitabat in d. loco vxor prædicti Bernardini, & ab eo desponsata. Ex hoc teste primo notandum est, quod ipse est benè informatus circa numerum filiorum, quos bene distinguit; Secundo, quod deponit de communi reputatione matrimonij ab hominibus Castri Zibelli, & hunc testem probare de communi reputatione, satis deducitur ex rationibus ponderatis in depositione Francisci Parasacchi primi testis. Tertio, quod deponit de ista communi reputatione, antè & post natiuitatem Vberti, & sic licet ista verba per se sumpta non videantur concludere ante conceptionem, tamen si attendatur interrogatorium à quo in-
40 terpretationem recipit depositio testis,* *vt supra dictum est*, verba sunt intelligenda de conceptione, cum verba testis nullatenus repugnent; Quia vt aduertit *Laderch. in conf. 24. num. 13.*
41 procreari ex matrimonio, * & nasci ex matrimonio non differunt, cum *Imperator* vtatur verbis modò *editi sunt*, modò *nati sunt*, modo *procreati sunt*, vel *progeniti sunt*, vt in *l. cum quis*, & in *l. nuper C. de natural. liber.* & probant *Iura & Brisson. loco supra citato*; Et in omnem euentum cum alii testes deponant de matrimonio ante procreationem Vberti, etiam iste testis est intelligendus de matrimonio ante d. procreationem, vt in fortiori videmus, quod quando vnus testis alteri repugnare videtur, fit conci-
42 liatio, vt probent,* dummodò actuum multiplicatio non insurgat ita *Bart. in l. Gallus §. ille casus num. 3. ff. de liber. & posthum. Alex. post Imol. in l. inter §. 1. num. 11. vers. Imola hic de verbor. obligat. Falin. in cap. cum tu numer. 4. de testib. & plures citat Crot. in tract. de testib. numer. 331. & 332.* & loquuntur *DD.* vbi varient testes in ipso nego-
43 cio principali non etiam in adiunctis, * hoc est in circumstantiis, vt si vnus domi rem gestam, alter propè domum afferit, vt propriè loquitur *Bart. in d. l. Gallus §. ille*: Alter ante bellum, alter post *Dec. in l. mutuum domus §. creditum num. 11.* Si igitur vbi testes repugnare videntur in ipsa causa reducuntur ad concor-
44 diam, vt probent,* quanto magis hoc fieri debet in hoc casu, cum verba huius testis possint legitimè interpretari, quod loquatur de procreatione Vberti de tempore matrimonij; Interpretandus est igitur testis, & intelligendus loqui de procreatione, vt cum aliis testibus explicitè deponentibus de procreatione de tempore matrimonii concordet; Verissima enim est conclusio, quod depositio vnius testis du-
45 bia * declaratur, & recipit interpretationem ex dicto alterius testis *Prob. ad Monach. in cap. 1. num. 19. de testib.* & multum mouit Dominos, quia isti sunt testes DD. de Rangonibus, qui si intellexissent de natiuitate durãte matrimonio, nõ autem de conceptione, verisimile est,* quod
46 explicitè deposuissent factum, cum conceptio sit causa vocationis ad fideicommissum, cum vocentur, vt supra dictum est, legitimi, & naturales de legitimo matrimonio nati, & procreati verè, & non fictè.

Stephanus de Cauallis examinatus Cremonæ de anno 1531. ad 9. *Interrogatorium* sic respondit, nesciit, quod filii Bernardini fuerint legitimi, & naturales, vel non, sed benè vidit eos nominari, teneri, & reputari à dictis Bernardino, & Catharina eorum parentibus, & vassallis, & subditis eorundem pro filiis legitimis, & naturalibus dd. Bernardini, & Catherinæ, & quod Rolandus eorum patruus eos pro nominabat, tenebat, & reputabat, & quod post mortem dicti Bernardini ipsi fratres fuerunt habiti teneri, & reputati filii legitimi, & naturales, & hæredes vniuersales ipsius Bernardini, & in eius hæreditate successerunt iurisdictione in Castro Zibelli, & aliis locis, in quibus pater eorum exercebat per tres annos, vel circa exercendo nemine contradicente, & d.q. Rolando sciente patiente, & in nihilo contradicente. Ex hoc teste primo colligendum est, quod dum dicit nescire, an filii Bernardini sint legitimi, & naturales, intellexit de scientia certitudinali, quia non interfuit natiuitati, * quod patet ex se-
47 quentibus rationibus, quas deducit super legitimitate *Grat. conf. 42. sub num. 34. lib. 1. Rot. apud SS. D. N. vt in dec. 487. num. 1. & 2.* Secundo iste testis deponit de communi reputatione legitimationis primo à parentibus, secundo à Vassallis, & subditis ex rationibus supra deductis, tertio à Rolando patruo, dum testis deponit, quod Rolandus ipsos tenebat, nominabat, & reputabat pro nepotibus, quod non fuisset, si non fuissent legitimi, & naturales,
48 quia illegitimi non habent ius agnationis * ex *alleg. per Lup. de illegit. comm. 1. num. 24.* & quamuis fortè contrarium seruetur de consuetudine; non tamen hoc est verum quoad tractatum, maximè in familiis generosæ nobilitatis, *
49 prout est ista DD. de Pallauicinis; & maximè in casu, de quo agitur, quia si filii Bernardini non fuissent legitimi, & naturales cum requisitis à Testatore non erant succesibiles, sed successio spectabat ad Rolandum, vt statim dicam: Vndè non est verisimile, quod eos tanquam nepotes tractasset, habuisset, & reputasset. Quarto est notandum, quod licet iste testis, non
50 dicat explicitè, * quod reputentur legitimi, & naturales nati ex legitimo matrimonio verè, & non fictè, tamen hoc dicit implicitè, dum deponit de reputatione Rolandi, & dum deponit, quod tanquam legitimi, & naturales successerunt in bonis, in quibus solum tales erant vocati, vt latius infrà dicetur, in probatione enim
51 elicienda * magis consideratur ratio testis, quam cortex verborum *l. solam vbi Gloss. & DD. de testib. cap. cum causam vbi DD. eod. tit. Bald. in l. testium C. eod. tit. num. 36.*

Baroccius de Burgo examinatus Parmæ de Anno 1544. super 13. *Interrogatorio*, & super eodem Ioannes de Magistris alter Testis primus dicit, quod vt audiuit Bernardinus in figura matrimonij suscepit Vbertum, & alios filios, & secundus Testis dicit de auditu, quod antequam Catherina nuberet Bernardino, habuit vnum filium nominatum Federicum, & post quam fuit nupta habuit Illustrissimum D. Vbertum Pallauicinum, Sigismundum, & Io. Franciscum, & subdit, quod vidit dd. filios nedum

dum

dum à dd. Coniugibus tractari tanquam de
matrimonio natis, sed etiam ab alijs publicè, &
palam in Terra Zibelli, quorum Testium pri-
mus licet deponat per verbum (*suscepit ex ma-
trimonio*,) & alter per verbum (*habuit ex ma-
trimonio*,) tamen sunt intelligendi, quod dd.
filij sint procreati ex matrimonio, cum verba
52 sint apta compræhendere * etiam conceptio-
nem, vt de verbo *suscepit* notat *Rebuff. in l.
In conuentionibus num. 219. versic. suscipere li-*
53 *beros ff. de verb. signific.* & de verbo *habuit* *
idem *Rebuff. in l. apud se 143. vers. decimosexto
filium dicitur habere eod. Tit.* ne discordent à
54 primo, & 2. Teste, * Qui explicitè deponunt
de procreatione, & à 3. qui si non explicitè
saltem implicitè de procreatione deponit, vt
supra probatum est.

Et ita etiam est intelligendum dictum Da-
miani Cornazani Testis Pallauicinorum exa-
minatus Parmæ de anno 1537. ne discedat ab
alijs Testibus explicitè deponentibus de pro-
creatione, scilicet, quod ex Bernardino ex legi-
tima vxore nati sunt Vbertus, Pallauicinus,
Sigismundus, & Io: Franciscus, & valdè mo-
uit Dominos, quia cum Testes prædicti depo-
nant per verbum (*habuit*, & *suscepit*) cum
per eadem verba deponant nedum de Vberto,
sed de alijs fratribus natis post Vbertum, &
præsertim de Io: Francisco, quem indubita-
tum est conceptum fuisse post matrimonium;
signum est euidens, quod intelligunt ipsum
Vbertum, nedum natum, sed etiam conce-
ptum constante matrimonio inter Bernardi-
num, & Catharinam per doctrinam *Bart. in l.
præter la 2. §. Eritque differentia in princ. vers.
breuiter dic ff. de vi bonor. rapt.* vbi dispositio
55 circa plura in eadem oratione contenta * si
reguntur ab eodem verbo, dictum in vno cen-
setur repetitum in alio * *Alex. cons. 34. num. 5.
& seqq. versic. pro quo optime facit lib. 6. vbi
Apostilla*: Et præsertim attenta distinctione
per testes prædictos, vt supra, adhibita de filijs
natis in concubinatu à filijs procreatis in ma-
trimonio, eo magis propterea legitimitatem
requisitam super qua interrogabatur specifi-
care intelligendo.

Ex his testibus cum iam sit firmatum con-
stare de matrimonio de facto sine coarctatione
56 temporis, * vt in *decis.* 1000. *Seraph. & decis.
247. S. D. N.* vt dictum est, satis apparet pro-
bari ex communi reputatione hominum Zi-
belli Vbertum esse natum, & procreatum in fi-
gura matrimonij, quæ quidem communis re-
putatio negari non potest, quin constituerit
Vbertum in quasi possessione legitimitatis
57 vera, & non ficta, * ita vt ei, & habentibus
causam ab eo suffragetur donec contrarium
probetur *Cygn. in l. non nudis in 2. quæst. vers.
pone Pater ment. & ibi etiam Bald. C. de Proba-
tion. Put. decis. 169. & 506. lib. 2. in nou. Cæs.
de Graff. decis. 6. num. 2. qui fil. sint leg.* vbi te-
statur de communi *Lup. de Illegitim.* latissime
in Comment. 2. §. 3. numer. 44. & dicunt *omnes
DD. supra notati in princ. & in 2. præmisso*. Et
ista communis reputatio sufficit licet non sit
58 probata in loco * originis, cum sit probata in
loco Zibelli, in quo Vbertus fuit educatus
*Bartol. in l. de minore §. plurimis numer. 10.
& seqq. ff. de Quæst.* Nec aliquid facit obsta-
culum, quod sint singulares, quia ommisso,
59 quod in dubio præsumuntur contestes, * cum
non agatur de probandis actibus, super qui-
bus deponunt testes, sed de probando id, quod
60 ex ipsis actibus resultat, * nempe communis
reputatio filiationis legitimæ, & de legitimo
matrimonio verè, & non fictè admittuntur te-
stes singulares *Castrens. cons. 151. num. 1. vers.
secundo videtur vol. 1.* & quando agitur de pro-
banda communi reputatione, & fama, & quod
sufficiant testes singulares *Alex. in cons. 51.
num. 5. vol. 1.*

Secundo principaliter deducitur ista posses-
sio legitimitatis verè, & non fictè ex persona
Vberti, ex tractatu Parentum, de quo depo-
nunt prædicti testes, quia Bernardinus duo
confecit testamenta; In primo de anno 1511.
instituit per hac verba *DD. Vbertum, & Palla-
uicinum filios meos legitmos, & naturales pro-
creatos, & natos ab ipso Testatore, & D. Cathe-
rina vxore sua pro iusto matrimonio in omnibus suis
Castris, Feudis, homagijs, datijs, tabernis, &c.* &
in hoc testamento duo legata fecit Io: Fran-
cisco, & Fæderico filijs naturalibus, distin-
guendo filios legitimos ab illegitimis: Ex
hoc testamento primo colligitur, quod Ber-
nardinus tractauit Vbertum, & Pallauicinum
tanquam filios legitimos, & naturales procrea-
tos, & natos ex legitimo matrimonio verè, &
non fictè, quod colligitur tam ex distinctione
61 supradicta filiorũ illegitimorum à legitimis, *
quam distinctionem sic in testamento factam
pro iustificatione legitimantis alias admisit
*Rota apud Cæs. de Graff. decis. 18. num. 5. de
Probat.* Quam etiam ex illis verbis (*procreatos,
& natos ab ipso Testatore, & D. Catherina
vxore sua pro iusto matrimonio*) quorum verbo-
rum, & si prætenderetur sensum esse, filios esse
procreatos, & natos ex se, & Catherina legi-
tima vxore pro iusto matrimonio, non ta-
men concludere, quod essent procreati con-
stante matrimonio, cum verba *pro iusto matri-
monio* referri debeant ad Catherinam, quæ erat
vxor pro iusto matrimonio, non autem quod
ipso matrimonio constante filij sint procreati,
Attamen contrarium visum fuit ex serie ver-
borum, quia Bernardinus vtitur verbis primo
procreatos, deinde (*natos*) non autem solo
verbo (*natos*) ait enim, vt dictum est *procrea-
tos, & natos ab ipso testatore, & D. Catherina
eius legitima Vxore pro iusto matrimonio*, & non
solum dicit *procreatos, & natos ex se, & Cathe-
rina*, sed *ex Catherina legitima Vxore pro iusto
matrimonio*, hoc est ex causa matrimonij, talis
enim in hoc thæmate est sensus huius dictionis
62 *pro*; nam denotat modum, & causam * *Corn. in
cons. 32. num. 6. lib. 4. Paris. cons. 49 num. 21. lib. 2.
Menoch. præsumpt. 134. nu. 11. lib. 4. vers. tertio di-
ctio pro*; Vndè ista verba sunt intelligenda
de tempore procreationis, & natiuitatis, non
autem quod solum esset Vxor de tempore te-
stamenti, quia cum verba (*procreatos, & natos*)
non possint separari à Bernardino, & Cathe-
rina

rina, verba sequentia (*eius legitima Vxore pro iu-*
sto matrimonio) scilicet ex causa matrimonij ne-
què possunt separari à Catherina, cum quali-
63 tas adiecta verbo * intelligatur de tempore
verbi *l. in delictis §. si extraneus ff de Noxal.* latè
Alex. in cons. 198. num. 7. & seq. vers. non obstat iun-
cto nu. 10. vers. & qualitas iuncta lib. 6. ergò sunt
significatiua, & qualificatiua temporis præte-
riti scilicet procreationis, & natiuitatis; Qua-
rè etsi dici possint coniuncta verbo temporis
præsentis, scilicet conditi testamenti, tamen
64 cum sint qualificatiua temporis præteriti, * non
assumunt solum significationem temporis præ-
sentis, scilicet conditi testamenti, sed etiam
procreationis, & natiuitatis filiorum, vt benè
per *Signorol. de Homod. cons. 37. num. 7. col. penult.*
vers. item pro hoc euidenter.

Et idem habetur in secundo testamento de
anno 1519. in quo legitur, quod Bernardinus
instituit sibi hæredes vniuersales Vbertum, Pal-
lauicinum, Sigismundum, & Io. Franciscum
eius filios legitimos, & naturales procreatos,
& natos ex se, & Catherina D. Testatoris Vxo-
re legitima, & quam suam vxorē legitimam esse
protestatus fuit, & protestatur, & in hoc quo-
què testamento dixit filios procreatos, & na-
tos ex Catherina Vxore legitima, & quam
suam Vxorem legitimam protestatus fuit, &
protestatur, & cum sit qualitas adiecta verbo,
65 intelligitur secundum tempus verbi, * vt supra
dictum est: Vndè difficilius ex verbis huius se-
cundi testamenti dici potest, quod senserit tan-
tum de Catherina legitima vxore de tempore
testamenti ponderando verba (*Vxore legitima*)
& sic per necesse concludit Testator, quod pro-
creauit filios ex Catherina Vxore legitima.
Et in eod. secundo testamento dicitur; instituit
Vbertum, & Pallauicinum, nec non Sigismun-
dum, & Io: Franciscum; qui erat quarto ge-
nitus post matrimonium, cum Io: Franciscus
natus antè matrimonium iam obijsset, vt pro-
bant testes supra relati, & præsertim instituit
Vbertum in parte Castri, & Arcis Zibelli cum
Iurisdictione, censibus &c. quæ spectabat ad
ipsum testatorem, & in hoc etiam testamento
66 distinxit filios legitimos, * & naturales ab ille-
gitimis, & naturalibus.

Ex quibus negari non potest, quin Vbertus
fuerit tractatus, & nominatus à Patre tanquam
filius legitimus, & naturalis procreatus, & na-
tus ex matrimonio verè, & non fictè, & quod
ei reliquerit bona subiecta fideicommisso, in
quo nati, & procreati ex legitimo matrimonio
verè, & non fictè vocantur, eoquè magis stan-
te diuisione facta de filijs legitimis ab illegiti-
mis vt supra, & quod per tres vices procurauit
obtinere, & obtinuit confirmationem fideicom-
missi, de quo agitur; non enim est verisimile,
67 quod si voluisset defraudare quoad vnum, *
non defraudasset quoad alios, vt benè fuit cō-
sideratum *per Rot. apud Card. Seraphin. in dicta*
dec. 1000. n. 11. versic. non obstat. Et propterea ex
dd. nominatione, & tractatu iuncta institutio-
ne probatur etiam possessio DD. de Pallauici-
nis requisita in fideicommisso, de quo agitur.
Nam etsi regulariter loquendo dominatio, &
68 tractatus Patris non solet nocere tertio * *Ias.*
in cons. 81 in prin. lib. 1. Grat. cons. vlt. num. 4. lib. 1.
Card. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 12. n. 11.
Petra, qui alios allegat *quæst. 11. num. 302. cum*
seq. Nihilominus secus est, quando cum deno-
minatione; & tractatu Patris concurrunt ad-
69 minicula, & præsumptiones, prout abundan-
ter concurrunt in hoc casu ex testibus supradi-
ctis, & ex mox dicendis, ex quibus nedum
adminicula, sed veræ probationes eliciuntur
ità *Aym. in cons. 991. num. 80. vers tertio responde-*
tur vsque ad num. 83. lib. 6. qui etiam alios refert,
& idem tenet *Bald. in cap. per tuas sub num. 4. ver.*
secundo oppono, & probat idem *Bald. in cons. 180.*
num. 3. vol. 3. Aretin. in d. cap. per tuas num. 25. vbi
etiam Felin. sub nu. 12 propè fin. Dec. cons. 28. num.
29. Butr. in dicto cap. per tuas num. 17. qui filij sint
legitimi Auchar. cons. 225. n. 6 iuncto themate Rimi-
nal. sen. cons. 615. num. 7. & 9. vers. & per hoc in-
fertur vol. 4. Roland. à Vall. cons. 22. nu. 29. & 30.
iuncto num. 13. lib. 3. Cæphal. cons. 137. num. 8. Ga-
br. cons. 21. num. 43. vers. & licet Romanus vol. 1.
Alciat. de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 38. num. 7.
Gozadin. cons. 13. nu. 55. & seq. Pres p. Passett. cons.
105. num. 7. vsque ad fin. Soccin. Iun. qui testatur
de communi *cons. 67. num. 10. & seq. & num. 21.*
& 22. lib. 4. Bursatt. cons. 88. antè num. 8. vers. sup-
posito tamen, vbi dicit hoc fuisse resolutum *apud*
Nos in causa bonorum de Pepulis coram Oradino,
& latius in *cons. 384. num. 18. vsque in finem, &*
præsertim in versic. secundo dicitur Seraphin. dec.
1300. nu. 3. Rota apud Sanctissimum in hac eadem
causa vt in dec. 247. num. 15. & 16. vers. accedit
nominatio Vxoris.

Tertio, & pro ista legitimatione verè, &
non fictè fuit consideratum, quod vt benè de-
ponunt testes Vbertus, & alij filij Bernardini
post matrimonium successerunt in bonis præ-
70 dicto fideicommisso subiectis, * in quibus suc-
cessisset Rolandus frater Bernardini, si ipsi nō
fuissent nati, & procreati ex legitimo matri-
monio, quæ possessio non potest dici fuisse ca-
pta pro legitima iure naturæ debita, cum
possiderit medietatem, vt patet ex diuisione,
& prædicti testes deponunt, quod à Vassallis,
& subditis reputabantur possidere tanquam fi-
lij legitimi, & naturales, & hoc præsertim de-
ponit Stephanus de Caballis, & Raymundus
del Pizzo testes dd. Rangonibus, & prædicta
possessio in vita vocatorum maximè facit, quā-
dò admittuntur minores probationes, vt patet
ex traditis per *Abb. in cap. transmissæ num. 10. qui*
filij sint legit. Dec. in cap. per tuas nu. 12. & 13. de
Probat; & in cons. 54. num 1. & 2. Paris. cons. 13.
num. 9. lib. 2. Couar. in Epitom. de sponsal. par. 2. c. 8.
§. 3. per tot. Et huius generis probationes ha-
buit in maxima consideratione *Rota in causa*
Cæsaraugustana status de Morar. 7. Iunij 1585.
coram Bubalo, & in hac causa, vt in dicta dec.
Card. Seraph. 1000. num. 15. & S. D. N. dec. 247.
num. 17. Et ista præsumptio valdè confirmatur
ex eo, quod Rolandus enixè conatus est obti-
nere huius fideicommissi derogationem, vel
saltem suspensionem, vt portionem, quæ sibi
obuenerat posset relinquere filiabus suis, & ta-
men mortuo Bernardino non solum non cura-

uit occupare bona, quæ ad ipsum pertinebant,
si Vbertus, & alij fuissent filij illegitimi, sed
etiam fecit actum positiuum in contrarium;
nam dum erat in carceribus declarauit velle,
quod sua bona Iurisdictionalia deponerentur
pænes Vbertum, & fratres suos nepotes, &
Bernardini filios, vt optimè consideratur in
prædicta *dec. Seraph. sub num. 15.* Et prætensum
Ius Vberti fuit notificatum Rolando per lectu-
rã Breuis, ex qua scientia excluditur interpræ-
tatio, quod depositum pænes Vbertum fuerit
factum per confidentiam, quod coadiuuatur
ex quo Rolandus, vt est in confesso apud par-
tes, per triennium vixit post obitum Bernardi-
ni; Vnde satis potuit deducere Iura sua, & quod
plus est, docetur, quod idem Rolandus in isto
spatio temporis diligenter custodiuit obseruã-
tiam fideicommissi, de quo agitur ad sui fa-
uorem contrà exclusos, & non vocatos cum
statim sequuto obitu Polidori sui fratris in ex-
clusionẽ propriæ filiæ ipsius Polidori adeptus
est possessionem portionis Castri Monticello-
rum eiusdem Polidori, vt in *Summario* dd. de
Pallauicinis. Et cum magis sit standum factis,
71 quam verbis * *cap. dilecti filij vbi Gloss. in verbo
facto de Appellation. Anchar. cons. 302. num. 3.* &
benè consideratur in puncto in prædicta *dec. S.
D.N. sub num. 18.*

Parum est curandum, quod aliqui testes di-
cant Rolandum aliquando dixisse Vbertum, &
alios esse illegitimos, quia tres tantum sunt te-
stes ad hoc exaduerso allegati, & nihil probant:
Primus enim Raymundus del Pizzo nihil con-
cludit, quia non exprimit de quibus filijs ver-
ba habita fuerint, iudicat, & non deponit, &
declarat asserta verba Rolandi prolata, dũ erat
72 iratus, quæ de iure non sunt attendenda * *l. quic-
quid calore iracundia 49. ff. de Regul. iur.* Secũdus
est Cæsar de la Vela, qui fuit à Rota in totum
73 reiectus, * & firmatum illi nullam fidem ad-
hibendam *Seraphin. dec. 1330.* Tertius denique
est Hieronymus de Ronco, qui est singularis,
74 & de auditu, * & quatenus dicit à Bernardino
non exprimit à quo Bernardino, etsi intelligere-
tur de Bernardino Pallauicino redargueretur
de mendacio ex publicis Instrumentis, & tra-
75 ctatu, de quibus supra, * & ex abundanti hoc
potuit dici stante quod Bernardinus habuit rẽ
cum Catherina antè obitum Mariti d. Cathe-
rinæ, & quia non erat eiusdem Nobilitatis, &
vt supra dictum est, adsunt probationes, quod
Rolandus tractabat filios Bernardini vti nepo-
tes: Et cessat quoque quod deponit vnicus te-
stis, scilicet quod dum Rolandus fuit carcera-
tus erant componendæ controuersiæ, quia non
deponit de quibus controuersijs, & in omnem
euentũ est standũ facto Rolandi, *vt supra dictum
est:* Quarto ex abundanti pro dicta legitimitate
accedant sententiæ latæ in partibus, in quibus
Vbertus declaratur filius legitimus, & natu-
ralis natus est legitimo matrimonio; Accedant
insuper depositiones Com. Balthassaris Ran-
goni, in quibus ponit Vbertum natum ex Ber-
nardino, & Catherina legitimis Coniugibus;
Accedant denique adoptio facta per Clar. me.
Castrorum ductorem Sfortiam Marchionem,
Pallauicinum de D. Alexandro, in qua appel-
lat illum ex descendentibus masculis legitimis
& naturalibus Io. Francisci, & prædicta dedu-
cuntur ad corroborandam reputationem com-
munem legitimitatis verè, & non fictè, quia
non est verisimile, quod si isti Pallauicini tales
non fuissent ità fuissent reputati, cum tanti non
76 reputentur legitimari per subsequens, * quan-
tum nati, & procreati ex legitimo matrimo-
nio, ad quod facit, quia verba sunt interpræ-
77 tanda secundum conditionem proferentis * *l.
ex facto §. Si quis rogatus ff. ad Trebell. l. stipulatio
ista habere licere 38. §. hoc quoque ff. de verb. oblig.
l. miles unum 6 ff. de Testam milit.* & benè ad pro-
positum *Didac. Roderic. de coniectura mente de-
functi lib. 2. c. 1. §. 1. num. 1. cum seqq.*

Igitur ex prædictis apparet probari legitimitatẽ DD. de Pallauicinis ex legitimo matrimonio verè, & non fictè, & ista probatio sustinetur, quia neque pro DD. Rangonibus contrarium probatur, neque ex suis probationibus d. Pallauicinorum probationes eliduntur.

Non enim obstat primo instrumentum de anno 1526. sub die 27. Nouembris, in quo Vbertus fatetur se esse maiorem 17. annis, & vltrà; Vndè apparet, quod erat natus de anno 1510. de quo tempore Bernardinus, & Catherina procurarunt exequutionem mandati de dispensando pro contrahendo matrimonio, & sic adhuc de tempore natiuitatis Vberti non erat inter Bernardinum, & Catherinam matrimonium.

Nam huic motiuo fuit responsum primo,
quod cum ex prædictis sit probata legitimitas
ex legitimo matrimonio verè, & non fictè, ex
isto mandato de dispensando non probatur,
quod antè illud mandatum matrimonium non
fuerit legitimè contractum, cum agatur de ma-
trimonio antè *Concil. Trid.* quo tempore suffi-
ciebat ad validitatem matrimonij solus con-
78 sensus coniugum * verbis expressis absque præ-
sentia Parochi & testium *cap. cum locum 14. de
sponsal.* & prætensus raptus antè *Concil. Trid.
sess. 24. cap. 6. de reform. matrim.* non dirimebat
matrimonium *cap. fin. de Raptoribus Sanch. de
matrim. lib. 7. disp. 12. num. 41. in fine* nec manda-
tum de dispensando arguit matrimonium per
79 anteà legitimè non fuisse contractum, * quasi
adesset impedimentum, quia in dicto manda-
to narratur solum ad vlterium; Vndè patet
d. dispensationem solum fuisse petitam ad abũ-
dantiorem cauthelam, cum adulterium non
80 præstet impedimentum, * quo minus mortuo
coniuge inter adulteros matrimonium contra-
81 hi possit, nisi adsit fides data, * vel machina-
tio in necem viri defuncti, de quibus nihil di-
citur in dicto mandato *cap. significasti 6. de eo
qui duxit in matrimonium quam poll. per Adulter.*
Neque potest deduci matrimonium non fuisse
contractum, ex quo mandatum de dispensan-
do loquitur de matrimonio contrahendo, &
82 nulla fit mentio de matrimonio contracto, *
quia potest intelligi de matrimonio contrahen-
do vigore illius mandati, sed non excludit ma-
trimonium fuisse contractum, prout non ex-
cludit taciturnitas in mandato, quod matri-
monium

monium fuerat contractum, quia in dispensa-
tionibus est facienda mentio contracti matri-
83 monij * propter Decretum *Conc. Trid. sess.24.*
cap.5.de Reformat.matrim. quod habet locum
nedum inter contrahentes in gradu prohibi-
to, * sed etiam inter contrahentes cum impe-
84 dimento dirimente *Petr. de Ledesm. de matrim. quæst.56.art.fin.dub.2.difficult.1.conclus.1.fol.mihi 497.Sanch.de matrim. lib.3. disput.42. num.7. & lib.8.disp.25.num.24.* Ex illo enim decreto *Concil.Trid.* Pontifices se reddunt difficiliores ad
concedendam dispensationem in matrimonio
85 iam contracto,* licet proprium matrimonium
iam contractum Pontifices antè *Concil.* indu-
cerentur facilius ad concedendam dispensatio-
nem *Nauarr. in Manual. cap.22. num.86. vers.5. dicendum est Guttier.Canonic. quæst.lib.2. cap.15. num.vlt.Henriq.in summ.lib.12.de matrim. cap.3. num.8.Sanch.de matrim.lib.8.disput.25.numer.23. Ant.de Cordub de casib.conscien.quæst.45. in 2.ratione primæ opinionis vers. la segunda ranzon. fol. mihi 101. in lib. hispanico.* Et propterea antè
Concil.Trid. erant validæ dispensationes super
86 matrimonio contrahendo, * absque eo quod
fieret mentio matrimonij iam contracti, quià
si Papa sciuisset matrimonium fuisse de facto
contractum, faciliùs dispensationem concessis-
set *Petr.de Ledesm.de matrim.quæst.56.artic. vlt. dub.2.difficult.3. post.3. conclusionē Corollar.9. fol. mihi* 500.*vol.primo* sequitur *Sanch.de matrim.loco proxime citato num.23.vers.vndè benè.*

Secundo fuit responsum, quod assertio V-
berti fuit propter aliud, & ad alium effectum,
& de credulitate, quia nemo certò scire potest
87 diem natiuitatis suæ, * vt dicit *Bald.in l.de tutela col.2.num.3.vers.quia nemo C.de in integr.restit.minor.* Immò de eodem anno in instrumen-
to non asseruit se maiorem 17. annis, sed ma-
iorem 16. annorum, & quamuis dicens se ma-
iorem 16. non contradicit sibi, si dicat se ma-
iorem etiam 17. nihilominus secundum com-
munem vsum loquendi non consueuimus ità lo-
qui vt notum est, communis autem vsus lo-
88 quendi in probationibus debet attendi * *Dec. in c.in præsentia n.89. de Probation.* Et cessat om-
nis difficultas, quia DD. de Rangonibus pro-
sequuti sunt litem contra Curatorem Vberti
vsque ad annum 1535. vndè illum minorem
confessi sunt, quare sibi præiudicarunt donec
89 concludenter probent ipsum esse maiorem *
iuxtà notata per *Bald.in l.2.§. quod obseruare nu. 11.vers.sexto quæro C.de Iur.calum.*

Tertio fuit respōsum, quod instrumentū præ-
90 dictū non caret suspicione* cum Annus D.non
cōcordet cum Indictione immò repugnet; Vndè
91 instrumentum in totum vitiari voluerunt* *Dyn. cons.14.incip.quidam nomine Nuntius circa finem, vers.præterea primum instrumentum Bald.cons.66. factum tale est sub num.4.vers. sed D. Innocentius vol.3.* vbi ait instrumentum, in quo sit falsus
92 dies, vel falsa indictio, * in totum vitiari,
quia illud vitium respicit instrumentū in qua-
libet sui parte, & citat *Innocent.* idem tenentem
in *cap.fraternitatis de Hæretic.* & ratio est secun-
dum *Innocent.* quem ibidem *Anchar. num.2. Abb. num.* 4. allegant, quia Tabellio non debet in in-

strumento apponere, nisi quod in veritate no-
93 uit, * & in hoc non potest esse ignorantia,
Vndè siuè scienter, siuè ignoranter, super his,
quæ tangunt substantialia instrumenti falsum
admisceat instrumentum nihil valebit.

Quarto fuit responsum, quod scriptura exe-
quutionis mandati de dispensando vacillat;
continet enim clausulam *in quorum fidem per*
94 *Notarium,* * *scribamque nostrum subscribi, & publicari mandamus, sigillique nostri impressione muniri fecimus,* & tamen de subscriptione pu-
blicatione, & sigillo huiusmodi nihil apparet,
vnde fit, quod ista scriptura tanquam imper-
95 fecta non probet, * cum sit talis non solum
ratione solemnitatis substantialis, vt de sub-
96 scriptione, & sigillo * est *Text. in c. inter dilectos de fid.instrum.§. sed contra priuilegium ad fin. vers.quia nec erat publica manu confectum, nec signum habebat authenticum, & §. Instrumentum versic. tum quia* subscriptio Notarij videbatur
97 manu alterius fuisse * *Angel.cons.220. in princ. Gramm dec.106.num.18.vers.item deficit subscriptio Notarij Alex.cons 153.num.8.& seq.lib.2.* &
in terminis huius clausulæ *in quorum fidem Put. dec.384.lib.3.in nou.Verall. dec.104.par.2.*

Sed etiam ratione voluntatis, quia cau-
tum est, vt hæc omnia deberent fieri; Et ta-
men nihil est factum: Quo casu scriptura etiam
98 si alias esset solemnis, * dicitur tamen imper-
fecta ratione voluntatis, quia nondum fuit
habita pro absoluta, & est prorsus irrita, ac
nulla quoad omnem effectum per *Text. in l. contractus C. de fid. Instrument.* atque ibi tradit
Bald. numer. 7. ibi, *sed si requiritur subscriptio*
99 *Tabellionis adhuc non est conclusum,* * *& ideo scriptura Tabellionis non dicitur perfecta, nisi ea subscripta, & Anchar. cons. 332. pro clariori in princ. vers. hoc pro tanto dico.*

Nec iuuat DD. Rangonos, quod DD. Pal-
lauicini approbauerint huiusmodi exequutio-
nem, quia approbarunt quidem mandatum
de dispensando, non autem prædictam exe-
quutionem, vt patet ex actis.

Non obstat secundo, quod ex testibus DD.
Pallauicinorum apparet Iacobam sororem
Vberti fuisse natam 18. mensibus post illum, &
rursus 18. mensibus post Iacobam fuisse natum
Pallauicinum, adeo vt Vbertus excederet in
ætate Pallauicinum tribus annis, quare cum
Pallauicinus reperiatur nominatus in testa-
mento Bernardini Patris condito de anno
1511. mense Decembris, apparet, quod Vber-
tus fuit cōceptus circa principium Anni 1508.
& sic etiam ante mandatum obtentum de di-
spensando, de quo supra; nam fuit responsum,
quod quatenus isti testes probarent non officе-
rent, quia si vera est responsio supra data, quod
legitimitas probata potuit esse etiam ante man-
datum de dispensando, quia ante illud poterat
esse legitimum matrimonium, parum refert,
quod Vbertus fuerit natus ante d. mandatum,
sed cessat omnis difficultas tam ex eo quia
ijdem testes deponunt Vbertum procreatum
& natum post matrimonium, quàm ex eo quia
mandatum de dispensando fuit datum sub 4.
Kal. Iunij anno.5. Iulij Secundi hoc est die 29.

Maij 1508.& sic ex isto anno sunt computandi septem Menses,& dies duo, Anni vero 1509. & 1510. sunt integre computandi 24. Menses, & ex anno 1511. cum testamentum fuerit factum die 6. Decembris sunt computandi Menses 11.& dies 5.& sic in totum menses quadraginta duo, & dies septem ; Vnde facto hoc computo, & habita ratione ad depositiones testium, qui deponunt de Natiuitate Iacobæ,& Pallauicini adest tempus sufficiens, vt Vbertus dicatur natus longe post mandatum de dispensando, eoque magis cum testes deponant cum dictione (*in circa* ,) & sic non figunt pedem precisè circa tempus, de quo deponunt,
100 & sic non probant illud tempus, * vt optime aduertit *Alex. in conf. 184. num. 10. in fin. & num. 11. lib. 7.* & quamuis nihilominus attento isto computo dicatur natus ante prætensam exequutionem d. dispensationis, nihil facit, cum scriptura d. exequutionis non probet *vt dictum est*. Vlterius prædicti testes fuerunt nulliter examinati, & ideo illis non
102 est adhibenda fides * *Verall. decis. 207. num. 7. & seqq. part. 2.* nec potest deduci ex illis aliquid releuans ex quo fuerunt inducti per DD. Pallauicinos, quia sicut ex inductione
103 censetur approbata persona, * & non dictum *Rota decis. 286. num. 1. part. 1. in rec.* ita ex inductione non censetur approbata validitas
104 examinis, neque contrarium dicit *Verall. in decis. 268. part. 3.* quia loquitur in productione testium nulliter examinatorum, per productionem enim censetur approbatum
105 examen, * quod non fit per inductionem, quia in isto casu solum approbatur persona.

Non obstant tertio testes, qui in confuso deponunt super illegitimitate Vberti, & signanter duo, nempe Hieronymus de Roncho, & Bernardinus de Piccijs, qui dicunt publicè audiuisse, quod filij Bernardini erant illegitimi, & insuccessibiles, quod verbum (*publi-*
106 *cè*) importat publicam vocem, & famam * iuxta *decis. Verall. 7. & 189. part. 3.* Nam fuit responsum, quod in hoc casu fama non est habenda in consideratione, quia in concursu magis creditur testibus deponentibus
107 de bona fama, * quàm de mala, etiam quod testes de mala aliquantulum numero excederent *Com. conf. 176 col. fin. numer. 10. vol. 4. Anchar. conf. 189. col. vlt. numer. 7. vers. secundo modo respondetur latè Hoied. de incompatibil. benefic. part. prima capit. 23. numer. 143.* & in terminis legitimitatis *Puteus decis. 2. lib. 3. & coram Sanctissimo D. N. decis. 457. num. 3.*

Et visum fuit DD. cessare omnem difficultatem, quia cum probationes DD. de Palla-
108 uicinis super legitimitate subsistant, * probationes autem DD de Rangonibus conquassentur ex replicationibus DD. de Pallauicinis, vt patet ex prædictis illæ probationes ita conquassatæ non elidunt probationes super legitimitate, cum de iure optimè subsistant, nisi in contrarium adsint probationes concludentes *Fælin. in capit. in præsentia numer. 12. Bero numer. 132. de Probation. Seraphin. decis. 619. num. 9. & 10.*

Ex quibus maior pars Dominorum recessit à decis. facta 26. Martij 1618. coram D. meo Cardinali Sacrato, in qua contrarium fuit resolutum.

Præsens decisio fuit confirmata die 14. Iunij 1623.

FERRARIEN. POECVNIARIA.

Mercurij 27. Aprilis 1622.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Vallis ex spatio 200. annorum potuit exiccari.*

2 *Identitas Bonorum probatur licet tota duo nomina alias apposita non verificentur, quando tractu temporis vnum ex illis potuit immutari.*

3 *Dominus directus in Ducatu Ferrariensi potest inuestire quem voluerit, dummodo sit Ciuis.*

4 *Constitutio Bonifaciana loquitur de ampliatione Canonis, non de laudemio.*

5 *Laudemia in Ducatum Ferrariæ vberiora soluuntur iuxta conuentiones, quæ fiunt inter Dominos & Emphiteutas.*

DECISIO MCCCLXX.

Tertia vice perstiterunt Domini in *decisis*, scilicet quod Ferraresius non probat errorem suæ confessionis, prout tenetur, vt latè fuit deductum in *alijs decisionibus*; Nam etsi in Inuestitura facta Bonleis dicatur bona, de quibus agitur, esse in Villa Bagnoli in Valghirana, tamen sufficit, quod sint in Villa Bagnoli, licèt non verificetur, quod non sint in
1 Valghirana, quæ spatio 200. annorum * potuit exiccari, quod probatur etiam ex latitudine huius Vallis, quæ patet ad decem ferè milliaria; Et cessat omnis difficultas, quia
2 verificatur Villa Bagnoli, quod sufficit, * cum aliud nomen tractu temporis mutare potuerit.

Quæ dicuntur de prohibitione ampliandi laudemium vigore Bonifacianæ, visa fuerunt Dominis non subsistere, cum Dominus dire-
3 ctus possit inuestire quem voluerit, * dummodo sit Ciuis, & Bonifaciana loquitur de am-
4 pliatione Canonis non autem de Laudemio, * & aliqui ex Dominis attestati sunt in terminis
5 Bonificianæ vberiora solui laudemia * iuxta Conuentiones, quæ fiunt inter Dominos directos, & Emphiteutas.

Et Ita conclusum &c.

CARI-

CARINOLEN. PRAECEPTORIAE.

Veneris 29. Aprilis 1622.

ARGVMENTVM.

Ob Regul.* 44. *Cancellar.* & non ad perfectionem gratiæ concessæ à Papa ante expeditionem litterarum Apostolicarum requiritur nouus consensus eam petentis, itaque si absque eo litteræ expeditæ fuerint, non tenet expeditio, itaque licita erit pænitentia. Vtens iure suo quando nihilominus teneatur ad expensarum refectionem parti, & quando non.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ Apostolicæ antequam super aliqua gratia, expediantur requiritur nouus consensus.*

2 *Litteræ Apostolicæ ante præstitum nouum consensum non tenent.*

3 *Ad gratiæ Papæ validitatem nouus consensus ante expeditionem litterarum non requiritur ad d. gratiæ perfectionem, sed ob* Regul. 44. Cancell.

Gratiam à Papa si quis obtinuerit ante præstitum nouum consensum, est locus pænitentiæ num. 3.

4 *Supplicatio gratiæ per Papam signata habet in se tacitam conditionem quatenus pars in eadem voluntate vsque ad consensum præstandum ante expeditionem litterarum permanserit.*

5 *Per capitula separata non dicitur aliquid in concordia positum, si omnia respiciant vnitatem instrumenti, & simul sint correspectiua.*

6 *Litis cessio in beneficialibus, licet teneat sine Beneplacito Apostolico, quando est gratuita, tamen secus est, quando aliquid datur, vel promittitur.*

7 *Damnum quis pati non debet ex culpa alterius.*

8 *Pænitentia quando est licita, quis non tenetur ad refectionem expensarum.*

Matrimonium contrahere nolens post obtentam dispensationem tenetur ad refectionem illius expensæ num. 8.

9 Sanchez. de matr. lib. 5. disput. 5. num. 33. *in quibus terminis loquatur.*

10 *Spiritu Dei quæ aguntur non sunt sub lege.*

11 *Iure suo quando quis vtitur, nemini facit iniuriam & quando id procedat.*

12 *Iure suo si quis vtitur, & lædit ius tertij, quia debito modo non vtitur, tenetur ad præstandum interesse.*

13 *A concordia inita, dato, vt quis possit resilire, & facto ab eo resiliat absque legitima causa, licet id possit, tamen tenetur ad interesse alteri Parti.*

DECISIO MCCCLXXI.

FVit inita concordia super Præceptoria, de qua agitur, & renunciatum liti, & causæ, & post signatam supplicationem, sed ante præstitum consensum D. Equitem Mutum pænituit, & petijt admitti ad prosecutionem causæ olim pendentis, sed cum Eques Hierutius se opposuerit, & diceret obstare concordiam super hoc consului Dominos, qui censuerunt dictam concordiam non obstare, refectis tamen prius expensis factis per dictum Equitem Hierutium; ratio primi dicti fuit, quia per *Regulam Cancellariæ* 44. ante expeditionem litte-
1 rarum * requiritur nouus consensus, ibi, *Apostolicæ litteræ nullatenus expediantur, nisi resignans, &c. expresse consenserit*, quare actus factus etiã signata supplicatione, vel expeditio litterarum
2 ante præstitum nouum consensum non valent * vt dicit *Glossator antiquus super dicta Regula Cott a decis. 16. Mohed. decis. 28. de renunciat. Put. decis. 15. 17. & 19. de renunciat. Crescent. decis. 1. num. 1. de concess. præben. Sarnen. in reg. de infirm. quæst. 31. num. 2. in fine Paris. de resign. lib. 1. quæst. 12. num. 16. Gabriel. cons. 194. num. 3. lib. 1.* qui concludunt nouum consen-
3 sum requiri * non ad perfectionem gratiæ, sed ad *d. Regulam Cancellariæ 44. de consensu præstan.* & propterea ante præstitum d. consensum est locus pænitentiæ, quia supplicatio per Pa-
4 pam signata * censetur habere tacitam conditionem, quatenus pars in eadem voluntate vsque ad consensum præstandum ante expeditionem litterarum permanserit *Gabr. d. cons. 194. num. 3. & 4. & cons. 186. num. 4. & 20. lib. 1. Crescen. d. decis. 1. de concess. præben.* & late prosequitur *Paris. de resign. lib. 1. quæst. 12. num. 16. & seq.* & fuit dictum in causa *Marsicana pensionis 26. Ianuarij 1611. coram me.*

Non obstat, quod renunciationes fuerint factæ per capitula separata, & ideò dato, quod non teneat cessio iuris, tenet tamen cessio litis, quia hoc non est verum, cum tam cessio iu-
5 ris, * quam cessio litis respiciat vnitatem instrumenti, & sint correspectiua ad reseruationem pensionis, & ad dimissionem tituli *Gabr. cons. 168. num. 12. lib. 2.* & propterea cessio litis absque Beneplacito Apostolico non sustine-
6 tur, quia licet cessio gratuita sustineatur, * secus tamen est, quando aliquid datur, vel promittitur, nisi interueniat Beneplacitum Apostolicum *cap. 2. super hoc de renunciat. cap. cum pridem cap. fin. de pact. cap. 1. de offic. deleg. cap. tua nos de Simon.*

Ratio verò secundi dicti quare dictus Equus Mutus teneatur reficere expensas factas per D. Equitem Hierutium ea fuit; quia cum concordia nõ sortiatur effectum culpa ipsius Equitis Muti non est æquum quod ex culpa alte-
7 rius d. Eques Hierutius damnum patiatur * *l. si pecuniam 5. de condit. caus. dat. Guttier. canon. quæst. lib. 1. cap. 22. num. 18. in fine Gonzal. ad Regulam 8. gloss. 12. numer. 83.* & in puncto est *decisio Putei 343. numer. 5. lib. 1. in nou.*

Neque obstat, quod si licita est pænitentia, non tenetur ad expensas ex regula *l. nullus 55. ff. de reg. iur.* nullus enim videtur dolo facere,
8 qui suo iure vtitur, * & in terminis nolentis contrahere matrimonium post dispensationem *Sanchez. de matr. lib. 5. disp. 5. numer. 33.* quia vt videre est *num. 32. Sanchez.* loquitur, quan-
9 do * alter ex contrahentibus ingreditur Religionem, quod est quid diuersum, qui enim

spiri-

10 spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege, * vel
quando alter notabiliter sit deformis, & sic
quando res deducitur ad casum, à quo inci-
pere non potuit, tunc enim pars vtitur iure
11 suo, * & nemini facit iniuriam sed quando,
prout in casu isto iure suo vtens lædit ius al-
terius, quia debito modo non vtitur, tenetur
12 ad præstandum interresse * *Philippus Matthai
in dicto cap. nullus numer. 18. & Io. Ferrarius
col. 2. in fin. versic. quod sic tamen.* in proposito
autem licet dictus Eques Mutus possit resilire
13 à concordia, * tamen cum hoc facit cum
damno partis absque legitima causa, potest
quidem, sed refecto prius damno, & hoc ex-
presse etiam tenet *Sanchez. loco proxime allegato
num. 34. & lib. 8. disput. 36. num. 6.*

Et ita conclusum &c.

*Præsens decisio fuit confirmata die 23. Ianua-
rij 1623.*

MACERATEN. SALVIANI.

Veneris 29. Aprilis 1622.

ARGVMENTVM.

Interdictū retinendæ competit possessori de tempore motæ litis, qualis est ille, qui à parte fuit occupator, & detentor nominatus, nam præsumptio cum sit pro possessore, vt non sit occupator, ideò reiecta illa qualitate occupationis remanet possessio probata per confessionem partis, quæ probatio superat omnes probationes. Iudex quando nulliter, & notoriè iniustè dicatur procedere, quando agitur vigore Saluiani. Sententiæ nullitas est satis clara, quando sine citatione fuit lata.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum retinendæ competit possessori ante motam litem.*

2 *Possessio probatur ex confessione partis aduersæ etiam ad effectum manutentionis.*

3 *Possessor habet pro se præsumptionem, quod non sit occupator.*

4 *Confessio partis, quod eius Aduersarius occupet possessionem, illa qualitas reijcitur, & remanet confessio. quoad possessionem.*

5 *Sententia nullà, & notoriè iniusta non potest quem priuare sua possessione.*

6 *Iudex si nulliter procedat priuando quem sua possessione, dum ille non habet se pro spoliato, potest petere manutentionem.*

7 *Sententia dum est lata vna die, & citatio cadebat altera, non tenet & num. 8.*

9 *Confessio partis, quando adest, non attenditur fides Notarij.*

10 *Ad immissionem vigore Saluiani Iudex nulliter dicitur procedere non constito de primo extremo.*

11 *In Saluiano est necessarium probare creditum, cum sit primum extremum.*

12 *Ex Clausulis Salutaribus Libelli, si quis non potest obtinere vna via, poterit altera via procedere.*

13 *Clausulas generales Libelli si nunquam fuerunt deductæ ad speciem, signum est euidens, quod fuit actum pro eo, quod principaliter fuit intentatum.*

14 *Ex actibus æquiuocis certum quid non probatur.*

DECISIO MCCCLXXII.

FVit resolutum Antonio Ciccollino dandum
esse mandatum de manutenendo; interdi-
ctum enim retinendæ competit possessori de
1 tempore litis motæ * *§. hodie instit. de interd.*
qualis est D. Antonius, cum Compagnoni illum
2 vocent detentorem, & occupatorem, * & sic
ex confessione partis illius possessio benè pro-
batur etiam ad effectum manutentionis *Ruin.
cons. 115. num. 16. vol. 5.* cum enim habeat
præsumptionem pro se, quod non sit occu-
3 pator * *Aym. cons. 150. numer. 5.* illa qualitas
4 quod sit occupator potest reijci, * & remanet
confessio circa possessionem *Bart. in l. Aurelius
§. idem qui num. 2. ff. de liberat. legat.* & fuit re-
solutum in causa *Penen. & Adrien. beneficiorum
4. Iulij 1584. coram bon. mem. Cantuccio* quæ est
decisio 802. num. 1. par. 1. quam passim *Rota* se-
quitur.

Non obstat sententia lata in iudicio immis-
5 sionis contra Antonium, quia cum sit nulla, *
& notoriè iniusta, ipsum sua possessione mi-
nimè priuauit, itaut cum non habuerit se pro
6 spoliato possit petere manutentionem * *Ripa
in l. naturaliter §. nihil commune num. 60. et 61.
et seq. de acquir. possess. Bald. cons. 135. num. 2.
lib. 2. Ruin. cons. 17. num. 4. et 5. lib. 5. Puteus
decis. 409. in fine lib. 2. Seraphin. decis. 1041.
num. 3. Rota decis. 630. num. 1. et 2. part. 2. rec.*
nullitas autem videtur clara, quia sententia
7 fuit lata die 21. * & tamen citatio ad senten-
tiam fuerat facta die 23. pro die 24. *Cardin. in
Clem. sæpe §. et quia nu. 17. de verbor. signific.
Bartol. cons. 176. nu. 1. et 2. lib. 1.*

Neque placuit, quod aderat citatio ad sen-
tentiam pro die 21. in qua die fuit lata senten-
tia, vt patet ex data sententiæ & fide Notarij,
quia fuit responsum, quod cum citatio facta
8 fuerit die 23. ad sententiam * pro die 24. ade-
rat confessio partis, quod die 21. non fuit lata
sententia, & posteà vigore illius citationis non
9 potuit amplius ferri sententia * cum iam esset
elapsa dies; nec datæ sententiæ, & fidei No-
tarij est standum, quia hæc conuincuntur ex
confessione Partis, quæ die 23. citauit pro die
24. ad sententiam.

Notoriè quoquè iniustitia est euidens, quia
Iudex immissionem concessit, donec pars fue-
rit satisfacta de credito dotis materno, & ta-
men de primo extremo hoc est de isto credi-

to

10 * non constat, quia cum Compagnoni præ-
tenderent dotem esse *florenorum* 5000. fuerunt
tamen graduati pro *florenis* 2000. & quamuis
postea per aliam sententiam fuerunt gradua-
ti pro alijs *florenis* 3000. tamen ipsi posteà
solemniter huic sententiæ renuntiarunt, quare
cum deficiat primum extremum, nempè cre-
11 ditum, * quod est necessarium in Saluiano
*Angel. Aret. in §. item seruiana in fin institut. de
action.* negari non potest, quin sententia rema-
neat notoriè iniusta.

Neque est verum ex clausulis salutaribus li-
belli, si non potuerant obtinere in Saluiano
12 pro dote, * potuerunt obtinere pro prætio
non soluto per Ciccolinum, quia, quidquid
dicendum sit de hac non solutione, cum Cic-
colinus prætendat se soluisse creditoribus an-
terioribus tollitur obiectum, ex quo illæ clau-
13 sulæ nunquam fuerunt deductæ ad speciem, *
signum euidens, quod fuit actum pro eo, quod
principaliter fuit intentatum, scilicet pro dote
materna.

Nec releuat, quod reperiantur producta
instrumenta crediti prætij bonorum vendito-
rum Ciccolino, quia nihilominus ex prædictis
non constat fuisse actum Saluiano occasione
illius prætij, & potuerunt produci ad effectum
14 ostendēdi, * quod Ciccolinus possidebat bona
pro dote hypothecata, pro qua Compagnoni
agebant Saluiano.

Et ita conclusum, &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE LVCIO.

Lunæ 2. Maij 1622.

ARGVMENTVM.

Per fideicommissum, vt quis succedere pos-
sit, quidnam sufficiat, & quando substi-
tutio dicatur compendiosa, quamuis in
ea desit dictio *quandocumque*. Descen-
dens ex filia Testatoris ad effectum vt
quis succedat ad fideicommissum ad il-
lorum fauorem constitutum, qualiter id
probare possit. Viuere quis non præsu-
mitur vltra centum annos.

SVMMARIVM.

1 *Per fideicommissum, vt quis possit succedere, sufficit, quod hæredi sit substitutus absque eo, quia fuerit dictum per fideicommissum.*

2 *Substitutio, quando dicatur compendiosa, licet non sit additum verbum,* quandocumque.

3 *Verbum,* substituit, *est commune.*

4 *Verbum*, substituit, *continet nedum substitutionem vulgarem, sed etiam fideicommissariam.*

5 *De fideicommisso claro, quando constat, tunc videndum est, an sit purificatum ad fauorem eius, qui in eo prætendit succedere.*

6 *Filius alicuius an quis sit, ex quo probari possit, & num. 7. & 8.*

9 *Matrimonium inter aliquos, an fuerit contractum probari potest ex pluribus simul iunctis.*

10 *Enunciatiuæ quando sunt modernæ, licet regulariter loquendo in præiudicium tertij non videantur probare.*

11 *Tamen quando sunt plures, vehementes, & vrgentes, ex his oritur plena probatio, etiam contra tertium.*

12 *Viuere nemo præsumitur vltra centum annos.*

13 *De filiorum deficientia illius, qui sine eis mortuus est, perperam agitur.*

14 *Exceptio de iure tertij admittitur in aditione hæreditatis.*

15 *Mortuus quis verisimiliter præsumitur si agatur, de tempore 90. annorum.*

DECISIO MCCCLXXIII.

Hieronymus testator, instituit filios masculos
nascituros, & eis non extantibus, vel non
nascituris, vel natis, & quandocumqe morien-
tibus sine filiis masculis, &c. instituit Ludoui-
cum, & fratres eius patrueles, & casu, quo ipsi
patrueles decederent nullis filiis masculis reli-
ctis, vel ita decederent eorum descendentes vl-
timo sic descendente substituit Catharinam,
& Lauram eius filias, & eis mortuis vel altera,
substituit earumdem filios descendentes vul-
gariter, pupillariter, & per fideicommissum.
Quarè hodie Iulius Cæsar, & fratres de Turr
nepotes ex Hieronymo filio prædictæ Catha-
rinæ agunt ad huiusmodi fideicommissum. &
cum verba vocationis satis sint clara, nullus
est dubitationi locus, quod constat de fideicom-
misso ad eorum fauorem, sunt enim substituti
vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum,
1 cum adhoc, vt per fideicommissum possent suc-
cedere * sufficeret, quod substituisset filios de-
scendentes absque eo, quod dixisset per fidei-
2 commissum, quia ista substitutio est compen-
diosa, * etiam quod non sit addita dictio *quan-
documque Glos. in cap. si pater in verbo absque de-
ductione vers. compendiosa sit verbis de testam. in
6. Put. decis. 351. in princ. lib. 3. in nou.* & prop-
3 tereà cum habeat verbum *substituit*, quod est
commune, * *l. iam hoc iure §. quod ius vbi Ca-
4 strens. num. 4. ff. de vulgar. & pupil.* continet ne-
dum substitutionem vulgarem, * sed etiam fi-
deicommissariam *Ruin. cons. 171. num 8. lib. 2.*

Stante igitur fideicommisso claro punctus
difficultatis consistit in tribus. Primo vt videa-
tur, an fideicommissum sit purificatum ad fauo-
5 rem descendentium * ex filiabus testatoris. Se-
cundo an probetur descendentia Iulii Cæsaris,
& fratrum à Catherina mediante persona
Hieronymi filii, Tertio, an Iulius Cæsar, & fra-
tres possint agere ad totum fideicommissum,
ex quo Hieronymus Testator reliquit nedum
Catharinam, sed etiam Lauram filiam, & ipsa
Catharina nedum habuit Hieronymum, sed
etiam Andream filium.

Quantum attinet ad primum, purificatio fi-
dei-

deicommissi satis fuit probata in causa sub die
27. Ianuarii 1621. vt in *decisione coram Illustris-*
simo D. meo Cardinale Sacrata extēsa per *R. P. D.*
meum Verospium, quæ satisfacit omnibus obie-
ctis, nec in hac parte impugnabatur. Quantum
attinet ad secundum cum satis ex testibus pro-
batum sit Iulium Cæsarem, & fratres esse filios
Hieronymi, restat solum videre, an probetur
6 Hieronymum fuisse filium Catharinæ,* ex fide
Baptismi constat Hieronymum fuisse baptiza-
tum de anno 1533. tanquam filium Alexandri
de Turri, & quamuis non dicatur ex Cathari-
na eius vxore, tamen hoc satis probatur, quia
de anno 1529. Alexander de Turri accepit à
Hieronymo Lucio certas pecunias ad com-
7 putum dotis,* & in eodem instrumento dici-
tur, & pro matrimonio proximè contrahendo,
Et comprobatur tam ex testamento Hierony-
mi fideicommittentis, in quo reliquit d. Cathe-
rinæ eius filiæ nominatim vxori d. Alexandri
8 de Turri ducatos 50.* quam ex inuentario
bonorum dicti Hieronymi ab Authoribus
partis aduersæ confecto, in quo inter debità
ponunt legatum supradictum sub verbis. *Item*
Alexandro de Turri marito Catherinæ filiæ prædi-
cti testatoris, &c. Vnde ex omnibus simul iun-
ctis oritur verisimilis coniectura, quod matri-
monium inter Alexandrum, & Catharinam
fuerit contractum ante natiuitatem Hierony-
9 mi,* & quod Hieronymus ex eodem matrimo-
nio sit natus cum de anno 1538. Alexander
prædictus, defuncta Catharina, adiuit hæredi-
tatem nomine Hieronymi, & Andreæ filiorum
legitimorum, & naturalium ipsius Alexandri,
& Catharinæ, & dictus Hieronymus de anno
1561. tanquam filius legitimus, & naturalis
Alexandri matrimonium contraxerit, quæ
10 enunciatiuæ * cum sint modernæ, licet regula-
riter loquendo in præiudicium tertij non vi-
deantur probare, tamen cum sint plures, vehe-
11 mentes,* & vrgentes ex his omnibus simul
iunctis oritur plena probatio, quod Hierony-
mus fuerit filius Catharinæ *l. qui sententiam C.*
de pœnis Soccin. Sen. cons. 187. num. 17. vers. nam
ex pluribus lib. 2. Aym. cons. 75. num. 19. & cons.
178. & fuit resolutum in causa *Oscen. Archidia-*
conatus 10. Iunij 1602. coram bo. me. Card. Lan-
cellotto iun. & in puncto descendentiæ fuit latè
deductum in causa *Maceraten. hæreditatis 13.*
Februarij 1609. coram R. P. D. meo Manzanedo.
Quantum attinet ad tertiam difficultatem, quia
scilicet ex Hieronymo de Lutio testatore re-
manserunt Catharina, & Laura, cum eius testa-
mentum fuerit factum de anno 1529. & de illo
tempore erat nupta; Vnde cum nullus præsu-
matur viuere vltra centum annos* *Menoch. præ-*
12 *sumpt. 49 num. 1. lib. 6. Gabriel. de præsumpt.*
conclus. 16. num. 3. & cum non constet habuis-
13 se filios, non est agendum de illorum defi-
cientia * *Aldobrand. cons. 80. num. 5. lib. 1. Put.*
decis. 43. lib. 1. in nou. Quo verò ad personam
Andreæ fratris Hieronymi placuit Dominis,
14 quod possit dari de iure ipsius * *Peregr. de fi-*
deicom. art. 43. num. 59. & fuit dictum in causa
Bonon. de Guidalottis 3. Aprilis 1615. coram
R. P. D. Caualerio, attamen cum existentia di-
cti Andreæ probetur ex aditione hæreditatis
Catharinæ de anno 1538. facta per Hierony-
mum de Turri patrem, & cum vsque ad hæc
tempora effluxerint 84. anni, & de eo tempo-
re dictus Andreas esset natus, agitur de tem-
15 pore 90. annorum in circa,* vnde visum fuit
Dominis adesse verisimilitudinem obitus, qua-
re ordinarunt, quod in causa procedatur ad
vlteriora, & interim aliquantulum coadiuuatur
probatio super obitu Andreæ.

Et ità conclusum standum esse in *decisis sub die 27. Ianuarij 1621. coram Illustrissimo D. meo Cardinale Sacrato &c.*

ROMANA DOMVS.

Mercurij 4. Maij 1622.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *In refectione melioramentorum attenditur quod minus est.*

2 *Melioramenta necessaria ab vtilibus, & voluptuarijs sunt distinguenda in illorum refectione.*

DECISIO MCCCLXXIV.

VEra videtur conclusio, quod in refectione
melioramentorum attenditur, quid minus
est, siue impensa,* siue melioratum *l. in fundo*
1 *ff. de rei vend. & fuit firmatum in hac causa 5.*
Iulij superioris anni, & licet de prædictis non
constaret ex relationibus peritorum, qui so-
lum retulerunt meliorationes factas ad certam
summam ascendere, tamen DD. considerantes
dictas relationes peritorum, & distinguentes
meliorationes necessarias ab vtilibus, & volup-
2 tarijs siue voluntarijs, prout fieri debet* *Sal. in l.*
domū n. 10. de rei. vend. & cōsideratis alijs de iu-
re cōsiderandis declararunt prædicta meliora-
menta ascendere ad scut. 800. tantum, nam po-
test valorem rei, & melioramentorum ex offi-
3 cio statuere * *l. si quid ex pausila 75. ff. de leg. 2.*
& ibi *Bart. num. 3. & addit. ad Bart. lit. A. ibi-*
dem Bart. in l. 1. in fin. vers. vltimo debet scire C.
de sens. quæ pro eo quod interest proferre, Soccin.
Iun. in cap. 2. quæst. 5. num. 23. vers. 6. infertur
de lib. oblat. Alex. cons. 133. in fin. vers. sed hoc
lib. 1 & cons. 127. num. 20. lib. 6.

Et ita decisum, &c.

FAVENTINA PECVNIARIA

Mercurij 4. Maij 1622.

AR-

ARGVMENTVM.

Venditionis, & emptionis contractus resoluitur, quando non fuit perfectus, ac ille, in quem fuit collatum arbitrium declarandi prætium, ante declarationem decessit. Ad emptionis,& venditionis contractus substantiam,quidnam requiratur. Tertius electus ad declarandum prętium rei venditæ, si noluerint illud declarare, licèt de iure Canonico recurratur ad arbitrium boni viri,tamen id non procedit, quoad fideiussores.

SVMMARIVM.

1 *Emptionis contractus, quando est perfectus, & arbitrator pratij est defunctus, in eius intrat locum arbitrium boni Viri.*

2 *Emptionis contractus, si non fuerit perfectus, quoad substantialia & declaratio pratij fuerit collata in tertium, ac eius mors ante d. declarationem secuta fuerit tunc contractus est dissolutus, & fideiussor liberatus.*

3 *Sententia, quæ transiuit in iudicatum exequenda venit, dum non constat de causis restitutionis in integrum.*

4 *Ad venditionis contractus perfectionem requiritur consensus res, & pratium.*

5 *Ad pratium declarandum in venditione facta quando quis fuit electus, id arguit contractum non fuisse perfectum.*

6 *Pratium certum est de substantia emptionis, & venditionis.*

7 *Defalcationes minores, & maiores fieri solent iuxta quantitatem crediti.*

8 *Canna panni si est in petia plus valet, quam si sit de per se.*

9 *Actus dum est factus ad vnum effectum, non est ad diuersum trahendus.*

10 *Pratium certum quod in contractu venditionis non fuerit determinatum ex coniecturis etiam argui potest.*

11 *Ex laudo desumitur magnum adminiculum pro veritate eruenda, licèt ab eo fuerit appellatum.*

12 *In venditione, quod non fuerit constitutum certum pratium multum facit relatio Periti, scilicet cum fuisse electum ad calculandum, quantum illud importet.*

13 *Pratij declaratio in emptione, & venditione, quando partes remiserunt in arbitrium Tertij, tunc de iure Canonico, illo non declarante reciditur, & curritur ad arbitrium boni viri.*

14 *Quod tamen intellige verum, quoad principales, non quoad fideiussorem, qui voluit se obligare respectu declarationis à certa persona facienda.*

DECISIO MCCCLXXV.

Finita societate inita inter Ioannem Baptistam de Bentiuis, & Blasium de Pallis, dictus Io: Baptista, vt sunt verba instrumenti *titulo Venditionis alienauit, atque concessit Blasio omnia, & quaecumque eius iura, quæ habebat in mercibus, & Creditis existentibus in lista, quæ fuit registrata in fine instrumenti cum omni commodo, & incommodo, & hanc alienationem, & iurium cessionem fecit Io.Baptista Blasio pro pratio, & pratijs in d. lista contentis, quod pratium Blasius, & Ioannes de Granis eius fideiussores promiserunt soluere Io. Baptistæ; hoc modo videlicet libras 1075. in festo S. Michaelis, nec non per sex menses continuos incipientes per totum mensem Octobris quolibet mense libras 160. & residuum hoc modo partem, & portionem declarandam per dictum Io.Pasqualinum in die festo S. Michaelis anno 1608. & successiuè postea quolibet anno in die festo S. Michaelis illam partem, & portionem declarandam per dictum Ioannem Baptistam Pasqualinum*, quibus stantibus promiserunt etiam debita in dicta lista contenta soluere, & additur in dicto instrumento *insuper dictus Ioannes Baptista Bentinus, & dictus Blasius communiter, & communi concordia elegerunt in eorum arbitrum, & arbitratorem, & amicabilem compositorem, & declaratorem dictum Ioannem Baptistam Pasqualinum ad declarandum quantum importet pratium dd. iurium supra per Ioannem Baptistam Venditorem dicto Blasio iuxta forma dictæ listæ, & ad declarandum portionem, & portiones dd. iurium venditorum, vt supra per d. Blasium fideiussorem declarandum*; & in fine instrumenti fuerunt addita hæc erba: *Con patto, che se si trouassero delle dette fallite nelli debitori della Compagnia contenuti nella lista, Gio. Battista habbia da far buono à Biagio la rata, che toccarà ad esso Gio.Battista nelli vltimi pagamenti.*

Hoc stante dubium in hac causa est, an
contractus fuerit perfectus quoad substantia-
lia, quia si sic, cum Io. Baptista Pasqualinus
electus Arbitrator sit defunctus in eius lo-
1 cum * intrat arbitrium boni Viri, secus autem
si contractus non erat perfectus quoad substan-
2 tialia, * tunc enim contractus est dissolutus,
& fideiussor liberatus *l.vltim.C.de contrah.empt. & l. si merces 28. in princ. ff. locat. l. si quis arbitratu ff. de Verb. oblig. vbi Bartol. num. 4.* latè
Card. Mantic. de tac. & ambig. conuent. lib. 2. tit. primo num. 35. cum plurib. seq. & Domini dixe-
runt contractum quoad substantialia fuisse im-
perfectũ,& sic placuit *decisio vltimo loco facta* pro
3 confirmatione sententiæ * ita vt non constet de
causis restitutionis in integrum aduersus illam
sententiam, quæ transitum fecit in iudicatum,
Ratio decisionis fuit, quia ad essentiam con-
tractus venditionis, & illius perfectionem re-
4 quiritur res, & prætium * *l. pacta conuenta, &*
l. 2. ff. de contrahen. empt. §. pratium Instit. eod. tit.
in hoc autem casu expresse fuit actum, vt Ioan-
nes Baptista Pasqualinus declararet quantum
importet prætium dd. iurium per Ioannem
Baptistam Bentinum Blasio venditorum iuxtà
formam dictæ listæ, & ad declarandum por-
tionem, & portiones dd. iurium venditorum,
vnde cum Pasqualinus fuerit electus ad decla-
5 randum quantum importet * prætium iurium,
dubitari minimè potest, quin venditio non
6 esset imperfecta, * cum certum prætium non
adesset, vt in *d. l. pacta conuenta, & in l. 2. ff. de* con-

contrahen. emption. & in alijs iuribus supra citatis.

Non obstat, quod venditio iurium in prin-
cipio instrumenti fuerit facta pro prætio, &
prætijs in lista contentis, & fuerunt determi-
natæ certæ solutiones in certis temporibus, &
in facultate data Pasqualino ad declarandum
quantum importet prætium iurium fuit dictum
iuxta formam dictæ listæ. Nam fuit respon-
sum, quod ex natura negotij, & ex serie facti
constat dictam listam fuisse factam ad diluci-
dandos effectus Societatis, non autem pro for-
ma æstimationis dd. effectuum, quia vt notum
7 est, minus valet creditum Titij,* quam Cre-
ditum Meuij, & maiores, & minores fieri so-
lent defalcationes circa credita, quando quis
in se illa suscipit, & minus valeat canna panni
8 si est in petia maioris quantitatis,* quam si sit
de per se, & ideò fuit appositum prætium mer-
cibus, & creditis, vt firmaretur status effe-
ctuum, non autem vt firmaretur verus valor
9 ipsius negotij,* quod manifestissimè depræ-
henditur ex facultate data Pasqualino decla-
randi quantum importet prætium dd. iurium,
& ex conuentione posita in fine instrumenti
cum pacto, *che se si trouassero delle dette fallite
nelli Debitori della Compagnia contenuti nella li-
sta, Giouanni Battista le habbia à far buoni à Bia-
gio nell'vltimi pagamenti*, & propterea venditio
facta pro prætio, & prætijs contentis in lista
stat demonstratiuè ad dd. prætia cum sua ta-
men qualitate, scilicet declaratione facienda
per Pasqualinum arbitrum electum, & solutio
determinata statutis diebus non repugnat,
cum certum esset adesse effectus in Societate, &
Bentinum remanere Creditorem.

Et prædicta comprobantur ex compromis-
so posteà facto per easdem partes de anno
10 1612.* & laudo inde lato, in quo Pasquali-
nus tanquam electus à partibus declarauit
quantitatem spectantem ad Io. Baptistam Ben-
tinum, & illius valorem per illa verba *sopra la
liquidatione del prezzo, e valore delle ragioni di
detta Compagnia vendute, & anche sopra il modo,
e forma de' pagamenti*, & liquidat tam portio-
nem spectantem ad Bentinum, quam valorem
debitum per Blasium, & ex hoc laudo desumi-
11 tur* magnum adminiculum, & licet ab eo
fuerit appellatum, nihilominus Ioannes Bapti-
sta Bentinus non reclamauit nisi ratione valo-
ris liquidati, in quo prætendebat se læsum, vt
posteà per alium peritum fuit relatum, & mul-
tum etiam facit relatio eiusdem Periti, vbi di-
12 cit* se electum ad calculandum *quanto importi
la portione venduta da Gio. Battista Bentino à Bia-
gio secondo la lista*, & deinde declarat quanti-
tatem capitalium.

Neque obstat, quod de iure Canonico à per-
13 sona non declarante receditur,* & recurritur
ad arbitrium boni viri *Soccin. sen. in d. l. si quis
arbitratu num. 28. vers. Postremo sequitur Paris.
cons. 132. num. 5. lib. 4 Coras. in l. qui liberos nu.
183. ff. de ritu nuptiar. Menoch. de arbitrar. Iud.
q. 68. num. 55. lib. 1. & cons. 93. num. 28. Mantic.
de Tacit. & ambig. conuent. lib. 2. tit. 1. num. 40.*
Quia hoc est verum quoad principales, non
14 quoad fideiussorem,* qui voluit se obligare
respectu declarationis à certa persona facien-
dæ.

Et ita conclusum &c.

GERVNDEN. BENEFICII.

Lunæ 9. Maij 1622.

ARGVMENTVM.

Gratiosè subrogato ad hoc vt concedatur immissio, quæ requirantur, & quando dicantur probata.

SVMMARIVM.

1 *Immissio vigore subrogationis gratiosè conceditur dum constat beneficium esse litigiosum, defunctum obijsse in possessione, & doceat de eius Clericatu.*

2 *Lis ad effectum subrogationis gratiosæ debet probari super titulo beneficij.*

3 *Lis probatur ex commissione Rotali habente clausulã* cũ omnibus incidentibus, & dependentibus *clausula* cũ omnibus incidentibus, & dependentibus *apposita in commissione operatur vt censeatur deductum etiam petitorium num. 3.*

4 *Clericatus probatur ex litteris patentibus.*

5 *Possessio præsumitur continuata vsque ad obitum.*

7 *Præsumptio continuationis possessionis potest allegari nedùm ab ipso possessore, sed ipso defuncto ab eius successore.*

8 *Successor censendus est is, qui habet subrogationem ad sui fauorem.*

9 *Subrogato gratiosè ad ius, & possessionem defuncti datur immissio in locum illius, in cuius ius, & possessionem fuit subrogatus non obstantibus oppositionibus, quæ fiunt contrà possessionem defuncti, vide num. 11.*

10 *Possessio capta pendente termino ad appellandum est nulla.*

12 *Et per viam nullitatis potest reuocari etiam si non fuerit appellatum.*

13 *Possidens tamen interim habet statum detentationis, in quo à gratiosè subrogato potest peti immissio.*

14 Put. decis. 51. lib. 3. in nou. *in quibus terminis loquatur.*

15 *Cedens quãdo attentauit, tunc cessionarius nõ potest audiri in negocio principali, nisi prius purgatis attentatis.*

16 *Vicarius non potest dare Aeconomum beneficio absque speciali mandato Episcopi.*

17 *Aeconomi datio spectat ad Papam, non ad Ordinarium quando beneficium est reseruatum.*

18 *Permutatio beneficiorum per* Constitutionem Pij IV. *quando dicatur nulla.*

DECISIO MCCCLXXVI.

FVit resolutum D. Iacobo dandum esse manda-
tum de immittendo vigore subrogationis
1 gratiosæ,* quia cum constet, beneficium esse
liti-

litigiosum, & desectum obijsse in possessione,
ac doceat de suo Clericatu non est deneganda
immissio *Put.decis.482.lib.2.in non.Mohed.decis.
11.vt lit.pend.Seraphin.decis.1426.nn.1. Rot.dec.
700.num.1.part.1.in rec. & decis.401. num.1. &
decis.509.num.1.part.2.in rec.*lis .n. satis proba-
tur, & quidem super titulo Beneficij prout de
2 iure requiritur * *cap.2.vt lit.pend.in 6.* ex com-
missione rotali, quæ habet clausulam *cum omni-
3 bus incidentibus, & dependentibus,* * ex quibus
censetur deductum etiam petitorium *Bellamer.
dec.618.Cassad.dec.9.num.19. de caus.poss. & pro-
pr.Rot.dec.342.num.2.part.1.in rec.* vbi est casus,
Clericatus verò Pauli probatur ex litteris pa-
4 tẽtibus * *cap.2.& ibi Abb.in primo notab. de Cle-
ric.Peregr.fil.in cap.post cessionem num.3.& 15. de
Probat.Rot dec.16.de probat.in antiq. Gramm.dec.
81.num.1.Cæsar.de Grass.dec.87.* Obitus autem
defuncti probatur ex instrumento adeptionis
sub die 15.Ian.1616. & ex alio instrumento si-
nè præiudicio priorum sub die 22. Augusti
1618. quæ quidem instrumenta probant posses-
5 sionem * alio non existente in possessione, &
hoc probatio sufficit ad quoscumque effectus
*Cass.dec.20.de prabẽ. Put.dec.350.n.4.l.1.in non.
Verall.dec.334.num.6.lib.2.* & præsumitur con-
6 tinuata * vsque ad obitum *Rot. dec.4. de probat.
in nou.Put.dec.19.lib.2.in nou.Alciat. de præsumpt.
reg.2.pres.21.num.5.in fin.* & præsumptio conti-
nuationis potest allegari nedũ ab ipso posses-
7 sore, sed ipso defuncto ab eius successore *Me-
noch.pres 64.num.17.lib.6.Put. decis.11.de caus.
poss.& propr.* qualis est censendus D.Iacobus,
8 cum habeat subrogationem ad sui fauorem *
ad *l.vnicam 3. vt plenius C. de rei vxor. action. l.
res ex pecunia ff. de iur. dotium Tiraquell. de iure
primog.quæst.4.num.43.& 100.*

Neque obstat, quod hoc dubium disputetur
cum facultate impugnandi *decisionẽ factam 24.
Maij 1621.* in qua fuit resolutum Iacobo de-
functo tunc agenti dandum esse mandatum de
manutenẽdo; quia istam facultatem impugnan-
di intelligebant DD.iuxtà terminos huius ma-
teriæ, quatenus exceptiones sint tales, quæ de-
beant retardare immissionem; nam subrogato
9 gratiosè ad ius, & possessionem defuncti da-
tur immissio in locum illius, in cuius ius, &
possessionem fuit subrogatus, non obstantibus
oppositionibus, quæ fiunt contra possessionem
defuncti, cum respiciant petitorium *Roland.
cons.1.num.62. vers. ad quartum lib.1.* latè *Me-
noch. de adipisc. remed.4. num.368.* & in puncto
est *decis.Card.Mantic.252.num.5.* & fuit resolu-
tum in causa *Bracaren. beneficij 17. Iunij 1605.
coram Illustrissimo D.meo Card.Sacrato,*& in cau-
sa *Anconitana Cappellaniæ 14. Martij 1607. co-
ram eodem*, & in causa *Pampilonen. Parochialis
de Arcoz.6.Iunij 1611.coram Ren. D. meo Vbal-
do*.

Non obstat, quod possessio defuncti fuerit
nulla, ex quo capta pendente termino ad ap-
10 pellandum * *Cæs.de Grass.decis.2. num.5. de ap-
pell.* & ideò subrogato non potest dari immis-
11 sio, nisi prius reuocetur illa nullitas * *Put.dec.
51.lib.3. in nouis*, quia fuit responsum, quod
possessio capta pendente tempore ad appellan-
12 dum potest reuocari per viam nullitatis, *etiã
quod non fuerit appellatum, sed interim ha-
13 ber statum detentationis, * in qua Iacobus
potest petere immissionem *ex supra deductis*: Et
cessat obiectum, ex quo Curator datus consen-
sit, quod tunc agens caperet possessionem: Et
in omnem euentum *decisio Putei* non applica-
14 tur, * quia loquitur, quando cedens atten-
15 tauit, * & tunc cessionarius non potest audi-
ri in negotio principali, nisi prius purgatis
attentatis, qui non est casus noster.

Neque obstat, quod Vicarius non potuit
dare Æconomum absque speciali mandato
16 Episcopi * *Lap. alleg. 81. num. 7. Butr. in cap.
Imperatorum num. 15. in vers. tenet tamen La-
pus & num. 17. de iuram. Calum. Felin. in cap.
quoniam 14. in fin. de offic. ordin.* quia hoc respi-
cit petitorium, quia dato etiam quod Æcono-
mus non fuerit bene datus, & propterea non
potuerit consentire, quod possessio caperetur
pendente tempore ad appellandum, nihilomi-
nus defunctus fuit in detentationem, in quam
est immitendus subrogatus, & huiusmodi ex-
ceptiones sunt considerandę in iudicio ordi-
nario.

Et eadem responsione tollitur, quod dice-
batur scilicet, quod cum beneficium esset re-
seruatum, datio Aeconomi spectabat ad Pa-
17 pam: *non autem ad Ordinarium *cap. cum
nobis 19. ad fin.* ibi *vobis in Procuratorem concedi-
mus de elect. gloss. in cap.cum vos vers. Aeconomus
in fin. de off. ordin. Abbas ibidem num. 8. Io. An-
dr. num. 16. Anan. num. 5. Butr. num. 16. Imol.
n.8.* quia de hoc erit agendum in petitorio; non
tollit enim detentationem, & in omnem euen-
tum reseruatio non probatur, imo potius con-
stat de contrario, cum permutatio fuerit facta
inter Iacobum Vasselles defunctum, & alium
cum beneficio de Pertica, quæ iuxta *Constitu-
18 tionem Pij IV.* fuit nulla, * & propterea cum
Vasselles fuerit Restitus ex quo permutatio fuit
nulla, non potest dici beneficium vacatum per
obitum compermutantis, & sic intrare præten-
sam reseruationem per obitum permutantis,
de quibus tamen in petitorio agetur. Ex qui-
bus resolutum pro immissione &c.

PAMPILONEN. MATRIMONII.

Veneris 13. Maij 1622.

ARGVMENTVM.

De Matrimonij dissolutione, quando agi-
tur ob impotentiam cœundi antequam
ad dictam dissolutionem deueniatur, de-
bet à Mulieribus inspici Mulier, & à
Viris Maritus, & quid sit faciendum,
quando ex eorum relationibus appareat,
signa dictæ impotentiæ esse æquiuoca:
Ac plura habentur circa deputationem

Obstetricium faciendam à Iudice, quando Mulier est inspicienda, An sit verum, vt sit impotens ad cœundum scilicet circa numerum Obstetricium, peritiam, & ætatem.

SVMMARIVM.

1 *De Matrimonij dissolutione quando agitur ob impotentiam coeundi, tunc quid sit ordinandum.*

2 *Impotentiæ cocundi signa, quando sunt dubia, & præsumptiua, eo casu pro declaratione nullitatis Matrimonij requiritur cohabitatio triennalis.*

3 *Ad Matrimonij dissolutionem, vt deueniatur, quando signa cocundi sunt dubia, necesse est, vt Vir, & Vxor constet simul cohabitasse, & incubuisse operi nuptiali, & alia, vt hic.*

4 *Coniuges dicuntur incubuisse operi nuptiali, si constet cohabitasse in eodem lecto.*

5 *Mulier quando est inspicienda, an sit potens ad coeundum, sufficit deputatio duarum Obstetricium expertarum, ac partibus non suspectarum.*

6 *Obstetrices tres sunt deputa dæ, An Mulier sit impotens ad coeundum, quando sumus in magna Ciuitate, cum in ea plures quæ habent hanc peritiam reperiri possint.*

7 *Obstetrices quot sint necessariæ ad cognoscendum, An Mulier sit impotens ad coeundum, nec ne, est remissum religioni iudicantis.*

8 *Obstetrices deputandæ ad cognoscendam impotentiam coeundi Mulieris necesse est, vt sint aptæ ad referendum, & sic expertæ in opere nuptiali, & num. 9.*

10 *Obstetrices deputandæ ad cognoscendam impotentiam cocundi Mulieris debet esse ex peritioribus, quæ nec senio confectæ, nec Iuuenes sint.*

11 *Experientiam in aliqua re, quando quis non habet, de facili eluditur.*

12 *Obstetrices deputatæ ad cognoscendam impotentiam Mulieris, si sint ætatis 70. annorum quæ magna est, hoc tamen suppletur, si istæ aptè referant.*

13 *Obstetrices deputatæ ad cognoscendam impotẽtiam Mulieris, ad hoc vt ritè dicantur referre quid sufficit, & num. 15.*

14 *Periti dum faciunt suam relationem sat est iurare de eorum credulitate.*

16 *Mulier, quando est inspicienda ab obstetricibus, an sit habilis ad coeundum, ante inspectionem debet poni in balneo, ibique permanere per tres quartas partes horæ, & num. 17.*

18 *Ad Matrimonij dissolutionem non est deueniendum, quando impedimentum coeundi est aliquo modo medicabile absque tamen periculo vitæ.*

19 *Obstetricium peritia quando non esset sufficiens ad resoluendum, an impotentia coeundi Mulieris possit tolli, tunc est adhibenda inspectio virorum peritorum.*

Vel saltem periti debent audire relationes obstetricium, & super illis suam proferre sententiam.

20 *Iudex in materia graui considerate debet procedere, maximè si lex de eo confidendo, id eius arbitrio commisserit.*

DECISIO MCCCLXXVII.

AGitur de dissolutione Matrimonij ob impotentiam cocundi, vnde fuit primo loco or-
1 dinatum, * vt à Mulieribus inspiceretur Vxor,
à Viris autem Maritus iuxta *not. in cap. fin. de frigid. & maleficiat.* & ita fuit seruatum in causa *Taurinen. Matrimonij 2. Decembris* 1591. *coram bo. me Card. Blanchetto*, & meis temporibus in causa *Romana Inualidatis matrimonij 28. Februarij* 1603. *coram bo. me. Penia*, & cum Mulieres retulerint, vxorem esse valde arctam, & periti virum non posse coire cum muliere valde arcta sub *die 11. Decembris* 1605. *coram me* fuit dictum, quod signa huius impotentiæ coeundi erant dubia, & præsumptiua, & ideò quod pro declaratione nullitatis Matrimonij
2 requirebatur cohabitatio triennalis, * & noua inspectio mulieris, & iuramentum coniugum cum septima manu propinquorum firmãtium Iuramento se commisceri carnaliter nequiisse; Vnde cum hodie quæratur, An sit locus dissolutioni Matrimonij, videndum est, An prædicta fuerint adimpleta.

Et quantum attinet ad cohabitationem triẽnalem, & iuramentum coniugum, & propinquorum, animaduertebatur, quod licet die 9. Octobris 1617. Mulier fuerit consignata viro,
3 quam accepit libentissime, * tamen non constat, quod insimul habitauerint per triennium, & incubuerint operi Nuptiali, & quod non potuerint insimul commisceri, quod Coniuges tenentur iuramento firmare vt in *cap. fin. de frigid. & malef.* nec apparet septimam manum propinquorum affirmare, quod interea coniuges incubuerint operi nuptiali, prout requiritur ex *text. in dicto cap. fin. vt per gloss. ibidem in fin.* vbi dicit satis hoc probari, si con-
4 star Coniuges cohabitasse in eodem lecto * *Hostien. in cap. fraternitatis ante num. 1. de frigid. & malef.*

Quantum attinet ad inspectionem Iudex subdelegatus in partibus die 2. Aprilis 1621. decreuit vxorem inspiciendam per Angelam Fydalgam, Philippam Diez, & Mariam Braz obstetrices vndè circa istam inspectionem de pluribus est videndum. Et primo an sufficiens numerus Mulierum fuerit deputatus, & affirmatiuè Domini resoluerunt, quia sufficit de-
5 putatio duarum Mulierum * expertarum, & partibus non suspectarum, hic autem fuerunt deputatæ obstetrices secundum sententiam *Bald. in cap. proposuisti num. 4. vers. & licet de probationibus*, & cessat omnis difficultas, cum
6 fuerint deputatæ tres Mulieres, * quæ videntur necessariæ in Ciuitate magna, cum plures, quæ habeant peritiam in ea possint inueniri, vt videtur voluisse *Barbat. in d. cap. proposuisti num. 7.* qui posteà etiam hoc videtur relinquere iudi-
7 cantis * religioni. Secundo est videndum, an
8 dictæ obstetrices essent aptæ ad referendum * cum *text. in d. cap. fin.* requirat, quod mulieres
9 deputandæ sint expertæ in opere nuptiali, * &

fuit

fuit dictum, quod sic, cum istæ essent obstetrices, & cum *Hostien. in cap. fraternitatis ante num.* 1. *de Frigid. & Malefic.* requirat, vt depu-
10 tentur Matronæ peritiores, * quæ nec senio confectæ, nec iuuenes sint, nec illæ beneficio visus frustratæ, cum eæ, quæ carent experien-
11 tia facili eludantur *. In hoc casu vna istarum obstetricium erat ætatis 50. annorum, aliæ vero duæ annorum 70. quæ ætas licet videretur magna, itaut dictum *Hostiensis* vide-
12 retur facere aliquam difficultatem, * nihilominus ex qualitate relationis, & ex diligentijs factis visum fuit dd. relationionibus esse adhibendam fidem. Tertio est videndum, an rite fuerit facta relatio, & affirmatiuè pariter fuit re-
13 solutum * cum dd. mulieres retulerint medio iuramento de veritate dicenda, cum tamen sufficeret iuramentum de credulitate, prout
14 periti iurant * *Abb. in cap. propesuisti num.* 11. *vers. venio nunc de probation.* & istæ Mulieres fuerunt deputatæ die 2. Aprilis 1621. & eadem die fecerunt inspectionem, & duæ etiam relationem, tertia autem fecit relationem 3. Aprilis, in quibus relationibus referuntur se fe-
15 cisse inspectionem nedum die 31. Martij, * & prima Aprilis de mandato Iudicis, de quo non constat, attamen referunt etiam fecisse inspectionem eadem die 2. Aprilis 1621. Quarto est videndum, an dicta inspectio fuerit recte facta, & visum fuit, quod sic, quia eadem die immediate ante inspectionem fuit Mulier
16 posita in Balneo, * in quo permansit per tres quartas partes horæ iuxta cauthelam *Hostiens. in cap. causam Matrimonij num.* 4. *de probat. & in cap. fraternitatis ante num.* 1. *vers. & propter medicinas Mulierum de frigid. & malefic.* quem sequitur *Abb. in dicto cap. fraternitatis numer.* 4. *numer* 3. *vers. & consuluit, & Gregor. Lopez. part.* 4. *tit.* 8. *lib.* 1. *super verbo Mulieres* & postmodum deuentum fuit ad inspectionem, &
17 tactum, & relatũ,* quod mulier fuerit reperta virgo, vnde non potest negari, quin ista inspectio non fuerit bene facta, super qua inspectione cum tantum insotinaretur, super ea Domini responsum dederunt ommissis alijs supra citatis, de quibus poterit videri.

Aliqui tamen ex Dominis circa istam inspectionem considerabant, quod si omnia concurrerent, nihilominus non sufficerent pro separatione Thori, cum ex dicta inspectione non constet, an impedimentum arctitudinis sit medicabile, saltem per scissionem absque periculo vitæ, quo casu vtendum esset isto reme-
18 dio, * non autem deueniendum ad dissolutionem matrimonij, vt post alios, quos allegat, dicit *Sanchez de matrim. lib. 7. disput. 93. nu. 15.* & quando peritia mulierum non esset sufficiens ad resoluendum an impedimentum possit tolli, esset admittenda inspectio virorum pe-
19 ritorum, * vt voluit *Franc. Aretin. in conf. 142. num. 17. vers. ne igitur facultas,* qui loquitur in terminis, & respondit omnibus contrarijs, vel saltem periti deberent audire relationes
20 mulierum, * & super illis suam proferre sententiam; Et cum ista materia sit grauis, omnis
21 modus est requirendus, * quia Iudex nimis est oneratus cum talia eius arbitrio sint commissa, vt dixit *Hostien. in dicto cap. fraternitatis ante numer.* 1.

Et ita &c.

Præsens decisio fuit confirmata die 16. Ianuarij 1623.

MAIORICEN. THESAVRARIAE.

Mercurij 18. Maij 1622.

ARGVMENTVM.

Collatio Beneficij, quod vacauit in mense Octobris spectat ad Episcopum gaudentem alternatiua, & ideò prouisio tanquam de reseruato non tenet. Quasi possessio conferendi beneficia quando suffragetur. Cætera patent ex summario.

SVMMARIVM.

1 *Mensis* Octobris *Episcopo gaudente alternatiua, est ordinarius.*
2 *Breue fundatum in reseruatione beneficij, si ista cessat, cessare quoque debet, & illud.*
3 *Exceptiones in executione Breuis fundatæ in reseruatione sunt admittendæ.*
4 *Beneficium regulariter censetur simultaneæ collationis.*
5 *Limita quando consuetudo est in contrarium.*
6 *Quasi possessio conferendi beneficia suffragatur etiam quoad alia beneficia nouiter fundata quando non probatur quasi possessio conferendi alterius, secus si alius esset in possessione conferendi alia beneficia.*
7 *Quasi possessio conferendi beneficia suffragatur ad excludendas prouisiones Apostolicas.*
8 *Eo magis quando beneficium est fundatum in fructibus Sacristiæ, cuius libera collatio spectabat ad Episcopum in possessione vniuersali existentem.*
9 *Possessiones Episcopi dicuntur effectuatæ quando prouisus adeptus fuit possessionem, & in illa continuauit vsque ad obitum.*
10 *Amplia etiamsi prouisus ab Episcopo obtinuerit nouam prouisionem à Papa.*
11 *Fides Capituli, in qua attestatur non habuisse partem in collationibus dignitatum facit magnum adminiculum.*
12 *Enunciatiua antiquissima, licet vnica, iuncta cum alijs probationibus aliquid operatur.*
13 *Testes examinati in vna causa non probant in alia diuersa.*
14 *Quando probationes hinc indè conquassantur magis standum est illis factis super pertinentia collationis ad solum Episcopum.*
15 *Capitulum habet assistentiam iuris super simultanea collatione.*

Dum

16 *Dum non agitur de pertinentia collationis, sed incidenter inter prouisos, quæ probationes requirantur.*

DECISIO MCCCLXXVIII.

FVit resolutum Breue non esse exequendum,
quia cum sit fundatum in reseruatione, ex
quo Thesauraria vacauit in mense Octobris
cum probetur Thesaurariam non esse simulta-
neæ Collationis, mensis Octobris Episcopo
1 gaudente alternatiua, * prout gaudebat in
hoc casu, est Ordinarius, & per consequens
2 cessat effectus Breuis, * quod, vt dixi, est fun-
datum in reseruatione *Lancellot. de attent. lit.
pend. in præfat. num. 442. Garz. de benef. par. 6.
cap. 3. num. 4.* & fuit resolutum in causa *Elnen.
beneficij 17. Maij 1602. coram S. D. N.* & huius-
modi exceptiones in executionem Breuis fun-
3 datæ in reseruatione sunt admittendæ, * itaut
pars super illis audiatur in iudicio executiuo
ad effectum, quod si releuant, Iudex superse-
deat, sin minus procedat ad executionem
*Anear. cons. 297. numer. 7. & 8. Felin. in cap.
num. 22. vers. item ampliatur de præsumpt. Mo-
dern. in praxi A. C. lib. 3. cap. 7. numer. 17.* &
fuit resolutum in causa *Celsonen. Præceptoriæ
4. Februarij 1605. coram me.*

Quod autem Thesauraria non esset simulta-
neæ collationis satis patet, nam licet regula
4 sit pro affirmatiua, * fallit tamen quando
5 consuetudo est in contrarium * *Cassad. dec. 22.
de præben.* & fuit resolutum in alia *Maioricen.
Sacristiæ 26. Iunij 1602. coram bon. mem. Card.
Pamphilio, & alias sæpius*, prout in casu isto,
quia cum Episcopus sit in quasi possessione
conferendi similes dignitates, in quibus est
eadem causa prouidendi, dicta possessio suf-
fragatur etiam quoad istam Thesaurariam,
6 nouiter fundatam * *Bald. in l. 1. num. 24. Cod.
de emancip. lib. Socc. cons. 111. num. 4. lib. 1.
Aym. cons. 55. num. 1. vers. sed respondeo Rota
decis. 17. par. 2.* & fuit resolutum in causa *As-
sisien. Canonicatus 14. Iunij 1600. coram Illu-
strissimo D. Card. Sacrato* & in dicta *Maioricen.
Sacristiæ coram bo. me. Cardinali Pamphilio 26.
Iunij 1602.* cum non probetur alium esse in
possessione conferendi istas dignitates *Mohed.
decis. 22. de præbend.* & fuit dictum in causa
*Regien. Beneficij 21. Iunnij 1621. coram R. P. D.
meo Pirouano*, secus esset si alius esset in posses-
sione conferendi alia Beneficia, vt in causa
*Callien. iuris conferendi 6. Martij 1617. coram
R. P. D. meo Verospio*, & ista quasi possessio
suffragatur ad excludendas prouisiones Apo-
7 stolicas * iuxta *Cons. Calder. 23. de præbend.*
sæpius à Rota approbatum, & per *Mohed.
decis. 8. de priuil. Put. dec. 200. lib. 2. in nouis.
& fuit resolutum in d. causa Assisien. & Maioricen.*
quæ conclusio facilius procedit, cum Thesau-
raria sit fundata in fructibus Sacristiæ, cuius li-
8 bera collatio spectabat ad Episcopum, * vt fuit
resolutum in dicta *Maioricen.* & infra dicetur,
vnde merito eo magis possessio vniuersalis
suffragatur Episcopo *Rot. decis. 196. nu. 1. p. 1.*
& fuit resolutum in causa *Placentina Archidia-
conatus 28. Nouemb. 1614. coram R. P. D. Verospio.*

Possessio autem Episcopi talis probatur ex
collationibus Præceptoriæ de annis 1582. &
1586. per Episcopum solum factis vacantibus
in mense Aprilis, Episcopo gaudente alterna-
tiua, quæ fuerunt effectuatæ ex possessione sub-
9 sequuta, * cum prouisi continuauerint in pos-
sessione vsque ad obitum, & hoc procedit
etiam quod dicti Prouisi obtinuerint nouam
10 prouisionem à Papa, * quia non ob id fuit sub-
latus effectus prouisionis Ordinarij, nisi alter
conster de non iure dd. Prouisorum ad *decis.
Achill. prim. numer. 4. de concess. præbend. &
faciunt notata per Sarn. de subrogan. quæst. fin. in
fin. Aym. cons. 322. nu. 3. vers. Rursus non obstat
lib. 2.* & fuit in specie de dd. Collationibus re-
solutum in causa *Maioricen. Sacristiæ 26. Iunij
1602. coram bo. me. Cardinali Pamphilio*, in qua
fuit dictum, quod conclusio eo magis proce-
dat, cum prouisiones postea obtentæ non fue-
rint obtentæ ex eo, quod Episcopus conferre
non potuisset, sed ex alia causa; Concurrit
etiam alia prouisio Sacristiæ, facta per Epis-
copum de mense Augusti 1509. & aliæ duæ
prouisiones de anno 1616. & 1618. quæ omnes
fuerunt factæ in mensibus alternatis, & habue-
runt effectum per adeptionem possessionis; Et
prædicta omnia coadiuuantur ex attestatione
Capituli dictæ Ecclesiæ, fidem facienti, quod
Capitulum nunquam habuit partem in colla-
tionibus dignitatum, quam esse attendendam
11 pro magno adminiculo * dixit Rota in dicta
causa *Maioricen. Sacristiæ*; & facit etiam quod
cum alias de anno 1298. Episcopus suppræsse-
rit Thesaurariam, & erexerit Decanum, hæc
verba addidit *Præterea volumus quod collatio De-
canatus, quæ semper alicui ex nostris assignatur
Canonicis ad Nos, & successores nostros tantum
pertineat, vt consuetum est fieri de alijs prælaturis*,
quæ enunciatiua licet vnica, cum sit antiquis-
sima, iuncta cum alijs probationibus aliquid
12 operatur * *Rot. decis 27. num. 2. par. 1. in recent.*
Et negari non potest quin faciem præferat ve-
ritati huius negotij.

Non obstant testes examinati super simul-
tanea Collatione, quia fuerunt examinati in
13 alia causa *coram bo. me. Card. Pamphilio*, * &
ideo non probant in hac causa *cap. quamuis de
sententia, & re. Iud.* & in omnem euentum
cum adsint probationes contrariæ nempe te-
stes de publica voce, & fama, quod Collatio
spectat ad solum Episcopum, istæ probatio-
14 nes conquassantur, * vnde magis est standum
probationibus factis super pertinentia Colla-
tionis ad solum Episcopum, cum probentur ex
rei euidentia, nempe ex ipsismet Collationibus
vt supra relatum est, & quamuis Capitulum
15 habeat assistentiam iuris super simultanea, * vt
per *Cassad. decis. 22.* tamen illa tolli potest con-
suetudine, & ponderatis probationibus, cum
non agatur principaliter de pertinentia Col-
16 lationis, * sed incidenter inter prouisos ma-
gis in hoc casu videntur præponderare proba-
tiones pro libera collatione Episcopi, quam
pro simultanea.

Et

Et ita conclusum, vtraque parte informante &c.

Præsens decisio fuit confirmata die 10. Febr. 1623.

NOVARIEN. LEGATI.

Veneris 20. Maij 1622.

ARGVMENTVM.

Legatum si quis fœminæ reliquerit, dum matrimonium contrahit, an tale legatum debeatur, si nupserit in Domino, Monasterium ingrediendo, resolutio est affirmatiua, quia si Testator fuisset interrogatus, an quoque illud relinquebat, dum illa Monialis effecta esset, censeri potest affirmatiuè respondisse, & licet ab hac conclusione recedatur, quando testator apparet intellexisse de nuptijs carnalibus, & non spiritualibus, tamen in his terminis non sufficit testatorem sensisse de nuptijs carnalibus, nisi etiam senserit ad exclusionem nuptiarum spiritualium. Et quid dum dixit relinquo legatum Sciæ, quando se matrimonio copulauerit.

SVMMARIVM.

1 *Legatum quando est factum certæ personæ, vt matrimonium ineat, debetur etiam quod Monasterium ingrediatur.*

2 *Testator legando aliquid Titio, vt nubat, illud debetur etiamsi Monachus efficiatur, quia dum testator oppositum non declarauit, ius præsumit fore, & idem disponeret, si meminisset.*

Et hæc opinio receptissima, & communissima numer. 6.

3 §. Sed & hoc præsēti Auth. de sanctiss. Episc. & Auth. nisi rogati C. ad Senatus Consult. Trebell. *non disponunt contra voluntatem testatoris, vt aliqui male putant.*

4 *Testator si dixerit, dotem relinquere Puellæ ob carnale coniugium, illa quoque debetur, dato, vt Monialis efficiatur.*

5 *Dos, dum fuit relicta puellæ pro carnali Coniugio eam consequitur etiam si ingrediatur Monasterium, & hoc ne impediatur vita contemplatiua, & An ista ratio sit vera.*

Bela in summa post cas. 66. *reprobatur* à Sanchez de matrim. lib. 1. disput. 33. nu. 29. & à Mantic. de coniect. vltim. vol. lib. 11. tit. 18. num. 34. *num.* 5.

7 *Testatoris præsumpta voluntas, quod legatum factum ab eo pro nuptijs carnalibus, debeatur etiam ob ingressum Religionis, ista præsumptio cessat, si constet quod intellexerit de nuptijs tantum carnalibus.*

8 *Sed aduerte non sufficere testatorem sensisse de nuptijs carnalibus, nisi quoque sentiat ad exclusionem nuptiarum spiritualium, & numer. 23. & 29.*

9 *Legatum occasione nuptiarum debetur etiam propter ingressum, & quare num.* 10.

11 *Pro nuptijs carnalibus relictum, debetur etiam pro nuptijs in Domino, nisi aliter mens testatoris concipi possit.*

12 *Legatum relictum alicui,* cum se matrimonio cupulauerit *ista verba important matrimonium carnale per copulam consumatum.*

13 *Mulier non dicitur matrimonio copulata, nisi matrimonium sit carnaliter consumatum.*

14 *Statutum dum defert lucrum dotale Marito postquam Mulier fuerit matrimonio copulata, certe d. statutum loquitur de matrimonio carnali exclusiuè à spirituale.*

15 *In matrimonio spirituali non cadit lucrum dotale.*

16 *Statutum deferens lucrum dotale Marito, postquam Mulier fuerit copulata, intelligi debet post matrimonium per copulam consumatum.*

17. *Testator legando alicui* cum se matrimonio copulauerit, *ista verba non stant exclusiuè ad matrimonium spirituale, licet importent matrimonium carnale.*

18. *Testator dum legatum fecit alicui,* quando se matrimonio copulauerit *ista verba per necesse non requirunt copulam, & sic non excludunt matrimonium spirituale, & num.* 26.

19 *In nuptiis copulandis, nec curatoris, nec consanguineorum requiritur auctoritas.*

20 l. in copulandis C. de Nupt. *loquitur de Matrimonio simpliciter contrahendo, non autem de matrimonio per copulam de necesse consumando & num.* 21.

21 *In matrimonio spectanda est voluntas eius de cuius coniunctione tractatur.*

22 *Copula coniugalis vsque ad quartum gradum est restricta.*

25 *De matrimonio carnali, ad exclusionem spiritualis testator præsumitur intellexisse, dum disposuit de matrimonio contrahendo cum certa persona.*

27 *Testator dum disposuit, vt quis non debeat se nubere absque consensu, & Consilio alicuius, An ista verba concludant matrimonium carnale ad exclusionem spiritualis.*

28 *Dotis magna quantitas non repugnat ingressui Monasterij.*

30 *Testator loquendo de matrimonio, si disponat de filijs ab eo nascendis dicendum est intellexisse de matrimonio tantum carnali, & non spirituali.*

31 *Filios habere conducit ad matrimonium carnale, excluso spirituali.*

32 *Legatum si factum sit, cum conditione dummodo quis matrimonio se copulauerit, & filios habuerit, vel cum matrimonio se copulauerit, ista sunt inter se diuersa.*

33 *Monasterium, quando sit loco filij, itaut excludat substitutum.*

34 *Monasterium, quando excludat substitutum.*

Mona-

35 Monasterium, An succedat loco filij, non est discutiendum, dum Monachus, de cuius hæreditate agitur, est adhuc viuus.

36 Dotem si testator alicui reliquerit, & donec nubat iussit eidem præstari victum, & vestitum, tunc ante nuptias non debentur eidem fructus dotis.

37 Nupta in Domino, tunc monialis dicitur, quando professionem emittit.

38 Dotis fructus vt debeantur ob retardatam solutionem dotis, duo copulatiuè requiruntur.

39 Primo quod mulier fecerit diligentias pro habenda dote.

40 Secundo quod aliunde non habeat, vnde viuere possit.

41 Dotis fructus debentur marito substinenti onera matrimonij.

42 Fructus datis assignata Moniali, debentur Monasterio, qui substinet onera matrimonij spiritualis.

43 Argumentum de matrimonio spirituali ad temporale validum est, itaque à pari procedunt.

44 Dos matrimonij spiritualis, & carnalis non indicantur ad imparia.

45 Doti matrimonij carnalis ille fauor, qui tribuitur, quoque spirituali etiam conceditur, dum non militat diuersa ratio.

46 Fructus dotis non soluta regulariter solent taxari ad quinque pro centenario.

47 Hæredes tenentur ad legata præstanda pro virili.

48 Hæredes, quando plures fuerunt instituti, non potest vnus tantum condemnari insolidum ad præstanda legata, licet alij cohæredes non adsint; nisi probetur, quod ille fuit hæres vniuersalis.

DECISIO MCCCLXXIX.

HOc dubium an constet de bono iure Monialium, itaut sint reijciendæ nullitates
iuxta rescriptum Sanctissimi pendet ex tribus.
Primo An legatum sit debitum, cum Hippolyta
fuerit effecta Monialis. Secundo An taxatio
ad rationem sex pro centenario, & anno à die
ingressus sustineatur. Tertio An condemnatio
solius Alexandri hæredis sit iusta; Et quantum
attinet ad primum fuit dictum legatum
esse debitum, quia cum sit factum certæ per-
1 sonæ, vt matrimonium ineat, debetur, etiam
quod Religionem ingrediatur. §. *Sed & hoc*
præsenti Auth. de sanctiss. Episc. & authen. nisi
rogati C. ad sen. Consul. Trebell. Soccin. Senior
in l. Mulieri num. 12. ff. de cond. & demon. Felin.
in cap. Ecclesia S. M. num. 79. vers. cæterum de
constit. latè *Sanchez de Matrim. lib. 1. disp. 33.*
num. 29. Mantic. de coniect. vltim. vol. lib. 11.
tit. 18. numer. 19. vers. potest etiam probabiliter
dubitari, & fuit resolutum in Causa *Bononien.*
legati 19. Martij 1607. coram S. D. N. quæ est
130. *part. 1. in recent. & Rot. in recent. decis.*
450. *num. 3. part. 1.*

Ratio autem huius dicti innititur in præ-
2 sumpta voluntate testatoris, * quia si oppositum
non declarauit, ius præsumit fore, vt idem
disponeret, si meminisset quod iussus matrimonium
inire, Religionem ingrederetur, & hoc
ipsius Religionis fauore *Castren. in d. Authen. nisi*
rogati num. 3. & 6. C. ad Trebell. Alex. cons. 121. n.
*12. vers. præterea lib. 2. & cons. 35. num. 9. vers. potest
respondere lib. 3. Dec. cons. 419. num. 3. & seq.*
*& in cap. in præsentia num. 18. ad fin. de probat. Couar.
var. lib. 6. cap. 19. num. 8. & 11. vers. ex quibus*
ea vera est ratio Mantic. de coniect. vltim. volunt.
lib. 11. cap. 18. num. 34. Sanch. de matrim. lib. 1. disp.
33. & fuit dictum in dicta causa Bononien. legati
coram Sanctiss. num. 6.

Et ista est vera ratio, licet alij voluerint, quod
Authentica prædictæ disponant contrà volunta-
3 tem Testatoris, * *prout Bald. Nouell. de dot. pri-
uil. 77. & 5. part. 6.* qui *num. 2.* tenet etiam quod
Testator dixerit, dotem relinquere pro puella
4 maritanda per carnale coniugium, * quam sequitur
Surd. cons. 192. nu. 19. lib. 2. & sentit *Felin.*
in cap. Ecclesia S. M. nu. 79. vers. cæterum de constit.
dum inquit rationem esse, ne impediatur vita
5 contemplatiua * *Besa in summa post cas. 66.* quos
allegat *Sanchez loco præcitato* vbi hanc rationem
expressè reprobat, prout etiam reprobat
Mantic. de coniect. vltim. vol. lib. 11. tit. 18. num. 34.
& meritò quia alia ratio, de qua supra, quod
6 si testator de Monasterio cogitasset, * idem
disposuisset, est receptissima, & communissima.

Non obstat, quod retenta prima ratione
communi fundata in præsumpta voluntate testatoris,
ista præsumpta voluntas Testatoris
7 cessat, * quando adsunt coniecturæ, quod testator
intellexerit de nuptijs Carnalibus *Gulıel.*
de Bened. in c. Rain. ver. qui cũ alia n. 23. de Testib.
Mãtic. de coniect. vltim. vol. lib. 11. tit. 18. n. 29. vers.
quod autem dictum est Menoch. præsumpt. 148. n. 2.
*lib. 4. Guttier. quæst. canonicar. lib. 1. c. 32. n. 17. Sanch.
d. l. 1. disp. 33. n. 30.* Nam fuit responsum non
sufficere, quod testator senserit de Nuptijs car-
8 nalibus, * nisi etiam senserit exclusiuè ad nuptias
spirituales, quod patet ex ratione *Doctorum*,
qui volunt legatum occasione nuptiarum
deberi etiam propter ingressum scilicet, quia
9 si testator cogitasset de ingressu, * ità de eo disposuisset,
sicuti disposuit de nuptijs in sæculo,
ergò pernecesse sequitur, quod coniecturæ dicantur
esse tales, vt excludant nuptias in Do-
10 mino, * vt etiam clarè colligitur ex verbis
Card. Mantic. in d. vers. quod autem dictum est, inquit
enim quod relictum pro nuptijs carnali-
11 bus debetur etiam pro spiritualibus, nisi aliter
mens testatoris concipi possit, & benè etiam
per *Sanch. loco allegato num. 30. & seqq.*

Et propterea non obstant coniecturæ in contrarium
adductæ, non prima, quod testator legauit
Hippolytæ cum se matrimonio copula-
12 uerit, * quæ verba important matrimonium
carnale per copulam consumatum *Bald. cons.*
200. num. 3. lib. 3. & in l. non sine num. 1. vers. sed
quid si Vxor C. de bon. liber. Vbi quod Mulier
non dicitur matrimonio copulata, nisi matri-
13 monium sit carnaliter consumatum, * nam
copula ponitur pro coniunctione actuali, non
autem pro habituali *Castren. ibidem num. final.*
Corn. num. 8. & 9. Menoch. præsumpt. 147. num. 9.
vsque ad fin. Rol. de lucr. dot. quæst. 108. num. 2. &
3. Brun.

3. *Brun, de ſtatut. excluſ. fæmin. art. 6. num. 286. Pa-
riſ. conſ. 62. num. 28. lib. 4. Alex. conſ. 129. num. 2.
lib. 7.* nam fuit reſponſum, quod iſti *Doctores*
14 ſunt intelligendi in caſum,* in quo loquuntur
ſcilicet in ſtatuto, quod defert lucrum dotis
marito, poſtquam mulier fuerit matrimonio
copulata, & ſic indubitatum eſt, quod ſtatu-
tum loquitur de matrimonio carnali excluſiuè
15 ad ſpirituale, * quia in ſpirituali non agitur
de lucro dotis, & propterea cum ſtatutum de-
ferat lucrum dotis marito, poſtquam mulier
fuerit copulata, pernecesse dicendum eſt, quod
ſtatutum ſit intelligendum poſt matrimonium
16 per copulam conſummatum. * At in caſu no-
ſtro nullo pacto verba illa *cum ſe matrimonio
copulauerit* ſtant excluſiue ad matrimonium
ſpirituale, licet importent matrimonium car-
17 nale,* quia pernecesse ad effectum, quod le-
gatum debeatur de ſui ſignificatione non re-
18 quirunt copulam, * & ſic non excludunt ſpi-
rituale *l. in copulandis C. de nupt.* vbi quod in
copulandis nuptijs, nec curatoris, nec con-
ſanguineorum requiritur autoritas, * qui *text.*
licet loquatur de nuptijs copulandis, indubita-
tum eſt loqui de matrimonio ſimpliciter con-
trahendo, non autem de matrimonio perne-
cesse per copulam conſumando, quod clarè
20 monſtrant verba ſequentia *text.* * *ſed ſpectanda
eſt eius voluntas, de cuius coniunctione tractatur* *
ad idem eſt *text. in cap. non debet verſ. cum ergo
de Conſang. et affinit.* vbi quod vſque ad quartũ
22 gradum coniugali copula eſt reſtricta, * & in
cap. fin. eod. tit. vbi diſtante à ſtipite quarto gra-
23 du, licitè poſſunt matrimonialiter, * & in
c. ſponſam alterius ibi *nullus conſanguineorum ali-
quo modo ſibi poteſt matrimonio copulare*, quæ in-
tra certum, eſt quod non ſunt reſtricta ad ma-
trimonium contrahendum abſque conſumatio-
ne, vt notum eſt, & notant ibi omnes *Docto-
res.*

Vndè ſequitur, quod iſta coniectura nihil
facit, quia opus eſſet, vt nedum verba inclu-
24 derent matrimonium carnale,* ſed etiam quod
talis incluſio pernecesse excluderent ſpirituale,
vt ſi teſtator diſpoſuiſſet de matrimonio con-
trahendo cum certa perſona, quia tunc verba
nedum includerent matrimonium carnale, ſed
25 excluderent ſpirituale, * ex quo contrahendũ
cum certa perſona *Bald. nouell. de dot. par 6. pri-
uileg. 77. num. 3. Couar. cap. 3. de teſtam. num. 15.
verſ. ſexto ex proxima Roſella verſ. legare num. 23.
Acoſta in l. cum tale § ſi arbitratu limit. 6. num. 2. ff.
de condit. et demonſtr. Mantic. de coniect. vlt. vol.
lib. 11. tit. 18. num. 29. verſ. ſed ſi conditio Menoch.
præſumpt. 148. num. 2. cum ſeqq. lib. 4. Guttier. quæſt.
canonic. lib. 1. cap. 32. num. 17. Sanch. de matrim. lib.
1. diſput. 33. num. 30.* quod non faciunt verba,
de quibus agitur, videlicet *cum ſe matrimonio
copulauerit*, quia licet concludant ad matrimo-
26 nium carnale, * nihilominus cum in caſu iſto
pernecesse ex voluntate teſtatoris non requira-
tur copula, vt ſupra probatum eſt, iſta condi-
tio non eſt talis, quæ includat matrimonium
carnale cum excluſione ſpiritualis. Et ex hac
reſponſione tollitur alia coniectura, quod Hip-
polyta non valeat ſe nubere abſque licentia, &
27 conſilio Hieronymi, & Alexandri, * quia
quatenus iſta verba concluderent ad matrimo-
nium carnale, non tamen ſtant excluſiuè ad
ſpirituale, & alia etiam ex qualitate dotis, quia
28 quãtitas dotis magnæ nõ repugnat ingreſſus, *
licèt cõueniat doti dandæ in ſæculo, vt enim di-
ctum eſt, non ſufficit, quod verba conueniant
29 matrimonio carnali, ſed ità debent conuenire,*
vt pernecesse excludant ſpirituale.

Minus etiam obſtat alia coniectura ex eo,
quod moriente Hippolyta ſinè filijs legitimis,
30 & naturalibus, & de legitimo matrimonio
natis, & procreatis in pupillari ætate, & poſteà
quandocumque teſtator ſubſtituit Hierony-
mum, & Alexandrum, vndè habetur conie-
ctura, quod ſenſit de matrimonio carnali. Nam
fuit reſponſum, quod licet habere filios con-
31 cludat ad matrimonium carnale, ità vt exclu-
dat ſpirituale, tamen legatum non eſt factum
ſub conditione *ſi matrimonio ſe copulauerit, et fi-
lios habuerit*, ſed tantum ſub conditione *cum
32 ſe matrimonio copulauerit*, * quod eſt valdè di-
uerſum, vndè habere filios non eſt de eſſentia
legati, ſed de eſſentia excluſionis conditionis,
ſub qua Hieronymus, & Alexander fuerunt
ſubſtituti; Nec hodie agendum eſt, An in hoc
caſu Monaſterium ſit loco filij, itaut excludat
33 ſubſtitutum * propter verba *ſinè filijs legitimis,
& naturalibus, & de legitimo matrimonio natis, &
procreatis*, quo caſu eſſet recurrendum ad co-
niecturas, an teſtator ſenſerit de filijs excluſiuè
ad Monaſterium, itaut ſi cogitaſſet de Mona-
ſterio, ità de eo diſpoſuiſſet, ſicuti de filijs, quæ
eſt ratio quare Monaſterium excludat ſubſti-
34 tutum * ex *alleg. per Card. Mantic. de coniect. vlt.
vol. lib. 11. tit. 7. num. 7.* ſed ſufficit hodiè, quic-
35 quid ſit poſt mortem Monialis, * nam ipſa
viuente non dicitur purificata conditio *Card.
Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 7. num. 23. Pe-
regr. de fideicomm. art. 28. num. 81. & ſeq.*

Quantum attinet ad ſecundum principale
quæſitum, An conſtet de bono iure reſpectu
condemnationis ad rationem ſex pro centena-
rio, & anno à die ingreſſus, viſum fuit non
conſtare de bono iure, quia cum durante an-
no probationis hæredes ſoluerint alimenta ad
36 filios non tenebantur, * cum Teſtator expreſ-
sè cauerit, quod donec Hippolyta ſe nuberet,
debeat habere victum, & veſtitum, nuptæ au-
tem in Domino tunc profitentur, quando in-
37 greſſus vota ſolemnia emittat * *cap. vnic. de vo-
to in 6. S. Thom. 2. 2. quæſt. 88. art. 7. in corpore,
& artic. 11. in corpore*, & latè *Sanchez de matrim.
lib. 7. diſput. 24. lib. 7.* Quò verò ad ſequentes
annos cum agatur de legato dotis de duobus
eſt videndum. An poſt emmiſſam profeſſio-
nem ob retardatam ſolutionem dotis fructus
debeantur, ſecundò quatenus ſic, an taxatio
fuerit exceſſiua; Et quantum attinet ad pri-
38 mum, quando agitur de matrimonio carnali *
ad effectum, quod fructus dotis debeantur duo
39 copulatiuè requiruntur * quod ſcilicet Mulier
diligentias fecerit pro dote habenda. Secun-
do quod aliundè non habuerit vnde viuere
40 poſſit * *Afflict. deciſ. 284. Theſaur. deciſ. 41.* &
fuit reſolutum in cauſa *Spoletana vſusfructus 18.*

Maij 1589. *coram Card. Mantica*, & alias sæpius,
41 & isti fructus debentur marito * sustinenti
onera Matrimonij *Doctor. in cap. Salubriter de
vsur.* & fuit resolutum in causa *Bononien. dotis*
4. *Februarij* 1605. *coram bo. me. Cardinali Lan-
cellotto*, sic in casu isto, isti fructus debentur
42 Monasterio, * quod sustinet onera Matrimo-
43 nij spiritualis, * validum enim est argumen-
tum de Matrimonio carnali ad spirituale,
adeoque à pari procedunt *cap. sicut vir. 7. quæst.*
1. *Marsil. singul.* 215. *num.* 1. *incip. validum est*,
Natt. cons. 269. *num.* 3. *lib.* 2. vbi quod dos ma-
trimonij carnalis, & spiritualis non iudicatur
44 ad imparia, * sed fauor, qui tribuitur doti
matrimonij carnalis, tribuitur etiam spirituali,
45 quando non militat diuersitatis ratio * *Gail.
obseruat.* 94. *num.* 16. *& seqq. lib.* 2. Quantum
verò attinet ad secundum, cum taxatio fuerit
facta ad rationem sex pro centenario, & an-
no, visa fuit Dominis minus excessiua, cum
regulariter taxatio fieri soleat ad rationem
46 quinque pro centenario * *Cæs. de Graff. decis.* 2.
num. 3. *&* 4. *de vsur. Natt. cons.* 407. *num.* 11.
Honded. cons. 30. *num.* 20. *lib.* 1. & sic quoad ta-
xationem durante anno probationis non con-
stat de bono iure, prout non constat ex taxa-
tione ad rationem sex pro centenario pro an-
nis sequen.

Quantùm attinet ad tertium principale quæ-
situm, cum fuerint scripti duo hæredes, An vnus
tantùm potuerit condemnari, visum fuit Do-
minis indubitanter negatiuè respondendum,
47 quia hæredes tenentur * ad legata pro virili
l. 1. *in fin. C. si vnus ex pluribus gloss. in l.* 1. *vers.
in omnibus C. commun. de legat. Bart. l. si tibi do-
mo § si fundus in princip. ff. de legat.* 1. *Angel. in
l. si hæredes* 50. *num.* 2. *ff. de legat.* 2. *Negusant.
de pignor. par.* 2. *membr.* 4. *numer.* 160. & quam-
uis huic motiuo replicaretur, quod de tempo-
48 re sententiæ esset superstes solus Alexander *
hoc non facit, cum non probetur, quod ipse
fuerit hæres vniuersalis Hieronymi, qui ex
prædictis tenebatur pro portione hæreditatis.

Et ita conclusum &c.

HILDESIMEN. OPTIONIS.

Veneris 20. *Maij* 1622.

ARGVMENTVM.

Iudicialiter satis superquè dicitur fuisse processum, quando interuenit Iudex, Actor, & Reus, item si fuerit porrectum libellum, vèl fuerit imploratum officium Iudicis nobile ad aliquid assequendum, aut constet, sententiam fuisse latam, quod est manifestissimum signum: Tractatur etiam de appositione sequestri, dùm possessio fuit capta appellatione pendente, quod sequestrum venit apponendum, etiam si constaret Iudicem non habuisse iurisdictionem, & quare. Procedens de facto non debet esse melioris conditionis, quam ille, qui de iure coram Iudice procedit.

SVMMARIVM.

1 *Absque attentatorum vitio non potest capi posses-
sio appellatione pendente.*
2 *Iudicialiter satis dicitur processum ex porrectione
libelli.*
3 *Iudicialiter quod fuerit processum negari non po-
test, dum imploratur officium Iudicis nobile ad
aliquid assequendum.*
4 *Iudicium constituitur ex tribus Personis, nempè
Iudice, Actore, & Reo.*
5 *Ad Iudicij constitutionem non est necessaria cita-
tio, quando omnia fuerunt gesta partibus præ-
sentibus.*
6 *Iudex fatuus est, qui facit citare præsentem.*
7 *Iudicium quando est duplex ex quo vtraque pars
prætendit aliquid ad se spectare, tunc vterque est
Actor, & Reus.*
8 *Verba sunt reducenda ad germanum intellectum.*
9 *In iudicio duplici, quilibet est Actor, & Reus.*
10 *Iudicialiter quod fuerit processum id manifestis-
simè apparet, dum sententia fuit lata.*
11 *Optionis materia potest extraiudicialiter determi-
nari per Capitulum.*
12 *Extraiudicialiter si materia aliqua potest tractari,
tamen dum partes voluntariè iudicium ingre-
diuntur, non prohibetur iudicialiter procedi.*
13 *Lis non datur sine iurisdictione.*
Attentata non dantur sine lite num. 13.
14 *Iudex quando est ab vtraque parte approbatus
tamquam Iudex, standum est huic approbationi,
donec contrarium fuerit probatum.*
15 *Capitulum de consuetudine potest habere iurisdi-
ctionem.*
16 *De facto agens non debet esse melioris conditionis,
quam ille, qui de iure agit coram Iudice.*
17 *Sequestranda est possessio capta appellatione pen-
dente, saltem ex Officio Iudicis, & constaret Iu-
dicem non habuisse iurisdictionem.*
18 *Et hoc saltem ne altera pars eludatur, dum con-
sensit, vt coram non Iudice iudicialiter procede-
retur.*

DECISIO MCCCLXXX.

TErtio loco fuit resolutum constare de atten-
tatis, quia cum Capitulum iudicialiter pro-
cesserit, possessio non poterat capi appellatione
1 pendente * absque vitio attentatorum *cap. non
solum de appel. in 6. tot. tit. nil nouari appellatio-
ne pendente.*

Quod autem Capitulum iudicialiter proces-
2 serit satis patet ex porrectione libelli * pro
parte Arnoldi, in quo fuit petitum sententiam
proferri super iustitia optionis suæ cum adiudi-
catione expensarum fructuum, damnorum, &
interesse, & redditunm, quod Capitulum iudi-
cialiter declaret &c. & similiter Rembertus pe-
tijt coram eodem Capitulo declarari, quod si-

bi

bi competit dicta obedientia vacans implo-
3 rando officium Iudicis nobile, * vnde negari
non potest, quin fuerit processum iudicialiter;
cum interuenerint tres personæ, nempè Iu-
4 dex, * Actor, & Reus, de quibus in *cap. forus de*
verb. signif.

Neque obstat, quod fuerit processum absque
5 citatione, quia omnia gæsta fuerunt * partibus
præsentibus, & ideò non fuit opus alia cita-
tione *Angel. in l. de vnoquoque nu. 4. ff. de re iudi-*
6 *cat.* vbi quod fatuus est Iudex, qui facit citare
præsentem, & in *cons. 267. num. 2. Vant. de nul-*
lit. ex defect. citat. num. 17. Iason. in l. 1. ad fin.
ff. de in ius vocan.

Sicut nec obstat, quod fuerit dictum nemi-
nem esse actorem, vel reum, quia cum iudi-
cium esset duplex, ex quo quilibet prætende-
7 bat optionem ad se spectare, * vterque erat
Actor, & Reus *l. inter cohæredes §. qui familiæ*
ercisc. ff. famil. ercisc. l. in tribus istis iudicijs ff. de
iudic. & propterea cum iudicialiter fuerit pro-
8 cessum, verba illa *neminem esse Actorem*, * *et*
neminem Reum sunt reducenda ad germanum
intellectum, scilicet vt in iudicio duplici qui-
9 libet teneretur probare suam intentionem, *
itaur non releuaretur ab onere probandi.

Et quod iudicialiter fuerit processum com-
probatur manifestissimè ex sententia posteà
10 lata * per Capitulum, in qua dicitur, quod lis
vertebatur inter partes, & deindè sequitur
abdicatio, & absolutio ab expensis per mutuã
compensationem, vndè quamuis materia optio-
11 nis * possit extraiudicialiter determinari per
Capitulum *cap. concertationi de appellat. in 6.*
tamen si Patres voluntariè iudicium ingredian-
12 tur, * non prohibetur iudicialiter procedi.

Non obstat, quod prædicta fuerunt agitata
13 coram Capitulo iurisdictione carente, * & si-
ne iurisdictione non datur lis, & sine lite non
dantur attentata, quia cum Capitulum fuerit
14 ab vtraque parte approbatum, * tanquam
Iudex standum est huic approbationi, donec
contrarium fuerit probatum, cum de consue-
15 tudine Capitulum possit habere iurisdictionẽ *
cap. irrefragabili 13. §. excessus de offic. Iudic. or-
din. cap. cum contingat 13. in fin. de foro compet.
Silua de benef. par. 3. cap. 11. num. 12. Gloss. in
cap. vnic. in not. vers. nota finaliter de maior. et
obed. in 6. Et prædicta videntur de plano pro-
cedere, cum agatur ad effectum sequestri, ne
16 melioris conditionis sit pars agens de facto, *
quam quæ de iure agit coram Iudice, vnde
quatenus Capitulum non haberet iurisdictio-
17 nem * Domini non dubitarunt apponendum
esse sequestrum ex officio, si non per viam at-
tentatorum, saltem ne alia pars eludatur, quæ
18 consensit, * vt coram non Iudice iudicialiter
procedatur.

Et ità conclusum &c.

ROMANA DE MAGDALENIS.

Luna 23. Maij 1622.

Pars III.

ARGVMENTVM.

Fructuum perceptio probatur ex locatione, illorum verò quantitas à consuetis, cum præsumatur perceptum id, quod communitèr consueuit percipi.

SVMMARIVM.

1 *Fructuum perceptio probatur ex locatione rei de sui natura fructifera.*
2 *Fructuum perceptorum quantitas probatur à consuetis cum præsumatur perceptum, quod communitèr consueuit percipi. Declara num. 3. et 4.*
3 *Fructuum perceptio debet probari per testes, qui fuerunt præsentes perceptioni.*
4 *Declara procedere. quando dubitatur de perceptione, secus è conuerso.*
5 Bald. in l. 1. nu. 22. C. de fruct. & lit. expens. *reprobatur.*
Verall. decis. 30. par. 2. *reprobatur num. 5.*

DECISIO MCCCLXXXI.

FAbius Crescentius de anno 1559. imposuit super Casale Valerani censum annuum scut. 296. quem vendidit Iacobo Mathæio socero prætio scut. 3700, cui impositioni accessit Horatius Magdalenus, prædictis Iacobo successit Antonina filia, & Fabio eadem Antonina vxor, quæ secundo loco nupsit D. Alphonso Soderino, cumque dicta Antonina vigore hæreditaris Fabij Crescentij mariti habuerit dictum Casale Valerani, Petrus Dominicus Senior, nec non Paulus, Octauius, & Iulius fratres de Magdalenis obtinuerint vigore fideicommissi de anno 1568. immitti in possessionem dicti Casalis, sed cum Horatius frater prædefunctus, ad cuius etiam fauorem fideicommissum fuerat purificatum, licet iam obierit de tempore, quo fuit concessa immissio, esset obligatus in dicto censu, & sic census sustineretur pro quinta parte, cum essent quinque fratres de Magdalenis, & vigore fideicommissi quatuor obtinuerunt, Antonina prædicta tamquã hæres patris obtinuit de anno 1586. immitti in possessionem quintæ partis dicti Casalis pro fructibus Census, decursis pro dicto tempore, quo Magdaleni possederunt, & hodie agitur de liquidandis fructibus dictæ quintæ partis Casalis ab anno 1568. vsque ad annũ 1586. de quo tempore Antonina fuit immissa, vnde dubitaui, an constet de liquidatione fructuum, & pro qua summa.

Hoc dubium habet duas difficultates: Prima est, an constet de perceptione fructuum, & eorum quantitate, Secunda An Dominus Iulianus, & fratres de Magdalenis, filij q. Iulij teneantur ad fructus istius quintæ partis Casalis; Et quantum attinet ad primam partem dubij, cum clarum sit Dominos de Magdalenis Seniores possedisse hoc Casale pro indiuiso, & in communione illud locasse, & sic non dubi-
1 tetur de fructuum perceptione, * cum Casale

de sui natura esset fructiferum iuxta notata per *Neguf. de pignor. in secundo membr. 3. par. num. 19. vers. sed in hoc possit dubitari*, tunc sufficit
2 probare à consuetis * *Achill. decis. 22. de restit. spol.* illud enim præsumitur perceptum, quod communiter consueuit percipi *Bald. cons. 323. in fin. lib. 2. et cons. 53. pariter in fine lib 1.* & fuit resolutum in causa *Perusina liquidationis fructuū 12. Ianuarij 1609. coram me*.

Nec facit quod *Bald. in l. 1. num. 22. C. de fruct. et lit. expens.* dicat, quod perceptio fructuum debeat probari per testes, qui fuerunt
3 præsentes perceptioni, * quem sequitur *Verall. in decis. 36. par. 2.* Attamen hoc esset verum, quando dubitatur de perceptione, an scilicet quis habuerit fructus, vt quia non constat de
4 eius possessione, * vt declarat *Achill. dicta decis. 22. de restit. spol.* & hoc est, quod fuit dictū in alia *decisione in hac causa 10. Decembris 1618. coram me*, sed quando non dubitatur de perceptione, vt quia constat de possessione, & bona sunt fructifera, tunc sufficit taxatio à consuetis, vt supra dictum est, & in istis terminis
5 *Rota* non sequitur dictum *Baldi*, * nec *decisione Verall.*, vt per *Achil. dicta decis. 22. Seraphin. dec. 1245. num. 6.* & fuit dictum in causa *Camerinen. spolij 4. Ianuarij 1608 coram bo. me. Iusto* & propterea cum hodie constet Dominos de Magdalenis possedisse Casale, & sic agatur solum de liquidatione; ideò Domini recesserunt à *decisione facta 10. Decembris 1618.* quia modo versamur in primo casu, non autem in secundo, & dixerunt liquidationem esse faciendam iuxta quantitatem, de qua in instrumentis locationum.

Quantum attinet ad secundam difficultatē, an Dominus Iulianus, & fratres Iuniores filij Iulij teneantur ad solutionem fructuum dictæ quintæ partis pendet ex eo, an Iulius eorum Pater, & alij patrui restituerint hos fructus Carolo filio Horatij, de quo erit videndum.

Et ita conclusum, &c.

VLIXBONEN. BENEFICII DE AZAMBVSA.

Lunæ 23. Maij 1622.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum non datur maiori sine causa, & bono iure.*
2 *Validitas reiudicatæ probatur ex reuolutione actorum.*
3 *Iustitia reiudicatæ ostenditur ex decisionibus emanatis in causa.*

DECISIO MCCCLXXXII.

FVit resolutum non constare de causis restitutionis in integrum, quia non datur maiori sine causa, * & bono iure *l. 1. & toto tit. ff. ex*
1 *quibus causis maior. in integr. restit. cap. audītis 3. cap. cum venissent 2. de in integr. restitut. Abbas in cap. ex literis num. 5. eod. tit.*

In proposito autem nihil probatur, quod releuet, nam res iudicata vt apparet ex reuolu-
2 tione actorum apparet valida, iustitia autem manifestissimè ostenditur ex tribus decisioni-
3 bus * in hac causa factis *coram RR. PP. DD. meis Pamphilio, & Remboldo*.

Et ità conclusum vna tantum parte informante.

ARIMINEN. DOTIS.

Mercurij 25. Maij 1622.

ARGVMENTVM.

Socius in communione quando extare dicatur, itaut ad dotis restitutionem teneatur pro socio.

SVMMARIVM.

1 *Qui non est obligatus nec actione datiua, nec natiua ad quidquam non tenetur.*
Actio datiua datur à lege ex quadam æquitate.
2 *Actio natiua est quæ habet materiam sufficientem præexistentem, ex qua oritur, vt puta ex obligatione.*
3 *Actio non datur sine obligatione.*
4 *Sine actione nemo experitur.*
5 *Æquitas* l. si me, & Titium ff. si cert. pet. *quando non intret.*
6 *Tertius præsumitur factus locupletior, nisi contrarium probatur.*
7 *Confessio, quæ in vna parte detegitur erronea, in totum præsumitur erronea.*
8 *Dos, quam vnus ex fratribus recepit, & in vtilitatem domus versa est restitui debet de communi.*
9 *Societas omnium bonorum inter fratres quando non dicatur probata.*
Societas omnium bonorum inter fratres non probatur ex quo viuunt in communi num. 9.

DECISIO MCCCLXXXIII.

FVit resolutum Ioannem, & fratres non teneri ad restitutionem dotis Iuliæ matris Octauiani, & fratrum, non enim reperiuntur obligati, neque actione datiua, * quæ datur à *lege* ex
1 quadam æquitate, neque actione natiua, quæ
2 habet materiam * sufficientem perexistentem, ex qua oritur vt puta ex obligatione, de quibus actionibus *Iason. in §. rursus num. 79. instit. de action. & in l. si me & Titium nu. 3. ff. si cert. per.* actio enim non datur sine obligatione * *l. licet*

§. ea

§.ea obligatio ff. de procur. & nemo sine actione
experitur * *l.quoties §. qui temporali ff. de admin.*
4 *tutor.Fæderic. de Sen. cons.239. in princ. Decian.*
respons.2. num.47.& seqq.l.1.

Neque hic applicantur ea, quæ dicuntur de
actione datiua ex æquitate *l. si me, & Titium*
*ff.si cert. pet.** quæ deducitur ex quo in instru-
5 mento diuisionis de anno 1596. inter Fran-
ciscum patrem Octauiani, & fratrum, & præ-
dictos Ioannem, & fratres fuit dictum, quod
dos erat conuersa in vtilitatem familiæ, quia
hoc non sufficit ad effectum,quod intret æqui-
tas *l. si me, & Titium*, cum in ea disponatur,
quod res mea perueniat ad alium sine causa, &
quod cum ea sit factus locupletior,& quamuis
quod tertius sit effectus locupletior præsumatur,
nisi contrarium probetur * *Angel. in l. illud §.*
*prædo in fin. ff. de petit.hæred.*tamen non proba-
tur, quod dos peruenerit sine causa.

Et prædicta eo magis placuerunt Dominis,
quia huiusmodi confessio in parte detegitur
7 erronea,* fuit enim facta de anno 1596. & at-
tamen de anno 1603. prædictus Franciscus
egit contra sororem pro scut.900. occasione
dotis promissæ, & non solutæ, & sic confessio
detegitur in hac parte erronea, quod tota dos
fuerit versa in vtilitatem familiæ.

Neque etiam applicatur illa conclusio,quod
8 dos,quam vnus ex fratribus recepit,* & in vti-
litatē domus versa fuit,est restituenda de com-
muni,& societas ipsa fratrum tenetur *l. actione*
§. final.ff.pro socio & per illum *textum* dicit *Spec.*
in §.sequitur num. 11. & ibi Io. Andr. in addit.
in verbo adde prædictis de indic. Roman.cons.172.
num. 3. & sentit *Rota in causa Romana dotis 2.*
Decembris 1602. & 13. Nouembris 1603.coram
Reuerendissimo Attrebaten. Quia fuit responsum
hic societatem non probari, immò potius con-
9 stat de contrario, * ex quo Franciscus habebat
primogenituram,& licet viuerent in communi
non inde infertur societas, tum quia id erat
occasione alimentorum, quia Franciscus tene-
batur alere ex primogenitura, tum etiam quia
si viuerent in communione, & possiderent bo-
na maiorum pro indiuiso non posset dici socie-
tas *Bart. in l. si Titius §. altero num. 5. ff. de ad-*
ministr. tutor. Alciat. præsumpt. 25. respons. 1.
Menoch. cons.12. num.13. & præsumpt.56. num.
20. lib.3.

Et ita conclusum &c.

Præsens decisio fuit confirmata die 15. Maij
1623.

ROMANA PALATII DE FERRATINIS.

Lunæ 30. Maij 1622.

ARGVMENTVM.

Pacta aliqua in contractu emptionis, & venditionis quando sunt reseruata, quæ tamen non respiciunt substantialia contractus, sed accidentalia, tunc si partes non concordent, recurritur ad arbitrium boni viri. Emens rem subiectam fideicommisso dicitur securus stante derogatione Apostolica. Creditores super fideicommisso conditionali sui debitoris, durante illius vita possunt prætendere fructus illius.

SVMMARIVM.

1 *Venditio facta cum illis verbis* con li patti, e conditioni, che tra noi saremo d'accordo, *ista verba non respiciunt substantialia venditionis, sed illius accidentalia.*

2 *Venditio non rescinditur ex defectu accidentalium contractus, cum recurratur ad arbitrium boni viri, si partes non concordent.*

3 *Venditor tenetur dare fideiussorem de euictione, dum vult exigere pretium, maximè si iam immineat euictio.*

4 *Emptor emens rem subiectam fideicommisso, satis dicitur ei consultum, dum dicto fideicommisso fuit per Papam derogatum.*

5 *Creditores super fideicommisso conditionali sui debitoris, durante eius vita possunt prætendere vsumfructum eius.*

6 *Cautionem de euictione non præsumitur voluisse dare venditor ex verbis generalibus, quando stat in malo statu.*

7 *Pretium rei venditæ, quando iam in limine contractus imminent creditores, est deponendum, & est soluendum creditoribus venditoris, data cautione per recipientes de restituendo prioribus, & potioribus.*

Quod multo magis procedit, quando id vltro offert emptor.

8 Decis.in causa Romana Palatij 5.Iulij 1621.*quæ est in hac causa* coram eodem Coccino, *declaratur.*

DECISIO MCCCLXXXIV.

IN venditione huius Palatij fuit dictum, quod
1 venditio fiebat *con li* * *patti, conditioni, cau-*
tele, & sicurezze, che saremo d'accordo fra noi
quæ quidem verba fuit firmatum non respice-
re substantialia venditionis, sed illius acciden-
2 talia * declaranda arbitrio boni viri, propte-
rea cum fuerit actum de importantia dictarum
clausularum *die 5. Iulij superioris Anni*, & fue-
rit resolutum, quod venditor teneatur dare
3 fideiussorem de euictione, * maxime cum im-
mineant creditores.

Hodie tamen reproposita causa fuit consi-
deratum, quod Palatium erat subiectum fidei-
commisso, cui per Summum Pontificem fuerat
4 derogatum, * vnde satis videbatur consultum
emptori,sed quia durante vita venditorum cum
fideicommissum esset conditionale multa præ-
5 tendere possent creditores DD. de Ferratinis,*
& indubitatum sit potuisse prætendere fructus
du-

durante vita ipsorum, nec verisimile visum fuit, quod eum tunc Domini de Ferratinis quoad substantiam propter debita essent in
6 malo statu, * voluerunt se obligare per prædicta verba ad dandam cautionem de euictione.
Ideo Domini arbitrati sunt pecunias esse deponendas in Monte Pietatis, prout etiam
7 obtulit Reu. P. D. Viues emptor * soluendas creditoribus DD. de Ferratinis, vel alijs, quibus de iure, data tamen cautione per recipi-
8 entes de restituendo prioribus, & potioribus,* & ita esse declarandam prædictam *decisionem sub die 5. Iulij superioris Anni*. Et ita, &c.

Præsens decisio fuit in parte reuocata die 13. Ian. 1623.

CAESARAVGVSTANA PENSIONIS.

Veneris 3. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

Non delatio habitus clericalis ex testibus quando dicatur probata: Ex non delatione habitus huiusmodi pensio ipso iure extinguitur & taliter extincta non reuiuiscit per superuenientiam susceptionis militiæ Lauretanæ.

SVMMARIVM.

1 *Testis deponens à tanto tempore citra, licet non deponat cum copula & tamen cum constet eum sentire de tempore continuato probat per totum tempus.*

2 *Testes singulares regulariter non probant.*

3 *Limita ad effectum probandi non delationem habitus clericalis in genere.*

4 *Probatio in specie non delationis habitus clericalis resultat ex eo quod quis degit in Castris se gerens pro milite.*

5 *Ex probatione affirmatiua delationis habitus sæcularis resultat pernecesse probatio quod non incesserit in habitu clericali.*

6 *Identitas personæ non concluditur per testes deponentes de solo nomine, cum possint esse plures personæ eiusdem nominis.*

7 *Contrarium quando vltra nomen concurrit etiam probatio cognominis.*

8 Corn. cons. 146. num. 4. vers. nec probatur lib. 3. *in quibus terminis loquatur.*

9 *Pensio ob non delationem habitus clericalis ipso iure extinguitur absque alia citatione, & iudicis decreto, aut ministerio.*

Amplia etiamsi superuenerit susceptio militiæ Lauretanæ num. 11.

10 *Non delatio habitus clericalis pro extinctione pensionis obstat pensionario à die quo pensionem cæpit exigere, vel per eum steterit, quo minus exigeret.*

DECISIO MCCCLXXXV.

Dubitaui, an constet de tali non delatione habitus, quæ obstet Ludouico, & DD. ad vtramque dubij partem affirmatiue responderunt, nam quantum attinet ad primã partem dubij tres Testes vigore remissoriæ examinati hoc videntur satis probare, videlicet primus, tertius, & quintus: Primus enim deponit se cognouisse Ludouicum Ram in loco del saxo tamquam de Patria Aragonen. & deponit de 14. Annis, vel 15. citra, & sic cũ fuerit examina-
1 tus de anno 1620. includit annum 1606.* quare licet deponat per verbum *citra* absque copula, & sic possit verificari in die antecedente depositionem, attamen quia deponit de tempore continuato, & initium habet à loco del Saxo, quod est in Belgis, eius dictum verificatur in totum in tempore 14. vel 15. ann. *Seraph. decis.* 798. Tertius testis deponit se vidisse Ludouicum Ram in loco de Anamur gerentem artem militarem de annis 1605. & 1606. Quintus vero testis de anno 1604. in Statu Mediolanen.

Et hi quidem testes satis probant, nam licet sint singulares, & testes singulares regularitet
2 non probant,* *cap. tam litteris 33. de testib. cap. licet eam de probat.* tamen secus est in hoc casu, in quo agitur de probando in genere non dela-
3 tionem habitus, * quæ resultat ex actibus particularibus, de quorum tamen probatione non agitur, videlicet quod militiam exercebat, &
4 quod degebat in Castris se gerens pro milite,* ex quibus resultat in specie probatio non delationis habitus bene *Rimin. Iun. cons. 7. num.* 50. *& seqq.* latè *Farinac. de testib. quæst. 64. nu.* 150. & cum ex istis probationibus resultet probatio affirmatiua delationis habitus secularis re-
5 sultat pernecesse probatio, * quod non incesserit in habitu clericali *Rip. in cap. Ecclesia Sutrina num. 79. de causa poss. & propriet. Hercul. de proban. negat. num.* 149.

Non obstat, quod testes pernecesse non concludat ad identitatem personæ,* cum plures
6 personæ possint esse eiusdem nominis *iuxta not. per Corn. in cons.* 146. *n. 4. vers. nec probatur lib. 3.* quia obiectum cessat, cum testes deponant de Ludouico Ram, vndè cum pluralitas non præsumatur, satis ex nomine, & cogno-
7 mine videtur designata persona* *l. demonstratio falsa C. de condit. & demost. Aym. cons. 169. num.* 4. quicquid dicat *Corn.* quia loquitur quando
8 persona ex solo nomine * designatur nullo expresso cognomine.

Quantum attinet ad secundam partem dubij, cærtum est dictam non delationem habitus obstare Ludouico, cum agatur ad effectum ex-
9 tinctionis pensionis, * quæ ipso iure extinguitur absque alia citatione, & Iudicis decreto, aut ministerio, vt sunt verba clara *Constitutionis Sixti Quinti*, & vt declaratur in a. *Constitutione* obstat non delatio habitus à die, quo pẽsionem
10 cæpit exigere, * vel per eum stetit quominus exigeret, vt fuit deductum in *Tullen. pensionis* 21. Apri-

21. Aprilis 1621. coram me, neque susceptio militiæ Lauretanæ potest suffragare Ludouico,
11 cum fuerit capta de anno 1608.* & tamen, vt patet ex testibus prædictis ante dictum habitū nonincidebat in habitu;Vnde de eo tempore propter Bullam Sixti pensio erat extincta, & fuit resolutum in d. Tullen. coram me.

Et ita conclusum &c.

ROMANA STAGNI.

Lunæ 6. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

Nonnulla de possessione,& manutentione, quæ patent ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Possessio ammittitur, dum possidens videt alium possidere,& tacet,quod sufficit etiamsi per modicum tempus id patiatur.*
2 *Manutentio debetur possessori secundo qui possidet cum scientia, & patientia primi possessoris.*
3 *Creditorem possidere iure pignoris quãdo dicatur.*
4 *Possessio nullatenus potest considerari in creditore qui possidet rem iure pignoris.*
5 *Creditori iure pignoris possidenti debetur officio Iudicis manutentio in illa eius detentatione.*
6 *Manutentio non datur ei, qui habuit se pro spoliato.*
7 *Manutentio sine possessione non datur.*

DECISIO MCCCLXXXVI.

Creditores de Quinque de anno 1601. fuerunt immissi in tres ex vndecim partibus Stagni,de quo agitur,in quibus tribus partibus non potest controuerti,quin Laurentius, & filij fuerint in possessione, sed cum postea creditores possederint scientibus videntibus, & tacentibus dictis Laurentio, & filijs non potest dubitari, quin fuerit ammissa possessio,* cum
1 tacuerint vltrà decennium, cum etiam modicum tempus sufficiat, quando antiquus possessor vidit alium possidere, & tacet *Alex. cons.35.num.12. lib.6. Aymon. cons.235. num.1.* & fuit dictum in causa *Romana Canonicatus Sancti Marci 25. Februarij 1611. coram R.P.D. meo Pamphilio*; Vnde negari non potest,quin creditoribus de Quinque sit danda manutentio* ad
2 *text. in §.hodiè instit. de interd.*

Neque facit, quod respectu portionis filiorum de Quinque, creditores videantur possidere iure pignoris,ex quo,& ipsi creditores, & ipsi de Quinque consenserũt fructus stagni po-
3 ni ad creditum Laurentij, tanquam perceptos ex pignore;* Vndè nulla potest considerari
4 possessio * *l. pignor.3.ff.de vsucap. l.si seruus depositus 22.ff. de noxalib. l.si is qui 63. l.inficiando 96.ff. de furtis l. possideri 3.§.fin. de acquir.possess.* latè *Christophorus de Paz. de tenuta seu remed. possess. cap.1.num.54.* quia nihilominus ex ista detentione debetur officio Iudicis manu-
5 tentio * in hoc statu detentionis *gloss. in l.3. §. creditores in re non posse ff.vti possid. Castrens. in l. Aquilius Regulus num.5.ff. de donat.*

Non obstat, quod in iudicio immissionis, filij Laurentij non fuerunt citati,& posteà obtinuerunt mandatum de manutenendo; Quia posteà mandatum fuit reuocatum, & ipsi non appellarunt. Vndè cum isti habuerint se pro
6 spoliatis* & consenserint fructus tanquam perceptos ex pignore poni ad creditum patris, hodiè non possunt petere manutentionem,cum illa nõ detur sine possessione*vt fuit ad propo-
7 situm optimè resolutum in causa *Camerinen. pensionis 22. Iunij 1594. coram bo.me.Gipsio.*

Et ita,&c.

Præsens decisio fuit confirmata die 12. Decembris sequentis & 21. Maij 1625.

VITERBIEN. CASTRORVM.

Veneris 10. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

Pro legato an & quando competat hypotheca, & consequenter Saluianum.Testator potest rem hæredis legare, aliterue disponere, itaùt si hæres simpliciter adeat hæreditatem, censetur approbasse dispositionem testatoris. Aduerte tamen quod ad hoc vt per aditionem absque beneficio leg. & inuent. inducatur approbatio, requiritur scientia dispositionis explicitè, si versetur in fideicommisso vniuersali; secus si in particulari, vel alio simili particulari relicto.

SVMMARIVM.

1 *Pro legatis competit hypotheca legalis.*
2 *Pro legatis competit Saluianum limita num.4.*
3 *Filius & hæres potest vti cessione competente Patri, cum illius personam repræsentet.*
4 *Saluianum non competit pro legato bonorum hæredis à testatore facto. Decl.num.8.*
5 Text.in l.1. C. Commun. de legat. *quid disponat.*
6 *Pro re testatoris legata competunt tres actiones, de quibus ibi.*
7 *Pro legato rei alienæ competunt tantùm duæ actiones de quibus ibi.*
9 *Legatario ad hoc vt competat Saluianum pro legato sufficit, quod probet testatorem possedisse.*
10 *Saluianum differt ab hypothecaria, quia Saluianum est possessorium, hypothecaria verò petitorium respicit.*
11 *Hypotheca est mater Saluiani.*

12 Te-

12 *Testator potest rem haredis legare, ac aliter disponere consentiente, & approbante ipso harede, & pro huiusmodi legato competit hypotheca legalis num. 14.*

13 *Hares adeundo hareditatem absque beneficio legis, & inuentarij censetur approbasse testamentum Testatoris, in quo disponit de bonis eiusdem haredis, & num. 16. vbi rationes.*

Nec est necessaria scientia in harede, quando agitur de fideicommisso particulari, secùs si de vniuersali num. 18.

14 *Hypotheca legalis de qua in* l. prima C. commun. de legat. *contrahitur etiam in rebus alienis.*

15 *Declara procedere quando bona aliena peruenerunt de manu testatoris ad haredem.*

16 *Hares adeundo hareditatem sine beneficio legis, & inuentarij, censetur factum testatoris approbare.*

17 *Hares simpliciter adeundo hareditatem censetur quasi contrahere cum legatarijs, & fideicommissarus.*

18 *Ad hoc vt valeat fideicommissum particulare, vel aliud relictum particulare factum à Testatore de bonis haredis, sufficit quod idem heres simpliciter adeat hareditatem etiamsi huiusmodi fideicommissi super suis bonis nulla praecesserit scientia, secus autem procedit in fideicommisso vniuersali, & num. 19. cum seq.*

19 *Inuentarij omissio non grauat haredem adeuntem iure nouo vltra dispositionem iuris antiqui, nisi quoad legata, & fideicommissa particularia.*

20 *Relicta singularia possunt fieri vltra vires hareditarias, cum non fiant de ipsa hareditate, sed de alijs rebus.*

21 *Fideicommissum vniuersale, vel de quota hareditatis non potest fieri vltra vires hareditarias, cum fiat de ipsa hareditate.*

DECISIO MCCCLXXXVII.

PRoposui causam super resolutis 11. *Martij hu-*
ius anni, an Domino Valerio esset danda im-
missio vigore Saluiani in rebus legatis, quod
tunc affirmatiuè fuit resoluta, quia cum pro
1 legatis competat hipotheca legalis * *l. 1. C.*
commun. de legatis. vtique etiam competit Sal-
2 uianum, * quod ad exemplum hipothecæ
est institutum *l. 1. & ibi in gloss. in vers. exem-*
plum & DD. Cod. de Pracar. & Saluian. interd.
l. 1. in princip. & §. 1. ff. de Saluiano Aret. in §.
item Seruiana numer. 14. Anton. Picard. ibidem
num. 30. & 31. & propterea *Rot. & DD. alle-*
gati in alia Decisione ex ista ratione tenent pro
legatis non competere Saluianum, & istam es-
se communem opinionem testatur *Viuius in de-*
cis. 395. num. 1. lib. 2.

Hodiè contra istam *Decisionem* fuerunt exci-
tatæ duæ difficultates, Prima est, quod in hoc
agitur de bonis hæredis legatis. Secundo,
quod ad fauorem clar. mem. Virginij *Vrsini* fue-
runt cessa Iura Montis, qua cessione potest vti
Excellentiss. Dux Braciani eius filius, & hæres
3 * cum illius personam representet, *l. hare-*
dem, l. hareditas ff. de reg. Iur.

Et quantum attinet ad primam difficulta-
tem dicebant conclusionem, quod pro legatis
competat Saluianum non procedere quoad bo-
4 na ipsius hæredis, * quia *Tex. l. 1. C. commun.*
de legat. ita disponit: *Omnibus vero, tàm le-*
gatarijs, quàm fideicommissarijs vnam naturam im-
ponere (scilicet visum est) & non solum persona-
lem prastare, sed etiam in rem quatenus eis liceat
easdem res, siue per quodcumque genus legati, siuè
per fideicommissum fuerint derelicta, vendicare in
rem actione instituenda, & insuper vtilem Seruia-
nam, idest hypothecariam super is, qua fuerunt de-
relicta in res mortui prastare, vndè inferebatur,
5 quod *Tex.* duo disponit; * Primo, quod pro
ipsa re legata competat rei vindicatio. Secun-
do, quod competat hipothecaria in rebus
mortui pro rebus relictis, quod vltimum non
controuertitur, & addebatur indubitatum
esse, non competere rei vindicationem super re-
bus legatis, quæ fideicommisso maiorum erant
ipsius hæredis, & propterea nec Saluianum;
Quia pro re testatoris legata competunt tres
6 actiones; * Actio ex testamento, & hipothe-
caui in bonis testatoris, nec non & tertia, idest
rei vindicatio in ipsa re legata. In relicto au-
tem, seu legato rei alienæ competunt tantum
7 duo * primæ actiones in bonis testatoris, non
autem rei vindicatio in ipsa re legata, *Angel. in*
§. 1. num. 8 Institut. de legat. Salyc. in dict. l. 1. n. 5.
C. commu. de legatis, & ibi Cuiac. 2. Ias. in
l. 1. num. 132. ff. legat. 1. Ioffred. consil. 32. num. 15.
Sess. dec. 179. num. 10. & 11. Castrens. cons. 323. vi-
so puncto num. 3. vers. pratereà bona haredis lib. 1.
Crot. in l. 1. num. 62. Tornill. ibid. num. 123. vers. 6.
ff. de legat. 1.

Cæterum fuit dictum, quod quicquid sit de
prædictis procedunt, quando Testator disponit
8 de re hæredis ab ipso hærede possessa, * ipso
hærede non consentiente, sed quando Testator
disponit ad fauorem hæredis, & aliorùm de re
subiecta fideicommisso ad fauorem ipsius hæ-
redis, prout in hoc casu (Gregorius enim Te-
stator fecit fideicommissum particulare ad fa-
uorem Honuphrij Iunioris sui filij, & hæredis,
quod continet in maiori sui parte bona subie-
cta fideicommisso ad fauorem d. Honuphrij,
in quo successiuè vocauit D. Valerium) ipso
hærede consentiente per aditionem hæreditatis
sine beneficio legis, & Inuentarij, competit
legatarijs super rebus legatis hipotheca legalis
& cum venerit casus vocationis D. Valerij nō
prohibetur eidem D. Valerio agere Saluiano
pro consequutione dicti legati, quia ad hunc
9 effectum non tenetur probare dominium, * sed
sufficit, quod probet Testatorem possedisse;
10 & in hoc Saluianum differt ab hipothecaria; *
Saluianum enim possessorium, hypothecaria
verò petitorium respicit, *Aretin. in §. item Ser-*
uiana num. 12. instit. de Action. Gabr. cons. 46. nu.
21. lib. 1. Io. Arprectus in d. §. item Seruiana
num. 2. vbi etiam Picardus num. 30. & latè pro-
sequitur *Modernus de Saluian. inspect. 2. cap. 1.*
num. 6. et seq.

Neque facit, quod Gregorius Testator sci-
ter bona esse subiecta fideicommisso, & ideò
fuit in mala fide, vnde ista possessio Testatoris
non potest iuuare D. Valerium, & sic cessat
11 hypotheca, quæ est mater Saluiani * *Zasius*

in

in d §. item Saluiani num. 35. instit. de Action. & admittit dictus *Modernus loco proximè allegato num.41.* Nam fuit responsum, quod in hoc casu cessat mala fides, quia testator potest rē hęredis legere aliter sue disponere cōsentiente,* & approbante ipso hærede *§. non solum autem instit. de legat.* prout consensit, & approbauit Honuphrius Iunior eo ipso, quod adiuit hære-
13 ditatem * absque beneficio legis, & Inuentarij, & propterea suffragatur hipotheca legalis, de qua in *d. l. 1. C. com. de legat.* Quæ procedit nedum in rebus testatoris, sed etiam in rebus, quæ testatoris non erant, sed ad hæredem peruenerunt per ipsum Testatorem, vt in *d. l. 1. in fin.* hipotheca enim legalis etiam in rebus ali-
14 enis contrahitur * *l. satis notum C. in quibus causis pig. contrah. Bald. in l. cum res ad fin. vers. vlt. attende C. si aliena res pignori data sit, Iason. post Angelum, quem allegat in d. l. 1 num. 8. C. com. de leg. idem Ias. in l. 1. num. 132. ff. de legat. 1.* Et quamuis replicetur hoc esse verum, quando bona aliena peruenerunt de manu Testatoris
15 ad hæredem? * hic autem bona aliena de manu Testatoris non peruenerunt ad Honuphriū, sed vigore fideicommissi; tamen fuit responsum, quod Honuphrius sustinebat personam hæredis, cui erat factum prælegatum, necnon personam fideicommissarij, vnde hæc bona debita Honuphrio tanquam fideicommissario peruenerunt in ipsummet Honuphrium tanquam hæredem ex prælegato Georgij Patris, & sic istis consideratis peruenerunt bona aliena ad ipsum Honuphrium tanquam hæredem, & ideò ex supradictis D. Valerio competit hipotheca legalis, quia dictus Honuphrius ad-
16 eundo hæreditatem * sine bene cio legis, & Inuentarij censetur illius factum approbasse, *l. cum à Matre C. de rei vindic.* & in istis terminis dicunt *Ruin. in l. 1. nu 89. ff de leg. 1. Alex. cons. 173. nu. 4. lib. 2. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 17. num. 8.* vbi subdit aliam rationem, quod hæres simpliciter adeundo
17 intelligitur quasi contrahere cum legatariis, * & fideicommissarijs, *l. ex maleficijs §. hæres ff. de action. & oblig. l. apud Iulianum in fine ff. ex quibus causis in possess. eat. §. hodie instit. de oblig. quæ exquasi contractu nasc.*

Non obstat, quod hic non probatur scientia Honuphrij, sine qua non potest inferri ad voluntatem, quia cum fuerit firmatum in *hac causa 13. Nouembris 1620. coram me*, fideicommissum factum ad fauorem Honuphrij, & successiuè ad fauorem D. Valerij esse particula-
18 re, * non erat opus scientia, quod bona spectantia vigore fideicommissi essent legata, quia vt dicitur in eadem *Decisione coram me*, si hæres grauatus in tota, vel quota hæreditatis, in qua prius fuit honoratus non conficiat inuentarium, tenetur restituire solum vsque ad quantitatem relicti habendo rationē ad fructus perceptos; Inuentarij enim ommissio non grauat
19 hæredem adeuntem iure nouo * vltra dispositionem iuris antiqui, nisi quoad legata, & fideicommissa particularia, hæc namque iure priori reducebantur aduires patrimonij, & deinde per falcidiam defalcabantur ea ratione, quia singularia relicta possunt fieri vltra vires
20 hæreditarias, * cum non fiant de ipsa hæreditate, sed de alijs rebus, sed fideicommissum
21 vniuersale, vel de quota hæreditatis * non potest fieri vltra vires hæreditarias, cum fiat de ipsa hæreditate *l. cohæredi §. cum filia ff. de vulgar. & pupill. substitutione l. arrogator ff. de adopt. Castr. cons. 11. num. 5. & seq. part. 3. Peregrin. de fideicomm. art. 3. num. 77.* & hanc differentiam expressè considerat *Castren. in l. ab omnibus §. final. num. 2. ff. de legat. 1. & in l. ita tamen, §. si ex Trebelliano sub nu. 2. ff. ad Trebell. & Castrensem* sequitur *Roland. de inuent. quæst. 201. num. 12.* alias *part. 5. vers. pene hæres grauatus numer. 8. in nou. tract. tom. 8. part. 2. fol. 195.*

Quantum attinet ad secundam difficultatem, quod claræ mem. Virginio Vrsino fuerint cessa iura montis, fuit responsum quod cum Camera prætenderet super istis bonis compositionem *scut. 100. mill.* fuit super illis erectus Mons, & actum cui essent per Cameram cedenda iura super dictis bonis, & cum Cardinales retulerint dictum clar. mem. Virginium habere meliora iura, ei bona fuerunt cessa cum onere montis, sine tamen præindicio iurium D. Valerij, quare cum ipse Valerius hodie obtineat, sufficit, quod consequendo bona suscipiat in se etiam onus Montis. Neque clausulæ amplissimæ d. Montis positæ ad fauorem d. Virginij suffragantur, quia sunt positæ pro tuitione Montis, non autem operantur, vt excludant D. Valerium, qui si debet obtinere bona sufficit, quod in se suscipiat onus Montis, cum omnia fuerint absque præiudicio D. Valerij.

Et ita conclusum standum esse *indecisis 11. Martij præteriti*, non obstantibus istis duabus obiectionibus &c.

Præsens decisio fuit confirmata die 12. Iunij 1623. & 10. Maij 1624. & 11. Martij 1626.

ROMANA PRAECODII.

Veneris 10. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

Alienatio bonorum pupilli, & minoris ad hoc vt valeat, & sustineatur quando, & quæ solemnitates requirantur.

SVMMARIVM.

1 *Interesse non habens non auditur.*
2 *Vt quis audiatur debet probare illius interesse.*
3 *Alienatio rei pupilli, vt valeat debet fieri cum decreto Iudicis, & auctoritate Tutoris.*
4 *In alienatione rei pupilli debent seruari solemnitates Statuti Vrbis l. 1. cap. 151. & num. 7.*
5 *Immissionem petens fatetur se non possidere.*

6 *Possessio fateatur penes eum, contra quem petitur immissio.*
8 *Iudicis præsentia differt à decreto.*
9 *Decretum requirit quod Index interloquatur.*
10 *In venditione rerum pupillorum est necessaria affixio ædictorum.*
11 *Cognitio bonorum debitoris decocti potest fieri creditoribus pendente discussione data cautione de restituendo* ex Bulla Pij IV. super reformatione signaturæ.
12 *Hac tamen facultas consignandi tribuitur Iudici, non autem ipsis creditoribus.*
13 Tex. in l. in causa cognitio 14. §. sciendum ff. de minor. *quando locum habeat.*
14 *Quæ sunt facti non præsumuntur, sed debent probari,*
15 *Venditio à principio nulla tractu temporis non reconualescit.*
16 *Alienatio rei pupilli facta ex causa necessaria substinetur absque solemnitatibus. Requiritur tamen saltem consensus Tutoris num. 17.*
18 *Creditores non possunt propria autoritate vendere rem sui debitoris possessam ab eius filijs.*
19 *Contractus alienationis vtilis pupillo etiam sine solemnitatibus gestus sustinetur ipso volente, alias secus.*
20 *Alienatio bonorum minoris quando est vtilis an sustineatur absque solemnitatibus, est opinio controuersa, & negatiua est magis communis contraria vero opinio quando procedat vid ibi.*
21 *Confirmatio Apostolica tollit tantum nullitates expressas, non autem illas, de quibus nulla facta fuit mentio.*
22 *Impugnans contractum ex capite nullitatis debet audiri etiam non restitutis acceptis; Eo magis quando nihil ipse accepit, sed bene illius creditoris.*

DECISIO MCCCLXXXVIII.

PRoposui dubium, an venditio præcodij facta D. Raphaeli Casali esset nulla, vel potius sustineretur. Et cum Domini de Cecchinis darent de huiusmodi nullitate; cum opponetur, quod illorum non intererat; Rota ordinauit, quod informaretur super huiusmodi interesse, nam interesse non habens non audi-
1 tur, * *l. ex conuentione C. de pact. Rom. cons.*
2 499. *in princ.* & tenetur illud probare, * *Rom. vbi sup. num.* 2. Et cum non posset capi resolutio, fuit deputatus peritus, qui saluis prætensionibus vtriusque partis, retulit, DD. de Cecchinis remanere creditores in *sc.* 1779. *b.* 23. Vnde præsupposito isto calculo, ex quo constat de interesse, non poterat denegari audientia super ista nullitate venditionis. Et propterea quo ad primam partem dubij fuit responsum, venditionem fuisse nullam, & ad secundam non sustineri.

Ratio resolutionis primæ partis fuit, quia cum DD. de Cecchinis tunc pupilli mediante tutrice essent in possessione præcodij, quod fuerat Patris, quæ quidem tutrix adiuit hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij, debuit omnino fieri alienatio cum decreto Iudi-
3 cis, * *l. 1. & l. magis puto §. non possum ff. de rebus exor. Rol. cons. 33. num. 9. vers. sexto requiritur l. 1.* & cum authoritate Tutricis *l. neque 2. C. de auct. præst. tot. tit. Instit. de auct. tutor. Rol. in d. cons. 33. nu. 9.* & debuerunt insuper in alienatione seruari solemnitates *Statuti vrbis*
4 *l. 1. cap.* 151. * videlicet consensus duorum consanguineorum, quæ cum non interuenerint, negari non potest, quin prædicta venditio fuerit nulla.

Non obstat, quod actor ad lites renuntiauerit administrationi, quia non constat de legitimo mandato dicti actoris, & quatenus constaret non releuaret, quia non inde sequitur, quod Tutrix dimiserit possessionem bonorum pro filijs acquisitam, immo post dictam comparitionem actoris creditores institerunt pro immissione, contra quam DD. de Cecchinis se opposuerunt allegando, quod creditoribus non competebat immissio, ex quo eorum venditum de manu hæredum capere debebant; Signum euidens quod per dictæ administrationis renunciationem Domini de Cecchinis non dimiserunt possessionem, nec creditores illam acquisiuerunt, cum petens immitti fateatur,
5 se non possidere, * & è contra fateatur possessionem esse penes eum, contra quem petit im-
6 missionem. * Et in omnem euentum ista non operantur, quod venditio fuerit valida tanquam facta cum decreto Iudicis, & interuen-
7 tu proximiorum, * quæ erant necessaria, *vt supra dictum est.*

Neque etiam obstat, quod in Congregatione creditorum fuisset in præsentia Iudicis resolutum, quod Præcodium venderetur. Nam fuit responsum, quod aliud est præsentia
8 Iudicis, * aliud decretum, quod quidem re-
9 quirit, quod Iudex interloquatur * iuxta *not. per Bald. in cons. 34. per tot. lib. 4.* & fuit resolutum in causa *Romana hæreditatis, & Paragy dotis* 12. *Iunij* 1615. *coram R. P. D. meo Buratto*, quæ est in *recent p. 1. num. 3. decis* 723. Vltra quod in Congregatione fuit ordinatum, quod renouarentur ædicta pro venditione Vaccarum, & equarum pro die 20. Maij 1597. & tamen hoc non fuit obseruatum, quod etiam de iure communi erat necessarium in vendi-
10 tione rerum pupillorum, * *l. & si 8. §. 1. ff. de minor. Roland. d. cons. 33. num. 13. & seqq. lib. 1. Menoch de arbitr. cas. 129. num. 2. lib. 2.*

Nec *Bulla fælic. record. Pij IV. super reformatione signaturæ Iustitiæ* suffragatur, in qua licet permittatur, quod discussione pendente posse fieri consignatio bonorum debitoris de-
11 cocti * creditoribus data cautione de restituendo, tamen nullo pacto probatur, quod versemur in istis terminis. Et cessat omnis difficultas, quia huiusmodi facultas tribuetur Iu-
12 dici, non autem ipsis creditoribus, * nec concedit facultatem creditoribus distrahendi, prout fuit factum in casu isto. Et ideo in distrahendo requirebantur debitæ solemnitates, *vt dictum est*, nec etiam apparet de tali consignatione facta à creditoribus, à quibus emit D. Raphael; sicut non est verum, quod illis ab actore bona fuerint data in solutum, & ideo intra-
13 te dispositionem * *l. in causa cognitio* 14. §. *interdum*

terdum ff. de minor. quia hæc nullibi probantur
14 nec sunt præsumenda, * *l. in bello* §. *facta ff. de capt. & postlim. reuers. l.* 1. *C. de prob. l. assicuratio* 10. *C. de non num. pecun.*

Quantum attinet ad secundam partem dubii, ratio quare ista venditio non sustineatur, illa fuit, quia cum sit nulla ab initio, scilicet
15 licet tempore ipsius venditionis, * ex post non conualescit *cap. non firmatur de reg. Iur. in* 6. *l. pen. ff. de reg. Iur. Oldrad cons.* 94. *in princ. vers. & quantum ad primum, & in cons.* 216. *vers. ad tertium & in cons.* 306. *num.* 2. *vers. accedat:* Et propterea non sufficit, quod hodie ostendatur venditionem fuisse factam ex causa ne-
16 cessaria, * & ideo sustineri, vt in causa *Romana nullitatis obligationis* 18. *Maij* 1616. *coram me,* & quod fuerit vtilis pupillis, quia, quidquid fit de ista necessitate, ad minus requireba-
17 tur consensus tutricis, * qui non adest in hoc casu. Et propterea non poterant creditores propria autoritate vendere, cum pupilli essent
18 in possessione * *gloss. in l. Pomponius in verbo habui vers. sed si dicas ff. de neg. gest.* Et hac responsione tollitur etiam quod venditio fuerit vtilis pupillis, quia, quidquid sit de hoc, cũ essent in possessione requirebatur consensus tutricis.

Et vlterius considerabatur, quod vtilitas operatur, quod venditio sustineatur etia n sine solemnitatibus, si minor vellet stare contra-
19 ctui, * alias secus, *Gabr. cons.* 20. *num.* 67. *lib.* 2. *Pur. dec.* 2. *lib.* 2. *Surd. dec.* 273. *num.* 22. *Rot. dec.* 177. *num.* 6. *p.* 1. *in recent.* quia alias est controuersa opinio, an alienatio bonorum minoris, quando est vtilis, sustineatur absque solemnitatibus, & negatiua est magis commu-
20 nis, * pro qua est *Tex. in l. non solum* §. *final. ff. de rit. nup. Seraph. dec.* 1242. *num.* 3. subdens quod contraria opinio procedit, quando vtilitas est satis euidens, & euidenter de ea constat *Rot. d. dec.* 177. *num.* 3. *& seq. & dec.* 678. *num.* 7. *p.* 1. *in recent.*

Neque confirmatio Apostolica conualidat dictam venditionem nullam, cum in rei veritate fuerit facta ad tollendum vitium litigiosi
21 * propter litem motam per creditores illorum de Trinciis, vt expresse in ea legitur, non autem potest trahi vt tollat prædictas nullitates, cum de illis nulla fuerit facta mentio *Castr. cons.* 107. *incip. quantum ad primum nu.* 2. *vers. circa secundum lib.* 2.

Neque approbatio potest deduci ex lite mota contra D. Raphaellem pro relatione peritorum ad arbitrandum prætium, ad illud deponendum, ad soluendum, & conficiendum instrumentum, quia sicuti ratificatio non poterat fieri expresse sine Iudicis decreto, ita nec tacite, & prædicti actus fuerant facti per actorem ad lites, eoque magis, quia requirebatur scientia indubitata, & certa qualitatis nullitatum *Gabr. cons.* 36. *num.* 63. *vol.* 1.

Neque obstat, quod Domini de Cecchinis non possint audiri nisi restitutis acceptis, quia ipsi nihil receperunt, sed creditores, & in
22 omnem euentum, * cum agant via nullitatis non est deneganda audientia etiam non restitutis acceptis *Natt. cons.* 631. *num.* 7. *Rol. cons.* 7. *num.* 4. *lib.* 3. *Rimin. iun. cons* 5. *num.* 71. *lib.* 1. & fuit resolutum in causa *Valentina Baronia* 21. *Iunij* 1602. *coram Reuerendiss. Attrebaten.*

Et ita fuit resolutum, præsupposito calculo dato venditionem fuisse nullam, & non sustineri &c.

ROMANA IVRIS CREANDI NOTARIOS.

Lunæ 13. *Iunij* 1622.

ARGVMENTVM.

Protonotarij Apostolici de numero participantium gaudent priuilegio creandi Notarios tam Romæ, quam extra, & in hoc sunt in quasi possessione. Item quæritur, an isti Notarij ab eis creati possint exercere officium Tabellionatus, absque eo, quod fuerint descripti in Collegio Archiuij, & responsio est negatiua, quia Bulla *Sixti V.* ex qua dd. Prothonotarij habent tale priuilegium, non derogat Bullæ *Iulii II.* latæ ad fauorem Archiuij, in qua cauetur, vt nullus posit exercere officium Notariatus, nisi sit descriptus in dicto Archiuio.

SVMMARIVM.

1 *Protonotarij Apostolici de numero participantiũ vigore Bulla* Sixti V. *habent facultatem creandi Notarios publicos.*
2 *Protonotarij Apostolici de numero participantium possunt creare Notarios publicos, non obstante Bulla* Iulij II. *ad fauorem Archiuij lata.*
3 *Bulla* Sixti V. *dans facultatem Protonotarijs Apostolicis creandi Notarios, compatitur cum Bulla* Iulij II. *lata ad fauorem Archiuij, quoad ipsam creationem.*
4 Reformatio Pauli V. titul. de Notar. nu. 54. *cauet ne Protonotarij Apostolici possint creare Notarios, qui exerceant officium in Vrbe, nec extra eam per vnam dietam legalem in præiudicium Collegij Archiuij, & priuilegiorum eius.*
5 *Sed super hoc habitus fuit recursus à dd. Prothonotarijs ad eumdem Summum Pontificem, qui eos reintegrauit ad suam pristinam possessionem.*
6 *Protonotarij Apostolici de numero participantiũ erant in quasi possessione creandi Notarios tam in Vrbe, quam extra ante* Reformationem Pauli Quinti.
7 *Lex posterior derogat priori.*
8 *Notarij creati à Protonotarijs Apostolicis non possunt exercere officium, nisi fuerint descripti in Archiuio Romano.*
9 *Notarij cuiuscumque conditionis sint, nequeunt in*

Vrbe, & Curia exercere Officium Notariatus, nisi praecedente descriptione eorum in Collegio Archiuij.

10 *Constitutio quando est clara ad fauorem alicuius, non est vlterius discutiendum.*

11 *Protonotarij Apostolici licet habeant facultatem creandi Notarios, non tamen fuit eis indultum, seu derogatum Bulla* Iulij II. *vt omnes Notarij, antequam exerceant officium, describantur in Collegio Archiuij.*

12 *Bulla* Sixti V. *circa facultatem concessam Protonotarijs Apostolicis creandi Notarios, nihil disponit de exercitio absque descriptione in Archiuio.*

13 *Constitutio* Iulij II. *edita ad fauorem Collegij Archiuij, cum habeatur pro lege, comprehendit Notarios quandocumque creatos.*

14 *Lex semper loquitur.*

15 Cap. vnic. de excess. Praelat. in 6. *licet loquatur de Monasterijs, hactenus aedificatis, tamen est intelligendum quoque de Monasterijs postea aedificandis, quia lex semper loquitur.*

16 *Dictio hactenus posita in lege; intelligitur, vt operetur semper, quando casus venerit.*

DECISIO MCCCLXXXIX.

FVit resolutum intrare priuilegia Reuerendissimorum DD. Protonotariorum de numero participantium quoad facultatem creandi Notarios, creatos tamen non posse exercere, nisi fuerint descripti in Archiuio, quatenùs quasi possessio non suffragetur dictis Reuerendissimis Protonotarijs, de quo erit particulariter videndum. Ratio primi dicti fuit, quia hoc expressè legitur in *Constitutione fel. rec. Sixti V.* sub datum nonis Februarij anno primo
1 sui Pontificatùs ibi *Notariosque*, * *& Tabelliones publicos creandi, ac creatos de Tabellionatus, & Notariatus officijs huiusmodi per pennam, & calamare, vt moris est, recepto priùs ab eis solito iuramento inuestiendi*, huic enim creationi non videntur obstare clausulae *Constitutionis Iu-*
2 *lij II.* ad fauorem Archiuij, * quae licet amplissimae sint, non comprehendunt hunc ca-
3 sum creandi Notarios, & sic in hac parte * *Constitutio Iulij* se compatitur cum *Constitutione Sixti.*

Neque obstat *Reformatio fel. rec. Pauli V. in tit. de Notarijs num.* 54. in qua cauetur, quod
4 D. Protonotarij non possint creare Notarios,* nec iurisdictionem, aut potestatem aliquam in Vrbe, & extra eam per vnam dietam legalem exercere in praeiudicium Collegij Archiuij, & priuilegiorum eius; quia dd. Domini Protonotarij recursum habuerunt ad eumdem Sum-
5 mum Pontificem, * qui motu proprio per haec verba declarauit in suo Chirographo, dato Protonotarijs: *Per la presente ordiniamo, ch'essendo stati li detti nostri Protonotarij Apostolici participanti in tal possesso,* scilicet creandi Notarios, *auanti la nostra Riforma, per l'auuenire, tanto il detto Collegio vnitamente congregato, quanto ciascuno de nostri Protonotarij Apostolici participanti, possa continuare di crear Notarij, tanto in Roma, quanto fuori, conforme alli sudetti loro Indulti, e Priuilegij, si come per il passato hanno fatto, & non altrimente, non ostante la sudetta riforma, &c.* quare cum constet de possessione Dominorum
6 Protonotariorum * creandi Notarios ante Reformationem, cessat ex Chirographo praedicta
7 *Reformatio* cum posteriora * derogent prioribus.

Ratio autem secundi dicti, quare dicti Notarij non possint exercere officia, nisi describantur in Archiuio desumitur ex eadem *Bulla Iulij II. in nouo Bullario num.* 15. *in* § *tenentur*
8 *omnes alij Notarij legitimè creati*, * *vel pro legitimis habiti, qui in Vrbe, & Curia existunt cuiuscumque conditionis fuerint, qui officium Tabellio-*
9 *natus exercere intendunt*, * *quibus licere volumus de quibusuis instrumentis posse rogari, dummodò antea per dictos Correctores examinati, & in Archiuio velut in matricula descripti, & pro legalibus, & authenticis approbati fuerint* & propterea cum Constitutio sit clara ad fauorem Ar-
10 chiuij, * non est discutiendum, an clausulae Priuilegij Reuerendiss. Protonotariorum derogent huic Constitutioni, quia licet creatio Notariorum concedatur Reuerendiss. Protono-
11 tarijs, * tamen non legitur sublatum hoc pri-
12 uilegium Archiuij, quia Constitutio *Sixti* * nihil loquitur de exercitio absque descriptione in Archiuio.

Neque placuit, quod Constitutio *Iulij* sit intelligenda de Notarijs, qui erant de tempore editae Constitutionis, quia cum haec dispo-
13 sitio habeatur in lege, * comprehendit Notarios, quandocumque exercentes, cum lex
14 semper loquatur * *l. Arriani C. de haeretic. Francus in c. vnico num.* 1. *& ibi Gemianus numer.* 8. *de excess. Praelat. in sexto*, vbi quod licet ille
15 textus loquatur de Monasterijs,* hactenus aedificatis, tamen est intelligendus de Monasterijs post aedificandis, quia cum lex semper loqua-
16 tur, dictio *hactenus* est intelligenda, * vt operetur semper quando casus venerit *Castrensis cons.* 235. *num.* 1. *post medium vers. restat respondere lib.* 1. & fuit dictum in causa *Comen. Cappella* 7. *Februarij* 1620. *coram R. P. D. meo Remboldo.*

An autem Reuerendiss. DD. Protonotarij sint in tali quasi possessione creandi Notarios, itant exerceant absque alia descriptione in matricula, erit particulariter videndum.

Et ita conclusum, &c.

BONONIEN. CANAPIS.

Lunae 20. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

Socius ex re communi aliquid proprio nomine emens potest sibi acquirere, etiamsi inter eosdem socios adsit conuentio de emendo rem nomine sociali, & isto casu tenetur tantumodò ad interesse fauore consocij, quatenùs ab illo probetur,

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Venditor debet sibi reseruare Dominium super tota re vendita, donec integrum soluatur pretium, ad hoc vt super ea non quæratur ius anterioribus creditoribus emptoris.*

2 *Socius ex re communi aliquid proprio nomine emendo potest sibi acquirere & num. 6.*

3 *Amplia etiamsi inter socios adsit cõuentio de emendo rem nomine sociali.*

4 *Socius emens aliquid ex re communi nomine proprio tenetur tantummodo ad interesse fauore consocij, quatenus probetur, quamuis inter eos adsit conuentio, quod res esset emenda nomine sociali.*

5 *Ex tractatu non infertur ad conclusionem, cum possit stare simul quod aliquid tractetur, & quod tamen iuxta tractatum non concludatur.*

7 *Sententia lata citato asserto Procuratore, de cuius mandato non constat, est nulla.*

8 *Sententia nulla non præiudicat tertio, qui eam non approbauit, licèt ab alijs fuerit acceptata.*

DECISIO MCCCXC.

Bauosius vendidit Procuratori Gobbi Canapim pro *librar.* prætio 8772. ad cuius computum dedit Gobbus duas apocas cum clausula *A chi presenterà ducat.* 1829. itaût Bauosius remansit creditor *librarum* 1424. & pro isto residuo sibi reseruauit specialem hypothecam super canapi; Vnde cum Bontempus, & Fontana essent creditores dicti Gobbi egerunt in partibus contra d. canapim, & obtinuerunt tanquam anteriores Creditores Bauosij ipsos præferri in dicta canapi dempta rata, pro qua
1 Bauosius dominium sibi reseruauit, * quod est iustum, canapis enim fuit effecta Gobbi, & propterea ius fuit quæsitum anterioribus Creditoribus dicti Gobbi, & debuit Bauosius sibi cauere reseruando dominium super tota canapi, prout sibi in parte reseruauit, quæ est cautela nè ius quæsitum anterioribus Creditoribus, vt latè per *Capell. cautel* 134.

Cum hæc vera sint prætendebat Bauosius canapim fuisse emptam nomine societatis inter Gobbum, & Albertum, qui inerant societatem super emptione stupparum ab Arsenali Venetiarum, & actum, quod pecuniæ, quæ extraherentur ex dictis stuppis inuestirentur in canapim, & cedulæ consignatæ pro parte prætij cum clausula *à chi presentarà* erant confectæ à mercatoribus Paduanis occasione emptionis dd. stupparum, Vnde fit, quod Bauosius, qui est creditor Alberti pro suo credito debeat præferri Creditoribus Gobbi etiam in parte canapis, pro qua prætium fuit solutum saltim pro portione spectante ad Albertum.

Cæterum fuit consideratum, quod emptio fuit facta nomine particulari Gobbi, qui poterat ex re communi scilicet ex dictis cedulis si-
2 bi acquirere * *l. si Patruus* 4. *C. comm. vtriusque Iudic. l. si quis Societatem* 71. *ff pro Socio Menoch. cons.* 121. *num.* 32. *& cons.* 122. *num.* 20. *Mantic. de tacit. lib.* 6. *tit.* 16. *num.* 19. *Caball. conf.* 94. *num.* 6. *Peregrin. conf.* 93. *num.* 4. *lib.* 4. & fuit resolutum *coram me in causa Bonon. de Ghellis* 17. *Februarij* 1614.

Non obstat conuentio de emenda canapi nomine sociali ex prætio redigendo ex stup-
3 pis, * quia hoc non facit, quod emptio canapis fuerit facta sociali nomine, sed operabi-
4 tur, * quod cum emptio fuerit facta ex re communi nomine proprio Gobbi, probato interesse ad illud sit obligatus *Soccin. sen. conf.* 254. *num.* 8. *vers. confirmatur etiam lib.* 2. *Dec. conf.* 255. *num.* 3. *& fuit dictum in dicta Causa Bonon. de Ghellis.*

Minùs releuat, quod fuit actum de emenda canapi nomine Societatis, & datum mandatum per Gobbum Michelino ad emendum nomine Societatis, quia ista ostendunt tractatum, non autem conclusionem, quæ fuit facta
5 solo nomine Gobbi, * scilicet quia canapis nomine solius Gobbi fuit empta, potest enim simul stare, quod aliquid tractetur, & quod nõ tamen iuxta tractatum concludatur *Bologn, conf.* 53. *num.* 3. *vers. tertio præsuppono Seraph. decis.* 1357. *num.* 7.

Nec etiam releuat, quod cedulæ essent penes Gobbum, qui erat Capserius, & ideò si nomine proprio emisset dicendum est, quod
6 fuisset in dolo, quia fuit responsum, * quod si admitteretur ista coniectura nunquam daretur casus, quod quis ex aliena pecunia sibi posset acquiri.

Ex quibus conclusum sententiam Rotalem, quæ reuocat sentẽtiam de partibus non esse iustam, imò etiam esse nullam, quia fuit lata citato asserto Procuratore Fontanæ, de eu-
7 ius mandato non constat, * & ideò sententia est nulla *l. licet C. de Procur. cap. in nostra in fin. eodem tit.*

Neque releuat concordia posteà inita inter Bauosium, & Fontanam, quia non potest saluare nullitatem sententiæ in præiudiciũ Bon-
8 tempi, * cui ex dicta nullitate ius erat quæsitum &c.

Præsens decisio fuit confirmata die 27. *Martij* 1624.

ROMANA DOTIS,

Lunæ 20. *Iunij* 1622.

ARGVMENTVM.

Pater constituendo dotem filiæ in tot scutis cum relatione ad scuta, data primæ filiæ in dotem, tunc ad cognoscendum, an dicta scuta debeant esse auri, vel argenti, videndum est, an prima dos fuerit intellecta de scutis auri, vel argenti, & quatenus fuerit intellectum de scutis auri, an secundæ filiæ noceat, quod filia prima non in scutis auri, prout poterat, sed in scutis argenti dotem receperit.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Relatum est in referente cum omnibus qualitatibus.*

2 In Castro Buroni adest statutum, *quod fauore dotis appellatione scuti simpliciter prolati veniat scutum auri, in auro.*

3 *Statutum loquens de promissis in instrumento, habet quoque locum de promissis in apoca.*

4 *Rationis identitas vbi adest, ibi idem ius debet seruari.*

5 *Statutum respiciens fauorem dotis parum attenditur, An ea fuerit promissa in instrumento, vel in apoca.*

Et hoc quamuis statutum loquatur de dote promissa in instrumento.

6 *Statutum dum habet limitationem in ventre, si ea intret, cessat statuti dispositio.*

7 *Partes quicquid ex conuentione faciunt, id non debet praiudicare veritati.*

8 *Iuri suo quilibet potest renunciare.*

9 *Conditio iniqua alteri per alterum non est facienda.*

10 *Dos dum soluenda erat in scutis aureis, & maritus contentus fuit eam recipere in scutis monetæ ex hoc non tollitur, quod non esset soluenda in scutis auri.*

DECISIO MCCCXCI.

PVnctus difficultatis consistit in eo, An dos promissa in partibus primæ filiæ nuptæ sit intelligenda de scutis auri in auro, quia si sic, & dos constituta Romæ secundæ filiæ debet intelligi de eisdem scutis, cum habeat relationem ad scuta promissa occasione primæ dotis, siuè fuerint in auro, siuè monetæ, relatum
1 enim est in referente * cum omnibus qualitatibus *l.aut prætor* §. 1. *ff. de re Iudic.*

Et visum fuit Dominis affirmatiuè respondendum, quia prima dos fuit constituta in Castro Buroni in scutis quatuor millibus, in quo
2 quidem Castro adest *statutum*, * quod fauore dotis, & in legatis pijs fauore piæ causæ appellatione scuti simpliciter prolati veniat scutum auri in auro, quod statutum licet loquatur de promissione facta in instrumento, tamen habet locum etiam in promissione, facta in apo-
3 ca, * prout in casu isto, cum militet identitas
4 rationis in apoca, sicuti in instrumento, * cum
5 statutum respiciat fauorem dotis * *Aym. de antiquit. tempor. par. 1. vers. quarto limitatur nu. 85. & 86.* aliàs *num. 245. & seq. Mandos. ad Rom. cons. 23. num. 2. in verbo in casu nostro Bursatt. cons. 144. num. 37. lib. 2. Modern. de script. priuat. dub. 1. num. 30.*

Non obstat, quod statutum habeat limita-
6 tionem in ventre, *nisi de contraria * mente disponentis alias apparuerit*, quia in hac facti specie de mente contraria non constar, licet enim in partibus fuerit facta solutio in scutis monetæ, tamen ista solutio non debet nocere veritati
7 promissionis, * cum quilibet iuri suo possit re-
8 nunciare, * & sufficit, quod solutio in partibus esset facta in scutis simplicirer, & quod iuxta formam statuti esset intelligenda de scutis auri
9 in auro, & si pars fuit contenta * recipere scuta monetæ, non tamen hoc tollit, quin dos
10 censeatur promissa in scutis auri in auro * iuxta formam statuti.

Et ita conclusum.

RAVENNATEN. FVNERALIVM.

Lunæ 20. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Ad immemorabilem probandam inter alia requiritur, quod testes deponant audiuisse à suis maioribus, & quod ipsi audiuerint ab eorum Antenatis, alioquin non dicitur probata.*

2 *Funeralia possunt fieri in Ecclesijs Regularium, sed non tamen ipsis inuitis.*

3 *Immemorabilis, & præscriptio circa actus facultatiuos vt inducatur, requiritur, quod actus fuerit factus parte contradicente, & postea acquiescente, alioquin si actus sit factus ex voluntate partis, in cuius facultate erat admittere, vel non, non intrat præscriptio, & immemorabilis, & num. 5.*

4 *In præscriptione immemorabili an requiratur scientia illius, contra quem præscribitur remissiue.*

DECISIO MCCCXCII.

FVit resolutum non probari immemorabilem, & quatenus esser probata non suffragari in hoc casu, ratio primi dicti consistie in eo, quia ad probandam immemorabilem inter alia re-
1 quiritur, quod testes * deponant audiuisse à suis maioribus, & quod ipsi audiuerint ab eorum Antenaris, & nullus ex testibus deponit, quod eorum maiores audiuerint ab Antenaris, vnde immemorabilis non videtur probata *gloss. in c. 1. in ver. memoria de præscript. in 6.* quam *Rota* sequitur *Caputaq. decis. 71. par. 2. Seraph. decis. 469. in princ. & decis. 1102. num. 3. Rot. decis. 58. num. 2. & decis. 248. num. 2. par. 2. in rec. Mant. decis. 289. num. 3.*

Ratio vero secundi dicti consistit in eo, quia priuilegia Regularium non fundantur in eo, quod funeralia non possint fieri in eorum Ec-
2 clesijs, sed in eo, * quod funeralia non possint fieri ipsis inuitis, & propterea cum esset in facultate Regularium admittere, vt fierent funeralia non sufficit probatio, quod funeralia fuerint facta, sed debuisset articulari, & probari, quod fuerint facta recusantibus Regularibus,
3 alias probatio in facultatiuis non suffragatur * *Ruin. cons. 28. num. 10. & seq. lib. 1.* qui respondet contrarijs *Paris. cons. 27. num 110. lib. 1. Aym. de antiq. temp. par. 4. §. materia nu. 81.*

81. *Capol. de seruit. cap. 20. num. 5. Gabr. de praescrip. concl. 10. num. 6. Menoch. cons. 201. num. 63. lib. 3. Seraph. decis. 813. num. 5.* qui loquitur de praescribendo iure habendi tumulos in Ecclesia.

Neque releuat, quod in praescriptione immemorabili non requiritur scientia illius,
4 contra quem praescribitur, * quia quicquid sit de hac conclusione, de qua latè *Mascard. conclus. 1214. num. 40. & seq.* satis est, vt non procedat in facultatiuis, vt patet ex supra dedu-
5 ctis, * in quibus ad inducendam praescriptionem, & immemorabilem requiritur, quod actus fuerit factus parte contradicente, & postea acquiescente, alias eum actus sit factus ex voluntate partis, in cuius facultate erat admittere, vel non admittere, non intrat praescriptio etiam immemorabilis per supradicta.

Et ita conclusum vtraque parte informante, &c.

ARIMINEN. BONORVM.

Mercurij 22. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Sententia concedens immissionem soluta prius carta summa, continet mixturam.*
2 *Limita quando non requiritur liquidatio, sed compensatio.*
3 *Rota non exequitur sententias aliorum tribunalium nisi docto de iustitia.*

DECISIO MCCCXCIII.

Licet Auditor Camerae decreuerit immissionem per verba *solutis prius Francisco libris*
1 *300. * & alijs scutis viginti pro funeralibus, nec non scutis sex auri depositatis penes Montem Pietatis*, quia videntur facere mixturam, cum materia egeat liquidatione, vt fuit consideratum in *hac causa 5. Iulij superioris anni*, caeterum cum fuerint legatae *librae 740.* & eum fue-
2 rit facta compensatio * scutorum centum in dotatione reseruatorum, quae conficiunt *libras* 440. merito fuit decretum, quod prius soluerentur *librae* 300. nec adest mixtura, quia non requiritur liquidatio, sed compensatio, & ita respondetur ad funeris impensam, & ad scuta sex *l. etiam C. de compensat.*

An autem sententia A. C. sit iusta ita vt non obstante isto capite mixturae sit locus Aegidianae, erit particulariter videndum, quia Rota
3 non exequitur * sententias aliorum Tribunalium, nisi docto de iustitia.

PLACENTINA CAPPELLANIAE.

Mercurij 22. Iunij 1622.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria sine contumacia non datur.*
2 *Ad effectum concedendi declaratoriam, non dicitur constare de contumacia, ex quo pars non cessit iuri suo, dum solum tenebatur praestare patientiam.*

DECISIO MCCCXCIV.

1 Cvm ad effectum declaratoriae requiratur contumacia * *Cassad. dec. 5. num. 7. de constit.* propterea in hoc casu fuit denegata, quia intimatis exequutorialibus super mandato de manutenendo relaxatis Hyeronimus
1 non tenebatur cedere iuri suo * *Mohed. decis. 9. de sent. & re indic.* sed sufficit in hoc casu, quod praestet patientiam, vnde licet reproductis exequutorialibus, & seruatis quatuor terminis, non constet ipsum cessisse, non tamen constat de contumacia, cum sufficiat, quod praestet patientiam, & propterea non est danda declaratoria, nisi de contrario constet, & sic responsum contra informantem.

CAVEN. IVRIS ELIGENDI CAPPELLANVM.

Lunae 27. Iunij 1622.

ARGVMENTO.

Non Indiget.

SVMMARIVM.

1 *Ius eligendi capellanum ad nutum amouibilem alicui concessum probatur ex Indulto Pontificis.*
2 *Narrata in Indulto Papae, in quo fuit concessum ius eligendi Cappellanum ad nutum amouibilem praesumuntur iustificata ex obseruantia illum praesentandi vltra triginta annos.*

DECISIO MCCCXCV.

Vna tantum parte informante dubitaui, an Confratres S. Mariae Pietatis habeant ius apponendi Cappellanum ad nutum amouibilem, & affirmatiue fuit resolutum ex Indulto *Leoni X.* de anno 1519. vbi hoc expresse indul-
1 getur, * & narrata in dicto Indulto praesumuntur iustificata ex obseruantia praesentandi di-

ctum

1 ctum Cappellanum * vltra triginta annos, de qua deponunt plures testes *Gigas. de pens. quaest. 47. num. 4. Rota coram S. M. Greg. in causa Lucana Decanatus 21. Maij 1578.* quae est *decisio 534. sub num. 7. par. 1. & in alia causa Salutiarum Pensionis 22. Iunij 1615. coram Illustrissimo D. M. Cardinale Sacrato in rec. decis. 739. num. 4. par. 2.*

Quia tamen Vicarius Episcopi Cauen. de anno 1491. concessit iuspatronatus dictis Confratibus videndum est, quid releuet ista concessio, & quatenus nihil releuaret, cum Indultum *Leonis* sit restrictum, vt dicti Confratres possint praesentare certum genus Praesbiterorum, viden. erit de quibus Praesbiteris intellexerit *Leo* in suo Indulto.

Et ita, &c.

CALAGVRITANA LIQVIDATIONIS FRVCTVVM.

Lunae 27. Iunij 1622.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Iudex subdelegatus pro liquidatione fructuum non potest recipere testes super praetensa consuetudine illos non creandi.*

2 *Index subdelegatus non potest excedere fines mandati.*

DECISIO MCCCXCVI.

FVit resolutum constare de grauamine, quia cum fuerit pronunciatum dicto Petro deberi fructus à die 11. Iunij 1615. & pro liquidatione horum fructuum fuerit subdelegatus
1 Archidiaconus * Caleiaten. non potuit idem Archidiaconus recipere testes super praetensa consuetudine non lucrandi fructus, cum fuisset deputatus ad solam liquidationem iuxta *not. in cap. cum dilecta vbi DD de rescript. Gozadin. cons. 73. num. 2. Seraph. decis. 1195. numer. 2. Rot. decis. 624. numer. 2. part. prima in recent.*

Non obstat, quod vigore Statuti Capitularis, & immemorabilis consuetudinis dicti fructus spectant ad Capitulum, quia quicquid sit de hoc, huiusmodi cognitio non spectabat ad dictum subdelegatum, qui fuerat deputatus ad solam liquidationem, & ideo debebat
2 adimplere munus suum, * non excedendo fines sui mandati *l. diligenter ff. mand.* & finere, quod super hoc Rota prouideret Iustitia mediante.

Et ita conclusum &c.

ROMANA SEPARATIONIS THORI.

Lunae 27. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

Vxor cum diuertit à Marito ex iusta causa ipse maritus tenetur eidem alimenta praestare, & in qua quantitate, id in arbitrio Iudicis est remissum, qui in taxatione oculum habere debet ad quantitatem patrimonij, redditum, & qualitatem personarum, ac in his terminis ad quantitatem dotis, & taxationem fructuum à statuto factam; filia in nullo loco melius potest custodiri, quam sub tutela matris, & maxime dum est honestissima.

SVMMARIVM.

1 *Vxori debentur alimenta ab eius viro, dum ex iusta causa ab eo diuertit.*

2 *Maritus tenetur alimentare vxorem ex iusta causa ab eo diuertentem, & hoc casu dicta iusta causa non est plene iustificanda, sed sufficiunt adminicula.*

3 *Iuris praesumptionem is pro se habet, dum obtinuit sententiam fauorabilem.*

4 *Alimenta, vt debeantur collitiganti, requiritur bonum ius, & paupertas.*
Mulieres non praesumuntur habere nisi dotem numer. 4.

5 *Alimentorum taxatio relicta est in arbitrio Iudicis.*

6 *In Alimentorum taxatione iudex debet habere respectum ad quantitatem patrimonij, redditunm, & qualitatem personarum, & numer. 7.*

8 *Filia nulla melior custodia dari potest, quam sit sub custodia matris, & num. 11.*

9 Ecclesiastic. verba in cap. 41. numer. 21. Erubescite à patre, & matre de fornicatione &c. *declarantur.*

10 *Filij ignominia est ignominia patris, & matris.*

DECISIO MCCCXCVII.

FVit resolutum alimenta debere praestari à marito Appolloniae vxori in domo matris ad rationem scutorum decem pro quolibet mense; Ratio primi dicti fuit, quia cum haec mulier
1 ex iuxta causa diuertit à Marito, * ipse vir tenetur ad alimenta *Doctor. in l. si cum dotem §. si autem in seuissimo, vbi Alex. num. 7. vers. quorum dictis ff. solut. matrim. Bald. in l. quod in vxorem num. 2. & ibidem Cyn. & alij C. de neg. gest. Ias. in l. 1. num. 4. C. de legat. 1. Guidop. decis. 349. num. 6. Afflict. decis. 1. num. 1. Thom. de Thanis decis. 11. Curt. iun. cons. 328. num. 7. & seq.*

& seq. lib. 3. & fuit resolutum in causa *Bisuntina separationis Thori 1. Aprilis 1596. coram bo. me. Cardinali Pomphilio*, & in causa *Veronen. Separationis Thori 26. Iannorij præteriti coram R. P. D. Merlino*, & hæc quidem causa ad ef-
2 fectum alimentorum non est plene probanda,* sed sufficit de ea adesse adminicula *Castren. cons. 65. num. 4. vers. illud autem lib. 1. Afflict. decis. 10. sub num. 1. & fuit dictum in prædicta causa Bisuntina*, quæ quidem adminicula sine dubio hic adsunt ex depositionibus testium.

Et cessat in hoc casu omnis difficultas, quia cum Appollonia habeat præsumptionem boni
3 iuris * ex sententia ad sui fauorem lata super separatione,& constet de eius paupertate, quia non habet nisi suam dotem, quæ penes virum existit, * nullo pacto ei possunt denegari
4 alimenta, prout concurrentibus his duobus in nullo casu denegantur *Aretin. in cap. si quis testium num. 14. vbi Felin. num. 9. vers. secundus casus de testib. Caphal. cons. 127. num. 3. & 4. lib. 1. Guidopop. decis. 561. numer. 1. & 2. Crescent. decis. 8. de indic. Conor. pratic. quæst. cap. 6. num. 5. & 6.* & fuit resolutum in causa *Romana bonorum de Setta 17. Februarij 1580.* & in causa *Vrbeuetana Castrorum 10. Iunij 1587. coram bo. me. Card. Blanchetto*.

Ratio vero secundi dicti, quare huiusmodi alimenta debeāt taxari ad scuta decē, menstrua illa fuit, quia taxatio alimentorum relinquitur
5 arbitrio Iudicis, * qui debet habere respectum ad quantitatem patrimonij, reddituum, &
6 qualitatem personarum * *l. 2. ff. vbi pupil. educ. deb. l. cum alimento pen. vbi Bartol. ff. de alim. & cibar. leg. Alex. cons. 71. num. 7. lib. 5. Gozzad. cons. 95. num. 4. Aym. cons. 189. num. 10. Roland. cons. 22. numer. 21. lib. 1. Aldobrand. cons. 31. nu. 8. lib. 1. Menoch. de arbitr. casu 169. num. 3. lib. 2.* & fuit dictum in causa *Spoletana Alimentorum 24. Maij 1593. corom bo. me. Cipsio*; hic autem considerata quantitate dotis, taxa-
7 tione fructuum *, quam facit statutum, & conditione personarum, taxatio visa fuit satis iusta, & legitima.

Ratio vero tertij dicti, quod huiusmodi alimenta præstari debeant in domo matris, ea fuit, quia nulla melior custodia haberi po-
8 test, * quam sit custodia Matris, hinc *Ecclesiastici cap. 41. num. 21.* habetur, *erubescite ò patre & matre de fornicatione*, quorum verborum
9 sensus est, * si fornicatores estis, erubescatis fornicari saltem propter patrem, & matrem, quia ignominia filij est ignominia patris, &
10 matris, * vnde cum Appollonia sit mulier honestissima, & hoc non controuertatur, nec in dubium reuocetur in nullo loco melius potest
11 custodiri, * quam sub tutela matris.

Et ita conclusum &c.

BONON. FIDEICOMMISSI DE LVCIO.

Lunæ 27. Iunij 1622.

Pars III.

ARGVMENTVM.

Identitas bonorum fideicommisso subiectorum probari potest ex diuersis inuentarijs, diuerso tempore ab hæredibus grauatis confectis; Item probatur ex instrumentis diuisionum inter vocatos factarum, & ex alijs, vt hic in *decisione*. Bona fideicommisso subiecta, si in eius vita fideicommittens alienauerit cum pacto de redimendo, dum ea posteà reperiuntur in hæreditate, præsumuntur ab eodem redempta, & quid si non fuerint redempta, an sint describenda in inuentario, & quid an ea veniant in fideicommisso.

SVMMARIVM.

1 *Identitas bonorum fideicommisso subiectorum probari potest vigore inuentorų bonorum ab hæreda grouoto confecti, & quidem plenius quando sunt diuersa inuentaria diuersis temporibus facta.*
2 *Inuentorium bonorum factum à primis hæredibus non suffragatur secundis, quominus aliud conficere teneantur.*
3 *Inuentarium probot contrà conficientem, ac habentes causam ab eo.*
4 *Adminicula sunt coniungenda cum alijs probationibus, ad eas implendas.*
5 *Bonorum fideicommissariorum identitas probatur ex instrumentis diuisionum.*
6 *Hæres grauatus possidens aliqua bona, quando sine dubio dicantur hæreditaria.*
7 *Identitas bonorum clarè ostenditur ex testibus examinatis, & ex alijs, vt hic.*
8 *Bonorum idautitas leuioribus probationibus docetur, quandò umus in antiquis.*
9 *Dominium bonorum fideicommisso subiectorum non est probandum, quandò agitur contrà hæredem grauatum, vel causam ab eo hobontem.*
10 *Nec est facienda distinctio an habeat causam mediatè, vel immediatè, quio sufficit etiam habere causam mediatè.*
11 *Alienatio facta à testatore do bonis ab eo fideicommisso subiectis cum pacto de redimendo, si ea reperiontur postea inter eius bona, & descripta ob hærede in inuentario, præsumuntur ab eodem medio tempore redempta, & num. 13.*
13 *Probare, & non simpliciter offerere aliquid, est, ad hoc vt releuet.*
14 *Testator alienando bona fideicommissoria cum pacto de redimendo, tunc eo mortuo hæres non potest capere possessionem eorum.*
15 *Licèt in inuentario ea veniant describenda, cum sint hæreditaria ac num. 16. & 17.*
18 *Alienatio bonorum fideicommisso subiectorum facta pro solutione æris alieni, vt iuuet alienanti, opus est, vt constare faciat de dicto ære alieno.*
19 *Et hoc quandò fideicommissarij, qui agunt, non habent causam à dicto alienante.*

DECISIO MCCCXCVIII.

FVit resolutum constare de identitate Apothe-
carum, busiorum, ac mansionum sitarum
sub voltis pullarolorum vulgariter nuncupatis,
ac domus propè plateam S.Barbaræ dictis Apo-
thecis, busis, ac mansionibus contiguam ex
duobus inuentarijs factis diuerso tempore vi-
delicet de anno 1529.& de anno 1562 per Bar-
tholomæum, & Ludouicum, & Iulium primos
1 hæredes, * & Vincentium Melchiorrem, &
Aeneam secundos hæredes Hieronymi fidei-
committentis *l.fin.C.arbitr.tutelæ l.fin. C. de iur.
deliber.Castr.in l.cum tali §.titius hæres num.2.ver.
& hoc dicunt ff.de condition.& demonst.Peregr. de
fideicomm.art 44.num.2.vers.ex inuentario.& fuit
dictum in hac causa 28.Iunij 1617.corā Illustriss.
D.Card.Sacrato Rota dec.407.num.2. par.2. in re-
cent.* & quamuis *Bart.in l.in ratione §.quod vulgo
num.3.& 9.ff.ad leg.falcid.* dicat, quod inuenta-
2 rium non suffragatur secundis hæredibus, *
quominus teneantur facere inuentarium, atta-
men negari non potest, quin ex prædictis no-
3 ceat illis, qui inuentarium fecerunt, * & qui
ab illis causam habuerunt, & in omnem euen-
tum inuentarium facit aliquem gradum proba-
tionis ad effectum, de quo agitur, itaut coniu-
4 gi possit cum alijs probationibus, * vt habea-
tu plena probatio etiam contra secundum, &
alios hæredes.

Concurrunt insuper instrumenta diuisionum
factarum de annis 1564.& 1570.inter Melchio-
rem, & Vincentium ex vna, & Bartholomeum
filium ex altera defuncto Iulio, & extincta eius
linea, in quibus prædicti tanquam fideicom-
missarij Hieronymi testatoris diuidunt dd.Apo
thecas, & busos, & ideò ex dd. instrumentis
5 diuisionum probatur identitas * *Mazzar. in ep.
de fideicomm.quæst.58.Alex.cons.152. num.1. vol.
7.Ruin.cons.40.num.3.lib.3.Natt.cons.235.nu.15.
lib.2.Soccin.cons.46.in princ.lib.3.Rimin.iun.cons.
23.num.280. Decian.cons.76.num.9.lib.3.Peregr.
de fideicomm. art.44. num.5. Castr.cons.94. vers.
clarum est in fin.lib.2.*

Et dubitari non potest, quin ista sint illa-
met bona, quæ hodiè possidentur per Ludo-
6 uicum, cum concurrant eadem confinia via-
rum publicarum, & platearum, quæ sunt notis-
sima, & apparentia *Bald cons.420.num.1.lib.1.
Bonifac.de furtis §.possessionisuè num.68.* itaut qui
dicit fuisse mutata teneatur probare *Bald.in l.in
finalibus 11.ff. finium regundorum Falin.in c. cum
causam num.5 Bald.num.2.ver.tertio scias de pro-
bation.* eoque magis prædicta procedunt, quia
ex testibus examinatis, & ex libello exhibito
per q. Alexandrum Ludouicæ authorem, & ex
7 posse[illegible]one successiuè capta dd. bonorum, * vti
fideicommisso q. Hieronymi subiectorum in
vim mandati Rotalis clarè ostenditur identitas
Aym.cons.2[illegible]0.num.2. & fuit dictum *coram me in
causa Vrbeuetana fideicommissi 26.Iunij 1617.*

Et de plano, & sinè scrupulo prædicta pro-
8 cedunt, quia cum simus in antiquis * leuiores
probationes su[illegible]ciunt, cum tamen prædictæ sint
vrgenti[illegible]mæ *c.cum causam vbi Felin.n.12.de pro-
bat.Card.in clem.1.in 3.opposit.de probat.Bald.cōs.
267.lib.2.Soccin.Sen.cons.187.nu.13.lib.2. Paris.
cons.104.num.24.& seq.lib.1.* nec est opus pro-
9 bare dominium fideicommittentis, * sed suffi-
cit probare bona fuisse in eius bonis, cum Lu-
douica habeat causam ab hærede grauato *Ce-
phal cons.336.num.35.lib.3.Rimin.iun.cons.190.n.
34.Peregr. de fideic.art. 44. num 6. & 16. & art.
48.nu.51.* nec est facienda distinctio, an habeat
mediatè, vel immediatè, quia sufficit, quod
10 etiam mediatè * habeat causam, vt fuit reso-
lutum in causa *Montis Falisci fideicommissi 12.
Maij 1603. coram bo. me. Card.Pamphilio, tunc
Rotæ Auditore*, & in alia *Aesina fideicommissi 20.
Martij 1604.coram me, & alias sæpius.*

Non obstant alienationes factæ per Hiero-
11 nymum testatorem, * quia omnes fuerunt fa-
ctæ antè confectionem dd.Inuentariorum, vi-
delicet de annis 1505. 1515. & 1525. inuenta-
ria autem fuere facta, vt suprà dictum est, de
anno 1529. & 1562. & cum pars non neget,
quod venditiones fuerunt factæ cum pacto re-
12 dimendi * potuerunt medio tempore redimi,
prout præsumitur, ex quo fuerunt descripta
tamquam reperta in hæreditate Hieronymi, &
quamuis replicaretur, quod etiam bona non
subiecta fideicommisso fuerunt apposita in in-
13 uentario, * nihilominus hoc gratis dicitur, &
quoad bona, de quibus agitur, obstant con-
fessiones, vt suprà dictum est, & quamuis hoc
prætendatur probari, ex quo in aditione hæ-
reditatis Hieronymi noluerunt capere posses-
sionē apothecæ, venditæ de anno 1515. Bartho-
lomæo Mardanino, quæ nihilominus fuit descri-
14 pta in inuentario, tamen hoc non facit, * quia
cum prætendatur fuisse venditam cum pacto
redimendi, vtique illius possessio capi non po-
terat, licèt in inuentario deberet describi, quia
15 spectabat ad fideicōmissum, * & si fuit redemp-
ta fideicommissarij non poterant prætendere,
nisi pretium *Peregr.de fideicomm.art.49.num.27.
& seq.& num.48.*

Et hac responsione tollitur, quod dicitur cō-
trà Apothecam signatam *littera K.* nam om-
misso, quod fuit descripta in inuentarijs, etiam
in aditione prædicta fuit capta illius possessio,
& quatenus admitteretur, quod transactio fa-
cta de anno 1530. die 30. Maij super recupera-
16 tione istius Apothecæ, * probaret non fuisse
recuperatam in vita testatoris, sed posteà, non
17 indè fit, quod non sit supposita * fideicommis-
so, licet fideicommissarij essent creditores præ-
tij *per supradicta.*

Non obstat alienatio facta per grauatos de
anno 1531.29. Iulij de vna mansione subterra-
nea cum magazeno pro prætio *librarum* 300.
quia non constat de aliquibus debitis, pro qui-
18 bus dicta alienatio potuerit fieri, * & onus
probandi incumbit alienanti *l. ei qui ff. de pro-
bat. l. Actor quod asseuerat C. eod. tit.* cum fidei-
18 commissarij, qui hodiè agunt * non habeant
causam à dd. alienantibus.

Et ità conclusum vtraque parte informante
&c.

CER-

CERVIEN. FIDEICOMMISSI.

Veneris 1. Iulij 1622.

ARGVMENTVM.

Rota licet indubitanter sequatur opinionem, vt filij in conditione positi non censeatur vocati, tamen à prædicta opinione passim recedit ex coniecturis prout est de mente iuris, vt recedatur, & vocatio inducatur, prout accidit in casu præsenti, in quo multæ coniecturæ pro vocatione filiorum positorum in conditione concurrebant, quæ eò facilius admittuntur, quando agitur de descendentibus testatoris, & coniecturæ non de per se, sed simul sunt considerandæ.

SVMMARIVM.

1 *Filij in conditione positi non censentur vocati, & hanc opinionem sequitur* Rota.

2 *Filij positi in conditione censentur vocati stantibus coniecturis vocationem suadentibus.*

3 *Filij positi in conditione, vt censeantur vocati, lenioribus coniecturis probatur, quando sumus in descendentibus testatoris.*

4 *Filij in conditione positi censentur vocati, dum fuerunt positi sub conditione legitimitatis.*

5 *Filij in conditione positi præsumuntur vocati, stante prohibitione alienationis bonorum, facta à testatore.*

6 *Cum ea censeatur facta non ad fauorem Patris, sed liberorum in conditione positorum, & nu. 7. & 19.*

8 *Testator præsumitur magis diligere descendentes, quam extraneos & num. 9.*

10 *Ad agnationem ciuilem, quando testator valdè respexit, colligitur argumentum, quod multo magis ad agnationem naturalem & num. 16.*

11 *Filij positi in conditione censentur vocati, dum testator respexit ad conseruationem agnationis.*

12 *Eoque magis, quando voluit, filias proprias dotari, solosque masculos instituendo.*

13 *Filiorum appellatione in vltimis voluntatibus veniunt etiam feminæ. Amplia num. 14. & 15.*

17 *Feminæ sunt de agnatione, licet sint principium, & finis ipsius agnationis.*

18 *Agnationem naturalem censetur testator magis dilexisse, quam ciuilem.*

20 *Filij in conditione positi ad hoc, vt censeantur vocati, coniecturæ id suadentes sunt simul, & coaceruatim consideranda.*

DECISIO MCCCIC.

IOannes Vianus Senior instituit Bernardinum filium, & alios nascituros, fœminasque dotari mãdauit, quibus filijs institutis, si sine filijs

legitimis, & naturalibus decesserint, substituit filium secundo genitum Genebriæ suæ filiæ, & Alexandri Martinelli, & si secundo genitus decederet, substituit tertium, & deinceps cum onere assumendi nomen, & insignia familiæ de Vianis, & istis deficientibus vocauit etiam Primogenitum DD. Genebriæ, & Alexandri cũ onere immiscendi cũ nomine, & insignibus proprijs nomen, & insigna de Vianis, cui morienti cũ filijs substituit vnũ ex eius filijs per eumdẽ primogenitũ substitutum eligendũ cum onere assumendi nomen, & insignia de Vianis, & omnibus prædictis deficientibus substituit prædictum Alexãdrum durante eius vita & post illius obitum substituit eiusdem testatoris proximiorem, (vel ipso non valente, vel nolente) alterum minus distantem, cum onere, quod ipsi, & eius descendentibus habitent Cæsenæ, quibus contrauenientibus substituit piam causam arbitrio Reuerendissimi Episcopi, ac testamentum conclusit per hæc verba: *Probibens ac vetans dictus testator tam supradicto D. Bernardino suo filio, vt supra primo hæredi instituto, quam cæteris successiue substitutis alienationem aliquorum bonorum hæreditatis eiusdem testatoris, etiam in quacunque modica, & minima quantitate ipsorum, etiam respectu legitimæ, falcidiæ, & Trebellianicæ, & cuiusuis alterius detractionis quam, & quas expresse prohibuit omni meliori modo.*

Stante hac serie facti, dubitaui, an constaret de fideicommisso ad fauorem Ioannis Vincentij, & fratrum filiorum Bernardini, qui in testamento Ioannis Senioris sunt positi in conditione, & affirmatiue fuit resolutum, quia licet vera sit opinio, quam *Rota* sequitur, quod filij in conditione positi non censeantur
1 vocati * de qua *Gloss. in l. Lucius la 2. ff. de hæred. instit* tamen ab ista opinione passim re-
2 cedit ex coniecturis, prout est de iure, * quod recedatur, & vocatio inducatur *Soccin. iun. cons. 158. numer. 73. lib. 2. Aymon. cons. 62. num. 6. Surd. decis. 162. num. 5. & 6.* eoque magis quando agitur de vocatione descenden-
3 tium, * quo casu etiam sufficiunt leuiores coniecturæ *Clar. in §. testamentum quæst. 77. ad fin. vers. aut vero aliqua Cardin. Mantica de coniectur. lib. 11. tit. 2. numer. 2. vers. sed putat superiorem & tit. 3. sub num. 1. Dec. cons. 242. circa finem vers. & quoniam filij Honded. cons. 65. num. 45. lib. 1. Put. decis. 215. numer. 2. lib. 3. Rota dec. 133. num. 7. decis. 146. num. 4. par. 1. in recent.*

In hac autem facti specie visum fuit coniecturas sufficientes adesse, fuit enim consideratum, quod in conditione fuerunt positi filij legitimi,
4 & naturales, * ex quo deducitur potissima coniectura vocationis *Soccin. Iun cons. 147. num. 39 lib. 3. & cons. 110. nu. 25. lib. 3. Surd. decis. 162. nu. 7. Honded. cons. 65. num. 42. lib. 1. & cons. 54. num. 22. lib. 1. Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 3. num. 7. & seq. Seraph. decis. 956 nu. 6.* & fuit dictum in causa *Perusina de Alphanis 21. Iunij 1607. coram S. D. N. tunc Rota Auditore.*

Secundo fuit considerata prohibitio alienationis, quæ cum sequatur substitutiones, di-

5 cendum est * filios in conditione positos fuisse
vocatos, & non solum conditionaliter, sed
etiam dispositiuè, non enim dicere possumus
hoc casu adiectionem conditionis fuisse positam
fauore hæredis, cum per prohibitionem
alienationis appareat testatorem non cogitasse
ad fauorem hæredis, sed potius libero-
6 rum,* qui legitimi hæredes patrui futuri erant
Alciat. in l. lucius la 2. num. 53. ff. de hæred. instit.
Sforzia Oddus de fideicomm. part. 1. quæst 2. art. 9.
nu. 153. Card. Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 3. n. 14.
Rustic. de liber. & condit. posit. lib. 5. cap. 6. num. 21.
Et quamuis diceretur, quod prohibitio alienationis
censetur facta ad fauorem expressè
vocatorum, tamen hoc non placuit, quia
7 maior adest ratio, quod censeatur facta principaliter
ad fauorem descendentium, quam
aliorum vocatorum, cum præsumatur magis
8 diligere descendentes, * quam extraneos, immò
ex prædicta vocatione expressa etiam pænitus
extraneorum deducitur optima coniectura,
quod filios positos in conditione vocane-
9 rit* *Rustic. de liber. in condit. posit. lib. 3. cap. 1. n. 15.*
vers. vltimo, & cons. 1. num. 58. ad fin. vers. vndè,
& cons. 2. num. 47.
Vlterius fuit consideratum, quod testator
valdè respexit ad agnationem ciuilem, vt ap-
10 paret ex prædicta serie facti, * vndè colligitur
optimum argumentum, quod multò magis
respexerit ad agnationem naturalem, quo casu
etiam elicitur coniectura, quod filij in con-
11 ditione positi censeantur vocati * *Seraph. decis.*
1329. num. 3. & 4. Rota decis. 266. num. 15. par. 1.
in recent. eoque magis cum voluerit filias pro-
12 prias dotari, solosque masculos instituerit *
Hond. qui alios cumulat in *cons. 65. nu. 35. lib. 1.*
Neque obstat, quod testator non respexit ad
agnationem cum posuerit filios simpliciter in
conditione, quorum appellatione in vltimis
13 voluntatibus veniunt etiam fœminæ * *l. si quis*
ità in princ. ff. de testam. tutel. Gabr. de verborum sign.
concl. 6. num. 11. quod hic de plano procedit,
14 quia in alijs locis expressè vocauit, * & in
conditione respectiuè posuit filios masculos,
in hoc autem puncto filios simpliciter in conditione
posuit; Nam fuit responsum quicquid
dicendum esset, si de hoc principaliter agere-
15 tur* ex deductis per *Marium Giurbam decis. 32.*
per tot. hic non agi, an filiæ fœminæ excludant
substitutum, sed an testator ità, & taliter respexerit
ad agnationem ciuilem, itaut dicendum
sit agnationem naturalem positam in cō-
16 ditione censeri vocatam, * & dicendum est,
quod sic, quia dato etiam quod sub nomine
filiorum venirent etiam fœminæ, negari tamen
17 non potest, quin, & ipsæ sint * de agnatione,
licet principium, & finis agnationis *§. cæterum*
Instit. de legitim. agnat. success. & propterea non
esse credendum, quod tam enixè vocare voluerit
agnationem ciuilem, non autem ipsam
18 naturalem, * quam testator censetur magis
prædilexisse.
Ex quibus fuit resolutum constare de fideicommisso
ad fauorem Ioannis iunioris, & fra-
19 trum, tum quia coniecturæ sunt vrgentissimæ *
cum alias sufficerent leuiores; tum quia om-
20 nes coniecturæ simul sunt considerandæ, * &
sic intrat regula, quod si singulæ non prosunt,
omnes simul collectæ iuuant, vt in his terminis
dicit *Bero cons. 104. numer. 13. & 14. lib. 2.*
Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 3. numer. 26. Seraph.
decis. 1329. numer. 12. & 13. Rota decis. 146. num.
1. par. 2. in recent.

Et ità conclusum &c.

ROMANA DEVOLVTIONIS DOMVS:

Veneris 1. Iulij 1622.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Fructus melioramentorum non sunt excomputandi in refectione ipsorum melioramentorũ, etiamsi fuerint percepti post litem motam.*

DECISIO MCD.

Dubitaui an, & qui fructus sint imputandi in melioramentis, hoc est qui fructus veniant excomputandi in refectione melioramentorum, & pro nunc Domini firmarunt fructus ipsorum
1 melioramentorum * non esse excomputandos in refectione ipsorum melioramentorum, etiã quod fructus fuerint percepti post litem motam secundum veriorem sententiam, vt fuit latè deductum *coram me in causa Lucana bonorum 15. Ianuarij superioris anni.*

Et ità conclusum &c.

ROMANA FRVCTVVM.

Veneris 1. Iulij 1622.

ARGVMENTVM.

Emptor si retineat rem, & prætium omnis æquitas suadet, nè locupletetur cum aliena iactura, vt teneatur ad fructus compensatiuos, quousque prætium soluat, ac liquidatio eorum fructuum spectat ad eos, qui illos petit, & quid si nulli fructus fuerint percepti ex re empta, an tunc cesset æquitas *l. curabit C. de act. empt.* & resolutio est affirmatiua.

SVMMARIVM.

1 *Fructus recompensatiui debentur ab emptore venditori ob retardatam solutionem prætij.*

2 *Fru-*

2 *Fructus liquidandi onus spectat ad eum, qui eos petit, & num.6.*

3 *Vinea dum solum deseruit ad oblectamentum, & deductis expensis nullos ferè fructus deducit; tunc non intrat æquitas* l. curabit C. de act. empt.

4 *Fructus quando ex re vendita non percipiuntur, ex quo non existunt, eo casu cessat dispositio* l. curabit C. de act. empt.

5 *Fructus non possunt dici, nisi deductis expensis.*

7 *Fructuum liquidatio fieri nequit, dum circa eorum perceptionem nulla affertur probatio.*

DECISIO MCDI.

POst resolutionem factam 25. *Octobris superioris anni*, quod fructus recompensatiui erant
debiti iuxta quantitatem quotannis perce-
1 ptam *. Dubitaui solum D. Didaco infor-
mante, An, & ad quam summam sint liqui-
dandi fructus, & Domini resoluerunt ad nul-
lam summam esse liquidandos, quia nihil fuit
probatum pro parte Equitis, petentis dd. fru-
2 ctus, ad quem spectat onus liquidandi, * vt
in *eadem decis.* dicitur, imò pro parte D.Dida-
ci fuit probatum uullos fructus ex hac Vinea
fuisse perceptos ex resolutione facta in alia
causa *Romana donationis* 18. *Maij* 1612. *coram
Illustrissimo D. meo Card. Sacrato, vt in decis.
394. part.2. in recent.* in qua fuit dictum, quod
ista Vinea solum deseruiebat ad oblectamen-
3 tum, * & deductis expensis nullos ferè fructus
afferebat, vnde sequitur, quod cessat æqnitas
l. curabit C.de act.empt. & omnis alia actio ad
4 fructus, cum non fuerint percepti, * ex quo
non existebant vt late per *Lup. de vsur.* qui de
communi testatur, & alios refert *comment.* §.
7. *num.* 141. *& fuit in hac eadem Causa resolu-
tum* 10. *Iunij* 1620. *coram R.P.D. meo Pamphi-
lio*.

Et eo magis placuit Dominis, quia in causa, quæ vertebatur coram Illustrissimo Sacrato, quæ modo pendet coram *R.P.D. meo Buratto* pars fecit probationes super fructibus huiusmodi Vineæ, quas Rota 19. Aprilis huius
anni censuit irreleuantes, ex quo non pro-
5 bantur fructus deductis expensis, * & propte-
reà non possunt dici fructus *l. fructus l. diuortio §. impendia ff. sol. matrim. l.1.C. de fructibus, & lit. expens.* & postea antea extensionem huius *decisionis* in congregatione habita 29. huius mensis ordinauit eidem R. P. D. meo Buratto, vt causam expediret.

Ex quibus cum onus liquidandi spectet ad
6 petentem fructus recompensatiuos * *ex deductis in dicta decisione facta 25. Octobris præteriti*
meritò fuit resolutum fructus ad nullam sum-
7 mam esse liquidandos, * quia nulla affertur
probatio, & de veritate facti, quod nulli fuerunt percepti fructus, patet ex prædictis &c.

Præsens decisio fuit confirmata die prima Februarij 1623.

VERCELLEN. BENEFICII.

Veneris 1. *Iulij* 1622.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria datur legitimè intimato mandato de manutenendo, ac seruatis quatuor solitis terminis, si pars respondit nolle parere.*

2 *Amplia etiam si pars respondit nolle parere ex quo mandatum erat subreptitium, quia huiusmodi iudicium non ad ipsam, sed ad Iudicem spectat.*

DECISIO MCDII.

FVit resolutum dandam esse declaratoriam,
quia cum mandatum de manutenendo fue-
1 rit legitimè intimatum Sebastiano, * ipse re-
spondit, quod nolebat parere, constito enim de contumacia, prout constat in isto casu ex productis, seruatis quatuor terminis ad docendum de paritione si de ea non constat, datur declaratoria *Mohed. decis.* 1. *de senten. excomm. Rot. decis.*591. *num.*5. *par.* 3. *Couar. in c. Alma mater par.* 1. §.9. *num.* 3. *de sent. excomm.*

Neque officit, quòd pars dixit se nolle pa-
2 rere, ex quo mandatum erat subreptitium, *
quia hoc iudicium non spectat ad partem, sed ad Rotam, & pars nunquam voluit comparere, sed potiùs agere coram Iudicibus Laicis.

Et ita conclusum vna parte tantum informante &c.

VRBEVETANA FIDEICOMMISSI.

Sabbati 5. *Nouembris* 1622.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Is non est admittendus ad causam, qui non docet de suo interesse, saltem summariè prout requiritur, & num.* 4.

2 *Sine interesse nemo auditur.*

3 *De interesse debet constare, quando Signatura in commissione apposuit clausulam* Constito de interesse.

DECISIO MCDIII.

FVit resolutum DD. Hectorrem, & fratres de Montemarte non esse admittendos ad causam

1 ſam, * quia non docent de eorum intereſſe
ſaltem ſummariè, prout requiritur c. *veniens il 2. de Teſtibus* c. 2. *ad fin. vt lite pend. Biſignet. deciſ. prima de reſcrip. Rota deciſ.* 801. *num.* 3. *par.* 1. *Put.* 166. *in fin. lib.*3. ſine intereſſe enim
2 nemo auditur * *Tiraq. de conſtit.* 3. *par. limit.* 13. *num.* 14. *& in tractatu de mort. ſaiſit par.* 2. *declarat.* 4. *num.* 9. & hoc expreſſe voluit *Signatura* dum in commiſſione appoſuit clauſulam
3 *Conſtito de intereſſe* * ex *notat. per Mandoſ. in Commiſſ. quia admiſſioni pro intereſſe in verbo ad Cauſam, & in verbo pro ſuo intereſſe.*

Neque dicatur, quod ſufficit apparenter
4 docere de intereſſe puta docẽdo ſe eſſe electum
licet in contrarium electio canonica minimè doceatur, vel producatur vnio, quæ tamen valida dici poſſit *Innoc. d. cap. veniens il* 2. *in Verb. intentionem de teſtib.* vbi etiam *Card. not. paulo poſt princ. verſ. ex quibus collige, & in conſ.* 7. *num.* 4. *verſ. ex quibus clare apparet Felin. in c. cum ſuper num.* 16. *de re iud.* quia licet prædictæ concluſiones ſint veræ, attamen nihil pænitus in hac facti ſpecie deducitur, non enim dicti fratres probant ſe deſcẽdere per lineam rectam vnde nullum intereſſe probatur, vt admiſſio ad cauſam fieri debeat.

Et ita concluſum &c.

ROMANA PALATII DE FERRATINIS.

Lunæ 14. Nouembris 1622.

ARGVMENTVM.

Vendita quando eſt vna res duobus, quamuis præferatur ille, cui primo ea res fuit tradita tamen id fallit, quando ſecundus Emptor, cui primo fuit res conſignata notitiam habuit de prima venditione, cum tunc participet cum Venditore ad preiudicium primi emptoris, cui res non fuit tradita, licet non poſſit inhiberi Venditori, ne rem alteri vendat, tamen quæ cautela in hoc ſeruari poſſit. Alienatio bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, valida eſt ſtante derogatione fideicommiſſi facta per Summum Pontificem.

SVMMARIVM.

1 *Vendita quando eſt vna res duobus, ille perfertur cui primo facta eſt traditio.*
2 *Emptor ſecundus non præfertur primo, etiam ſtante traditione rei emptæ, quando ſciuit rem alteri fuiſſe venditam.*
3 *Emptor emendo rem, quam ſciuit alteri fuiſſe venditam participat cum venditore ad præiudicium primi emptoris. Et propterea etiam ſtante traditione, ſecunda venditio non eſt præferenda primæ.*
4 *Inhibitio Rotalis ſiue iuſta, ſiue iniuſta eſt timenda, & cauſat attentata.*
5 *Venditio attentata dum eſt non ſuffragatur.*
6 *Emptor cui res nondum tradita fuit non poteſt petere inhiberi, quominus vẽditor rem alteri tradat, & vendat.*
7 *Sed hoc procedit quando non pendet lis, ſecus vero dum lis iam pendet, num.* 9.
8 *Emptor, cui res empta non fuit tradita, licet dum lis non pendet, non poſſit inhibere venditori ne rem alteri tradat, tamen cautela eſt, quod appelletur à futura venditione facienda, quia ſi fuerit contrafactum, venditio tanquam attentata poteri reuocari.*
9 *Alienatio rei, quæ ſubeſt fideicommiſſo eſt nulla ſtante expreſſa prohibitione fideicommittentis alienandi.*
10 *Bona fideicommiſſaria valide alienantur ſtante gratia ſuper hoc obtenta à ſummo Pontifice.*
11 *Alienatio bonorum fideicommiſſo ſubiectorum valida eſt ſtante licentia Papæ, & ad hoc ſufficit, vt ſupplicatio ſit ſignata, licet non ſit dotata.*
12 *Gratia data ſolum requiritur, vt probetur tempus gratiæ, Bulla verò, vt ipſa gratia probetur, & ſic ſeruat Rota.*
13 *Venditio rei prohibitæ alienari, ex quibus cenſeatur confirmata à Papa.*
14 *Promittens aliquid facere videtur confirmare iam factum.*
15 *Gratia* perindè valere *quid operetur, & num.* 16.
17 *Papæ declarationi ſtandum eſt, & num.* 18.
19 *In ignorante ſola præiudicij ratio impedit, ne trahatur ad iam factum.*
20 *Papa veriſimile eſt, vt de re valdè pia, & comendabili, & quæ tendit ad fidem Catholicam propagandam fuerit informatus.*
21 *Papa veriſimiliter præſumitur informatus de re, quæ ſummam lætitiam ei fuiſſet allatura.*

DECISIO MCDIV.

Dubitaui an D. Fælix eſſet præferenda in emptione Palatij, de quo agitur, & Domini negatiuè reſoluerunt, nam licet regula ſit, quod quando vna res ab eodem duobus venditur il-
1 le preferatur, * cui primo facta eſt traditio *l. quoties C. de rei vendicat.* tamen hæc regula
2 fallit, quotieſcumque ſecundus emptor, * cui fuit facta traditio, ſcit alteri rem fuiſſe venditam, quia tunc participat cum venditore ad præiudicium primi emptoris, & propterea ſe-
3 cunda venditio non eſt præferenda * *Salyc. in d. l. quoties num.* 5. *in* 10. *oppoſitione, & ibi etiam Iaſ. num.* 26. *in* 9. *limit. idem Iaſ. in* §. *item ſi quis in fraudem inſtit. de action. Pariſ. conſ.* 11. *nu.* 108. *lib.* 1. *Gabr. de emptio. & vendit. concluſ.* 2. *num.* 30. *Aym. conſ.* 77. *ſub num.* 18 *verſ. ſimile videmus quando Rolan. conſ.* 9. *num.* 27. *vol.* 1. *Gail. obſeruat.* 55. *num.* 11. *lib.* 2. quæ quidem ſcientia ſatis probatur ex ipſo inſtrumento venditionis, & ex inhibitione emanata à Rota occaſione litis, quæ pendebat ſuper ef-
4 fectuatione primæ venditionis, quæ ſiue iuſta, * ſiue iniuſta erat timenda, & cauſat attentata

Rot.

Rot. decis. 26. num. 3. de appell. in antiq. Acchill. decis. 29. num. 1. de appellat. & propterea cum ex capite attentatorum secunda venditio sit at-
5 tentata, * non suffragatur.

Neque obstat, quod *Ias. in d. l. quoties num. 3.* dicat quod emptor, cui nondum res est tra-
6 dita * non potest petere per iudicem inhiberi quominus alteri tradat, & vendat, quia hoc
7 procedit, quando non pendet lis, * secus vero si lis pendet, & propterea *Ias.* dat cautelam, quod appelletur à futura venditione facien-
8 da, * & si fuerit contrafactum, tanquam attentatum poterat reuocari vt docet *Innoc. in cap. bonæ num. 3. vers. sed quæres si quis appellaret de appellat. Gerard. de Petra Sancta sing. 98. num. 6. vers. tamen cautela esset.* In hoc autem casu, cum penderet lis super effectuatione
9 primæ venditionis, * bene potuit inhiberi, itaut possessio sit attentata,

Nec subsistit, quod venditio facta Reuerendissimo D Viues fuerit nulla, cum adsit expressa prohibitio fideicommittentis alienandi
10 * *Alex. cons. 81. num. 511. vers. tum attento, & num. 13. vers. præterea clare, & num. 18. lib. 3. Surd. cons. 496. num. 5. lib. 4. Rot. decis. 49. num. 11. & seqq. & decis. 110. num. 3. par. 2.* quia hoc bene procederet, si non fuisset obtenta à summo Pontifice derogatio fideicommissi,
11 & sufficit, * vt suffragetur, quod tunc supplicatio esset signata, prout constat ex Testibus, & ex fide tunc Reuerendissimi Datarij, licet supplicatio non esset datata, nec minus
12 literæ expeditæ, * quia data solum requiritur, vt probetur tempus gratiæ, Bulla verò vt ipsa gratia probetur *Caputaq. decis. 88. nu. 2. par. 3.* & quicquid nimis subtiliter in contrarium dicatur, ita seruat *Rota*, & in omnem euentum,
13 cum postea omnia incumbentia fuerint facta * negari non potest, quin censeatur confirmata venditio ad *tex. in l. si quis filio §. irritum versqua ratione igitur ff. de iniust. & irrit. testam. vbi Castr. num. 4. & seq. Bald. num. 5.* dicens, quod promittens aliquid facere, videtur confirmare
14 iam factum, & latè *Surd. cons. 351. num. 45. in fin. vers. 4. respondet, & seqq.* & præsertim *nu. 47. 48. 49.*

Er videtur cessare omnis difficultas, quia in gratia *perinde valere*, obtenta per Færatinos
15 habetur * clausula, *quod omnis venditio facta vigore priorum literarum, seu facienda vigore gratiæ, perindè valere, & censeatur facta sine præiudicio litis pendentis, ac omnium, & quorumcumque iurium partium ita quod nec Feratinis, nec Ruspola aliquod nouum ius prælationis, vel quodcumque aliud censeatur quæsitum. etiamsi ad tra-*
16 *ditionem Pal. vsq; deueniatur * sed iura partium illæsa remaneant, ac si eidem Ruspolæ prædicta traditio facta, & præsens gratia etiam concessa non fuisset,* cui declarationi Papæ omnino standum
17 est * *Crescen decis. 9. ad fin. de probat. Sarnen. in reg. de annal. q. 42. col. 4. vers. limitarem tamen num. 6. Cassad. decis. 2. num. 17. de vnion. Fælin. in cap. cum à nobis sub num. 3. in 4. notab. de Testib.*

Neque resistit, quod Papa nesciret venditionem factam, quia cum non agatur de illius
18 præiudicio, non refert, * vt distinguendo dicit *Castren. in d. l si quis fil o §. irritum num. 5. & Surd num. 49 in fin.* vbi quod omnes sequuntur *Castrensem*, & quod in ignorante sola præiudicij ratio impedit, ne trahatur ad iam fa-
19 ctum, * & ibi in principio responder ad *decis, Afflict. 355.* Vltra quod cum Reuerendissimus D. Viues emisset ea intentione, vt opus pium pro augumento fidei construeret, & emptio fuisset facta coram Illustriss. D. Card. Burghesio, tunc Nepote Summi Pontificis, valde
20 verisimile est, * quod de re tam pia, & commendabili, quæ tendebat ad fidem Catholicam propagandam, summus Pontifex fuerit cer-
21 tioratus * maximè cum ei summam lætitiam esset allatura.

Et ita conclusum vtraque parte informante.

GERVNDEN. FRVCTVVM,

Lunæ 14. Nouemb. 1622.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Debitor solutionem probare tenetur.*
2 *Verba* girastis, *seu* girabiris *non importat confessionem receptionis, nec arguunt solutionem debiti, vel pactum de non petendo.*
3 *Verba* Sum contentus *non important solutionem debiti & pernecesse non concludunt satisfactionem.*

DECISIO MCDV.

Domini non fuerunt concordes, an ratio iterum debeat reddi, & propterea de hoc erit particulariter agendum, censuerunt tamen Hæredes Michaelis teneri ad solutionem *lib. 1100.* nisi doceant de solutione, quia Michael de illis debitorem constituerit, non constat de
1 solutione, quam debitor probare tenetur * *gloss. in l. libertis quos §. 1. in verbo recessum est ff. de alim. & cib. legat. Soccin Sen. cons. 35. num. 10. vol. 4. & Afflict. decis. 13. num. 12.*

Neque potest deduci confessio receptionis
2 ex verbis *girastis, seu girabitis*, * quia non propterea arguitur solutio debiti, vel pactum de non petendo, nec concludunt satisfactionem pernecesse fuisse factam, & in simili de verbis
3 *sum contentus* * dicit eleganter *Bal. in cons. 220. Proponitur num. 1. lib. 1.*

Et ità conclusum vna tantum parte informante &c.

ADIA-

ADIACEN. BENEFICII.

Mercurij 16. Nouembris 1622.

ARGVMENTVM.

Possessio capta nomine Seminarij nulliter, & de facto erecti valet *& Soc.Sen.* contrarium sentiens reprobatur.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio non potest denegari possidenti.*
2 *Seminarium, & Collegium ordinatum, & erectum de facto habet ea, quæ sunt facti, ideireò possidet nisi sit Collegium Hæreticorum, & n.5.* Soc.Sen. *tamen tenet contrarium, sed reprobatur num. .6.& seq.*
3 Soc.Sen in l.prima §.municipes num.4.ff.de acquir.poss. *reprobatur & num.6.cum seq.*
4 *Vniuersitatis nomen est nomen Iuris, & non dicitur Vniuersitas, nisi sit probata.*
6 *Seruus potest ea quæ sunt facti in commodum suū, sed tamen non potest, quandò ex tali facto sequitur Ius.*
7 *Seruus non acquirit sibi possessionem, sed Domino.*
8 Carduben. Præstimonij 7. Nouembris 1601. coram Litta *in quibus terminis loquatur.* Lodien.Bene ciorum 19. Nouembris 1602. coram Cardinali Lancellotto *in quibus terminis loquatur num.8.*
9 *Possessio capta nomine seminarij quod est in rerum natura valet secus si nō sit in rerū natura & n.8.*

DECISIO MCDVI.

DVbium est apud Dominos, an Seminarium possit dicit legitimè erectum, de quo erit in petitorio agendum, sed cum pueri, & Canonici deputati constituetint Procuratorē ad capiendam possessionem, non potest negari, quod istud Seminarium quale illud sit possideat, &
1 propterea illi non potest denegari manutentio*
§. *Hodie Instit.de Interdict.*

Quod autem Seminarium possideat, quale illud sit, etiam dato, quod non sit legitimè e-
2 rectum probat * *Bald.post Iacob. de Rauenn.in l. 1.§.quibus autem in prin.ff.quod cuiusque Vniuers. nom.* vbi quod Collegium ordinatum de facto habet ea, quæ facti sunt, & per factum deuenitur ad Ius, vndè possidet, nisi sit Collegium Hæreticorum sequitur *Ias.in l.1.§. Municipes num.9. in fine versic. vt ille text. de acquir. possess.*

Neque obstat, quod *Soccin.Sen.in d.§. Muni-*
3 *cipes numer.4.* * teneat contrarium, & in terminis Seminarij contrariæ videantur *Decis. bo.me. Litta in causa Corduben.Præstimonij 7. Nouembris 1601.& in alia Leodien.Beneficiorum 19.Nouembris 1602.coram bo.me.Card.Lancellotto,* quæ sunt apud *Marchesan.par.1.fol.341.& 959.* Nam fuit responsum, quod *Soccin.* mouetur ex eo, quod
4 nomen Vniuersitatis est nomen Iuris, * & non dicitur Vniuersitas, nisi sit probata, igitur non
potest dici Vniuersitatem possidere, quæ ratio cessat, quia licet vniuersitas non sit legitimè erecta, & propterea non possit directè ea, quæ sunt Iuris, quia reprobata, potest tamen
5 ea, * quæ sunt facti licet sequatur Ius, vt dicunt *Bald.& Ias.in l.prædicta.*

Neque placuit, quod ista non videatur bona consequentia, vt per *Soccin. Sen. loco prædicto*, qui exemplificat in seruo, qui potest ea, quæ
6 sunt facti in commodum suum * vt in §.*sed cum factum Instit. de stipulat. seru.* & tamen non potest quando ex tali facto sequitur Ius *l quod seruus ff. de acquir. vel amitten. possess.* quia ista ratio non applicatur, est enim speciale, quod ser-
6 uus non acquirat sibi possessionem, *sed Domino. At in casu isto non est dispositum, quod Collegium malè erectum non acquirat sibi, sed alteri, & ideò sibi acquirit possessionem.

Neque contrarium dicūt *dec. Rotæ supra alle-*
8 *gatæ,* quia loquuntur* quando possessio fuit capta nomine Seminarij, quod non erat in rerum natura, non entium enim nullæ sunt qualita-
9 tes. * At in casu isto fuit capta possessio nomine Seminarij de facto saltem erecti; Vndè per supradicta non potest denegari manutentio.

Et ita conclusum vtraque parte informante standum esse in *decisis 15.Aprilis huius anni.*

ROMANA ADMINISTRATIONIS FVNDACI.

Lunæ 28. Nouembris 1622.

ARGVMENTVM.

Signatura gratiæ si in terminis rei iudicatæ cōmittat causam restitutionis in integrum, prout de iure, & sinè præiudicio rei iudicatæ arbitrio Rotæ, quo stante discutitur, quando intret tale arbitrium, ità vt sit procedendum in causa restitutionis in integrum absque eo, quod procedatur ad vlteriorem executionem rei iudicatæ. Exceptiones contrà rem iudicatam quando admittantur, licet non incontinenti probantæ.

SVMMARIVM.

1 *Appellare si tantum semel liceat, vigore rescripti Signaturæ, tunc duæ sententiæ obtinent vim rei iudicatæ.*
2 *Arbitrium licet intelligatur prout de iure, remittit tamen multum de rigore iuris.*
3 *Peritorum relationes non transeunt in rem iudicatam, saltem ad excludendas contrarias probationes.*
4 *In Causis restitutionis æquum quando sit, vt quis audiatur super suis exceptionibus.*
5 *Res iudicata de iure est, vt executioni demandetur.*

tur, etiam si lata sint dua tantum sententia, si habeant vim trium num. 6.

6 *Nullitas incontinenti probata admittitur, etiam contra rem iudicatam, secus tamen si requirat altiorem indagnem.*

8 *Signatura si voluisset, vt in executione rei iudicata seruaretur iuris rigor, non eam commisisset religioni Iudicantis, sed simpliciter rescripsisset,* parito iudicato, *prout fieri consueuit.*

9 *Exceptiones contra rem iudicatam requirentes altiorem indaginem, tunc non admittuntur, quando proceditur de iure stricto, sed secus si de æquitate, & num. 10. & 11.*

12 *Probationes, qua offeruntur incontinenti, de iure in quolibet casu admittuntur.*

13 *Executio quando fuit capta, non impeditur per restitutionem in integrum.*

14 *Executio dicitur capta secundum stylum Rota, quando fuit petita.*

15 *Arbitrium quando intrat pro retardatione executionis licet non operetur, & ea reuocetur, operatur tamen, vt si consumpta non sit, supersedeatur in vlteriori executione.*

16 *Ad executionem realem quandò non fuit deuentum, sed solum ea fuit petita, tunc intrat arbitrium pro retardatione.*

17 *Expensa debent refici non obstante restitutione in integrum.*

18 *Sententia trahunt secum executionem, & num. 20.*

19 *Arbitrium si quis petat, vt ad sui fauorem declaretur, is multum petit.*

DECSIO MCDVII.

FVerunt latæ duæ sententiæ Rotales ad fauorē
Cassini contrà Albanum, quæ vigore rescri-
1 pti Signaturæ, quod semel liceat appellare, *
obtinent vim rei iudicatæ. Post dictas senten-
tias, cum Albanus diuersa obtinuerit rescripta,
tàm à Signatura Iustitiæ, quam à Signatura
gratiæ, cum Cassinus adiuerit Signaturam
gratiæ pro reformatione dd. rescriptorum, pla-
cuit *Sanctiss. D. N.* mihi committere causam re-
stitutionis in integrum, prout de iure ad fauo-
rem Albani, & sine præiudicio rei iudicatæ ar-
bitrio Rotę. Vndè antequam procederem in
causa restitutionis, dubitaui an intraret ar-
bitrium, itaut esset procedendum in causa re-
stitutionis in integrum absque eo, quod pro-
cederetur ad vlteriorem executionem rei iudi-
catæ, & Domini affirmatiuè responderunt,
quia clausula *arbitrio*, licet intelligatur prout
2 de iure, * remittit tamen multum de iuris ri-
gore *Cresc. dec. 4. numer. 3. de Testib. Dec. in l. cer-
tum col. fin. ff. vndè liber.* & propterea cum senten-
tiæ Rotales sint fundatæ in relationibus perito-
3 rum, quæ non transeunt in iudicatum, * saltem
ad excludendas contrarias probationes *Me-
noch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 95. num. 10.* æquum
videtur, quod in casu restitutionis in integrum
4 audiatur * super suis exceptionibus.

Neque obstat, quod de iure res iudicata
5 debeat exequi *clem. 1. de re indic* * etiam quod
non sint latæ duæ tantum sententiæ, cum ha-
6 beant vim trium * *Paris. cons. 109. num 10. lib. 4.*
7 nisi constet de nullitate incontinenti probata, *
quæ non requirat altiorem indaginem, prout
videntur requirere probationes faciendæ per
Albanum *Vitalin. in dicta clem. 1. num. 16. Verall.
dec. 256. num 1. part. 1.* Quia fuit responsum hoc
procedere de stricto iure, sed Signatura remi-
8 sit hoc religioni Iudicantis, * si enim voluis-
set iuris rigorem seruari, commisisset causam
restitutionis cum clausula *parito iudicato*, prout
fieri consueuit *Verall. decis. 256. Odd. de rest. in in-
tegr. quæst. 43. num. 29. art. 1. limit. 8. par. 1.*

Et propterea non facit, quod in hoc casu
9 probationes requirant altiorem indaginem, *
quia hoc esset considerandum, si attento iuris
rigore esset procedendum in causa, sed cum sit
10 procedendum ex æquitate, * & ex prædictis
audiendus sit Albanus in causa restitutionis in
integrum absque eo, quod pareat iudicato,
11 sunt admittendæ probationes, * etiam quod
altiorem indaginem requirant secundum com-
munem opinionem contrà *Bart.* de qua *Ias. in
l. 4. §. condemnatum sub nu. 26. & ibid. Rip. nu. 30.
ff de re iudic. Paris. cons. 10. num. 81. lib. 1. Benint.
dec. 35. numer. 16. in fin. Odd. de restit. in integr. par.
1. art. 4. quæst. 43. num. 63. vers sed contrarium Lan-
cell. de attent. restitut. in integr. pend. part. 2. cap. 18.
numer. 19. & 20.* Et cessat omnis difficultas, quia
12 probationes offeruntur incontinenti, * vndè
eo magis sunt admittendæ *Menoch. de adipisc.
remed. 4. quæst. 103. numer. 913. in secundo casu.*

Neque releuat, quod quando fuit cæpta exe-
cutio, restitutio in integrum non impedit exe-
13 cutionem * *l. vnica C. de restit. in integr. postul.
Specul de restit. in integr. §. vlt. num. 1. lib. 2.* & cæ-
14 pta dicitur secundum stylum Rotæ, * quando
fuit petita; quia hæc etiam procedunt de stri-
cto iure, sed quando negotium est commissum
arbitrio, si illud habet locum licet non opere-
15 tur, * quod reuocetur executio facta, opera-
tur tamen, vt supersedeatur in vlteriori execu-
tione, & sufficit in casu isto, quia non fuit de-
16 uentum ad aliquam realem executionem, * vt
fuit resolutum in causa *Celsonen. Præceptoriæ 14.
May 1604. coram me*, & prius in *Tarraconen.
Parochialis 4. February 1604. coram bo. me. Litta.*

Denique non releuat, quod Cassinus non
prætendat nisi expensas, quæ non obstante re-
17 stitutione debent refici * *Chissanen. dec. 164.
mihi 166. incipiente sententiam, quæ transiuit. Sera-
ph. dec. 1326. num. 5.* quia cum sententiæ trahant
18 secum executionem, * liberant Cassinum à
redditione rationis super administratione, mul-
tum enim petit, dum instat interponi arbitriū
19 ad sui fauorem, quia nihil aliud esset, quam
imponere perpetuum silentium Albano, cum,
vt dictum est, sententiæ trahant secum, execu-
tionem ad fauorem Cassini, cum ipsum libe-
berent à redditione rationis super administra-
tione.

Et ita conclusum vtraque parte informante
&c.

HILDESMEN. OPTIONIS.

Lunæ 28. Nouembris 1622.

ARGVMENTVM.

Optio regulariter spectat ad antiquiorem Canonicum, & quid si sit absens, cum licentia tamen Capituli. Abessendi licentia ad certum tempus quando est concessa alicui, à die datæ computandi, & tunc currere incipit à dicto tempore, quando verò simpliciter est concessa, & eo casu à tempore ipsius absentiæ fieri debet calculus. Capitulum, quando dicatur habuisse pro valida licentiam ab eo datam Canonico abessendi.

SVMMARIVM.

1 *Optio spectat ad antiquiorem Canonicum.*
2 *Propter absentiam à Capitulo incurritur horribilitas.*
3 *Canonicus habens licentiam à Capitulo abessendi, ea absentia ei non praiudicat.*
4 *Canonicus, qui optare debet, si absens sit ex licentia Capituli, tunc admittitur ad optionem per Procuratorem.*
5 *Abessendi licentia concessa per triennium, ea incipit currere non à die concessionis licentia. sed ab ipsius absentia tempore.*
6 *Abessendi licentia tempus, tunc incipit currere à die concessionis, quando fuit dictum à die data præsentium.*
7 *Licentia tempus abessendi, quando est datum simpliciter, tunc tantum à die absentiæ computatur.*
8 *Capitulum quando dicatur habuisse pro valida licentia ab eo data Canonico abessendi.*
9 *Capitulum ex quo arguatur, vt intellexerit licentiam ab eo datam Canonico abessendi, currere incipisse à die absentia, non autem à die concessionis.*
10 *Absentiæ alicuius ignorantia ab eo allegari non potest, qui admisit eius Procuratorem ad aliquem actum, eo quia illa erat absens.*

DECISIO MCDVIII.

FVit resolutum obedientiam esse adiudicandam
Arnoldo, quia cum ipse esset antiquior Ca-
nonicus Remberto, quod non controuertitur,
1 ad ipsum, * & non ad dictum Rembertum
spectabat optio *Gloss. in cap. fin. in verbo Antiquiores de consuet. in 6. Abb. in cap. dudum nu. 2. vers. noto ex prædictis de elect. Felin. in cap. cum omnes num. 35. de constit. Rota decis. 2. & 3. de consuet. in nou. vbi add. & decis. 411. num. 1. par. 1.*
Neque obstat, quod tunc Arnoldus non
erat in turno, cum ante ipsum esset in turno
Henricus Iodocus, quem antea promisit optare, cum tamen non posset, cum esset horribilis,
& ideò in optione Iodochi fuit consumptus
turnus Arnoldi, nàm fuit responsum, quod
cum horribilitas incurratur propter absen-
2 tiam * à Capitulo generali, Iodochus habuit
licentiam abessendi per triennium, & cum recesserit 26. Februarij 1613. triennium durabat
3 vsque ad diem 26. Februarij 1616. * quare
cum Capitulum generale fuerit celebratum 26.
Februarij 1616. & sic infra dictum triennium,
non potest dici, quod Iodochus esset horribi-
4 lis, * cum adhuc licentia abessendi duraret,
vnde meritò eius Procurator fuit admissus ad
optandum.
Neque releuat, quod licentia abessendi fuerit concessa die 19. Ianuarij 1613. quia hoc non
refert, tempus enim triennij non incipit curre-
5 re * à die licentiæ, sed à die, quo Iodocus se
absentauit, aliàs non esset concessa licentia
abessendi per triennium, vt benè notat *Castrens. in cons. 217. num. 2. vers. breuiter his non obstat,*
6 non enim fuit dictum à die datæ præsentiũ, *
nec licentia fuit concessa iam absenti, quo casu esset dicendum contrarium, vt per *Castrens. d. cons. num. 1. & per tot.* sed fuit concessa licentia abessendi per triennium, & sic licentia ha-
7 bet initium ab ipsa absentia, * vt benè considerat *Castrens. in d. vers. breuiter.*
Et prædicta eo magis placuerunt Dominis
quia Capitulum habuit licentiam abessendi,
8 concessam Iodocho pro legitima * cum admi-
secit illius procuratorem ad optandum, vnde
colligitur, quod senserit tempus absentiæ inci-
9 pere à die recessus, non autem à die licentiæ, *
10 nec potest allegari ignorasse absentiam,* cum
admiserit procuratorem Iodochi absentis ad
optandum, & ipsum Capitulum concesserat
licentiam abessendi.
Et ita conclusum &c.
Præsens decisio fuit confirmata die 26. Maij 1623. & coram Remboldo die 15. Nouembris 1624. impress. in rec. decis. 571. par. 4. tom. 3.

NEAPOLITANA MASSARIAE.

Veneris 2. Decembris 1622.

ARGVMENTVM.

Hæres non potest impugnare factum defuncti etiam sub prætextu quod adiuerit hæreditatem cum beneficio legis & inuent, dum de inuentario non constat, vel patitur plures defectus nempe sub. scriptione hæredis, decreto Iudicis, & præsentia tabulariorum, & trium Testium.

SVMMARIVM.

1 *Hæres non potest impugnare factum defuncti alienantis.*
2 *Amplia procedere etiam in hærede hæredis.*
3 *Inuentarium quod est copia copiæ non probat.*
Copia copiæ non probat num. 3.
4 *Copiam copiæ esse probatur ex formula verborum compulsationis de quibus ibi.*
5 *Copia scripturæ facta à notario, qui de ea fuit rogatus habetur pro originali.*
6 *Notarius, qui fuit rogatus de Bannimentis, non cen-*

censetur etiam rogatus de Inuentario, cum sint actus diuersi.
7 Notarium quem esse non probatur ex teste dispo- nente de auditu.
8 Testis secundum dictum ita debet intelligi, vt non discordet à primo.
9 Probatio dubia non releuat.
10 Inuentarium carens subscriptione hæredis non va let.
11 Inuentarium non confectum in præsentia tabulariorum, & trium testium non valet. Ampl. num. 13. subampl. num. 14.
12 Inuentarium carens decreto Iudicis non valet.
13 Amplia etiamsi adsint verba præsentibus iudice, & testibus in numero opportuno subampl. num. 14.
15 Inuentarium non dicitur legitimè factum quia non constat listam bonorum fuisse ab hærede datam in ipso actu aditionis.
16 Aditio hæreditatis cum benef. legis & inuentarij absque confectione inuentarij non suffragatur.

DECISIO MCDIX.

Domini perstiterunt in toties decisis ad fauorem Patrum S. Augustini, scilicet Dominis de Afflictis non posse competere actionem spolij, ex quo non possunt impugnare factum
1 alienantium, cum illorum sint hæredes * l. eum à matre C. de reiuendic. quæ con Iusio etiam
2 habet locum in hærede hæredis, * cum dicatur hæres l. fin. C. de hæred. instit. nec possunt se iuuare ex inuentario facto per Io annem Baptistam primum hæredem, quia de eo non constat, & si constaret, patitur plures defectus.

Quod autem non constet de Innentario, fa-
3 tis deducebatur, ex quo est copia copiæ, * & ideò nihil probat e. fin. de fid. instrum. c. cum dilecta de confirm. vtil. vel inutil. l. sancimus C. de diuers. rescript; Sanctissimus D. N. decis. 550. n. 1.

Quod clarè probatur siuè attendamus primam compulsationem, siuè secundam: ex prima enim constat sic se habere scripturam, à
4 qua fuit facta compulsatio * Præsens copia extracta est ab actis originalibus S. Consilij, quæ conseruantur penes me Vincetio Berzano. Sinè secundam, cum ex ea constet sic se habere scripturam, à qua fuit facta compulsatio. Præsens copia extracta est ab actis originalibus, quæ conseruantur penes me Notarium Andream Aytone &c. de verbo ad verbum salua semper meliori &c. & in fidem præmissorum mea propria manu subscripsi signumque meum solitum &c.

Ex prædictis enim verbis clarè colligitur, quod ex copijs fuit facta extractio, cum illæ verbis rotundis appellentur copiæ, & quamuis replicaretur, quod de Inuentario fuerit roga-
5 tus Andreas Aytona, * & propterea copia ab ipso facta habeatur pro originali Alex. in auth. si quis in aliquo C. de eden. tamen hoc non probatur, & ex serie supra narrata contrarium apparet, cum non dixerit copiam esse extractam à suis originalibus, nec potest deduci, ex
6 quo fuit rogatus de Bandimentis, * quia cum sint actus diuersi de vno non potest inferri ad aliud l. vltima in fin. ff. de calum. nec testes aliquid, quod releuet deponunt. Primus
7 enim solum super secundo dicit * che detto atto fu fatto per vno, quale intendeua dire in quel tempo era Mastro d'Atti della Vicaria, il quale al presente si nomina Mastro Andrea d'Aytona, & sic cum sit de auditu nihil probat, & propterea licet super septimo dicat omnia fuisse consi-
8 gnata Aytonę, est intelligendus, * quod fuerint consignata Aytonæ, prout hodie intellexit, quod sic appellabatur Notarius, ne discordet ab ijs, quæ super primo dixit, & in omnem euentum sufficit, quod probatio sit dubia ad
9 hoc, vt non releuet * c. in præsentia de probat. vltrà quod testes patiuntur alias exceptiones, vt fuit firmatum in dec. coram bon. mem. Andrea sub die 14. Nouembris 1616.

Et in omnem euentum fuit dictum hoc inuentarium non suffragari, cum careat solemni-
10 tate à Iure requisita, * nempe subscriptione hæredis l. fin. vers. subscriptionem tamen C. de Iur. deliber. nec constet fuisse factum in præ-
11 sentia tabulariorum, * & trium testium Gloss. in d. l. fin. verbo cæterorumque. Neque adsit ali-
12 quod decretum Iudicis * Rot. decis. 72. nu. 32. par. secunda diuers. & quamnis post scripturam
13 aditionis factæ 2. Decembris adsint verba, * præsentibus Iudice, & testibus in numero opportuno, quæ verba videntur sufficere ex consuetudine illarum partium, tamen quicquid sit de hac consuetudine, quatenus esset legitimè probata, suffragaretur, si verba prædicta in fine
14 inuentarij essent posita, * sed non sunt posita in fine inuentarij, sed post aditionem cum beneficio leg. & inuent. quia postea 22. eiusdem mensis fuit producta lista bonorum, & non constat de præsentia Iudicis, neque de alio decreto.

Neque facit, quod cum actus sit reiterabilis, potuerit lista prædicta produci in ipso actu
15 aditionis, quia de hoc non constat, * & paria sunt non esse, & non apparere, l. in lege ff. de contrahen. empt. l. duo sunt ff. de testam. tutel. Surd. cons. 245. num. 13. neque aliquid probant testes, cum quidem deponant de aditione cum beneficio leg. & inuent. prout etiam constat ex scriptura aditionis, sed cum ista aditio fuerit verbalitee sic facta absque reali confectione in-
16 uentarij, * non suffragatur, vt fuit resolutum in causa Romana fructuum dotis 2. Aprilis 1618. coram Reuerendissimo Seleucien. quæ de plano procedunt, cum ex actis constet, quod tempore incongruo lista bonorum fuerit exhibita.

Et ita conclusum vtraque parte informante &c.

ROMANA STAGNI.

Lunæ 12. Decembris 1622.

ARGVMENTVM.

Creditor detentatione, qua adeptus fuit an

& quãdo dicatur priuatus. Anterior possessor acquiescens possessioni posterioris, sibi præiudicat. De acquiescentia quãdo dicatur constare vide in decisione.

SVMMARIVM.

1 *Possessio probatur ex immissione data ab executore, & recognitione facta ab affictuarijs.*
2 *Possessio non acquiritur à creditore, qui possidet iure pignoris.*
3 *Creditori possidenti rem iure pignoris debetur manutentio in illo statu detentationis officio Iudicis.*
4 *Possessio anterior præfertur.*
5 *Limita quando quis patitur secundum possidere, quantum tempus autem ad hunc effectum requiratur, vide ibi.*
6 *Acquiescere quando quis dicatur possessioni alterius.*
7 *Per manutentionem obtentam à debitore in possessorio plenario dicitur reuocata detentatio creditorum. Declara num. 12.*
8 *Ius ciuile inter Romanos attenditur vigore Statuti.*
9 *A mandato de manutenendo in possessorio plenario de Iure ciuili non datur appellatio.*
10 *Contrarium tamen est de Iure Canonico.*
11 *Non appellans censetur sententiæ acquieuisse.*
12 *Mandatum de manutenendo cum non trahat secum executionem non priuat alium possessione.*
13 *Possessio capta vigore mandati de manutenendo non eiectis conductoribus bonorum, non præiudicat parti, quæ locauerat.*
14 *Tam ex possessione, quam ex detentatione idem resultat effectus.*

DECISIO MCDX.

NOn controuertitur anterior possessio Fratrũ
de Quinque sed difficultas consistit in
duobus. Primò an constet de possessione, seu
detentatione Creditorum. Secundo an illa
suffragetur; Et quantum attinet ad primum,
affirmatiuè fuit resolutum; constat enim de
possessione capta 18. Maij 1601. tunc enim fue-
1 runt immissi ab exequutore, * & recogniti ab
Affictuarijs, quam hucusque continuarunt
postquam de anno 1603. fuit reuocatum man-
datum de manutenendo concessum Tiberio de
Quinque, Quantum attinet ad secundum, an
possessio suffragetur affirmatiuè pariter fuit re-
solutum, nam & si Creditores videantur possi-
dere Iure pignoris, & sic nulla videatur requi-
2 sita possessio * *l. pignori 3. ff. de vsucapion.* ta-
men fuit acquisita detentatio, ex qua officio
Iudicis debetur manutentio in statu detenta-
3 tionis * *Gloss. in l. 3. §. Creditores in verbo non
posse ff. vti possidetis*, & fuit comprobatum in
decisionè in hac causa facta 6. Iunij huius anni, &
ista possessio seu detentatio quamuis posterior
est attendenda, quia licet regula sit, quod an-
4 terior possessio præferatur, * nihilominùs re-
gula fallit, quando quis patitur secundum pos-
5 sidere, * quia censetur acquieuisse possessioni
& ad hunc effectum requiritur acquiescentia
per decennium, & minus etiam tempus sufficit
quando ex actibus positiuis constat partem ac-
quieuisse; hoc enim casu sufficit quodcunque
tempus ex *allegatis in prædicta decisione 6. Iunij*,
& nuper fuit resolutum in causa *Bononien. professionis coram R.P.D. meo Merlino*.

Quod autem fratres de Quinque acquieuerint satis patet, quia respectu Pauli ab anno 1601. de quo anno Creditores fuerunt immissi nihil ipse egit. Tiberius etiam nihil egit à die reuocationis mandati de manutenendo sibi concessi, quæ fuit de anno 1603. sed solum de anno 1619. fratres obtinuerunt manutentionem, de qua statim dicam & sic negari non potest, quin respectu vtriusque fratris, intrauerit acquiescentia per decennium.

Et in omnem euentum sufficit minus tem-
pus, cum ex actibus positiuis constet de ac-
quiescentia. Primo enim fratres consense-
6 runt * fructus poni ad vtilitatem Creditorum
tanquam pertinentes ad Laurentium vigore
calculi, quem Iudex mandauit fieri super fru-
ctibus ex bonis Laurentij perceptis, & cessat
responsio, quod ex consensu, quod proprij
fructus cedant in extinctionem debiti paterni
non dicatur præiudicatum in futurum, cum
fuerint calculati tanquam fructus proprij Lau-
rentij debitoris, & sic iste actus habet compli-
citam confessionem, quod Creditores possi-
deant Stagnum loco pignoris rei debitoris, de
hoc etiam satis constat, quia dd. fratres de
Quinque petierunt alimenta ex bonis fideicõ-
missi occupatis per Creditores ex quo ipsi non
habebant, nec possidebant; vnde si in causa
fideicommissi erat inclusum stagnum, vt ipsi
de Quinque illud super stagno allegabant, res
est clara contra ipsos, & quatenùs in fideicõ-
misso non esset compræhensum, tamen ex di-
cto actu resultat confessio, quod ipsi non pos-
sidebant, nec aliundè haberent alimenta.

Neque obstat, quod fratres de Quinque de
anno 1619. obtinuerint mandatum de manu-
tenendo in possessorio plenario à R.P.D. Cas-
7 sadoro; vnde reuocata detentatio Creditorum*
Rota decis. 275. num. 14. coram S.D.N. quare si-
ue attendatur Ius ciuile, quod attenditur inter
8 Romanos * vigore *Statuti* non datur appella-
9 tio * *Menoch. de retinen. remed. vlt. num. 59. in
fine Roland. cons. 8. num. 24. lib. 4. Rota decis. 641.
num. 8. par. 1.* siue attendatur Ius Canonicum,
10 secundum quod datur appellatio, * adhuc be-
neficium appellationis non potest allegari, cum
11 Creditores non appellauerint, * & censetur
sententiæ acquieuisse, vt fuit resolutum in
causa *Camerinen. pensionis 22. Iunij* 1594. *corã
bo. me. Gypsio Mantic. decis. 95. nu.* 5. quia fuit
responsum conclusionem procedere, quando
12 sententia traheret secum exequutionem, * quod
non est in casu isto, ex quo cum fratres passi
fuerint Creditores detinere, circa illam deten-
tationem habuerunt se pro spoliatis vt patet ex
prædictis; vnde mandatum de manutenendo
non trahebat secum exequutionem, ex quo
fratres quoad detentationem neque naturaliter,
neque ciuiliter possiderent, & licet ipsi appræ-
henderint possessionem, capiendo possessio-
nem & faciendo similes actus, non tamen eie-
cerunt

13 eerunt conductores stagni, * quibus Creditores locauerant, quorum eiectio erat necessaria, vt Creditores sua detentatione essent priuati *Benintend. decis. 93. num. 2. Ioseph Ludouic. dec. Lucens. 20. num. 7.* qui alios referunt.

Neque obstat, quod consensus fratrum videatur circa detentationem, non autem circa
14 possessionem, quia idem resultat effectus, * cum Creditores non prætendant nisi detentionem, & ex ista manutentionem ex officio Iudicis; vnde quatenùs fratres solum sibi præiudicassent circa detentionem, hoc sufficit Creditoribus, quia nihil aliud prætendunt.

Ex quibus DD. steterunt in bis *decisis*, *videlicet 11. Martij, & 6. Iunij præsentis anni*.

Præsens decisio fuit confirmata die 21. Maij 1625.

GERVNDEN. IVRISDICTIONIS

Lunæ 12. Decembris 1622.

ARGVMENTVM.

Ius statuendi super distributionibus anniuersariorum de iure competit Abbati, & Capitulo. Cætera patent ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Capitulo, & Abbati competit ius statuendi super distributionibus anniuersariorum communium, & quare hoc ius competat num. 5.*
2 *Facultas alicui concessa iuxta formam inferius denotatam stat limitatiuè ad denotata inferius, quando de eis constat.*
3 *Laudum est stricti iuris, nec extenditur vltra casum in eo comprahensum.*
4 *Laudi verba strictè, & prout iacent interpretari, & intelligi debent.*
6 *Concessa administratione non censetur concessa facultas disponendi. Amplia num. 7.*

DECISIO MCDXI.

Dubitaui an Protectoribus Aniuersariorum communium competat ius statuendi super distributionibus eorundem aniuersariorum, vel potius Abbati, & Capitulo quoad ipsos, & DD. censuerunt, quoad protectores negatiuè; Affirmatiuè autem quoad Abbatem, & Capitulum. Ratio decisionis fuit quia Abbas, & Capitulum habent intentio-
1 nem fundatam de iure * *Glos. in cap. Constitutionem D. cæterum in verbo statuta, vers. si vero statuant de verb. signif. in 6. vbi Franc. nnmer. 2.* & probat *text. in cap. vnico §. statuimus de cleric. non resid. in 6.* dicti autem protectores nihil ostendunt, quod releuet, cum vt dictum est, ius statuendi spectet ad Capitulum.

Neque obstat Laudū ad fauorem Protectorem, quia est restrictum per verba *iuxta formam inferius denotatam*, & sic stat limitatiuè ad de-
2 notata inferius, cum de eis constet * *Alex. cons. 46. num. 9. lib. ... Dec. cons. 63. num. 6. & in l. edita num. 84. in fine & seqq. C. de eden. Curt. Iun. cons. 92. nu. 10. Rot. decis. 40. num. 4. & 7. par. 2.* & in istis terminis facultatis alicui datæ fuit resolutum in causa *Romana Pecuniaria 14. Iunij 1607. coram bo. me. Francisco Penia Rota Decano*, denotata autem inferius consistunt in facultate reuocandi procuratores, nouosque constituendi, eorumque computa definiendi, ac priuandi non interressentes, vel negligentes retinendi claues Thecæ, ac demum priuandi oblationibus. Quare cum in Laudo nihil dicatur de facultate statuendi non censetur con-
3 cessa, cum laudum sit stricti iuris, * nec extendatur vltra casum in eo comprehensum *Ruin. cons. 116. num. 6. lib. 4. Roland. cons. 79. nu. 13. lib. 3. Surd. cons. 313. num. 14.* & eius verba
4 strictè, & prout iacent interpretari, * & intelligi debent *Paris. cons. 5. lib. 2. Roland. d. cons. 79. num. 12. & 14. lib. 3.*

Neque est verum, quod ex communicatione administrationis anniuersariorum censeatur quoque communicata facultas statuendi, cum hoc nullibi probetur; Capitulo enim non competit ius statuendi, ex quo habeat admi-
5 nistrationem anniuersariorum, * sed quia habet liberam dispositionem absque interuentu Beneficiatorum *Caputaq. dec. 54. par. 1.* & propterea cum Protectoribus fuerit concessa tantum administratio, nihil autem fuerit con-
6 cessum circa liberam dispositionem, * propterea non sequitur necessario, quod ex concessione administrationis, censeatur etiam concessa libera facultas disponendi, cum ipsa remanserit penes Capitulum, & Abbatem, itàut prædicti Protectores possint statuere *Felin. in cap. ex parte Decani num. 1. in princ. vers. similiter considerat de rescript. Ias. in l. omnes Populi numer. 6. ff. de iust. & iur. Put. dec. 191. num. 1. lib. 1. in nouis.* & fuit in similibus terminis resolutum in causa *Vicen. Augmenti 16. Octobris 1589. coram bon. mem. Cardinali Blanchetto.*

Neque prædictis resistit declaratio arbitrorum, quod vbi in Laudo fit mentio de Protectorum potestate, intelligatur, quod
7 plenam habeant potestatem, * quia si fuit concessum nudum exercitium administrationis, vt patet ex prædictis illa declaratio non potest opitulari, quia statuere non est comprehensum in Laudo, vt iam est probatum.

Et ità conclusum vtraque parte informante &c.

Præsens decisio fuit confirmata coram bon. mem. Verospio, vt in rec. decis. 309. & decision. 351 part. 6.

RO.

ROMANA SCVT.
duorum mill.

Veneris 16. Decembris 1622.

ARGVMENTVM.

Fideiussio extinguitur per solutionem debiti, quod procedit etiam per compensationem, vel dationem in solutum. Et agitur hic de extinctione fideiussionis per compensationem crediti fideiussoris cum debito principalis, vt valeat, accedente tamen super hoc cõsensu vtriusque

SVMMARIVM.

1 *Littera quamuis priuata probant contra scribentem.*
2 *Debitor liberatur ex ordine soluendi, accedente voluntate Creditoris.*
3 *A debito quis liberatur per remissionem.*
4 *Obligatio cameralis non admittit compensationem.*
5 *Debitor vigore dationis in solitum consequitur liberationem.*
6 *Creditores possunt simul conuenire ad concedendam dilationem debitori.*
7 *Sed ea concordia non praeiudicat illi creditori, qui eam non approbauit.*
8 *Debitum quando est extinctum, dicitur quoque extincta actio, quam habet creditor aduersus fideiussorem.*
9 *Oppositio de iure tertij non tenet.*
10 *Debitor quando satisfecit creditori, remanet quoq liberatus fideiussor.*

DECISIO MCDXII.

Pater Almazanus fideiussit pro quibusdam Polonis ad fauorem Odoardi pro summa *scutorum* 2000. & cum esset obligatus Simon de Cotio Odoardo, qui in se suscepit onus satisfaciendi creditoribus Odoardi egit contra Patrem Almazanum pro dicta summa, & obtinuit mandatum, quod Rota censuit non esse exequendum ea ratione, quia cum Pater Almazanus diuersas pecunias pro opere insigni ex diuersis fidelium eleæmosynis haberet in banco dicti Odoardi, & eisdem titulis fecerit dictam fideiussionem, iniuit concordiam priuatam cum dicto Simone repraesentante personam dicti Odoardi, qui dictum creditum Polonorum assignauit ad computum crediti dicti Patris Almazani, vt patet ex litteris datis per ipsum Simonem sub diebus 16. & 29. Iunij, & 25. Augusti anni 1620. quae quidem litterae etiam si priuatae plene probant contra
1 scribentem * *Bertaz. cos. ciuil. 28. num. 63. & 64. Bursatt. cons. 253. numer. 39. Rota Genuen. dec. 41. num. 4. & dec. 51. num. 1.* in prima enim littera habetur, *che quello, che deuono li Polacchi si puo incontrare, che tutto insieme è buona somma, e defalco vna buona parte del debito*, & in secunda littera, *quello de Polachi è certissimo, di modo, che leuando quello dal debito, manca qualche cosa*, & clarius loquitur tertia epistola ibi, *& il debito de Polachi tutto si dà à Vostra Paternità in conto di quello, che hà d'hauere, & il resto le sarà pagato &c.* quae verba clarè important ordinem sibi soluendi, & liberant vo-
2 lente creditore, * prout vult Pater Almazanus *Bursatt. cons. 39. lib. 1. num. 3. & 4.* qui plures cumulat, immò, & primae, & secundae litterae clare loquuntur, si coniungantur cum calculo, dato in memoriali per Simonem Patri Almazano, in quo, & in computum sui crediti assignatur inter alia debitum Polonorum, videntur enim litterae productae habere rationem ad iam factam, & propterea per remissionem fuit
3 liberatus Pater Almazanus * *l. solutam ff. de solut. l. quod iussu ff. de re iud. Rota Genuen. dec. 2. numer. 1.*

Neque obstat; quod obligatio Cameralis
4 non admittat compensationem, * quia quicquid dicendum sit in hoc articulo, hic non agitur de compensatione, sed de datione in solutum per remissionem, vnde Pater Alma-
5 zanus fuit liberatus * *Bart. in l. singularia nu. 14. ff. si cert. pet. Castr. cons. 182. in causa numer. 1. vol. 1. Rota Genuen. d. dec. 2. num. 2.*

Neque obstat concordia inita inter creditores, dum conuenerint simul pro dilatione
6 danda, * prout ex forma requiritur *Alex. cons. 205. num. 1. lib. 2.* & fuit dictum in *Fauentina dilationis 16. Ianuarij 1609. coram me*, & expresse fuit actum, quod creditoribus recusantibus subscribere, concordia prodesse minimè possit, nec constat praedictum Patrem Almazanum subscripsisse, aut approbasse d. con-
7 cordiam, * & in omnem euentum approbando sibi non praeiudicauit, cum de tempore concordiae iam esset satisfactus per extinctionem debiti Polonorum, per quam fuit etiam extin-
8 cta actio, * quam habebat Odoardus occasione fideiussionis Patris Almazani.

Neque dicatur, hoc non potuisse fieri in praeiudicium creditorum, quia creditores hodie non sunt in causa, & Pater Almazanus
9 egit cum Simone, * qui in se suscepit negotium Odoardi, & sufficit, quod opponat Simon ipsum debitum Polonorum insolutum dedisse, per quam dationem, & ipse Simon nomine Odoardi fuit pro illa summa liberatus, & ipse Pater Almazanus à fideiussione fauore
10 Odoardi praedicti * per supra allegata.

Et ita conclusum, &c.

Praesens decisio fuit confirmata die 28. Iunij 1623.

ROMANA PECVNIARIA.

Veneris 16. Decembris 1622.

ARGVMENTVM.

Verba epistolae, de quibus in summario, quan-

quando non inducant obligationem. Error quamuis regulariter non præsumatur id tamen procedit, quando principaliter agitur super ipso errore, secus si incidenter.

SVMMARIVM.

1 *Epistola contra scribentem probat.*
2 *Verba epistola*, Prego V. S. a farmi fauore di non far diligenza alcuna contra N. che io in virtù di questa mi obligo di sodisfarla, *quando non inducant obligationem.*
3 *Scribens recepisse litteras alicuius scriptas sub certa data, an huiusmodi eius assertio attendatur & num. 6.*
4 *Error non præsumitur.*
5 *Declara procedere quando principaliter agitur super ipso errore; Secus si incidenter.*

DECISIO MCDXIII.

FVit resolutum Simonem teneri ad solutionem scut. 1093. quia se obligauit, vt patet ex
1 eius epistola, quæ contra scribentem probat * *l. publia §. fin. ff. depositi l. exemplo C. de probat. l. nec ambigi & l. si aliquid per epistolam C. de donation.*

Neque obstat, quod obligatio fuit conditionalis, & conditio non fuerit impleta, quia contrarium est verius. Epistola enim continet verba, *prego anco Vostra Paternità che*
2 *mi faccia compito fauore di scriuere à Madrid * al P. Ernando de Spinosa, che non faccia diligenza alcuna contra Alessandro &c. che io in virtù di questa mi obligo a Vostra Paternità di sodisfarla*, quia ex litteris responsiuis dicti Patri Spinosi constat P. A. Almazanum illum rogasse, vt non molestaret, & ipse respondit, quod non molestabit, & sic satisfecit petitioni Simonis.

Non obstat, quod epistola Simonis sit data in Ciuitate Neapolitana die 19. Septembris 1620. & litteræ P. Spinosi contineant, quod P. Almazanus scripserit die 1. Septembris, & sic ante datam litterarum Simonis; nam fuit responsum sufficere, quod litteræ P. Spinosi contineant suũ intentum scilicet, quod Pater Almazanus scripserit, quod Alexander non molestaretur, & quod P. Spinosa promiserit non molestare, quia Pater Spinosa potuit scri-
3 bere, * quod recepit litteras P. Almazani sub data die prima Septembris, vel quia litteræ verè datæ essent sub dicta die, vel per errorem, vel quia de hoc fuerat ante datam epistolam Simonis actum, & in omnem euentum potuit ipse P. Spinosa errare accusando datam litterarum P. Almazani, & quamuis error non præ-
4 sumatur, * hoc procedit, quando principali-
5 ter agitur super ipso errore, * secus quando incidenter, prout in casu isto, quia habemus substantiam negocij, ad quod tenebatur Pater Almazanus, & ideo illa assertio datæ littera-
6 rum præsumitur erronea * iuxta notata per *Castren. in cons. 60. lib. 1. per tot. Decian. cons. 33. num. 101. lib. 3.* Et ita fuit resolutum &c.

ROMANA PALATII DE FERRATINIS.

Veneris 13. Ianuarij 1623.

ARGVMENTVM.

Non obstantibus illis verbis appositis in apoca venditionis *con li patti conditioni, e cautele, che faremo d'acordo frà di noi, è secondo che si conterrà nell'Instrumento, & altri spacci che sopra ciò saranno necessarij, & vtili* venditio dicitur perfecta. Emptori satis cautum est per cautionem ad eius fauorem præstitam à creditoribus venditoris de restituendo prioribus, & potioribus, vltrà obligationem de euictione, ad quam tenetur idem venditor, vndè isto casu emptor non potest prætendere à venditore cautionem de euictione.

SVMMARIVM.

1 *Venditio dicitur perfecta quamuis in apoca confecta à venditore contineatur verba* Dichiaro essere la verità, hauer venduto à N. il palazzo per prezzo di scudi . . . con li patti, conditioni, e cautele, che faremo d'accordo frà di noi, e secondo che si conterrà nel l'Instrumento, & altri spacci, che sopra ciò saranno necessarij, & vtili, e che à suo tempo si spediranno.
2 *Dispositio debet accipi cum sua qualitate.*
Derogatio fideicommissi debet accipi cum sua qualitate num. 2.
3 *Cautio de restituendo prioribus, & potioribus operatur, vt pecunia dicantur extare & num. 5.*
4 *Solutio facta de mandato Iudicis dicitur legitimè facta.*
6 *Quisque præsumitur soluendo.*
7 *De euictione vnusquisque ex venditoribus tenetur pro sua portione*
8 *Cautionem de euictione non tenetur præstare venditor dum aliter est consultum emptori.*

DECISIO MCDXIV.

D. Fuluius Ferratinus confecit Apocã ad fauorem R. P. D. Vines per hæc verba *Dichiaro essere la verità nell'infrascritto giorno, &c. hauer venduto à Monsignore Vines il palazzo chiamato*
1 *Ferratino per prezzo di scudi 14500. di m. con li patti còditioni, e cautele, che faremo d'accordo frà di noi, e secondo che si conterrà nell'instrumento, & altri spacci, che sopra ciò saranno necessarij, & vtili, e che à suo tempo si spediranno*, huiusmodi apocam firmauit Rota continere venditionem perfectam, quia verba illa *con li patti, &c.* respiciunt accidentalia contractus; postmodum idem Palatium fuit venditum D. Fælici Ruspulæ, & obtenta derogatio fideicommissi nedum pro dicto palatio, sed etiam pro bonis

in totum cum dicto palatio ascenden. ad valorem scutorum 30. m. cum hoc quod scuta 7000. liberè soluerentur Ferratinis alia, verò scuta 23. m. soluerentur illorum creditoribus, & cum nedum pretium dicti palatij solutum per D. Fælicem, sed etiam aliorum bonorum per emptorem fuerit depositatum in Æde sacra scuta 7000. de mandato Iudicis fuerunt soluta Ferratinis, residuum vero illorum creditoribus reportata cautione de restituendo prioribus, & potioribus, & cum postmodum *die 14. Nouembris præteriti fuerit resolutum* venditionem factam D. Viues esse præferendam non renuebat D. Fælix restituere palatium, nec D. Viues pretium restituere; Vnde quæstio sola fuit super modo restituendi R. P. D. Viues, & Rota censuit supradicta die inhærendo *decisionibus*, alias factis palatium esse consignandum D. Viues, restituto tamen liberè pretio D. Fælici & in hac secunda parte fuit recessum à *decisione facta 30. Maij præteriti*, & ratio resolutionis fuit, quia si D. Viues vult vti beneficio deroga-
2 tionis fideicommissi debet vti cum sua qualitate * scilicet quod scuta 700 soluantur liberè Ferratinis *l. illud ff. de acquir. hæred. Ancar. cons. 261. num. 2. in principio Castren. cons. 306. col. 1. vers. qui autem lib. 2. Abb. cons. 101. col. 2. vers. sed prædictis non obstan. num. 3. lib. 2. Ang. Aretin. cons. 20. num. 21. in fine cum seqq. vers. quia qui vult Alex. cons. 110. num. 3. lib. 5.* Et quoad residuum soluen. creditum satis est cautum etiam D. Viues stante cautione de restituendo prioribus, & potioribus, ex qua cautione pecu-
3 niæ extare dicuntur * *Castr. cons. 206. post princ. vol. 1.* & fuit dictum *coram me in causa discussionis de Raineriji* 18. *Iunij* 1607. & aliàs sæpius
4 & prædicta eò magis procedunt, quia solutiones fuerunt factæ * de mandato Iudicis *Gemin. cons. 26. num 6. Federic. de Sen. cons. 235. num. 3. col. fin. vers. quia in infinitis iuris articulis.*

Nec releuat, quod D. Viues remaneat discoopertus pro sua rata pro d. summa sc. 7000. & tamen sibi prospexit per verba *con li patti, e cautele*, quia de hoc nihil ad dictũ Fælicẽ, quæ soluit iuxtà tenorem derogationis fideicommissi, qua si non vult vti D. Viues, nec potest habere palatium stante arctissima prohibitione alienandi, & in omnem casum satis ei fuit cautum, qui cũ non posset prætendere assecurationem nisi pro summa scutorum 14500. nihilominus stante cautione data per creditores Ferratinorum de restituendo prioribus, & potioribus in euentum euictionis saltim habita restitutione à D. Fælice potest se releuare contra creditores pro summa scutorum 23. m.
5 quia vt dictum est, stante cautione de restituendo, &c. pecuniæ extant, * & amplius cum Baldus, & Simon Petrus essent debitis implicati, nihilominus venditio fuit etiam facta nomine
6 Fuluij, & Fabr tij qui erant Domini pro sua rata, qui præsumuntur soluendo * *Menoch. præsumpt. 26. num. 2. lib. 6.* & tenentur de euictione
7 pro sua portione * *l. non dubitatur C. de euict.* vndè longè videtur consultum D. Viues pro sua rata quoad scuta 7000 soluta liberè Ferratinis, & præseruationibus sibi factis ex verbis illis *con li patti, e cautele, che faremo d'accordo*
8 quarè non est locus vlteriori cautioni de euictione * *Rota decis. apud Sanctissimum 428. nu. 9.*

Et ità fuit conclusum, vtraque parte informante, &c.

Præsens decisio fuit confirmata die 6. Nouembris sequentis.

ROMANA DOMVS.

Veneris 13. Ianuarij 1623.

ARGVMENTVM.

In recuperatione rei Ecclesiæ nulliter alienatæ ob non seruatas solemnitates, vel ob alterationem soliti debentur fructus solumodò à die motæ litis non autem alienationis, quando dubium consistit in facto, siue in dubio iuris valde dubij.

SVMMARIVM.

1 *In recuperatione rei Ecclesiæ nulliter alienatæ ex defectu solemnitatum fructus debent restitui à die alienationis. Ampl. num. 4.*
2 *Limita non procedere, quando error consistit in facto, vt si emptor putasset interuenisse solemnitatem, quæ tamen non interuenit.*
Limita 2. quando error consistit in dubio iuris valde dubij num. 6. & 7.
Error in facto consistens excusat num. 2.
3 *Fructus non debentur nisi à die motæ litis in recuperatione bonorum Ecclesiæ nulliter alienatorũ, quando putabatur rem esse solitam locari.*
4 *Error iuris non excusat. Limita num. 5. & 6.*
6 *Error iuris valde dubij, qui æquiparatur dubio facti excusat à solutione fructuum à die nullitatis contractus.*
7 *Vtile an per inutile vitietur in materia diuidua est dubium inter DD.*
In recuperatione rei Ecclesiæ nulliter alienata ob alterationem soliti debentur fructus solumodò à die motæ litis, quando dubium consistit in dubio iuris valde dubij.

DECISIO MCDXV.

Licet verum sit, quod in recuperatione rei Ecclesiæ nulliter alienatæ ex defectu solemnitatis fructus debeant restitui à die alienatio-
1 nis * *l. iubemus nulli post hac §. Economus C. de sacros. Eccles. c. si quis Præsbyterorum vbi Bero num. 14. de rebus Eccles. non alienan.* & fuit latè dictũ in causa *Neapolitana spolij* 31. *Maij* 1600. *coram bo. me. Card. Lancellotto*; attamen ista conclusio non procedit, quando erratur in fa-
2 cto, * quia tunc error excusat, vt si putasset emptor interuenisse solemnitatem, quæ tamen non interuenit *Felin. in cap. cum causa 27. vers. procederet de re iudic. Bero in cap. si quis Præsbyte-*

ro-

rorum num.45. de rebus Eccles. non alienan. prout fuit factum in casu isto, quia putabatur rem
3 esse solitam locari, * & propterea fructus non debentur, nisi à die motæ litis, vt tradunt *DD.* communiter in *d. cap. si quis Presbyterorum de reb. Eccles. non alien.* & fuit resolutum in causa *Vlixbonen. nullitatis locationis* 1. *Iulij* 1596. *corā bo. me. Card. Pamphilio.*

Neque facit, quod istæ videbatur error iuris, ex scripturis enim constabat, an bona essent solita locari, vel ne, quia error Iuris non
4 excusat * *Bart. in l. sed ex lege* 5. *fetre num.*1. *&* 2. *ff. de petit. hæred. Bero. in d. c. si quis Præsbyt. num.*44. *vers. Ioannes de Imola.* Nam fuit responsum, quod contenta in scripturis erant
5 adeò dubia, * vt Rota valdè dubitauerit, an bona essent solita locari, & propterea fuit error Iuris valdè dubij, qui æquiparatur dubio
6 facti, * vnde excusat à solutione fructuū à die nullitatis contractus, vt aduertit *Peregr. de fideicom. art.*49. *num.*120.

Minus etiam obstat, quod adsunt aliæ nullitates, nempè quod fuerit alteratum solitum, quia adhuc intrat dubium Iuris valdè dubij, tum quia dubium est, an vtile per inutile vitie-
7 tur, quando agitur in materia diuidua, * & an obstet si alteretur solitum circa accidentalia quæ omnia consistunt in opinione *DD.* & ideò causant errorem Iuris valdè dubij, vt aduertit *Peregr. loc. cit.* & licet in prædictis hæres conductoris succubuerit, vt patet ex *decisionibus*, tamen ex eisdem apparet dubietas iuris dubij; vnde meritò censendum est; fructus non debere restitui ab initio contractus, sed tantùm a die motæ litis.

Et ita, &c.

PAMPILONEN. MATRIMONII.

Lunæ 16. *Ianuarij* 1623.

ARGVMENTVM.

Ad hoc vt matrimonium propter impotentiam coeundi dissoluatur coniuges debent iurare, quod per triennium insimul habitauerint, & non potuerint insimul commisceri, sicuti etiam debent iurare septem eorum propinqui, quod interea coniuges incubuerint operi nuptiali & quod ipsi verum dixerint.

SVMMARIVM.

1 *Ad separationem matrimonij propter impotentiam coeundi non potest deueniri nisi prius Coniuges iurauerint, quod per triennium insimul habitauerint, & quod non potuerint insimul commisceri.*

2 *Prout etiam nisi prius septima manus propinquorum iurauerit, quod interea Coniuges incubuerunt operi nuptiali, & quod ipsi verum dixerint; & iuramentum huiusmodi virorum sufficit quamuis non sint propinqui, quando in loco habitationis propinqui non adsunt num.* 4.

3 *Dissolutioni matrimonij non est locus, quando impedimentum est medicabile.*

5 *Ad dissolutionem matrimonij sufficit, quod mulier iurauerit se non fuisse cognitam & septem eius propinqui pariter iurauerint dum vir contrarium affirmat.*

6 *Dissolutioni matrimonij est locus quando apparet impedimentum coeundi non esse medicabile.*

DECISIO MCDXVI.

IN resolutione huius causæ facta 13. *Maij superioris anni* sublatis alijs tres tantùm remanserunt difficultates: Prima, quod Coniuges non
1 iurauerunt, * quod per triennium insimul habitauerint, & incubuerint operi nuptiali, & quod non potuerint insimul commisceri *c. fin. de frigid. & malefic.* secunda, quia non constabat, quod septima manus propinquorum iu-
2 rasset, * quod intereà coniuges incubuerint operi nuptiali, & quod ipsi verum dixerint, vt habetur in *d cap. fin. & in cap. laudabilem eodem tit.* Tertia, quia cum inspectio fuerit rectè facta, non constabat, an impedimentum
3 esset medicinabile, si enim est medicinabile, * dissolutioni minimè locus est *Sanch. de matrim. lib.*7. *disp.* 93. *num.* 15. *Comitul. respons. moral.* 118. *lib.*1.

Ad tollendas istas difficultates fuit concessa subdelegatio in partibus, & reproducto processu, ex eo constat, quod mulier rectè iurauerit cum septima manu virorum, qui etiam legitimè iurarunt, quamuis dicti viri non sint propinqui Mariæ, tamen cum ipsa in loco
4 habitationis propinquos non haberet, * sufficiunt isti, etiam quod propinqui minimè sint, vt habetur in *d. c. laudabilem Sanch. de matrim. lib.*7. *disp.* 108. *num.*11. & sufficit iuramentum
5 solius Mariæ, & virorum pro eius parte, * cum ipsa neget se fuisse cognitam, Franciscus verò affirmet, tunc enim iuramentum vtriusque cum septima manu vtriusque partis requiritur, quando vterque impedimentum affirmat, vt habetur in *d. cap. laudabilem* latè *Sanch. de matrim. lib.* 7. *disp.* 109. *num.* 13. & sic fuit prima, & secunda difficultas sublata.

Quantum attinet ad tertiam difficultatem, licet consideratione digna sit, tamen Domini animaduertebant, quod cum mulieres, quæ inspectionem fecerunt, deponant Mariam esse valde arctam, & illæ deponant Franciscum non esse aptum ad cognoscendum mulierem valdè
6 arctam, satis constat impedimentum non esse medicabile, * quia impedimentum ex parte mulieris erat ob angustiam naturalem vasis, non autem propter aliquod accidens, quod arte medica, aut chirurgica tolli posset, quare cum satis constaret vtrunque impedimentum non esse medicabile, vtique cessabat etiam tertium obiectum.

Et ita conclusum &c.

LEODIEN. PAROCHIALIS.

Lunæ 23. Ianuarij 1623.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Probatio quantumuis leuis probat recursum ad effectum vt ante absolutionem denegetur auditia.*
2 *Articuli, vt in odium eius, qui recursum habuit ad Indices laicos habeantur pro probatis leuer probationes non sufficiunt.*

DECISIO MCDXVII.

Licèt verum sit, quod quælibet probatio, quantumuis leuis probet recursum ad effe-
1 ctum, * vt ante absolutionem denegetur audientia *iuxt. not. per Felin. in c. prudentiam* §. 6. *num.* 14. *de off. delegat. Dec. in c. dilecti num.* 4. *de appellat.* & fuit sæpissimè resolutum. Attamen, cum hodie prætendatur recursum probari ad effectum, vt in odium partis articuli ha-
2 beantur pro ptobaris; * istæ leues probationes adductæ non placuerunt Dominis, sed voluerunt illas coadiuuari propter graue præiudicium alterius partis, quod operatur, vt maturius in hac materia procedatur iuxta *decisionem Mohed.* 4. *de probation. Put. dec.* 6. *eod. tit. de probat.*

Et ita conclusum &c.

CARINOLEN. PRAECEPTORIAE, SEV COMENDAE.

Lunæ 23. Ianuarij 1623.

ARGVMENTVM.

Ante præstitum consensum resignationi est locus pœnitetiæ, sed tamen pœnitens tenetur reficere expensas ab altera parte factas.

SVMMARIVM.

1 *Ante præstitum consensum resignationi est locus pœnitentiæ.*
2 *Et tunc pœnitens tenetur reficere expensas ab altera parte factas. Amplia vt ibi. Vid. num.* 5.
3 *Tam resignanti, quam resignatario, qui insimul supplicarunt Papæ imputanda est mala expressio valoris.*
4 *Promissio facta à Resignante dimittendi intra certum tempus beneficium intelligumtur in eo statu, in quo erat.*

DECISIO MCDXVIII.

Non controuertebatur, quod in hoc casu, in quo agitur de resignatione ante præsti-
1 tum consensum * esset locus pœnitentiæ ex deductis *in alia Decisione*, & propterea licet Dominus Eques Mutus possit resilire à concor-
2 dia, debet tamen reficere expensas * per Equitem Hierutium factas. Hoc enim probato, Equitis Hierutij interest, & propterea ad illud Eques Mutus tenetur etiam, quod nihil soluerit Hierutius Muto *l. si tibi decem 7 ff. de praescript. verb. Greg. Lopez par. tit. 5. num. 14 l. 43. gloss. 2. & l. 44. gloss. 2. & seqq.* & præsertim *glos. 4. cum allegatis in prima decisione*.

Neque est verum, quod in supplicatione, quæ habet datam sub die 20. Nouembris fuerit præfixum tempus sex mensium ad expediendum litteras, quia hoc gratis dicitur, cum nullibi probetur, & propterea, cum Hierutius, præstiterit consensum 15. Iunij sequentis est imputandum Equiti Muto, si renuit præstare consensum, itaut licitum sit Equiti Hierutio repetere expensas factas, quia non erat præfinitum aliquod tempus ad litteras expediendas.

Minus subsistit, quod Hierutius asseruerit valorem præceptoriæ ascendere ad scut. 400. quia nullibi hoc probatur, sed solum in supplicatione ab vtraque parte porrecta, fuit expressus valor *ducat.* 20. & reseruata pensio scut. 180. vnde quicquid sit, an valor ascendat, vel non ascendat ad tantam summam, quatenus non ascenderet, non minus esset imputandum
3 Muto, * quam Hierutio; cum vterque Sanctissimo supplicauerit.

Neque obstat, quod Hierutius promiserit dimittere possessionem Præceptoriæ, & illius bonorum à die 15. Augusti, & tamen præueniendo contrauenit, ex quo locauit bona Commendæ ad quadriennium. Nam fuit responsum non esse verum, quod præuenerit supplantando, quia concordia fuit facta die prima Iulij 1619. & dicta locatio 22. Martij eiusdem anni, & sic longè ante concordiam, & vigore mandati dati 8. Aprilis 1617. quare non obstat promissio Hierutij, quia debet in-
4 telligi de dimissione facienda in eo statu, * in quo erat Præceptoria; Neque hic est disputandum, an Eques Mutus tanquam successor teneatur stare dictæ locationi, quia non pertinet ad promissionem Hetutij.

Denique non obstat, quod cum Eques Mutus iure suo vtatur, non est compellendus ad
5 reficiendas expensas Equiti Hierutio, * quia contrarium est dicendum in casu isto, ex prædictis, & ex alijs consideratis in *prima decisione*, conclusio enim procedit, quando per accidens res venit ad casum, à quo incipere non potuit, vel quando id, quod euenit non est sub lege, quæ cum non militent in casu isto, cum concordia non perficiatur ex sola pœnitentia Equitis Muti, quæ nocere minimè debet Hierutio.

Et ita conclusum &c.

VAL-

VALLISOLETANA PAROCHIALIS.

Lunæ 30. Ianuarij 1623.

ARGVMENTVM.

Vnio remanet probata ex Bulla vnionis emanata à Summo Pontifice, de cuius potestate in beneficialibus absurdum est dubitare. *Regula reuocatoria vnionum* quando locum non habeat. Dum vnio est clarè probata, asserenti contrarium ad quam probationem teneatur. Vnionis titulus quamuis patiatur aliquam difficultatem, tamen sufficit ad præscriptionem, ad quam requiritur, aut immemorabilis, aut quadragenaria cum titulo.

SVMMARIVM.

1 *Vnio probatur ex Bulla vnionis.*
2 *Bulla vnionis facit probationem probatam.*
3 *De potestate Papæ in Beneficialibus absurdum est dubitare, cum in eis amplissimam habeat potestatem.*
4 *Vniones non effectuatæ reuocantur per* Regulas *Pontificum successorum earum reuocatorias.*
5 *Vnio facta nedum de vacanti, sed etiam pro dote alicuius beneficij non reuocatur per* Regulam reuocatoriam vnionum.
6 *Vnio quando dicatur habuisse effectum.*
7 *Sententia, quæ per appellationem fuit suspensa non obstat.*
8 *Vnio remanet in suo robore, quamuis super ea fuerit litigatum, dum concurrunt ea de quibus ibi.*
9 *Prouisiones factæ lite pendente non suffragantur.*
10 *Testibus deponentibus de effectuatione vnionis magis creditur quam illis deponentibus de illius dissolutione.*
11 *Ecclesia Parochialis vnita debet habere Vicarium.*
12 *Vnio quando est plenè probata, asserenti contrarium incumbit onus probandi plenè, & concludenter.*
13 *Titulus vnionis quamuis patiatur aliquam difficultatem, tamen sufficit ad perscribendum.*
14 *Ad vnionem præscribendam requiritur, aut immemorabilis, aut quadragenaria cum titulo.*
15 *Quadragenaria cum titulo in materia vnionis quando concurrat.*

DECISIO MCDXIX.

FVit resolutum Parochialem, de qua agitur,
esse vnitam Archidiaconatui de Tordesillas:
1 hoc enim probatur ex Bulla vnionis, * facta
per *Leonem X.* de anno 1519. quæ facit proba-
2 tionem probatam * *Ias. in l.1. numer. 10. ff. de
nou. oper. nunc. Aym. cons.382. numer.8. part.3.
Socc. cons.87. col. fin. numer.28. in fin. lib.3.* Ab-
3 surdum enim esset dubitare de potestate Papæ, *
qui amplissimam habet auctoritatem in Beneficialibus, & in puncto de vnionibus faciendis
dicunt *Guidop. decis. 134. numer. 9. vers. Immò
si Papa*, vbi latissimè *Rebuff. de vnion. numer.23.
in prax.*

Neque ista vnio potest dici reuocata per *Re-
gulam Adriani 6.* ex quo possessio Parochialis
4 fuit solum capta per Constantinum * tunc de
Archidiaconatu prouisum de anno 1523. quia
5 cum vnio fuerit facta nedum de vacanti, * sed
etiam pro dote Archidiaconatus non censetur per d. *Regulam* reuocata *Crescent. decis.1.
numer. 3. de Parroch. Achill. decis. 1. de vnion.
Mandos. super reg. 12. quæst. 3. numer. 3. Seraph.
decis.982. numer.1. part.1. Rot. decis.1143. part.
3.* latè *Gonzal. super reg.8. gloss.5.6.7. numer.43.*

Neque etiam negari potest, quin huiusmodi
vnio habuerit effectum, quia Constantinus
6 prouisus de Archidiaconatu * obijt de anno
1586. & constat ex pluribus actis Parochialem possedisse, de eodem enim anno 1523 obtinuit duas licentias à Prouisore bona locandi, & de anno 1549 aliam licentiam tradendi possessionem cuiusdam Cappellæ, quæ omnes licentiæ fuerunt concessæ prædicto Constantino, tanquam Archidiacono, & Curato, per cuius obitum fuit prouisus Gonduuius de dicto Archidiaconatu, qui pacificè possedit vsque ad annum 1595. de quo tempore fuit lis mota.

Neque ex dicta lite potest induci non effectuatio, quia licet per Palentinum fuerit lata sententia contrà Gonduuium, tamen fuit
7 suspensa per appellationem, * & litigatum
vsque ad annum 1608. de quo tempore fuit
facta concordia confirmata per Sedem Aposto-
8 licam, in qua quidam Ferdinandus, * qui tunc
fuerat prouisus dicta Parochiali, cessit liti, & causæ ad fauorem Gundisalui, & ipse obtinuit Coadiutoriam de Archidiaconatu, & sic vnio remansit in suo esse iuxtà notata per *Felin. in cap. illud numer. 17. vers. 14. Conclusio de præscript.* & per *Couar. in reg. Possessor part.2. §.12. numer.4. vers. secunda Conclusio tom.1.*

Nec minus potest dici non effectuatio cum ab anno 1595. quo lis incæpit vsque ad annum 1608. quo fuit facta concordia fuit prouisus de Parochiali post obitum Didaci Gomez de anno 1599. Didacus Perez, & post illius obitum de anno 1604. Ferdinandus Zimenez, cum quo fuit de anno 1608. facta concordia; quia
omnes istæ prouisiones fuerunt factæ lite pen-
9 dente, * & prouisio Didaci Perez sinè præiudi-
cio Iurium Gundisalui, & quamuis hinc indè
in hac lite fuerint examinati testes, & exami-
nati pro parte impetrantium videantur depo-
10 nere de dissolutione vnionis, * & de possessio-
ne Hieronymi de Zauallas, tamen cum testes
examinati pro parte Archidiaconi deponant
istos possedisse, tanquam Vicarios, cum ex
prædictis constet de vnione, magis placuit ista
secunda depositio, cum certum sit Ecclesiam
11 Parochialem vnitã debere habere Vicarium, *
& clarè legitur in *Concilio Tridentino*, & hoc
sufficit ad elidenda dicta testium, qui deponunt
de dissolutione vnionis, de qua cum constet
12 plenè, * asserenti contrarium incumbit onus
hoc probandi planè, & concludenter.

Ex abundanti fuit additum, quod quatenus
titulus Vnionis pateretur aliquam difficulta-
13 tem, * fufficiens tamen fuisset ad præscriben-
dum, ad quem effectum requiritur aut imme-
14 morabilis, aut quadragenaria cum titulo ex
deductis *coram me in causa Feltren. Præbenda 6. Iunij* 1605. & per ea quæ latè habentur in *conf. Felin. 2. in princip.* quæ quidem quadragenaria
15 cum titulo in hoc casu minimè potest negari *
ex supra deductis.

Et ità vtraque &c.

Præsens decisio fuit confirmata coram Buratt. decis. 734. & 857.

ARIMINEN. IVRISPATRONATVS.

Lunæ 30. Ianuarij 1623.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Possessio probatur ex instrumento illius adeptionis.*
Instrumentum facit probationem probatam num. 1.
2 *Possessio instrumentalis suffragatur ad effectum manutentionis, dum non constat alium fuisse in possessione.*
3 *Iudex nulliter procedens non priuat possessorem sua possessione.*
4 *Possessor debet citari quando executer est mixtus, aliàs nulliter procedit.*
5 *Clausula* dumodò non sit alterijs quesitum *apposita in litteris Apostolicis facit executorem mixtum.*

DECISIO MCDXX.

FVit resolutum Marco Antonio dandum esse
mandatum de manutenendo, quia de eius
possessione constat ex instrumento, quod facit
1 probationem probatam * *Paris. conf. 170. numer. 8. lib. 4. Natt. conf. 543. numer. 28. lib. 3. Purpurat. conf. 34. in fin. lib. 1.* & ista instrumenta-
2 lis possessio suffragatur, * cum nõ constet alium
fuisse in possessione *Rota decis. 652. numer. 1. & 359. part. 1. in rec.* & fuit dictum in causa *Meten Prioratus 21. Decembris superioris anni coram R. p. d. meo Merlino.*

Nequè obstat posterior possessio Christo-
phori capta de mandato Iudicis, quia cum nul-
liter processerit, non priuauit Marcum Anto-
3 nium sua possessione * *Rota d. decis. 652. 147. numer 2. & 3. part. 2. in rec.* Quod autem nulli-
ter processerit satis patet, ex quo processit non
4 citato Marco Antonio, * quem citare teneba-
tur, cum esset mixtus exequutor, cum litteræ
haberent clausulam *Dummodò non esset alteri ius*
5 *quæsitum* * *Acchill. decis. 4. de Preben. numer. 11. Felin. in cap. fin numer. 24. de Præsumpt. Rota dec. 52. num. 3. par. 2. in rec.*

Et ita conclusum vna tantũ parte informante &c.

ROMANA FRVCTVVM.

Mercurij 1. Februarij 1623.

ARGVMENTVM.

Emptor ad fructus recompensatiuos non tenetur, si postquam fuerunt deductæ expensæ, illi non remanserint fructus quàmuis aliqui DD. opinauerunt, quod etiam isto casu teneatur ratione eius perfidiæ, quæ tamen opinio reprobatur. Opinio quod fructus recompensatiui debeantur ex re sterili non procedit quando fuit vendita res non sterilis.

SVMMARIVM.

1 *Fructus vt dicantur, debent prius deduci expensæ.*
2 *Dispositio* l. curabit C. de act. empt. *procedit quando fructus fuerunt percepti, alias secus & num. 13.*
Fructus recompensatiui solummodo debentur, quando fructus fuerunt percepti, alias secus secundum communem opinionem, quamuis aliqui teneant in contrarium, qui tamen reprobantur, & declarantur num. 2. & 5.
3 *Fructus recompensatiui debentur etiam si fuerit vendita res sterilis, de hac opinione dubitatur, & declaratur num. 5.*
4 *Fructus recompensatiui debentur ex oblectamento ad rationem quanti Vinea fuisset locata.*
6 *Res non sterilis empta censetur propter fructus.*
7 Rot. decis. 344. parte 2. rec. declaratur.
8 Gabr. cons. 74. num. 6. 32. & 39. l. p. *in quibus terminis loquatur.*
9 *Fructus qui mediante locatione fuissent percepti ex vinea debent restitui ab eo, qui illam in pignus retinuit num. 12.*
10 *Habitatio creditoris in domo pignorata non excedit legitimum modum vsurarum de Iure ciuili; secus autem de Iure Canonico.*
11 *Fructus ex pignore non debentur.*

DECISIO MCDXXI.

CVm fuerit resolutum *coram Illustrissimo Sacrato*, vt in *decis. 394. par. 2. in recent.* ex vi-
nea, de qua agitur, nullos haberi fructus, ex
1 quo prius debent deduci *expensæ*, * vt fructus
dicantur *l. fructus ff. solut. matrim.* quod etiam factis nouis probationibus iterum *Rota dixit 19. Aprilis superioris anni coram R. p. d. meo Buratto* ideò placuit Dominis *decisio facta coram me prima Iulij præteriti*, quod nulli debeantur

fructus

fructus recompensatiui pro parte prætij non soluti iuxta terminos *l. curabit C. de action. empt.* cum dispositio illius *legi* procedat quan-
2 dò fructus fuerunt percepti, * alias secùs, *Saliect. in l. 2. num. 3. C. de vsur. Castr. in l. Iulianus §. ex vendito num. 3. ff. de act. empt. Cyn. in l. minorum num. 16. Salyc. num. 3. vers. dic ergo, Castr. num. 3. in fin. C. in quib: caus. in integr. restit. non est necess. Soccin. Sen. cons. 109. col. 2. num. 3. lib. 1. Alex. in l. de diuisione col. 3. num. 13. vbi Seysill. sub num. 12. ff. soluto matrim. Corn. cons. 145. num. 7. & seqq. lib. 2. & cons. 59. num. 3. Aret. in cons. 159. col. 6. num. 14. & in l. ità stypulatus col. 5. num. 3. in fin. vers. secundo casu ff. de verb. oblig.* & de communi testatur *Cagnol. in d. l. curabit num. 28. C. de empt. act.* à quà communi opinione non est recedendum, quidquid dicant aliqui in contrarium, quos allegat *Lup. de vsur. com. 1. §. 7. num. 141.* qui mouetur ea ratione, quia fructus recompensatiui non debentur ratione fructuum, sed perfidiæ emptoris, cum venditor impleuerit prò parte sua, quia ratio ista non subsistit *Couar. var. lib. 3. cap. 4. num. 3. Natt. cons. 417. num. 1. &. seq. Roland. cons. 14. num. 3. lib. 1. Benintend. decis. 29. num. 7. & seq. Fachin. controu. iur. lib. 2. cap. 32. vers. contrariam sententiam Lup. loco proximè allegata.*

Nequè obstat, quod quando venditur res sterilis, non venditur ratione fructuum percipiendorum, sed ratione alterius commoditatis, quam Emptor sperat consequi ex ipsa rè
3 vendita, * ideo tunc censetur frui rè vendita licet fructus non percipiat. Quare verificatur *text. in l. Julianus §. ex vendito ff. de act. empt.* nàm cum re emptor fruatur, æquissimum est, quod vsuras soluat & per consequens etiam verificatur dispositio *l. curabit C. de act. empt.* & bene facit *l. penult. ff. de condit. ob caus.* vbi satis luciatur, qui voluntatem implet, & in hoc procedere dictum *Doctorum*, qui tenent, quod fructus recompensatiui debeantur, etiam quod non fuerint percepti tenet *Corn. in cons. 59. num. 6. vers. nec etiam dictis refragatur lib. 3.* & sequitur *Zoann. rer. quotid. cap 9. num. 9. & seqq.* & de oblectamento, quod debeatur interesse ad rationem quanti
4 vinea fuisset locata, * videtur dicere *Gabr. in cons. 74. num. 6. 32. & 39. lib. 1.* Nàm fuit responsum, quod quicquid sit de hac opinione,
5 non procedit, * quando venditur res non sterilis, quià tunc verisimiliter emitur propter fructus, ideò fructus tunc considerantur, ità declarat, & benè *Corn. in dicto cons. 59. num. 6. in fin. vers. sed vbi venditur res non sterilis;* In proposito autem Vinea non est sterilis, sed
6 fructifera, & propterea censetur empta, * propter fructus ex *Corn. suprà alleg.* Quare cum expensæ æquent fructus, idcirco fructus recompensatiui non debentur *per supradicta*, &
7 hoc est quod etiam in substantia * sentit *Rota coram Illustrissimo Sacrato in dicta decis. 344. par. 2. recent.*

Et quamuis ex prædicta responsione censeatur inblatum *cons. Gabr.* tamen est etiam animaduertendum, quod loquitur in casu diuer-
8 so, * ibi enim venditio fuerat facta cum pacto redimendi, & cum concurrerent aliæ circumstantiæ, vt latè ibi per eum, contractus præsumebatur fæneratitius, & considerandum fænus habet etiam rationem oblectamenti, quia quidquid accedit cærti vsura est, vt patet ex deductis per *eum in dicto consilio sub num. 6. & num. 32. & 33.* concludit quod tempore, quo pignus durauit, quod fuerat spatio annorum 12. debet restirui id, quod fuisset perceptum
9 ex vinea, * illam locando, & allegat *Baldum. & Salyc. in l. si ex pactione C. de vsur.* vbi dicunt, quod licet ex dispositione illius *Tex.* habitatio, quam facit Creditor ex pacto in do-
10 mo pignorata, * non dicatur excedere legitimum modum vsurarum, hoc tamen procedit de iure ciuili, secus autem de iure Canoni-
11 co, quia ex pignore fructus non debentur, * ex quibus rationibus concludit *Gabr.* quod cum in casu suo esset pignus, & non venditio, deberet in sortem computari etiam quanti
12 oblectamentum vineæ fuisset locatum, * qui non est casus noster, cum versemur in vera venditione vineæ fructiferæ, & ideo emptor censetur emisse propter fructus, qui non sunt habendi in consideratione, ex quo nulli extant,
13 deductis expensis, * & propterea nihil debetur ex dispositione *l. curabit ex supra deductis.*

Et ita conclusum &c.

INTERAMNEN. LEGITIMARVM.

Veneris 10. Februarij 1623.

A R G V M E N T V M.

Quando agitur de æstimatione ad effectum ponendi rationem legitimę debitæ non in pecunia, sed in corporibus, tunc præsumitur iusta, & non excessiua etiam si testes non concordent, dummodo Periti deputati sint inter se vnanimes, & quatenus etiam esset excessiua in hoc casu parum refert.

S V M M A R I V M.

1 *Æstimatio præsumitur iusta.*
Maxime quando agitur ad effectum ponendi rationem legitimæ debitæ in corporibus num. 3.
2 *In æstimatione bonorum magis standum est Peritis, quam testibus.*
4 *Quando legitima debetur in corporibus, parum refert, si æstimatio illorum fuit excessiua.*
5 *Æstimatio non dicitur excessiua ob melioramenta in bonis facta, quando de eis nihil fuerit dictum coram Peritis ad æstimandum electis.*
6 *In melioramentorum æstimatione habetur ratio illius, quod minus est, & ibi adducitur ratio.*
7 *Bona infructifera sunt prætio æstimanda.*

8 *In*

8 *In legitima assignanda intrat arbitrium Iudicis, quod tamen debet esse ab æquitate regulatum.*

DECISIO MCDXXII.

IN hac causa 17. *Decembris* 1621. fuit resolutum constare de identitate bonorum æstimatorum, neque constare de excessu æstimationis,
1 cum iusta præsumatur, * hodie veró examinatis testibus iterum dubitaui, an constaret de excessu æstimationis, & negatiue fuit resolutum. Æstimatio enim præsumitur iusta, & quamuis in aliquibus corporibus testes non concordent tamen magis est standum Peritis deputatis á
2 Rota, * quam testibus *Bero. cons.* 402. *num.* 31. *lib.* 3. *Dec. cons.* 489. *num.* 12. *tom.* 2. *Menoch. cons.* 358. *num.* 31. *lib.* 4. *Honded. cons.* 31. *nu.* 46. *lib.* 1. *Seraph. decis.* 665. *num.* 7. *lib.* 1.

Et prædicta eo magis placuerunt Dominis, quia agitur de æstimatione ad effectum ponen-
3 di rationem legitimæ, * quæ non debetur in pecunia, sed est assignanda in corporibus *Cas. de Grass. decis.* 10. *num.* 2. *de testam.* vnde parum
4 refert excessus æstimationis si adesset, * cum ipsa corpora debeantur, & non quantitas in pecunia, & sic excessus æque fauet, & nocet vtrique parti.

Neque obstat, quod testes deponant, domum fuisse melioratam in sc 120. similiter & prædium *alla fontana* propter plantationes, nec non & aliud prædium in vocabulo *la noce*, & aliud in vocabulo *S. Pietro in campo*, quia quatenus ista melioramenta essent liquidata
5 non probant excessum, * cum coram Peritis non fuerit dictum de melioramentis, sed essent excomputanda & vere adhuc non sunt liquida, quia in æstimandis melioramentis habetur ra-
6 tio illius, * quod minus est, videlicet si minus impensum licet plus melioratum, & si minus melioratum, licet plus impensum hoc attenditur *l. in fundo ff. de rei vindic. vbi Gloss. in verbo plus precio vbi etiam Oddofred. in princ. vers. respicit Iur. cons. Bart. num.* 1. *vers secundo oppono* vbi reddit rationem, quod duo requiruntur, quod tantum expensum, quantum melioratum sit *Ioseph. Ludouic. decis. Lucen.* 7. *num.* 11. vbi de communi *Petr. Anton. à Pena de fideicom. quæst.* 15. *num.* 261. *vsque ad num.* 274. vbi de communi, & magis communi.

Nec minus facit, quod casalenum inclusum ad S. Paulum sit dirutum, & terræ nuncupatæ
7 *Colle la malta* sint montuosæ, & infructiferæ, * quia nihilominus omnia ista sunt precio æstimanda, & in assignanda legitima intrat
8 arbitrium Iudicis, * qui debet vti prædicto arbitrio ab æquitate regulato *Menoch. de arbitr. cas.* 163. *num.* 20. *in fine & num.* 21. de communi testatur.

Et ita conclusum.

MAIORICEN. THAESAVRARIAE.

Veneris 13. *Februarij* 1623.

ARGVMENTVM.

Beneficium non esse simultaneæ collationis probatur ex quo Episcopus est in quasi possessione conferendi similia beneficia.

SVMMARIVM.

1 *Mensis* Octobris *Episcopo gaudente alternatiua est Ordinarius.*
2 Regula 8. Cancell. *non comprehendit beneficia, quæ sunt simultaneæ collationis.*
3 *Beneficium in dubio censetur simultaneæ collationis; secus quando adest consuetudo in contrarium.*
4 *Dignitas alicuius Ecclesiæ nõ est simultaneæ collationis dum Episcopus est in possessione conferendi similes dignitates.*
5 *Possessio exercendi iurisdictionem in vna specie extenditur de vno ad alios comprehensos sub eadem specie, quando nullus possidet illos actus.*
6 *Collatio Beneficij fundati ex fructibus Sacristiæ spectat ad eum, cuius sunt dicti fructus.*
7 *Collatio dignitatum quæ spectat ex consuetudine non debet extendi ad dignitatem nouiter erectam Declara num.* 8.
9 *Quasi possessio conferendi probatur ex collationibus alias factis.*
10 *Enunciatiua antiqua pergrandem veritatis faciem præsefert.*
11 *Testibus prose habentibus enunciatiuam antiquam faciem veritatis præseferentem magis standum est, quam alijs, qui ea carent.*
12 *Testes examinati in vna causa non probant in alia, tunica tamen enunciatiua pergrandem faciem veritatis præseferunt.*

DECISIO MCDXXIII.

HViusmodi Thesauraria vacauit in mense Octobris, qui Episcopo gaudente alterna-
1 tiua, * prout gaudebat in hoc casu, est ordinarius, & cum *Regul.* 8. non comprehendat be-
2 neficia, * quæ sunt simultaneæ collationis, punctus difficultatis consistit in eo, an sit, vel non sit simultaneæ collationis, & Domini iterum censuerunt non esse, quia licet in dubio
3 censenda esset talis, * secus tamen dicendum est, quando adest consuetudo in contrarium, vt ponendo regulam & limitationem dicit *Cassad. dec.* 22. *ad num.* 2. *de præben.* & fuit sæpissimè resolutum.

Quod autem Thesauraria non sit simultaneę collationis, ex eo patet, quia Episcopus est
4 in possessione conferendi similes dignitates, * vt abundè fuit deductum in *decisione facta* 18. *Maij superioris anni*, quia quasi possessio exercendi
5 iurisdictionem in vna specie, * extenditur de vno ad alios comprehensos sub eadem specie quando nullus possidet illos actus. *Soc. cons.* 111. *num.* 4. *Ioann. Andr. in cap. dilectus col.* 2. *sub num.* 4. *vers. sic enim in hac materia de Cappell.*

*pell. Monach. Abb. in cap.*1*. numer.* 4. *de relig. dom. Mohed. dec.* 22. *num.* 2. *de prabend. Rota decis.* 17. *sub num.* 2. 3. *&* 4. *par.* 2. quæ est in causa *Hispalen. Iuris votandi* 6. *February* 1576. *coram Cantuccio*.

Et ista conclusio eo magis procedit, quia Thæsauraria fuit fundata ex fructibus sacri-
6 stiæ, * & propterea quoad actum conferendi
debet respectu actus conferendi regulari secundum naturam sacristiæ, vt bene ad propositum *Alciat. in l. vsusfructus numer.* 5. *vers. contra rusticos ff. quibus mod. vsusfruct. amittit, Iacob. de Sancto Georgio in tract. Rhoid. num.* 50. *Bellon. conf.* 1. *numer.* 9. & in puncto *Rota prædicta dec.* 17. *num.* 5. *par.* 2. in qua causa fuit consideratum, quod ille, qui erat in quasi possessione conferendi tractat de damno euitando, ex quo creatur noua dignitas ex fructibus alterius dignitatis, vnde illi fauendum est quantum fieri potest.

Neque obstat, quod cum pertinentia colla-
7 tionis spectet ex consuetudine, * non debet
extendi de alijs dignitatibus ad Thæsaurariam nouiter erectam, quia tantum præscriptum quantum possessum *Mohed. dicta decis.* 22. *numer.* 3. *de præbend. Rot. dicta decis.* 17. *numer.* 3. *vers. licet non fiat extensio*; Nam fuit responsum, quod conclusio procederet, si ageretur de facienda extensione collationis ad alia beneficia
8 dissimilia, * sed quando agitur de similibus
beneficijs, ista non dicitur extensio de casu ad casum, sed extensio ad alios actus sub eadem possessione comprehensos, vt bene declarat *Oldrad. in conf.* 267. *numer.* 10. *Abb. conf.* 71. *num.* 2. *vers.* 2. *principaliter*, *& num.* 3. *lib.* 2. *Aym. conf.* 55. *numer.* 1. *vers. sed respondeo*, *& de antiq. temp. par.* 4. *Soc.* 1. *numer.* 57. *& seqq.*

Neque obstat, quod non probetur ista quasi possessio conferendi illius dignitates, quia contrarium est verius ex collationibus
9 alias factis, vt in causa *Maioricen. Sacristiæ*
coram bon. mem. Card. Pamphil. allegata in alia *decisione*, in qua abunde ista deducuntur, quibus etiam pergrandem veritatis faciem
10 præfert enunciatiua * antiqua de anno 1298.
& testes examinati *coram bon. mem. Card. Pam-*
11 *phil.* quibus in concursu magis esset standum,*
quam testibus contrarijs tunc examinatis, cum habeant pro se dictam enunciatiuam necnon, & collationes, & cum sint examinati in
12 alia causa,* licet non probent in ista, tamen ne-
gari non potest, quin vna cum dicta enunciatiua pergrandem faciem veritatis huius negotij præferat.

Ex quibus fuit resolutum, cum non constet de reseruatione, breue non esse exequendum, & sic standum in *decisis sub die* 18. *May superioris anni &c.*

BONON. CAMBII.

Lunæ 13. *Februarij* 1623.

ARGVMENTVM.

Fideiussor obligans se pro cambio, & recambio pro certo, & determinato loco faciendo quãdo dicatur casus obligationis expirasse, itaut ipse ad aliud non teneatur, & quando clarè appareat, quod fideiussor cambiorum noluerit se obligare pro cambijs generalitèr, sed pro certis in specie.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor obligans se ad certum casum, ad diuersum non tenetur.*
2 *Debitum vnum licitè quando in aliud possit transferri,*
3 *Contra fideiussorem quis agere nequit, quando creditori non patet aditus agendi ex contractu, in quo est obligatus fideiussor.*
4 *Contra fideiussorem agi non potest, quando est nouatus contractus.*
5 *Fideiussor cambij censetur liberatus per extinctionem eius, & constitutionem alterius.*
6 *Fideiussor ex quibus clarè appareat se noluisse obligare pro cambijs generalitèr, sed simplicitèr in certo, ac determinato casu, & num 7.*
8 *Verba Mercatorum inter eos prolata sunt accipienda iuxta eorum stylum.*
9 *Promissio facta per verba non habentia tractum successiuum, censetur limitata, & vltra terminum dictorum verborum non extenditur.*
10 *Fideiussor ex certa causa se obligans, liberatur ea extincta.*
11 *Clara quando est aliqua dispositio, non est vlteriùs quærendum.*

DECISIO MCDXXIV.

MArcus Antonius Corsinus dedit ad cambium Hyppolito Elephantuccio certam pecuniarum summam, pro quo insolidum se obligauit Carolus Elephantuccius per hæc verba: *All'obligo per cambia ricambio, e spese, e voi Signore Corsino date ordine à Piacenza, che sia recapitata detta tratta, e se nelli ritorni, quando se ne vaglia, e sia rimessi da chi si voglia, se il detto Signore Hippolito Fantuzzi non paghi à prima richiesta, m'obligo io à pagare in contanti subito senza eccettione alcuna, & anco accettarò se sarò ricerco*: Et litteræ cum hac obligatione Placentiam fuerunt transmissæ, qui illas acceptauit, & denuò easdem pecunias cambiauit.

Stante hac serie facti, fuit dubitatum, an litteræ cambij essent exequendæ contra fideiussorem, & negatiuè fuit resolutum, quia cum ipse
1 se obligauerit * pro primo cambio ad Ciuita-
tem Placentiæ, & pro recambio ad Ciuitatem Bononiæ, cum Antonius Corsinus secutus fuerit bonam fidem Hypoliti faciendo noua cambia, & recambia, primum debitum cambij, & recambij, pro quo erat obligatus Carolus versum fuit in alium debitum, quod fieri po-
2 tuit * *Bart. in l. singularia* 15. *num.* 20. *vers. vena-*

niamus ff. si cert. petat. & in l: si ex pretio num.3.
C. eod. tit. Rota Genuen. decis. 1. num. 3. & 7.
vers. & primo vbi de communi ideò sequitur,
3 quod non possit agere contra fideiussorem*
cum creditori non pateat aditus agendi ex
primo contractu, in quo est obligatus fideius-
4 sor * *Rota Genuen. d. decis. 1. sub num. 7.* & in
terminis cambij dicit *Modern. de Camb. §. 2.*
gloss. 5. num. 409. & seq. qui loquitur etiam in
5 terminis extinctionis primi cambij * per con-
stitutionem secundi.

Quod autem Carolus se obligauerit pro
primis cambijs ad Ciuitatem Placentiæ,& pri-
mis recambijs ad Ciuitatem Bononiæ, patet
ex verbis supra narratis, ex quibus apparet,
quod se obligauit pro cambio, * & recambio
6 tractæ non generalitèr, sed simplicitèr pro
cambio,& recambio illius primæ tractæ, vt pa-
tet ex verbis sequentibus directis Corsino, ibi,
date ordine à Piacenza, che sia recapitata detta
tratta,& sic manifestè colligitur, quod loquitur,
7 de illa tracta, & posteà subdit, *e se nelli ritorni*
quando se ne vaglia, e *sia rimessa da chi si voglia*
se il Signore Fantuzzi non paghi à prima richie-
sta, m'obligo io à pagare in contanti, & anco accet-
tare, scilicet litteras, *se sarò richiesto*, verba enim
illa,* *e se nelli ritorni*, sunt accipienda iuxta
stylum Mercatorum vt importent remissio-
nem litterarum illarum Nundinarum, & vul-
garitèr solet dici *nelli ritorni di fiera*, hoc est
primarum Nundinarum, non autem quod im-
9 portent tractum successiuum, quasi se obligas-
set * pro omnibus nundinis subsequentibus
verbis, *quando se ne vaglia, e sia rimessa da chi*
si voglia m'obligo io a pagare in contanti, & anco
accettare, scilicet litteras remissionis, *se sarò ri-*
cercato; prima enim vice fuit remissa,& tunc in-
trabat obligatio Caroli, * quare cum Hyppo-
10 litus satisfecerit faciendo nouum cambium,
quod acceptauit Corsinus, fuit ipse Carolus
liberatus per supradicta.

Ex quibus fuit recessum à *decisione facta 25.*
Februarij superioris anni, ommissis per Dominos
ex industria, quæ dici possent circa intelligen-
tiam statuti, quia prædicta tanquam nimis
clara visa fuerunt sufficere.

Et ità, &c.

Præsens decisio fuit confirmata die 31. Ianuarij
1625.

BRACHAREN. ARCHIDIACO-
NATVS.

Lunæ 13. Febr. 1623.

ARGVMENTVM.

Examinatur an gratia sit iustificata mediante depositione testium tam quoad obitũ in possessione beneficij, quam quo ad Clericatum, originem, & valorem, & affirmatiuè concluditur.

SVMMARIVM.

1 *Obitus in possessione beneficij probatur ex testibus, quorum vnus deponat da visu, & alij duo de publica voce, & fama.*
2 *Testis vnicus de visu semiplenè probat.*
3 *Probationes coniunguntur ad effectum habendi plenam probationem.*
4 *Obitus etiamsi ad effectum reseruationis esset plenè, & concludentèr probandus, tamen isto casu possunt simul coniungi probationes.*
5 *Obitus in possessione beneficij probatur ex testibus deponentibus de visu.*
6 *Clericatus probatur ex testibus deponentibus vidisse Missam celebrare.*
7 *Origo alicuius probatur ex testibus.*
8 *Gratia remanet iustificata ex testibus deponentibus de publica voce, & fama.*
9 *Valor beneficij probatur ex testibus, & num. 11. & 12.*
10 *Ad valorem Beneficij probandum sufficit qualis, qualis probatio.*
13 *Valor Beneficij probatur ex testibus deponentibus de publica voce, & fama.*
14 *Archidiaconatum esse dignitatem non tamen primam post Pontificalem probatur ex testibus.*
15 *Ad quod probandum non requiritur plena probatio.*
16 *Archidiaconatum esse solitum obtineri absque dispensatione cum Canonicatu probatur ex testibus.*
17 *Prout etiam probatur ex vnita prouisione.*
18 *Graduatum aliquem esse in decretis non probatur ex testibus simpliciter deponentibus esse graduatum, nec reddentibus causam scientiæ.*
19 *In Curia aliquem fuisse de tempore impetrationis Beneficij non probatur ex testibus id affirmantibus de tempore depositionis.*

DECISIO MCDXXV.

FVit resolutum gratiam D. Ludouici esse iusti-
ficatam, quod enim Archidiaconatus, de
quo agitur, vacauerit de mense Maij per obi-
tum in possessione Matthiæ, satis probant te-
1 stes, * nam quod dictus Matthias obierit de
mense Maij probant *super primo* 45 Testes de
visu, & alij nempe secundus, & tertius de pu-
blica voce, & fama. Vnde cum vnicus testis
2 de visu* semiplenè probet,& fama probata etiã
per duos testes semiplenè, istæ duæ probatio-
3 nes coniunguntur * ad effectum habendi ple-
nam probationem; ita ut suffragetur etiam quod
obitus ad effectũ reseruationis esset plenè,& cõ-
4 cludenter probandum * *Abb. in cap. cum causam*
num.2. vers. & hoc procedit de probat. Mohedan.
decis.1. eod. tit. Rota decis.46.num.1. & 2. par.2.
Put.decis.266. in fin.lib.3. latè *Rota in decis.736.*
par.2. in recent.

Quod verò Matthias obierit in possessione
latè probant de visu super primo testes secun-
5 dus, tertius, & quartus, * qui etiam super se-
cundo probant, quod D. Ludouicus de tempo-
6 re gratiæ erat Clericus, * cum viderint illum
Missam celebrare, prout etiam probant, quod
7 sit oriundus ex Diœcesi Vlixbonen., * & satis
probant, cum deponant de publica voce, &
fama,

8 fama, quæ sufficit pro iustificatione gratiæ * *Bellam. decis.* 114. *Rot. decis.* 14. *de probat. in antiq. Caputaq. decis.* 6. *par.* 2. *Rota decis.* 9. *num.* 9. *par.* 2. & prædicti etiam Testes optimè *super ter-*
9 *tio* probane valorem obtentorum, * quod tamen excedant *ducat.* 15. cum alias sufficiat qua-
10 lis qualis probatio * *Rota apud Gregor. dec.* 89. *num.* 6. *Aegid. decis.* 674. & 683. & *super* 4. probant valorem alterius obtenti, quod non exce-
11 dat *ducatos* 60. * & *super* 5. quod super eodem beneficio sit reseruata pensio *ducat.* 40.

Quantum attinet ad valorem Archidiaconatus, qui non excedat *ducatos* 300. probant ij-
12 dem testes *super septimo*, * qui vna cum Canonicatu computatis distributionibus non excedant valorem 600. probant ijdem testes *super sexto* & sufficit ad effectum iustificationis gratiæ, quod testes probent dictum valorem per
13 publicam vocem, & famam * *Aegid. decis.* 745. *Put. decis.* 26. *lib.* 1. *Verall. decis.* 277. *num.* 8. *p.* 1. & quod Archidiaconatus sit dignitas non tamen prima post Pontificalem, dicunt ijdem
14 testes * *super octauo*, nec ad hoc probandum re-
15 quiritur plena probatio * *Rota dec.* 9. *num.* 9. *par.* 2. qui etiam *super nono* deponunt, quod Archidiaconatus est solitus obtineri absque
16 dispensatione * cum Canonicatu, ad quem ef-
17 fectum sufficeret etiam vnica prouisio * *Gonzal. super reg.* 8. *gloss.* 36. *num* 85.

Quia tamen fuit narratum, Ludouicum esse graduatum in decretis, cum tantum vnicus testis deponat esse graduatum, nec dicat in de-
18 cretis, * nec deponat de causa scientiæ, ista depositio non fuit habita in consideratione, prout nec visum fuit fuisse probatum, quod de tempore impetrationis Ludouicus erat in
19 Curia, * licet testes hoc probent de tempore depositionis, quæ duo poterunt coadiuuari.

Et ita conclusum vna tantum parte informante, &c.

TVLLEN. EXPENSARVM.

Veneris 17. Februarij 1623.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Iudex procedens ad taxationem expensarum in Curia factarum declarat animum suum, quod non intendit comprehendere expensas de partibus.*
2 *Expensæ non tantum facta in Curia, sed etiam in partibus si sint debitæ, & Iudex solummodò taxauerit illas factas in Curia, tunc datur restitutio in integrum.*
3 *Restitutio in integrum de facili conceditur.*

DECISIO MCDXXVI.

IN hac causa 11. *Maij* 1610. & 1. *Martij* 1621. *Rota* resoluit. quod cum pars fuerit condemnata in expensis, & inde posteà processerit Iu-
1 dex ad taxationem expensarum in Curia * factarum, declarauit animum suum, quod non intendebat comprehendere expensas de partibus, quæ tamen cum sint debitæ, vt resoluit *Rota in hac eadem causa* 18. *Martij* 1619. propterea constat de causis restitutionis in inte-
2 grum; * ex hoc enim constat de bono iure Desiderij petentis restitutionem in integrum, ex
3 quo de facili conceditur * *Caputaq. decis.* 94. *par.* 3. *Mohad. decis.* 2. *in fin. de appell. Sanctissimus decis* 459. *num.* 1.

Et ita conclusum vna parte tantum informante, reseruato vt videatur præuia condemnatione ad quam summam sint taxandæ dictæ expensæ, &c.

INTERAMNEN. LEGATORVM.

Veneris 10. Martij 1623.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio redditionis rationis obstat legatario administratori, & habenti causam ab eo, cum per administrationem præsumatur sibi satisfecisse.*
2 *Limita quando semel fuit reddita ratio.*
3 *Amplia etiamsi fuerit semel reddita ratio, dum non fuit stabilita per rem iudicatam, sed super ea pendet lis.*
Ratio semel reddita non suffragatur, dum super ea pendet lis, secus si fuerit stabilita per rem iudicatam, & amplius non sit in controuersia nu. 3.

DECISIO MCDXXVII.

ISicretea legauit Aureliæ matri sc. 300. quæ quidem Aurelia postea defuncto Genero suscepit legitimam tutelam neptum, & defuncta Aurelia Petrus Laurentius egit ad dictum legatum relictum Matri; vnde dubitaui, an Petro Laurentio obstet ex persona matris exceptio redditionis rationis. Et affirmatiuè fuit reso-
1 lutum, * quia cum Aurelia fuerit Administratrix hæreditatis, ex qua legatum erat sibi debitum præsumitur sibi satisfecisse *l. si damnum* §. *Præterea* vbi *Angel. num.* 3. *ff. de Pecul Afflict. decis.* 13. *nu.* 16. & 18. *Aym. cons.* 129. *nu.* 5. *Surd. dec.* 184. *num.* 9.

Neque obstat, quod hic fuerit semel reddi-
2 ta ratio; vnde cessat dicta præsumptio * *Bero. quæst.* 105. *num.* 6. quia hoc procederet, si redditio rationis non esset in controuersia, vel

3 fuisset stabilita per rem iudicatam; * sed dum super ista redditione rationis pendet lis, adhuc vrget præsumptio, quod præsumitur sibi satisfecisse.

Et ita conclusum &c.

Præsens decisio fuit confirmata die 16. Iunij 1625.

GERVNDEN. DISMEMBRATIONIS.

Lunæ 23. Martij 1623.

ARGVMENTVM.

Sicuti potest Episcopus propter nimiam distantiam Populi ab Ecclesia Parochiali absque aliqua solemnitate ordinare, vt alia ædificetur, & certa portio eiusdem Ecclesiæ Parochialis assegnetur, ita etiam potest ordinare, vt in Cappella posita intra limitas Parochiæ prædictæ inseruiat aliquis Cappellanus cum assignatione certæ portionis.

SVMMARIVM.

1 *Dismembratio regulariter non potest fieri sine solemnitatibus cum sit species alienationis.*

2 *Episcopus propter nimiam distantiam Ecclesiæ Parochialis potest aliam Ecclesiam mandare ædificari, & certam portionem ei assignare.*

Tex. in cap. ad Audientiam il 1. de Eccles. ædif. *quid disponat num.* 2.

3 *Episcopus potest procedere ad ædificationem nouæ Ecclesiæ, & dismembrationem fructuum absque solemnitate propter nimiam distantiam.*

4 *Dismembrationi est locus ob nimiam distantiam ab Ecclesia Parochiali, si aliter prouideri non potest.*

5 *Episcopus ob distantiam populi ab Ecclesia Parochiali potest deuenire ad aliquam prouisionem.*

6 Abb. in cap. ad audientiam il primo num. 12. vers. item de Eccles. ædific. *reprobatur.*

7 *Rector potest habere Cappellam, & ibi tenere Cappellanum ad nutum secundum opinionem* Glossæ *qua tamen reprobatur ab* Abb.

8 *Episcopus potest ordinare, quod vnus ex curatis inseruiat Cappella posita intra fines Parochiæ vi de ibi.*

9 *Decreta prouisionalia facta lite pendente non sunt attendenda.*

10 *Lis debet constare ex actis, vt dicatur probata.*

11 *Decretum seu prouisio non præsumitur præiudicialis, dum à die quo emanauit, non fuit audita reclamatio.*

12 *Decretum dicitur perpetuum, non prouisionale, dum in eo à Iudice fuerunt apposita verba denotantia perpetuitatem.*

Verba perpetuum *denotat tempus sine præfinitione num.* 12.

13 *Capituli consensus non est necessarius in ordinatione, seu prouisione facta ab Episcopo ponendi Cappellanum ob distantiam Ecclesiæ Parochialis.*

DECISIO MCDXXVIII.

Non controuertebatur dismembrationem non posse regulariter fieri sine solemnitatibus,

1 * cum sit species alienationis *Achill. decis. 1. num. 4. de reb. Eccl. non alien.* sed punctus consistebat in eo, an esset locus dispositioni *c. ad audientiam il 1. de Eccl. ædifican.* in

2 quo disponitur, * quod Episcopus propter nimiam distantiam Ecclesiæ Parochialis, potest aliam Ecclesiam mandare ædificari, & certam portionem ei assignari, quod sancitum reperitur in *Concil. Trid. sess. 21. cap. 4. de reform.* quo casu accedente causa, de qua in dicto *textu* Episcopus absque alia solemnitate potest

3 procedere ad ædificationem nouæ Ecclesiæ, & dismembrationem fructuum.

Et propterea in casu, de quo agitur considerabant Domini, quod si alias non fuisset

4 prouisum, locus esset dismembrationi, sed cum de anno 1594. Episcopus in visitatione ordinauerit, quod vnus ex duobus Curatis Ecclesiæ Parochialis resideret in Cappella S.

5 Michaelis sita in Villa de Anglesio, * ibique Sacramenta administraret, satis videretur prouisum, ita vt non esset locus nouæ prouisioni, potuit enim Ordinarius hoc statuere, & videdur iuri consonum iux. not. per *gloss. in c. cum te in verbo pendeat de ætat. & qualit. Abb. in c. ex parte il 2. num. 1. in 1. notab. de rescript.* vbi etiam *Dec. num. 2. Felin. numer. 1. & seqq.*

Neque obstat, quod *Abb. in d. c. ad audientiam il primo num. 12. vers. item adde gloss.* dicat, quod *gloss. in c. cum te* nullo iure probatur,

6 * quia *Abb.* est sibi contrarius in dicto *c. ex parte*, & pro *d. Gloss.* est *Felin.* & *Dec. locis citatis*, tamen quidquid sit de hoc, non facie, quia *Abb.* reprobat *Gloss.* in eo quod *Gloss.* ad-

7 mittit Rectorem posse habere Cappellam, * & ibi tenere Cappellanum ad nutum, qui non est casus noster, in quo fuit actum, quod vnus ex Curatis inseruiret in dicta Cappella,

8 * quod potuit facere Episcopus ex rationibus ponderatis per *Gloss.* & alios *DD.* quæ licet secundum dictum *Abbatis* non applicentur, quando Rector vult habere Cappellanum amouibilem, applicantur tamen bene in casu, de quo agitur.

Minus obstat, quod dicta ordinatio Episcopi fuerit facta pendente lite, & fuerit proui-

9 sionalis, * quod deducitur ex enunciatiua, de qua in dicta ordinatione videlicet *sine præiudicio litis pendentis* quia qualis fuerit ista lis non

10 constat, * & tamen ex actis deberet constare An esset talis, quæ huic ordinationi obstaret *Bart. in l. si forte num. 6. ff. de Castr. pecul.* & quod non esset præiudicialis suadetur, ex quo à die ordinationis Episcopi vsque in præsens

11 nulla fuit audita reclamatio, * & sic cessat, quod ordinatio fuerit prouisionalis imò appa-

12 ret fuisse perpetua, * cum Episcopus in ipsa prouisione vsus fuerit verbo *perpetuum*, quod deno-

denotat tempus sine persinitione *Decius cons. 472. num. 22. lib. 2.*

Neque obstat allegatus defectus consensus Capituli, quia nullibi probatur, quod in hac
13 ordinatione esset necessarius, * nec *Conc. Trident.* hoc præcipit, non agitur enim de his, in quibus ad validitatem ordinationis requiratur consensus Capituli.

Ex quibus conclusum dismembrationem non sustineri, ex quo per ordinationem prædictam Episcopi satis fuerat prouisum &c.

Præsens decisio fuit confirmata coram Merlino decis. 197.

GERVNDEN. FRVCTVVM.

Lunæ 13. Martij 1623.

ARGVMENTVM.

Procurator habens mandatum ad claudendum computa, non potest confiteri se recepisse. Salarium nedum non debetur sequestratario, qui fuit electus à Iudice publica auctoritate, sed etiam nec ei, qui nullum sentit incommodum.

SVMMARIVM.

1 *Procurator habens mandatum ad claudendum computa, non potest confiteri se recepisse.*

2 *Mandatum datum ad confitendum exegisse introitus, & redditus, non continet facultatem exigendi rationes.*

3 *Mandatum procura non potest extendi de vno casu ad casum.*

4 *Sequestratario electo à Iudice publica auctoritate, non debetur salarium.*

5 *Salarium non debetur sequestratario, qui non sensit incommodum, sed potius maximum commodum.*

6 *Sequestratarius, qui nullum sensit incommodum, ita nec debet sentire commodum salarij.*

DECISIO MCDXXIX.

Saluanera Procurator Antonij clausit computa, sibi data à sequestratore per hæc verba *Confiteor, & recognosco vobis Macchaeli sequestratori, quod dedisti mihi bonum, & legale computum, & viridicem, & sinceram rationem dicti sequestri, quibus Computis visis compertum fuit uos recepisse lib. 2480. sol. 17. soluisse verò comprahenso salario vestra administrationis libras 1140. sol. 15. den. 1 t. comprahensis in his lib. 80. per Io. Peferet Affictuarium depositatis in tabula ad creditũ Domini Michaelis, quæ pertinent ad principalem mandatum, residuum verò soluistis &c.*

Stante hac Serie facti fuit resolutum, quoad dd. *libras* 1140. rationem non fuisse sufficienter redditam, quia Saluanera procurator non habebat mandatum ad confitendum, sed so-
1 lum ad claudendum computa, * vndè confitendo se recepisse non sunt sublatæ actiones Antonio contra sequestratarium, quia mandatum huiusmodi non erat sufficiens ad confitendum *l. non obtulit C. de nouat l. 1. §. si mutuum ff. si quid in frand. Patron. l. 2. §. verbis ff. si cert. pet. at. Vbi Bart. in §. in mutui datione num. 6. Ias. in §. Creditum num. 20. vers. concludendo teneas* vbi de communi *Roman. cons. 352. num. 3. & ibi addent. Boer. decis. 281. num. 2. 3. Capic. decis. 16. num. 7.*

Neque est verum, quod censeatur data facultas ad exigendum rationes, quia hæc facul-
2 tas est restricta ad confitendum * exegisse introitus, & redditus Prioratus, quandò verò reddit mandatum ad exigendas rationes à sequestratarijs, non dedit ipsam facultatem ad confitendum, & ideò non potest fieri extensio
3 de vno casu ad alium * *l. fin. ff. de Calumniat. l. inter stipulandũ §. sacram ff. de verb. oblig. l. naturaliter §. nihil commune ff. de acquir. possess. Paris. cons. 101. numer. 38. vol. 1.*

Accedit prædictis, quod dicto sequestratori, nec salarium erat debitum, tum quia fuerat e-
4 lectus à Iudice publica auctoritate * *Bald. in l. si oleum 10. ff. de dol. mal.* tum etiam quia cum nihil aliud egerit, quam recipere pecunias ab Affictuarijs nullum sensit incommodum, sed ma-
5 ximum commodum, * & propterea salarium non debeatur *l. si remunerandi 6. ff. mandat. Andr. Claudius de iur. sequestr.* quod si sequestratarius est
6 nudus Minister sicut nullum sensit incõmodum* ità nec debet sentire commodum *Ioseph. Ludon. dec. Lucen. 81. num. 12.*

Et ità resolutum vna tantum parte informã te, & recessum quoad istam summam à *decisione facta 1. Iulij 1619. &c.*

Præsens decisio fuit reuocata die 6. Nouembris 1624.

FIRMANA ALTARIS S. LVDOVICI.

Veneris 17. Martij 1623.

ARGVMENTVM.

Auditor Rotæ in causa beneficiali coram eo pendente quam auctoritatem habeat. Gratia obtenta lite pendente cum tali casu non liceat Principi supplicare, ideoque est nulla, & quid si sit facta mentio litis, & stante tali mentione, an absque vitio attentatorum gratia obtenta possit executioni demandari; & plura habes, quandò subrogatus gratiosè capiendo possessionem beneficij attentet, & quandò non.

SVMMARIVM.

1 *In beneficialibus in principio censetur deductum omne ius, non solum competens, sed etiam competiturum & num. 20.*

2 *Causa quandò in Rota fuit introducta, non est adeundus alius Iudex & num.19.*

3 *Auditor Rotæ in causa beneficiali coram eo pendente, quam iurisdictionem habeat, & num.4*

5 *Gratia obtenta lite pendente valet, dum mentio litis est facta.*

Principi non licet supplicari lite pendente num.5.

6 *Gratia obtenta lite pendente, facta litis mentione licet valeat, non tamen potest ea executioni demandari absque vitio attentatorum.*

7 *Possessio potest capi lite pendente vigore subrogationis gratiosæ absque vitio attentatorum.*

8 *Subrogatio gratiosa tollit omne impedimentum quoad capiendam possessionem, cum possessio defuncti censeatur continuata in subrogatum.*

9 *Possessio defuncti non potest dici continuata in successorem, si ante actualem apprahensionem fuerit ea occupata à tertio.*

10 *Subrogatio gratiosa non operatur effectum ante actualem apprahensionem.*

11 *Subrogatus gratiose, intelligitur subrogatus quoad possessionem iuris, & non facti, quæ requirit actualem apprahensionem.*

12 *Possessio subrogati gratiosè appellatur ciuilissima, quæ est ad instar possessionis hæredis, in quem vigore statuti continuatur possessio defuncti.*

13 *Et illius effectus tantundem est, vt si defunctus fuerit turbatus in possessione, hæres possit intentare interdictum retinendæ aduersus turbatorem.*

14 *In hæredem licet vigore statuti continuetur possessio defuncti, tamen si alius eam capiat antè aditam hæreditatem, an hæredi competat interdictum retinendæ.*

15 *Subrogationis gratiosæ effectus cessat, dum tertius antè actualem apprahensionem possessionis subrogati, ipse ceperit possessionem.*

16 *Subrogatio gratiosa tunc operatur suum effectum, quandò subrogatus propria auctoritate ceperit possessionem vacantem, quod non procedit, quando est plena.*

17 *Subrogatus gratiosè non potest amplius capere possessionem vacantem propria auctoritate, quando iam adiuit Iudicem.*

18 *Subrogatus gratiose licet capiens possessionem propria auctoritate non attentet tamen secus est si id faciat postquam adiuit Iudicem.*

21 *Beneficij prouisio facta ab Ordinario lite pendente, inualida est.*

22 *Et ideo executor Apostolicus potest procedere contrà eum, etiam non citatum.*

23 Rota decis.17. de testit. spoliat. in antiq. *quandò habeat locum.*

24 *Lis quando est finita, non potest dici, quod aliquid fuerit factum lite pendente, & sic nullum sit.*

25 Cap.2. vt lit. pendent. in 6. *continet decretum irritans.*

26 *Decretum irritans, dum non est iustificatum non tollit insistentiam facti.*

27 *De beneficio prouisus ab Ordinario lite pendente, quandò nihilominus veniat citandus si alius immittendus sit in possessionem.*

28 *Possessor est citandus, licet habeat contrà se decretum irritans, si clarum, ac apertum non sit, quod illud intret.*

DECISIO MCDXXX.

POssidente Antonio Francisco beneficium, de quo agitur, Riccardus vigore subrogationis gratiosæ, etiam quoad possessionem in iuribus Coriolani defuncti non citato Antonio Francisco obtinuit per A. C. executorem datum in dicta gratia procedi ad illius executionem; Vndè dubitaui, an constaret de attentatis, & affirmatiuè fuit resolutum, quia cum ab initio Riccardus commiserit causam contra Coriolanum, post cuius obitum cum fuerit in causa Antonius Franciscus, non potuit Riccardus adire A. C. pro executione illius gra-
1 tiæ, * quia cum in beneficialibus censeatur deductum omne ius ab initio, nec solum id, quod competebat de tempore commissionis, sed etiam quod competere poterat post commissionem *Aegid. decis. 661. incipiente si ex gratia Put. decis. 79. num, 1. lib. 1. Rot. decis. 217. num. 3. lib.2. par. 3.* Propterea Riccardus censetur deduxisse etiam istam gratiam, de qua in
2 Rota cognosci debuerat, * itaut Executor in illa datus non potuerit absque vitio attentatorum ad illius executionem procedere, Auditor
3 enim Rotæ deputatus in causa * vigore *clem. Auditor de rescript.* poterat purificare gratiam,
4 de qua agitur coram eo * *Vitalin. in d. clem. Auditor num. 49. Aegid. decis. 666. incipien. Auditor deputatus*, & pluries Rota reuocauit similes executiones, tanquam attentatas vt in causa *Salamantina portionis 23. Iunij 1586. coram Bubalo*, & in causa *Aquilana Beneficij 1. Iulij 1588. coram Orano*, in qua dicitur, quod licet
5 mentio litis operetur, * quod gratia substineatur, ea non obstante cum lite pendente non liceat Principi supplicare *Franc. in cap. vt debitus num. 34. de appellat. Aegid. decis. 46. Cassad. decis. 18. num. 6. de præben.* non tamen operatur, quod ea pendente absque vitio attenta-
6 torum * possit procedi ad executionem propter prædicta, & per istas rationes fuit ita resolutum in causa *Pientina Beneficij 26. Iunij 1609. coram me, & in causa Terdonen. Iurispatronatus 13. Maij coram R. P. D. meo Pamphilio.*

Non obstat, quod vigore subrogationis gratiosæ, & quoad possessionem potest capi posses-
7 sio, * etiam lite pendente absq; vitio attentatorũ, quia possessio censetur continuata, & gratiosa
8 subrogatio tollit omnia impedimenta, * prout si possessio fuisset in subrogato à possessore continuata *Mohad. decis. 11. vt lit. pendent. dec. 208. lib. 1. in nou. Lancell. de attent. lit. pend. lib. 2. cap. 4. num. 339. & seqq. in præfat. Mandos. super regula de subrogan. q. 8. per totam*, & fuit dictum in causa *Parmen. Beneficij S. Nicolai de Tolentino 21. Aprilis 1589. coram bo. me. Penia.* Nam huic motiuo dupliciter fuit responsum; primo quod cum ante actualem apprehænsio-
9 nem Riccardi * Antonius Franciscus cœpisset naturalem, cessauit effectus continuationis possessionis, cum possessio fuisset ab alio occupata *Ruin cons. 27. num. 6. lib. 5. Paris. cons. 1. num. 288. lib. 1.* & fuit resolutum in causa *Lusitane Maiusculatus 27. Aprilis 1537. coram Orano*, & ra-

& ratio est, quia licet subrogatio gratiosa sit
10 pura, * & operetur effectum continuationis in
subrogatum, vt per *DD.* in obiecto allegatos,
tamen non operatur ante apprehensionem sub-
11 rogato, * quia subrogatus quoad facultatem
apprehendẽdi, vel intelligitur subrogatus quo
ad possessionem iuris non facti, quæ requirit
apprehensionem *Sarnens. in reg. de trien. q. 14.*
num. 8. in fin. vers. nec obstat quod sit subrogatus,
& num. 10. in fin. Mohed. decis. 21. de restit.
spoliat. in fin. Verall. decis. 231. par. 3. Cott. dec.
189. Gonzal. ad reg. 8. in proem. §. 3. num. 93.
& 94. & gloss. 34. num. 110. & fuit dictum in
allegata *Lucana Mansuetulatus*, & ista possessio
12 subrogati appellatur ciuilissima, * quæ est ad
instar possessionis hæredis, in quem vigore
statuti continuatur possessio defuncti, sed il-
lius effectus est tantummdo, vt si defunctus
fuit turbatus in possessione hæres possit inten-
13 tare interdictum retinendæ * aduersus turba-
torem vt post *Io. Fab. in §. retinendæ numer. 9.*
Instit. de interdict. tradit *Guidop. q. 552. num. 3.*
cum alijs per *Menoch. de retinen. remed. 3. nu. 59.*

Nam alio post mortem defuncti ingresso
possessionem naturalem ante aditam hæredita-
14 tem per hæredem * interuertitur illa ciuilis-
sima possessio, adeò quod hæredi non com-
petat interdictum retinendæ *Gabr. de acq. poss.*
concl. vlt. numer. 18. & fuit late deductum in
causa *Pampilonen. parochialis 20. Iunij 1612.*
coram R. p. d. meo Vblado, & propterea ex prædi-
ctis cum fuerit possessio capta ab Antonio
Francisco ante actualem apprehensionem Ric-
cardi, cessat effectus continuationis posses-
15 sionis * Riccardi vigore subrogationis gra-
tiosæ.

Secunda fuit data responsio, quod prædicta
procedant, quando quis propria auctoritate
16 vigore subrogationis gratiosæ * capit posses-
sionem vacantem, si vero possessio est plena,
secus dicendum est per supradicta, immo nec
postquam Iudicem audinit, potest amplius pro-
pria auctoritate capere possessionem vacan-
17 tem, * quia sibi præiudicauit adeundo Iudi-
cem, vt fuit resolutum in causa *Tirasonen. Ca-*
nonicatus 9. Iunij 1550. *coram bo. me. Acchille de*
Grassis, & testatur *Mandos. in reg. de subrog. q. 8.*
vbi dicit, quod licet capiens possessionem vi-
18 gore subrogationis gratiosæ non attentet, *
secus tamen est, si postquam adiuit Iudicem
proptia auctoritate capiat possessionem, vt in
dicta causa *Pampilonen. Parochialis coram R. P.*
D. meo Vbaldo, & propterea ad effugienda at-
19 tentata, debebat adire Rotam, * non autem
A.C. cum lis penderet in Rota, in qua cense-
20 batur deductum omne ius competens, * &
competiturum, vt supra dictum est.

Non obstat, quod Antonius Franciscus
21 fuerit prouisus lite pendente ab Ordinario *
contra *tex. in cap. 2. vt lit. pend. in 6.* & ideò
executor poterit procedere contra illum non
22 citatum * *Rota decis. 17. de restit. spoliat. in an-*
tiq. quæ duplicatur apud *Bisignet. decis. 4. eod. tit.*
& procedit, quando lis pendebat in petitorio,
quo suspenso fuit lata sententia in possesso-
23 rio, * vt ponderando verba in principio *deci-*
sionis ibi *contra quem de beneficio litigabatur*, dicit
Cassad. decis. 4. ante medium vers. nec refragatur,
vt lit. pend. Nam fuit responsum, obiectum ces-
sare, quia cum lis esset facta contra Riccar-
24 dum, * ex quo Coriolanus reportauerat ad
sui fauorem rem iudicatam, vt fuit resolutum
6. Iunij. 1611. coram Reuerendissimo Lugdunen.
merito non erant amplius ligatæ manus Ordi-
narij: Et cessat omnis difficultas, quia *decisio*
25 prædicta fundatur * in decreto irritanti, quod
habetur in dicto *cap. 2.* quod cum hodie non
sit iustificatum propter exceptionem rei iudi-
26 catæ, * interim non tollit insistentiam facti, vt
fuit resolutum in causa *Tudertina Assigna 18.*
Iunij 1627. coram me, & propterea bene An-
tonius Franciscus potest dare de attentatis.

Placet etiam aliud motiuum *decisionis*, quod
possessio Riccardi fuit nulla tanquam capta
27 non citato Antonio Francisco, * qui licet si
fuisset prouisus ab Ordinario lite pendente non
debuisset citari vt *dict. decis. 17. de restit. spo-*
liat. in antiquis, tamen secus est in casu isto,
quia aut eius possessio est indubitata, cum fue-
rit prouisus post rem indicatam, aut materia
est turbida, & decretum irritans, de quo in
dicto *cap. 2.* cum non sit iustificatum, non tol-
28 lit insistentiam facti, vt dictum est, & vtroque
casu intrat conclusio, quod possessor est ci-
tandus *Aym. cons. 255. num. 5. cum allegatis in*
alijs decisionibus.

Er ita &c.

CAESARAVGVSTANA ELECTIONIS

Lunæ 20. Martij 1623.

ARGVMENTVM.

In electionibus non est habenda ratio eorum, qui noluerunt votare, vel qui recesserunt à loco. In electionibus quanta sit vox Prælati, & quanta Capituli, adhoc vt actus electionis substineatur.

SVMMARIVM.

1 *Prior B.* Mariæ de Pilari Cæsaraugustæ *potest procedere ad electionem aliorum Canonicorum cum consensu maioris partis Capituli.*

2 *Votum eius qui noluit votare in electione non est habendum in consideratione in computatione eligentium, & num. 12.*

Electio facta absque voto eius, qui noluit votare valet num. 2.

3 *Electio facta absque voto eius qui recessit à loco vbi facienda erat electio valida est.*

4 *Electio generalis Canonici Regularis spectat ad Prælatum, & Capitulum simul, itaut singuli Canonici habeant suffragium in voce.*

5 *Vox Prælatij qui interuenit tanquam talis tanta est, quanta totius Capituli, & tunc ad electionem Canonici requiritur nedum vox Prælati, sed*

etiam

etiam maioris partis Capituli & num. 8. declara num. 15.

6 *Si verò interueniat vti Canonicus eius votum debet computari pro vno tantum vid. num. 15.*

7 *Quando electio spectat ad solum Prælatum, itaut singuli Canonici suffragium non habeant vel vocem, requiritur tamen consensus maioris partis Capituli.*

9 *In electionibus sufficit, quod interueniat maior pars eligentium.*

10 *Capituli maior pars intelligitur habito respectu ad totum Capitulum.*

11 Cap. cum Ecclesia vestra 48. de elect. *habet locum etiam in electionibus, in quibus non est seruanda forma* cap. quia propter de elect.

12 *In electionibus vota solumodò eorum, qui voluerunt votare sunt computanda, non autem eorum qui noluerunt votare & num. 2.*

13 *In electionibus, quando neque Capitulum, neque maior pars dissentit non est locus præfixioni temporis.*

14 *Monacos recipere de iure communi spectat ad Abbatem, & Conuentum vel ad Conuentum.*

15 Hostien. in cap. postulasti de concess. præbend. *declaratur.*

In electionibus quod tanta est vox Episcopi, vel alterius Prælati, quanta totius Capituli habet locum, quando de iure speciali electio spectat ad Episcopum, & Capitulum simul; secùs autem quando de iure communi spectat ad Prælatum & Capitulum, quia tunc vox Prælati computatur pro vna voce num. 15.

16 *Testibus in alia causa examinatis concurrentibus alijs adminiculis veritas elicitur.*

17 *Appellatio extraiudicialis non suspendit consecutiua ad actum de præterito, nisi Iudex Superior cœperit cognoscere.*

DECISIO MCDXXXI.

IN Ecclesia Regulari B. Mariæ de Pilari adsunt septem Canonici, quorum vnus singulo
triennio creatur Prior, & cum tunc Prior pro-
ponitur deueniendum esse ad electionem alio-
rum duorum Canonicorum, * & vndecim fue-
1 runt nominati, cum Prior posset procedere ad
huiusmodi electionem consensu maioris partis
Capituli, vt in *Bulla Benedicti* 12. §. 3. quæ est
6. in nou. Bullar. nec est locus præfixioni mensis,
cum maior pars consentiret, vt in *d.* §. 3. dispo-
nitur, dubitaui, An electio esset valida, & affir-
matiuè fuit resolutum, & pro resolutione duo
fuerunt prænotata, alterum quod cum ex sep-
2 tem Canonicis tres noluerunt votare * de eo-
rum votis non est habenda ratio in computa-
tione numeri Capituli, prout dicitur de illo,
3 qui recedit à loco, vbi est facienda electio*
c. cum Nobis de elect. vbi *Abb. num. 3.* & per
eamdem rationem id est de eo, qui noluit vo-
tare *Gloss. in clem. quod circa in verbo quo in facto
ante fin. vers. in his etiam* vbi *Vital. num. 29. vers.
aut fuerunt vocati Nauar. cons. 7. nu. 1. de elect.
in nou. Rocchiquell. qq. regular. tom. 2. quæst. 52.
art. 13. Mirand. in Manual. Prælat. Regul. par. 2.
quæst. 21. vers. 20.* Alterum verò quod duo sint
modi eligendi istos Canonicos Regulares, Prio-
ris generalis electio spectat ad Prælatum, & Ca-
pitulum simul, * itaut singuli Canonici habeant
4 suffragium in voce, & hoc etiam potest contin-
gere dupliciter, vt scilicet si Prælatus interue-
niat tanquam talis * vt tanta sit vox ipsius,
5 quanta totius Capituli, & ideò ad electionem
requiritur nedum vox Prælati, sed etiam ma-
6 ioris partis Capituli, si verò interueniat vti
Canonicus, * eius votum debet computari pro
vno tantum, vt per *Abb.* post *Hostien. in c. postu-
lastis num. 14. de concess. præbend.* Secundus verò
7 modus eligendi istos Canonicos est, quando ad
solum Prælatum spectat electio, * itaut singuli
Canonici suffragium non habeant, vel vocem,
requiritur tamen consensus maioris partis Ca-
pituli, & de hoc habetur in Bulla *Benedicti Sexti
in nou. Bull. in* §. 3. quam etiam refert *Io. Trur.
de Canon. regular. lib. 1. c. 15. vbi num. 3.* colli-
gitur ex dicta Bulla istos duos modos eligendi.

Ex illis duobus prænotatis resultat resolu-
tio validitatis electionis, quia cum votantes
fuerint quatuor, & omnes pro electione vota-
uerint, & electio fuit valida, nam aut Prior vo-
tat tanquam Prælatus, * & tanta est vox ipsius
8 quanta totius Capituli, & electio substinetur, cū
habuerit maiorem partem Capituli cum suo
voto connumerato, vt patet ex supra deductis
ex *Abbate*; aut votat tanquam Canonicus, &
pariter habet intentum, quia in istis electioni-
9 bus sufficit maior pars * *Gloss. in cap. sicut in
verb. formam de elect. in 6. Abb. in c. quia propo-
nitur nu. 9. in fin. de elect. Franciscus Marc. q. 922.
num. 1.* aut ipse Prior eligit cum consensu, &
pariter habet maximam partem consensus Ca-
pituli; & quamuis maior pars intelligatur ha-
bito respectu ad totum Capitulum, non autem
10 respectu numeri * vt in *c. cum Ecclesia vestra* 48.
de elect. cuius dispositio habet etiam locum in
electionibus, in quibus non est seruanda for-
11 ma * *c. quia propter* vt notat ibidem *Abb. n. 4.
per tot.* tamen cum vota illorum, qui renuerūt
12 votare, non sint computanda, * vt supra dictum
est, sequitur, quod sit habenda ratio solum
Canonicorum, qui voluerunt dare votum, &
vltra *DD.* supra allegatos ita fuit resolutum in
causa *Tridentina Canonicatus* 15. *Decemb.* 1603.
coram Illustriss. Millino, & propterea cum ne-
que Capitulum, neque maior pars dissentiret
13 electioni, non erat locus præfixioni mensis, *
vt dicitur *in* §. 3. *Constitutionis Benedicti XII.*
supra allegat.

Sed veritas est, quod cum de iure communi
recipere Monacos spectet ad Abbatem, & Con-
14 uentum, * vel ad Collegium per *textum in cap.
vlt. in fin. 16. quæst. vlt. Oldrad. cons. 97. num. 1.
vers. sed contrarium Lap. alleg. 31. num. 1. cum ibi
cumulatis in addit.* & propterea non potest dici,
quod tanta sit vox Prioris, quanta totius Ca-
15 pituli, quia opinio *Hostien. in d. cap. postulastis* *
quod tanta sit vox Episcopi, vel alterius Præ-
lati, quanta totius Capituli habet locum, quā-
do de iure speciali ius eligendi spectat ad Epi-
scopum, & Capitulum simul, vel ad Prælatum,
& Capitulum; secus autem quando de iure cō-
muni electio spectat ad Prælatum, & Capitulū,
quia tunc vox Prælati computatur pro vna vo-

ce

ce *Collectar. in d. cap. postulastis num. 5. & 2. in fin.* vbi quod opinio *Hostien* posset habere locum, quando pro Episcopo adest consuetudo *Cald. ante num. 33. ad decretal.* vbi quod opinio *Hostien.* posset habere locum, ;quando Episcopo vox competeret *Abb. num. 14. Imo. num. 15. vers. quod tamen an sit vera Ancbar. num. 9. vers. contrarium determinat ipse Cardinalis num. 15. Io. Andr. num. 10.* & latissimè *in c. penult. de appell. in 6. Faderic. de Senis cons. 1. num. 7. & seqq. vsque in fin. Abb. cons. 37. num. 2. in fin. & num. 3. par. 2.* & fuit resolutum in causa *Placentina voti 26. Aprilis* 1599. *& 6. Nouembris* 1600. *& 17. Decembris* 1604. *coram bo. me. Penia*, in prædictis enim *decisionibus* fuit votum, quod tanta erat vox Episcopi, quanta totius Capituli, ex quo, & Statuto fundamentali, & sic de iure speciali Episcopus interueniebat in Capitulo: Et prædictis adstipulatur Statutum Ecclesiæ, & testes, qui licet sint in alia causa examinati ne-
16 gari tamen non potest, * quin ex omnibus simul iunctis veritas eliciatur.

Non obstat, quod Canonici, qui renuerunt dare votum appellarunt, quia appellatio extraiudicialis non suspendit consecutiua ad actum
17 de præterito, * nisi Iudea superior cæperit cognoscere *Franc. in c. bono num. 32. de appell. Innoc. in cap. constitutis il 2. num. 4. Imol. num. 14. vers. & hac dicit de appell.* & fuit resolutum in causa *Leodien. Abbatissatus 21. Maij 1606. coram Illustriss. Sacrato, & coram me in causa Cæsaraugustana portionis 3 Iulii.*

Et ita resolutum, &c.

Præsens decisio fuit confirmata coram Buratt. decis. 809.

ROMANA DEPOSITI.

Veneris 24. Martij 1623.

ARGVMENTVM.

Obligatio facta à creditore de tenendo in depositum bona debitoris, & de illa consignando ad omne mandatum Iudicis N. tanquam creditori si appareat non constare de istius credito tanquam ex falsa causa corruit.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio facta ex falsa causa corruit.*

2 *Causa obligationis præsumitur vera, nisi contrarium probetur.*

3 *Soluens non potest se reualere contra eum qui non est obligatus, & pro quo vtile negotium non gessit.*

4 *Obligatio de tenendo in depositum bona debitoris, & de illa consignando ad omne mandatum Iudicis N. tanquam creditori communis debitoris, si appareat non constare de credito eiusdem concreditoris, tanquam ex falsa causa corruit.*

DECISIO MCDXXXII.

De anno 1617. Paulus Brillus tanquam creditor Pauli Blodij exequi fecit mandatum super eius vinea possessa à d. Blodio sub proprietate tamen Capituli S. Petri, ac idem Brillus se obligauit in depositum tenere vinũ ex eadem vinea colligendum, & illud Io. Firmo tanquam creditori Blodij consignare ad omne mandatum Reuerendissimi Vicarij dicti Capituli; vnde cum obligatio Brilli sit clara, punctus difficultatis consistit in eo, an Brillus probet non constare de credito Io. Firmi, itaut dicatur obligatus ex falsa causa, & propte-
1 reà, quod eius obligatio corruat, * quia alias præsumitur pro veritate causæ, nisi contrariũ
2 probetur * vt fuit dictum in causa *Romana Census de Prouanis 8. Aprilis 1598. coram Orano.*

Creditum Ioannis Firmi ex eo deduci potest, quia cum Blodius locasset vineam cuidam Thomæ cum obligatione soluendi canonem Capitulo Sancti Petri, idem Thomas dedit prædictam vineam ad colendum eidem Paulo, & Sancti de Colle pacto adiecto, quod idem Thomas teneretur soluere canones, & cum Thomas fuisset ad instantiam Capituli inhibitus, ne vindemias faceret, cum idem Ioannes Firmus se obligasset de tenendo vinum in depositum, ac illud consignare, fuit moderata inhibitio, ac denique cum Ioannes Firmus soluerit scut. 83. Capitulo Sancti Petri ex hoc deducitur creditum Ioannis Firmi.

Sed huiusmodi creditum censuerunt Domini non suffragari Ioanni Firmo, quia fructus, super quibus fuit facta exequutio ad instantiã Pauli Brilli non spectabant ad Thomam, cum iam esset finita locatio, sed spectabant ad Paulum Blodium Dominum vineæ, nec super illis fructibus aliquo modo poterat se reualere Ioã-
3 nes Firmus, quia nihil egit in prima obligatione cum Paulo Blodio, nec quoad illum vtile negocium gessit, cum Blodius locasset vineam Thomæ cum obligatione soluendi canones Reuerendissimo Capitulo S. Petri, nec ex eo etiam gessit negocium vtile, ex quo Thomas dederat ad colendum vineam eidem Blodio, & Sancti de Colle, quia nihilominùs idem Thomas etiam in isto contractu se obligauit soluere Canones Capitulo.

Ex quibus cum constet de falsitate causæ ob-
4 ligationis * Pauli Brilli, fuit resolutum vna tantum parte informante sententiam Rotalem esse confirmandam, quia nihil contra eiusdem sententiæ validitatem opponitur.

Præsens decisio fuit reuocata die 27. Nouembris 1623.

LEODIEN. CANONICATVS SANCTI DIONISII.

Lunæ 27. Martij 1623.

AR-

ARGVMENTVM.

Prouisus ab Ordinario non tenetur iustificare validitatem suæ gratiæ, cum prouisio dicatur facta motu proprio. Per resignationem, quæ non habuit effectum, non fuit abdicatum ius à resignante. Beneficium quando dicatur vacare per resignationem, & quando per obitum.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius prouidet motu proprio Ecclesijs, & non Personis. Ampl. num.3.*

2 *Prouisus ab Ordinario nihil tenetur iustificare ad validitatem suæ gratiæ.*

3 *Ordinarius prouidens vigore indulti adhuc dicitur prouidere motu proprio.*

4 *Ordinarius tenetur visitare suam Diæcesim.*
Ordinarius habet cognitionem suorum Cleritorum num.4.

5 *Gratia prouisionis beneficij alias resignati concessa in* forma dignum, *& cum clausula* dummodò resignans haberet vndè se substentare valeat *non substinetur, si constet resignatariū esse penitus illiteratum, & resignantem non habuisse vnde se valeret substentare.*

6 *Testibus non testimonijs est credendum.*

7 *Per resignationem non sortitam, effectum non abdicatur ius à resignante & num. 14.*

8 *Resignans si moritur post viginti dies, vel etiam intra viginti, si fuit derogatum* Regul. de 20. *tunc Beneficium censetur vacare per resignationem, dum resignatarius est idoneus, & gratia potest iustificari.*

9 *Beneficium resignatum vacat per obitum, quando resignatarius non est idoneus, nec gratia potest iustificari, quia nunquam censetur abdicatū ius à resignante.*
Decisio in Burgen. Canonicatus 28. Aprilis 1597. coram Cardinale Pamphilio *in quibus terminis loquatur num.8.*

10 *Beneficium per resignationem factam in Curia remanet affectum.*

11 *Limita quando resignatio est ad fauorem, & non substinetur.*
Resignatio quando est facta ad fauorem, & non substinetur, si interim resignans moriatur, tunc beneficium censetur vacare per obitum num. 11.

12 *Resignatarius si non est idoneus, non potest resignās redire ad beneficium, sed remanebit vacans per resignationem, ex quo resignans sciebat, vel scire debebat sufficientiam resignatarij, dummodò non probet adhibuisse omnem diligentiam.*

13 Garz. de benef. par. 11. cap. 3. num. 38. *reprobatur.*

15 *Resignatio facta ad fauorem censetur conditionalis & ius remanet in pendenti penes resignatarium.*

16 *Resignatio facta postquam alteri fuit ius quæsitum non subsistit.*

DECISIO MCDXXXIII.

FVit resolutum, Nicolao esse adiudicandum
Canonicatum, quia cum fuerit prouisus ab
Ordinario, qui prouidet motu proprio Eccle-
1 sijs, * & non personis nihil tenetur iustificare
2 ad validitatem suæ Gratiæ, * *Card. in Clem. 2.
num. 13. de off. ordin. Sylua de benef. par. 3. q.
25. Felin. in c. ad aures num. 15. de rescript.
Rota decis. 190 num. 1. par. 2. in recent.* Ne-
que obstat, quod Ordinarius prouidit vigore
Indulti, quia nihilominus non desinit proui-
3 dere motu proprio * *Put. decis. 395. num. 2.
lib. 3 in nouis*, quia quando Ordinarius proui-
det vigore Indulti militat eadem ratio, quod
prouidet Ecclesijs, & non personis, quia cum
4 teneatur visitare suam Diocesim, * & habeat
cognitionem suorum Clericorum dum proui-
det, prouidet quidem motu proprio Ecclesiis,
& non personis, cum sit bene informatus, vt *per
DD. supra citatos*; Neque obstat, quod bene-
ficium fuerat per prius resignatum, quia gra-
5 tia fuit concessa *in forma dignum* * & cum clau-
sula *dummodo resignans haberet vnde se substenta-
re valeret*, & tamen ex testibus examinatis cō-
stat, resignatarium esse penitus illiteratum,
& resignantem non habuisse vnde se valeret
substentare, & quamuis detur fides in contra-
rium, nihilominus illa non est in actis, & te-
6 stibus non testimonijs est credendum, *
& propterea sequitur, quod cum resignatio
7 non habuerit effectum, * non fuerit abdica-
tum ius à resignante *Put. decis. 158. lib. 3. Achil.
decis. 3. num. 1. super reg. de valore. Rota decis.
417. par. 1. diuers.* Neque prædictis resistit *de-
cisio in causa Burgen. Canonicatus 28. Aprilis*
1597. *coram bo. me. Card. Pamphilio*, quia distin-
guendum est, quod aut resignans moritur post
8 20. dies, vel etiam intrà 20. * si fuit deroga-
tum *Regula* de 20. & tunc beneficium censetur
vacare per resignationem, si tamen Resigna-
tarius est idoneus, & gratia potest iustificari,
& in istis terminis loquitur *decisio bo. me. Card.
Pamphilij*, aut verò Resignatarius non est ido-
9 neus, * nec gratia potest iustificari, & benefi-
cium resignatum vacat per obitum, quia nū-
quam censetur abdicatum ius à resignante,
cum resignatio non sortiatur effectum ad fa-
uorem Resignatarii, vt patet ex prædictis, &
in istis terminis resolutum in causa *Barchino-
nen. Parochialis de Corneliano 24. Martij 1572.
coram bo. m. Card. Lancellotto Seniore*: Minus
facit, quod Canonicatus remaneat affectus ex
10 resignatione facta in Curia * *Rota decisione 2.
de præb. in 6.* latè *Simonett. de reseruat. q. 28.
num. 1. & seqq.* quia hæc conclusio non proce-
dit, quando resignatio est ad fauorem, & re-
11 signario non substinetur, * & interim resi-
gnans moriatur, quia isto casu beneficium cen-
setur vacare per obitum *Achill. decis. 14. de
restitut. spoliat. Rot. dec. 419. par. 1. & post Pa-
ris. Lancellott. & Gonzal.* dicit *Garz. de benef.
part. 5. cap. 1. numer. 156. & seqq.* & fuit reso-
lutum in alia *Leodien. Canonicatus 28. Iunij 1621.
coram R. P. D. meo Remboldo*. Nec prædictis
resistit *Garz. de benef. par. 11. cap. 3. num. 38.*

vbi

vbi conatur probare, quod si resignatarius non est idoneus non potest resignans redire ad beneficium, sed remanebit vacans per resigna-
12 tionem, * ex quo resignans sciebat, vel scire debebat sufficientiam resignatarij, & hoc nisi probet adhibuisse debitas diligentias; Nam fuit responsum, hanc conclusionem *Garziæ* de-
13 struere illam conclusionem, * quod nunquam
14 abdicatur ius à resignante, * nisi resignatio habuerit effectum, quia resignatio censetur
15 conditionalis, & ius remanet in pendenti, * pænes resignatarium *Achil. decis.* 10. *num.* 1. *&* 4. *de restitut. spoliat. Rota decis.* 4. *num.* 1. *de rer. permutat. in antiq.* & in puncto est prædicta *decisio in Barchinonen. Parochialis coram Cardinale Lancellotto Seniore*; Neque tandem releuat, quod Resignatarius resignauerit ad fauorem
16 alterius, quia ista resignatio non subsistit, * cum fuerit facta post prouisionem Nicolai, & sic postquàm illi fuit ius acquisitum. Ex quibus resolutum, Nicolao esse adiudicandum Canonicatum &c.

Præsens decisio conditionaliter fuit confirmata die 3. *Iulij sequentis &* 17. *Maij* 1624. *coram eodem bo. me. Coccino & die* 25. *Maij* 1626. *ac* 9. *Iunij* 1628. *coram bo. me. Pirouano.*

NARNIEN. CONFINIVM.

Veneris 31. *Martij* 1623.

ARGVMENTVM.

Dum aduersus concordiam Apostolica auctoritate confirmatam cum clausula *sublata & decreto irritanti* Papa in Signatura Gratiæ rescribit *de aperitione Oris arbitrio Rotæ*, tunc debet concludenter constare de læsione vltra dimidiam habito respectu ad dubium litis euentum ad hoc vt intret arbitrium.

SVMMARIVM.

1 *Pontifex aduersus clausulam* sublata *&* decretum irritans *in signatura Gratiæ solet rescribere* de aperitione Oris arbitrio Rotæ.
2 *Oris aperitio non conceditur sine iusta causa.*
3 *In concordia à Papa confirmata cum clausula* sublata *&* decreto irritanti *non solum consideratur quid datum, quidue receptum, sed dubius litis euentus ad effectum aperitionis oris, & num.* 11.
4 *Oris aperitio aduersus clausulam* sublata, *vt concedatur maior læsio requiritur, quam in alijs.*
5 *Et ad hunc effectum debent ad minus dari tales probationes, quæ inducant animum Iudicis, vt possit suspicari, habita ratione ad dubium litis euentum, adesse læsionem vltra dimidiam, & non in modico.*
6 *Ad transactionem rescindendam requiruntur concludentes probationes læsionis vltra dimidiam & non in modico.*
7 *Clausula* arbitrio Rotæ *apposita in rescripto multum remittit de rigore.*
8 *Læsionis lenior probatio debet admitti quando agitur de sola audientia, & ad detegendam petitionem aperationis oris aduersus transactionem non esse calumniosam.*
9 Odd. de restit. in integr. *quæst.* 36. *num.* 72. *&* 73. *in quibus terminis loquatur.*
Pro restitutione in integrum obtinenda aduersus rem iudicatam iustitia solum negocij principalis est ponderanda num. 9.
10 *Pro restitutione in integrum aduersus transactionem debet considerari iustitia negotij principalis, & dubius litis euentus.*
12 *Confirmatio Principis non debet sine magna causa in dubium reuocari.*
13 *Lites sopitæ non debent denuò suscitari maximè in præiudicium pauperum, & miserabilium personarũ.*
In Communitatibus pauperes, & miserabiles personæ continentur num. 13.
14 *Clausula* arbitrio *apposita in rescripto circa aperitionem oris aduersus concordiam confirmatam à Papa parum operatur.*
15 *Possessio non excluditur ex quo quis petit cumulationem petitorij cum possessorio.*
16 *Terra* Collíscipionis *alias erat de ditione Ciuitatis* Narniæ *& fuit dismembrata nulla assignata parte Territorij.*
17 *Transactionem confirmatam à Papa cum clausula* sublata & decreto irritanti *impugnans ex capite læsionis duriori probatione grauatur.*
18 *Læsio vt suffragetur ad impugnandam transactionem debet probari interuenisse de tempore transactionis, non ex post.*

DECISIO MCDXXXIV.

Post latam sententiam contra Colliscipionenses, introducta causa in Rota mediante interuentu trium eiusdem Rotæ Auditorum fuit concordata, & actum, quod in loco controuerso Ciuitas Narnien. iurisdictionem exerceat, & habeat ius pascendi, illudque vendendi, & è conuerso, quod Colliscipionenses habentes prædia in dicto loco controuerso possent pascere eorum propria animalia in terris proprijs, & quod essent exempti à collectis & gabellis impositis, & imponendis à dicta Ciuitate Narnien., eorumque fructus inde possent extrahere, & quod Officialis dictæ Terræ Colliscipionis cognosceret causas damnorum datorum in dicto loco inter ipsos Colliscipionenses tantum, quam concordiam S. M. Paulus V. confirmauit cum extinctione litis, clausula *Sublata & decreto irritante.* Feliciter assumpto ad Summi Apostolatus apicem S. D. N. Gregorio XV. Colliscipionenses recursum habuerunt ad Signaturam Gratiæ petendo oris aperitionem aduersus dd. clausulas, & placuit eidem Sanctissimo rescribere *de aperitione*
1 *oris tantum arbitrio Rotæ*, * quod aliquando facere consueuerunt Summi Pontifices, vt aduertit *Modern. glossat. reg.* 8. *gloss.* 66. *num.* 53. Vnde dubitaui, an intraret arbitrium ad effe-

ctum aperitionis oris, & Rota censuit negatiue respondendum, Ratio *decisionis* fuit, quia oris operatio non solet concedi sine iusta causa
2 * vt per *Modern. glossat. loco allegat.* visum fuit
non adesse talem causam, ex qua oris aperitio
concedi debeat, nam & si Collisipionẽses mul-
ta deducant ad ostẽdendã lesionẽ, nihilominus
si considerentur illa, quæ ipsis in loco contro-
uerso fuerunt concessa non obstante, quod
Narnienses sententiã ad sui fauorem haberent,
3 & si consideretur dubius euentus litis, * vtique
non videtur constare de tali læsione, itaut in-
tret sufficiens causa pro operatione oris, in si-
milibus enim casibus non solum consideratur,
quid datum, quidue receptum, sed dubius
litis euentus *l. 2. C. de transact. gloss. in l. Lu-
cius §. fin. in verbo possess. ff. ad Trebell. Cal-
derin. cons. 3. de transact.* cum aliis pluribus
congestis per *Rotam in decis.* 461. *num.* 7. *p.* 1.
in recent. Hinc solet dici, quod in istis mate-
riis, quando agitur de aperitione oris aduer-
4 sus clausulam *sublata*, maior læsio requiritur, *
quam in aliis *Dec. cons.* 551. *num.* 6. *Curtius
cons.* 116. *nu.* 5. *lib.* 1. *Aym. cons.* 151. *n.* 20. *lib.* 1.
Gabr. conclus. 1. *num.* 69. *de empt. & vendit.
Rota in dicta decisione* 461. *num.* 7. *par.* 1. *in re-
cent.* & in omnem euentum deberent ad minus
dari tales probationes, quæ inducerent ani-
5 mum Iudicis ad effectum aperitionis oris, *
vt posset suspicari, habita ratione ad dubium
litis euentum, adesse læsionem vltra dimidiam,
& non in modico, quia tales concludentes pro-
6 bationes requiruntur ad rescindendam * tran-
sactionem *Alex.* qui de magis communi in *cons.*
42. *num* 11. *lib.* 1. *vbi Apostill.* sic distinguit,
& allegat concordantes *Bald. cons.* 381. *in fin.
lib. primo Dec.* qui de communi in *cons.* 474.
num 10.

Non obstat, quod aperitio oris sit commis-
sa *arbitrio Rotæ*, quæ clausula multum remittit
7 de iuris rigore, * & multum debet operari in
hoc casu, vbi leuior probatio debet admitti,
cum agatur de sola audientia, & ad detegen-
dam petitionem non esse calumniosam aduer-
8 sus transactionem * *Odd. de restit. in integr. q.* 36.
num. 72. & 73. nam fuit responsum, quod
Oddus tractat de restitutione in integrum ad-
9 uersus rem iudicatam, * quo casu iustitia so-
lum negotii principalis est ponderanda; in hoc
autem casu non solum agitur de restitutione
in integrum aduersus transactionem, vnde ve-
niat consideranda solum iustitia negotii prin-
10 cipalis *. videlicet, quod Narnienses pro se
sententiam executioni demandatam habebant
& quid concessum fuerit Collisipionensibus,
nec non & dubius euentus litis, quæ quasi im-
possibilem faciunt probationem Collisipio-
nensium, vt considerat *Alex. in d. cons.* 42.
num. 11. *vers. & inspecta cum seqq. lib.* 1.
sed etiam agitur de aperitione oris aduersus
11 clausulam *sublata*, appositam in confirmatione
Summi Pontificis, quare duriori probatione
grauantur Collisipionenses, quia quod Prin-
ceps confirmauit, non debet sine magna cau-
12 sa in dubium reuocari * *c. licet de reg. iur. in* 6.
maxime ne lites sopitæ denuo suscitentur in
13 præiudicium tot pauperum, * & miserabi-
lium personarum, quæ in Communitatibus
continentur *c. dispendia de rescr. in* 6. *Clem. dis-
pendiosam de iudic.* & fuit latissimè ponderatum
in dicta *decis.* 461. *num.* 5. *& seqq.* & bene con-
siderat *Alex.* in dicto *cons.* 42. *num.* 11. *vers.
octauo* vbi dicit magis communem ex quibus
14 Clausula *arbitrio* in hac materia, * in qua tot
requiruntur, parum potest operari.

Nec placuit Dominis læsio deducta, ex
quo Collisipionenses stabant in possessione
loci controuersi, & ideo ad eorum fauorem
erat regula Actore non probante, quia hæc
possessio non probatur, & si probaretur, non
releuaret ad effectum aperitionis oris; quod
autem non probetur satis deducitur, quia ex
quo Narnienses petierunt cumulationem petito-
15 rij cum possessorio * non inde sequitur, quod
ipsi non essent in possessione. Quod autem
probata non releuaret deducitur, quia non
inde resultat, quod in petitorio minimè fo-
uerent bonum ius, cum Narnienses haberent
suas probationes, maxime cum Terra Colli-
scipionis alias esset de ditione Ciuitatis Nar-
16 niensis * & fuerit dismembrata, nulla assi-
gnata certa parte Territorij.

Non obstant ea, quæ latè deducuntur pro
Collescipionensibus ad probandum de suo bo-
no iure, quia & Narnien. habent suas pro-
bationes, & satis est, quod considerato du-
bio litis euentu non potest considerari læsio,
& quod Collisipionenses in hoc casu stante
transactione, & confirmatione Apostolica
17 grauantur duriori probatione, * vt supra di-
ctum est, eoque amplius cum sint consideran-
dæ ad hunc effectum probationes de tempore
18 transactionis, * non autem illæ, quæ hodie
afferri possent *Thob. Non. cons.* 67. *numer.* 17.
Hond. cons. 34. *num.* 56. *lib.* 2. *Rota decis.* 221.
num. 13. *part.* 4.

Et ita conclusum &c.

FANEN. EMPHITHEVSIS.

Lune 3. Aprilis 1623.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Minoribus de facili conceditur restitutio in inte-
grum etiam non probata læsione.*
2 *Restitutio in integrum non potest denegari quan-
do multa deducuntur, quæ suspicionem læsionis
inducunt.*
3 *Restitutio in integrum ad hoc vt concedatur, non
est necesse definire negotium principale, sed suf-
ficit quod tot deducantur, vt satis sint ad exclu-
dendum calumniam, & talia sint, quæ discus-
sione egeant.*

DECISIO MCDXXXV.

Placuit DD. Camillum, & Franciscum esse restituendum aduersus rem iudicatam ob lapsum fatalium, cum enim ipsi sint minores de
1 facili conceditur restitutio, * etiam non probata læsione *l. cum & Minores C. si aduersus rem ind. Gabriel. conclus. 5. de minor. num. 2. latè Odd. de restit. in integrum quæst. 36. num 46. Caldas. in l. si Curatorem in v. vel aduersarij dolo numer. 18. C. de restit. in integr.*

Et prædicta procedunt de plano, quia multa pro parte ipsorum fuerunt deducta, quæ inducunt suspicionem læsionis, vnde non potest
2 denegari restitutio * *Bart. in l. nam postea §. si minor num. 7. ff. de iur. iur. & in l. fin num. 10. C. in quibus caus. Aegid. decis. 38. ante fin. Rot. decis. 30. de rescript. in antiq.*

Neque obstant, quæ in contrarium deducebantur, quia visum fuit DD. in hoc articulo non esse definiendum negocium principale, sed
3 sufficere, * quod tot deducerentur, vt satis essent ad excludendam calumniam pro concedenda restitutione in integrum, & quod sint talia, quæ discussione ægerent, itaut in gradu restitutionis partes debeant audiri *Odd. de restit. in integr. q. 36. num. 72. & 73.*

Et ita conclusum vtraque parte informantè &c.

BRACHAREN. ARCHIDIACONATVS.

Lunæ 14. Aprilis 1623.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Doctoratus probatur ex duobus testibus deponentibus se vidisse priuilegium.*
2 *Præsentia in certo loco de certo tempore probatur ex duobus testibus deponentibus de vera scientia.*
3 *Prout etiam probatur ex modo procedendi, vtpotè quia dicitur in eo loco fuisse repertum idoneum ab Examinatoribus eiusdem loci.*
4 *Dataria solet dare vt dicitur examinetur.*
5 *Idoneitas debet prius constare per fidem Examinatorum, antequam dicatur fuisset repertum idoneum.*

DECISIO MCDXXXVI.

Cvm in *decisione in hac causa facta 13. Februarij præteriti* fuerit reseruatum videre, an probaretur esse graduatus in decretis, & an de tempore impetrationis esset præsens in Curia, ideo super istis duobus feci verbum supradicta die in relationibus causarum, & DD. censuerunt vtrumque esse probatum ex duobus testibus nouiter examinatis, qui quo ad Doctoratum in decretis deponunt se vidisse priuile-
1 gium; * quo verò ad præsentiam in Vrbe de tempore impetrationis deponunt de vera scien-
2 tia, ex quibus videntur satis sublatæ prædictæ duæ difficultates, quia probationes prædictæ satis sufficiunt *Verall. dec. 277. parte prima*, & præsentia argui etiam potest ex modo pro-
3 cedendi, * cum dicatur D. Ludouicum fuisse repertum idoneum ab Examinatoribus Vrbis, & sic per necesse probatur præsentia, quia Data-
4 ria solet dare, vt dicitur *examinetur &c.* * & dicta verba non ponuntur, nisi habita prius fi-
5 de de dicta idoneitate *.

ROMANA PECVNIARIA, SEV CAMBII.

Veneris 28. Aprilis 1623.

ARGVMENTVM.

Contractus initus cum mercatore, qui se obligauit intra quatuor menses soluere in Vrbe scut. 85. monetæ pro quolibet centenario monetæ Neapolitanæ inibi consignatæ valet.

SVMMARIVM.

1 *Contractus permutationis, vel translationis pecuniarum de loco ad locum valet. Amplia etiamsi concessum sit mercatori spatium quatuor mensium ad soluendum num. 4.*
2 *Mercator pro dispendio, & periculo transportationis pecuniarum de loco ad locum potest licitè recipere aliquod lucrum.*
3 *Vsura cadit in mutuo vero, vel palliato.*
5 *In dubio capi debet interpretatio, vt actus non trahatur ad illicitum.*
6 *Contractus initus cum mercatore, qui se obligauit soluere in vrbe scut. 85. moneta pro quolibet centenario moneta Neapolitanæ inibi consignatæ valet.*
7 *Declara procedere, quando quantitas taxata est proportionabilis ad dubium euentum lucri; secus si fuerit taxatum, habita sola ratione ad lucrum & onus probandi contrarium incumbit mercatori & num. 9.*
8 *Bulla Pij V. prohibet certam taxationem interesse in cambio.*

DECISIO MCDXXXVII.

Cvm adm. Reu. Pater Alonazanus in ciuitate Neapolitana haberet diuersas pecuniarum summas pro insigni pio opere fidei suæ commisso; egit cum Odoardo mercatore in Vrbe, vt pecunias prædictas exigi curaret, & post quatuor menses à die exactionis illas in Vr-
1 bem transmitteret; * itaut hic in Vrbe solueret

tantum ſcut.85. monetæ Romanæ pro quolibet centenario. Quare dubitaui, an iſte contractus ſubſtineatur, & Domini affirmatiuè reſponderunt, quia iſte fuit contractus permutationis, vel translationis pecuniarum de loci ad locum *S. Thom. 2. 2. q. 77. art. 4. in corpore, verſ. alia vero commutatio*, & de quo locuti ſunt antiquiores Theologi, vt per *Salon. de camb. q. 4. art. 2. controuerſ. 5. num. 1. verſ. in hac conſultatione*, qui contractus eſt licitus, vt per DD. prædictos *Sot. de Iuſt. & Iur. quaſt. 10. art. 3. §. licitum. Salas de camb. dub. 8. num. 3. in fin. Molin. de iuſt. & iur. tract. 2. diſput. 403. num. 2. Nauarr. in manual. c. 17. num. 286. verſ. reale vero.*

Neque facit, quod mercator aliquod lu-
2 crum licitè recipere poſſit pro diſpendijs,* &
periculo transportationis pecuniarum *Caiet. de camb. c. 1. verſ. 2. cum Bagneſ. de Iuſt. & Iur. tit. de camb. dub. 5. concl. 3.* cum alijs, hic autem merces fuit modica, vel nulla, cum ſcuta 85. monetæ Romanæ excedant ſummam ducatorum centum monetæ Neapolitanæ; Vnde fit, quod ex tempore quatuor menſium dato ad tranſmittendum reſultet mutuum palliatum, & inde vſura, quæ cadit in mutuo ve-
3 ro, vel palliato * *S. Thom. 2. 2. quaſt. 78. art. 2. ad 7.* & propterea id, quod pluris valet ſcut. 85. monetæ Romanæ, quam duc. 100. monetæ Neapolitanæ ſit vſura. Nam quantum attinet ad tempus quatuor menſium, fuit per Dominos
4 reſponſum,* indecens eſſe hic vſuram allegare,
cum, vt dictum eſt, verum ſit non cadere, niſi in mutuo vero, vel palliato, quod hic omnino deficit, cum tempus quatuor menſium ad tranſmittendum pecunias concedatur in beneficium mercatoris, vt interim rebus ſuis conſulere poſſit, & ſi hoc admitteremus, actum eſſet de cambijs nundinalibus, qui fiunt per quatuor, & plures menſes ante nundinas, & de litteris cambij, quæ ad vſum tranſmittuntur, datur enim ſemper congruum tempus ad ſoluendum, & propterea dilatio quatuor menſium cenſeatur conceſſa ad beneficium mercatoris, & non ex alia cauſa, præſertim illicita,
5 cum in dubio capi debeat interpretatio, * vt
actus non trahatur ad illicitum *Alex. conſ. 191. num. 6. lib. 2.* & in ſimili fuit reſolutum in cauſa *Romana Societatis 5. Iunij 1602. coram me.* & & prius in cauſa *Ferrarien. Societatis 28. Iunij ſeq. coram Illuſtriſſimo Millino.*

Quantum vero attinet ad taxationem ſcut. 85. pro centenario factam, fuit reſponſum,
6 quod hic non fuit taxatum intereſſe,* ſed li-
quidatus valor monetarum, quæ liquidatio eſt licita, vt in ſimili fructus agri, vel vineæ incerti liquidantur, & locantur pro certo prætio, *Syluest. in ſum. in verbo Societatis il 1. num. 18. in fin. Armill. num. 17. Corrad. de contract. quaſt 96. in prima & ſecunda Concluſ. Io. Lopez de contract. lib. 1. c. 65.* & latè *Henrichman. conſ. 8. num. 72.* & fuit reſolutum in cauſa *Ferrarien. Societatis 28. Iunii 1599. coram Illuſtriſſimo Millino, & in Romana Societatis coram me 5. Iunij 1602.* quamuis prædicta procedant, quando quantitas taxata eſt proportionabilis ad dubium
7 euentum lucri,* prout in caſu iſto *Conrad. & Henrichm. locis citatis* alias ſecus, nimirum ſi
taxaretur habita ſola ratione ad lucrum, in quibus terminis procedit *dec. 315. num. 6. par. 2.* & in omnem euentum onus probandi contrarium incumberet Odoardo *Purpur. in c. ſi poſcenda num 29. C. de pact.* & in prædicta *Romana coram me*, & in omnem probationis caſum agendum eſſet de iniuſtitia, non autem de vſura, quia hic nullum adeſt mutuum, vt ſupra dictum eſt.

Denique non obſtat Bulla Pij V. in nou. Bullar. 14. vbi prohibetur certa taxatio intereſ-
8 ſe,* quia ſi verſaremur in taxatione intereſſe,
hæc Bulla retorqueretur contra Odoardum, ſed verè non agitur de iſta taxatione, ſed de obligatione Odoardi tranſmittendi pecunias
9 ad Curiam,* taxando pecuniam Neapolita-
nam, & Romanam, & ſic liquidando valorem, quod potuit fieri, vt ſupra dictum eſt, non autem adeſt aliqua conuentio ratione intereſſe, quæ hic non poteſt conſiderari.

Et ita per omnes Dominos fuit concluſum contractum ſubſtineri.

REGIEN. VNIONIS.

Veneris 5. Maij 1623.

ARGVMENTVM.

Immiſſio vigore litterarum Apoſtolicarum non poteſt impediri exceptione validitatis, vel innaliditatis vnionis requirens altiorem indaginem quando reſeruatio eſt clara, & gratia iuſtificata, Vnionem non habuiſſe effectum probatur, ex quo vna ex Eccleſijs vnitis eſt in ſtatu collatiuo. Clauſula *Saluis reſeruationibus & affectionibus Apoſtolicis* appoſita per Papam in confirmatione vnionis quid importet.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ Apoſtolicæ ſunt exequendæ, dum reſeruatio eſt clara, & gratia eſt iuſtificata.*

2 *Vnionem Eccleſiarum non habuiſſe effectum conſtat ex quo vna ex eis eſt in ſtatu collatiuo, qui repugnat vnioni.*

3 *Per ſecundum priuilegium non cenſetur derogatum primo,*

4 *Immiſſio vigore litterarum Apoſtolicarum non poteſt impediri exceptione validitatis, vel innaliditatis primæ vnionis & num. 6.*

5 Regula Cancellariæ reuocatoria vnionum *non capit vniones factas in erectione pro dote.*

7 *Pontifex non dicitur confirmare vniones Eccleſiarum, ex quo de eis incidenter fecit mentionem.*

8 *Confirmatio vnionis Eccleſiarum facta per Papam corruit dum non fuit facta mentio quod vnio non habuit effectum.*

9 Con-

9 *Confirmatio vnionis non potest dici ex certa scientia facta per Papam, quando non fuit expressus totus tenor.*

10 *Per clausulam* saluis reseruationibus, & affectionibus Apostolicis *appositam per Papam in confirmatione vnionis non impediuntur per vnionem reseruationes Apostolicæ.*

11 *Quid aliud importet huiusmodi clausula.*

DECISIO MCDXXXVIII.

Post resolutionem factam 2. *Iunij* 1621. quod gratia Iannotti erat iustificata, dubitaui, an constaret de tali vnione Parochialis, de qua agitur, vt impediat immissionem, & Domini negatiuè responderunt, quia cum reseruatio
1 sit clara, nec aliquo modo offuscetur, * & gratia sit iustificata, litteræ Apostolicæ debent exequutioni demandari *c. si capitulo, vbi Glos. in verbo exequatur de concess. praeben. in 6. Samen. in tract. breuium num.* 4. *Mohed. dec.* 13. *vers. lit. pend.*

Neque obstant vniones allegatæ, nam dum deducitur vnio Ecclesiæ S. Martini, de qua agitur, facta per bon. mem. Franciscum Cardinalem Papien. non constat illam habuisse effe-
2 ctum, * quia dicta Ecclesia est in statu collatiuo, qui repugnat vnioni *Rebuff in tit. de vnion. num* 3. *Seraph. dec.* 1410. *num.* 21. & hoc etiam deprehenditur, quia postea Leo XI. cum de viribus vnionis, & erectionis Card. Papien. posset dubitari, denuo erexit Ecclesiam Sancti Quirini in Collegiatam, & illi vniuit fructus Ecclesiæ de Fabrico, nulla prorsus facta mentione Ecclesiæ Sancti Martini.

Neque obstat, quod per secundum Priuile-
3 gium non censeatur derogatum primo, * & sic per litteras Leonis non censetur derogatum vnioni Ecclesiæ Sancti Martini factæ per Cardinalem Papien. *l. hac saluberrima C. de praepos. agend. in reb. lib.* 12. *Put. dec.* 83. *num.* 3. *lib.* 3. Quia, vt dictum est, Leo XI. non confirmauit simpliciter vnionem, sed quia de viribus eius dubitabatur, denuò erexit Ecclesiam Sancti Quirini in Collegiatam, illi vniendo fructus Ecclesię de Fabrico, nulla facta mentione Ecclesiæ S. Martini, nec non & Protasij, vnà cum dicta Ecclesia de Fabrico, quæ fuerat vnita per Cardinalem Papien. & sic in hac vnione non comprehenditur Ecclesia S. Martini, de qua agitur. Vnde clare apparet, quod illa vnio non fuit habita pro bona, & patet, ex quo nunquam fuit effectuata, quod solum suf-
4 ficit ad non impediendam immissionem, * cum an sublineatur prima vnio, vel non, requirat altiorem indaginem.

Neque releuat, quod *Regula reuocatoria vnionum* non capiat vniones factas in erectione
5 pro dote, * quia quicquid sit, an ista conclusio procedat in casu, de quo agitur, punctus præsentis resolutionis non stat in reuocatione, vel non, sed in non effectuatione, & propterea
6 cum an dicta vnio suffragetur, vel non *. requirat altiorem inspectionem, non est interim retardanda immissio ex supra deductis.

Non obstant vniones S. M. Pij V. & Pauli V. quia vnio Pij non loquitur de hac Parochiali, & licet fiat mentio in ea de alijs vnionibus cum clausula *quorum tenores*, attamen Summus Pontifex non confirmat illas vniones,
7 sed de illis mentionem facit incidenter * occasione Ecclesiæ, quæ de nouo tunc vniebatur, & pro validitate illius vnionis. Quo verò ad vnionem Cardinalis Pauli V. licet illa confirmet vnionem Cardinalis Pampien, tamen corruit.
8 * cum non fuerit facta mentio, quod illa vnio quoad Ecclesiam, de qua agitur, non habuerit effectum, & quod fuerit facta noua erectio & vnio per Leonem X. non potest allegari, quod confirmatio Pauli non fuerit ex certa
9 scientia, non enim fuit expressus totus tenor. * *Mantic. dec.* 222. *per totam.*

Et cessat secundum aliquos ex Dominis omnis difficultas, quia in litteris Pauli adest clausula *Saluis reseruationibus, & affirmationibus*
10 *Apostolicis*, * quare dicendum est vnionem non impedire reseruationes Apostolicas *Gonzal. ad reg.* 8. *gloss.* 45. §. 1. *nu.* 67. *& sup. glos.* 5. §. 7. *num.* 55. *& seqq.* & propterea sufficere, quod Parochialis vacauerit in mense reseruato licet aliqui dicerent illam clausulam operari
11 tantum, * vt vnio non possit habere effectum, nisi quando beneficij vacaret in mense Ordinarij, & alij quod cū agatur de vnione extinctiua tituli Papam noluisse vnionem habere effectum, quatenus de tempore vnionis Beneficium non esset reseruatum, vel affectum, nisi cessante illa reseruatione per collationem, quod magis probabile videtur.

Et sic conclusum non constare de tali vnione, quæ impediat immissionem.

Præsens decisio fuit reuocata die 12. *Maij* 1625.

ROMANA LEGATI.

Mercurij 10. *Maij* 1623.

ARGVMENTVM.

Contractus initus à minore sine debitis solemnitatibus à iure, vel à statuto requisitis, licet nullitati subijciatur, tamen conualescit, si cum prædictis solemnitatibus fuerit à minore ratificatus, & quid ad hunc effectum requiratur. Contractus initus cum minore aliquo modo non est dicendus dolosus, quando Minor non fuit læsus. Clausula *citrà innouationem* posita in ratificatione alicuius contractus, quid operetur, & qualiter intelligenda veniat. Minor, vel Mulier ratificando contractum nullum opus est vt notitiam habeant d. nullitatis, quod cessat, quando non fuerunt læsi.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Transactio facta à minore sine debitis solemnitatibus est nulla.*

2 *Ratificatio contractus, facta à minore cum debitis solemnitatibus, sine ex ea resultat nouus contractus, sine ratificatio illius quamuis nulli, ei obstat.*

3 *Quietantia facta pro residuo intelligitur totum debitum fuisse solutum.*

Residui appellatione totum continetur num.3.

4 *Quietantia si sit facta pro integra solutione, id importat nihil persoluendum remanere.*

5 *Quietantia quando satis appareat fuisse facta per verba generalia.*

6 *Contractus etiam præsumptiuè dolosus non potest ratificari.*

7 *Contractus verè non potest dici dolosus, quando nulla adest læsio.*

8 Statutum Vrb.lib.1.cap.151. *non præsumit contractum dolosum, eo quia fuit factum sine solemnitatibus, sed ad obuiandum fraudibus annullat.*

9 *Minor quando constat quod non fuit læsus in contractu, cessat præsumptio fraudis, dum contraxit sine solemnitatibus.*

10 *Clausula* città innouationem *posita in ratificatione contractus, non tollit ipsam ratificationem, sed solum præseruat innouationem circa reseruata in ipso contractu.*

11 *Dictio* citrà *quid importet.*

12 *Clausulam* non alias aliter &c. *est præcisa.*

13 *Contractus ratificatio si facta sit citrè innouationem contractus, qualiter sit intelligenda.*

14 *Clausula* sinè præiudicio iurium ambarum partium, *est intelligenda præter quam quoad expressa.*

15 *Contractũ nullum ad hoc, vt quis validè ratificet, debet certiorari de nullitatibus.*

16 *In contractu quandò quis interuenit, præsumitur sciuisse, qualiter fuerit initus.*

17 *ignorantiam iuris solemnitatem inducentis, neque Mulier potest allegare.*

18 *Mulier ratificando contractum, opus est, vt non ignoret eum fuisse dolosum.*

19 *Quæ tamen conclusio procedit, quando constat, Mulierem fuisse læsam, alias secus.*

20 *Relatum propriè, & verè inest in referente.*

21 *Contractus nullus, dum à Muliere ratificatur quando constat, quod non fuit læsa, licet notitiam non habuerit nullitatum, tunc non tanquam ratificatio substinetur, sed tanquam actus principalis.*

22 *Obligandi animum quando quis habet in omnem euentum, quid sit dicendum si intro adsit aliqua nullitas.*

23 l.de his ff. de transaction. *quando non intret.*

24 *In contractu quando quis interuenit, non potest allegare illius ignorantiam.*

DECISIO MCDXXXIX.

DOmini steterunt in resolutis sub *die 24. Nouembris 1621.* quod obstat Helenæ quietantia facta post transactionem, admisso etiam, quod non obstaret transactio, tanquam facta
1 sinè solemnitatibus * *Statuti Vrbis cap.151.lib.1.* dicta enim quietantia fuit facta cum prædictis
2 solemnitatibus, & propterea obstat, * siue ex ea resultat ratificatio, siuè noua transactio: Nam quantum attinet ad primum, cum seruatis solemnitatibus Helena fecerit quietantiam pro residuo, vtique censetur ratificasse transactionem, quietantia enim fuit facta pro resi-
3 duo, * & integro pagamento; & residui appellatione totum continetur *l.2. C. de hæred. instit. Ias. cons.9. num.31.lib 1. Afflict.decis.285.numer.3,* & eadem quietantia fuit pro integra solutione, quod importat nihil persoluendum
4 remanere * *l.vltima C.ad l. falcid. Boer. decis.44. num.31. Afflict.decis.285.numer.5.* & insuper per
5 hæc verba illam fecit, * videlicet *generaliter quietauit &c. promittens neque directè, neque indirecte sub quouis quæsito colore contrauenire* iuxta notata per *Gabr. cons.246. numer.14. in fin. & numer.15. vers. et quamuis libr. 1.*

Neque obstat, quod contractus etiam præ-
6 sumptiuè dolosus non possit ratificari * *Veral. l.decis.1.part.3,* quia iste contractus neque verè, neque præsumptiuè dolosus est; neque verè, quia
7 nulla adest læsio Helenæ, * non præsumptiuè quia statutum Vrbis non præsumit contractum
8 dolosum, * ex quo fuit factum absque solemnitatibus, sed ad obuiandum fraudibus annullat, & si forte non ostenso, quod Helena non fuerit læsa posset adesse aliqua præsumptio fraudis, tamen cum satis constet non fuisse læsam, cessat
9 præsumptio, * & prædictum *statutum* solum apertis verbis dicit, quod iuramentum censeatur dolo extortum, in quo *capite* nulla fit ius pro parte Collegij.

Minus etiam obstat clausula quietantiæ *citrà*
10 *innouationem dictæ concordiæ, & quorumcumque iurium sibi reseruatorum;* quia ista præseruatiua non tollit ratificationem, sed solum præseruat innouationem quoad reseruata in dicta concordia, itaut sensus sit approbare concordiam prout iacet, nihil verò addere, vel minuere,
11 hoc enim denotat dictio illa, *citrà*, * iuncta verbo *prædictis l. transigere vbi Bald ante n.1.C. de transact.l.si bene 52.ff.de petit.hæred.l. si vni ex hæredibus 21. in princ. ff. famil. erisc.* præsertim
12 stante clausula * *non alias aliter, nec alio modo Dec.cons.61.numer.2.Bald.in l. si quidem 9.num.3. C. de except.* itaut sensus partium fuerit addere
13 robur transactioni * quoad ius, non autem aliquid immutare quoad factum, & propterea
14 clausula *sinè præiudicio iurium * ambarum partium* debet intelligi præterquam quo ad expressa *Cresc. dec.7. de incpat. Hond. cons.86. numer.47. vol.2.Veral.decis 119.lib 1.*

Minus etiam releuat, quod Helena debuisset certiorari de nullitatibus, quia alias non
15 potuit contractum nullum ratificare, * quia vt fuit responsum in *decisione*, factum ratifica-
16 tum erat illi notissimum, * cum ipsa interuenerit in primo contractu, & ideò non ignorabat quomodo negotium fuisset actum, igno-
17 rantia verò iuris solemnitatem inducentis, * neque Mulier potest allegare *Corn in l.iuris ignorantia numer.3. & 4.* & cæteri *Doctores C. qui admitt.* cum allegatis in *prima decisione*, & quamuis replicetur opus fuisse, quod Mulier non
18 ignorat transactionem fuisse dolosam * ex *Natt.*

cons.

cons.162.numer.33. Becc.cons.37. numer.24. attamen responsum fuit, replicationem esse veram, sed non applicari, quia hoc procederet si constaret Helenam fuisse læsam, * cum autem non constet etiam in minimis, abundè in aua decisione obiectum plenè cessat, vt benè declarat idem *Natta loco allegato numer.34.*

Quantum attinet ad secundum de noua trāsactione non potest dubitari, quia ex clausulis tamen, & conuentionibus in prima transactione contentis, itaut circà illa nihil censeatur nouatum, transactio enim generaliter relata inest
20 verè, & propriè in quietantia * *Gabr. cons.84. numer.4.lib.1.Rota dec.35.numer.6. in fin. part.2. in recent.Rimin. tun. cons.234. numer.45.* ideò sustinerut etiam cessante scientia nullitatis, non
21 tanquam ratificatio, * sed tanquam actus principalis generalis quietantiæ *Gabr.cons.146.num. 14.vers.tamen verum est, & num.15.vers. quamuis lib.1.Menoch. cons.361.numer.27.lib.6.* & benè ad propositum *Iaf. in l. nec is numer. 10. in*
22 *fin. ff.de acquir.hered.* vbi loquitur de eo, * qui habet animum se obligaudi in omnem euentum.

Neque obstat *l.de his ff.de transact.* quia quietantia per relationem refert tenorem transactio-
23 nis, * etiam verbis *visis &c.* & sufficit visio per modum intellectus in hoc casu, in quo Helena
24 interuenit in prima transactione, * & cum ea fuit facta, vt fuit resolutum in causa *Romana de Longis 14. Nouembris præteriti coram R. P. D. meo Buratto.* Ergo &c.

Et ita conclusum vtraque parte informante &c.

BRACHAREN. ARCHIDIACONATVS.

Veneris 12. Maij 1623.

ARGVMENTVM.

Puritas sanguinis, quæ de iure præsumitur, adminiculatur ex deductis in decisione.

SVMMARIVM.

1 *Dignitates Cathedralium non possunt conferri impuris.*

2 *Puritas sanguinis præsumitur, & dicenti contrarium incumbit onus probandi.*

3 *Impuritas sanguinis non probatur ex litteris, in quibus significatur talem esse, vel reputari impurum.*

Littera non probant ea quæ in eis alicui significantur num.3.

4 *Puritas sanguinis, quæ de iure præsumitur, adminiculatur ex iis, de quibus ibi.*

5 *Nobilitas, & puritas sanguinis probata ex parte fratris vtrinque coniuncti censetur etiam probata ex parte alterius partis.*

DECISIO MCDXXXX.

S.M.Clemens VIII.& successiuè fel.record.Paulus V. per sua Breuia inter alia ordinarunt, quod de dignitatibus Cathedralium impuri
1 minimè * prouideantur; Vnde dubitaui,an D. Ludouico obstet exceptio impuritatis, & negatiuè fuit resolutum, quia cum puritas præ-
2 sumatur * *c. vltimo de Præsumpt. l.ab ea parte C. de Probation.*dicenti contrarium incumbit onus probandi *Rota decis. penultima, & vltima de except.in non. Bisignet.dec.2. eodem tit.* & fuit resolutum *coram me in causa Lugdunen. Canonicatus 3. Iunij 1602.* Hic autem vt patet ex reuolutione actorum nihil probatur nisi quod quidam Emanuel per litteras significauit Capitu-
3 lo, D.Ludouicum esse, * vel reputari impuri sanguinis, & descendentiæ, quæ quidem significatio nihil per se probat, & penitus eliditur ex his, quæ in contrarium afferuntur. Primo enim datur testamentum Reuerendissimi Episcopi Inquisitoris generalis Portugalliæ atte-
4 stantis, * quod tam in Ciuitate Vlixbonen., quam in Elnen., ex qua D.Ludouicus est oriundus de eius mandato fuisse factas diligentias, & repertum ex vtroque latere esse purum, & concurrunt etiam testes examinati pro parte D. Ludouici per Vicarium Elnen. deponentes suos ascendentes fuisse admissos, & receptos ad exercendum publica officia Sanctissimæ Inquisitionis, vt in *Summario num.4.*

Vndè si testimonium Inquisitoris sit simplex attestatio, & prædicti testes fuerint examinati per D. Vicarium ex officio negari non potest, quin faciant tale adminiculum præsumptioni iuris, quæ est pro puritate, ità vt elidant omninò nunrium datum per litteras in Capitulo iuxta notata per *Bart. à numer.2. ff. de Appell. recip.* Et cessat omnis difficultas, quia ex testibus probatur, quod dictus Ludouicus est pater vtrimque coniunctus Matthæo vt in *Summario num.2.* qui plenè ex vtroque latere probauit puritatem, vt patet ex testibus, qui dantur in *Summario num. 2.* & propterea obtinuit declarari talem per sententiam Senatoris Vlixbonen.à D.Archiepiscopo eiusdem Diocesis deputatū ad specialiter cognoscendum de puritate Clericorum,obtinuit declarari Christianum veterem sanguinis puritate prædictum absque origine hæbreorum; vt patet ex sententia, quæ datur eodem *numer. 3.* Vnde deducitur fortissima coniectura ad corroborandum præsumptionem iuris, & elidendum suspicionem deducta ex dd. epistolis, cum probata nobilitate, & puritate ex parte fratris vtrimque co-
5 niuncti * censeatur,etiam probata ex parte alterius fratris, vt in his terminis fuit resolutum in causa *Legionen. Canonicatus 3. Iunij 1602. coram me.*

Et ita resolutum per Dominos solo d. Ludouico informante.

ASCV-

ASCVLANA IVRISPATRONATVS.

Veneris 12. Maij 1623.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Ad immissionem Beneficij non potest procedi pendente appellatione à sententia lata super prælatione.*
2 *Possessio Beneficij non potest capi pendente appellatione à sententia lata super prælatione.*
3 *Sequestrum apponitur, quando possessio beneficij capta est attentata.*

DECISIO MCDXXXXI.

FVit resolutum constare de attentatis, ita vt sit locus sequestro, nam cum fuerint præsentati paribus votis Basilius Santuccius, & Petrus Angelus Setiannius, & fuerit processum iudicialiter coram Ordinario, qui tulit sententiã ad fauorem Sociannij, non potuit dictus Ordinarius pendente appellatione à sententia lata
1 super * prælatione d. Petri Angeli procedere ad
2 Immissionem, & inde capi possessio, * prout fuit factum *toto titulo nil inon. appell. pend.* sententia enim fuit lata 1. Iunij superioris anni, & appellatio die 2. eiusdem mensis fuit interposita, & admissa si & in quantum, & eadem die concessum mandatum de immittendo & capta possessio. Vnde fit in necessariam consequentiam, quod omnia sint attentata, & pro-
3 pterea quod sit locus sequestro * *Calder. cons. 1. vt lit. pend Rota dec. 6. nu. 1. & 2. part. 2. diuers. & in recen. par. 1. decis. 598. num. 1. & 2.*

Et ita resolutum vna tantum parte informante &c.

ARIMINEN. DOTIS.

Lunæ 15. Maij 1623.

ARGVMENTVM.

Frater, & socius an & quando teneatur ad restitutionem dotis vxoris consocij, & fratris. Confessio quando debeat interpretari contra confitentem.

SVMMARIVM.

1 *Frater non tenetur ad restitutionem dotis Vxoris alterius fratris, qui solus eam exegit. Ampl. num. 10.*
2 *Limita quando dos est versa in communem vtilitatem.*
3 *Versio dotis fratris in communem vtilitatem omnium fratrum excluditur in casu de quo ibi & num. 6.*
4 *Confessio dubia debet interpretari contra confitentes ea vtentes.*
5 *Declara procedere, quando confitens intẽdit alium obligare, secus quando agit contra alium confitentem.*
6 *Confessio erronea detegatur ex quo confitens petit partem illius, quod per confessionem prætendebatur amissum.*
7 *Dos acquiritur in communione socijs omnium bonorum.*
8 *Societatis omnium bonorum requisita remissiuè.*
9 *Frater habens primogenituram si viuat in communi cum alijs fratribus non resultat societas omnium bonorum.*

DECISIO MCDXXXXII.

FRanciscus Vantius contraxit matrimonium cum dote sc. 2. m. ex quo suscepit Ludouicum, & Ectorem, qui defunctis d. Francisco, & Vxore egerunt pro dicta dote consequenda contra Ioannem, & alios prædicti Francisci prædefuncti fratres. Vnde fuit dubitatum 25. *Maij superioris anni*, an dd. fratres tenerentur ad restitutionem dotis, & negatiue fuit resolutum, quæ sententia, denuo reproposita causa placuit Dominis, quia cum solus Franciscus do-
1 rem acceperit, * ipse solus, non autem fratres tenentur ad illius restitutionem *Specul. de Iud. §. sequitur par. 4. num. 8. & ibi Io. Andr. in l. E. vers. adde præpositis Roman. cons. 172. num. 3. Petrus de Vbald. de duob. Fratr. in §. circa nonam partem sub num. 2. ante finem.*

Neque obstat, quod prædictam conclusionem ipsimet DD. limitant, quando dos est ver-
2 sa in communem vtilitatem * Nam limitatio est vera, sed de hac versione non constat, neque ex eo potest deduci, ex quo in diuisione
3 facta inter ipsos fratres fuerit actum, * quod Franciscus, & sui hæredes possint, & valeant ex fructibus hæreditatis extrahere d. dotem sc. 2. m. ex eo quod ipsi fratres dixerunt ipsa sc. 2. m. fuisse per D. Franciscum re vera exposita in proprium commodum familiæ de Vantijs, non ideo sequitur, quod fuerit versa in vtilitatem dd. fructuum & cum filij se fundent in d. confessione, & d. confessio non sit clara, debet
4 interpretari contra dd. filios * ea vtentes *Alex. cons. 171. num. 14. vers. pro quo facit lib. 6. vbi Apostill. in verbo vti dat plures concordantes*, conclusio enim illa, quod verba contractus dubia
5 sint interpretanda contra confitentem, * procedit, quando confitens intendit alium obligare, secus autem quando quis agit contra confitentem *l. veteribus ff. de pact. Alex. cons. 47. in fin. num. 17. lib. 1. Castrens. cons. 461. in fin. lib. 1.* Et prædicta eo magis procedunt, quia cum Franciscus postea egerit pro certa parte
6 dotis, * confessio detegitur erronea, cum illa sit de integra *Angel. de Perus. cons. 136. num. 2. & cons. 386. num. 2. Ruin. cons. 10. num. 16. lib. 3.*

Neque obstat, quod sicut dos acquiritur in com-

7 communnione socijs omnium bonorum * *l. actione & l. seq. ff. pro socio Petrus de Vbald. de societ. quaest. 9. num. 4.* ita etiam debet de com-
muni restitui, quia ista societas omnium bo-
norum non probatur, non enim constat de il-
8 lius requisitis, * de quibus per *Bart. in l. Ti-
tium §. Altero num. 5. ff. de administr. tut. Rot.
decis. 199. num. 10 part. 2.* imo potius constat
de contrario, cum Franciscus haberet primo-
genituram, nec ex quo in communi viuebat
9 cum fratribus resultat talis societas, * & ideo
etiam quod viuerint in communi, cum fra-
tres non receperint dotem, non tenentur ad
10 illius restitutionem, * vt dicunt *Specul. & alij
in princ. allegati*, qui loquuntur de fratribus
viuentibus in communi.

Et ita conclusum, &c.

FIRMANA BENEFICII.

Mercurij 17. Maij 1623.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Liquidatio fructuum perceptorum probatur ex testibus.*

2 *Fructus praesumuntur percepti ab eo, qui bona de sui natura fructifera possedit.*

3 *Taxatio fructuum perceptorum facta à Iudice eo magis attenditur, quando fuit parti praefixus terminus ad docendum de excessiuitate, & nihil fuit doctum.*

4 *Subrogato debentur fructus à parte percepti lite pendente cum defuncto.*

5 *Amplia maximè quando habet cessionem ab haerede defuncti.*

DECISIO MCDXLIII.

DVm quaeritur, an constet de excessiua liqui-
datione fructuum, duae oriuntur dubitatio-
nes principales. Prima, à quo die isti fructus
debeantur, secunda an debeantur Decio sub-
rogato. Quantum ad primam, cum vsque ab
anno 1591. penderet lis inter Theodorum Par-
misanum, & Anibalem de illis, qui obtinuit
sententiam ad sui fauorem, & Theodorus ac-
quieuit vsque ad annum 1612. quo tempore
commisit denuo causam, Domini non fuerunt
concordes, an pro isto tempore debeant resti-
tui fructus, post vero dictam commissionem
causae de anno 1612. censuerunt deberi ad ra-
1 tionem scutorum viginti pro quolibet anno, *
prout deponunt testes, qui benè probant illud
depositum, etiam deductis expensis, & isti
fructus praesumuntur percepti à dicto Anniba-
2 le, * cum possederit, & bona de sui natura
sint fructifera, vt fuit resolutum in causa *Peru-
sina liquidationis fructuum 12. Ianuarij 1609. co-
ram me*, vnde bene in hac parte iustificatur ta-
3 xatio facta per R. P. D. meum Remboldum, *
contra quam etiam praefixo termino ad docen-
dum de excessiuitate nihil fuit doctum.

Quantum attinet ad secundam difficulta-
tem, cum Theodorus Parmisanus obierit hac
lite pendente, & Decius in eius locum subro-
4 gatus sit, * nec probetur fructus spectare ad
haeredes ipsi Decio vigore subrogationis de-
bentur, vt fuit resolutum in *hac causa 30. Maij
1622. coram R. P. D. meo Remboldo*. Et cessat
omnis difficultas, quia Decius habet cessionem
5 ab haerede dicti Theodori, * prout fuit consi-
deratum in praedicta *decisione*.

Et ita conclusum, &c.

ROMANA SALVIANI.

Mercurij 17. Maij 1623.

ARGVMENTVM.

In Saluiano interdicto, vt quis obtineat, quid sufficiat, vt probet. Census non cadit sub hipotheca generali bonorum, quando prohibita est illius alienatio, etiā alienationis latissimo sumpto vocabulo, & quid an possint hypothecari, seu obligari illius fructus, & respondetur bene illos posse obligari obligatione personali, non autem reali. Appellatione bonorum venit etiam nomen debitoris, & quando id sit verum.

SVMMARIVM.

1 *In Saluiano extrema sunt creditum cum hypotheca ex parte actoris, possessio vero ex parte rei.*

2 *Instrumentum publicum facit probationem probatam.*

3 *Creditum quando est cum hypotheca omnium bonorum, iurium, & actionum praesentium, & futurorum sufficit probare debitorem possedisse rem hypothecatam tempore obligationis, vel postea.*

4 *Per Clausulam* Constituti *transfertur ciuilis, & naturalis possessio.*

5 *Constitutum regulariter non probat, nisi inter constituentem, & constitutarium.*

6 *Constitutum probat etiā contra tertium habentem causam ab ipso constituente.*

7 *Instrumenti via, quando aliquid probatur cessat omnis dubitatio.*

8 *In Saluiano extremum secundum probatur ex substentatione litis vna cum adminiculis.*

9 *Salnianum non potest competere, nisi pro parte rei, quam debitor possidebat.*

10 *Alienari prohibita etiam alienationis lato sumpto vocabulo non cadunt sub hypotheca.*

11 *Fructus census, quando ipse census est prohibitus alienari, possunt actione personali obligari.*

12 *Bona quando sunt prohibita alienari nedum ipsa proprietas non potest alienari, sed nec etiam super ea constitui vsusfructus, quia esset alienatio.*

13 *Alienari quando sunt prohibita bona, Dominus rei bene potest se actione personali obligare ad dandum fructus rei.*

14 *Sub bonorum nomine venit etiam nomen debitoris.*

15 *Actio personalis non transit in singularem successorem.*

16 *Debitoris nomen, quando est hypothecatum, talis hypotheca ad fauorem creditoris tandiu durat quousque nomen manet in posse debitoris.*

17 *Nomen debitoris tunc venit in obligatione bonorum, quando actio est nata, non autem quando adest spes agendi.*

18 *Fructus quando alicui sunt obligati, & Dominus rei bona fide illos consumpsit, tunc qualiter succurratur creditori, & declara vt num. 19.*

DECISIO MCDXLIV.

HÆredes Raphaelis, tanquam creditores
Cõstantij scutorum 1200. pro residuo pre-
tij vineæ egerunt contra Domum professam
S. Simphorosæ posseditricem census scuto-
rum 700. in sorte principali, qui census fuerat
datus insolutum prædicto Constantio à Ga-
spare, & Sulpitia de Comitibus Emptoribus
partis dictæ vineæ a dicto Constantio emptæ,
vnde an hæredes legitime potuerint agere
contra domum prædictam posseditricem pen-
det ex duobus; Primo vt videatur, an constet
de extremis, secundo an fructus huius census
constituantur sub hypotheca.

Et quantum attinet ad primum, certum est,
quod extrema in hoc iudicio sunt creditum
1 cum hypotheca ex parte Actoris, * possessio
vero ex parte rei, *vt latè per Roland. cons. 14.
num. 13. lib. 1. qui alios allegat.* Et quantum
attinet ad creditum de eo satis constat ex pu-
blico instrumento, quod facit probationem
2 probatam * *Bald. in l. Imperator sub numer. 1.
circa med. & in l qui semel num. 35. C. quomod.
& quando Iudex*, cum istud creditum sit cum
hypotheca omnium bonorum iurium, & actio-
3 num præsentium; * & futurorum, propterea
sufficit debitorem possedisse rem hypotheca-
tam tempore obligationis, vel posteà *gloss. in
§. item Seruiana in verbo quasi in fine Instit. de
action. gloss. fin. in §. interdictum quoque in fin.
Instit. de interdict.* Quantum vero attinet ad
possessionem rei Sancti Constantij satis illa
probatur ex impositione census ad illius fauo-
rem facta per Gasparem, & Sulpitiã cum clau-
sula *Constituti*, per quam fuit translata ciuilis,
4 & naturalis possessio * in dictum Cõstantium
*l. quod meo ff. de acquir. possess. Roland. cons. 45.
num. 2. & cons. 57. num. 23. lib. 3.* & licet re-
gulariter loquendo constitutum non probet,
5 nisi inter constituentem, & constitutarium, *
tamen probat etiam contra tertium, haben-
6 tem causam à constituente, * & sic contra do-
mum professam habentem causam ab ipso
Constantio *Ruin. cons. 169. in fin. lib. 1. Grat.
cons. 42. num. 12. & 13. lib. 2. Natt. cons. 439.
numer. 3. lib. 2. Tiraq. de iur. constit. par. 3. li-
mit. 1. num. 20. & seq. iuncto num. 23.* vbi alios
allegat *S. D. N. dec. 491. num. 10.* vbi aliæ refe-
runtur *decisiones*; Et cessat omnis difficultas,
7 quia Domus professa produxit instrumẽtum *
confectum 23. Decembris, in quo asseritur
istum censum fuisse possessum à prædicto Con-
stantio, vt bene fuit consideratum in *decisione
facta 15. Aprilis 1622. coram Reuerendissimo D.
meo Merlino Datario*. Possessio autem ipsius
Domus professæ non controuertitur, & satis
8 probatur ex sustentatione litis * concurren-
tibus alijs adminiculis *Veral. decis. 369. nu-
mer. 1. par. 2. Seraph. decis. 1415. num. 3.*

Neque est verum, quod Saluianum non
possit competere nisi pro medietate census,
cum spectet pro medietate ad Beatricem Cõ-
9 iugem * Constantij, quæ non emit vineam, sed
Cõstantius ad cõputum prætij vineę assigna-
uit Raphaeli venditori cedulam Montis Pie-
tatis scutorum 200. quæ erat pars dotis Bea-
tricis vxoris, & ipse solus emit vineam, & pro-
pterea licet postea eadem Beatrix vna cum
Constantio Marito vendiderit partem vineæ
Gaspari, & Sulpitiæ emptoribus, qui empto-
res prædicto Constantio, & Beatrici assigna-
runt dictum censum scutorum 700. nihilomi-
nus cum fuerit narratum in dicto instrumen-
to Constantium, & Beatricem emisse, & ap-
pareat solum Constantium emisse, res videtur
clara quoad prætium, & sic census ad solum
Constantium spectabat, tamen dicebatur, quod
vere, & realiter Constantius, & Beatrix vendi-
derunt, & vtrique census fuit datus in solu-
tum, vnde solum ex medietate fuit acquisi-
tus Constantio, non autem in totum, quæ
quidem acquisitio est attendenda, quicquid
sit, an in aliquo ex ista causa vxor tenea-
tur.

Quantum attinet ad secundum, an census
iste cadat sub hypotheca, duæ fuerunt firma-
tæ conclusiones: Prima fuit proprietatem
10 ipsius cẽsus non cadere sub hypotheca, * cum
census esset prohibitus alienari, etiam aliena-
tionis lato sumpto vocabulo *Bart. in l. codicil-
lis 91. §. instituto num. 5 ff de legat. 2. vbi Bald.
in fin. glos. in l. fin. in verbo vel hypothecam C.
de reb. non alien. Soccin. cons. 25. num. 12. vers.
sed his non obstant lib. 1, Gabr. de reg. iur. concl. 12.
num. 11. Rota decis. 426. numer. 8. par. 1. diu. &
fuit resolutum coram me in causa Saluiani interdi-
cti 10. Decembris 1601. & 8. Februarij 1602.*
Secunda conclusio fuit, quod fructus census
11 actione personali poterant obligari, * nam
quando bona sunt prohibita alienari, nedum
12 ipsa proprietas non potest alienari, * sed nec
etiam super ea constitui vsusfructus, quia esset
alienatio, actione tamen personali potest do-
13 minus rei se obligare ad dandos fructus, * vt
est tex. expressus in *d. l. codicillis §. institutio ff.
de legat. secundo* vbi hoc notat *Bartol. in l. 4.
Bald. numer. 1. vers. & per hoc induco Cuman.
numer. 2. idem Bartol. in l. si is, qui 11. §. vsus-*

fructus

fructus num. 1. in fine & num. 2. ff. de pignor. specul. de primo decreto §. 3. restat. num. 8. & 9. Alex. in l. si pactum §. si de vectigal. num. 16. vbi de communi *ff. de damn. infect. Faber. in §. item Serviana num. 30. vers. expressum est instit. de act. Ias. in l. filius fam. §. diui in 2. lect. num. 83. vers. 12. limita ff. de legat. 1. Rip. in l. obligatione generali num. 37. vers. saluari tamen potest ff. de pignor. Lup. in cap. per vestras §. 38. num. 7. vers. & indè est C. de donat. inter vir. & vxor. Afflict. ad Constit. Regn. lib. 1. de pœn. contumac. rubr. 97. sine de constitutione si quis post litem num. 11. vers. sed iuxta hoc quaro,* vbi in contrarium *Foller. in tract. de contract. censual. §. 3. census enim dici solet num. 11. & 41. Bald. cons. 384. per tot. lib. 4. Alex. cons. 11. num. 3. lib. 5. Ruin. cons. 17. num. 5. 8. & 12. lib. 1. Grat. cons. 54. num. 14. & seqq. lib. 1. Natt. cons. 516. num. 8. Negusant. de pignor. 2. membr. par. 2. num. 48. vers. 5. restringitur membr. 3. num. 9. vers. tamen hoc non obstante. Tiraq. de retract. Lignag. §. 1. glos. 7. num. 47. Gomez. var. tom. 2. cap. 15. num. 17. vers. 2. limita. Corbul. de caus. priu. ob alienat. ampliat. 49. num. 16. Surd. de aliment. tit. 4. 9. & 10. num. 26. num. 29. & num. 35. & decis. 97. Gail. obseru. 117. num. 27. lib. 1. & de pace pub. lib. 2. cap. 17. num. 8. Put. decis. 111. lib. 3. Molin. de primog. Hispan. cap. 20. num. 12. & seq. lib. 1. Rosental. de feud. cap. 9. membr. 4. concl. 15. nu. 7. Peregr. de fideicom. art. 40. num. 117. Negusant. de pign. par. 2 membr. 2. num. 49.*

His duobus conclusionibus firmatis punctus difficultatis consistit, an fructus census
fuerint obligati, in quo articulo cum essent
obligata etiam bona, & sub nomine bonorum
veniat etiam nomen debitoris * *l. nomen C.*
14 *quando res pign. obligar. poss. l. bonorum §. vltimo, & in l. Princeps ff. de verb. signif Bald. cons.*
334. in princ. lib. 2. latè *Tiraquel. in l. si vnquam*
in vers. bona num 3. C. de reuocat. donat. videtur
dicendum, quod debitor census fuisset obligatus Raphaeli.

Sed adhuc remanet dubium, quia aut vti
fructus censentur obligati actione personali, &
15 illa non transit in singularem successorem *
l. fin. §. lutius ff. de contrah. empt. Aym. cons. 12. num. 7. Corbul. d. ampliat. 49. num. 8. & 9 Molin. d. c. 20. num. 12. & seq. Rota decis. 131. num. 11. apud Pacis. Cuman. in allegat. §. instituta n. 2. vers. & si dicas; aut verò nomen debitoris est
hypothecatum, & hypotheca in istis nominibus debitorum durat quantum ipsum nomen
16 manet in posse debitoris, * cuius nomen fuerat obligatum, & sic debitor census remanet
tantum obligatus donec ipse fuit debitor Constantij *Bald. in l. vbi adhuc num. 37. vers. sed pend Maritus C. de iur. dot. & cons. 21. num. 5. lib. 1. Negusan. de pignor. in 2. membr. 2. part. num. 23.* Et vlterius quoad fructus decursos donec Constantius fuit Dominus census, non adest
difficultas, quin tunc nomen debitoris, cẽseatur
obligatũ, secus quoad fructus decurrẽdos, quia
nomen debitoris tunc venit in obligatione bo-
17 notũ, quando actio est nata,* non autẽ quando
adest tantum spes agendi *Bald. cons. 234. sub n. 2. vers. in contrarium est veritas lib. 2. Tiraq. in*
l. si vnquam in verbo bonorum sub num. 8. circa fin. vers. vbi tamen intelligit, & propterea quoad
fructus decursos, dum Curtius fuit Dominus,
licet posset agi in subsidium conditione ex lege contra illum, qui consumpsit bona fide di-
18 ctos fructus * *Bart. in l. fin. §. si præfata num. 4.*
C. de iur. deliber. Afflictus dec. 190. num. 4. tamen hæc conclusio est vera duobus concurrẽtibus * scilicet quod principalis debitor non
sit soluendo, & quod fructus exacti à debitore
19 sint pænès aliquem titulo lucratiuo *Bart. in l. 1.*
num. 1. & 2. Salic num. 2. ff. de distract. pignor. Alex. cons. 108. num. 8. & 10. lib. 1. Cephal. cons. 86. num. 8. vbi allegat *tex. in l. si non expedierit §. 1. ff. de bon. auth. iud. possid. vbi Bart. & Alberic. num. 1. ff. de his quæ in fraud. credit.*

Ex quibus videndum verè est, an census in totum spectauerit ad Constantium, vel pro medietate, & quatenus in totum, videndum est, cum census non potuerit hypothecari, an fructus fuerint actione personali obligati, vel ipsum nomen debitoris fuerit hypotecatum, & quatenus in vtroque casu affirmatiuè respondeatur, videndum rursus erit in primo casu, an actio personalis transeat ad singularem successorem; In secundo verò casu, an nomen debitoris censeatur semper hypothecatum, vel donec extat in dominio debitoris hypothecantis. Scilicet dum extitit tantum in dominio Curtij, qui omnia bona præsentia, & futura hypothecauit ad fauorem Raphaelis.

Et ita &c.

ROMANA BENEFICIATVS S. LAVRENTII IN DAMASO.

Lunæ 22. Maij 1623.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus probatur ex præsentationibus effectum sortitis spatio 40. annorum etiam absque fama, quando concurrunt adminicula, & non agitur de iurepatronatus vniuersitatis, aut familiæ potentis. Quæ Beneficia Vrbis possint conferri exteris cum regulariter ex indulto Leonis Romanis conferenda sint. Iuspatronatus spectans ad Confraternitatem Laicorum an & quando dicatur Ecclesiasticum, & quando Laicale.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatus assumit naturam illius, in cuius loco fit subrogatio.*

2 *Iuspatronatus probatur ex præsentationibus effectum sortitis spatio centum annorum, vel etiam quadraginta annorum cum fama, vel etiam sine fama quando concurrunt adminicula, & non agitur de Iurepatronatus vniuersitatis, aut familiæ potentis, & num. 6.*

3 *Præsentationis vim habet consensus ab aliquo uti Patrono præstitus resignationi beneficij de Iurepatronatus & ex eo resultat idem effectus, & num. 5.*

4 *Præsentationes dicuntur effectum habuisse, quotiescumque vnus post obitum alterius fuit prouisus.*

6 *Iuspatronatus probatur ex præsentationibus effectũ sortitis spatio quadraginta annorum etiam absque fama quando concurrunt adminicula, & indicia prout ibi.*

7 *Præsentato in tempore, & habenti suas habilitates non potest denegari immissio ad iuspatronatus etiam contra possessorem.*

8 *Romanis tantum sunt conferenda beneficia Vrbis ex indulto Leonis.*

9 *Limita non procedere in beneficijs existentibus in Eccl sijs Cardinalium: de hac tamen limitatione ibi dubitatur.*

10 *Limita 2. in beneficijs Iurispatronatus & nu. 15.*

11 *Beneficia de Iurepatronatus egent speciali mentione, vt comprehendantur sub dispositione generali.*

12 *Præferendus est is, qui habet prouisionem per obitum antecessoris, per quem beneficium vacauit de Iure, & de facto.*

13 *Vacatio de facto, & de Iure præfertur vacationi tantum de facto.*

14 *Vacatio dicitur contigisse de Iure, & de facto, quando constat de Iurepatronatus, & præsentationem antecessoris in tempore fuisse factam.*

16 *Gratia non iustificata non meretur nomen gratiæ.*

17 *Iuspatronatus dicitur Ecclesiasticum, quando personæ ad quas spectat præsentatio distinguuntur aliquo signo religioso, quamuis laicæ.*

18 *Iuspatronatus quod spectat ad Confraternitates Laycorum, vel ad illarum Priores, dicitur laicale. Ampl. num. 22. limita num. 30.*

19 *Ecclesiastica persona dici non potest is, qui non habet habitum Religiosum, nec gaudet fori priuilegio, & canonis.*

Confratres laici, qui non habent habitum Religiosum, nec gaudent fori priuilegio, & canonis, sed vti tales conueniuntur coram Iudice laico, non possunt dici personæ Ecclesiasticæ num. 19. vide num. 20.

20 *Confraternitatum laicarum causæ sunt remittendæ ad Iudices Ecclesiasticos.*

21 *Confraternitas Sanctissimi Saluatoris ad Scalas sanctas, quæ habet Hospitale annexum, est locus pius, & religiosus, & de foro Ecclesiastico.*

22 *Confraternitas Laicorum, quæ solet causa pietatis Collegia quædam constituere, & est affixa alicui Ecclesiæ constituit Iuspatronatus laicale non Ecclesiasticum. Vide num. 28. & 30.*

23 *Amplia maximè ad effectum excludendi reseruationem.*

24 Rot. decis. 574. num. 8. par. 1. *non videtur figere pedes quod Iuspatronatus spectans ad Confraternitatem laicale, sit laicalo.*

25 Rot. decis. 680. num. 2. par. 1. *procedit quando agitur de meris laicis non affixis alicui Ecclesiæ.*

26 *Decisio Rotæ debet intelligi secundum doctrinam, quam allegat.*

27 *Iuspatronatus spectans ad Confraternitatem Laicorum auctoritate Ordinarij erectam & præsertim habentem Ecclesiam est Ecclesiasticum, & n. 29.*

30 Couar. pract. qq. cap. 36. num. 8. vers. *nam etiam reprobatur.*

31 *Priores Confraternitatis habentis hospitale annexũ & deputata ad aliquod pium opus quamuis laici, quoad huiusmodi administrationem, & curam habentur pro Ecclesiasticis, cum possint trahere, & trahi super iisdem bonis, & eorum administratione coram Iudice Ecclesiastico, licet pro rebus particularibus coram Iudice laico conueniantur num. 35. 38.*

32 *Cancellaria quotidie dat litteras magistris fabricæ & contra eos, quamuis laicos dummodò agatur, & conueniantur ratione officij pij.*

33 *Magistri fabricæ repræsentant personas eorum, qui de iure habent curam fabricæ.*

34 *Ad Ordinarium de iure spectat custodia Sanctissimi Saluatoris ad Sancta Sanctorum.*

36 *Iurispatronatus spectantis ad Rectorem Hospitalis derogatio an requiratur, & num. 38.*

37 *Gratia perindè valere est necessaria, quando in gratia prouisionis non fuit derogatum iuripatronatui Rectoris, & operariorum fabricæ.*

38 *Iuspatronatus competens operarijs fabricæ alicuius Ecclesiæ iudicatur secundum iuspatronatus laicorum. Vid. tamen ibi, & num 41.*

39 *Clausula* dummodò patronorum accedat cõsensus *quando apponatur.*

40 *Iurispatronatus competentis operarijs fabricæ alicuius Ecclesiæ tanquam Ecclesiastici non debet fieri mentio in prouisione.*

DECISIO MCDXLV.

Franciscus tanquam præsentatus à Custodibus Sanctissimi Saluatoris ad Sancta Sanctorum petebat immissionem, & cum se opponeret Nicolaus Bonifacius tanquam possessor, dubitaui, an dicto Francisco esset danda immissio. Quia dubium habet plures difficultates. Prima quidem, an constet de Iurepatronatus dd. Custodum, pro cuius difficultatis dilucidatione præmittendum est, quod Capitulum Sancti Laurentij in Damaso nec non & Custodes Sanctissimi Saluatoris prætendunt Cappellaniam Sanctissimæ Conceptionis esse de ipsorum Iurepatronatus, vnius cuiusque pro medietate, alteram vero Sancti Ioannis Baptistæ esse de Iurepatronatus ipsorum Custodum. Prædictas Cappellas fan. mem. Gregorij XIII. vniuit Collegio Beneficiatorum, & Clericorũ sine præiudicio Patronorũ,& posteà fuit actum, quod Capitulum præsentaret vnum Beneficiatum, Custodes verò duos Clericos, & demum fuit firmatum, quod Custodes haberent præsentationem vnius Beneficiatus, Capitulum vnius Clericatus.

Hoc prænotato, punctus difficultatis versatur in eo, an scilicet probetur Iuspatronatus dictarum Cappellaniarum; Quia si sic non potest negari, quin constet etiam de Iurepatronatus Beneficiatus, qui fuit subrogatus respectiuè in locum dictarum Cappellaniarum, & subrogatus assumit naturam illius, cuius loco

1 sit subrogatio * *Anchar. cons.* 100. *in princ. & cons.* 421. *in princ.* vbi quod ista est regula magistratis *Alex. cons.* 88. *num.* 4. *vers. corroboro lib.* 1.

lib. 1. *Decian. conſ.*43. *num.* 14. *& ſeqq. verſ.cir-*
ca 2. *lib.* 3. & Domini cenſuerunt conſtare de
dicto Iurepatronatus, cum enim non agatur
de Iurepatronatus vniuerſitatis aut familiæ po-
tentis, ſi non conſtat ex Inſtrumento de dota-
tione, & fundatione, ſufficiu t præſentatio-
2 nes effectum ſortitæ ſpatio centum annorum, *
vt cenſuit *Congregatio Illuſtriſſimorum Interpre-*
tum, & ſecuta eſt *Rot. in cauſa Barchinonen.*
vnionis 5. *Decembris* 1597: *coram bo. me. Gipſio*
vel ſaltem effectum ſortitę ſpatio quadragiuta
annorum cum fama *Caſſad. dec.* 2. *num.* 4. *cum*
ſeqq. de probat. Achill. decis. 6. *de Iurepatronat.*
Put. dec. 56. *lib.* 1. *in nou. & pluries fuit in Ro-*
ta reſolutum.

In hoc autem caſu probantur præſentatio-
nes effectum ſortitę ſpatio multorum annorum
3 dantur enim conſenſus præſtiti per Cuſtodes, *
Vti Pattonos reſignationibus factis de annis
1525. 1534. 1553. & 1588. ac præſentatio fa-
cta de anno 1591. nec non conſenſus reſigna-
tioni factæ de anno 1592. qui vltimus conſen-
ſus habuit effectum vſque ad annum 1622.
quo contigit vltima vacatio, & prędicta om-
nia, excepta prouiſione anni 1534 habuiſſe
effectum non poteſt dubitari, cum vnus per obi-
4 tum alterius fuerit prouiſus, * *Oldrad.conſ.*209.
num. 2. qui quidem conſenſus præſtitus habet
vim præſentationis, & ex eo reſultat idem
5 effectus * *Abb. in cap.* 1. *num.* 6. *de relig. dom.*
& conſ. 54. *num.* 3. *verſ. pro hoc etiam facit*
lib. 1. & hanc opinionem tenet *Rot. dec.* 195.
num. 3. *par.* 1. *in recent.* & quamuis non adſint
præſentationes effectum ſortitæ ſpatio centum
annorum, indubitanter tamen adſunt ſpatio
quadraginta annorum, qui etiam ſufficiunt
6 abſque fama, cum ſint adminiculatæ, * ex
vnione facta per *San. me. Greg. XIII.* & ex
quo prouiſiones ſemper fuerũt factæ cum clau-
ſula *accedente conſenſu patronorum*, quæ viden-
tur ſufficere in caſu, de quo agitur, licet non
probetur fama, vt per *Bald. in l. cum ſuper num.*
1. *&* 2. *C. de rei vindic.* cuius dictum ſequi-
tur *Rot.* vt per *Caſſad. dicta decis.* 2. *numer.* 4.
de probat. quare in hoc caſu ſatis cenſetur pro-
batum Iuſpatronatus etiam quod non adſit
fama, quia vna cum præſentationibus vltra
quadraginta annos concurrunt ſufficientia in-
ditia.

Secunda difficultas conſiſtit in eo, quod
Nicolaus Antonius eſt reus, & poſſeſſor, &
nihil tenetur probare. Sed hoc obiectum ceſ-
ſat, quia cum Franciſcus probet Iuſpatrona-
7 tus & ſe fuiſſe præſentatum in tempore, * &
ſuas habilitates, ei non poteſt denegari immiſ-
ſio, & quamuis Nicolaus Antonius excipiat,
quod Franciſcus non eſt Romanus, quibus ex
8 indulto Leonis * ſunt conferenda beneficia
Vrbis: Attamen fuit reſponſum, quod indul-
tum Leonis non compræhendit beneficia ex-
tantia in Eccleſijs Illuſtriſſimorum Cardina-
9 lium, * Sed quidquid ſit de hac reſponſione,
quià fortè exceptio intelligitur de ſpectan-
tibus ad collationem dd. Illuſtriſſimorum
Cardinalium, fuit reſponſum dictum indul-
tum non compræhendere beneficia Iuriſpa-
10 tronatus, * quæ egent ſpeciali mentione, vt
11 compræhendantur ſub diſpoſitione generali, *
ex adductis per *Modern. ſuper Reg.Gloſ.* 18. *num.*
2. *& ſeqq.* Et licet etiam excipiatur, quod
Franciſcus non probat vacationem vltimi poſ-
ſeſſoris de Iure, & de facto, ideo ipſe eſt præ-
ferendus, qui habet prouiſionem per obitum
12 anteceſſoris, * per quem non dubitatur bene-
ficium vacauiſſe de Iure, & de facto, in con-
curſu autem præfertur vacatio de facto, & de
13 Iure vacationi tantum de facto *Caſſad. decis.* 5.
*n.*4. *&* 5. *de priuileg. Modern. ad reg.* 8. *gloſ.* 15. §. 1.
num. 79. Sed obiectum ceſſat, quia cum conſtet
de Iurepatronatus, & præſentationem Ante-
14 ceſſoris in tempore fuiſſe factam, * non poteſt
dubitari, vacationem contigiſſe de Iure, & de
facto, etiam quod vlterius defunctus non eſſet
Romanus, quià vt dictum eſt, indultum Leo-
nis non compræhendit beneficia Iuriſpatrona-
15 tus *: Et ceſſat omnis difficultas, quia Nico-
laus Antonius non iuſtificauit ſuam gratiam,
& propterea non poteſt iuuare vacatione, quia
gratia non iuſtificata non meretur nomen
16 gratiæ *Anchar. conſ.* 34. *in princ.*

Tertia difficultas fuit excitata, & ſuper ea
diſcurſum fuit, nihil tamen firmatum, quia
gratia Nicolai Antonij non eſt iuſtificata, an
ſcilicet quatenus iuſtificaret ſuam gratiam
poſſet obtinere. Et ratio illius difficultatis con-
ſiſtit in eo, an huiuſmodi Iuſpatronatus, quod
ſpectat ad Cuſtodes huius Confraternitatis SS.
Saluatoris ſit Laicale, vel Eccleſiaſticum, quia
Papa fecit gratiam Nicolao Antonio cum de-
rogatione Iuriſpatronatus, quatenus eſſet Ec-
cleſiaſticum, In quo articulo eſt notandum,
quod tamen eſt extra controuerſiam Iuſpa-
tronatus eſſe Eccleſiaſticum, quoniam perſo-
næ diſtinguntur aliquo ſigno religioſo, quam-
17 uis ſint Laicæ, * vt de Iurepatronatus Bagui-
narum, eſt *decis. Rotæ* 8. *de Iurepatr. in antiq.*
Felin. in c. quando litteræ Apoſtolicæ num. 11.
limit. 4. *verſ. induxit etiam Gambar. de offic. legat.*
lib. 3. *num.* 412. *& ſeqq. Lambert. de Iurepatr.*
lib. 1. *par.* 1. *art.* 10. *nu.* 4. *Aldobr. conſ.* 30. *num.*
5. *& ſeqq. lib.* 1. ſed quando ſpectat ad Con-
fraternitates Laicorum vel ad illarum Priores,
duæ ſunt opiniones inter ſe pugnantes. Pri-
18 ma eſt, quod ſit Laicale, * quam tenet *Felin.*
& Gambar. locis ſupracitatis Rocch. de Iurepatro-
natus in verbo inſ. num. 17. mouentur ea ratione
quia ſi Confratres ſunt Laici, nec habent ha-
bitum Religioſorum, nec gaudent priuilegio
fori, & Canonis, non poſſunt dici perſonæ
19 Eccleſiaſticæ, * ſed ſæculares, & vti tales con-
ueniuntur coram Iudice Laico *Bart. in l. cum*
Senatum num. 4. *ff. de reb. dub. Felin. in cap.* 2.
ad finem de for. compet. Sed ratio iſta non vide-
20 tur vera ex his, quæ notat * *Garz. de Benef.*
par. 5. *c.* 1. *num.* 606. *Mar. Mut. dec.* 58. *num.*
9. *vſque ad finem* vbi refert magnam Regiam
Curiam ſemper remiſiſſe cauſas harum Con-
fraternitatum ad Iudices Eccleſiaſticos; Et om-
nis hodiè videtur ceſſare difficultas, ſtante
diſpoſitione *Conc. Trid. ſeſſ.* 22. *c.* 8. *&* 9. *de*
Refor. & præſertim in hoc caſu, quia hæc Con-
ſrater-

fraternitas est deputata ad Custodiam Sanctis-
21 simi Saluatoris ad Scalas Sanctas, * & habet
Hospitale annexum, & sic est locus pius, &
Religionis, & de foro Ecclesiastico *Specul. in
tit. de adit. Instr. §. nunc vero aliqua num. 62.
vers. scias Gabr. de pia causa conclus. 2. Tiraq;
de priuil. pia causæ in præfat. vers. item relictum
Padill. in l. si aquam C. de seru. & aqu. num. 46.
Redoan. de reb. Eccles. non alien. rubr. 27. &
33. cas. 12. Velasc. consl. 105. num. 28. Solis. de
censib. lib. 2. c. 3. num. 11. Menoch. de recuper.
remed. 15. num. 22. Guttier. Cano. qq. lib. 1. c.
35. num. 29. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 25.
tit. 6. num. 69. Roth. de visitat. verb. hospitalia
Zerol. in prax. Episc. par. 1. verbo hospitale §.
3. lib. 3. Azeued. lib. 1. num. 28. tit. 1. lib. 4. &
l. prima. num. 4. tit. 19. lib 9. recompilat. Cenal.
com. contra comm. tom. 4. q. 896. num. 982.
Aegid. in repet. l. 1. par. 1. in princ. num. 54. C.
de sacros. Eccles. Florell. var. lib. 2. q. 21. num.
179. Marc. Antonius Genuen. in prax. Archiepis.
Cur. Neapolit. c. 17. Garz. de Benef. cit. num.
601. et seqq.* & propterea *Couar. part. quæst. c.
36. num. 8. vers. nam etiam* . . . . qui cum
Felin. & alijs tenet mouetur alia ratione videli-
cet per Confraternitates Laicorum, etiam
quod soleant causa pietatis Collegia quædam
22 constituere,* & sint affixa alicui Ecclesiæ, con-
stituunt Iuspatronatus laicale non Ecclesiasti-
cum, quia illi, ex quibus vniuersitas constat,
& ad quorum voces, & suffragia præsentatio
fit sunt omnino Laici, & ad hanc vniuersitatem
Laicorum præsentatio pertinet, non ad Eccle-
siam nec ad aliquam Ecclesiasticam dignita-
tem, & hoc dictum *Couar.* simpliciter refert
*Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 14. num. 12. ante
finem vers. item suspectus* & hanc opinionem ad
23 effectum excludendi reseruationē æquiorem, *
esse dicit *Garz. loco supra citato num.* 608. pro
qua etiam allegatum *Rot. decis.* 574. *num.* 7.
24 *part. prima* quæ tamen *num.* 8. * non videtur
figere pedes & iam allegat *Camill. Borell. in
summario decisionum tit. 32. nu.* 166. Alia etiam
decis. 680. *num. 2. par.* 1. solet allegari, sed
25 ista procedit, * quando agitur de meris Lai-
cis non affixis alicui Ecclesiæ, quod patet, quia
refert *Lambert*, qui hoc expresse dicit, vt mox
trademus, & ideo debet intelligi secundum
26 doctrinam, quam allegat, * *Bart. in l. non so-
lum §. liberationis ff. de liberatione legat.* & ratio
Couar. est eadem cum ratione *Bald.* quam ad
alium propositum adducit *in l. si quis ad de-
clarandum §. in omnibus num. 19. C. de Epis. et
Cler. Imol. in c. officij num. 20. vers. circa secun-
dam de testam. Capr. vers. 20. num. 15. in fin.*

Contrariam vero sententiam tenent alij sci-
licet quod Iuspatronatus Confraternitatum
27 Laicorum autoritate Ordinarij erectarū,* præ-
sertim si habeat Ecclesiam sit Ecclesiasticum &
primo *Hiero. Paul. in prax. Cancell. in tit. de clau-
sula super praponente siue vouente ingredi col. 39.
vers. in causa mea Maioricen. fol. 444. post pract.
Rebuff. impress. Lugduni apud Rouill. anno 1609.
Lambert de Iurep. lib. p. 1. art. 10. num. 4.* vbi
distinguit, quod si isteConfraternitates faciunt
solum Collegium, & non sunt affixæ alicui
28 Ecclesiæ annexæ * Iuspatronatus est Laicale, si
vero sunt alicui Ecclesiæ annexæ Iuspatronatus
29 est Ecclesiasticum * *Guttier. Canon. qq. lib. 1.
de mente Rotæ dec. 8. num. 1. vers. nec abstat de
Iurep. in antiq.* vt aduertit *Hier. Paul. & Aldobr.
locis positis num.* 607. Quare resolutio pendet
ex veritate rationis *Couar.* cui respondet *Hiero-
30 nymus Paulus loco posito* inquiens, * quod hic
nulla datur prouisio Laicalis, nec nuuus fuit
considerata, sed fuit tantummodò habita ratio
officij pij, ergo Iuspatronatus non debet dici
Laicale, sed Ecclesiasticum, cum isti Priores
31 quamuis Laici * quoad ad hanc administra-
tionem, & curam habeantur pro Ecclesiasticis
personis, cum possint trahere, & trahi super
dictis bonis, & eorum administratione coram
Iudice Ecclesiastico, tanquam personæ Eccle-
siasticæ, & subdit, quod Cancellaria quotidie
32 dat litteras magistris fabricæ, & contra eos,*
quamuis Laicos, dumodo agatur, vel conue-
niatur ratione officij prædicti, nec immerito,
quia in illa cura, & administratione represen-
33 tant personas eorum, * qui de iure habent cu-
ram Fabricæ, vel bonorum illi destinatorum,
quæ quidem administratio pertinet ad Episco-
pum, Capitulum Rectorem Ecclesiæ, vt pro-
bat dictus *Hieronymus Paulus*, quæ conclusio
bene applicatur ad Custodes Sanctissimi Sal-
uatoris ad Sancta Sanctorum, quam Sanctis-
simæ Imaginis custodiam certum est specta-
34 re* de iure ad Ordinarium. Hinc *Lambert.* ait
quod isti non præsentant ex eorum persona ne-
que ex persona Collegij Secularis, sed ex per-
sona Collegij, quod tanquam adhærens Eccle-
siæ dicitur Ecclesiasticum, subdens, quod ideo
videmus illos Confratres conueniri coram Iu-
dice Ecclesiastico licet pro rebus particulari-
35 bus coram Iudice * Laico conueniantur.

Vlterius possunt considerari duo notabilia
Cancellariæ, quæ cui parti faueant, postea si
opus erit, considerabimus, alterum *fol. mihi* 112.
Alterum vero *fol.* 209. in primo sic habetur.
36 *In beneficijs Iurispatronatus * Rectoris Hospitalis
fuit dictum per l. Puccium, & A. de Sancto Seue-
rino non esse opus derogare Iuripatronatus, quan-
da possidetur, Ioannes Orregha* dixit, quod alias
in quadam causa, quia in Bulla prouisionis
erat ommissa derogatio, oportuit expedire
37 *Perinde valere*, * quia *Rota* aliter sentiebat in
beneficio operariorum fabricæ Ecclesiæ, con-
sentiunt, quod sit necessaria derogatio, & *D.
F. de Parma* expediuit eum derogare in benefi-
cio Iurispatronatus Rectoris, & operariorum
fabricæ.

In secundo vero sic habetur. *Nota quod Ius-
patronatus competens Operarijs fabricæ alicuius
Ecclesiæ iudicatur secundum Cancellariam Iuspa-
tronatus Laicorum*, & consequenter debet fieri
38 mentio de eo, & derogari, * vel dari clausu-
lam *Dumodo*, sicut in alijs Iurispatronatus Lai-
corum, & ita dixit mihi N. de Cu. fuisse die-
39 bus elapsis expeditum in Cancellaria * dan-
do clausulam prædictam *dumoda prædictorum
Operariorum accedat consensus*; Et ita inclinauit
Io. Ferr. dicens, se vidisse expediri. N. tamen, &
aliqualiter dubitamus immo quod censeatur

Eccle-

Ecclesiasticum Iuspatronatus, & sic non de-
40 beat fieri mentio de illo,* nam istis Operariis non competit Iuspatronatus vt Laicis, licet Laici fiot, ipsi enim variantur ex tempore, & mutantur, immo ratione Ecclesiasticæ operariæ, & fabricæ ecclesiasticæ competit Iuspatronatus, & non potest negati quin ratione Ecclesiæ igitur iudicetur Ecclesiæ, non antem Laicorum, vide omnino *Felin. in tract. de iurepatronatus* vbi ponit quæstionem, & vi-
41 detur inclinare, quod sit Laicorum * ex eo, quia officium petitum Laicorum est, & ratione dicti officij cōpetit Iuspatronatus, & operarij Laici sunt, & vt Laici viuunt, & habitum portant Laicorum, igitur, & cap. sed perfecto per hoc videtur omnino responderi ad id, quod facit incontrarium supra, ideo cogita, quia pulcra difficultas, & alias fortasse plenius examinabimus, vid. in *pall. Cancell. Hieronimi Pauli* vbi late.

Ex quibus si gratia Apostolica esset iustificata, in reliquis viden. esset super hoc articulo, an Iuspatronatus esset Laicorum vel non, in quo nihil firmarunt Domini, sed prædicta dixerunt per modum discursus. Responderunt tamen pro Præsentato, ex quo gratia Prouisi Apostolici non est iustificata, vt patet ex prædictis.

Et ita conclusum &c.

Præsens decisio fuit confirmata die 24. Ianuarij 1624. & coram Durano dec. 130. vbi etiam fuit resolutum iuspatronatum esse Laicale.

INTERAMNEN. LEGITIMARVM

Lunæ 22. Maij 1623.

ARGVMENTVM.

Ad restitutionem dotis vxoris vnius ex fratribus tenentur omnes, qui simul fecerunt quietantiam illius cum assertione, quod dotem conuerterunt, & conuertere volebant in communem vsum; secus autem si maritus solus illam recepit, nec probetur versio in communem vtilitatem, nec minus societas omnium bonorum inter fratres, quæ operatur, vt restitutio debeat fieri de comunibus bonis.

SVMMARIVM.

1 *Legitima est portio bonorum, non hæreditatis.*

2 *Dotis restitutio debet fieri ab hæredibus pro portionibus hæreditarijs.*

3 *Fratres tenentur ad restitutionē dotis vxoris vnius ex illis, dum insimul fecerunt quietantiam eiusdem dotis cum assertione, quod illam conuerterunt, & conuertere volebant in communem vsū. Amplia num. 4.*

5 *Ad dotis restitutionem tenetur solum ille frater, qui illam recepit.*

6 *Amplia maxime quando non probatur versio, nec Societas omnium bonorum, quæ operatur vt restitutio debeat fieri de comunibus bonis.*

7 *Debitum contractum, vel census impositio facta sub vno nomine, non debet haberi in consideratione in alio nomine.*

8 *Debitum vnius non est computandum ad debitum alterius.*

DECISIO MCDXLVI.

Bona Scipionis Castelli fuerunt confiscata, & Diana eius mater illa recuperauit, & cum fuerit resolutum Victoriæ deberi legitimam in bonis dicti Scipionis ex persona duorum filiorum, egit ad dictam legitimam contra Annibalem fratrem, & filium respectiuè Scipionis & Dianæ, nec non eiusdem hæredum & post plures resolutiones factas dubitaui, ad quam summam ascendat æs alienum in casu, & ad effectum, de quo agitur, qui est, vt videatur, ad quam summam sit taxanda, cum legitima sit portio bonorum, non autem hære-
1 ditatis * secundum magis communem, de qua *Cras. in §. legitima q. 1. num. 2.* vbi late.

Quantum attinet ad dotem Dianæ Matris prædicti Scipionis est in confesso fuisse sc. 900. quæ cum fuerit soluta Agapyto Patri dd. Annibalis, & Scipionis, cuius sunt hæredes, restitutio debet fieri pro portionibus hæredita-
2 riis * *Petr. de Vbad. de duob. fratr. part. 9. nu. 2. vers. & ex hac resolutione* est habenda oon solum ratio scut. 450. quod est in confesso apud partes.

Quantum ad dotem Victoriæ vxoris dicti Scipionis de anno 1590. die 23. Martij Annibal, & Scipio fecerunt quietantiam scut.
3 720. * com assertione, quod summam prædictam conuerteriot, & conuertere volebant in communem vsum. Quare istud debitum est commune, tum quia vterque frater recepit,
4 tum quia versionem in communem * vtilitatem fatentur *Specul. de indic. §. sequitur num. 8. & ibi Io. Andr. littera E. vers. adde prædictis,* & fuit resolutum *coram me in causa Ariminen. dotis 26. huius mensis.*

Quantum vero attinet ad residuum vsque ad summam scut. 1925. scilicet scut. 1205. cum ex quietaotia facta eadem die 23. Martij
5 1590. solus Scipio receperit; * regula est, quod solus ad restitutionem teneatur *Specul. & Io. Andr. locis citatis*; non enim probatur, quod istam summam versio, quæ esset hadenda in
6 consideratione,* vt dicunt Doctores prædicti, nec minus Societas omnium bonorum, quæ operaretur, aut restitutio deberet fieri de communibus bonis, vt fuit consideratum *coram me in dicta Ariminen.*

Sed respondetur, quod confessio primò stat, quod recepit scut. 310. super duabus areis factis ad constructiones laterum, quæ fuerunt consignatæ Dianæ ad computum dotis, & sic constat de versione in communem vtilitatem. Attameo venit aduertendum, quod Dianæ fuit assignatum, vt dicitur, *un spiazzo,*

con fornace di mattoni, & sic vnicum fuit consignatum, & non duo, pro quibus Scipio fecerat quietantiam, & non constat cuius valoris sit istud assignatum.

Secundo dicitur, quod in confessione adest partita scut. 585. occasione pretii ex petio terræ positæ in vocabulo Pontis Ralli consignato prædictæ Dianæ, vnde constat de versione in commune commodum. De hac tamen consignatione non liquet, cum dicatur *Vna possessione nel Territorio di Testio di stara vent'otto in circa*, & non videtur istam conuenire cum petio terræ, de quo in quietantia.

Tertio dicitur, quod quietantia continet partitam scut. 300. occasione duorum censuum cũ quodam Polione factorum, quæ summæ bene concordant, solum in tertio scut. 200. discrepante, cum census sit cum Braccio Curione, non autem cum Polione.

Quantum attinet ad censum scut. 525. quem imposuit Diana pro restitutione dotis Victoriæ, est aduertendum, quod Diana composuit cum fisco, & se obligauit restituere dotem Victoriæ, quare si pro restituenda dote imposuit
7 censum, hoc fecit ex alia persona, * scilicet ex obligatione contracta cum fisco, & sufficie, quod dotis Victoriæ habeatur ratio in debitis Scipionis, vt supra dictum est, non autem est computandus huiusmodi census ex alia persona constitutus.

Circa vero partitam scut. 100. & alia sc. 60. solutas fisco pro compositione, non constat fuisse solutas per Dianam, sed potius contrarium apparet ex quietantijs, quæ dantur. Et aliud debitum scut. 160. solutum per Dianam pro compositione facta pariter cum fisco non
8 est computandum ad debitum Scipionis, * sed potius Dianæ, quia nihil in hac solutione ad illum.

Quantum ad aliud prætensum creditum occasione fructuum census impositi à Scipione de anno 1590. debet doceri de solutione fructuũ, & an solus Scipio imposuerit, vel insimul cum Aunibale.

Alia debita non pertinent ad Scipionem, & ideo de illis non est agendum.

Et ita conclusum &c.

HELDESEMEN. OPTIONIS.

Veneris 26. Maij 1623.

ARGVMENTVM.

Optionis multa afferuntur, quæ vti sæpè contingentia sunt notatu digna.

SVMMARIVM.

1 *Optio de Iure spectat ad Antiquiorem.*
2 *Optare non potest is, qui est horribilis, hoc est qui non fecit debitam residentiam.*
3 *Optare non potest is, qui passus est alium optare, quamuis ad eum non spectaret.*
4 *Optare potest is, qui est in loco inferiori, quando illi, qui sunt in loco superioris, vel sunt incapaces vel nolunt, vel non possunt optare & nu. 6.*
5 *Canonicus absens à Capitulo studiorum causa, & cum licentia, non est horribilis. Vid. tamen ibi.*
7 *Optionem si quis non fecit ex quo poterat credere, quod ad aliũ absentem spectaret, debet excusari.*
8 *Optare non potest, qui non fecit aliquam diligentiam optandi, quando adest statutum, quod nolentes optare perdant turnum. Contrarium quando ignorabat, an ius optandi spectaret ad ipsũ n. 10.*
Statutum Capituli Hildesemen. *mandans, quod nolentes optare perdant Turnum non habet locum, quando quis ignorat ius optandi ad ipsum spectare num. 8. & 10.*
9 *Turnus incipit ab eo, qui est antiquior ex eis, qui volunt optare.*
11 *Statutum loquens in vno casu, non debet trahi ad alium casum.*

DECISIO MCDXLVII.

Non controuertitur, quod Henricus Iodocus esset antiquior post eum Arnoldus, ac tertio loco Rembertus, & quod de iure optio
1 spectet ad antiquiorem* ex allegatis in *dec. facta 28. Nouembris superioris anni*, sed dicit Rembertus, quod cum primo loco optauerit Henricus Iodocus, qui optare non poterat,
2 cum esset horribilis hoc est, * quia non fecit debitam residentiam, & Arnoldus passus fue-
3 rit illum optare sibi præiudicauit, * & propte-
4 reà optio spectabat hodie ad * Rembertum, & licet in *decisione vltimo loco facta* fuit firmatum Iodocum nõ fuisse horribilem, cum de licentia
5 Capituli studiorum causa absfuisset, * & tempus licentiæ nondum expirasset, in hac tamen propositione circa hoc motiuum Domini non fuerunt concordes, sed dixerunt, quod dato sine veri præiudicio, quod Iodocus fuisset horribilis non cogebatur Arnoldus optare, & illo
6 nõ optante, poterat optare Rembertus * *c. fin. de consuet. Modern. de opt. quæst. 1. c. 1. num. 21. & 22.* Vnde non magis est attribuenda culpa Arnoldo, quam Remberto, cum data incapacitate Iodoci, si Arnoldus non optauit, poterat optare Rembertus.

Et prædicta eo magis procedere videntur, quia Capitulũ admisit procuratorẽ Iodoci absentis ad optandum, Vnde Arnoldus potuit credere, quod adhuc licentia abessendi duraret, & propterea debet in omnem euentum ex-
7 cusari, si non optauit, * vt in simili optione *Gonzal. ad reg. 8. gloss. 34. num. 88. & 94.* quod est multum verisimile, ex quo nec Rembertus,
8 aut alius fecit aliquam diligentiam optandi,* quod verisimile non videtur, cum adsit statutum, quod nolentes optare perdant turnum, & sic nedum illum perdidisset Arnoldus, sed etiam Rembertus.

Nec prædicto Arnoldo obstat supradictum statutum; primò quia cum nullus ante ipsum prætẽdat optionem, Remberto autem, alijsque sequentibus obstare videtur, & turnus ab ipso
9 incipit, * quia ipse est antiquior ex illis, qui volunt optare, verum tamen est, quod cum ex prædictis constet, Arnoldum ignorasse, An ius

ius optandi ad ipſum ſpectaret, ceſſat vigor
10 ſtatuti, * quod loquitur in caſu, quo quis optare nollet, non autem quando quis ignorat ius optandi competere, & ideo non debet
11 trahi de vno ad alium caſum * iuxta notat. in *l. Papinianus ff. de minor.*

Et ita concluſum &c.

SABINEN. CASTRI MONTIS ROTVNDI.

Lunæ 29. Maij 1623.

ARGVMENTVM.

Grauatus, cui fuit conceſſa facultas alienandi, poteſt diſponere etiam per viam vltimæ voluntatis. Attento præcepto teſtatoris, quod res relinqui debeat in familia poteſt grauatus vnum de familia eligere, quamuis remotiorem, alioquin ſuccedet proximior de familia, & erit locus fideicommiſſo de vno in alium gradatim. Ordinato fideicommiſſo, & conceſſa facultate hæredi grauato alienandi tunc cenſetur inductum fideicommiſſum eo tantum caſu, quo alienatio non ſequitur.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum perpetuum ſimplex, & abſolutum ordinatum à diuidentibus in diuiſione tam in caſu alienationis, quam mortis ad fauorem eorum deſcendentium maſculorum legitimorum & naturalium, dicitur purificatum ad fauorem eius, qui ab vno ex diuidentibus deſcendit.*

2 *Fideicommiſſum ordinatum à diuidentibus, tam in caſui alienationis, quam mortis ad fauorem eorum deſcendentium maſculorum legitimorum, & naturalium poteſt alienari inter comprahenſos in fideicommiſſo, & in teſtamento ipſis legari nu. 4. & 6.*

3 *Et poſt alienationem inter comprahenſos efficitur alienabile in quamcumque perſonam.*

5 *Facultatem alienandi habens poteſt etiam per viam vltima voluntatis diſponere.*

7 *Stante pracepto Teſtatoris quod res relinqui debeat in familia poteſt grauatus vnum de familia eligere, quamuis remotiorem, & num. 10.*

8 *Et non facta per grauatum electione ſuccedet proximior de familia, & erit locus fideicommiſſo de vno in alium gradatim & num. 10.*

9 *Fideicommiſſum ſimplex non inducitur per illa verba,* quia vult bona remaneant in agnatione, *quando grauatus poteſt alienare in agnatum remotiorem ſecundum opinionem* Ruin. *&* Gouean. *qua tamen reprobatur, & contrarium firmatur num. 7. 8. & 10.*

11 *Fideicommiſſum cenſetur inductum in caſu, quo alienatio non fiat, quando Teſtator bona fideicommiſſo ſubiecit, & licentiam alienandi grauato conceſſit & num. 14.*

12 *Fideicommiſſum poteſt alienari à grauato tam per contractum permutationis, quam per alios contractus, quando fuit conceſſa facultas eo modo quo ibi.*

13 *Fideicommiſſum quando alienari poteſt in aliquem, ſi ille requiſitus non vult conſentire, grauatus remanet liber, ſecus tamen eſt ſi in contrarium conſtet de voluntate teſtatoris.*

15 *Grauari non poteſt, qui non honoratur.*

16 *Diſpoſitionem alicuius acceptans ſibi praiudicat etiam ſi ſit vnicus, & ad bona diſpoſita vocatus.*

DECISIO MCDXLVIII.

IN Inſtrumento diuiſionis initæ de anno 1586. inter fratres de Vrſinis, inter alia per hæc verba fuit actum, *& per eſſer ſtato il Caſtello di Monte Ritondo antieamente, e principalmente tra queſti Signori &c. gli parrebbe inconueniente, che fatta queſta diuiſione poteſſe per alcun tempo eſſere mai alienato fuori di eſſi Signori diuidenti, e ſuoi deſcendenti maſcoli legitimi, e naturali di legitimo matrimonio nati. Però conuengono di commun conſenſo, che la giuriſditione di eſſo Caſtello con tutti ſuoi membri, eccettuando ſolo &c. non poſſino in alcun tempo per qualſiuoglia cauſa, contratto, o delitto, o vltima volontà vſcire d'eſſi Signori diuidenti, e loro deſcendenti legittimi, e naturali, di legitimo matrimonio nati, per corroboratione della quale conuentione li prefati conuengono, che à chi toccherà la proprietà, e la poſſeſſione di detto Caſtello ne ſia padrone ſolo per tanto tempo, per quanto non toccherà traſferirla in altri, che in ſopradetti, ò vno di loro, quali in queſto euento ſi riſeruono in detto Caſtello tutte le attioni, e giuriſditioni che hanno al preſente, e queſto à chi toccherà obliga il precedente detto Caſtello à gl'altri conſorti, e loro deſcendenti come ſopra, & al preſente ſi conſtituiſce poſſederlo in nome loro.* Et in eodem Inſtrumento immediatè ſubditur. *Item ſi ſono conuenuti li ſopradetti, che attento, che eſſo, à chi toccherà detto Caſtello non poſſa alienare detto Corpo di Monte Ritondo extra familiam come di ſopra ad eſſo ſia lecito di poterlo liberè permutare, barattare con qualſiuoglia altro Caſtello, o parte d'eſſi Signori diuidenti, con chi li parerà, e piacerà, dichiarando che qualſiuoglia altro Caſtello, ò altra ricompenſa, che il detto Signore à chi toccherà pigliaſſe in baratto, o permuta il loco di detto Caſtello da vno degli altri Signori Diuidenti, s'intenda eſſere ſuo quello, che pigliarà in nome di baratto libero, & eſſente d'ogni grauezza, e che liberamente ne poſſa contrattare, diſponere, & alienare etiam extra familiam quomodocumque & qualitercunque pro libito ſuæ voluntatis, à chi parerà à loro &c.*

E quello, che pigliarà detto Caſtello di Monte Ritondo, lo pigli con la medeſima conditione, & obligatione de non alienando detto Corpo di Caſtello.

Stante hac diſpoſitione *die 2. Martij ſuperioris anni* fuit reſolutum conſtare de fideicommiſſo ad fauorem D. P. Emilij, cum ipſe de-

descendat à P. Emilio seniore, * vno ex diui-
dentibus, qui ex supradicta conuentione con-
1 stituerunt perpetuum simplex, & absolutum
fideicommissum, tàm in casu alienationis,
quam mortis ad fauorem descendentium ma-
sculorum legitimorum, & naturalium ipsorum
diuidentium, vt abundè in illa *decisione* dictum
fuit, ponderando rationes alias consideratas in
causa *Florentina de Detis tertia Nouembris 1607.*
coram Reuerendissimo D. meo Patriarcha Hierosoly-
mitano quæ est *decis. 143. par. 1. in recent.* cæ-
terum quicquid sit de prædictis, quæ hodie per
DD. non expressè fuerunt considerata, fuit ani-
maduersum, quod cum Marcus, & Troilus pa-
ter, & patruus respectiuè D. P. Emilij ven-
diderint hoc Castrum bo. me. Valerio vno ex
2 compræhensis, * quod facere potuerunt, vt sta-
tim dicetur fuit effectum alienabile in quam-
3 cumque personam * ad *text. ad l. pater §. quin*
tes ff. de leg. 3. & in puncto firmat *Castr. cons.*
447. *num. 2. & 3. lib. 1.* & posteà dictus Vale-
rius reliquit hoc Castrum D. P. Emilio iunio-
ri, qui est de compræhensis in fideicommisso,
quod etiam agere benè potuerunt prædicti
Marcus, & Troilus, nec non, & Valerius, quando
alienatio prima Marci, & Troili non esset in
consideratione, stantibus verbis conuentionis,
ibi, *non possa in alcun tempo per qualsiuoglia causa,*
contratto, delitto, & vltima volontà vscire d'essi
successori diuidenti, e loro descendenti, quare Ca-
strum potuit nedum alienari in aliquem com-
4 præhensum in fideicommisso, sed etiam in te-
stamento legari, * vbi enim facultas competit
alienandi, competit etiam alienandi per vlti-
5 mam voluntatem * ex *alleg. per Peregr. de fideic.*
art. 40. num. 51. vers. quinimò, & per Surd. cons.
10. *num. 13. & cons. 71. num. 13.* Et cessat om-
nis difficultas, quia hic expressis verbis datur
facultas disponendi etiam in vltima voluntate.

Ex prædictis clarè sequitur, quod cum D. P.
Emilius iunior habeat Castrum ex disposi-
tione Valerij, quam potuit facere tam ex titulo
præcedenti acquisitionis, quam habebat vt su-
pra dictum est, quam illo cessante, ex conuen-
tionibus, cesset fideicommissum in euentum, in
6 quem non fiat alienatio in familia, * vel fiat in
extraneos, & illud cesset secuta alienatione,
prout est casus, de quo agitur, & hæc distinctio
probatur ex *text. in l. peto §. fratre & in l.*
vnum ex familia in princ. ff de leg. 2. vbi si res
ex præcepto Testatoris relinqui debet in fa-
7 milia * potest grauatus vnum de familia eli-
gere, quamuis remotiorem, & tunc si grauatus
decederet nulla facta electione, succederet pro-
ximior de familia, * & esset locus fideicomis-
8 so de vno in alium gradatim, prout quisque
esset proximior, vt in *d. §. fratre vers. quid ergo,*
& tenent plures *DD.* quos citat *Surd.* in puncto
cons. 96. num. 25. lib. 1. vndè subdit idem *Surd.*
quod si possunt simul stare, quod bona grada-
tim deferantur, & quod nihilominus liceat alie-
nare in agnatum quamuis remotiorem, non
erit bona consequentia *Ruin & Goueani locis per*
ipsos allegatis, qui volunt vbi licet alienare in
agnatum remotiorem, quod non inducatur fi-
deicommissum simplex * per illa verba *quia*
9 *vult bona remaneant in agnatione*, quod dictum
Ruini, & Goueani si esset verum, etiam destrue-
retur, quod esset fideicommissum simplex in
casu de quo agitur, de quo tamen nihil dixe-
runt Domini, sed quoad motiuum reliquerunt
in suo robore *decisionem*, & in puncto quod fi-
10 deicommissum, de quo in hoc Themate con-
ceptum reguletur secundum prædicta * expres-
sè etiam dicit *Alciat. in l. fil. fam. §. Diui num.*
53. in fin. ff. de leg. 1. Inquit enim, quod si gra-
uatus ex familia alijsque quamuis remotiorem
eligeret, valebit alienatio perindè ac si fidei-
commissum non esset simplex, si verò decederet
relicto aliquo extraneo ex testamento, vel ab
intestato admitteretur agnatus proximior, ne
extraneus bona habeat aduersus testatoris vo-
luntatem, quod etiam prius voluit *Crot. cons.*
48. num. 12. lib. 1. vbi loquendo de simili fidei-
commisso concludit successorem deferri mo-
do prædicto, quando apparet testatorem vo-
luisse, quod bona possent inter illos de familia
alienari, nec videtur mirum, quod Testator bo-
11 na subijciat fideicommisso, & licentiam con-
cedat alienandi * nàm censetur inductum fidei-
commissum, casu, quo alienatio non fiat, nec
aliter fiat, quam Testatori placuerit, vt consi-
derat *Surd. loco citato*, & ita resoluit *Rota in cau-*
sa Romana fideicommissi 24. Februarij coram
R. p. d. meo Pirouano, & hæc quidem conclusio
corroboratur nam si Testator concedit hæredi
facultatem alienandi, & deindè grauat resti-
tuere alijs quicquid superrerit poterit grauatus
totam hæreditatem alienare, & nihil substituto
reseruare contra dispositionem *auth. contra eum*
rogatus C. ad Trebell. nec erit Testator ibi con-
trarius, sed videbitur fideicommissum concep-
tum sub conditione si non alienauerit *Ias. in*
cons. 232. col. fin. num. 4. vers. tertium dubium
lib. 2. Soccin. Sen. cons. 123. sub num. 7. vers. ca-
pio tertiam difficultatem lib. 3. Ruin. cons. 76. num.
13. vol. 2. ita in proposito, quia Testator con-
cedit facultatem alienandi inter eos de
agnatione, & mandat bona ab vno alij resti-
tuenda intelligi debet quod restitutio fiat casu,
quo grauatus non alienauerit in vnum de fa-
milia, vt bene per *Surd. loco citato num. 26.*

Neque est verum, quod facultas alienandi in
familia debeat restringi ad casum permuta-
tionis deindè expressum, quia duæ fuerunt cō-
cessæ facultates alienandi in familia, vna taci-
ta, * quæ est generalis ad omnes contractus, &
12 vltimas voluntates, quæ desumitur ex verbis
supra ponderatis, altera verò est expressa, &
particularis restricta ad permutationem, &
propterea sit etiam, quod cū diuidentes in casu
permutationis cōuenerunt, Castrum nihilomi-
nus remanet subiectum fideicommisso ad fauo-
rem familiæ, attamen cum hoc non reperiatur
expressum in alio casu alienationis de vno non
potest inferri ad alium, ita vt hæc disputatio
habeat solum locum quando Castrum alienatur
per viam permutationis, secus verò in alijs
casibus præsertim cum prius fuerit actum de
a ijs alienationibus, & nihil dictum & postmo-
dum de permutatione in qua fuit declaratum
debere Castrum remanere subiectum fideicom-
missó

missio ad quod bene facit *text. in l, quid ergo si maiorem* 56. §. *si quis duos ff. de leg.* 1. & doctrina *Bart. in l. repetendis col.* 1. *vers. quandoque & identitas ex parte ff. de leg.* 3. *Peregr. de fideic. art.* 16. *num.* 33.

Neque facit, quod licet quando bona possent alienari in aliquem si illæ requisitus non
13 vult consentire, * grauatus remanet liber *Bar. in l. qui Romæ* §. *coheredes num.* 3. *ff. de verb. oblig.* attamen non remanent libera, si in contrarium constat de voluntate Testatoris *Peregr. consf.* 73. *n.* 3. *lib.* 5. & propterea sic videtur dicen. in casu, de quo agitur, nam vt supra dictum est, stant simul, quod adsit perpetuum fideicommissum, quando bona non fuerunt alienata, secus autem quando fuerunt alienata, * quia om-
14 nes clausulæ intelliguntur in casu, quo fideicommissum substineatur, secus verò quando relaxatur, vt benè ad propositum *Dec. in consf.* 636. *num.* 7. *& seqq. Alex. consf.* 59. *col. fin. sub num.* 21. *vers. non obstat quod illa verba lib.* 3. & alios plures huius sententiæ a leg. *Surd. consf.* 96. *num.* 10 *&* 11. *lib.* 1. *Verall. decis.* 123. *par.* 3. *in manuscr. incipien. Comes Guid.* illæ enim clausulæ declarant, & restringunt fideicommissum, non autem inducunt quando fuit relaxatum, vel non factum *Dec. loco supra citato*, & fuit consideratum in causa *Romana de Fulchis secunda Aprilis* 1607. *coram bo. mem. Cardinali Pamphilio*.

Minus etiam facit, quod D. Valerius non disposuerit de hoc Castro, & quatenus disposuisset, non potuerat grauare D. P. Emilium ad fideicommissum vocatum, nam fuit responsum satis disposuisse de hoc Castro pro sentis 16. m. & propterea censetur de illo Castro disposuis-
15 se, quia quem non honoro grauare non possum, * vt considerat *Ruin. consf.* 150. *num.* 3. *lib.* 3. *Soccin. Iun. consf.* 72. *num.* 15. *lib.* 1. *Surd. decis* 93. *num.* 24. cessat omnis difficultas, si, vt dictum est, per acquisitionem factam per Valerium à Mareo, & Troilo liberè ei Castrum fuit quæsitum, quia illud venit in generali dispositione, & D. Paulus Emilius non potuit aliundè acquirere, quam ex isto titulo, & in euentû quatenus acquisitio in Valerio non suffragaretur, nihilominus cum de Castro disposuerit ad fauorem D. P. Emilij eum dispositionem ac-
16 ceptauerit, * sibi præiudicauerit, etiam quod sit vnicus, vt ipse prætendat esse vocatus.

Ex quibus licèt substineatur *decisio* quoad simplex fideicommissum, non etiam substineatur post factam alienationem, prout in casu isto, ex quo capite alienationis Domini recesserunt à resolutis prædicta *die* 2. *Martij superioris anni, &c.*

ARIMINEN. BONORVM.

Lunæ 29. *Maij* 1623.

ARGVMENTVM.

Interdictum quorum bonorum non potest denegari vocato ad fideicommissum ad eius fauorem purificatum. Fœminæ succedunt in fideicommisso ob defectum masculorum, qui ante eas erant vocati. Repræsentatio tunc solum habet locum quando agitur de hæreditate ascendentis, vel Patrui.

SVMMARIVM.

1 *Aegidianæ est locus quando sententia est lata in mero possessorio adipiscendæ, itaut non contineat mixturam.*
2 *Aegedianæ non est locus quando sententia est iniusta.*
3 *Immissio ex interdicto quorum bonorum non potest denegari vocato ad fideicommissum ad eius fauorem purificatum.*
4 *Restitutio verbalis non requiritur ad hoc, vt fideicommissum transeat in fideicommissarium, dum bona post mortem grauati fuerunt occupata.*
5 *Fideicommissi restitutio censetur facta ipso iure, dum non agitur contra hæredem scriptum.*
6 *Restitutio verbalis in fideicommissis de iure canonico non practicatur.*
7 *Filij masculi fœminæ prædefunctæ non dicuntur vocati ad fideicommissum ad quod primo vocata fuit fœmina, & secundo loco filij masculi, & in eorum defectum fœminæ, sed solum censetur vocata illa fœmina, quæ superuiuit non existentibus masculis vocatis.*
8 *Repræsentatio non habet locum nisi quando agitur de hæreditate ascendentis, vel Patrui.*
9 *Possessio probatur ex substentatione litis concurrentibus adminiculis.*

DECISIO MCDXLIX.

Post resolutionem factam, quod sententia A. C. erat lata in mero possessorio adipi-
1 scendæ, itaut non contineret mixturam, * & propterea quod ex isto capite erat locus Ægidianæ, volui videre, an sententia esset iusta,
2 quia si talis non esset, * nec Ægidianæ esset locus, & Domini censuerunt esse iustam, quia A. C. concessit immissionem Ginebriæ in bonis subiectis fideicommisso per Lauram Tortonam, cum illud esset purificatum ad fauo-
3 rem d. Ginebriæ, * cui non poterat denegari immissio ex interdicto quorum bonorum *Peregr. de fideic. art.* 46. *num.* 2. *Menoch. de adipisc. rem.* 4. *num.* 181. *q.* 251. & quamuis hæc videantur procedere facta restitutione verbali;
4 nihilominus de ea non est agendum, * quia bona post mortem grauatæ fuerunt occupata; non enim agitur contra hæredem scriptum, &
5 propterea restitutio censetur facta ipso iure * *Surd. dec.* 25. *num.* 19. *in fin.* vltra quod nec ista restitutio verbalis de iure canonico practica-
6 tur * *Peregr. de fideicom. art.* 2. *numer.* 62. *in fin.*

Quod autem fideicommissum esset purificatum ad fauorem Ginebriæ, satis patet, quia Laura substituit Lauiniam, cui substituit fi-
7 lios masculos, * & in eorum defectu, fœminas, quare

quare cum non extiterint masculi, sed tantum fęminæ, & sola Ginebria fuerit superstes Lauiniæ, vt bene probant testes in causa examinati, à qua fuerit hæres instituta, non potuerunt Pompeus, & Acchilles filij Margaritæ alterius filiæ Lau niæ aliquid prætendere, cum eorum mater prædecesserit Lauiniam: non enim est locus repræsentationi, cum Laura esset matertera magna Margaritæ, & Ginebriæ, repræsentatio vero non habet locum nisi quando
8 agitur * de hæreditate ascendentis, vel patrui, *Ruin. conf.169. num.7. & conf.171. num.8. lib.2. Curt. Iun. conf. 57. num. 7. in fin. & conf. 161. num.* 5. vbi de magis communi *Paris. conf. 39. num. 12. lib. 2. & conf. 20 numer. 56 lib. 3. Corn. conf. 182. numer. 7. lib. 2. Mazar. qu. 11. conf. 3. num. 3. Bursatt. conf. 170. num. 26. & 30.* vbi de communi, *Odd. conf. 39. num. 17.* vbi pariter de communi, & magis communi *Imol. conf. 8. num. 52. Dec. conf. 408. numer. 13.* vbi ait ita etiam fuisse iudicatum per *Rot. Romanam Fab. inter conf. Imol. 54. num. 2. Menoch. conf. 124. num. 80. & conf. 115. num. 39. Deciu. conf. 47. num. 25. lib. 3. Pereg. de fideic. art. 22. numer. 59. Mant. de coniect. ult. vol. lib. 8. tit. 9. num. 4.* qui post alios dicit hanc procul dubio communem omnium esse sententiam *Surd. conf. 409. num. 21. lib. 1.*

Quod vero quatuor corpora bonorum contentorum in sententia A. C. possiderentur à Laura fideicommittente, & deinde à Lauinia, ve bene probant testes, & quod eadem bona possiderentur à prædictis Pompeo, & Achille, satis ostenditur ex substentatione liris con-
9 curreneibus adminiculis * *Cæsar. de Graff. dec. 4. num. 2. de rest. Spol. A. A. in Epitome tit. de vtroq; extremo §. 5.* hic satis deducitur adminiculum ex confessione parris prædictorum Pomepij, & & Acchillis, tanquam eorum administratoris, de qua in *processu de partibus fol. 3.*

Ex quibus vna tantum parte informante, fuit resolurum etiam ex capite iustitiæ esse locum Ægidianæ.

SIGNINA CASTRORVM.

Veneris 2. Iunij 1623.

ARGVMENTVM.

Periurij, & absolutionis à Iuramento plura scitu digna exponuntur. Renunciatio non potest dici læsiua, data scientia eius, quod renunciatur. Ad læsionem determinandam debent considerari omnes circumstantiæ, ac tempus contractus, non id quod contingit. Quamuis articuli passim admittantur, cum clausula *saluo iure impertinentium, & non admittendorum* tamen id non procedit, quando incontinenti constat eos esse reijciendos.

SVMMARIVM.

1 *Periurus non auditur & num. 23.*
2 *Articuli irrelevantes non admittuntur. Ampl. num. 25.*
3 *Periurus efficitur is, qui fuit absolutus ad effectum agendi, si vlterius progrediatur capiendo nempe possessionem bonorum.*
4 *Absolutio iuramenti ad effectum agendi non eneruat vires iuramenti, donec læsio, vel alia iusta causa detegatur, itaut iuramentum non liget.*
5 *Periurus non desiuit esse talis ex quo Rota decisiuit illum audiri in casu, de quo ibi, & numer. 7.*
6 Statutum Vrbis l. 1. cap. 149. & cap. 150. *disponit iuramentum censeri fraudulenter appositum.*
8 *Periurus potest obtinere sententiam super negocio principali.*
9 *Absolutio à Iuramento tunc solum non requiritur, quando de enormissima læsione constat per rem iudicatam, absque eo quod fuerit oppositum de periurio, alias semper est necessaria quia de facili eluderetur iuramentum sub prætextu enormissimæ læsionis.*
Iudex quis esse non debet proprij iuramenti numer. 10.
11 *Periurij, & iuramenti exceptio potest opponi in quacumque parte iudicij.*
12 *Læsio non inducitur ex substitutione, quæ non fuit acceptata, nec habitus fuit animus illam acceptandi.*
13 *Læsio non inducitur ex repudiatione substitutionis.*
14 *Remedium* l. 2. C. de rescind. vend. *non intrat quando adest scientia eius, qui allegat læsionem tempore alienationis.*
Læsio cessat data scientia, cum læsio præsupponat errorem num. 14.
15 *Articuli non admittuntur contra confessionem propriam iuratam.*
16 *Voluntas posterior tollit primum animum.*
17 *In declaratione voluntatis nulla maior probatio haberi potest assertione ipsius confitentis.*
18 *Asserentis dicto statur in ijs, quæ dependent ab animo.*
19 *Renunciatio non potest dici læsiua, data scientia in renunciatione illius, quod renunciatur.*
20 *Ad læsionem excludendam debent omnes circumstantiæ considerari.*
21 *Ad læsionem probandam non debet haberi in consideratione id, quod contingit, sed quod erat de tempore contractus.*
22 *Articuli in curia admittuntur dumodo aliqua ratione directè, vel indirectè faciant ad causam, vel præstent adminiculum.*
23 *Limita quando articulans est periurlus.*
24 *Articuli passim admittuntur cum clausula* saluo iure impertinentium, & non admittendorum, *quæ operatur, vt impertinentes habeantur pro non admissis.*
25 *Limita quando incontinenti constat articulos esse reijciendos, quo casu nec cum clausula* saluo &c. *admittuntur.*

DE-

DECISIO MCDL.

FVit per Dominos resolutum articulos non esse
admittendos, tum quia D. Dux est periurus
tum etiam quia non sunt releuantes. Periurus
1 enim non auditur * *c. 1. de lit. contest. in 6. l. si*
quis maior C. de transact. & articuli irreleuantes
2 non admittuntur * *l. ad probationem C. de probat.*
Cassad. dec. 2. de dilat. Quantum autem attinet
ad periurium, licet Rota resoluerit *2. May, & 9.*
Decembris 1616. *coram R. P. D. meo Remboldo*
absolutionem fuisse sufficientem ad effectum
3 agendi, nihilominus cùm D. Dux vlterius processerit
capiendo possessionem bonorum,
fuit ex isto capite effectus periurius, cum absolutio
iuramenti ad effectum agendi non
4 eneruet vires iuramenti donec læsio, * vel alia
iusta causa detegatur, itaut iuramentum non
liget *Aym. cons. 7. nu. 7. Ceph. cons. 51. nu. 22.*
lib. 1. Cagnol. in l. 2 numer. 101. C. de rescind.
vendit. Couar. var. cap. 4. num. 5. vers. verum,
vt res lib. 1. & hoc fuit reseruatum videri *coram*
R. P. D. meo Remboldo in decisionibus prædictis.

Non obstat, quod disputato dubio super
dicta reseruatione Rota ordinauerit, quod
5 D. Dux audiretur, * quia non ideo censuit
D. Ducem minime fuisse periurum, sed hoc
ideo fuit ordinatum, quia D. Dux prætendebat
casum suum compræhendi sub *Statuto Vrbis
cap. 149. & cap 150. lib. 1.* quod disponit,
vt iuramentum censeatur fraudulenter appo-
6 situm, * & propterea Rota voluit ipsum andiri,
vt videretur, an casus esset compræhensus
sub dicto Statuto non autem ad alios effectus,
& negatiuè fuit resolutum 24. *Ianuarij*
1622. *coram R. P. D. meo Remboldo*, & inde
lata sententia, & propterea ista audientia non
suffragatur, * cum Rota censuerit simpliciter
7 esse audiendum; Et quamuis Rota diffinitiuè
pronunciauerit super negocio principali non
repellendo simpliciter Ducem á limine iudicij,
hoc non fecit, quia cum de hoc fuerit cognitum
occasione discussionis; An intraret *Statutum*,
potuit D. Marchio obtinere dictam
8 sententiã super negocio principali, * quia nihil
illi obstabat, quominus illam posset obtinere.

Non obstat, quod articulatur enormissima
læsio. Nam fuit responsum, quod licet quæstio
sit, an stante enormissima læsione requiratur
9 absolutio á iuramento * DD. in *c. cum contingat*
de iur. iur. Osasch. dec. 41. num. 1. & seqq. tamen
hoc est intelligendum quando de enormissima
10 læsione constat * per rem iudicatam absque
eo, quod fuerit oppositum de periurio alias
semper est necessaria absolutio, quia de facili
eluderetur iuramentum sub prætextu enormissimæ
læsionis, & non debet quis esse Iudex
sui iuramenti *Bald. cons. 11. nu. 1. lib. 4.* & ità
seruat *Rota in decis. 102. num. 9. par. 1.* & fuit
late deductum *coram me in causa Rauennaten.*
transactionis 30. *Ianuarij* 1606. & alias in quacumque
parte iudicij potest opponi de iura-
11 mento, & periurio * *Loffred. cons. 12. num. 27.*
& 34.

Quantum verò attinet ad irreleuantiam, de
ea satis constat, quia probato isto articulo nihil
releuaret cum D. Dux in Instrumento iurauerit
se non acceptasse, neque habuisse animum
acceptandi dictam substitutionem, & sic exclu-
12 ditur læsio, ex quo nec acceptauerat, * nec
habuerat animum acceptandi dictam substitutionem,
cum læsio non detur, nisi dato simul
quod habuerit animum substitutionem acceptandi
iuxta not. per *Alex. in cons. 127. col. 2. in*
princ. lib. 2. & eo magis secundum aliquos ex
DD. prædicta procedunt, quia D. Dux sciebat
substitutionem, & quid importaret, vnde cùm
repudiauerit cum iuramento non potest dari
13 aliqua læsio in repudiatione * *Bald. cons. 175.*
Statutum prohibens lib. 4. & quod scientia eius,
qui allegat læsionem tempore alienationis ex-
14 cludat remedium *l. 2. C. de rescind. vendit.* * dicit
Bald. cons. 394. quod Notarij Collegu in fin.
num. 5. vers. super 5. lib. 4. plenè *Alex. cons. 125.*
num. 7. lib. 1. Paris. cons. 20. num. 40. lib. 1. Aym.
*cons. 290. sub num. 1. vers. 3. pro hac parte Castr.
cons. 386. col. 2. vers. 2. arguitur lib. 2.* vbi
quod læsus præsupponit errorem, quo sublato
per scientiam cessat læsio, & communem dicit
Alex. cons. 127. col. 2. in princ. lib. 2. & elegantissimè
probat, & communem etiam dicit *Dec.*
in cons. 583 num. 1. Gall. lib. 2. obseruat. 29. nu.
11. vbi pariter de communi.

Nec obstat, quod cum confessio probationem
admittat in contrarium, articulatur, quod
de anno 1593. & seq. vsque ad annum 1597.
& sic à die publicatæ substitutionis vsque ad
diem repudiationis D. Dux dixerit se successurum
in Castris post mortem Cardinalis primo
loco instituti cum assertione, quod ex ista substitutione
voluptatem capiebat, & quod in lista
suorum Iurium, cum vellet vxorem ducere
apponeret istam substitutionem: Nam fuit responsum
primo locò huic probationi obstare
periurium, vt supra dictum est, secundo loco
obstare irreleuantiam ex duplici capite. Primo
quia adest confessio iurata Ducis, quod non
acceptauit, nec habuit animum acceptandi ab
eo resiliuit, vt constat ex ius confessione iura-
15 ta * *l. pacta nouissima C. de pact.* & posterior vo-
16 luntas tollit primum animum * ex latè congestis
per *Surd. cons. 135. num. 42. & 43. lib. 1.* &
in declaratione voluntatis nulla maior proba-
17 tio haberi potest, quam assertio * ipsius Ducis,
in his enim, quæ depẽdent ab animo statur di-
18 cto asserentis * *Surd. cons. 94. num. 70. lib. 1.*
quare magis standum esset assertioni D. Ducis,
quam probationibus factis in contrarium; secundo
quia in omnem euentum secundum opinionem
aliquorum ex Dominis, vt dicendum
est Dux sciens qualitatem substitutionis, illi
19 renunciauit, * vnde non potest allegare læsionem,
vt supra dictum est.

Et prædicta eo magis placuerunt Dominis,
quia licet Cardinalis institutus esset Senior, &
Dux iuuenis, quod etiam articulatur, & non
controuertitur, nihilominus Cardinalis erat,
prosperæ valetudinis, & Dux valdè afflictus t
20 cum maximo ære alieno esset grauatus, * itant
ad Palatium Cardinalis confugerit, qui ei fuit
vni-

vnicum solatium, ac ei soluit scut. 25. mill. pro satisfaciendo Creditoribus: vnde ex omnibus simul perpensis nulla potest considerari læsio, cum non debeat haberi in consideratio-
21 ne id, quod contingit, * sed quod erat de tempore contractus, videlicet prosperitas Cardinalis, conditiones Ducis, qui de illo tempore erat valdè afflictus, nec non solutio scut. 25. mill. *Aym. conf.* 11. *num.* 17. *& conf.* 151. *nu.* 7. *Rimin. iun. conf.* 97. *num.* 14. *lib.* 1. *Odd.* qui de communi de *restit. in integr. par.* 2. *q.* 57. *art.* 3. *num.* 18. *l. si voluntate ff. de rescind. vend. Abbas conf.* 56. *in fin. lib.* 2.

Neque obstat, quod agitur de admittendis articulis in Curia, qui non reijciuntur modo
22 aliqua ratione vel directè, * vel indirectè faciant ad causam, vel præstent adminiculum. *Vestr. in prax. lib.* 5. *cap.* 14. *num.* 6. & ibi *addens. num.* 26, *&* 27. *Rot. decis.* 24. *de test. in antiq.* Nā fuit responsum hoc esse regulariter verum, sed nos non versamur in hac causa in terminis or-
23 dinarijs, obstat enim D. Duci periurium, * & cum ex isto solo capite posset repelli, placuit etiam Rotæ repellere ex irrelevantia articulorum, quæ in hoc casu benè potuit considerari, cum ex solo periurio excludatur, & propterea quia ex vtroque capite est excludendus, non o[illegible]cit, quod etiam articuli passim admittantur cum clausula *saluo Iure impertinentium, & non admittendorum,* quæ operatur, vt impertinen-
24 tes habeantur pro non admissis * *Bertrand consil.* 273. *num* 4. *&* 6. *lib.* 3. *par.* 1. quia hæc regula fallit, quando incontinenti constat articulos esse reijciendos tunc enim nec cum clau-
25 sula *saluo &c.* admittuntur * *Iaf. in l. si duo Patroni §. item Iulianus num.* 31. 32. *&* 33. *ff. de iur. iur. Afflict. decis.* 33. *num.* 1. *Grammat. decis.* 45. *num.* 5. *cum alijs.*

Et ita conclusum vtraque parte informante, &c.

MONTIS FALISCI FIDEICOMMISSI.

Veneris 9. *Iunij* 1623.

ARGVMENTVM.

Statutum non porrigit vires extra territorium, sine sit conceptum in rem, siue in personam. Moniales ante professionem non dicuntur contraxisse Domicilium illius loci, in quo situm est Monasterium. Statutum Laicorum non ligat personas Ecclesiasticas.

SVMMARIVM.

1 *Bona esse de Territorio alicuius Ciuitatis probatur ex testibus deponentibus de actibus Iurisdictionis illius Ciuitatis.*
2 Statutum Montis Falisci *exclusiuum fæminarū non extenditur ad bona existentia extra territorium, etiamsi fæminæ sint de eadem Ciuitate.*
Statutum alicuius Ciuitatis non porrigit vires extra suum Territorium num. 2.
3 *Amplia siue statutum sit conceptum in rem, siue in personam.*
4 *Statutum alicuius Ciuitatis non nocet forensibus, & num.* 2.
5 *Ciuitas* Viterbij *non est Ciuitas dominans* Montisfalisci.
6 *Statutum loci dominantis tunc attenditur, quando in loco subiecto non adest particulare Statutum.*
7 *Monialis dicitur contraxisse domicilium in eo loco, in quo situm est eius Monasterium. Limita nu.* 9. *Domicilium contrahitur ex quo habitans habet animum perpetuò permanendi in eo loco num.* 7.
8 *Statuto remanet subiectus is, qui in loco contraxit domicilium.*
10 *Nouitij solum ingrediuntur religionem ad hoc vt experiantur si mores Religionis illis placeant, & è contra si illorum mores Religioni placeant, vt ad professionem admittantur.*
11 *Statutum Laicorum an liget Moniales non resolutur, cum sit articulus valdè controuersus.*
13 *Statutum Laicorum non ligat fæminas post monachatum & sic Personas Ecclesiasticas.*

DECISIO MCDLI.

Effectus huius disputationis est, an Bisentij, qui habent cessionem à mulieribus ex persona ipsarum excludantur à successione in tenuta Ferrentini ob aliquod Statutum exclusiuum fæminarum, & negatiuè per Dominos fuit resolutum, quia tenuta, de qua agitur, est in
1 territorio Viterbien, * vt deponunt testes primo loco in Rota examinati, & melius alij secundo loco, qui benè probant, ponderando actus iurisdictionis eo similes *Andreas Knichen. de Iur. tenit & 3. num* 401. *& seqq. Natt. conf.* 672. *num.* 7. *Parif. de Put. de find. c. in verbo iurisdictio num.* 2. *&* 3. *Hieron. de Monc. de fin. regun.* 152. *num.* 3. *&* 4. *Aym. conf.* 673. *num.* 12. & proptereà cum ista tenuta sit extra territorium *Montis Falisci, Statutum* illius Ciuitatis exclusiuum fæminarum ex persona dictarum mu-
2 lierum* non resistit Dominis de Bisentijs etiam quod sint ex Ciuitate Montis Falisci, cum dictum Statutum non porrigat vires extra territorium *Bart. in l. cun[illegible] os Populos sub num.* 32. *vers. & imo* vbi etiam *Bald. nu.* 19. *C. de summ. Trinit. et fid. Cathol. cap. allegat* 91. *nu.* 2. *Alex. conf.* 16. *num.* 1. *Soccin. Sen. conf.* 288. *nu.* 1. *Dec. conf.* 531. *num.* 7. *Parif. conf.* 68. *nu.* 9. *lib.* 3. *Hondeđ. conf.* 5. *num.* 14. *et conf.* 32. *vol.* 1. *Put. decis.* 341. *lib.* 1. *in nou. Rota decis* 255. *num.* 1. quæ conclusio procedit siue Statutum sit conceptū
3 in rem, * siue in personam, vt reiecta distinctione *Bart. in l. cunctos Populos col. fin. C. de Sum. Trinit. et fid. Cathol.* tenet *Rota in Causa Collen. hæreditatis* 10. *Iunij* 1616. *coram R. P. D. meo Buratto*, in qua aliæ *decisiones* allegantur, sequendo communem opinionem, quæ non recipit dictam distinctionem, vt latè per *Veg. conf* 10. *num.* 5. *Surd. decis.* 343. *num.* 8. *et* 9. *et* 10. *Ploc. conf.* 10. *num.* 6. vbi quod ista opinio est vera, & indubitata *Brun. super stat. mascul. art.* 8. *num.* 119. *et* 127. *num.* 1. quibus potest addi

addi *Aldouin. conſ. 98. num. 3. Peregr. conſil. 7, num. 8. lib. 5.*

Neqne obſtat *Statutum Viterbij*, quia non noceт Dominis Biſentijs ex peгſona dd. fæmi-
4 narum, cum ipſæ ſint fогenſes * *Alex. conſ. 44. num. 15. vol. 5. Iaſ. conſ. 80. num. 9. lib. 3. Curt. Iun. conſ. 336. num. 5. vol. 3. Ruin. conſ. 48. nu. 4. vol. 5. Roman. conſ. 224. num. 6. Honded. conſ. 5. num. 15. et 16. et conſ. 11. num. 25. Brun. de Statut. excluſ. fæmin. art. 6. quaſt 1. num. 3. S.D.N. deciſione 255. num. 2.* & dixit *Rota in dicta cauſa Collen. hæreditatis*; & prædicta procedunt etiam quod *Ciuitas Viterbij* eſſet Ciuitas do-
5 minans, quod tamen omninò negatur, * quia tunc illa Statuta attenduntur, quando in loco
6 ſubiecto non adſit particulare Statutum, * prout adeſt in caſu iſto *Anchar. in cap. 1. in prima lect. num. 21. et 41. de conſtit. Soccin. Sen. conſ. 7. num. 27. vol. 1. Gabr. conſ. 29. num. 47. volum. 2. Rota deciſ. 330. num. 3. par. 2.*

Neque obſtat, quod dictæ mulieres ingreſſæ ſint Religionem in Ciuitate Viterbij, & ibi cum indubitatum ſit habuiſſe animum perpetuò
7 permanendi, contraxerint domicilium * *Fel. conſ. 264. num. 2. vbi Mandoſ. Rot. deciſ. 105. nu.*
8 *2. par. 2.* & ideo fuerunt Statuto ſubiectæ * *Alderan. Maſcard. de Statut. concluſ. 6. nu. 187. cum ſeq.* Nam fuit reſponſum, quod renunciatio fuit facta ante emiſſam profeſſionem, & proptereà non poteſt firmari, quod ante profeſ-
9 ſionem eſſet acquiſitum domicilium, * cum ante illam non poſſit neceſſe argui animus ibi perpetuò commorandi, quia Nouitij ſolum ingrediuntur vt probent, & experiantur, ſi
10 mores Religionis illis placeant * & è contra ſi illorum mores Religioni placeant, vt ad profeſſionem admittantur, itaut ex vtraque parte ſit plena libertas *c. ad Apoſtolicam de Regular. c. Monaſterij 19. 3. Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 15. & 16. de Regular. ſecundo* fuit reſponſũ, quod ex deductis in *vltima deciſione* apparet opinionem
11 eſſe valdè controuerſam, * an huiuſmodi Statuta ligent Moniales etiam, quod illis inineрunt vinculum ante monacatum, & hodie non eſt opus firmare iſtam concluſionem, ſed quatenus tenenda eſſet opinio, quod huiuſmodi Statuta ligarent etiam Moniales, & eſt ratio Doctorum, quia Statutum iniecit vinculum ante Monacatum, vt patet ex deductis per *Carol de Graſſ. de effect. Cleric. effect. 2. num. 169.* quæ ratio ceſſat in caſu iſto, ex quo ante Monacatum huiuſmodi mulieres minimè ſubiectæ erant Statuto, & proptereà nullo pacto ligantur, cum vt ſupra dictum eſt, Statutum non li-
12 get Forenſes, * & poſt monacatum indubitatum eſt non afficere, quia Statuta Laicorum
13 non ligant perſonas Eccleſiaſticas * *Anchar. conſ. 61. num. 2. Abb. in cap. Eccleſia Sancta Mariæ num. 1. verſ. boc dictum vbi etiam Falyn. nu. 101. in fin. verſ. et pro iſta declaratione de conſtit. Soccin. Iun. conſ. 25. num. 5. lib. 2. Pariſ. conſ. 27. num. 43. lib. 1.*

Ex quibus concluſum non adeſſe Statutum, quod obſtet Dominis de Biſentijs, &c.

Præſens deciſio fuit confirmata die 27. Iunij 1636.

VITERBIEN. CASTRORVM.

Lunæ 12. Iunij 1623.

ARGVMENTVM.

Hypotheca legalis de qua *in l. 1. C. commun. de leg.* competit ſuper bonis ſubiectis fideicommiſſo ad fauorem legatarij, & aliorum in legato compræhenſorum, quandò teſtator de illis diſpoſuit, & eius diſpoſitionem legatarius approbauit mediante aditione hæreditatis facta ſimpliciter. Et latiſſimè quando nec hypotheca legalis reſultans ex *d. l. 1.* competat. Quamuis fideicommiſſarius regulariter ſuccedat teſtatori, non autem grauato etiamſi iſtæ illum hæredem inſtituerit, tamen id non procedit, quando hæres grauatus expreſsè diſpoſuit de bonis ſubiectis fideicommiſſo ad fauorem fideicommiſſarij, qui illius hæreditatem ſimpliciter ſine beneficio legis, & inuentarij adeundo approbauit diſpoſitionem factam de bonis fideicommiſſarijs.

SVMMARIVM.

1 *Immiſſio vigore ſaluiani competit pro conſecutione prælegati.*

2 *Hypotheca legalis competit pro legatis. Amplia num. 5.*

Saluianum competit pro legatis num. 2.

Saluianum fuit inſtitutum ad hypothecariæ exemplum num. 2.

3 *Hypothecaria non datur ad res ipſas legatas conſequendas.*

4 *Contraria tamen opinio eſt magis communis, & à Rota amplexa.*

6 *Hæres adeundo hæreditatem ſine beneficio legis, & inuentarij cenſetur contraxiſſe cum legatarijs. Eo magis quando hæreditatem acceptauit num. 7. & num 11.*

Legatarius poteſt petere legatum actione in perſonam, quæ dicitur actio in perſonam ex teſtamento ab hærede, qui hæreditatem ſine beneficio legis, & inuentarij adiuit num. 6. & num. 11.

7 *Hypothecaria datur pro legatis, & fideicommiſſis in illis caſibus, in quibus pro eis datur actio perſonalis.*

8 *Hypothecaria actio eſt acceſſoria actioni perſonali; & ideò cum ea concurrit & numer. 12. & numer. 30.*

9 *Hypothecaria pro legatis datur non in ſolidum ſecundum naturam communem ſed pro portionibus hæreditarijs, ſicut actio perſonalis.*

10 *Hypotheca pro legatis non competit contrà bona propria hæredis, qui non confecit inuentarium. Contrarium tenentes ibidem adducuntur. Declara numer. 11.*

Hæres qui confecit inuentarium tenetur in ſolidum

pro

pro solutione legati à testatore facti num. 10.

13 *Legatarius ad effectum consequendi rem legatam, non est necesse, quod probet Dominium testatoris, sed sufficit quod probet rem legatam fuisse in bonis illius, præsertim contrà hæredem, qui testatoris dispositionem approbauit.*
Dominium, & bona esse in bonis alicuius sunt diuersa num. 13.

14 *Hypothecaria agens tenetur probare dominium, vel quasi testatoris.*
Hypotheca non cadit in re aliena num. 14. *limita vt ibi.*
Hypotheca legalis pro re legata adhoc vt competat, sufficit quod bona perueniant à testatore in hæredem, nec est necesse probare dominium nu. 14. 17. 19. *& seqq.*

15 *Hypotheca legalis competit in re aliena possessa à debitore num.* 32.

16 *Vxoris bona sunt tacitè obligata pro debito principali ad fauorem fisci num.* 15.
Hypotheca legalis adhoc vt competat non est necesse probare dominium num. 17.
Casus specialis potest vti ad interpretationem verborum generalium num. 17.

18 *Leges sunt difficiles, vt intelligantur, quia plerumque aliud videntur velle, quam velint, & sæpè decipiuntur magistri, & scholares.*
Leges scire non est earum verba tenere, sed vim, & potestatem num. 18.

22 *In substitutione fideicommissaria succeditur testatori, non autem vltimo defuncto.*

23 *Amplia etiamsi substitutus fuerit etiam scriptus hæres ab hærede grauato.*
Limita quando hæres grauatus expresse dispofuit de bonis fideicommissa subiectis ad fauorem substituti, qui adeundò huiusmodi hæreditatem simpliciter, censetur approbasse dispositionem hæredis grauati num. 23. *&* 24. *&* 26. *Amplia hanc limitationem num.* 27. *& num.* 29.

24 *Consequens qui vult intelligitur etiam velle omne necessarium antecedens.*

25 *Dominium rerum fideicommissa subiectarum ipso iure fideicommissarys acquiritur moda ipsi agnoscant fideicommissum, & super eo voluntatem suam declarauerint.*

27 *Fideicommissarius adeundo simpliciter hæreditatem hæredis grauati, qui de bonis subiectis fideicommisso ordinauerat fideicommissum particulare ad fauorem eiusdē substituti sibi præiudicauit etiamsi non habuerit scientiam tali dispositionis. Amplia num.* 29.

28 *Fideicommissi agnitio non probatur ex productione testamenti contra fœminas exclusas à fideicommisso.*

29 *Fideicommissarius postquam sibi præiudicauit approbando dispositionem hæredis grauati mediante aditione eius hæreditatis, non potest à lapso tempore incipiendi, & perficiendi inuentarium tale præiudicium euitare, agnoscenda fideicommissum antiquum.*
Inuentarium intrà quod tempus debeat incipi, & perfici remissiuè num 29.

30 Cuiac. l. 1. col. 2. ad fin. vers. & actio in rem, & col. 3. vers. igitur non possunt C. commun. de legat. *quod firmet.*
Balduin. de pign. par. 6. in fine vers. sed cum nouum *quam conclusionem firmet num.* 30.
Harppreeh. in §. 2. num. 19. instit. de legat. *quam conclusionem firmet num.* 30. *et* 32.
Testatar pro legato non videtur hypothecare bona hæredis, sed solum bona propria num. 30. *&* 32.

31 Corn. in l. r. num. 8. & 16. C. commun. de legat. *reprobatur, & num* 33. *&* 34.

33 *Exempla non restringunt regulam.*

34 *Pronomina* meum, tuum, suum *referuntur non solum ad ea quæ spectant iure dominij, sed etiam iure possessionis, & obligationis.*

35 *Rei appellatione venit proprietas, non autem simplex possessio.*
Dictio per *denotat perfectionem num.* 35.

36 *Res dicitur in bonis, ex bonis, & de bonis.*

37 *Legato rei alienæ, vel hæredis facto non reclamante Domino, et hærede adeunte sine beneficio legis, et inuentarij satis inducitur perfectio acquisitionis.*

DECISIO MCDLII.

HOnuphrius senior supposuit bona sua fideicommisso, quod cum per obitum Georgij deberet purificari ad fauorem Honuphrij Iunioris, idem Georgius instituit hæredem Honuphrium prædictum, & Paulum, eidemque Honuphrio fecit pingue prælegatum, in quo supposuit nouo fideicommisso diuersa bona subiecta fideicommisso ad fauorem dicti Honuphrij, & cum diuersas fecerit substitutiones & hodiè per obitum d. Honuphrij Iunioris sit factus locus substitutioni ad fauorem D. Valerij, & D. Dux Bracchiani habeat iura d. Honuphrij.

Dubitaui, an dicto D. Valerio esset danda im-
1 missio vigore Saluiani pro * consecutione dicti prælegati.

Et Rota bis affirmatiue resoluit, & nunc tertio eandem sententiam fuit amplexa.

Indubitati enim iuris est, quod cum pro le-
2 gatis competat hypotheca legalis, *vt in l.* 1. *C. comm. delegat.* competit propterea etiam Saluianum, quod ad hypotecariæ exemplum fuit institutum *vt in l. prima C. de præcar. & Saluian. & ibi glos. & DD.*

Et quamuis quæstio sit, an hypotecaria de-
3 tur ad res ipsas legatas consequendas; Et negatiuam sententiam teneat *glos. in §. nostra in verbo hypotecariam instit. de legat. Bald. in l. prima sub n.* 21. *vers. item competit C. de eam. de leg. & de comstestatur Iason in l. prima sub n.* 132. *vers.* 2. *in quantum de legat.* 1. Contrariam tamen
4 sententiam tenent *Bart. in d. l. prima sub nu.* 13. *vers. & ita intellige glos. de legat.* 1. *Imol. nu.* 4. *Aretin. sub num.* 5. *vers. & approbant hic late Soc. Sen. num.* 15. qui de communi testatur, & communem etiam dicit *Ripa ibidem num.* 65. *Surd. decis.* 76. *num.* 7. *Peregr. de fideicommiss. art.* 45. *num.* 49. & ab hac opinione non esse recedendum in consulendo, & iudicando dicit *Purpurat. cons.* 37. *num.* 714. *inter cons. feudalia*, & magis communem affirmat *Gabriel. cons.* 46. *num.* 21. *lib.* 1. & nouissime *Harppreehtus in dicto §. nostra num.* 20. *in fine* & sentit *lex Regia* 26. *tit.* 26 *part.* 1. *& ibi Greg. Lopez. in verbo obligandos*, quam etiam opinionem sequi-

ſequitur *Rota in cauſa Montis Faliſei hereditatis* 27. *Septembris* 1587. *coram bo. mem. Laureta-*
no,& in Romana Saluiani interdicti 8. *Iunij* 1601.
coram Reueren. Attrebaten. & alias ſepius.

Iſtæ concluſiones non controuertebantur.
Sed difficultas conſiſtebat in eo, an iſta hypo-
teca legalis de qua *in d. l. prima C. comm. de-*
legat. competat D. Valerio in caſu iſto, cum
5 Georgius diſpoſuerit de bonis ab ipſomet
poſſeſſis, quæ erant ſubiecta fideicommiſſo ad
fauorem Honuphrij Iunioris. Et affirmatiue
hodie fuit reſolutum, prout etiam hoc articu-
lo indiuidualiter diſcuſſo die 10. Iunij ſu-
perioris anni.

Ratio reſolutionis prima fuit, quia cum
Honuphrius adiuerit hæreditatem Georgij
ſine beneficio legis, & Inuentarij, cenſetur
6 contraxiſſe cum legatarijs *l. apud Iulianum* 3.
§. *fin. ff. quib. cauſ. in poſſeſſ. eat.* hoc eſt ſolu-
tionem legatorum in ſe ſuſcepiſſe videtur pro-
indeque legatarios ab eo recte legatum actione
in perſonam petere potuiſſe hæcquæ in per-
ſonam actio ex teſtamento dici ſolet §. *ſi res*
aliena 6. *Inſtitut. de legat. l. ſeruo* 71. §. *vltimo*
l. non quocunque 84. *in prin. l. quæſitum* 93. §.
vlt. ff. delegat. 1. *l. qui concubinam* 29. §. *ſi hæres*
ff. de legat. 3. Eoque magis cum Honuphrius
7 hæreditatem Georgij acceptauerit, vt firmauit
Rota in hac cauſa 14. *Martij* 1618. *coram Illu-*
ſtriſſimo Cardinali Sacrato, & regula eſt, quod
in illis caſibus, in quibus pro legato, & fidei-
commiſſo actio perſonalis datur in ijſdē etiam
hypothecariam dari *l.* 1. *in fin. C. com. de leg.*
Alciat. in l. 1. *n.*29. *ff. deleg.* 1. *& ibi Soccin. Iun.*
n. 448. *Bart. n.* 23. *Alex. n.* 23. *Bolognett. nu.* 308.
& 313. *Ruin. num.* 86. *&* 87. *Crot. num.* 76.
77. *Iacob. de Nigr. num.* 330. *Franeb. deciſ.* 80.
num. 17. *& deciſ.* 119. *&* 183. *num.* 4. *Aretin.*
in §. *heres quoque num.* 3. *& ſeqq. Inſtitut. de*
obligat. quæ ex quaſi contract. Io. Faber. In-
8 *ſtit. eodem titulo in* §. *idem iuris n.* 1. Actio enim
hypotecaria eſt acceſſoria actioni perſona-
li *l. ſolutum* §. *ſolutam ff. de pign. act.* & ideo
cum ea concurrit §. *ſed neq. auth. de fideicomiſſ.*
& quidem non inſolidum ſecundum naturam
9 communem *l.* 1. *&* 2. *ff. ſi vnus ex plur. hæred.*
ſed pro portionibus hæreditariis ſicut, & per-
ſonalis datur *dicta l.* 1. *vbi Bart. in prima oppo-*
ſit. Alciat. in loco præcitato Rota in cauſa Romana
hæreditatis de Comitibus 30. *Ianuarij* 1581. *co-*
ram San. mem. Clemente Octauo relata in dec. 44.
num. 3. *parte* 1.

Et quamuis quæſtio videatur eſſe: An iſta
hypoteca non confecto Inuentario competat
contra bona propria hæredis, & negatiuam
ſententiam teneat *Fulgoſ. conſ.* 178. *in fine* li-
cet velit quod teneatur inſolidum *Caſtren. conſ.*
10 323. *viſo puncto num.* 3. *verſ. præterea bona hæ-*
redis iuncto verſ. antecedenti lib. 1. *Neguſan. de*
pignor. part. 8. *memb.* 1. *nu.* 21. *verſ. octauo fallit*
Phanuc. de inuent. par. 7. *num.* 109. & contrarium
dicat *Bald. conſ.* 89. *num.* 7. *et* 8. ibi item tenetur
hypohecaria *lib.* 1. *Iaſ.* ex mente *Bart. in l.* 1.
num. 132. *ff. de legat.* 1.

Nihilominus ſi recte perpendantur dicta
Doctorum, bene omnes loquentur. Prima
enim opinio negatiua procedit vt bona hære-
dis non cenſeantur expreſsè hypothecata à te-
11 ſtatore, nec hoc poteſt operari omiſſio inuen-
tarij ſed non propterea ceſſat, quod ſi hæres
adeat abſque beneficio legis, & inuentarij non
cenſeatur contrahere cum legatariis, & inde
oriatur actio perſonalis, & conſequenter hypo-
thecaria *ex l.* 1. *C. com. de legat.* quæ eſt acceſſo-
ria perſonali, vt ſupra dictum eſt, & eleganter
12 declarat *Bald. in dicto conſ.* 89. *num.* 8. & videtur
de mente *Phanuc. de inuent. loco citato num.* 143.
et Neguſan. de pignor. 2. *memb.* 2. *par. num.* 53. *li-*
mit. 6. *in fine.*

Secunda ratio reſolutionis fuit, quia cum
Georgius expreſsè diſpoſuerit de bonis ſubie-
ctis fideicommiſſo ad fauorem Honuphrii, &
ipſe Honuphrius approbauerit talem diſpoſi-
13 tionem adeundo hæreditatem ſimpliciter, D.
Valerius non habet opus hodie probare do-
minium Georgij, ſed ſufficit, quod probet bona
perueniſſe à Georgio in Honuphrium, prout
probat, vt ſtatim dicetur, & ſic ſufficit, quod
probet bona fuiſſe in bonis, quod eſt diuerſum
a dominio *Iaſ. in* §. *item Seruiana num.* 87. *inſtit.*
de action.

Nàm, & ſi regula ſit, quod agens hypoteca-
ria teneatur probare dominium, vel quaſi teſta-
toris *l. ea quæ nondum* §. *quod dicitur ff. de pignor.*
14 in re namque aliena non cadit hypoteca *l. ſi*
alienam ff. de pignor. Hæc tamen regula non
habet locum in caſu, de quo agitur, quia vt ſu-
pra dictum eſt, *tex. in d. l.* 1. *C. comm. de legat.* ad
effectum vt competat hypoteca legalis, con-
tentatur, quod bona perueniant à teſtatore in
hæredem, & ſic *tex.* eſt intelligendus etiam,
quod res ſit aliena, modò à teſtatore peruene-
15 rit in hæredem. Cum & alias in re aliena poſ-
ſeſſa à debitore cadat hypotheca legalis, *vt in*
l. ſatis notum C. in quib. cauſ. pign. vel hypoth.
tacit. contrah cuius *textus* diſpoſitio, licet ſit ſin-
16 gularis, vt bona vxoris ſint obligata pro debi-
to primipili ad fauorem fiſci vt colligitur ex
text. in l. vtilitas publica C. de primipil. lib. 12. *Abb.*
in cap. ex parte nu. 5. *in gloſſ. in verb. alienat. de*
conſuet. Couar. var. lib. 1. *c.* 16. *n.* 6. *ante fin. verſ.*
minus obſtat Gregor. Lopez gloſſ. 7. *poſt princ. l.*
25. *tit.* 13. *partit.* 5. *Azeued. lib.* 7. *tit.* 3. *lib.* 5.
recompilat. num. 1. *&* 2. *Pax. ad leges ſtil.* 223.
num. 2. Attamen hoc non ſacit, quia *DD.* non
allegant *tex.* in dicta *l. ſatis notum*, vt conſti-
tuant regulam generalem, quod hypoteca le-
galis competat etiam in re aliena poſſeſſa a de-
17 bitore, ſed cum *tex. in d. l.* 1. *C. comm. de legat.*
conſtituat hypothecam legalem in rebus, quæ
à teſtatore in hæredem peruenerunt, illa gene-
ralitas poteſt intelligi etiam de rebus, in qui-
bus teſtator non habebat dominium, ſed ſolam
poſſeſſionem, cum & alias in hypotheca legali
non ſit neceſſe probare dominium, *vt in d. l.*
ſatis notum, qui caſus licet ſit ſpecialis poſſunt
tamen eo vti DD. ad interpretationem verbo-
rum generalium *l. prima C. comm. delegat. vt ha-*
betur in l. non dubium eſt C. de legibus gloſſ. in l.
ſciendum in verb. non compelli ff. qui ſatiſd. cogan.
18 nam vt inquit *Bald. in conſ.* 122. *verba teſtamen-*
ti in fin. lib. 1. leges ſunt difficiles, vt intelligan-

tur, quia plerumque aliud videntur velle quam
velint, & sæpe decipiuntur magistri, & scho-
lares, & ideo subdit, quod scire leges non est
earum verba tenere, sed vim, & potestatem
19 l. scire ff. de legat. Hanc interpretationem * l. 1.
C. comm. delegat. propter generalitatem ver-
borum ex casu speciali in dicta l. satis notum C. in
quib. caus. pign. vel hypoth. tacit. contrah. secuti
sunt Bald. in l. cum res in fine vers. vltimo atten-
de & ibi etiam Angel. pariter in fine vers. vlt. sit
modus probandi C. si res alien. pign. data sit Ias.
20 in dicta l. 1. num. 8. C. comm. de leg. vbi allegat *
Ang. ibidem in lectura Florentina Rebuff. in tract.
de constitut. reddit. art. 5. glos. 14. num. 34. vers.
etiam in rebus quæ non sunt testatoris fol. mihi 546.
Alciat. in dicta l. 1. nu. 29. col. antepen. vers addunt
aliqui ff. de legat. 1. fol. 812. Negus. de pig. p. 2. mē. 4.
num. 157. vers. 3. amplia Card. Mantic. de tacit.
et ambig lib. 11. tit. 17. num. 4. Surd. cons. 191. num.
2. vol. 2. Pacif. de Saluian. inspect. 3. cap. 4. nu. 201.
cum seqq. quibus potest addi Io. Faber. in §. sed
olim n. 2. vers. sed quid si res institut. de legat. quem
21 sequitur Iacobus de Nigr. in repetit. l. 1. num.
131. vers. et amplia ff. de legat. 1. Surd. decis. 76.
num. 2. vers. ampliat. vbi firmant, quod si res
quæ auocatur non erat defuncti sed eam bona
fide possidebat hoc sufficit, vt in l. ea quæ non-
dum sunt §. dicitur ff. de pignor. sed melius fuis-
set allegare text. in l. inter §. 1. ff. eod. quem al-
legat Alciat. sequendo dictum Fabri in d. l. 1. nu.
29 col. antepen. vers. addunt aliqui fol. mihi 812.

Quod autem bona, de quibus agitur, perue-
nerint à Georgio testatore in Honuphrium
Iuniorem satis patet, nam, & si essent subie-
cta fideicommisso Honuphrij Senioris ad fauo-
rem Iunioris, & propterea cum ageretur de
substitutione fideicommissaria succedatur te-
22 statori non autem vltimo defuncto grauato *
l. coheredi §. cum filiæ ff. de vulg. & pupill. l. vnum
ex familia §. 1. ff. de legat. 2. Bart. in l. 1. num. 5.
C. de pact. late Menoch. cons. 317. num. 5. qui
dicit hanc receptissimā esse sententiam, & hæc
conclusio procedit etiam quod Honuphrius
23 esset scriptus hæres à Georgio Aym. cons. 141.
num. 4. & 5. Surd. cons. 29. num. 5. & 6. Ta-
men cum Georgius expresse disposuerit de istis
bonis subiectis fideicommisso ad fauorem Ho-
nuphrij, qui adiuit hæreditatem simpliciter,
sine beneficio legis, & Inuentarij censetur dis-
positionem Georgij approbasse Ruin. qui lo-
quitur in istis terminis in l. 1. nu. 89. ff. de legat. 1.
Alex. cons. 173. num. 4. lib. 2. Immo, & expres-
se approbauit, vt Rota resoluit, vt supra di-
24 ctum est. Propterea fit, quod cum Honu-
phrius approbauerit factum Georgij voluerit
succedere ipsi Georgio non autem vigore sub-
stitutionis fideicommissariæ Honuphrio Senio-
ri, qui enim vult consequens intelligitur velle
omne necessarium antecedens l. ad rem mobilem
56 ff. de procurat. l. illud 76. vbi DD. ff. de acq.
vel amitt. hæredit. Decianus cons. 1. num. 249.
vol. 1. & probatur clarissimè, quia dominium
rerum subiectarum fideicommisso, ipso iure
fideicommissarijs acquiritur, modo ipsi agno-
25 scant fideicommissum, & super eo voluntatem
suam declarauerint l. legatum 82. ibi & legata-
rius ff. de legat. 2. l. si tibi homo 88. §. cum seruus
ibi si legatarius ff. de legat. 1. l. 1. §. vtrum autem
vers. quamuis enim legatum ff. si quid in fraud patr.
Surd. decis. 25. num. 10. Card. Mant. de coniect.
vltim. vol. lib. 7. tit. 10. sub num. 32. vers. suffi-
cit Pereg. de fid. art. 2. num. 63. & seqq. quæ
quidem declaratio hic non adest, immo cum
26 adierit hæreditatem Georgij simpliciter, vo-
lens, & libens, bona de quibus agitur in præ-
legato contenta non ex fideicomisso Honuphrij
Senioris, sed ex testamento Georgij censentur
in Honuphrium peruenisse, ita vt intret hy-
poteca legalis de qua in dicta l. 1. C. comm. de
legat. & hæc procedunt etiam quod admittatur
Honuphrium ignorasse fideicommissum, quia
27 cum prælegatum factum à Georgio contineat
fideicommissum particulare non autem vniuer-
sale iuxta resolutiones factas, vt inferretur præ-
iuditium Honuphrio adeunti hæreditatem sine
beneficio legis, & inuentarij, non requireba-
tur scientia per doctr. Castr. in l. ab omnibus §. si
socero num. 2. ff. de legat. 1. & abunde fuit dedu-
ctum in alia decisione facta 10. Iunij superioris an-
ni coram me, & in alijs coram Illustriss. D. Car-
din. Sacrato.

Neque potest deduci pro agnitione fidei-
commissi Honuphrij Senioris productio testa-
28 menti facta ab Honuphrio Iuniore mediante
persona sui procuratoris contra filias Fabij
Sanctacrucij, quæ erant exclusæ a fideicomisso
vniuersali Honuphrij Senioris, cum vocaret
tantum masculos. Similiter nec alia productio
facta per Honuphrium Iuniorem ad excluden-
dum fiscum agentem contra bona Pauli, quia
vltra quod illæ productiones fuerunt factæ ad
certos effectus: nam prima fuit facta ab Honu-
phrio, & Paulo pro exclusione fœminarum,
contra quas fuerat commissa causa: secunda
ad excludendum fiscum agentem contra bona
Pauli; Cessat omnis difficultas, cum fuerint
factæ productiones post lapsa tempora ad inci-
piendum, & perficiendum Inuentarium de qui-
29 bus in l. scimus 22. §. simili modo C. de iur. deli-
ber. Vnde post factum sibi præiudicium non
potuit Honuphrius sua auctoritate illud euita-
te agnoscendo fideicommissum antiquum, cum
iam esset acquisitum ius creditoribus, & lega-
tarijs, vt in dicta l. scimus §. sin vero C. de iure
deliber. & cessat omnis difficultas quia constat
de acceptatione hæreditatis Georgij, facta per
Honuphrium vt supra dictum est.

Neque est verum quod Cuiac. in d. l. 1. col. 2.
30 ad fin. vers. & actio in rem, & col. 3. vers. igitur
non possunt C. commun. de legat. & Balduin. de
pig. part. 6. in fin. vers. sed cum nouum Corn. in
dicta l. 1. num. 8. & 16. & nouissimè Harpprecb.
in §. 2. num. 19. instit. de legat. teneant contra
Bald. Angel. & supra relatos.

Nam præter Corneum alij nihil dicunt, quod
obstet, firmant enim solum, quod si testator
facit legatum non videtur hypotecare pro di-
cto legato bona hæredis, sed non dicunt quod
ex actione personali non sequatur hypotecha-
ria, prout sequitur, vt in principio ostensum
est, & Harpprechtus expresse sentire videtur,
quod competat hypotheca legalis secundum
ter-

terminos *Baldi*, *Aretin*, & aliorum his verbis *Cæterum res ipsius hæredis quas non accepit à defuncto, nullo hypothecæ aut pignoris nexu obligantur*, quasi dicat contrarium si accepisset à testatore, vt in casu nostro.

Rationes vero *Cornei* de facili tolluntur, nam dum dicit, quod licèt lex possit inducere hypotecham in re aliena, non tamen videtur verisimile quod velit in dubio eam inducere, ma-
31 xime cum *Text. in dicta l. 1. C. comm. de legat. vers. cum enim iam hoc iure*, æquiparet hanc hypotecam legalem hypotecæ, quæ à testatore inducitur, qui tamen solum in rebus suis dat hypotecam *vt ex dicto vers. cum enim*, colligitur. Fuit responsum, quod dum *Text. in dicta l. 1. C. com. de legat. in dicto vers. ponat*
32 simile de testarore, qui inducit hypotecam solum in re propria non propterea fit, quod idem fit in casu hypothecæ legalis, cum illa etiam in re aliena aliquando contrahatur, quapropter generalitas *textus* bene potest recipere hunc intellectum vt supra abundè dictum est. Exempla enim non restringunt regulam *l. dam-*
33 *ni infecti stipulatio ff. de damn. infect. Tiraquel. in l. si vnq. in verb. libertis num. 37. C. de reuocand. donat.*

Dum vero idem *Corn.* dicit quod in dicta *l. 1. C. com de legat. in verb. omnibus* asseritur, quod prestatur hypoteca in res mortui, & in *vers. si enim* quod dictæ actiones sunt inductæ contra res testatoris, & sic non contra res alienas, cum grauatum solear designare dominium *l. 2. §. 1. ff. de religios. & sumpt. funer.*

Fuit etiam responsum, quod pronomina *meũ*
34 *tuũ*, vel *suũ* nõ solũ de iure dominij, sed etiã iure possessionis, aut obligationis *l. cũ sua 71. & l. sequenti & l suos a. tẽ seruos 73. ff de legat. 3.* & propterea dum *textus* loquitur de re testatoris, non se restringit ad ea, quæ sunt testatoris ratione dominij, sed etiam iure possessionis.

Et quamuis idem *Corn. locis prædictis* subdat appellatione rei venire proprietatem, non
35 autem simplicem possessionem *iuxta l. si alij fundum ff. de vsufrut. legat. et l si rem meam ff. de verb. oblig.* & ideo non dicitur rem consecutus, qui solum eius possessionem consecutus est, nec minus dicitur rem ad hæredem peruenisse, quia dictio, *per*, denotat perfectionem *iuxta l. vrbana 165. §. pernoctare ff de verb. signif.*

Fuit tamen pariter responsum, verum esse, quod appellatione rei, non veniat possessio, sed esse etiam verum, quod res dicitur in bo-
36 nis ex bonis, & de bonis, vt colligitur *ex l. item ff. de acq. rer. domin.* & propterea cum *text.* loquatur de rebus mortui, sufficit, quod fuerint in bonis licet non probetur dominium, quia in hoc casu non agitur, an appellatione rei veniat possessio, sed solum an sufficiat ad effectum hypothecæ, quod res fuerint in bonis, vel potiùs debeat constare de dominio, & propterea nihil facit dictio, *per* quæ denotat perfectionem acquisitionis, quia facto legato rei alienæ, vel hæredis, non reclamante Domino,
37 & hærede adeunte sine beneficio legis, & inuentarij satis inducitur perfectio acquisitionis, cum hæres non possit impugnare factum defuncti, vt supra dictum est; & præserrim hoc casu, in quo approbauit factum, vt fuit firmatum *coram Illustris. D. meo Cardinali Sacrato, & coram me, &c.*

Ex quibus Domini steterunt in *decisis*

Præsens decisio fuit confirmata die 10. Maij 1624. & 11. Maij 1626.

PARMEN. STATVS.

Mercurij 14. Iunij 1623.

ARGVMENTVM.

Legitimatus per subsequens matrimonium non potest prætendere fideicommissum, ad quod sunt vocati filij legitimi, & naturales, & de legitimo matrimonio nati vere, & non fictè. Quasi possessio legitimitatis verè, & non fictæ ex quibus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Filij legitimati per subsequens matrimonium non comprehenduntur in dispositione facta fauore filiorum legitimorum, & naturalium de legitimo matrimonio verè, & non fictè procreatorum, & natorum & num. 5.*

2 *Legitimatio per subsequens matrimonium trahitur retrò ad diem contractus matrimonij, & fingitur filius legitimè conceptus.*

3 *Et operatur huiusmodi fictio præsumptionem matrimonij vsque ab initio de iure ciuili.*

4 *Ad matrimonij essentiam de iure ciuili sufficit matrimonialis affectio, de iure vero canonico requiritur materia, & forma & num. 3.*

6 *Legitimatio per subsequens matrimonium est multo præstantior cæteris omnibus legitimationibus.*

7 *Legitimatio viuente Patre debet probari per validiores probationes.*

8 *Legitimatio mortuo Patre probatur ex leuioribus, et mitioribus probationibus dum agitur ad effectum successionis.*

9 *Legitimationis quasi possessio sufficit quando agitur ad effectum successionis mortuo Patre.*

10 *Dominij ius quando deducitur principaliter requiritur plenior probatio, et magis exacta, secus autem quandò incidenter, et propter aliud, quo casu sufficit leuior, et minus plena.*

11 *Filiatio legitima ad hoc vt probetur requiritur vel possessio filiationis, vel bonorum paternorum, vel quod sit natus ex ea quæ vxor credebatur, & sic non copulatiuè omnia hæc requisita, sed distinctiuè itaut vnum sufficiat.*

12 *Legitimitatis quasi possessio probatur ex testibus deponentibus ipsum natum, & conceptum fuisse constante matrimonio, & de communi reputatione.*

13 *Filiatio legitima ex tractatu parentum non probatur in tertij præiudicium.*

14 *Limita concurrentibus adminiculis, de quibus ibi, & num. 15.*

5 *Tractatus Patris erga filium tanquam legitimum, & naturalem probatur ex assignatione bonorum sibi facta, ad quæ legitimi, & naturales, & de legitimo matrimonio procreati verè, & non fictè vocantur.*

16 *Consequens qui ponit omne etiam necessarium antecedens ponit.*

17 *Tractatus Patris erga filios vti legitimos, & naturales probatur ex narratiua emissa in commissione.*

18 *Filiatio legitima, & naturalis vera, & non ficta probatur ex confessionibus, enunciatiuis, & alijs quæ vide ibi.*

19 Philippus Secundus Hispaniarum Rex Cattolicus *nuncupabatur cum titulo prudentis.*

20 *Remedium* l.finalis C. de edict. Diu. Adr. toll. *tanquam Iudicium vniuersale nihil habet commune cum Iudicio particulari* legis si quis conductionis C. locati.

DECISIO MCDLIII.

IN hac causa *coram bo.me.Cardinali Seraphino, vt in decis.1000. in eius libris, & coram S. D. N. dec.247.* fuit firmatum constare de matrimonio absque coarctatione temporis inter Bernardinum, & Catherinam, ex quibus natus est Vbertus, sed hoc non sufficit, cum ad fideicommissum, de quo agitur, vocentur legitimi, & naturales de legitimo matrimonio procreati,
1 & nati verè, & non fictè, quæ verba excludunt legitimatos per subsequens matrimonium, legitimatio enim trahitur retrò ad diem contra-
2 ctus matrimonij,* & fingitur filius legitime conceptus *Bald. in l.qui in Prouincia §. Diuus Marcus in princ.ff.de Rit. nup.* latè *Tiraquell. alios cumulans de iur. primog quæst.34. num.34.* ita vt de iure ciuili ista fictio operetur præsumptionem
3 matrimonij vsque ab initio, * cum de illo iure sufficiat matrimonialis affectio *l. nuptias ff. de Regul. Iur.* sed de iure Canonico requiritur ma-
4 teria, & forma, * & ideò remanet fictio *Alciat. & Surd. in prima dec. allegati.* Et quamuis ista fictio de vtroque iure non operetur fictionem legitimitatis, ità vt verè legitimi, efficiantur, sed solum fingat circa retrotractionem, vt per *Hieronym. Schruph. cons.2. numer 6* tamen hoc satis non est in casu, de quo agitur vbi vt dictum est vocantur procreati, & nati de legi-
5 timo matrimonio verè, * & non fictè, & sic excluditur fictio, licet legitimatio per subsequens multo sit præstantior cæteris omnibus
6 legitimationibus * *Dec. in cap. cum in cunctis nu. 9. de Election. & cons.155. numer.4. & 5. Angel. cons.20. num.1. Schrupb.cons. 1. numer.19. cent.1. Hypol singul.54.numer.3. Franc. Curt. cons.74. n. 6.* latè *Tiraquell. in tract. de Primogen. quæst.34.n. 34. Cassan. in consuet. d. Burgund. Rubr.8. §.13.*

Ex quibus cum ad effectum successionis, de qua agitur, non sufficiat legitimatio per subsequens matrimonium, bis fuit disputatum dubium. An DD. Pallauicini tenerentur probare contractum matrimonij inter Bernardinum, & Catherinam de certo tempore, & de quo. In cuius dubij discussione, quia pro DD. Pallauicinis allegabatur se esse in possessionem legitimatis requisitæ à testatore, ex qua de iure ab onere alteriuss probationis releuabantur, ideò *die 27. Februarij 1617. coram Illustrissimo D.meo Cardinali Sacrato*, fuit ordinatum, quod informaretur strictè, an DD. Pallauicini ex persona Vberti sint in sufficienti quasi possessione legitimitatis requisitæ à Testatore, hoc est tanquam legitimi, & naturales ex legitimo matrimonio procreati verè, & non fictè, quod dubium fuit germanum, & legitimum præsentis controuersiæ, quia cum non agatur de legiti-
7 matione probanda viuente Patre, * quo casu requiruntur validiores probationes, cum de legitimatione principaliter ageretur *Felin.in cap. per tuas numer.17. de Probation. Abb. in cap. transmissa num.4. qui filij sint legit.* Agitur incidenter de legitimatione mortuo Patre ad effe-
8 ctum successionis, * vbi leuiores, & mitiores probationes admittuntur *Felin.in d.cap. per tuas numer.7. in fine Abb.in d. cap.transmissa numer.4.*
9 & propterea sufficit quasi possessio * *Bartol. in l.non nudis in vtraque lectura C. de Probat.* & benè discutiunt, longeque disertius tradunt *Alciat.præsumpt.38.num.5.et 6.cum seqq.par vltima,* & antè eum *Alex.cons.51.num.4.et 5. lib.1. Dec. cons.54. numer.3.* qui dicit in *cons.138. numer.3. et 4. lib.3.* distinguentem inter filium Actorem, & Reum communiter reprobari, & allegat *Bartol. Angel. et text.in l.si quis 5.§.Meminisse, et §.solent de liber.agnosc.* Et prædicta comprobantur, quia generale est in realibus, & petitorijs. Et quando ius dominij deducitur principaliter
10 requiritur plenior, * & magis exacta probatio, quandocunque verò incidenter, & propter aliud leuior sufficit, & minus plena probatio, vt pulcrè *Bart.in l.quidam in suo numer.4. ff.de cond.Instit.Gloss.in l.sicuti §.si quæratur verbo professoris in fin.ff si seru.vindic. Angel. in §. æque numer.13.Instit.de Action*

Secundum hanc restrictionem licet *die 16. Martij 1618.coram Illustrissimo Sacrato* fuerit resolutum DD. de Pallauicinis non probare sufficientem possessionem, ab illa tamen *dec.*fuit recessum *coram me 27. Aprilis superioris anni,* & hodiè reproposito dubio hanc postremam resolutionem denuo DD. confirmauere, quia regulariter ad prabendam filiationem legitimam
11 requiritur, * vel quod possessio probetur filiationis, vel bonorum paternorum possessio, vel quod sit natus ex ea, quæ vxor credebatur *Gloss. in cap.lator in verbo probare qui filij sint legit.* quã distinctiuè, non autem copulatiuè loqui, ità vt non omnia prædicta requirantur simul, sed vnum sufficiat asserit *Dec.in cons.54.in fine Alex. Gozad., et alij in dicta 1.dec. allegati.* Et in hoc casu non solum prima duo requisita probantur cum qualitatibus ad effectum successionis necessarijs, scilicet, quod Vbertus fuerit in possessione filiationis legitimæ verè, & non fictè, quod tanquam talis bona paterna possederit, quod est secundum requisitum, sed etiam plenè probatur tertium quod nimirum natus sit ex ea, quæ vxor credebatur.

Et incipiendo ab isto tertio speciali, de cuius existentia in *vltima decisione* fuit plenè discussum satis illud probari visum fuit ex te-

stibus

ftibus DD. de Rangonibus in alia *decisione*
12 ponderatis à *num.* 10. *vsque ad* 29. * qui depo.
nunt Vbertum conceptum, & natum confiaute
matrimonio inter Bernardinum, & Catheri-
nam contracto, & de communi reputatione
deponunt, quæ inducit in ipso Vberto quasi
possessionem legitimitatis veræ, & non fictæ. Et
licet illa probatio videatur sufficere. Nihilomi-
nùs in eadem *decisione* fuit additus tractatus
parentum erga Vbertum, qui quamuis regu a-
13 riter contra tertium non probet, * concurren-
tibus tamen adminiculis solidam probatio-
14 nem constituit *, vt in dicta *decisione* considera-
tum fuit, in qua nedum factum deduximus, sed
innumeros etiam *DD.* hanc conclusionem tuen-
tes, cui tractatui, & hodiè superadditur instru-
mentum, in quo occasione matrimonij inter
Vbertum, & Euprhosinam Vicecomitem, Ber-
nardinus assignauit Vberto medietatem Castri
Zibelli, * quæ Bernardino propter hoc fidei-
15 commissum obuenerat, adiecto pacto, quod in
prædicta assignatione computatum, & com-
pensatum esse deberet omne, & totum id,
quod Vbertus petere, exigere, consequi, recupe-
rare, & habere potuisset, & posset, quouis modo
tunc, & in futurum super bonis ipsius patris,
vel à fratribus suis quomodolibet vigore vir-
tute, causa, & occasione successionis, & fidei-
commissi q. Io: Francisci Aui paterni prædicti
Vberti, quod est fideicõmissum, de quo agitur,
vel aliorum ascendentium suorum. Quapropter
negari non potest, quin ista assignatio benè
probet tractatum parentis, cum ei dederit bo-
na, ad quæ legitimi, & naturales, & de legitimo
matrimonio procreati, & nati verè, & non fictè
vocantur etiam cum qualitate, quod in assi-
gnatione computaretur totum id, quod posset
petere, & consequi ex fideicommisso præsenti,
qui enim ponit consequens, ponit omne neces-
16 sarium antecedens * *l. ad rem mobilem l. ad le-
gatum ff. de procurat.* Insuper iste tractatus coa-
diuuatur ex commissione per Bernardinum
17 obtenta, * in qua pro suo, & filiorum interesse,
quibus bona huiusmodi fideicommisso subie-
cta deberi narrat, supplicauit admitti ad cau-
sam per fiscum motam contra Rolandum Au-
thorem DD. de Rangonibus super confiscatio-
ne, quos filios suos, quibus bona isthæc hære-
ditaria deberi narrauit facto ipso pluries itera-
tis vicibus esse Vbertum, & subsequentes fratres
declarauit. Et sic ex supradictis rationibus,
negari non potest, quin Vbertum tanquam fi-
lium legitimum, & naturalem cum qualitati-
bus supra expressis tractauerit.

His accedunt confessiones, & actus positiui
Rolandi, a quo DD. de Rangonibus causam
habent, * & Cõ. Ludouici Rangoni eius generi,
18 & Barbaræ filiæ d. Rolandi: Nam vltra ea, quæ
deducta sunt in *dec. vltimo loco facta à num.* 41.
vsque ad 46. concurrit etiam, quod non solum
mortuo Polidoro de anno 1527. germano fra-
tre Rolandi, ipsemet Rolandus ad exclusio-
nem Liuiæ propriæ filiæ Polidori vigore fidei-
commissi adeptus fuerit possessionem portio-
nis Castri Monticellorum fideicommisso su-
biectæ, sed etiam admiserit in consortem ad illius possessionem Vbertum vt clarè constat ex positionibus datis in iudicio cum ipsamet Liuia ad instantiam Michaelis Casalis, vbi explicitis verbis habetur possessionem Polidori patris super Castro Monticellorum post eius obitum occupatam fuisse, detentamque per Rolandum, & Vbertum de Pallauicinis, quod & ostenditur ex Breui Apostolico per ipsammet Liuiam obtento commissionis auocationis possessionis huiusmodi contra Rolandum, & consortes, inter quos fuisse Vbertũ, patet ex supradictis positionibus, in quo Breui fatetur occupationem possessionis à Rolando, & Vberto ibi, *Ante mortem dicti Rolandi ab Vberto Marchione Pallauicino à Liuia fratre patruele*, & rursus ibi *vocatis Vberto, & consortibus*. Hinc ergò apparet Vbertum vna cum Rolando possedisse, & per consequens habitum fuisse tanquam vnum ex compræhensis in fideicommisso. Et quamuis ista ex se non probarent,, cum res sit inter alios acta, tamen negandum nullo pacto est, quin magnum veritatis primordium præ se ferant, & satis reliquæ probationes DD. de Pallauicinis fulciantur.

Quantum attinet ad Com. Ludouicum Rangonum illius actus positiui, & confessiones tat, superque eliciuntur; nam cum Vbertus patrauerit homicidium, & propterea medietas Castri Zibelli ipsius Vberti fuerit adscripta fisco D. Com. Ludouicus post litem motam in locationem accepit à fisco, & Camera Apostolica d. Castri medietatem ad biennium, quo elapso illam restituere promisit, & obtinuit Breue à fæl. rec. Clemente VII. vt illa sibi locaretur, cum specifica expressione, quod Vbertus erat Dominus d. medietatis, quod etiam confirmatur ex mandato procuræ per eumdem Com. Ludouicum facto ad recipiendum in locationem d. medietatem vti ad Fiscum Apostolicum legitimè spectantem. Quarè satis apparet, quod Com. Ludouicus pro legitimo habeiet D. Vbertum, & quamuis ad hæc posset quis suas inuestigare responsiones illas nos admitteremus, si principale fundamentum in his iactum esset, sed cum vna cum alijs deducantur in alia *decisione* ponderati clara, & euidens ex omnibus facti veritas elucescit, quod scilicet etiam à Com. Ludouico fuerit tractatus tanquam legitimus & naturalis, & de legitimo matrimonio natus, & procreatus.

Quantum verò attinet ad Barbaram, actus etiam positiui ex eo deducuntur, quia prædicta instrumenta lo ationis, mandati procuræ, & Breue produxit in hoc iudicio contra DD. Pallauicinos, & obtinuit supplicationem, in qua fatetur ex relatione facta per bo. me. Cardinalem Simonettam fæl. rec Paulo III. DD Pallauicinos, exposito prius hoc fideicommisso declaratos fuisse legitimos, & paternæ successionis capaces, quam confessionem *Rota* habuit pro releuanti priùs *coram bo. me. Seraphino, vt in dicta decisione* 1030 *sub num.* 17. & posteà *coram S. D. N. dec.* 247. *num* 18. in cuius fine concluditur, successibilitatem ad fideicommissum dari non posse, nisi in nato ex matrimonio.

Super additur tractatus Io: Francisci iunioris,

ris, qui ipsum Vbertum fratrem vti procreatum, & natum ex matrimonio tractauit, & reputauit, illum in successione Castrorum, & bonorum fideicommisso subiectorum secum insimul admittendo æqualiter tam in aditione hæreditatis Gasparis filij fideicommittentis, quã in prosecutione litis huiusmodi contra DD. Rangonos, ipsum Vbertum consortem faciendo, & in suo testamento Marchionem Alphonsum Vberti filium hæredem vniuersalem instituendo, qui tractatus factus ab Ipso Io: Francisco, quem in *dec. sub num. 24. & 25.* firmatur indubitanter fuisse conceptum post matrimonium, & consequenter primam causam habentem in fideicommisso, de quo agitur, & totaliter excludente fœminas, & ob id DD. Rangonos ab illis descendentes, efficaciter constitui eundem Vbertum in quasi possessione legitimitatis à testatore requisitæ.

Non obstat vnicum fundamentum DD. de Rangonibus in hac positione exhibitum, qui in reliquis noluerunt informare, sed petiere dilationem; nimirum quod Vbertus fuerit per Senatum Mediolani exclusus, vt patet ex voto dato per d. Senatum S. M. Philippo Secundo

19 Hispaniarum Regi Catholico * Prudenti nuncupato. Quia hoc nihil facit, ibi enim Vbertus intentauit remedium recuperandæ, & in specie remedium *l. si quis conductionis C. locat.* * Idque

20 ex eo, quod medietas Castri Zibelli, ad quam agebatur locata fuisset Com. Ludouico ad biennium, quo elapso illam restituere promiserat, & in prædicto suffragio excluditur Vbertus, quia illa remedia non competebant. In Rota autem eum DD. Pallauicini agant iudicio vniuersali, videlicet ex remedio *l. fin. C. de Aedic. Diu. Adr. toll.* vt ipsamet *Rota* in hac causa firmauit 13. *Iunij* 1616. *coram Illustrissimo Cardinali Sacrato* nihil commune habent remedia tunc ab Vberto intentata, quæ eum non competerent, illum excludere potuerunt.

Ex quibus DD. perstiterunt in *decisis, et resolutis 27. Aprilis anni superioris.*

ROMANA FIDEICOMMISSI DE CAETANIS.

Mercurij 14. Iunij 1623.

ARGVMENTVM.

Testes deponentes de fama notariatus debent percutere tempus datæ instrumenti ad hoc vt illud dicatur in forma probanti licèt ad recognitionem scripturæ antiquæ sufficiant adminicula tamen illa quæ in decisione adducuntur fuit resolutum non suffragari.

SVMMARIVM.

1 *Papa in Signatura Gratiæ etiam oretenus committit causas Rotæ.*

2 *Scriptura seu Instrumentum non dicitur in forma probanti licèt excedat tempus 60. ann. dum testes, qui deponunt de notariatu, deponunt de fama, quæ non percutit tempus datæ Instrumenti.*

Testes deponentes de notariatu debent percutere tempus datæ Instrumenti num. 2.

3 *Tempus litis est demendum pro excludenda antiquitate scripturæ.*

4 *Scriptura, quæ non excedit annos centum debet recognosci.*

5 *Ad recognoscendum scripturam antiquam sufficiunt adminicula, quæ tamen si aliquo modo elidantur, non suffragantur num. 7. & 8.*

6 *Scriptura extracta ex Archiuio absque citatione partis non probat.*

9 *Fideicommissum non probatur ex assertione eius, qui ad illud aspirat.*

10 *Recognitio scripturæ non desumitur ex illius facie, quæ tunc operatur, quando alia adminicula concurrunt; secus autem alijs cessantibus.*

DECISIO MCDLIV.

Post sententiam Rotalem coram *R. P. D. meo Verospio* latam ad fauorem D. Prosperi, proposui causam pro DD. Alexandro, & Christophoro Caetanis de ordine Sanctissimi D. N. Greg. XV. mihi in Signatura Gratiæ oretenus

1 dato, * an pro ipsorum parte aliquod releuans deduceretur, & denuò resolutum fuit, scripturam, de qua agitur super asserto fideicommisso non esse in forma probanti. Primò quia,

2 licet excedat tempus 60. ann. * tamen testes, qui deponunt de notariatu, deponunt de fama, quæ non percutit tempus datæ Instrumenti, prout requiritur *Io. And.* & alij, quos allegat *Socc. Sen. cons. 95. ante numerum primum vers. 2. adducit lib. 3.* Secundò quia, cum habeat datam de anno 1517. & lis fuerit mota de anno

3 1614. hoc tempus est demendum * *Seraph. dec. 76.* & pluries resolutum fuit; Et sic, cum non

4 excedat annos centum, * debet recognosci, ad quem effectum in hac materia satis antiqua

5 sufficiunt adminicula * *Put dec. 14. lib. 1. Caputaq. dec. 5. par. 3. Rot. dec. 693. num. 7 par. 2. in recent.* & in *Bononien. fideicommissi de Cataneis 12. Iunij 1614. R. P. D. meo Pirouano*, vbi de instrumentis, excedentibus metam ann. 70. In hac autem facti specie adminicula non visa fuerunt Dominis sufficientia, prout etiam *fuit resolutum prima February 1620. coram R. P. D. meo Verospio.*

Non enim suffragatur primum adminiculum, desumptum ex scriptura anni 1531. in qua inter authores D. Prosperi cassãtur omnes contractus præuio contractu concordiæ, & diuisionis inter DD. Franciscum, & Io. Vincentium ex vna, & DD. Honoratum Nicolaum, & Christophorum ex altera. Vnde dicebatur, cum de alio contractu diuisionis inter prædictos quinque fratres non constet, nisi ex scriptura, de qua agitur, eius veritas adminiculatur. Cæterum duæ fuerunt datæ responsiones, prima, quod scriptura anni 1531. fuit extracta ex Archiuio Magentiæ absque citatione

D. Pro-

6 D. Prosperi; * secunda, quod ex articulis &
positiombus datis per bo. me. Petrum Patrem
Domini Alexandri, & per testes super illis exa-
minatos viderur constare de alia diuisione in-
ter dictos fratres filios Raymundi, ex quo ar-
ticuli, positiones, & testes agunt de diuisione
cum conuentione, quod homines Rocchæ Gur-
gæ accedanr ad Molendinum Magentiæ, quæ
conuentio non legitur in prædicto Instrumen-
to diuisionis anni 1531.

Neque obstar, quod articuli, & positiones
fuerint datæ per Procuratorem, de cuius man-
dato speciali non constat, & testes non depo-
nant de certa scientia, & auditu, quia Domi-
nus Prosper non æget plena probatioue, sed
7 sufficit ad informandum animum Iudicis, *
quod non sit indubitatum Instrumentum anni
1531. habere relationem ad aliud anni 1614.

Neque releuar, quod Dominus Prosper ne-
get in alia causa *coram R. P. D. meo Caualerio*
diuisionem cum tali pacto extare, quia illa cau-
sa adhuc non est terminata, & non constat ple-
nè, ex quo capite Dominus Prosper in illa cau-
sa possit obtinere.

Non etiam suffragatur secundum adminicu-
lum ex obseruantia possessionis Castrorum
inter lineas iuxta formam dictæ diuisionis, nam
ista præsumptio eliditur, & debilitatur ex præ-
dictis articulis, positionibus, & testibus, cum,
8 vt dictum est, sufficit, * quod ista adminicula
aliquo modo elidantur.

Minus etiam suffragatur tertium adminicu-
lum desumptum ex eo, quod DD. Alexander,
& fratres vendiderint Castrum Magentiæ cum
9 assertione, * quod erat suppositum fideicom-
misso, de quo agitur, quia non est sumenda
probatio ex confessione DD Alexandri, & fra-
trum, ex quo ipsi agunt ad fideicommissum,
& licet verisimile videatur, quod noluerint si-
bi præiudicare quoad Castrum Magentiæ, ta-
men fuit responsum cessare præiudicium, ex
quo illud vendiderant cum legitima licentia,
& confessio fideicommissi illis vtilis erat quoad
alia Castra.

Non obstat denique vltimum adminiculum
desumptum ex facie scripturæ, quia facies ope-
10 ratur, * quando alia concurrunt, cessantibus
autem alijs non suffragatur.

Et ita conclusum.

FANEN. EMPHYTEVSIS.

Lunæ 19. *Iunij* 1623.

ARGVMENTVM.

Dominus directus si postquam ei est aperta emphyteusis, eam pro se retinere non intendit, tenetur illam renouare proximioribus eorum, quibus dicta emphyteusis fuit concessa, & ad hunc effectum vt quis obtineat, quid probare grauetur, & præsertim doceri debet, quod emphyteusis terminata sit, ac noua inuestitura facta sit. Emphyteusis concessa alicui ad tertiam ipsius generationẽ, dum aliquis ex his superest, nunquam potest dici ea aperta, quod procedit etiamsi fratres diuidendo inter se bona, dicta emphyteusis ad aliquos eorum tantum peruenerit, quia eis mortuis illa reuertitur ad eos fratres, qui per diuisionem ab ea fuerunt exclusi.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis quando est aperta, & Dominus eam pro se retinere non vult debet eam renouare proximioribus inuestitis.*
2 *Possessor est absoluendus, quando Actor nihil probauit.*
3 *Probatio incumbit asserenti.*
4 *Iudici non creditur asserenti aliquid constare ex actis.*
5 *Sententia, quæ per relationem ad acta non verificatur, dicitur nulla.*
6 *Iudex an legitimè pronunciauerit, vt id appareat, debent acta produci.*
7 *Referens sine relato non attenditur.*
8 *Emphyteusis renouationem petens, fatetur se in inuestitura non esse comprahensum.*
9 *Emphyteusis renouatio quibus debeatur.*
10 *Fratres plures in bonorum diuisione possunt vni tantum sine consensu Domini emphyteusim dimittere, quia hæc non potest dici emphyteusis diuisio sed fortificatio vnionis, & consolidatio.*
11 *In bonorum diuisione inter fratres si emphyteusis vni sit assignata, quamuis ista sit partis alienatio, nihilominus valet sine consensu Domini.*
12 *Fratres dum diuidunt inter se bona feudalia, vel emphyteutica per talem diuisionem præiudicatur eorum filijs.*
13 *Quod intelligitur, si dicta diuisio firma permaneat, veluti si is, cui emphyteusis fuit pro parte assignata cum legitimis successoribus decesserit, alias non dicitur eis præiudicatum.*
14 *Emphyteusis si diuisio fuerit facta inter fratres itaut per diuisionem alicui ex fratribus fuerit præiudicatum.*
15 *Non tamen in tantum dicitur præiudicatum ei, vt per obitum fratrum, quibus ea in totum peruenit emphyteusis ad exclusum non reuertatur.*

DECISIO MCDLV.

Hieronymus iunior, & fratres de Mariottis
prætendebant renouationem emphyteusis,
de qua agitur, obtentæ à Hieronymo Mariot-
to eius Proauo aduersus Camillum, & fratres
de Mariottis, qui licet sint in eodem gradu
tamen cum emphyteusis sit ad tertiam gene-
rationem Eques Alexander dd. Hieronymi, &
fratrum Pater fuit vltimus de tertia generatio-
ne, & per illius obitum emphyteusis fuit aper-
1 ta, * & ideò cum Ecclesia nollet pro se retinere
dicto Hieronymo iuniori, & fratribus debeba-

tur

tur renouatio *Bart. in l.1.§.permittitur ff. de aqu.*
quot. & æstiu. & propterea cum super hoc obti-
nuerit sententiam à Vicario S. Laurentij pete-
bant illius confirmationem.

Cæterum Domini ex deductis dixerunt sen-
tentiam prædictam esse infirmandam, primò
quia de dicta inuestitura facta Hieronymo Se-
niori non constat, & propterea cum Camillus,
2 & fratres sint possessores, & nihil probent, *
Hieronymus Iunior, & fratres sunt absoluendi
l. qui accusare C. de eden. & asserenti incumbit
3 probatio * *l. verius ff. de probat.* hic autem nihil
probatur, quia de inuestitura facta Hierony-
mo Seniori non docetur, neque ex eo probatur,
ex quo Iudex in partibus dixerit viso instru-
mento inuestituræ, quia non creditur Iudici
4 enuncianti aliquid constare in actis * *Gabr. de*
sen. conclus.4. num.2. & 3. & sententiam, quæ
per relationem ad acta non verificatur, dicitur
5 nulla * *Vant. de nullitate in tit. à quo, & quib.*
med. num. 12. & in omnem euentum quatenùs
crederetur Iudici deberet transportari illa inue-
6 stitura, * vt considerato tenore videri possit, an
Iudex legitimè pronunciauerit iux. not. per
Gemin. cons.76. num.6. vers. dicitur insuper An-
char. cons.208 nu. 7. vers. præsuppono Bald. con-
sil.73. num.2. lib.5. & 313. num. 2. eod. lib.

Neque obstant adnotationes desumptæ ex
libro Abbatiæ de annis 1592. & 1579. quia
licet prima loquatur de inuestitura pro se, &
pro filiis, & nepotibus tantum, & de cætero
prædio. Tamen secunda nihil dicit de quali-
tatibus concessionis, & vtraque se refert ad in-
7 strumentum, vnde illud videndum est * *Rot. de-*
cis.139. num.3. & decis.461. num.9. par.1. in re-
cent. & quamuis prædictis addatur confessio
Patris Francisci, nihilominus illa non facit,
licet enim fateatur se fuisse vltimum de linea,
non idcirco fatetur Hieronymum Seniorem
fuisse inuestitum, itaut in Alexandro defecerit
tertia generatio, in ò cum petierit renouatio-
8 nem pro suis filijs, excludit intentionem *
Marij, & fratrum.

Vlterius prætendebatur, quod quatenus
probaretur Hieronymum fuisse inuestitum, ta-
men cum Mariottus, & Franciscus eius filij,
Aui respectiuè Camilli, & fratrum reorum,
nec non Marij, & fratrum actorum dimiserunt
9 bona, * quæ peruenerunt in portionem Mariot-
ti, Aui Camilli, & fratrum, & cum ideò fue-
rit præiudicatum Alexandro, & eius lineæ em-
phyteusis fuit finita per obitum Ludouici Pa-
tris Camilli, & fratrum, & ideò eis deberur
renouatio, non autem Mario, & fratribus,
quia cum fuerit præiudicatum Alexandro eo-
rum fratri, licet vltimo loco obierit, tamen
per eius obitum non fuit aperta emphyteusis,
sed per obitum Ludouici; regula enim est cer-
ta, quod plures fratres possunt in diuisione
bonorum vni tantum sine consensu Domini
10 emphyteusim dimittere, * quia hæc non potest
dici emphyteusis diuisio, sed fortificatio vnio-
nis, & consolidatio, & quamuis partis sit alie-
11 natio * cum nihilominus facta sit in proximio-
rem agnatum alijs consentientibus sine du-
bio valet vt pronuntiat *Bart.* qui loquitur in
emphyteusi in *l.1. num. 4. C. de impens. descrip.*
lib.10. Mantic. de tacit. & ambig. lib.23. tit. 15.
num.22. vbi de communi testatur.

Sed circa hoc motiuum nihil voluerunt fir-
mare Domini, si tamen opus erit, particulari-
ter videri poterit, quia licet conclusio vera sit,
12 quod per diuisionem præiudicetur filijs, * est
etiam vera declaratio, quod præiudicat, vt
firma permaneat si is, cui emphyteusis pro
13 parte assignata est cum filijs * masculis deces-
serit, siue vero sine hærede masculo mortuus
fuerit fæudum ad fratres, & eorum filios ma-
sculos reuertitur *cap.1. de nat. success. feud. Man-*
tic. loco prædicto num.23. sic in proposito cum
tam Ludouicus, quam Alexander essent com-
præhensi in tertia generatione, & per diuisio-
14 nem fuit præiudicatum Alexandro, * non ta-
men fuit in eo præiudicatum, quin per obitum
Ludouici præiudicatum emphyteusis ad ipsum
15 non fuerit reuersa, * cum ipse solus esset de
tertia generatione.

Et ita, &c.

CREMONEN. CANONICATVS.

Veneris 23. Iunij 1623.

ARGVMENTVM.

Si concordia inita inter Capitulum, & Or-
dinarium circa prouisionem Canonica-
tuũ loquatur tantum de mensibus alter-
natis non trahitur ad menses reseruatos,
idcirco concordia non intrat, si Ordi-
narius vigore Indulti conferat in mensi-
bus reseruatis.

SVMMARIVM.

1 *Concordia loquens in vacatione contingente in mensibus alternatis non habet locum in ea, quæ contingit in mense fixo, & num. 6.*
2 *Alternatiua nunquam cadit in mense fixo.*
3 *Alternatiua est inducta ex* Regula 8.
4 Regula 8. *non comprehendit Cardinales.*
Alternatiuæ non est locus vbi non intrat Regula 8. *num. 4.*
5 *Quando vnum præsupponitur, & super eo disponitur cessante præsupposito cessat dispositio.*
7 *Mensis* Nouembris *est mensis fixus.*
Capitulum vigore concordiæ habens electionem in mensibus alternatis non potest illam prætendere in mensibus fixis num. 7.
8 *Concordia inita inter Capitulum, & Ordinarium circa prouisionem Canonicatuum quando est dubia non est dicendum, quod de mensibus Apostolicis fuerit actum.*
9 *In concordijs tempus datæ debet attendi.*
10 *Canonicatus, quãdo sũt simultaneæ collationis Indultum ratione communionis suffragatur Capitulo.*
11 *Canonicatus in dubio præsumitur simultaneæ collationis nisi constet de contrario.*
12 *Canonicatus electiui vigore concordiæ idem est,*

ac

ac si essent simultaneæ collationis ad effectum, quod Indultum suffragetur Capitulo.

13 *Limita quando electio est restricta ad menses alternatos.*

14 *Limitata causa limitatum producit effectum.*

15 *Cardinalis Ordinarius quando conferi vigore Indulti in hoc casu non remouet obstaculum reseruationum.*

Prout remouet quando sola reseruatio obstat collationi num. 15.

16 *Sed aperit viam conferendi reseruata, ac si talia non essent.*

DECISIO MCDLVI.

FVit resolutum nouam prouisionem esse dandam Domino Melio prouisio ab Illustrissimo D. Cardinali, quia non est locus concordiæ, vt Capitulum eligat, Episcopus vero confirmet; concordia enim loquitur in mensibus alternatis, de quibus non est agendum in hoc
1 casu, * tum quia vacatio contigit in mense fixo in quo scilicet nunquam cadit alternatiua
2 * tum quia alternatiua est inducta ex *Regula*
3 *octaua*, * quæ cum non comprehendat Cardi-
4 nales, * non est locus alternatiuæ, quæ ex vtroque capite cessante non est locus concordiæ, vt scilicet electio spectet ad Capitulum, quia quando vnum præsupponitur, & super eo disponitur, cessante præsupposito, cessat disposi-
5 tio * *l. Mancipia C. de seru. fugitiu.* ita vt prædicta concordia non possit suffragari, nisi in
6 quattuor mensibus ordinarijs, * vt respondit *bon. mem. Card. Seraphinus in quodam suo voto dato occasione huius concordiæ.*

Neque est simpliciter verum, quod concordia loquatur de omnibus mensibus, quia loquitur de mensibus alternatis, & de alijs etiam mensibus, si in illis quocunque modo prouisio spectaret ad Capitulum, & propterea cum vacatio contingerit in mense Nouembris, qui
7 est fixus * in illo non potest prætendere aliquid Capitulum: Et quamuis prædicta clara sint,
8 nihilominus, quando adest aliqua dubietas, * non est dicendum, quod de mensibus Apostolicis fuerit actum, vt fere in terminis dicit *Caputaq. decis. 58. part. 2.* Quod maxime procedit, quia concordia fuit inita cum tunc existente tantum Episcopo, ideo cum debeat at-
9 tendi tempus datæ concordiæ, * quæ cum expresse non loquatur de mensibus Apostolicis, debet interpretari, vt loquatur tantum de illis mensibus, qui erant Ordinarij vigore alternatiuæ non autem de alijs mensibus, vt bene per *Vrall. d. decis. 58. num. 2. p. 2.*

Non obstat, quod quando Canonicatus sunt simultaneæ collationis Indultum ratione
10 communionis suffragatur Capitulo, * vt *Rota resoluit in causa Hispalen. portionis 19. Ianuarij 1594. coram bo. mem. Card. Pamphilio* relata per *Garziam part. 5. cap. 1. num. 53. Gonzal. Glos. 24. num. 59.* quia licet in dubio Canonicatus
11 præsumatur simultaneæ collationis, * hoc est verum, nisi constet de contrario, vt dicit *Cassad. decis. 22. de præbend.* prout constat in casu isto ex concordia.

Neque facit, quod illi Canonicatus sint electiui vigore dictæ concordiæ, & ideo eadem
12 est ratio, * ac si essent simultaneæ collationis ad effectum, quod Indultum suffragetur Capitulo *Put. decis. 190. n. 2. lib. 3.* quia electio est re-
13 stricta ad menses alternatos, * quibus est locus in hoc casu, & ideo concordia non debet extendi, cum limitata causa limitatum pro-
14 ducat effectum * *l. in agris ff. acq. rer. dom.*

Ex quibus cum non intret concordia quo
15 ad electionem Capituli, & Canonicatus * non sint simultaneæ collationis, sequitur, quod Illustrissimus D. Cardinalis contulerit vigore Indulti, quod in hoc casu non remouet obstaculum reseruationum, prout remouet, quando sola reseruatio obstat collationi *Cassad. decis 3. de priuileg.* sed aperit viam conferendi re-
16 seruata, ac si talia non essent * *Cassad. decis. 8. num. 10. & 11. cum seqq. de præbend.* & cum Capitulum extra casus concordiæ, cui non est locus, nihil possit prætendere, ideo Capitulo non suffragatur communio cum Episcopo, quia hic non adest, nec minus Ius eligendi, cum non agatur de mensibus reseruatis, vt supradictum est.

Et ita conclusum &c.

Præsens decisio fuit reuocata die 26. Aprilis 1624.

ROMANA CENSVS SCVTORVM XVIII. MIL.

Veneris 23. Iunij 1623.

ARGVMENTVM.

Emptor, qui à Papa obtinuit, quod data cedula bancharia in actis cum promissione de soluendo summas creditoribus iuxta gradum, & locum vnicuique assignandum, data cedula ad formam gratiæ liberationem consequitur, & tunc creditores possunt agere coram Iudice, & canonizato eorum credito, illud ex cedula mercatoris obtinere.

SVMMARIVM.

1 *Gratia Principis operatur quod debeat attendi, non autem illud, quod fieri debuisset.*

2 *Gratia habet tacitam conditionem quatenus narrata sint vera, & quatenus contenta in gratia adimpleantur.*

3 *Narrata in gratia debent iustificari ab eo, qui in ea se fundat non autem ab impugnante.*

4 *Litteræ habent tacitam conditionem, si narrata vera sint, & contenta in illis adimpleantur.*

5 *Emptor in productione cedulæ depositi pretij rei emptæ potest addere protestationem, quod non consignentur pecuniæ creditoribus venditoris, nisi præstita cautione de restituendo prioribus, & contribuendo cum æqualibus.*

6 *Creditor venditoris potest agere coram iudice, & canonizato suo credito illud ex cedula mercatoris obtinere, quando Papa emptori indulsit, vt data cedula bancaria in actis cum promissione de soluendo summas creditoribus iuxtà gradum, & locum vnicuique assignandum per Iudicem gradationis.*

7 *Protestatio, quæ repugnat commissioni, potest sperni.*

8 *Accollatio nihil aliud est, quam subrogatio facta ad commoda, vel incommoda crediti.*

9 *A practica, & attestatione mercatorum non est recedendum.*

10 *Accollatio, quæ ab emptore de iure potest fieri, & ex qua nullum infertur præiudicium creditoribus, potest etiam permitti à Papa.*

11 *Accollatio de iure permissa non censetur sublata per gratiam Papæ, maximè quando nemini fit præiudicium.*

12 *Creditores tantum descripti in lista, debent citari in consignatione pecuniæ.*

Is, qui creditor non est, non debet citari in consignatione pecuniæ num. 12.

DECISIO MCDLVII.

Obtinuit Excellentissimus D.Princeps à *S.M. Clemente Octauo*, quod data cedula bancaria in actis cum promissione de soluendo summas creditoribus iuxta gradu, & locum vnicuique assignandum causa graduationis per A. C. cognosceretur, & dictus Excellentissimus D. Princeps dedit cedulam scut. 61. mil. Quare *die* 24. *Ianuary superioris anni* fuit quæsitum, an huiusmodi cedula ei suffragaretur, vt consequi posset beneficium commissionis, scilicet liberationem, & DD. affirmatiue responderunt, quæ sententia hodie placuit, nàm gratia Principis operatur, quod debeat
1 attendi * non autem illud, quod cessante gratia fieri debuisset iuxta notata per *Clar. in §. fin. quæst.* 59. *in princ. Parif. conf.* 1. *in princ. lib.*4. & quamuis gratia Principis habeat tacitam
2 conditionem, quatenus narrata sint vera, * & quatenus contenta in gratia adimpleantur, *Anchar. conf.* 34. *in princ.* Narrata enim in gratia debent iustificari ab eo, qui gratiam
3 obtinuit * & se fundat super ea, non autem ab impugnante, quia litteræ habent tacitam con-
4 ditionem si narrata vera sint, * & contenta in illis adimpleantur *cap.* 2. *de rescript. Calder. conf.* 10. *de probat. in princ. vers. & hoc dico Anchar. d. conf.* 34. *in princ.* qui loquitur in gratia Apostolica plenè *Dec. conf.* 232. *num.*3. *Aym. conf.* 104. *num.* 3. attamen in hoc casu omnia narrata iustificata sunt non obstantibus his, quæ opponuntur.

Non enim obstat primo, quod prætium Castri Numenti erat scut. 76. mil. & tamen fuit data cedula pro scut. 61. mil. tantum hoc enim fuit factum, quia alia scut. 15, mil. fuerunt soluta, & Rota pluries resoluit illam solutionem fuisse legitime factam, & quamuis replicetur, quod in commissione fuit actum de toto prætio, hoc non subsistit in facto, quia solum generaliter actum fuit de danda cedula bancaria absque espressione quantitatis, & absurdum esset dicere, quod Papa voluisset, & Princeps respectiue se obligasset de dando cedulam pro summa legitime soluta, prout erat summa scut. 15. iuxta resolutiones Rotales.

Non obstat secundum, quod in commissione expresserit, quod non erat bonum soluere primo venientibus cum cautione de restituendo prioribus, & potioribus, & contribuendo cum æqualibus, ne maximus cumulus litium resultaret, & tamen in productione cedulæ depositi Excellentissimus D.Princeps pro-
5 testatus fuit, * quod non consignarentur pecuniæ creditoribus, nisi præstita cautione de restituendo prioribus, & contribuendo cum æqualibus; Nam huic obiecto fuit responsum, aliud esse, quod creditores immediatè reciperent de manu Principis cum dicta cautione, aliud vero quod reciperent de manu Campsoris, quia primo casu Princeps tenebatur assistere, & videre cui solueret; Secundo casu partes poterant agere inter se coram Iu-
6 dice, * & canonizato suo credito illud ex cedula mercatoris obtinere, & in hoc consistit gratia, quam voluit facere Papa Principi, vt scilicet liberaretur ab istis incommodis, posset dare cedulam, qua data potuit facere illam protestationem, quia neque ex commissione videtur prohibita, neque ex dispositione iuris, imo potius necessaria, & in omnem euentum cedula fuit libera, & si protestatio facta in consignanda cedula, quatenus in aliquo repu-
7 gnaret commissioni poterat sperni, * satis enim est, quod cedula esset libera, in hoc enim stat robur gratiæ factæ in commissione.

Non obstat tertium, quod in cedula data à mercatore adesset conditio, quod Princeps posset sibi accollare summam beneuisam &c. fuit enim responsum, quod cum accollatio
8 nihil aliud sit, quam subrogatio, * facta ad commoda, vel incommoda crediti, vt habetur apud *Mar. Varron. lib.* 3. *de re rustica*, & apud *Sueton. in vita Claudii Imperatoris cap.* 10. & apud mercatores ità intelligitur, vt probatur ex practica, & attestatione mercatorum,
9 à qua non est recedendum * ex ijs, quæ notat *Tiraq. de retract. lignag.* §. 2. *gloss.* 7. *num.* 5. & 6. *Paris. conf.*96. *num.* 5. & 40. *lib.* 3. si huiusmodi accollationem potuit de iure Princeps
10 facere, * & ex ea nullum infertur præiudicium creditoribus non est, in quo arguatur gratia Papæ, quia vt dictum est, illa accollatio censetur subrogata in commodum; & incommo-
11 dum crediti; & cum de iure potuerit fieri * non censetur sublata per gratiam Papæ; præsertim cum vt pariter dictum est, nullum ex hoc præiudicium oriatur, & huic motiuo fuit etiam plenè satisfactum in *decisione Sanctissimi D.N.* 347.*n.*7.*Menoch. conf.*2.*n.* 52. *Natta conf.* 639. *num.*198.

Non obstat quartum, quod scilicet D. Dux debebat citari, quia iam fuerat responsum in alia *decisione*, quod ille erat fideiussor DD. de Vrsinis, & ante solutionem non poterat dici creditor, & propterea non debuit citari, & suffi-

11 sufficit, * quod omnes creditores descripti in lista citarentur.
Ex quibus &c.

BRACHAREN. THESAVRARIAE.

Veneris 23. Iunij 1623.

ARGVMENTVM.

Prohibitio emanata à San. mem. Clemente VIII. & Paulo V. per litteras in forma Breuis circa collationem beneficiorum existentium in Regnis Portugalliæ, & Algarbiorum personis de genere, seu stirpe Hæbreorum dependentibus vsque ad septimum gradum, quæ beneficia compræhendat.

SVMMARIVM.

1 *Canonicatus, Præbendæ, et Dignitates in Cathedralibus, principa esque ipsæ dignitates in Collegiatis Ecclesijs, nec non Parochiales et earum perpetuæ Vicariæ, cæteraque ecclesiastica beneficia curam animarum habentia in Regnis Portugalliæ, et Algarbiorum non possunt conferri personis de genere, seu stirpe Hebreorum descendentibus vsque ad septimum gradum.*

2 *Aduerte, quod solum primæ Dignitates in Collegiatis comprehenduntur sub tali prohibitione.*
Sicuti non comprahenduntur dignitates inferiores habentes vnitas Parochiales, quarum cura exerceatur per Vicarium num. 6.

3 *Discretiuus modus loquendi demonstrat Intentionem loquentis.*

4 *Pluralitas resoluitur in suas singularitates, quando dispositio loquitur de pluribus subiectis copulatis, non autem de vno tantum.*

5 Regula 3. Cancellariæ *non loquitur simpliciter de Cathedralibus, sed de maioribus dignitatibus post Pontificalem, & de principalioribus in Collegiatis.*

7 *Cura animarum spectat ad vicarium, qui habet cura exercitium, licet penes alium resideat cura habitualis.*

DECISIO MCDLVIII.

San. Mem. Clemens VIII. per eius litteras in forma Breuis statuit, vt ex tunc Canonicatus
1 Præbendæ, & Dignitates in Cathedralibus, * principalesque ipsæ dignitates in Collegiatis Ecclesijs, nec non Parochiales, & earum perpetuæ Vicariæ, cæteraque Ecclesiastica beneficia, curam animarum habentia in Regnis Portugalliæ, & Algarbiorum non conferantur aliquibus personis de genere, seu stirpe Hebreorum descendentibus vsque ad septimum gradum inclusiue, quas litteras postmodum S. M. Paulus V. confirmauit. Hoc stante de ordine Reuerendiss. D. Datarij cum præsupposito, quod Thæsauraria, de qua agitur, non sit prima dignitas in Collegiata, & quod actu non habeat curam animarum, seu exercitium penes Vicarium perpetuum, dubitaui, an dicta Thæsauraria sub dictis Breuibus compræhendatur, & vna tantum parte informante, causa bis proposita negatiuæ fuit resolutum.

Non enim ex eo quod sit Dignitas in Collegiata comprehenditur sub dictis Breuibus, cum comprehendantur solum principales dignita-
2 tes in dictis Collegiatis, * quod satis patet ex modo loquendi Sum. Pont. dum enim loquuntur de Cathedralibus, simpliciter loquuntur de dignitatibus, dum vero loquuntur de Collegiatis, non simpliciter, sed de dignitatibus principalibus loquuntur, & sic per necesse dicendum est, quod loquantur de dignitatibus principalibus tantum, non autem de alijs non principalibus, quod facile colligitur ex ista discretiua loquutione, quæ clare demonstrat
3 intentionem * *l. quantum §. idem respondit ff. de fund. instruct.* latè *Surd. cons. 426. num. 18. lib. 3.* & ex eo vsos fuisse verbo plurali, cum non de vna Ecclesia Collegiata, sed de omnibus Ecclesijs illarum partium loquerentur, & propterea dum agitur de Ecclesia vna respectu
4 istius, pluralitas resoluitur in singularitatem * quia quando dispositio loquitur de pluribus subiectis copulatis, non autem de vno tantum pluralis loquutio resoluitur in plures singularitates *l. 2. §. fin. ff. de cond. instit. Signarol. post Butrig.* quem allegat *conf. 92. num. 10. vers. item huic non potest adaptari*, & in fortioribus terminis, quod *Regula tertia*, quæ non loqui-
5 tur simpliciter de Cathedralibus, * sed de maioribus post Pontificalem, & de principalibus in Collegiatis, non autem cæteras dignitates inferiores dicit super dicta *Regula tertia Mandos. quæst. 3. num. 2. vers. contrarium, Garzias de benef. part. 5. cap. 1. num. 261. Gonzal. ad reg. 8. glos. 21. num. 7.*

Non ex eo etiam, quod dicta Thæsauraria habeat vnitas Parochiales, comprehenditur
6 in dictis Breuibus* cum illarum cura exerceatur per Vicarium perpetuum, & ideo censetur in illum cura actualis translata, non solum curæ exercitium, licet habitualis remaneat penes Thesaurarium, & ideo cura spectat ad Vica-
7 rium non ad Thæsaurarium *DD. in c. super eo de preben. in 6. vbi Gemin. num. 4. vers. glossa secunda in principio quærit Franch. num. 2. Prob. num. 17. Abb. in cap. extirpandæ §. qui vero il 2. num. 15. de preben. Vital. in clem. vnic. num. 24. et seq. de off. vic.* & fuit dictum in causa *Vlyxiponen. iuris conferendi 2. Decembris 1605. coram bo. me. Litta.*

ROMANA SALVIANI.

Lunæ 26. Iunij 1623.

ARGVMENTVM.

Saluianum competens cuilibet creditori hypo-

hypothecario, datur etiam hæredi hæredis, ac etiam cessionario. Saluiani solita extrema recensentur.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum competit cuilibet creditori hypothecario.*
2 *Saluianum competit hæredi hæredis, ac etiam cessionario.*
3 *Saluiani requisita sunt creditum cum hypotheca, & possessio debitoris de tempore obligationis, vel postea.*
4 *Obitus probatur ex partita libri Parochi, quamuis loco cognominis fuerit expressum nomen patris, quando ex depositione vnius testis identificatur persona defuncti.*
5 *Testis vnicus plenè non probat.*
6 *Hæres veniens etiam pro parte cohæredis, qui tacet, potest reyci.*
7 *Fideiussor in forma Cameræ obligatus potest conueniri principaliter absque excussione.*
8 *Possessio ad effectum Saluiani non probatur ex sola sustentatione litis, nisi concurrant adminicula.*

DECISIO MCDLIX.

QVæsitum fuit vna tantum parte informante, An Iacobo, & Francisco de Brunettis sit danda immissio vigore Saluiani in Horto, de quo agitur pro fructibus duorum censuum, in quo articulo firmandum est Saluianum com-
1 petere cuilibet creditori hypothecario * *Bart. in l. 1. num. 2. ff. de Saln. inter. Surd. decis. 140. num. 4. Rota decis. 34. num. 4. par. 2.* & hoc Saluianum competit hæredi hæredis, ac etiam
2 cessionario * *Scaputc. de Saluian. inspect. 3. cap. 2. num. 899. Paul. Marth. de Saluian. num. 10. ex cap. 3. par. 1.*

Vnde difficultas consistit in eo, an personæ sint legitimatæ: secundo an probentur duo extrema in hoc iudicio requisita, scilicet creditũ
3 cum hipotheca,* & possessio debitoris de tempore obligationis, vel posteà ex allegatis per *Modern. de Salnian. inspect. 1. cap. 5. nu. 1.* Quantum attinet ad legitimationem personarum constat, quod Antonius Brunettus de anno 1600. emerit à Ioanne Catalano annuum Censum prætio scut. 100. & quod dictus Antonius in suo, quod condidit testamento instituit hæredes prædictos Iacobum, & Franciscum, nec non & Thæodosium eius nepotes, qui Antonius posteà obijt, vt constat ex depositione vnius Testis, & ex partita extracta ex libro Parochi, in quo repetitur adnotatum obijsse 8. Iulij 1607. & quamuis partita loquatur de
4 Antonio Ser Antonij, * iste tamen Antonius ita à multis appellabatur, vt deponit prædictus Testis, quapropter concurrente dicto prædicti Testis ex ista partita benè probatur obitus *Mandos. super reg. 10. quæst. 10. num. 14. Gen. de scrip. priu. lib. 5. q. 2. Rebuff. in 2. tom. Const. in tract. de registr. & lib. de baptism. art. 50. gloss. 1.* & sic censentur legitimatæ personæ quoad duas tertias partes hæreditatis, non autem quoad aliam tertiam, quia non constat de
5 obitu Theodosij, nisi per vnicum Testem,* quę probatio cum non sit plena non probat *Verall. decis. 271. lib. 3.* & cum hodie agatur contra tertium possessorem possunt reijci hæredes ve-
6 nientes pro parte etiam cohæredis,* qui tacet, sed non est exclusus renunciatione, vel tempore *l. 2. ff. si pars hæredit. petat. Thesaur. decis. 4. sub num. 8. vers. in contrarium.*

Quantum vero attinet ad alium censum emptum de anno 1599. per Magdalenam Burgi S. Sepulchri prætio scut. 600. pro quo accessit prædictus Ioannes Catalanus, constat, quod Iosephus Comer maritus prædictæ Magdalenæ illum vendidit de anno 1601. Antonio Brunetto, sed difficultas est, quod vt in dicto Instrumento venditionis enunciatur, quod Magdalena instituit heredem pro 4. parte Orphanos, pro alia parte Orphanas, & pro reliqua fabricam Patrum Cappucinorum. Vnde personæ dd. fratrum de Brunettis non possunt dici legitimatæ. Primo quia non constat de obitu prædictæ Magdalenæ; Secundo quia non constat de Testamento eiusdem; Tertio quia licet dictum Instrumentum concordiæ initum de anno 1599. illud comprænhendit tantum Orphanos, & Orphanas, & sic tantum quo ad medietatem hæreditatis; Quarto quia quo ad Capuccinos non constat aliquam concordiam fuisse factam, sed solum datur certa scriptura priuata, & illa habet relationem ad concordiam factam, de qua non docetur, non potest habere relationem ad concordiam factã inter Orphanos, & Orphanus, quia in ea Cappuccini nõ sunt nominati; Quinto quia quo ad Capuccinos nihil docetur. Vnde in omnẽ euentũ personæ non essent legitimatæ nisi pro tribus partibus habita etiam ratione de Thæodosij portione, vt supra dictum est.

Quantum vero attinet ad extrema respectu census sc. 100. in quo Ioannes erat principalis constat de expressa illius obligatione in forma Cameræ prout etiam constat in secundo censu, & propterea cum etiam in hoc secundo sit
7 obligatus in forma Cameræ, * licet sit fideiussor non est agendum de excussione principalis, sed contra dictum Ioannem principaliter potest agi *Grat. consf. 87. nu. 25. lib. 1.* & fuit resolutum in causa *Romana Census 18. Iunij 1601. coram Illustrissimo D. meo Cardinali Millino*, & in alia *Romana Mutui de eodem anno 16. Nouembris coram bo. mem. Cardinali Lancellotto*, & quod ipse possederit ante, & post prædictas obligationes hortum, de quo agitur, probant Testes in causa examinati.

Quantum attinet ad secundum extremum, cum Iacobus, & Franciscus de Brunettis agant contra Ioannem Alciatum non probatur possessio Alciati, neque cessio ad fauorem dicti Collegij; vnde nullibi constat de secundo extremo; ex sola enim substentatione litis illud
8 non probatur, * nisi concurrant adminicula *Caes. de Graff. dec. 4. nu. 2. de restit. Spoliat. A. A. in Epit. tit. de vtroq. extrem. §. 5.*

Et ita fuit dictum vna tantum Parte informante

mante, quare debent coadiungi probationes
quoad prædicta.

FANEN. BONORVM.

Lunæ 26. Iunij 1623.

ARGVMENTVM.

Aegidianæ non est locus, quando senten-
tia est nulla, vel notoriè iniusta. Senten-
tia ob incertitudinem est nulla. Senten-
tia ob incertitudinem dicitur nulla, quā-
do reseruantur alicui certæ vnciæ si, &
quatenus debeantur; prout etiam quan-
do quantitas non est certa, licet in sen-
tentia fuerit apposita clausula *pro con-
currenti quantitate*.

SVMMARIVM.

1 *Aegidianæ non est locus quando sententia est nulla,
vel notoriè iniusta.*
2 *Sententia ratione incertitudinis est nulla* num. 10.
& 11.
3 *Immissio non potest concedi super toto prædio,
quando pars illius ab auctore eius, qui prætendit
immissionem fuit alienata.*
4 *Immissio non potest dari attentis detractionibus
dotis, æris alieni, ac funeris impensis.*
5 *Detractione dotis, æris alieni, ac funeris impen-
sæ sunt faciendæ ante immissionem.*
6 *Rota non exequitur sententias aliorum Tribuna-
lium.*
7 *Immissio pro indiuiso passim à Rota conceditur,
quando sunt faciendæ detractiones.*
8 *Declara procedere, quando detractiones sunt cer-
ta respectu loci, & quotæ.*
9 *Clausula* pro concurrenti quantitate *apposita
in sententia immissionis, illam non saluat ab ex-
cessiuitate.*
11 *Sententia immissionis reseruans alicui certas vn-
cias, si & quatenus debeantur, est nulla propter
incertitudinem: Et dicitur lata sine causæ co-
gnitione, & dat causam liti, quia iterum super
pronunciato debet litigari & num. 12.*
13 *Sententia continens plura capita separata potest
esse pro parte valida, & iusta, & pro parte in-
ualida, & iniusta.*

DECISIO MCDLX.

FVit resolutum non esse locum Aegidianæ,
1 quia quotiescunque sententia est nulla, *
vel notoriè iniusta non est locus Aegidianæ.
*Put. dec.4. de Aegid. Seraph. dec.428. numer.1.
Rota dec.237. num.1. par.1. in rec.* Hic autem
quātum attinet ad immissionem in nouem vn-
cijs pro concurrenti quantitate, vel resultat
2 nullitas ratione incertitudinis * ex mox alle-
gandis, vel clara iniustitia, cum Guidobal-
dus, à quo prætendit ius Lucretia, alienauerit
3 magnam partem prædij Ripaltæ, * quæ postea
fuit ab Antonio proprijs pecunijs empta, &
ideò non potuit concedi immissio super toto
prædio pro nouem vncijs, prout nec etiam
4 potest dari immissio ex detractionibus dotis, *
æris alieni, ac funeris impensis, quæ erant fa-
5 ciendæ * *Surd.cons.291. num.12. circa fin. & dec.
92. num.4. Rota dec. 516. num 1. par. 1. in rec.*
& quamuis de istis prætendatur non fuisse op-
positum ante sententiam, non refert, ex quo
Rota non exequitur sententias aliorum Tribu-
6 nalium, * nisi constito de iustitia *Rota in causa
Romana de Zambeccarijs 2. Maij 1589. coram R.
D. Perusino*, relata apud *Marches. par.1 fol.1057.*
Neque obstat, quod Rota passim concedat
immissionem pro indiuisio etiam quod sint fa-
7 ciendæ detractiones, * quia hoc est verum,
8 quando detractiones sunt certæ respectu loci, *
& quotæ, vt fuit declaratum *coram me in causa
Tusculana fideicommissi*. Hic autem detractio-
nes funeris, & aliæ, de quibus supra non sunt
certæ ratione quotæ, & loci, & excessus habito
respectu ad prædij partem alienatam non po-
9 test saluari ex clausula * *pro concurrenti quanti-
tate*, quia cum ista quantitas non sit certa re-
10 sultat in certitudo sententiæ, & inde nullitas *,
vt mox probabitur.
Quantum attinet ad reseruationem trium
vnciarum ad fauorem Ludouicæ, cum senten-
tia illas reseruet si, & quatenus illæ tres vnciæ
11 debeantur, * sententia clarè est nulla pro-
pter incertitudinem *Corn. cons.40. num.2. circa
fin. lib.1. Castrens. cons.425. ad confirmationem
per tot. lib.1.* vbi quod talis sententia dicitur la-
12 ta sine causæ cognitione & dat causam liti, *
quia iterum super pronunciato debet litigari,
ideò est nulla *Lap. alleg.9. num.6. vers. decretum
autem & allegat. fin. num.2. vers. ad secundum,
& num.3. Fœderic. de Sen. cons.100. num.4. vers.
& aliorum.*
Neque obstat, quod ista sententia contineat
plura capita separata, & possit esse pro parte
13 valida, * & iusta, & pro alia inualida, & iniu-
sta *l. fin. ff. de Iurepatr. l. quadam mulier, & l.
in hoc Iudicio vbi Bald. numer. . ff. famil. Ercisc.
cap. dilectus il 1. & ibi Gloss. in verbo approban-
tes de Praben. cap. in tempore de Arbitr.* Quia
fuit responsum, obiectum esse verum, sed non
applicari, cum sententia contineat ista duo
tantum capita, & vt patet ex prædictis, vtrum-
que corruit.
Er ita conclusum non esse locum Aegidia-
næ &c.

TVLLEN. PAROCHIALIS, SIVE EXPENSARVM.

Lunæ 26. Iunij 1623.

ARGVMENTVM.

Expensæ, quæ à parte debeantur itaut à Iu-
dice sint taxandæ.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Expensæ viuæ solum à Rota taxantur, nempè examinis testium, regestri, notulæ sententiæ, & similium, & aliquid addit pro Aduocato, Procuratore, & solicitatore.*

2 *Expensæ factæ in partibus integrè debentur.*

Expensæ factæ in partibus iustificantur ex verisimilitudine cum probationibus, quæ possunt haberi, & præuia taxatione Iudicis ad certam summam, super qua pars iurat, debent finaliter taxari num. 2. & 4.

3 *Facta per Rotam taxatione expensarum passarũ in Curia adhoc vt possit posteà deueniri ad taxationẽ illarum de partibus debet obtineri causa restitutionis in integrum.*

5 *Pro taxatione expensarum de partibus eligitur peritus, qui videat, & consideret illarum verisimilitudinem, & prætensionem partis, & super his referat.*

6 *Expensarum factarum in vna instantia non est habenda ratio, dum sententia emanata est in folio volanti, nec in actis producta.*

7. *Expensarum, quarum cognitio non spectat ad Iudicem causa non habetur ratio.*

DECISIO MCDLXI.

IN hac causa 18. *Maij* 1619. fuit resolutũ, quod,
cum Dominus Episcopus fuisset condemnatus
in expensis in causa factis, non solum debebantur
expensæ factæ in Curia, quæ fuerant taxatæ
iuxtam stilum Rotæ, quæ solum expensas vi-
1 uas taxat, * vt puta, examinis testium, regi-
stri notulæ sententiæ, & similium, & aliquid
addit pro Aduocato, Procuratore, & Sollicitatore
Vestr. in prax lib. 8. cap. 2. num. vndecimo,
sed etiam expensæ factæ in partibus, quæ inte-
2 grè debentur, * & pro illarum iustificatione
sufficit verisimilitudo cum probationibus, quæ
possunt haberi, & præuia taxatione Iudicis ad
certas summam, super qua pars iurat, debeat
finaliter taxari, vt in ead. *decisione* probatur,
quarè, cum Dominus Desiderius vellet procedere
ad vlteriora, fuit per Dominos excitata
difficultas, quod, cum præcedente condemnatione
expensæ fuerint taxatæ, Iudex censetur
declarasse in taxatione, de quibus expensis cen-
3 suerit * iux. *Bald. in l. terminato numer. 6. vers modo ego quæro C. de fruct. & lit. expens.* quæ sententia
placuit, vt in *dec. 11. May* 1620. Ideò dictus
Desiderius fuit coactus obtinere causam
restitutionis in integrum ad effectum taxationis
expensarum de partibus, quam ei suffragari
fuit resolutum 17. Februarij præteriti. Hinc hodiè
dubitaui, ad quam summam ascendant expensæ
in casu, & ad effectum de quo agitur, qui
est, vt præuia taxatione Iudicis Desiderius
4 iuret expensas ascendere ad illam summam, *
vt in *eadem decisione* 18. *Martij* 1619. ita vt procedi
possit ad finalem taxationem. Quare fuit
5 electus Dominus *Octauius Prius*, qui videret, *
& consideraret verisimilitudinem expensarum,
& prætensionem partis, & super his referet.

Primo in causa Pastus, in qua multæ prætendebantur expensæ factæ coram Iudicibus secularibus, processus non solum non fuit productus, sed nec etiam interpretatus, vt etiam aduertit in sua relatione dictus Dominus Prins.

In eadem causa coram Ordinario Tullen. à die 25. Iunij 1610. vsque ad 7. Ianuarij 1611. qua die fuit condemnatus dictus Desiderius ad soluendum 90. francos pro pastu, & expensis, vt in processu *fol. 7.* in actis producto 2. Maij 1617. prætendit Desiderius expensas pro viaticis à loco originis ad ordinarium, nec non expensas Procuratorum instantiarũ, & aliorum necessariorum refert Peritus verisimilitudinem istarum expensarum ascendere ad francos 120.

Prætendit insuper expensas factas in secunda
instantia coram Metropolitano Treueren. sed
6 cum sententia sit in folio volanti; * nec in actis
producta, de his non est habenda ratio.

Magnam expensarum molem prætendit dictus Desiderius in causa Horarum, sed licet pro ipso fuerit resolutum 19. Nouembris 1614. tamen postea 20. Februarij 1615. & 22. Aprilis 1616. fuit resolutum illi obstare acceptationem, quam fecit decreti facti ab Ordinario; Vndè nulla est habenda ratio istarum.

Insuper quoad expensas factas in causa cri-
minali, & carcerationis, nulla fuit habita ra-
7 tio, * cum de his non fuerit cognitum in Ro-
ta, quæ ratio militat etiam in his, quas præ-
tendit fuisse factas coram Metropolitano pro
salario Vicarij.

Quantum ad causam priuationis Parochiæ ex processu producto 14. Aprilis 1614. desumuntur expensæ à die 30. Septembris 1611. vsque ad diem 13. Martij 1612. in qua fuit lata sententia, quæ expensæ constituunt in viaticis ex processu coram Lingonenso p. 48. 11. 66. & 125. pro delarione scripturum ad Tullen. ad Lingonen. quæ distat itinere trium dierum ad docendum de attentatis in dicta instantia, & aliæ expensæ verisimiles ascendunt ad francos 80.

Pro expensis factis coram Principe Lotaringiæ, & in alia instantia coram Metropolitano Treueren. nihil docetur, & nihil est in actis. Vndè fuit conclusum, expensas verisimiles ascẽdere ad francos 120. & in causa priuationis Ecclesiæ ad francos 80. & sic in totum expensæ, quæ possunt prætendi, ascendunt ad francos 200, super quibus deferendum est iuramentum.

Neque obstat, quod in *dec. 11. Maij* 1620. Rota videatur innuere, quod omnes aliæ expensæ debeantur, quia contrarium est verius. Rota enim solum constituit regulas generales, non autem particulariter censuit in hac causa deberi, quia repugnaret iustitiæ, vt patet ex supradictis.

VENVSINA LEGATI.

Mercurij 28. Iunij 1623.

AR-

ARGVMENTVM.

Quando ex præcepto testatoris fœmina debet maritari in eius familia, alioquin teneatur ad solutionem legati certæ quantitatis alicui loco pio, si nubat cum extraneo non tenetur illud soluere, dum concurrunt ea, de quibus latissime in decisione. Donatio facta à Patre filio contemplatione matrimonij iuramento vallata valet etiam sine insinuatione. Heres non conficiens inuentarium non tenetur de proprio soluere legatum pium. Clericus an & quando succedat in feudo. Minori, cuius transgressio consistit in committendo, vel omittendo quando competat restitutio in integrum.

SVMMARIVM.

1 *Ad matrimonium quis non potest inuitari metu pœnæ.*

2 *Testator potest auferre legatum, & hæreditatem, si quis cum certo genere personarum non contraxerit, vel contraxerit matrimonium.*

3 *Legati ademptio videtur facta nomine pœnæ, quando testator aufert legatum, ex quo quis cum certo genere personarum non contraxit, vel contraxit matrimonium Vid. num. 14.*

4 *Contrarium quod imò sit certa lex, & conditio rei, quæ est permissa, quando res est propria legatarij.*

5 *Ad nuptias honestas, & matrimonium inuitari quis potest spe lucri. Limita num. 29.*

6 *Pater donare non potest filio in potestate existenti.*

7 *Limita quando Pater donat contemplatione matrimonij, & num. 10. Et hæc conclusio procedit, siue donatio sit cum iuramento, siue non, nu. 11. & 12.*

8 *Donatio propter nuptias, & sponsalitia largitas facta à Patre filio de iure subsistit.*

9 *Donatio facta contemplatione matrimonij per Patrem in filium in eodem contractu matrimonij est pars ipsius contractus, & confunditur cum toto ipso contractu dotali.*

13 *Insinuatio non requiritur in donatione facta contemplatione matrimonij, dum in ea adest iuramentum, quod illius defectum tollit.*

14 *Legatum de re propria legatarij factum dicitur pœnale, si illud auferat testator, ex quo cum certo genere personarum contraxit, vel non contraxit matrimonium. Amplia nu. 15.*

16 *Legatum pœnale factum à testatore ex quo quis cum certo genere personarum contraxerit, vel non contraxerit matrimonium non debetur.*

17 *Bona primogenituræ remanent libera pœnes vltimum vocatum.*

18 *Legatarius quantitatis an concurrat cum legatario speciei ad effectum diminutionis, quando hæreditas non est soluendo remissiuè.*

19 *Hypotheca legalis censetur constituta vsque ab initio pro legato conditionali.*

20 *Actio pro legato conditionali non oritur ante purificatam conditionem.*

21 *Conditio adiecta legato non retrotrahitur ad diem mortis, quo inducta fuit, sed attenditur tempus existentiæ eiusdem conditionis, secus tamen est in alijs contractibus, quando conditio est causalis, vel mixta.*

22 *Conditio adiecta legato non retrotrahitur ad effectum, vt legatum purum debeat diminui in præiudicium puri legatarij, cui medio tempore fuit ius quæsitum, secus si medio tempore non esset alteri ius quæsitum & num. 24.*

23 *Amplia procedere etiam quod testator vsus fuerit verbis* dà mò per all'hora lascio, e dono.

Verba da mò per all'hora *important* ex nunc prout ex tunc *nu. 23.*

25 *Legatarius præfertur in re legata creditori chirographario quando hæreditas est soluendo; secus quando non est soluendo.*

26 *Creditores habentes hypothecam præferuntur legatarijs.*

27 *Hæres non conficiens inuentarium non tenetur de proprio soluere legatum pium, quia isto casu in foro conscientiæ hæres non tenetur vltra vires hæreditarias.*

28 *Pœnæ æquiparatur amissio magni lucri.*

29 *Ad matrimonium inuitari quis non potest metu amissionis magni lucri.*

30 *Admissio magni lucri infert iustum metum & numer. 32.*

31 *Ad matrimonium contrahendum non potest qui cogi metu pœnæ, licet possit inuitari spe lucri, & nu. 40. & 41.*

32 *Ammissio magni lucri tanquam inferens iustum metum pœnæ æquiparatur, & vid. ibi.*

33 *Arrharum datio substinetur, itaut si matrimonium non sequatur arrhæ lucrantur.*

34 *Contrarium si attenta qualitate personarum agatur de magis arrhis, cum isto casu non lucrentur.*

35 *Pœna apposita ad hoc vt quis contrahat matrimonium cum certo genere personarum, quando est modica non habetur in consideratione. Contrarium tamen tenes* Bart. *ibi allegatus.*

36 *Legatum factum piæ causæ debetur etiam quod conditio alias de iure propter libertatem matrimonij reijceretur & num. 38. & 40. Intellige vt num. 37.*

37 *Conditio si arbitratu Titij nupserit, si non nupserit vel nupserit tali, & in similibus, aduersatur libertati matrimonij.*

39 *Piæ causæ fauor præfertur libertati & num. 40.*

42 *Fœmina vocata à testatore cum conditione, quod debeat nubere in familia, alias nubens cum extraneo teneatur soluere certum legatum, obligatur ad solutionem legato quando conditionem appositam honeste adimplere valet; alias debet reputari impossibilis de iure, & non obligat quando secundum qualitatem personæ non potest contrahere cum illis de familia.*

43 *Indignus dicitur is, cui non potest quis sine dedecore nubere secundum mores Ciuitatis considerata qualitate natalium.*

44 *Præceptum nubendi cum certo genere personarum dicitur inhonestum, & per hoc impossibile, quando nuptiæ statui personæ non conueniunt.*

Patri-

45 *Patriarca, & Archiepiscopus ratione ordinis est incapax matrimonij.*
46 *Et contrahens est ipso iure excommunicatus.*
47 *Et dimissa vxore non potest administrare infusceptis, neque si est ordinis sacri potest admitti ad alios maiores suscipiendos.*
48 *Testator dum disponit, quod quis debeat nubere cum proximiore certæ familia saluo semper Beneplacito Sedis Apostolicæ intellexit de dispensatione obtinenda respectu gradus, non autem respectu alterius legitimi impedimenti.*
49 *Conditio propter impedimentum gradus reijcitur.*
50 *Ius debet æstimari secundum tempus præsens.*
51 *Conditio de dispensatione obtinenda deficit, quando Papa non est solitus dispensare.*
52 *Fœmina cui à testatore fuit impositum onus nubendi cũ certa familia si non adsunt nisi vxorati clericus beneficiatus incidens in habitu, & tonsura, licet in minoribus constitutus, Gibbosus, & alius strumis infectus non cadit si non nupsit in ea num. 56. & num. 57 & num. 65.*
53 *Cum clerico licet in minoribus constituto non potest secundum leges honestè contrahi matrimonium.*
54 *Ordo non sacer superueniens sponsalibus, non dissoluit ea, nec ipso iure.*
55 *Clericus quando succedat, vel non in feudo, vid. ibi tres casus & num. 56.*
57 *Fœmina cui à testatore fuit impositum onus nubendi cum personis certæ familiæ, potest cum alijs nubere si in familia non adsit nisi Clericus, nec tenetur interpellare Clericum quando voluntatis fœminæ non est ignarus.*
58 *Nec sufficit si probetur, quod fœmina sciat Clericum velle cum illa contrahere, sed Clericus debet illi intimare quod cum alio non contrbat, cum ipse velit deserere vitam Clericalem & numer. 60.*
59 *Maritus debet denuciare vxori ne nubat, & quod abstineat à nubendo, quia intendit eam accusare.*
61 *Dispar est legitima causa non contrahendi matrimonium, quod isto casu non dicitur honestè contrahi, & num. 64.*
62 *Ad matrimonium contrahendum mulier debet esse annorum 18. vir vero ann. 36.*
63 *Adolescentia est ætas gloriosior ad nubendum.*
66 *Ex arbore corrupta de facili fructus corrupti nascuntur.*
67 *Fructus bonus ex radice infecta exire non potest.*
68 *Sponsalia dissoluuntur fœditate notabili, vel oculorum, vel nasi amissione, vel turpiori alia superueniente, vel paralysi, vel lepra, morbo gallico, epilepsia, fœtore oris, qui medica arte subueniri non possit, & num. 69,*
Exempla regulam non restringunt num. 68.
69 *Morbus gallicus minus grauis est, quam lepra.*
70 *Fœmina præsumitur ignorare nedum testamentum Aui, sed etiam Patris.*
71 *Hæres ad hoc vt amittat lucrum debet illi notificari dispositio testatoris, quæ non currit contra ignorantem, siue agatur de dispositione pœnali, sicut de amissione lucri, & num. 73.*
72 *Ita vt non sufficiat interpellatio, nisi etim ostendatur scriptura.*
74 *Contra debitorem non currit dispositio testatoris, qua eum liberauit ab omnibus si centum intra mensem soluerit, quando debitori non fuit intimatum testamentum.*
75 *Minori, cuius transgressio consistit in omittendo competit restitutio in integrum.*
76 *Minori, cuius transgressio consistit in committendo secundum vnam opinionem non competit restitutio in integrum. Declara numer. 79. & vide ibi.*
77 *Et secundum aliam opinionem competit restitutio in integrum Decl. num. 79. & vide ibi Ampl. num. 80. & num. 83.*
78 *Vtraque tamen opinio est vera.*
81 *Restitutio in integrum datur absenti ex iusta causa, vt conditio habeatur pro impleta.*
82 *Restitutio in integrum, quæ datur minori est fauorabilior ea, quæ conceditur absenti.*
84 *Dolus excluditur quandò aliquid fuit actum de consensu eorum, quibus credere potuit.*
85 *Doli præsumptio excluditur per auctoritatem, & voluntatem Catholicæ Maiestatis.*
86 *Dolus non potest committi vbi est Princeps.*
87 *Fœmina in infantili ætate constituta non censetur elegisse maritum, & cum eo dolosè contraxisse matrimonium contra præceptum testatoris, quandò ad nuptias accessit auctoritas & voluntas Principis, & consensus matris, ac Tutoris.*
88 *Dolus non præsumitur in eo, qui errauit in iure valdè dubio.*
89 *Restitutio in integrum minori, & cuilibet comcompetit aduersus præceptum testatoris etiam si agatur de commissione, non dè omissione, dum ignoranit dispositionem eiusdem testatoris.*

DECISIO MCDLXII.

CLaræ memoriæ Fabritius Gesualdus Princeps Venusinus in vltimo, quod condidit testamẽto inter alia disposuit per hæc verba: *Dichiaro, e voglio, che caso, che D. Carlo morisse sẽza figli maschi legumi, e naturali, e similmente i suoi figlioli morissero senza figli maschi legitimi, e naturali, lasciando solamente figlie femine legitime, e naturali: in tal caso le femine, ò femina si debbano casare con la famiglia di Gesualdo de' più prossimi à me, & alli sopradetti miei descendenti, saluo sempre però il beneplacito della Sede Apostolica, e caso che si maritassero con altri siano obligate alli Padri della Compagnia di Giesù ducati ducento mila in beneficio di questo Regno di Napoli, sicome nel caso predetto da mò per all'hora li lascio, e li dono, &c.* Euenit casus, quod dictus D. Carolus obijt relicto D. Emanuelle filio masculo, qui obijt relictis tantum fœminis, inter quas Excellentissima D. Isabella primogenita, quæ de consensu Catholicæ Maiestatis, & tutorum nuptui fuit tradita Excellentissimo D. Principi Nicolao Ludouisio Sanct. D. N. Gregorij XV. Nepoti; Vndè cum nupserit extra familiam Gesualdam, quæsitum fuit, An huiusmodi legatum deberetur.

Et pro declaratione huius materiæ præmittendum venit, quod licet quis non possit inuitari ad matrimonium metu pœnæ * *cap. gemma de sponf. l. titia ff. de verb. oblig. l. Titio centum*
1

§. 1. *l. cum ita legatum* §. *Videamus ff. de condit.*
& demonstr. l. 2. ff. de instit. & substit. cap. de
illis de sponsal. & cap. quicquid 1. *q.* 1. latè *Man-*
tic. de coniect. vlt. vol. l. 11. *tit.* 18. *num.* 1. *Sanch.*
de matrim. lib. 1. *disput.* 33. *num.* 6. qui alios
2 referunt. Vndè infertur, quod Testator potest
auferre legatum, * & hæreditatem si quis cum
certo genere personarum non contraxerit, vel
cõtraxerit matrimoniũ, quia licet ademptio vi-
3 deatur facta nomine pęnę * *l. vnica C. de hisque*
pen. nom. & l. 2. ff. eod.; tamen verè non irroga-
tur pæna, per quam aliquod, quod sit pro-
prium absit, * vel absuturum sit, & ideò pro-
4 priè pæna dici non potest *l. damnum ff. de damn.*
infect. sed est certa lex, & conditio rei, quæ da-
tur, in qua est permissum *l. ob res* §. 1. *ff. de pact.*
dot. l. 1. *ff. de solut.* Quare in hoc etiam casu
dicitur quis inuitari ad honestas nuptias spe
lucri, quod fieri potest, * vt in puncto consu-
5 luit *Oldrad. cons.* 16. *num.* 1. & sequitur *Anchar.*
in reg. nemo potest, col. 2. *vers. tertio ad idem de*
reg. iur. in 6. *& Aret. in l. si ita stipulatus fuero* §.
si tibi nupsero col. 1. *num.* 3. *& seq. vers. quorum*
dictis adde ff. de verb. obligat. latè *Card. Mantic.*
& Sanch. locis citatis & Couar. de matrim. par. 2.
cap. 3. §. 3. *n.* 6. *&* 7. *Castill. de coniect. vltim. vo-*
lunt. cap. 25. *num.* 19. *& seq.* qui de communi
testatur.

Hoc præmisso ex plurimis fundamentis vna
tantum parte informante, causa tamẽ per om-
nes Dominos visa, & maturè discussa vnanimi-
ter fuit resolutum, legatum non deberi; Primo
quia in hac facti specie agitur de pæna, cum
agatur de auferendo proprium à D. Isabella,
hoc enim clarè patet, si attendamus bona feu-
dalia, quia dictus bo. me. Fabritius ante dictũ
testamentum videlicet de ann. 1586. in capitu-
lis matrimonialibus inter D. Mariam de Aua-
los, & D. Carolum Cæsarem eius filium con-
templatione futuri inter ipsos matrimonij om-
nia eius Castra, Ciuitates, Terras, & iura feu-
dalia vna cũ integro statu supposuit pacto de-
succedendo ad fauorem D. Caroli, & filiorũ
primogenitorum, & promisit non imminuere
dictum Statum, sed conseruare; Vndè dubitari
nõ potest, quin dicta donatio fuerit valida, quia
licet regulariter loquendo pater non possit do-
6 nare filio in potestate existenti * *l.* 2. *C. de inoff.*
donat. cum alijs; hæc tamen regula inter alia
fallit, quando pater donat contemplatione
7 matrimonij, * quia licet non sit sponsalitia
largitas, nec donatio propter nuptias, quæ de
8 iure subsistunt, * vt per *gloss.* communiter ap-
probatam in *l.* 2. *in verb. potest C. de inoff. do-*
nat. & latè deducit *Georg. Acacius de priuil. pa-*
rent. et liber. priuil. 5. *num.* 18. Tamen est dona-
tio inter viuos facta contẽplatione matrimo-
nij per patrem in filium collata, & quæ facta
6 extitit in contractu matrimonij, * fuitque, & est
pars ipsius contractus, & confunditur cum to-
to ipsius contractu dotali, & fingitur esse vnus
contractus iuxta notata per *Bald. in l. petens*
num. 31. *C. de pact.* vndè cum contractus ipse
dotalis valeat acquisitionis difficultate de pa-
tre in filium familiam sublata matrimonii fa-
10 uore, idem censeri debet de donatione facta *
per patrem filio in cohærentiis contractus ma-
trimonialis fauore consimili in vtroque casu
locum habente, cuius etiam contractus retinet
naturã, vt elegantissimè probat *Guidopap. dec.*
145. *col.* 2. *num.* 2. *vers. sed his non obstantibus*
Dec. cons. 414. *n.* 14. *Natt. cons.* 609. *num.* 3. *et*
seq. Vinc. de Franch. decis. 205. *num.* 1. *vsque ad*
fin. et dec. 436. *num.* 4. *et seq. Io. Francisc. de Pont.*
cons. 25. *num.* 1. *et seq.* latè *Becc.* qui alios refert
cons. 20. *num.* 3. vbi firmat, & *num.* 4. eo magis
procedere ait conclusionem, si adsit iuramen-
11 tum, * prout adest in casu isto, licet donatio
12 hæc etiam sine iuramento valeat, * quod qui-
13 dem iuramentum tollit etiam defectum insi-
nuationis, * vt ex communi sententia in casu
nostro respondet *Dec. in d. cons.* 414. *num.* 14 *in*
fin. vbi de communi testatur, & *num.* 15 defen-
dit, quod nec in hoc casu est neccessaria insi-
nuatio. Quare cum ista donatio fuerit valida
Excellentiss. D. Isabella non successit Auo, sed
patri, & sic quatenus legatum comprehenderet
ista bona, vtique esset pænale, * quia agitur de
14 bonis propriis d. D. Isabellę auferendis, vt su-
pra dictum est *gloss. in c. de puellis verbo nullate-*
nus 36. *quæst.* 2. *& in cap. fin. in verbo ex vi, &*
ibi Abb. num. 7. *in fin. de iurepatr. Roman. cons.*
236. *in princ. Paris. cons.* 5. *num.* 193. *vol.* 4. *Surd.*
dec. 7. *num.* 15. *&* 232. *num.* 9. *ad fin.* Neque in
hac facti specie est agendum, an non conficien-
do inuentarium D. Carolus sibi præiudicaue-
15 rit, * & sic Excellentissima D. Isabella non
possit impugnare factum Patris, quia vtcum-
que sit, satis est, quod semper agatur de pro-
prio auferendo: Et cessat omnis difficultas, quia
D. Carolus non potuit adeundo approbare
hanc dispositionem Testatoris, quia sibi in hoc
casu non censetur iniuncta, cum filia non nu-
pserit in vita Patris, sed in hoc casu censere-
tur iniuncta D. Isabellæ, cum nupserit post obi-
16 tum patris, quæ non tenetur, * cum ista sit
pœna. Et idem quod supradictum est de bo-
nis fæudalibus dicendum est de domo magna
in Ciuitate Neapolitana, de vasis aureis, argen-
teis, & Christallinis, gemmis, & alijs iocali-
bus, quia pariter agitur de pœna. cum dictus
Fabritius de eis in dicto suo Testamento dispo-
suerit ad fauorem primogenitorum tantum.
vnde cum defuncto D. Carolo defecerint Pri-
mogeniti, ista bona remanserunt libera penes
17 d. D. Carolum * *Caphal cons* 432. *num.* 20. *Dec.*
cons. 182. *in causa occurrenti in princ. Iason. cons.*
3. *num.* 9. *lib.* 1. *& cons.* 164. *num* 11. *lib.* 4 *Castr.*
cons. 414. *De eo quod primo loco vers. quantum ad*
secundum lib. 1 Cui D. Carolo successit Excel-
lentissima D. Isabella etiam respectu istorum
bonorum, vt dictum est, agitur de pœna, quia
agitur de bonis proprijs auferendis. Neque
dici potest, quod si hæreditas non est soluen-
do, debeant concurrere legatarij, itaut vtrum-
que legatum minuatur pro rata, nam hic con-
currunt legatarius speciei, & legatarius quan-
titatis, & ommisso quod est magna questio,
quando hæreditas non est soluendo, an legata-
18 rius quantitatis concurrat * cum legatario spe-
ciei ad effectum diminutionis, vt per *Franch.*
decis. 236. *per tot.* in hoc casu legatarius quan-

10 *Compensatio quod fuerit inducta ex quo iustificetur.*
11 *Per concordiam specialem, quando non dicatur recessum à generali.*
12 *Ad cautelam maiorem, quæ fiunt non præiudicant.*
13 *Ius tertij non potest allegari, si non sit ipso iure exclusiuum intentionis agentis.*

DECISIO MCDLXIII.

PLacuit *Decisio in hac causa facta sub die 16. Decembris præteriti*, scilicet mandatum relaxa-
tum contrà P. Almazanũ non esse exequendũ,
nam & si ipse pro quibusdam Polonis fideius-
serit, & in forma Cameræ se obligauit, ni-
hilominus ista obligatio admittit exceptionem
1 solutionis, * quæ hic adest *Carol. de Grass. de
except. 25. numer. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 2.
præsumpt. 48. num. 33. vers. quo circà Seraph. dec.
814. num. 1.* prout patet ex litteris Simonis,
qui susceperat onus soluendi debita Odoardi.
Cum enim Pater Almazanus esset creditor in
maiori summa prædicti Odoardi, Simon pro
ista rata voluit compensare cum credito P. Al-
2 mazani, quæ compensatio cum fuerit facta *
cum consensu vtriusque partis, prout fieri po-
tuit iuxtà notata per *Aym. cons. 151. num. 17. &
Imol in l. si cum dotem §. sit Pater filiæ num. 9. ff.
solut. matrim.* & per *Rom. in auth. præterea nu. 16.
3 C. vnde vir. & vx.* habet vim solutionis * *l. si de-
bitor ff. qui potior. in pign. habeant. si peculium §.
quod si haredi ff. de stat. liber. Felin. in cap. suborta
col. 2. num. 2. de re iudic. Alex. in l. diuortio §. ob
donationes num. 2. vers. qui enim compensat ff. so-
lut. matr.* & ideò debet admitti ad impediendũ
4 executionem obligationis Cameralis, * quid-
quid dicendum esset, quando debitor vellet
5 tantum compensare * de quo *Gallesi. de oblig.
camer. quæst. 18. num. 6. & ibi Addent. numer. 13.*
Quod anteà fuerit facta compensatio de con-
sensu vtriusque Partis probatur ex litteris Si-
monis, datis P. Almazano in primis in duabus
litteris continetur tractatus dandi prædictum
creditum Polonorum insolutum P. Almazano,
& tertia epistola continet dispositionem perfe-
ctam per verba de præterito ibi *habbiamo aggiu-
stato col Padre Cittadella, e col Padre Prouinciale,
che assignaranno alla P. V.* & infrà in eadem epi-
stola dicitur, *& il debito de Pollacchi tanto si dà
alla Paternità vostra in conto di questo ch'hà d'ha-
6 uere,* vnde cum littere ex parte Simonis * con-
tineant dispositionem perfectam, & fuerint ac-
ceptatæ à P. Almazano, sequitur clarè, quod
ex voluntate vtriusque partis fuerit inducta
7 compensatio, quæ in hoc casu * impedit exe-
cutionem obligationis cameralis.

Non obstat, quod non constet de credito
Patris Almazani, & quatenus constaret, quod
sibi præiudicauerit, ex quo subscripsit concor-
8 diã cũ alijs creditoribus, quibus potuit Simõ
præiudicare; nam fuit responsum, quod de credi-
9 to satis constat ex dicta confessione Simonis, *
& probatur ex libris Oldradi, contra quos li-
cet aliqua opponantur, hodie tamen non sunt
discutienda, cum agatur solum ad effectum, vt
videatur, an constet de credito scut. 3000. ita
10 vt intrer prædicta compensatio, * quod benè
iustificatur ex confessione Simonis, subscriptio
vero in concordia generali nihil facit, quia ex
dicta subscriptione non censetur à concordia
11 generali actum, * quod Pater Almazanus se
subscriberet, quod potuit fieri ad maiorem cau-
12 telam aliorum Creditorum, ne Pater Almaza-
nus posset impugnare concordiam præiudicia-
lem aliorum Creditorum, nec potest allegari
quia ipsi non sunt in causa, & eius ius tertij,
13 cum non sit exclusiuum ipso iure agentis * al-
legatum non releuat, vt notum est.

Et ita, &c.

CAESARAVGVSTANA ELECTIONIS.

Mercurij 28. Iunij 1623.

ARGVMENTVM.

Remissoria non datur, quando articuli sunt calumniosi, quando sunt irreleuantes, quando sunt inuerisimiles, & quando potest probari per scripturas materia articulata.

SVMMARIVM.

1 *De electione Canonicorum, quæ de consuetudine ad hoc vt legitimè facta dicatur, requiruntur tres tractatus electio Prioris, & maioris partis, Capituli, quando constet.*
2 *Electio Canonicorum secundum dispositionem Iuris debet fieri à Priore, & à maiori parte Capituli.*
3 *Remissoria non datur, quando articuli sunt calumniosi.*
4 *Prout etiam quando sunt irreleuantes.*
5 *Scripturis magis standum est, quam testibus.*
6 *Remissoria denegatur ob inuerisimilitudinem articuli nisi concurrant adminicula.*
7 *Remissoria non datur ad probandum per testes id, quod potest probari per scripturas.*
8 *Iuramentum, quod non facit ad causam non debet præstari.*

DECISIO MCDLXIV.

POst resolutionem factam, quod electio duo-
rum Canonicorum erat valida, dubitaui,
an esset danda remissoria, & DD. negatiuè re-
soluerunt, dum enim articulatur, quod vigore
consuetudinis Ecclesiæ in electione Canonico-
1 rum requirantur tres tractatus, * & quod ele-
ctio fiat à Priore, & à maiori parte Capituli,
quod prædicta interuenerint satis constat ex iu-
ribus productis, de quibus in *Summario* dato
sub die 17. Iunij superioris anni *num. 1. & 2.*
& repetito 10. Martij præteriti, Canonici nam-
que ter se congregarunt pro facienda electio-
ne, videlicet diebus 13, 18, & 21. Martij
1620.

1620.& quod electio fuerit facta à Priore, &
a maiori parte Capituli secundum dispositio-
2 nem Iuris * fuit resolutum in hac causa 20.
Martij præteriti! Vnde fit, quod isti duo ar-
3 ticuli sint nedum vehementer calumniosi, * quo
casu remissoria non datur *Cassad.dec.3.de dilat. Caputaq. dec.59.par.2.S. D. N. dec. 414.num.8.*
4 sed etiam irreleuantes, * quia cum intentio
Capituli sit probata per scripturas, si contra-
rium probetur ex Testibus magis standum es-
5 set scripturis, * quam testibus *Aegid.dec.9. Seraph.dec.*1460.& fuit resolutum in causa *Vllix. bonen. Iuris conferendi 7. Februarij 1607. coram bo. me. Card. Lancelotto.*

Ex eisdem rationibus fuit denegata remissoria super eo, quod numerus quinque, vel septem Canonicorum fuit habitus pro sufficienti, & quod Ecclesia post expulsionem Maurorum fuit depauperata, & quod ex dicta causa Ecclesia fuit coacta bona alienare; nàm ex Iuribus pro parte Capituli productis, de quibus in *Sum.* Capituli 20. Martij dato à *nu.* 1. *vsque ad* 5. constat in Ecclesia adfuisse 9. 10. 12. & 13. Canonicos, immò Visitator decreuit, quod 12.deberent esse Canonici in dicta Ecclesia, vt in eodem *Sum.num.* 5.& quantum attinet ad depaupertatem,& alienationem bonorum, quoad primam constat de contra-
rio ex partitis librorum inuerisimilitudo alte-
6 rius articuli, qua stante negatur remissoria *
*Rota dec. 23. de Testib. in antiq. Tiraquell. in l. si unquam in præfat. num. 38. in fine C.de Reuoc. donat. Imol. in c. quia verisimile num. 1. de præsumpt.*nisi concurrant adminicula, vt per *Imol. loco citato*. Et cessat omnis difficultas, quia cum alienationes possint probari per scripturas non datur remissoria ad probandum per
7 testes, * vt per *Aegid. & Seraph. locis supra allegatis.*

Ac denique quod Canonici electi debeant
præstare iuramentum nihil facit ad materiam
8 electionis, * de qua agitur; Vndè meritò fuit
denegata remissoria &c.

LEODIEN. DOMINII.

Lunæ 3. Iulij 1623.

ARGVMENTVM.

Conc.Trid.sess.24.cap.20.de reformat.§.Præterea disponens, quod appellans teneatur omnia acta coram Episcopo gesta ad Iudicem appellationis transportare, habet locum in actis coram quocunque Iudice etiam nō Episcopo factis, dumodò tamen causæ sint Ecclesiasticæ, non prophanæ. Transportatio actorum ad quem spectet. Nonnulla circa spolium firmantur. Citatio ad videndum relaxari mandatum non requiritur, quando fuit relaxatum in sententia, & materia non est appellabilis secus autem quando non fuit relaxatum in sententia.

SVMMARIVM.

1 Concil. Trid. sess. 24. cap.20. de reform. in §. Præterea *disponens, quod appellans teneatur omnia acta coram Episcopo gesta ad Iudicem appellationis expensis suis transportare, habet locum in actis coram quocumque Iudice etiam non Episcopo factis & nu.3. & 5. Decl. nu. 7.*

2 *Appellationem qui vult prosequi debet producere acta primæ instantiæ.*

4 *Verba apposita ratione frequentioris vsus non restringunt dispositionem.*

6 *In dispositione continente actum frequentiorem comprahenditur etiam actus minus frequens.*

7 Concil.Trid. sess.24.c.20.de reform.in § præterea *disponens quod appellans teneatur omnia acta coram Episcopo gesta trāsportare ad Iudicem appellationis procedit tantū in causis Ecclesiasticis, non autem in prophanis, etiam quod vertantur coram Iudice Ecclesiastico; licet ante declarationem* Concilii *aliter fuerit dictum.*

Appellans tenetur transportare omnia acta ex dispositione Concil.Trid. *num.8. & num.23. & num.28. Ampl. num.23. & 25.*

8 *Appellatus debet transportare omnia acta iam gesta, cum debeat ostendere, quod sententia pro se lata fuerit iusta.*

9 *Causa appellationis non diuersificat causam, sed instantiam.*

10 *Actor ab initio semper est actor in causa appellationis.*

11 Appellanti *sufficit docere se ex iusta causa appellasse, de quo constare dicitur per productionem sententiæ.*

12 *Sententiam reuocari petens sufficit, quod producat appellationem.*

13 *Instans pro confirmatione sententiæ debet producere processum, & acta.*

Sententia sine actis non probat num.13.

14 *Appellans quando dicit sententiam non iustificari ex actis, vel esse nullam, tenetur producere omnia acta prioris instantiæ, licet vtraque pars prosequatur appellationem.*

15 *Ampl. procedere tam in sententijs definitiuis,quā interlocutorijs.*

16 *Acta sunt transportanda ab eo, qui vult prosequi causam.*

17 *Sententia non est nulla ex defectu Iurisdictionis, sed ex quo acta non fuerunt transportata integrè si procedatur actis non transportatis.*

Amplia siue procedatur in terminis Concilii, *siue Iuris communis num. 18.*

19 *Sententia non transportatis actis etiam irreleuantibus ex dispositione* Concil. Trid. *est nulla quando causa est Ecclesiastica.*

20 *Sententia in prophanis est nulla, si acta non sunt transportata, vel si non constat de qualitate actorum.*

21 *Ante transportationem Iudex non habet exercitiū Iurisdictionis.*

22 *Sententia est valida etiam omnibus actis non trāsportatis, quando acta, quæ deficiuns sunt irre-*

leuan-

leuantia, & agitur de causa prophana.

24 *In dispositione inducta a lege qualitas rei, vel personæ non attenditur.*

26 L. 2. C. de eden. *quid disponat.*

Iudex, apud quem res agitur, iubet acta exhiberi ad veritatem inuestigandam num. 26. & 29.

27 *Appellanti, an potius appellato incumbat onus transportandi acta remissiue.*

31 *Agens vigore instrumenti alioquin nulli approbat in eo gesta.*

32 *In Ciuitate* Leodiensi *fiunt duo processus vid. vnus pro actore, & alter pro reo, & vnusquisque continet iura propria, non autem aliena, & cuilibet ex patibus consignatur.*

33 *Sententia non visis actis probatorijs est nulla.*

34 *Limita quando fiunt duo registra, & vnaquæque ex partibus habet iura sua, quia si vna pars produxit suas probationes, & alia fuit negligens in producendo, Index eum productis potest pronunciare.*

35 *Quod intellige procedere præuia monitione Iudicis.*

36 *Pro monitione ad producendum Iura sufficit, quod fuerint seruati termini substantiales, & pluries iterati.*

37 *Spolium intentans debet probare eius antiquiorem possessionem, & iuniorem partis aduersæ. Non tamen requiritur, quod probetur possessio de tempore spolij num. 41.*

38 *Possessione antiquiori probata, illa iunior præsumitur vitiosa, & clandestina. Ampl. num. 41.*

39 *Pro antiquiori possessione stat præsumptio.*

40 *Itaut iunior tenetur probare se non possidere clam, nec vitiosè.*

42 *Possessione antiquiori probata dicitur re ipsa deiectio, & spoliatio.*

43 *Maximè id procedit, quando allegatum fuit conuenti possessionem esse vitiosam.*

44 *Immissionem petens fatetur aduersarium possedisse*

45 *Spoliare dicitur is, qui non admittit primam possessionem possidere.*

46 *Spoliat Index notoriè iniustè, vel nulliter procedendo.*

47 *Mandatum relaxatum sine citatione est nullum.*

48 *Citatio ad videndum relaxari mandatum non requiritur, quando fuit relaxatum in sententia, & materia non est appellabilis, quia sententia trahit secum executionem & num. 50.*

49 *Contrarium quando non fuit relaxatum in sententia secundum opinionem Rotæ.*

51 *Terminus non incipit in omni materia à die scientiæ, vbi remissiuè vndecim exempla*

52 *Mandatum relaxatum pendente dilatione est nullum.*

53 Statutum Leodiense *mandat terminum currere à die decreti sine aliqua intimatione.*

54 *Declara procedere dumodò habeatur scientia decreti; secus è conuersò.*

55 *Vassallus scienter feudum negans, illud amittit, secùs si ignoranter; licet regula sit, quod negans feudum illud perdat.*

DECISIO MCDLXV.

DVbitaui, an sententia Rotalis esset confirmanda, vel infirmanda. Et Domini ter

proposita causa censuetüt confirmandam esse, quia erat valida, & iusta: nullitates enim oppositæ, & iniustitia non subsistebant; Et quantum attinet ad validitatem, defectus transportationis actorum oppositus corruebat.

Et pro faciliori resolutione fuit prænotatum, quod *Concilium Trident. sess. 24. c. 20. de re-*
1 *form. in §. præterea,* * dum disponit, quod ap-
pellans teneatur acta omnia corā Episcopo gæ-
sta ad Iudicem appellationis expensis suis trā-
ferre, habeat etiam locum in actis coram quo-
cumque Iudice, etiam non Episcopo: Quia
de iure communi qui vult prosequi appellatio-
2 nem debet producere acta * primæ instantiæ,
vt de iniquitate sententiæ possit dicere iuxtà
*l. eos §. super his C. de appell. cap cupientes 16.
vers. cum omnibus Actis, turibus, de elect. in 6.*
Quod quidem *Concilium Tridentinum* non est
3 intelligendum quod taxatiue * loquatur de
causis, quæ vertebantur coram Episcopis, cum
nomen *Episcopus* fuerit in *Concilio* appositum
ratione frequentioris vsus, qui non restringit
4 dispositionem * *gloss. in l. 1. in verbo simulant C.
de his qui ad Eccles. confug.* & in *Clement. 1. in ver-
bo præsidentes in fin. de rescript. & in l. 2. in princ.
in verbo filio præcedente ff. de vulg. & pupil. vbi
Ias. col. 2. Rip. num. 10.* Quæ conclusio de plano
procedit, cum non possit dari diuersitatis ratio
in causis, quæ cognoscebantur coram Episco-
5 pis, * & in illis, quæ coram inferioribus, imò
militat eadem ratio, & propterea sub illa di-
6 spositione continente actum frequentiorem *
compræhenditur etiam actus minus frequens,
vt benè declarat *Menoch. cons. 106. numer. 249.
vsque ad num. 253. lib. 2. Tiraq. de retract. lign.
§. 20. num. 4. gloss. vnica* & in simili dicit *Surd
dec. 19. num. 2. in fin. vers. Ordo autem* & in puncto in terminis *Concilij* fuit resolutum in causa *Vlixbonen. Parochialis 13. Iunij* 1586. *& in Causa Maioricen. Officij Pænitentiariæ 21. Iunij 1597. coram bo. me. Card. Blanchetto*, & in terminis Iudicis delegati fuit resolutum in causa *Placentina Administrationis Sacramentorum 12. Decembris 1567. coram Card. Lancellotto seniore.*

Hæc tamen dispositio *Concilij* procedit tantùm in causis ecclesiasticis, non autem in pro-
7 phanis, * etiam quod vertantur coram Iudice
Ecclesiastico, vt dixit *Rota* ex sententia *Congregationis Illustrissimorum Interpretum 23. Iunij 1601. coram Card. Sacrato*, & in causa *Romana Vineæ de Brunis 10. Nouembris 1603. coram me.* & est *decisio Sanctiss. D. N.* 108. *num. 11.* & in causa *Imolen. Affictus 30. Aprilis 1604. coram bo. me. Penia Rotæ olim Decano apud Marchesan. de commiss. par. 3. fol. 359.* licet ante declarationem *Concilij* contrarium fuerit dictum, vt in *decis. 106. in princ. par. 4. diuers.* & propterea causa ista cum sit prophana non est terminanda iuxta terminos *Concilij*.

Secūdò principaliter fuit prænotatum, quod est magna quæstio, quis teneatur transportare
acta, appellans? ex allegatis per *Giurb. decis. 29.*
8 *numer. 1.* sed solet distingui, quod vna est con-
clusio appellatum debere ostendere, quod sententia pro se lata fuerit iusta, etiamsi nolit facere nouas probationes, sed producere acta

iam gæsta, vt est communis opinio Doctorum
in *l. hi qui ad ciuilia C. de appell.* vbi *Cyn. in fin.*
verſ.4. opponitur Petr. Iacob. de Rauenna Bald. &
alij, de quibus *Surd.* qui de communi *deciſ.*
327.*numer.*3. vbi quod cauſa appellationis non
9 diuerſificat cauſam, * ſed inſtantiam, quia qui
10 eſt Actor ab initio ſemper eſt Actor in cauſa,*
appellationis *l.3.C.de Appell.* & ſufficit appel-
11 lanti docere ſe ex iuſta cauſa appellaſſe, * &
infrà legitima tempora *c. Romana* 3. §. *ſi verò*
cod.tit.in 6. ità vt de prædictis dicatur conſtare
per productionem ſententiæ *Cin. in l. probare*
quæſt.5. in fin. verſ. aut quærimus cui incumbat C.
de temp.appell.Caputaq.deciſ 128.*par.*3. vbi quod
petenti reuocari ſententiam ſufficit, vt produ-
12 cat appellationem: * ſed qui inſtat pro con-
13 firmatione, debet producere proceſſum, * &
acta, ſinè quibus nihil ſententia probat.

Altera vero concluſio eſt, quando appellans
dicit ſententiam non iuſtificari ex actis, vel a-
14 lias eſſe nullam, & hoc caſu licet vtraque pars
proſequatur appellationem, appellanti incum-
bit onus producendi acta prioris inſtantiæ, cum
illa ſint per Iudicem inſpicienda *Bart. in auth.*
de his qui ingred. ad appell. in princ. numer. 19.
col.3. & in l. ſi qui ad ciuilia ſub numer.4. C. de
appell. & in *l.1 ff ſi tutor, vel Curator appell. Ca-*
pell. Thol. dec. 341. ad med. verſ. aut vtraq. pars
proſequitur Guidop.quæſt.436. numer.9. col.7.verſ.
quandoque Papien. in forma appell. in verbo, & in
in quantum numer.6. Seraph. deciſ.280. numer.20.
vbi quod allegans nullitatem tenetur exhibere
omnia acta, vt poſſit argui contra ſententiam,
quaſi appellans, ſeù dicens de nullitate ſuſci-
piat probandi ſententiam iniquam, & nullam,
ideo ſi velit obtinere, probabit ſuam intentio-
nem, exibendo proceſſum, & omnia acta *Vant.*
de nullit. in tit. à quo, & quib. nullit. deduct. nu.20.
& iſta ſeruari in omnibus Curijs, ſiuè ſumus
15 in ſententijs diffinitiuis ſiue interlocutorijs, *
teſtator *Ranch. in addit. ad Guidopap. quæſt.20.*

His poſitis dictum fuit ſententiam non eſſe
nullam. Quia licet Rota ſemper conſueuerit
dicere, quod ille, qui vult proſequi cauſam,
16 acta * traſportet iuxta *Bart. in auth. de his qui in-*
grediuntur ad appell. numer.19. col.3. Gabr. de ap-
pell. concluſ.5. numer.16. Aret. in c. quoniam contra
col.9. verſ. pro intellectu de probat. Tamen ſi pro-
cedatur actis non integrè tranſportatis, ſen-
17 tentia non eſt nulla ex defectu iuriſdictionis,*
ſed ex quo acta non fuerint integrè tranſporta-
ta, & hoc ſiuè procedatur in terminis *Concilij*,
18 ſiuè in terminis iuris communis, * vt cenſuit
Congregatio Illuſtriſſimorum Interpretum, & fa-
ciunt notata per *Bart. in l. multum intereſt 21.*
numer.22 ff de condit. & demonſtr. verſ. & hæc ſunt
vtilia ad quæſtionem Achill. deciſ.7. de ſent. & re
iud. Rota in cauſa Panormitana Archidiaconatus
*26. Febr.*1590. *coram bo me. Pania*, in qua *deci-*
ſione non fuit reuocatum, ſed ſolum ſuſpenſum
mandatum de manutenendo conceſſum ſuper-
ſedendo in executione donec tranſportatis a-
ctis cognoſceretur de illius iniuſtitia, & in *d.*
deciſ. Achill. voluerunt, quod in executione ſen-
tentia iuſtificaretur; in hoc autem caſu, viſis
actis, quæ deficiebant, clarè patet, quod non

ſunt releuantia, vt ſtatim dicetur, & propterea
cum Iudex haberet iuriſdictionem, ſententia
non debet annullari *Bart. in d. l. multum numer.2.*
& in terminis *Achil. & Rot. apud bo. me. Pantam*,
vt ſupra dictum eſt.

Eſt tamen diuerſus effectus quandò acta ſunt
tranſportanda vigore *Concilij Tridentini*, &
quandò ex diſpoſitione iuris communis; Quia
ſi ex diſpoſitione *Concilij* eo, quod cauſa ſit ec-
cleſiaſtica ſententia non tranſportatis actis, e-
19 tiam irreleuantibus eſt nulla * *Rot dec.104. nu.*
1. par.4. ſecus tamen eſt in prophanis, quia ſi
20 acta non ſunt tranſportata, * vel ſi non con-
ſtat de qualitate actorum ſententia eſt nulla
Bart in l.2. numer.15. & ibi Iaſ. numer.15. & Dec.
numer.33. C. de eden. Felin. in cap. Eccleſia S. Ma-
riæ numer.17. de conſt. Gabr. de appell. concl.5. num.
vlt. & antè tranſportationem non habet Iudex
21 exercitium iuriſdictionis * *c. Romana* §. *ſi vero de*
appell. in 6. Veſtr. in prax. lib.8. cap. 2. numer.1.
verſ. dixi autem circa fin Rot. deciſ.98. par.4. ſe-
cus verò eſt ſi acta fuerint tranſportata, & po-
ſteà conſtat, quod aliqua deficiant, quia ſi
22 apparet illa non eſſe releuantia, * ſententia eſt
valida per ſuperius deducta, & ratio diuerſita-
tis eſt inter cauſam Eccleſiaſticam, de qua lo-
quitur *Concilium*, & prophanam, quia ex di-
ſpoſitione *Concilij* appellans debet tranſportare
23 acta, * & ad hoc expreſsè tenetur, ſiuè acta
ſint releuantia, ſiuè non, cum enim hoc ſit in-
ductum à lege qualitas rei, vel perſonæ non
24 attenditur * *l. non ſolum, in fin. ff de ritu*
nupt. Rot. d. dec.104. par.4. & iſta procedunt e-
tiam quod agatur per viam nullitatis, & iniu-
25 ſtitiæ, * & ſtante clauſula *quam, & quas* poſita in
commiſſione, vt fuit dictum in cauſa *Valentina*
*Spolij de Campana 23. Ianuar.*1580. *cor. bo. me.*
Card. Blanchetto, & in alia *Placentina vſurarum*
15. Iunij 1582. *cor. Bubalo*, & in *Calaguritana iu-*
ris votandi 25. Maij cor. eod. Card. Blanchetto. In
cauſa vero prophana ex diſpoſitione iuris de
quo in *l.2. C. de eden.* dicitur ſolum quod Iudex,
26 apud quem res agitur, iubebit * acta exhiberi
ad veritatem inueſtigandam, & hinc oritur
quæſtio, cui incumbat onus acta tranſportandi,
27 appellanti videlicet, an appellato, * vt poſt
alios latè *Giurb. dec.29. numer.13.* in *Conc. Trid.*
autem expreſsè dicitur, quod appellans debeat
28 acta tranſportare, * & ideò illa forma eſt ſer-
uanda, vt ſupra dictum eſt. Ex diſpoſitione
autem dictæ *l.2.* Iudex iubet acta tranſporta-
29 re. * Vndè ſi adſunt acta ſufficientia, etiam
quod poſteà non integra deſegantur, ſi ea, quæ
30 deficiunt non releuant, * & de hoc conſtiterit,
non intrat tantus rigor, prout ex diſpoſitione
Concilij, & ideò ſententia non eſt nulla, ſed ſo-
lum debet ſuperſederi, donec acta videantur
ex ſupradictis.

Quod autem acta, quæ deficiebant, non eſ-
ſent releuantia, ſatis demonſtrabitur dum de
iuſtitia ſententiæ Rotalis agemus, ne bis idem
repetamus; & quod alia, quæ deficiunt non
obſtent ſatis patet, quia etiamſi Emanuel ha-
beret alios tutores, quam Melchiorem, qui
vendidit Matthæo, tamen cum Emanuel vſus
31 fuerit inſtrumento venditionis * factæ à Mel-

chio-

chiore, & vigore pacti in eo contenti egit ad
recuperationem, approbauit illud factum: Vn-
dè parum refert, quod haberet alios Tutores
ex cumulatis per *Surd. conf.28. numer.21.* prout
nec refert productio instrumenti, in quo Mat-
thæus constituit filium suum ad recipiendas pe-
cunias depositatas, quia hoc nihil commune
habet cum spolio commisso procedendo ad re-
lationem mandati sine citatione, & pendente
dilatione, vt statim dicetur.

Vlterius fuit consideratum, quod in Ciuita-
te Leodiensi fiunt duo processus, vnus pro A-
32 ctore, * alter pro Reo, itaut vnusquisque con-
tineat iura propria, non autem aliena, & cui-
libet ex partibus consignatur suus, vt depo-
nunt primus testis *iuxtà quintum*, & tertius *iux-
tà nonum*, & huiusmodi acta reperiebantur co-
ram Procuratore alterius partis, qui noluit il-
la exhibere, vt deponunt secundus testis *iuxtà
decimum*, & quartus *super primo*, & propterea
sequitur, quod licet sententia non visis actis
33 probatorijs sit nulla *l. properandum §. etsi quidem
vbi Bart. numer.6. C. de iudic.* & in *l.a. numer.1.
C. de eden. Alex. numer.8. & 9. Cagnol. numer.68.
vers. sed oppositum Felin. in cap. Ecclef. S. Mariæ
numer.17. de const.* Attamen hæc conclusio non
34 procedit, quandò fiunt duo registra, * & vna-
quæque ex partibus habet sua iura, quia si vna
pars produxit suas probationes, & alia fuit ne-
gligens in producendo, Iudex cum productis
potest pronunciare *Alex. vbi supra numer.6.* &
ibid. *Rim. Sen. numer.12. vers. limita, & in fin. Ca-
gnol. numer.7. Felin. in d.c. Ecclef. S. Mariæ in 1. li-
mit. numer.18.* Et quamuis hæc procedant pre-
35 uia monitione Iudicis * *Cagnol. ibid. numer.70.
Sysell. numer.12.* tamen pro monitione sufficit,
36 quod termini substantiales fuerint seruati, * &
pluries iterati, quia inseruiunt pro monitione,
vt fuit resolutum in causa *Maioricen. Pænitentia-
riæ, & Canonicatus 4. & 18. Febr. 1591. coram
bo. me. Gipsio*, & in causa *Romanæ Vineæ de Bru-
nis 19. Nouembris 1603.* & in causa *Romana fi-
deicommissi 27. Iunij 1608. coram me.*

Quantum attinet ad iustitiam sententiæ Ro-
talis, cum illa lata sit in spolio ad fauorem hæ-
redum Matthæi debent probari duo extrema,
37 antiquior possessio Matthæi, * & iunior partis
aduersæ absque eo, quod aliter constet de spo-
liatione *Innoc in cap. sæpè numer.2. vers. imo plus
videtur de restit. spol. & in cap. post electionem in
fin. de concess. præb. Iap. alleg.52. numer.7. cap. rein-
tegranda 3. quæst.1. vbi Præpos. col. penult. num.12.
vers. sed an agens Abb. in cap. cum ad sedem col.
5. numer.17. vers. post hoc etiam dico de rest. spol.*
Probata enim antiquiori possessione illa iunior
38 præsumitur vitiosa, * & clandestina *c. licet cau-
sam de probat.* & resultat spoliatio secundum
*Bald. in l. penult. numer.15. vers. & nota quod ille
C. si à non compet. Iudic.* & quia præsumptio vr-
39 get pro antiquiori possessione, * iunior tene-
tur probare se non possidere clam nec vitio-
40 se, * sed agentem sua culpa cecidisse *Barbat.
conf.24. col.2. lib.4. Ias. conf.31. numer.1. vol.3. &
conf.172. numer.1. vol.4.* & latè alios referendo
probat *Menoch. de recuper. remed.15. numer.383.
& seqq.* vbi dicit hanc esse communem omnium

interpretum sententiam, & *num.386.* ampliat,
itaut non sit necesse probare possessionem tem-
41 pore spolij * & *conf.2. numer.162.* quibus po-
test addi *Bero conf.64. nu.4. lib.3.* vbi dicit, quod
42 probata antiquiori possessione, * dicitur re
ipsa deiectio, & spoliatio *Bertran. conf.243. nu.
5. lib.2.* vbi de communi, & *conf.87. numer.3.
lib.5.* vbi alios congerit *Roland. conf.6. numer.11.
lib.3.* vbi ait hanc esse communem theoricam,
& militare multo facilius, quando allegatum
43 fuit conuenti possessionem esse vitiosam, * &
clandestinam respectu suæ antiquioris, vt no-
uissimè *Contard. in l. vnic. C. si de momentan. pos-
sess. ampliat.16. vers. & licet intentans Bero conf.
75. numer.2.* quia alios modernos cumulat.

In proposito autem possessio Matthæi anti-
quior satis probatur, ex quo emit dominiũ, de
quo agitur à Melchiore Tutore Emanuelis,
qui quidem Emanuel vigore huius contractus
egit contra Matthæum, & obtinuit sententiam
& inde mandatum de immittendo, quod fuit
executum, ex quibus omnibus negari non
potest, quin vtrumque extremum probatum
sit. Emanuel enim petendo immissionem ad-
44 uersus Matthæum fassus fuit ille possedisse, *
& eo ipso quod non admittit primum posses-
45 sorem, scilicet Matthæum spoliat, * & sic secun-
dum extremum est etiam clare probatum
*l. clam possidere §. qui ad nundinas ff. de acq. poss.
Abb. in c. litteras numer. 9. de rest. spol. Anchar.
conf. 248. num. 4. & seqq. Aym. conf. 148. in
princ. Roland. conf. 6. numer. 37. & sequent.
lib. 2.*

Et quamuis Emanuel fuerit immissus de
mandato iudicis, tamen iudex notoriè iniu-
46 stè, vel nulliter procedens nõ spoliat * *Abb. in c.
conquerente num. 8. de rest. Spol. Aym. conf.140.
num. 2. & conf. 320. num. 1. Surd. conf. 163.
num. 26.* Hic tamen primo nulliter processit,
47 quia relaxauit maudatum absque citatione *.
Nam & si hodie producatur citatio ad senten-
tiam, nihilominus requirebatur alia citatio
ad videndum relaxari mandatum: quia licet
verum sit, quod quando mandatum relaxatur
48 in sententia non requiritur noua * citatio in
eius relaxatione, dũ materia non est appellabi-
lis, quia sententia trahit secum executionem
*Grat. conf.76. in fin. lib.2. Gabr. de citat. concl.1.
num. 132.* tamen si mandatum non est rela-
xatum in sententia, & materia non est appel-
49 labilis, * vel alias fecit transitum in iudica-
tum articulus est valde controuersus, an tunc
requiratur citatio *Gabr. loco citato num. 129.
& seqq.* Rota vero tenet opinionem, quod non
possit deueniri ad relaxationem mandati, &
illius executionem absque noua citatione, vt
in causa *Romana S. Thomæ 10. Nouem-
bris 1603. & 17. Decembris 1604. coram me*,
& propterea in casu isto cum mandatum non
fuerit relaxatum in sententia requirebatur no-
50 ua citatio, * qua deficiente iudex nulliter pro-
cessit, & per consequens spoliauit.

Secundo nullitas etiam videtur clara, quia
sententia fuit lata 14. Februarij 1620. cum
termino mensis vtilis concesso Matthæo, qui
terminus incipiebat currere à die 13. Martij,

quando Matthæus de ista sententia habuit scientiam: terminus enim non incipit in omni
51 materia in die scientiæ, * vt per *Roman. cons. 228. in princ.* vbi vndecim exempla recenset, & propterea mandatum non potuit relaxari se-
52 cunda Aprilis, quia adhuc pendebat dilatio * ex bene deductis in *decis. R.P.D. mei Remboldi*. Et nihil facit *Statutum Leodiense* nouiter dedu-
53 ctum, quod disponit terminum currere * à die decreti sine aliqua intimatione, Quia est in-
54 telligendum modo habeatur scientia decreti,* alias nimis exorbitaret à regulis iuris, vt per *Rotam loco præcitato*, & sic apparet, quod illud *Statutum*, præsupposita scientia, disponit tempus currere de momento ad momentum, data vero ignorantia, secus est dicendum, vt bene deducitur ex *text. in §. si vassallus feudum in fin. si de feud. fuer. controuers. inter dom. & agn.* vbi
55 si vassallus scienter negat feudum, * amittit feudum; secus si ignoranter, & tamen regula est, quod negans feudum, illud perdit, vt bene ad rem similia exempla adducens *Rom. cons. 70. num. 5. vers. primo vtrum Abb. cons. 3. numer. 5. col. 5. in fin. vers. item præsupposito, lib. 2.*

Accedat refectio melioramentorum, & alia considerata in *decisionibus*, quæ hic repetere superuacaneum foret.

Ex quibus resolutum sententiam rotalem esse confirmandam.

Præsens decisio fuit confirmata 19. Ian. 1624. & coram Burratto decis. 812.

LEODIEN. CANONICATVS SANCTI DIONISII.

Lunæ 3. Iulij 1623.

ARGVMENTVM.

Beneficium vacat per mortem resignantis, non autem per resignationem inualidam. Indultum remouens obstaculum reseruationum, quæ beneficia comprehendat.

SVMMARIVM.

1 *Resignatio quando est inualida beneficium vacat per obitum resignantis, non per resignationem.*

2 *Gratia non eget iustificatione, quando indultum remouet obstaculum reseruationum.*

Ordinarius censetur prouidere motu proprio, dum indultum remouet obstaculum reseruationum numer. 2.

3 *Canonicatus Collegiatæ electio spectat ad Capitulum, confirmatio vero ad Episcopum. Limita vt ibi.*

4 *Indultum continens verba* ad suam collationem, prouisionem, præsentationem seu quamuis aliam similem, vel dissimilem dispositionem *comprehendit etiam Canonicatus electiuos.*

5 *Indultum tollens reseruationes, non tamen tollit quo minus Capitulum, ad quem spectat electio, debeat eligere, & Episcopus confirmare.*

6 *Declara procedere quando Capitulum vult eligere, secus si non eligat, quia isto casu censetur consensisse electioni factæ.*

DECISIO MCDLXVI.

SI non probatur validitas resignationis Petri, Domini persisterunt in resolutis, quod Canonicatus sit adiudicandus Nicolao, nam si resignatio fuit inualida Canonicatus vacauit
1 per obitum Petri, * non autem per resignationem ex allegatis in *decisione facta 27. Martij huius anni*, & prouisus à Serenissimo Principe Leodien. nihil tenetur iustificare, quia cum in-
2 dultum remoueat obstaculum reseruationum,* adhuc Ordinarius censetur prouidere motu proprio, & Ecclesiæ non personæ; Ita vt gratia non egeat iustificatione, vt in eadem *decisione* dicitur.

Neque obstat, quod hic agatur de Canonicatu Collegiatæ, cuius electio spectat ad Ca-
3 pitulum, * confirmatio vero ad Episcopum *Cassad. decis. 22. num. 3. de præb. Put. decis. 30. lib. 1.* latè *Gonzal. gloss. 45. in princ. numer. 4.* & ideo iste Canonicatus non comprehenditur sub indulto. Quia vltra quod prætenditur, quod collatio de consuetudine spectet ad Serenissimum Principem; & de hoc detur fides, cum indultum contineat verba *ad suam Colla-*
4 *tionem, * prouisionem, præsentationem, seu quamuis aliam similem, vel dissimilem dispositionem*, sequitur quod indultum comprehendat etiam Canonicatus electiuos, vt in puncto dicit *Put. decis. 190. num. 1. lib. 3.*

Neque releuat, quod indultum remoueat obstaculum *Cassad. decis. 5. de priuil.* & pro-
5 pterea licet indultum tollat reseruationes,* non tollit tamen quominus Capitulum debeat eligere, & Episcopus confirmare, vt per *Put. dicta decis. 190. num. 2. lib. 3.* quia hoc esset ve-
6 rum si Capitulum voluisset eligere, * quare cum non elegerit censetur consensisse electioni factæ per Serenissimum Principem, & Episcopum Leodien. vt considerat *Put. loco supra citato num. 3.*

Et ita resolutum &c.

Præsens decisio fuit confirmata die 17. Maij 1624. coram eodem bo. me. Coccino, & die 25. Maij 1626. ac. 9. Iunii 1628. coram bo. me. Pirovano.

GRANATEN: COMPVTORVM.

Veneris 7. Iulij 1623.

ARGVMENTVM.

Causa est cognoscenda coram Iudice Ecclesia-

ecclesiastico, quandò Clericus, & laicus conueniuntur, secùs autem si in causa non adesset Clericus, nec ex sententia ferenda contrà laicos ei inferre potest præiudicium. Quando actio potest diuidi in portionibus hæreditarijs, tunc non est necesse, quod causa contrà omnes hęredes cognoscatùr coram eodem Iudice.

SVMMARIVM.

1 *Causa est cognoscenda coram Iudice Ecclesiastico, quando Clericus, & laicus conueniuntur.*
2 *Contrarium si in causa non adsit Clericus, nec ex sententia ferenda contra laicos infertur præiudicium Clerico.*
3 *Actio potest diuidi in portionibus hæreditarijs.*
4 *Sententiæ contrariæ quando inter se possunt oriri, tunc causa debet cognosci coram eodem Iudice. Vid. num. 5.*
Continentia causarum non est diuidenda num. 4. Vid. n. 5.
5 *Causa quando eodem contextu vult cognosci, tunc contra duos correos insolidum non debet dari commissio coram vno, & aliam coram altero Iudice; sed tunc solum quando actio potest diuidi.*

DECISIO MCDLXVII.

Comites de la Fuente egerunt in partibus contra filios, & heredes q. Francisci Varellæ filij, & hæredis q. Ferdinandi Varellæ occasione administrationis quotumdam bonorum, factæ per d. q. Ferdinandum, quare cum bo: me: Gaspar Varella Vtriusque Signaturæ Referendarius filius etiam, & hæres dicti Ferdinandi prætenderet, se ab illo iudicio tangi, & propterea causam esse cognoscendam
1 coram Iudice Ecclesiastico, * quia quando Clericus, & laicus conueniuntur, debent conueniri coram Ecclesiastico, cum Clericus tanquam dignior trahat ad forum Ecclesiasticum etiam laicum vterque debet conueniri coram Ecclesiastico *Bart. in l. præcipimus §. eo obseruando C. de appellat. Felin. in rubr. eodem tit. num. 9. Ias. in l. si emancipati num. 13.* qui alios refert *C. de collat. Seraph. decis. 957. num. 2.*

Verissima agnoscebant prædicta dicti Domini Comites de la Fuente, sed dicebant nun-
2 quam fuisse actum, * neque in Curia, neque in partibus contra prædictum bonæ me: Gasparem, prout firmauit *Rota in decisione in hac causa facta 7. Martij 1617.*

Hinc recursum habuerunt ad san: me: Paulum V. qui Rotæ rescripsit, vt inhibitionem emanatam in vigore prædictę commissionis moderaretur, quatenus de iure esset moderanda, quapropter vtraque parte informante dubitaui, an prædicta inhibitio esset moderanda, & Rota censuit affirmatiue respondendum, quià vt dictum est, bo: me: Gaspar neque in Curia, neque in partibus fuit molestatus, & ideò non poterat impedire, quominus prædicti Domini Comites agerent coram Iudice laico contra laicos quia ex sententia ferenda per laicos nullum pręiudicium inferebatur prædicto bo: me: Gaspari, cum actio possit diuidi in portioni-
3 bus hæreditarijs * *l. pro hæreditarijs C. pro hæredit. ac l. si talis homo ff. de leg. primo Surd. decis. 90. per totam.*

Neque obstat, quod contingere posset, si postea conuenirentur prædicti atque hæredes bo: me: Gasparis coram Iudice Ecclesiastico possent ferri contrariæ sententiæ, & ideò causa
4 debeat cognosci coram eodem Iudice, * cum regula sit, quod continentia causarum non sint diuidenda *l. nulli C. de Iudic. Alex. cons. 65. num. 11. vers. fortificatur lib. 7.* Nam fuit responsum conclusionem esse veram, quando causa vellet eodem contextu cognosci, tunc
5 enim contra duos correos insolidum * non debet dari commissio coram vno, & aliam coram altero Iudice, vt bene per *Imol. cons. 44. in fin.* sed cum actio possit diuidi pro portionibus hæreditarijs Domini Comites non sunt cogendi, vt etiam agant contra bo: me: Gasparem, & hodie, ipso defuncto, contra illius hæredes.

Non obstat assertus consensus DD. Comitum, quia non probatur, & ille, qui allegatur est in causa legati, facti per bo. me. Card. Petrum Dezzam prædicto bo. me. Gaspari, & sic non potest trahi ad istam causam.

Et ita Conclusum &c.

Præsens decisio fuit reuocata die 27. Nouembris 1623.

ROMANA PALATII DE FERRATINIS.

Lunæ 6. Nouembris 1623.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Emptio attentata purgatur restituta per emptorem re empta.*
2 *Circuitus inutiles sunt euitandi; Idque maximè procedit in Rota, & alijs supremis Tribunalibus.*
3 *Fideiussor non agit contra eum, qui posset agere contra ipsius fideiussoris principalem, & contra ipsum principalem.*

DECISIO MCDLXVIII.

Post resolutionem, quod venditio facta R. D. Viues erat præferenda, D. Fœlix acquieuit huic resolutioni, & obtulit se Palatium restitutura, restituto sibi prætio soluto, quod cum tenueret facere liberè R. P. D. Viues, Rota

ta resoluit 13. *Ianuarij huius anni* ipsum libere restituere pretium teneri, quæ resolutio hodie DD. causa de nouo visa placuit.

Non obstat, quod emptio D. Felicis fuerit attentata iuxta resolutiones factas, quare in omnem euentum ipsa debet restituere Palatium, & agere ad restitutionem prætij contra creditores; nam fuit responsum, quod satis
1 purgantur attentata restituto Palatio; * quo verò ad restitutionem pecuniarum; cum ipsa teneretur recuperare à creditoribus & R. P.D. Viues eisdē soluere reportata cautione de restituēdo prioribus,& potioribus, & nihil aliud posset habere vt supra dictum est,iste circuitus
2 cum fit inutilis euitandus est *Bald.conf.100.in fine lib.* 4. qui benè facit ad propositum;inquit
3 enim, quod fideiussor non agit contra eum, * qui posset agere contra ipsius fideiussoris principalem, & contra ipsum fideiussorem, vt tollatur circuitus inutilis, licet prima actio de iure competere posset. *Alex. conf.77.in fine lib.* 2. quæ eo magis procedere debent, dum cau-
4 sa tractatur in Rota, * cùm in supremis Tribunalibus & Curijs circuitus omninò euitandi sint *Tiraquell.* alios referens *de retract.Conuention. ad fin. tit. num. 61.*

Et ita conclusum &c.

CAESARAVGVSTANA PRAEHEMINENTIARVM.

Veneris 10. Nouembris 1623.

ARGVMENTVM.

Breue primum Pontificis non præiudicat, quando per aliud subsequens declarauit cum clausulis, & verbis prægnantibus eius intentionem non fuisse præiudicandi etiamsi in primo breui legatur clausula *sublata*, & *decretum irritans*. Cœtera patent ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Clausula* sublata *operatur, vt aduersus dispositionem Breuis in quo est apposita non possit audiri & num.* 9.
2 *Decretum irritans inficit titulum, & possessionem.*
3 *Breue Pontificis non præiudicat, quando per aliud subsequens declarauit eius intentionem non fuisse præiudicandi.*
Amplia etiamsi in primo breui adesset clausula sublata & decretum irritans num. 10.
4 *Dictio* hactenus *capit tempus à die datæ primi Breuis Papæ vsque ad diem datæ secundi Breuis primum declarantis.*
5 *Dictio* imposterum *denotat tractum successiuum, itaut comprahendat omne tempus futurum.*
6 *Dictio* nullatenùs *quid importet vide ibi.*
7 *Clausula* in omnibus & per omnia *comprahendit illa,quæ aliàs non comprahenderentur.*
8 *Dictio* perindè *operatur vt id, quod est, non fit quoad tutis effectum.*
11 *Declaratio Papæ non debet intelligi præterquamquod ad expressa & vide.*

DECISIO MCDLXIX.

Ante secularizationem S. Saluatoris fuit quoad præminērias Canonicis Ecclesię B.M. de Pilari concessum mandatum de manutenendo,quod etiam secularizationem prædictæ Ecclesiæ S. Saluatoris factam per Sanct. me. Clementem Octauum,vt in eius Breue eildem Canonicis debitum esse *Rota censuit coram me* 13. *Martij* 1609. ad quod impedien. Ecclesia S. Saluatoris prędicta opponebat de d. secularizatione,& propterea dicebat sibi,& non alteri nimirum Ecclesiæ S. Mariæ de Pilari deberi manutentionem cum sanct. me. Clementis Octauus sub dat. 5. Februarij 1601. per suum Breue declarauit Clerum Sæculare debere præcedere Regularem, quod quidem Breue habet clausulam *sublata*, quæ operetur, vt aduersus dispositionem d. Breuis Canonici Ecclesiæ de Pila-
1 ri * non possint audiri *Bart. in l. fin. C. d. cau. frum. Vrb. Roman. lib. 11. Alex. in l. Gallus §. & quid si tantum num.* 20. *in fine, et ibi Iason. num.* 77. *ff. de lib. et posth. Verall. decis.* 134. *num.*4.*par.*3. *Put. decis.* 43. *num.* 6. *lib.* 1. *et dec.* 377. *in fine lib.* 5. & decretum irritans quod in-
2 ficit titulum,* & possessionem *c.si eo tempore de elect. in* 6. *Cassad. dec.*1. *sub num.* 7. *de resti. spol. et decis.* 12. *num.* 4. *et* 6. *super Regulis Cancellariæ Sarm. in Reg.de Triennal. quæst.* 49. *num.* 3. & in *Reg.de annal quæst.* 5. *ad finem* quare de mandato Illustrissimi Cardinalis Millini dubitaui,An dictum Breue de anno 1601. obstaret in casu, & ad effectum,de quo agitur,qui est, vt denegari debeat manutentio B.M. de Pilari.

Hoc dubium per me proposito negatiuè fuit resolutum, quia licet adsit d. Breue sæcularizationis, nihilominus postea idem Sanctissimus Pontifex Clemens Octauus per aliud suū
3 Breue declarauit suæ mentis, * & intentionis non fuisse,& esse per reductionem ad sæcularitatem prædictæ Ecclesiæ S. Saluatoris nullatenus præiudicatum hactenus fuisse, aut in posterum fore, vel censeri, sed illa in suis iuribus & robore in omnibus,& per omnia remansisse, & perpetuò remanere debere,perindè ac si prædicta Ecclesia Metropolitana ad sæcularitatem redacta, aut redigi mandatum non fuisset, sicque per quoscumque Iudices, &c. sublata, &c. ac irritum, &c.

Ex quibus sequitur, quod Breue secularizationis non noceat Ecclesiæ de Pilari, cum per illud Summus Pont. noluerit præiudicare, quod patet ex prædicta declaratione, ex qua nihil censetur immutatam, aut alteratum, sed tamen id,quod erat propalatum,& certum pactum scilicet,quod per d. Breue secularizationis Papa noluerit præiudicium inferre Ecclesię de Pilari cum Papa vtatur verbis prægnantibus scilicet *hactenus præiudicatum fuisse*, *aut in po-*

posterum fore minimè censeri debere, quæ dictio
4 *hactenus* * capit tempus à die datæ primi Bre-
uis vsque ad diem datæ secundi *l. 1. in princ. ff. de
nou. oper. nunciat. Signarol. cons. 12. num. 13. Ri-
min. Iun. cons. 491. num. 23. lib. 3.* & dictio *in po-
sterum* denotat * tractum successiuum, itaut
5 comprænhendat omne tempus futurum *Bruns
à fol. à loco Com. in verbo dictio num. 21. 24.* &
eò magis colligitur voluntas Papæ cum vtatur
dictione *nullatenus*, quæ iuncta prædictis im-
6 portat,* quod neque importat in præteritum,
neque in futurum in minima parte præiudica-
tum voluit Ecclesiæ del Pilar per regulam *ne-
mo potest de reg. iur. in 6.* & in *cap. statutum in
verb. nullum de rescr. in 6.* cum Papa voluerit in
omnibus, & per omnia firma remanere iura,
prærogatiua, &c. ita efficacitèr hanc declara-
tionem fecit, vt per d. clausulam *in omnibus, &
per omnia* voluerit comprænhendere illa, quæ
7 alias non comprænhenderentur *l. Balista cum ibi
not. ff. ad Trebell. l. cum scimus C. de agricol. &
censit. lib. 11. Ruin. cons. 32. num. 5. lib. 2. & cons.
171. num. 11. lib. 3 Rolan. cons. 60. num. 21. &
seqq. lib. 1.* Et aboleri omnes dubietates prout
vult prædicta procedere perinde, ac si Ecclesia
secularizata minimè fuisset, quæ dictio *perindè*
operatur, vt id quod est, * faciat non esse quoad
8 iuris effectum, & sic quoad præiudicium Ec-
clesiæ del Pilar, quod Ecclesia Metropolitana
non censeatur secularizata *l. 1. C. de error. adu.
Dec. cons 116. num. 10. lib. 3.* vbi fuit dictum in
causa *Virdunen. Episcopatus 10. Martij* 1595. *co-
ram bo. me. Litta*, & idem Summus Pont. decla-
rationem claudit cum clausula *sublata; & decreto
9 irritanti*, quæ sunt tantæ efficaciæ,* vt supra di-
ctum est.

Neq; obstat clausula *sublata, & decretum irri-
tans* positum in dicto Breue anni 1601. in quo
disponitur, quod seculares præcedant Regula-
ribus, quia cum Pontifex declarauerit per secu-
larizationem non fuisse præiudicatum Ecclesiæ
10 del Pilar perindè ac si prædicta Ecclesia non
fuisset ad sæcularitatem redacta, vt supra pon-
deratum est, ista Ecclesia del Pilar non com-
prænhenditur sub d. Breui & propterea prædicta
clausula, & decretum non obstant, vt fuit resolu-
tum in causa *Calaguritana motus proprij de Vi-
ctoria 15. Iunij* 1622. *coram eod.* & alias sæpius,
vt benè ad casum, de quo agitur post declara-
tionem Papæ *Gemin. in cap. cum in præsenti vers.
nota quod eo ipso*, vt ibi *Franc. in 3. not. de offic.
leg. in 6. Gabr. de claus. concl. 3. num. 82.*

Neque releuat, quod declaratio Papæ debet
intelligi præterquam quoad expræssa,* quia hęc
11 limitatio huc non intrat, cum Breue contineat
secularizationem non nocere, perindè ac si non
emanasset, & alijs clausulis ampliatiuis, vt
abundè dictum fuit. Vndè meritò firmatum
Breue prædictum non obstare.

Et ita conclusum, &c.

*Præsens decisio fuit confirmata die 26. Februarij
1624. & 15. Nouembris sequentis.*

GERVNDEN. IVRISPATRONATVS.

Veneris 10. Nouembris 1623.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus an acquiratur ex dotatione facta ex decimis spectantibus ad Parochum, qui tamen nihil opponat.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium non potest dotari ex decimis, quæ spectant ad Parochum, & num. 8.*
Decimæ spectant de Iure communi ad Parochum, num. 1.
2 *Decimæ non possunt infeudari sine licentia Summi Pontificis.*
3 *Exceptio nullitatis alienationis decimarum solummodò spectat ad Parochum, qui habet in illis fundatam intentionem.*
4 *Vel ad Episcopum si Parochus non est in causa, vel non curat agendum.*
Episcopus ad decimas nomine Parochialis potest agere quando Parochus non est in causa, vel non curat agere num. 4.
5 Rota in Mantuana Bonorum 17. Maij 1617. coram Patriarca Hierosolymitano *in quibus terminis loquatur.*
Rota in Meliten. Beneficij 4. Iulij 1614. corā Remboldo inter rec. dec. 558. par. 1. *in quibus terminis procedat num. 5.*
6 *Vna Ecclesia non potest per Episcopum dotari ex redditibus alterius Ecclesiæ.*
7 *Iuspatronatus acquiritur ei, ex cuius bonis Ecclesia fuit dotata, non autem illi, qui fuit auctor dotationis.*
9 *Ad Iuspatronatus acquirendum requiritur fundatio, vel fundi datio.*
10 *Ac etiam consensus Episcopi.*

DECISIO MCDLXX.

Die 22. *Aprilis* 1622. in hac causa dubitaui,
an constaret de Iurepatronatus, & difficul-
tas fuit reducta ad tria capita. Primum, an
cum Altare esset constructum, posset in eo no-
ua fundari Cappellania Secundum an con-
staret de dotatione cum effectuatione. Tertiū.
an Cappellania potuerit dotari ex decimis.
Quantum attinet ad prima duo affirmatiuè
fuit resolutum ex rationibus deductis in *decisio-
ne*. Quantum vero ad tertiam nihil fuit firma-
tum, sed in prædicta tantum *decisione* discur-
sum. Quare hodie audiui partes super illo ca-
pite, circa quod Domini dixerunt, quod Gu-
glielmus tenebatur fundare, & dotare Cappel-
laniam ex præcepto Petri testatoris quapro-
pter, licet dotauerit ex decimis, quæ spectant
1 de Iure communi ad Partochum, * nec post
Concil. Lateranen. possunt infæudari sine licen-
2 tia summi Pontificis, * vt latè dicitur in dicta
decisione. Tamen non est in causa, qui possit
opponere de ista mala alienatione, quia de

Iure

3 Iure spectant ad Parrochum, * qui habet in illis fundatam intentionem *c. cum in tua in fin. c. cum contingat, vbi Gloss. in verbo de Iure communi Abb. num. 6. & seqq. de decim. Caputaq. decis. 353. in fin. par. 2.* vel etiam Episcopus, si Pa-
4 rochus non est in causa vel non curat agere, * quia tunc Episcopus nomine Parochialis sibi subiectæ ad decimas po est agere *cap. final. in fin. de success. ab intest. Hostien. in c. dudum §. cõparentibus in fin. de decimis Rebuff. eod. tit. quæst. 7. num. 2.* & fuit resolutum in causa *Larinen. Decimarum 13. Martij 1587. coram Orano.* Quare cum nullus repetat has decimas Altare interim remanet dotatus, & si decimæ euincerentur, tunc Cappellania vel denuo deberet dotari, vel libertatem acquireret.

Neque in contrarium faciunt *decisiones in causa Mantuana bonorum 17. Maij 1617. coram Reuerendissimo Dom. meo Patriarcha Hierosoly-*
5 *mitano,* * & in *Meliten. beneficij 4. Iulij 1614. coram R. P. D. meo Remboldo,* quæ est *decisio 558. par. 1. in recent.* quia loquuntur quando Cappellania fundatur in Matrice, & ex redditibus illius, qui non est casus noster.

Vnus tamen è Dominis valdè vrgebat dicendo, verum esse, quod *decisiones* loquuntur in prædicto casu, sed *text. Gloss. & DD.* simplici-
6 ter dicunt, quod vna Ecclesia non potest * per Episcopum dotari ex redditibus alterius Ecclesiæ, hoc enim est bona Ecclesiæ vsurpare *c. Apostolicos in fin. vbi gloss. in verbo construxisse. Abbas in c. ad audientiam il 3. num. 12.* per illum *text. de Eccles. ædif. & consil. 57. circa fin. vers. ius autem patronatus lib. 1.* vbi quod Iuspatronatus acquiritur ei, ex cuius bonis Ecclesia fuit
7 dotata, non autem illi, qui fuit auctor dotationis idem dicit *Falin. in c. cum venerabilis num. 32. iuncto 33. de except. & Lambert. de Iurepatron. lib. 1. par. 1. quæst. 8. art. 7. num. 1. & 2. & per tot. Rocc. de Iurepatr. verbo Ecclesiam fundauit num. 8. & verbo dotauit num. 26.*

Hinc inferebat, quod si Episcopus non potest hoc facere, multo minus laicus potuit do-
8 tare ex decimis, * quas iusto titulo minimè possidebat, ista enim non est dotatio, sed bonorum vsurpatio, vt supra dictum est. Et propterea Iuspatronatus non fuit acquisitum, cum non adsit dotatio, quia aut fundatio, vel fun-
9 di datio requiritur * pro illius acquisitione *DD. in cap. 3. de Iurepatr. gloss. in c. piæ mentis 16. quæst. 7. Innoc. in rubr. de Iurepatronatus nu. 2. Abb. num. 6.* Nec minus consensus legitimus
10 Episcopi, * cum ex dictis cesset dotatio, qui consensus legitimus requiritur *c. nobis 25. de Iurepatr. cum alijs.*

Præsens decisio fuit confirmata die 27. Iunij 1625.

SIGNINA CASTRORVM.

Lunæ 13. Nouembris 1623.

ARGVMENTVM.

Si fideicommissum, legatum, vel aliam similem dispositionem nondum purificatam quis repudiauerit, an & quando sustineatur huiusmodi repudiatio, & hac occasione multa habentur de hac materia. Renunciationis vis, & effectus qualis sit. Statutum requirens insinuationem in donationibus intelligi debet de donationibus veris, & proprijs, non de improprijs, quæ autem dicatur donatio vera vide in decisione, vbi etiam adducuntur multa circa correspectiuitatem.

SVMMARIVM.

1 *Post repudiationem non potest ad bona repudiata rediri.*
2 *Reintegrari non potest id quod semel repudiatum est.*
3 *Repudians semel hæreditatem non potest amplius eam adire, neque est amplius locus pænitentiæ.*
4 *Repudiatio non potest dici proprie priuatio iuris repudiati, sed aliquo modo priuatio, quia tollit facultatem requirendi, & acceptandi.*
Repudians hæreditatem non dicitur priuari hæreditate, quam nunquam habuit num. 4.
5 *Renunciationis effectus est priuatio illius iuris, quod à se per renunciationem abdicauit.*
6 *Regressus non datur à priuatione ad habitum.*
7 *Renuncianti non datur regressus ad ius renunciatum.*
8 *Renunciatio plus operatur, quam sententia.*
Repudianti, & renuncianti potest excipi de repudiatione, & renunciatione; & sic quod ei non competit actio num. 8.
9 *Repudiationem facere dicitur is, qui substitutionem postquam delata erit refutauit, & repudiauit.*
10 *Repudiatio fit de iure iam delato ante acceptationem, & num. 19. & num. 28.*
11 *Repudiare is potest, qui potest adire.*
12 *Repudians ante delatam hæreditatem potest eueniente casu iterum repudiare, vel adire.*
13 *Limita quando repudiatio est conditionalis, scilicet postquam substitutio, legatum, seu hæreditas sibi erit delata & num. 16. et 18.*
14 *Dictio* postquam *est conditionalis.*
15 Dictio ex nunc prout ex tunc, & è contra *non operatur à die datæ instrumenti, sed solum à die purificatæ conditionis.*
17 *Nomina demonstrant voluntatem.*
20 *Verbum* repudiare *defertur ad ius quærendum.*
21 *Hæreditas vel legatum debet acceptari, vel repudiari ne ius delatum dum non acceptatur habeatur pro derelicto.*
22 *Repudiari dicitur hæreditas, dum abdicatur ipsa adeundi facultas.*
23 *Insinuatio non requiritur in repudiatione. Vid. num. 27.*
Insinuatio solum requiritur in vera, et propria donatione, non autem in impropria num 23.

24 Be-

24 *Repudiatio hæreditatis nō est vera donatio, et n. 26.*
Donatio vera ad hoc vt dicatur requiruntur copulatiue, quod donans fiat pauperior, et donatarius locupletior num. 24.
25 *Donans dicitur fieri pauperior, quando tradit de substantia sua, itant diminuat patrimonium suum, secus si repudiat hæreditatem, vt deueniat ad substitutum, vel remaneat penes grauatum, et num. 26.*
27 Clar. in §. Donatio quæst. 16. num. 2. & 3. *loquitur de renunciatione non de repudiatione.*
Gabr. de donat. conclu 1. num. 19. *in quibus terminis loquatur num. 27.*
Seraphin. de priuil. iuram. priuil. 209. num. 4. *in quibus terminis loquatur num. 27.*
29 *Repudians censetur nunquam habuisse.*
30 *Remissio tunc dicitur donatio, quando res fuit acquisita per actus naturales vt puta per voluntatem, et apprehensionem naturalem, secus autem quando fit per actus ciuiles.*
31 *Renunciatio non potest fieri nisi de iure iam acquisito, vel acquirendo ex causa de præsenti.*
32 *Refutatio est donatio.*
33 *Renunciatio iuris futuri ex causa de præsenti non potest regulariter fieri, nisi fiat per pactum, & num. 37. cum seq. limit. num. 39.*
34 *Renunciatio per pactum iuris de futuro ex spe de præsenti sapit donationem.*
35 *Insinuatio requiritur in renunciatione per pactum iuris de futuro ex spe de præsenti.*
36 *Renunciatio iuris de futuro ex spe de præsenti colligitur ex verbis de quibus ibi.*
38 *Renunciatio facta per pactum vallatur consensu duorum renunciatio vero simplex vnius tantum voluntate.*
39 *Renunciatio iuris de futuro vallata iuramento sustinetur, & tunc ius futurum per eam tollitur.*
40 *Remissio censetur donatio. Vid num. 43. & seqq.*
41 *Insinuatio requiritur in remissione perinde ac si tradita fuisset e r donationis causa.*
42 *Insinuatio non requiritur, quando remittitur ius futurum nondum quæsitum; secus quando est ius quæsitum & num. 44.*
43 *Donatio ibi esse intelligitur, vbi est remissio iuris quæsiti.*
45 *Insinuatio requiritur in cessione iuris quærendi.*
46 *Dictio* propterea *denotat causam expressam, & finalem actus gesti.*
47 *Dictio* ideo *denotat causam expressam, & finalem actus gesti.*
49 *Donatio non potest censeri quando fit remissio eius quod donans nunquam habuit animum acquirendi.*
50 *Donare dicitur is, qui ob nullam aliam causam donat, quam exercendi liberalitatem.*
51 *Refutatio, seu remissio, quæ non fuit facta ob liberalitatem exercendam, non dicetur donatio, itaut comprehendatur sub dispositione Iuris communis, vel Statuti de insinuatione. Ampl. vt ibi.*
52 *Donatio non est, sed transactio est remissio facta à Domino ob sterilitatem.*
53 *Contractus non debet à verbis denominari, sed à principali contrahentium intentione, & ab illius effectu.*
54 *Solutio facta à donatario donanti die sequenti post donationem censetur correspectiua ipsi donationi & num. 59.*
55 *Obligatio donatarij ad fauorem donantis censetur facta contemplatione donationis præcedentis.*
56 *Frater videtur dotare sororem animo donandi.*
57 *Limita si eadem die appareat instrumentum quietationis factæ per sororem fratri, quia tunc præsumitur dotasse contemplatione illius quietationis & num. 60.*
58 *Præcedentia declarant sequentia.*
Quæ incontinenti fiunt videntur inesse num. 58.
59 *Ad correspectiuitatem inducendam dicitur incontinenti fieri si fiat intra vnum diem.*
61 *Insinuatio ex dispositione* Statuti Vrbis lib. 1. cap. 149. & 150. *requiritur in donatione pura tantum, non autem in reciproca, & facta ob causam num. 65.*
Donatio correspectiua non est pura donatio nu. 61.
Statutum Vrbis lib. 1. cap. 149. & 150. *tollit etiam iuramentum num 61.*
62 *Donatio propriè dicitur illa, quæ a mera liberalitate procedit.*
63 *Statutum loquens de donatione intelligitur de illa propria donatione, quæ a mera liberalitate procedit.*
64 *Statutorum verba debent intelligi strictè, & in propria significatione.*
66 *Insinuatio non requiritur in donatione reciproca.*
67 *Insinuatio non requiritur in donatione vallata iuramento.*
68 *Cessionarius non potest vti iuribus cessis, quando contractus, vigore cuius fuit facta ab eo solutio, est correspectiuus alterius contractus, vt in casu de quo ibi, & num. 71.*
Vel quando cessionarius id expressè declarauit, & protestatus fuit num. 72.
69 *Correspectiuorum natura est, quod insit in vno in sit alteri, itaut vnus actus iudicetur, etiamsi sint diuersæ naturæ.*
70 *Compensatio non admittitur in deposito.*
Limita quando quis mutuauerit alicui centum, & statim illa deposuit penes mutuantem num. 70.
73 *Donatio per superuenientiam filiorum potest reuocari.*
Limita quando donatio non est simplex, sed ob causam num. 75.
74 *Repudiatio non potest reuocari per superuenientiã filiorum.*

DECISIO MCDLXXI.

Bon. mem. Maxima de Comitibus sub die 14. Aprilis de anno 1592. reliquit Castra, de quibus agitur clar. mem. Antonio Mariæ Cardinali Saluiato, eique post eius obitum substituit filios legitimos, & naturales Federici de Comitibus, videlicet Camillum, & Horatium, prædefuncto Horatio, Excellentissimus D. Camillus Dux Carpineti sub die 14. Aprilis 1597. asserens se bene informatum de prædicto testamento, ac substitutione declarauit se nunquam habuisse, neque habere animum acceptandi prædictam substitutionem, neque ius accrescendi, vel non decrescendi ex morte Horatij fratris, & propterea repudiauit, & repudiat, vt in instrumento dicitur me-

dio iuramento&c. dictũ ius accrescendi, vel nõ
decrescendi, & totam dictam substitutionem fi-
deicommissariam sibi post mortem Cardinalis
hæredis factam, ipsamque substitutionem, seu
legatum perpetuò, & omni tempore effici ca-
ducum voluit, & sibi nullo vnquam tempore
acquiri debere, ac si nunquam factum fuisset,
ipsamque substitutionem, & seu legatum me-
dio iuramento ex nunc, prout ex tunc, & è con-
tra postquam delatum erit, refutauit, & repudia-
uit, & cuicumque iuri tam in spe, quam in re,
seu ad rem certam de præsenti, quam quomo-
dolibet competituro post mortem Cardinalis,
ex nunc, prout ex tunc, & è contra &c. renun-
ciauit ad fauorem prædicti Cardinalis pro se,
& suis hæredibus &c. illique fecit finem, quie-
tantiam, remissionem, & pactum perpetuum
de vlterius quicquam non petendo vigore dicti
testamenti, die sequenti videlicet die 15. Apri-
lis eiusdem anni 1597. idem Cardinalis per
chirographum, seu manuscriptum promisit,
& se obligauit soluere eidem Excellentissimo
D. Duci scut. 20. mill. illaque numerare Cre-
ditoribus eiusdem Ducis, qui cedere respectiuè
iura deberent eidem Cardinali, & posteà sub
die 4. Iunij eiusdem anni prædictus D. Cardi-
nalis scripto declarauit suæ intentionis non
fuisse reualendi se vllo tempore de isto credito
contra ipsum D. Ducem, sed dedisse dictam
summam in gratitudinẽ renunciationis ab eo-
dem D. Duce factæ fideicommisso prædicto,
prout hæc omnia narrata fuerunt in instrumen-
to celebrato sub die 14. Nouembris eiusdem
anni, in quo pariter dicitur, quod in signum
gratitudinis addebat ipse Cardinalis scuta 5.
mill.

His stantibus cum prædictus Excellentissi-
mus D. Dux peteret immissionem in Castra,
de quibus agitur sub *die 24. Ianuarij* 1622.
Rota resoluit *coram R. P. D. meo Remboldo* ob-
stare d. D. Duci dicta duo instrumenta sub die-
bus 14. Aprilis, & 14. Nouembris anni 1597.
& lata sententia contra D. Ducem, cum mihi
causa fuisset commissa in secunda instantia
dubitaui, An sententia Rotalis esset con-
firmanda, vel infirmanda: & Domini cen-
suerunt, sententiam esse confirmandam Quia
aut agitur de repudiatione, aut de renuncia-
tione, si de repudiatione nullo modo fas est
1 D. Duci ad bona repudiata redire, * *l. sicut
l. si quis suus C. de repud. hæred. l. 1. C. de repud.
bonor. poss. l. 1. §. sed videndum est ff. de success.
edict. Aym. cons. 959. num.* 2. *lib.* 5. quod enim
2 semel repudiatum est, reintegrari non potest, *
*l. final. ad fin. C. de condit. insert. Corn. in l. bo-
norum num. 26. C. qui admitti*, Vnde hæredita-
tem semel repudians, non potest amplius adi-
3 re, * *l. si quis secus C. de repud. hæred.* vbi *Ful-
gos. num. 5. Alber. in l. pro hærede num. 4. in fin.
& num. 5. ff. de acquiren. hæred.* neque est am-
plius locus pœnitentiæ *Ang. in d. l. si quis suus
num. 3. C. de repud. hæred.* Nam & si repudia-
4 tio non possit dici priuatio iuris repudiati, *
quoniam repudians hereditatem non dicitur
priuari hæreditate, quam nunquam habuit, &
priuatio præsupponit habitum, tamen dicitur
aliquo modo, priuatio, quia tollit facultatem
acquirendi, & acceptandi; si verò agitur de
renunciatione, renunciationis effectus est pri-
5 uatio illius iuris, * quod à se per renunciatio-
nem abdicauit, & propterea à priuatione ad
6 habitum * non debet dari regressus *l. homo li-
ber ff. de stat. hom. §. quod autem in fin.* vbi *Ang.
num. 1. vers. nota quod à priuatione Instit. de ca-
pit. diminut.*, & hinc fit, quod renuncianti non
7 datur regressus ad ius renunciatum * *l. quæri-
tur 9. si Venditor ff. de ædilit. edit. l. Herennius
63. in princ. ff. de euic. l. nihil 123. §. omnibus ff. de
leg. 1. l. si quis ius iurandum 11. C. de reb. credit.*
vbi dicitur, quod satis absurdum est redire ad
hoc, cui renunciandum putauit, & plus ope-
8 ratur renunciatio, * quam sententia, cum re-
nunciatio pendeat à spontanea voluntate, sen-
tentia verò est actus à consensu inuito pendens
*Oldrad. cons. 227. num. 5. Decian. respons. 39.
num. 44. lib.* 2. & propterea Rota bene resol-
uit obstare dicta instrumenta, super qua reso-
lutione fuit lata sententia, quia contra ceden-
tem potest excipi de repudiatione, & renun-
ciatione, & quod propterea non competit
actio *Aym. cons. 191. num. 3. Anchar. cons. 34.
num. 8. & 9. vers. & maxime quia.*

Quod verò in hoc casu dici possit, quod
agitur de repudiatiatione satis patet, quia
D. Dux substitutionem, seu legatum, postquam
9 delata erit refutauit, * & repudiauit, quod
proprie conuenit repudiationi, nam repudia-
10 tio fit de iure iam delato * *l. 1. §. decretalis ff. de
success. edict. l. nec is 17. in fin. ff. de acquir. hæred*;
& quamuis de tempore repudiationis legatum,
seu fideicommissum non esset delatum, & ideò
non potuit repudiari, is enim potest repudia-
11 re, qui potest adire * *l. is potest 18. ff. de acquir.
hæred.* itaut alias repudiatio sit nulla, & eue-
niente casu repudians possit iterum repudiare
12 vel adire * *l. is qui hæres 13. in princ. ff. de
acquir. hær. & ibid. Bart. num. 1. & 3. Imol. n. 1.
Ias. num. 5. Surd. cons. 398. num. 12., & cons.
446. num.* 3. Nihilominus est aduertendum,
quod D. Dux non repudiauit simpliciter, sed
13 postquam dicta substitutio, * seu legatum
sibi esset delatum, & ideò cum repudiatio sit
conditionalis, scilicet postquam substitutio, seu
legatum erit delatum, quod denotat dictio il-
14 la, *postquam*, * quæ est conditionalis *Bart. in l.
quibus diebus §. Termilius num. 6. ff. de condit. &
demonstr. l. si ita 45. §. fin. vbi gloss. vers. 6. vbi
ea ff. de leg. 2. l. ab Hostib. 15. §. fin. ff. ex quib.
caus. maior. Rot. decis. 46. num. 2. par. 2. in re-
cent.* dictio *ex nunc, prout ex tunc, & è contra*
15 non operatur à die datæ instrumenti, * sed so-
lum à die purificatæ conditionis, vt in illis
terminis clausulæ *ex nunc, prout ex tunc, & è
contra* in actu conditionali, licet secus esset di-
cendum, si actus esset purus, & est *decisio Cas-
sad. 3. num. 14. in fin. vers. cui conclusioni, &
num. 15. per tot, de præb. Card. in clem. 1. num.
9. vers. oppono quod* decretum *Imol. num. 10. de
concess. præb. Paris. cons. 82. num. 17. vol. 4.
Gabr. cons. 185. num. 6. vol. 1., & est tex. in
clement. 1. vbi gloss. in verbo ex tunc de concess.
præb.*, & ratio est, quia ante conditionem pu-
rifi-

16 purificatam nulla adest repudiatio * *l. labeo 7. §. idem Tubero ff. de supellect. legat.* vbi quod
17 nomina demonstrant voluntatem * *c. is autem 22. quæst. 2. Cassad.* in puncto *d. decis. 3. num. 15. de præb.* Ex quibus cum repudiatio censeatur facta post delatam hæreditatem est va-
18 lida, * talis est enim natura repudiationis, vt dictum est, vt fiat post delatam hæreditatem
19 ante acceptationem * *d. l. 1. §. furiosi, & §. decretalis ff. de success. edict. l. qui potest vers. quod quis ff. de reg. iur.* Nam *repudiare* verbum
20 refertur ad ius quærendum * *Alciat. in l. inter diuortium 191. num 1. ff. de verb. signif.* quare cum alicui defertur hereditas, vel legatum,
21 vel aliud simile, debet quis acceptare, * vel repudiare, ne ius delatum, dùm non acceptatur habeatur pro derelicto vnde repudiari dicitur, hæreditas, cum abdicatur ipsa adeundo facul-
22 tas, * vt in *Rubr. C. de repud. hæred. Corn. cons. 272. num. 4. lib. 3. Ruin. cons. 207. num. 3. lib. 1.*

Et quatenus teneamus hanc esse repudiationem, non est opus insinuatione, quia illa so-
23 lum requiritur in vera, * & propria donatione, non autem impropria *Calder. cons. 2. de empt. & vendit. Curt. Iun. cons. 147. num. 7.* & in nostris terminis *Gomez. variar. tom. 2. cap. 4. num. 10. Azeued. ad leges Regias lib. 5. tit. 9. l. 9. num. 2. in fin. & num. 3.* Quod autem ista proprie, & vere non sit donatio satis pa-
24 tet, * quia ad effectum veræ donationis, duo copulatiuè requiruntur, alterum quod donans fiat pauperior, alterum quod donatarius sit factus locupletior. Sed in hoc casu licet recipiens sit factus locupletior, tamen donans non est factus pauperior, & sic non est propriè donatio *l. si sponsus 5. §. concessa vers. hoc autem ex eo euenit & §. fin. incip. vbicumque ff. de donat. inter vir. & vxor. l. quod autem 8. §. 1. ff. eod. Rot. decis. 8. vers. in oppositum de consuet. in antiq. la è Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 21. tit. 5. num. 57.* tunc enim donans dicitur fieri pauperior, quando tradit de substan-
25 tia sua, * itaut diminuat patrimonium suum,
26 secus vero si repudiat hæreditatem, * & deueniat ad substitutum, nam tunc non acquirendo non dicitur fieri pauperior, vt habetur in *d. l. si sponsus §. si maritus* & bene declarat *Abb. in cap. donatio 15. num. 8. vers. 2. quæritur de donat. inter vir. & vxor. Mantic. loco supra citat. num. 59.* Et idem est in casu isto, licet non agatur, vt legatum deueniat ad substitutum, sed vt remaneat penes grauatum, à quo relictum est, sicut caducum, *l. 1. §. pro 2. C. de cad. toll.* vt bene ad propositum considerat *Castr. in cons. 135. num 3. vers. & si dicatur lib. 1.*

Neque obstat, quod ista repudiatio videatur facta per pactum, vnde est locus insinua-
27 tioni, * etiam quod alias de iure non requireretur *Clar. in §. donatio quæst. 16. num. 2. & 3. Gabr. de donat. concl. 1. num. 19. Seraph. de priuileg. iuram. priuil. 209. num. 4.* Nam fuit responsum, quod isti Doctores loquuntur in renunciatione; secus autem dicendum est in repudiatione, & ratio differentiæ est, quià cum
28 repudiatio fiat, * quando ius est delatū, an ille, cui est delatū, velit acquirere vel non acquirere pendet ab eius voluntate, vnde si repudiat fin-
29 gitur nunquam habuisse * ex *l. sibi homo 88. §. cū seruus ff. de leg. 1.* & sic respectu eius nunquam est res acquisita, & quod sibi dominium sit acquisitum pendet ex eius acceptatione, vnde non acceptando lex habuit, vt acquirendū, non vt acquisitum, quia esse aquisitum dependet etiam à potestate legis, & lex ipsa potuit fingere non acquisitū, tandē ad hoc, vt res dicetur acquisita
30 necesse est, quod hoc fiat * per actus naturales, vt puta per voluntatem, & appræhensionem naturalem, & tunc eius remissio donatio est, per actus vero ciuiles non inducitur ista propria acquisitio, vt sit donatio eius remissio, & hic est verus sensus *d. l. si sponsus §. si Maritus ff. de donat. inter vir. & vxor.* ita eleganter *Add. ad decis. 119. Antonij Gama col. 1. vers. in maiore verò;* At secus est in renunciatione, quæ non
31 potest fieri, nisi de iure iam acquisito, * vel acquirendo ex causa de præsenti, vnde si fiat de iure acquisito, clarum est, quod ista acquisitio fit per actus naturales, scilicet per voluntatem, & appræhensionem naturalem, & sic
32 refutatio est donatio, * vt supra dictum est, & benè *Castren. in d. cons. 135. num. 3. vers. ex quo igitur lib. 1.* Et idem est in renunciatione iuris futuri ex causa de præsenti, quæ cum non
33 possit regulariter fieri * *l. si ità scriptum §. sub conditione ff. de leg. 1.* nisi fiat per pactū *l. 1.* iuncta *Glossa magna post princip.* ibi, *primo, quia adhuc non competit C. de pact.* & latius infra dicetur, cum renunciatur per pactum iuri de futuro ex
34 spe de præsenti sapit donationem * *l. spem C. de donat. Ruin. cons. 204. num. 4. lib. 1.* & ideo
35 nihil mirum si requiritur insinuatio, * quia est donatio, & in hoc casu lex non fingit renunciantem nunquam habuisse ius renunciatum, prout fingit, repudiantem nunquam habuisse hæreditatem, vel legatum repudiatum, vt supra dictum est: Et cessat omnis difficultas, quia vt ex mox dicendis apparebit etiam quod in repudiatione ex pacto requireretur insinuatio, tamen secus dicendum est in hoc casu.

Et in omnem euentum D. Duci obstat re-
36 nunciatio iuri de futuro ex spe de præsenti, * quæ claré colligitur ex illis verbis *Et cuicumque iuri tàm in spe, quam in re, seù ad rem certam de præsenti, quam quomodolibet competituro post mortem Cardinalis ex nunc, prout ex tunc, & è contra renunciauit ad fauorem prædicti Cardinalis pro se, & suis hæredibus, & cui fecit finem, quietantiam, remissionem, & pactum perpetuum de vlterius quicquam non petendo cum iuramento, &c.* Vnde, & si renunciatio iuri in spe de præsenti & iuri de futuro * ex dicta spe de præsenti re-
37 gulariter non valeat, nec renūciatione tollatur *l. si ita scriptum § sub conditione ff. de leg. 2. Bart. in l. 2 num. 3. C. de pact.* vbi *Bolognet. num. 70.* testatur de communi, per pactum tamen tollitur *Bart. in d. l. 1. num. 3. Afflict. decis. 381. n. 5. Milis in repert. in verbo renunciari non potest iuri de futuro Tiraquell. de retract. consag. §. 1. gloss. 9. num. 124.* Et ratio est, quia renunciatio facta
38 per pactum vallatur consensu duorum, * re-

nunciatio verò simplex vnius tantum volunta-
te *Butrig. in d. l. 1. in princ. vers. item oppono quod futurum. Tiberius Decian. respons. 39. num. 64. vol.2. Hieron. Schurf. cons. 74. num.9. & seq. centur. 1. Ias. in d.l.1 num.14. C. de pact.* Et prædicta eo magis procedunt, quia in hoc casu adest iuramentum, quod per se sufficeret, vt ius
39 futurum per renunciationem tollatur * *Alex. post Cuman. in l. is qui heres 13. num. 7. ff. de acquir. hæred. Dec. in l. 1. num. 27. C. de pactis, & cons. 31. num.5. in princ. & cons. 379. n.10. Ruin. cons. 16. num.3. lib.2. Gerard. singul. 18. nu.19. Tiraq. in l. si vnquam in præfat. num. 138. Gutier. de iuram. confirm. cap. 25. num. 2. lib 2. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 109. num.3. & per tot.*

Neque prædictus obstat, quod remissio cen-
40 setur donatio * *l. si quis delegauerit 12. ff. de nouat. l. si quis obligatione 115. & ibi gloss. in princ. & Dec. num. 2. & seqq. ff. de reg. iur.* Et propterea æget insinuatione, * perindè ac si res
41 tradita fuisset ex donationis causa *Glos. in d. l. si quis obligatione in princ. vers. si fiat,* & in *l. Modestinus 23. in princ. gloss. vbi Bart. num.1. ff. de donat. Ruin. cons. 133. num. 5. lib. 4. Rolan. de lucr. dot. quæst. 11. num. 8. Busigell. in repet. l. 4. §. cato, num.35. ff. de verb. oblig.* Nam fuit responsum, quod in hac facti specie non fuit opus insinuatione, quia illa non est opus, * quan-
42 do remittitur ius futurum nondum quæsitum, prout est casus noster *Bald. in l. illud nu.11. vers. quid ergo dicemus, C. de Sacros. Eccles. Tiraq. in l. si vnquam, ver. donatione, num. 180. Gomez. var. resol. tom. 2. cap. 10. num.10. vers. item etiam Azeuedus ad leges regias lib.5. tit. 9. lib. 9. nu.2. & 3.* Neque procedit in remissione iuris, quod est in spe, prout etiam est casus noster *Roland. de lucr. dot. q.39. num. 24. Rebuff. in constit. lib.2. tit. de donat. insinuan. art. 1. gloss.1, num. 30. vers.10. Gomez. vbi supra vers. secundo infero*, secus autem quando est ius quæsitum * *Rebuf. vbi supra, Gab. conclus. 1. de donat. num.82. limit. 23.* quia vbi ius quæsitum remit-
43 titur, ibi donatio esse intelligitur * *Cast. in l. actione num.2. C. de pact. Dec. cons. 86. numer. 5. vers. quamuis vero, Aym. cons. 142. num. 7.* planè donatio vera, & propria in iuris quæsiti remissione versatur *Aym. cons. 959. num. 5. & cons. 618. num. 3. Gabr. cons. 127. num. 28. lib. 1. & cons. 6. in princ. lib.2.* & propterea remissio iuris quærendi non exigit insinuationem, *
44 sicuti requirit iuris quæsiti remissio, vt supra dictum est.

Et quamuis prędicta videantur esse vera, nisi
45 alteri cedatur spes iuris quærendi, * prout fuit factum in casu isto, cum cessio fuerit facta ad fauorem Cardinalis *Ruin. cons. 204. num.4. lib. 1. per tex. in l. spem. C. de donat. Soccin. Sen. cons. 82. in fin. lib.4.* Nihilominus fuit consideratum, quod D.Dux in dicto primo instrumento asseruit se nunquam habuisse animum, nec habere substitutionem, & ius accrescendi, vel non decrescendi, acceptandi, & subditur. *Et propterea repudiauit, & refutauit, &c. renunciauit, & renunciat, etc.* quæ dictio (*propterea*) denotat, * quod
46 propter illam causam scilicet, quia nunquam habuit animum habere substitutionem, & ius accrescendi, quæ censetur finalis, & coniungit animum non acceptandi cum repudiatione, & refutatione, itaut repudiatio, & refutatio pendeant ab illa voluntate non acquirendi *l. 2. ff. de vsufr. Bald. in l. cancellauerat num.1. ff. de his, quæ in testam. delent. c. quia propter de elect. Soccin. Sen. cons. 156. num. 18. in princ. lib. 2. Rolan. cons. 15. num.5. lib. 3. Seraph. decis. 883. num.7.* & prædicta dictio denotat expressam causam repudiationis, & renunciationis, sicuti dicitur
47 de dictione, *ideò* quæ idem importat * *Soccin. Sen. cons. 159. n.21. lib. 2. Aym. cons. 192. n.2. vers. 3. arguitur.* Vndè fit, quod cum in iudicanda re-
48 missione, vt ea censeatur donatio * debeat inspici animus donandi, tunc non videtur ibi esse donatio ob defectum consensus; ideò cum refutatio non fuerit facta simpliciter, sed in con-
49 sequentiam, ex quo nunquam D.Dux * habuit animum acquirendi, quod denotat dicta dictio (*propterea*) ista non debet censeri donatio, sed liberatio sine causa *Ang. cons. 94. numer. 7. Roman. in l. Modestinus numer. 15. ff. de Donat. Butrig. in l. pactum, C. de pact. vers. item opponitur*, vbi quod si remissio fit principaliter animo donandi censetur donatio, si vero fit principaliter pro commodo pupilli non censetur donatio, & talis remissio per tutorem est facta valida, *Roman. ibidem numer. 4.* nam donare demum dicitur, qui ob nullam aliam cau-
50 sam donat, * quam vt liberalitatem exerceat *l. 1. ff. de donat. in princ.* quarè cum refutatio non fuerit facta ob liberalitatem exercendam, sed ex quo D.Dux non habuit animum acquirendi
51 legatum, non dicitur donatio, * itaut compræhendatur sub dispositione iuris communis, vel statuto de insinuatione, etiam quod sub verbo donationis fuisset facta remissio, nisi principaliter interuenerit causa donandi, vt est *tex. in l. si vno 17. in princip. seu in l. ex conducto 16. §. Papianus ff. locati*, vbi quod verbo Donationis Dominus ob sterilitatem anni
52 remiserit * idem erit dicendum quasi non sit donatio, sed transactio, & ibi *gloss. in verbo sed transactio* notat quod ex qualitate contractus verba accipiuntur contra propriam significationem, & est clarum in iure, quod con-
53 tractus non debet á verbis denominari, * sed á principali contrahentium intentione, & ab illius effectu *l. insulam 6. ff. de præscr. verb. Paris. cons. 20. numer. 62. & cons. 78. numer. 11. lib. 1. Vacon. declar. iur. declarat. 69. numer. 10. Aym. cons. 20. numer. 5. Ruin. cons. 107. numer. 9. lib. 4. Rolan. cons. 69. numer. 40. & seqq. lib. 3. Surd. cons. 243. numer. 2. & 43.*

Propterea si admitteremus hanc fuisse donationem, cum bon. mem: Cardinalis die sequenti post factam donationem dederit Duci
54 *scuta 20. mill.* * & posteà alia *scuta 5. mill.* negari non potest, quin ista solutio sit correspectiua ad ipsam refutationem, seù donationem, si illam talem esse dicamus ex *tex. in l. 1. §. quæ oneranda ff. quarum actio rerum non det* per quem *text.* post *Fulgos.* dicit *Soccin. sen.* in terminis donationis in *cons. 273. numer. 4. lib. 2.* quod si post donationem donatarius obligat
55 se ad aliquid, * censetur hoc fecisse contem-

pla-

platione illius donationis, & subdit, quod
Paulus de Castro consuluit, quod si mulier do-
nat aliquid Hospitali, & eadem die Hospita-
le se obligat ad dandum mulieri decem singu-
lis annis censetur hoc fecisse contemplatione
præcedentis donationis ex actuum vicinitate,
& allegat quoque *Bald.* concludentem, quod
licet frater videatur dotare sororem animo
56 donandi * *l.vni §. accedit C.de rei vxor. act.* ta-
men si eadem die appareat instrumentum
57 quietationis factæ per Sororem fratri, * præ-
sumitur dotasse contemplatione illius quieta-
tionis, quia præcedentia declarant sequen-
58 tia, * & quæ incontinenti fiunt videntur ines-
se, & hoc dictum in nostris terminis donatio-
nis ad litteram sequitur *Io. Iacob. Leonardus*
in cons.118. numer.3. & seq. inter cons. feudalia
Brun. lib.1. & quamuis prædicti *Doctores* lo-
quantur de actibus, factis eodem die, nihilo-
minus idem obtinet in casu isto, ex quo pro-
missio *scut.20.mill.* fuit facta die sequenti post
59 renunciationem * *Anchar. cons.434. numer.3.*
vbi quod ad inducendam correspectiuitatem
dicitur incontinenti fieri, si fiat intra vnum
diem, nam si soror renunciat hæreditati pa-
ternæ ad fauorem fratrum, & alio die fratres
dotant Sororem præsumuntur correspectiui a-
60 ctus, * sequitur *Aym. in cons.356. in princip.*
Et cessat omnis difficultas ex quinque ponde-
ratis in facto secundi instrumenti in *decisione*
coram R.P.D.meo Remboldo, ex quibus clarissi-
mè colligitur ista correspectiuitas. Quare cum
isti actus sint correspectiui, ista donatio non
61 est pura donatio, quæ subiacet insinuationi *
requisitæ à *Statuto Vrbis cap.149. & 150. lib.1.*
quod tollit etiam iuramentum, cum donatio
propriè dicatur illa, quæ à mera liberalitate
procedit *l. 1.ff.de donat.* & dicit ibi *Bart in fin.*
62 quod Statutum de donatione loquens * intel-
ligitur de illa propria donatione, quæ à mera
63 liberalitate procedit, * quia verba statutorum
debent intelligi strictè, & in propria signifi-
64 catione * *l.1.§.si quis nauem ff. de exercit. actio*
l.3.§. hæc verba ff. de negot. gest. & idem in pro-
posito notat *Bart. in l. filius familias in secunda*
oppositione ff. de donat. & Cyn. in l. vt liberis
numer.2.vers.nostri autem C.de coll. Quare cum
renunciatio de qua agitur, quatenus sit dona-
tio, non sit ob liberalitatem, sed correspectiua,
saltem ad summam *scutorum* 20. *mill.* & pro-
ptereà fuerit ob causam, & reciproca, non
65 compræhenditur * sub dicto statuto *Alex.*
in puncto *cons. 167. numer.10. & 14. vers. non*
obstat lib.7. vbi concludit, quod istæ conuen-
tiones non continent donationem saltem pro-
priè, & quoad insinuationem de iure com-
muni requisitam (omisso quod non requiritur
66 in donatione reciproca, * vt de communi te-
statur *Curt. iun. cons 81. numer.5.Clar. in §.do-*
natio quæst. 16. numer.5.vers.sed numquid) ces-
sat omnis difficultas, quia cum interuenerit
67 iuramentum non requiritur insinuatio * se-
cundum magis communem opinionem, de
qua *Ias.cons.169.numer.16.lib 4. Alex. cons.20.*
numer.4.vers. posset etiam dici lib.3. & cons.133.
numer.10. vers. quinimo etiam lib.7. Clar. in d.§.
donatio quæst. 18. vers. contrariam autem.

Neque ista correspectiuas cessat, ex quo
Cardinalis promisit numerare scuta 20. mill.
creditoribus D. Ducis, qui cedere deberent iu-
ra ad fauorem ipsius Cardinalis, quæ iura cum
Cardinalis possit exercere contra Ducem cessat
correspectiuitas, cum Dux semper remaneret
debitor; nam fuit responsum, quod cum ex præ-
dictis præsumatur correspectiuitas, Cardinalis
68 non poterat vti iuribus cessis contra Ducem, *
licet alias posset, vt benè ad propositum *Bald.*
in cons. 317. incip. Ad euidentiam præmittendum
per tot. & maxime in *fin. lib. 3.* vbi quod natu-
ra correspectiuorum est, vt quod inest in vno,
69 insit alteri, * itaut vnus actus iudicetur, etiam
si sint diuersæ naturæ, nam si quis mutuauit ali-
cui centum, & statim illa deposuit pænes mu-
70 tuantem, * licet in deposito non admittatur
compensatio *l. fin. C. de compens.* tamen fallit in
casu isto, quia depositum pendet à mutuo ra-
tione correspectiuitatis, & coniunctionis con-
tractuum, sic in proposito, licet solutio facta
per Cardinalem creditoribus Ducis cum re-
portatione cessionis operaretur, quod Cardi-
nalis posset vti illis iuribus cessis contra Du-
71 cem, tamen secus est in isto casu, * ex quo so-
lutio facta Creditoribus fuit correspectiua ad
renunciationem factam pe Ducem, vnde Car-
dinalis non poterat vti iuribus cessis contra
ipsum, cum solutio facta Creditoribus ratio-
ne correspectiuitatis esset eiusdem naturæ, pro-
ut renunciatio, facta per Ducem *l. si eum §. fin.*
l. qui iniuria ff. si quis caution. Bald. vbi supra an-
te fin. vers. quia istud depositum; Et cessat omnis
difficultas cum die 4. Iunij eiusdem anni 1597.
Cardinalis agnoscendo veritatem per aliam
scripturam declarauerit suæ intentionis non
72 fuisse reualendi * vllo tempore de isto credito
contra ipsum D. Ducem aut contra alios pro
eo, sed dandi Excellentiæ suæ d. summam
scut. 20. mill. in gratitudinem renunciationis
ab eodem D. Duce factæ fideicomisso, q. D.
Maximæ &c. vt etiam habetur in instrumen-
to celebrato die 14. Nouembris 1597.

Neque denique facit, quod propter superue-
nientiã filiorum D. Dux potuit reuocare istam
73 cessionem, seu renunciationem * ex *l. si vn-*
quam C. de reuoc. donat. Nam fuit responsum,
quod aut agitur de repudiatione, aut de re-
nunciatione, si de repudiatione non est locus
74 reuocationi ex dispositione * *d l.si vnquã* vt no-
tat ibidem *Ripa 21. & ibidem etiam Tiraquel.in*
verbo donatione largitus n.180.& seq.Socc.Sen.in l.
1.in fin. C.de pact. vbi quod hoc est nouum di-
ctum *Gomez variar. tom. 2. cap. 4. num. 24.*
vers. 7. infero, qui dicit solum *Soccinum* hoc
tenere; si vero agitur de renunciatione, quæ
75 habet vim donationis, * cum ista non sit do-
natio simplex, sed ob causam, vt supra pro-
batum est, cessat in ea dispositio *l. si vnquam*
Alex. cons. 29. num. 16. lib. 3. Dec. cons. 180.
in fin. Paris. cons. 28. num. 62. lib. 3. quia ista
non est proprie vera donatio, vt supra dictum
est ex *Alex. cons. 167. num. 14. in fin. lib. 7.*

Et ita conclusum solo Marchione informãte.

Præsens decisio fuit confirmata die 4. Februarij
1632.

1631. coram eodem, & die 19. Iunij 1634. coram bo. me. D. Card. Panzirolo impress. in rec. deeis. 291. p. 6.

BRIXIEN. PAROCHIALIS.

Lunæ 13. Nouembris 1623.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Breue redditur subreptitium ob non factam mentionem Papæ sententiæ latæ, cuius si scientiam habuisset se difficiliorem ad concedendum reddidisset.*

2 *Breue subreptitium non suffragatur.*

DECISIO MCDLXXII.

FVit resolutum, Breuia non releuare, quia in primo non fuit facta mentio litis tunc pendentis coram A. C. In secundo non fuit facta
1 mentio sententiæ latæ * ab A. C. & à Gubernatore Vrbis confirmatæ. Vnde tacitum fuit, quod duæ sententiæ fuerant latæ contra Trappam. Quare dubitari minime potest, quin ista Breuia sint subreptitia, cum Papa si sciuisset, quæ tacita fuerunt, dificiliorem se reddidisset ad concedendum *e. postulasti, & e. super litteris de rescript. Rota decis. 418. num. 1. & decis 423. num. 7. part. 1. in recent*, & propterea non suf-
2 fragantur ei, * qui illa obtinuit *e. constitutus vbi Dec. num. 2. de rescript.*

Neque obstat, quod vltima sententia Gubernatoris fuit nulla ex defectu citationis ad sententiã, cum fuerit executa domi dimissa copia, quia quicquid sit de hoc, cum acta non exhibeantur, vt possit videri, an versaretur in casu quo citatio posset exequi domi dimissa copia, satis est, quod non fuerit facta mentio litis pendentiæ per supradicta.

Et ita conclusum.

CAESARAVGVSTANA DISTRIBVTIONVM.

Ven. 17. Nouembris 1623.

ARGVMENTVM.

Testes melius informati, & verisimilia deponentes præferuntur alijs. Testibus de Capitulo est credẽdum, præsertim quando eorum depositiones coadiuuantur. Ex ostensione atticulorum non inducitur subornatio, aut instructio testium.

SVMMARIVM.

1 *Testibus melius informatis, & verisimilia deponentibus magis creditur, & eorum depositio præfertur.*

2 *Testibus de Capitulo est credendum.*

3 *Maximè quando eorum depositiones coadiuuantur.*

4 *Testes non dicuntur subornati, aut instructi ex eo quod eis articuli fuerunt ostensi.*

5 *Confessio emissa in precibus probat.*

6 *Dictio* continuè *denotat absque temporis internallo.*

7 *Testibus æquiuocantibus non creditur.*

DECISIO MCDLXXIII.

POst secularizationem Ecclesiæ de qua agitur factam de anno 1605. de mandato sanct. mem. Clement. fuerunt die 1. Aprilis 1607. applicata bursæ distributionum scut. 3400. vt est in confesso apud partes, & deponunt testes Portionariorum; postmodum de dicto anno 1607. vigore Bullæ secularizationis fuit conditum statutum, in quo disponitur, quod massæ antiquæ distributionum quantitas necessaria ex nouis iuribus, & bonis Canonicorum taliter addatur, vt quilibet Canonicus lucrifaciat regalia sex, & Portionatij tria in die, & horis diurnis. Quod quidem statutum fuit confirmatum 17. mensis Iulij anni 1607. ab Illustriss. D. meo Cardinali Millino tunc Hispaniarum Nuntio vigore facultatis in Bulla secularizationis concessæ Nuntijs.

Stante hac serie facti Portionarij petebant manutentionem in possessione exigendi d. tria regalia, prætendebant enim possessionem suam probari ex testibus ponderatis in *decisionibus coram me factis sub diebus 30. Aprilis, & 21. Iuny* 1621. ex quibus fuit resolutum dictis Portionarijs deberi petitã manutentionem, sed repropositã causa *die 2. Maij* 1621. considerata relatione, seu calculo per peritum electum facto, ex quo videbatur constare, quod ab anno 1607. vsque ad annum 1611. nunquam in bursam tanta summa fuerit posita, vt singulæ dignitates, & Canonici perciperent sex regalia, Portionarij verò tria in die, & horis diurnis, cum qua relatione concordat dictum secundi testis, qui est Secretarius Capituli, dictũ quinti testis, qui modò vigore remissoriæ fuerunt examinati, ideò Domini subsisterunt, & cum vtraque pars tam Canonicorum, quam Portionariorum nouas fecerit probationes, ex probationibus Canonicorum DD. recesserunt à dictis resolutionibus, & resoluerunt non constare de possessione Portionariorum recipiendi dicta tria re-
1 galia, tum quia testes Capituli sunt melius informati, * tùm etiam quia verisimilia deponunt quam testes Portionariorum, vt patet ex contextu depositionum, de quibus statim dicetur, vt in similibus terminis *Rota resoluit coram sanct. me. Greg. XV. in decis. 100. & 139.* Quibus testibus etiam quod sint de Capitulo est creden-
2 dum, * cum sua intersit, quod Portionarij vincant, & ex eorum victoria eis portio augeatur, *Modernus Roman. de testibus quæst. 60. num. 460.*

præ-

præfertim cum ex alijs in facto ponderatis eorum depositiones coadiuuentur * *Gabr. de testib.*
3 *concl.* 5. *num.* 7. nec dicuntur fubornati, aut in-
4 ftructi ex eo quod eis articuli fuerint oftenfi, * *Seraphin. decif.* 114. *num.* 4. & 5. *Modernus de teftibus quæft.* 67. *num.* 286.

Teftes namque Capituli deponunt, quod ficut Capitulum ante dictum ftatutum non pofuit in maffam diftributionum pro ordinaria; nifi folidos 30. pro prima, pro tertia, & fexta 142. & den. 3. & pro nona 40. & den. 10. pro vefperis 104. & den. 2. pro completorio 30. & diebus fabbati 34. ita eamdem quantitatem poft dictum ftatutum pofuit die 1. Aprilis 1607. vfque ad annum 1611. & fic poft confirmatum ftatutum, quod vt dictum eft fuit confirmatum 17. Iulij 1607. ita fecundus teftis ibi, & fcit, quod à dicta die 1. Aprilis dicti anni (fcilicet 1607. de quo loquitur) vfque ad annum 1611. non fuerunt variatæ, nec mutatæ diftributiones, & tertius teftis ibi, & fcit ifte teftis quod Capitulum 1. die Aprilis 1607. pofuit in burfam diftributionum, &c. quantitates contentas in articulo (quæ funt quantitates fupradictæ) & infra dicit, quod vidit, & fcit in dicto tempore, videlicet ab anno 1607. vfque ad annum 1611. maiorem quantitatem in burfam non fuiffe pofitam, & prædicti duo teftes, nec non duo alij exprefse, & clare deponunt, quod nunquam dictum ftatutum fuit executioni de mandatum, vt patet in *Summario num.* 3. & 4.

Hæc depofitio teftium coadiuuatur ex confeffione Portionariorum facta in libello quæ
5 probat * *l. cum precum C. de liberal. caufa*, inquiunt enim quod Decanus, & Capitulum funt foliti dare pro prima fol. 30. pro tertia, & fexta fol. 142. den. 3. pro nona 40. folidos, & denarios decem, pro vefperis fol. 104. & den. 2. & pro completorio folid. 30. & in diebus fabbati 34. & fubdunt, quod à multis annis & temporibus, & citra vfque ad præfens continue extiterunt, & exiftunt in iure, vfu, & pacifica poffeffione percipiendi, & exigendi dictam fummam, & fic cum fateantur quod
6 continue exigerunt dictam fummam, dictio, * *continue* denotat abfque temporis interuallo, *l. apud Aufidium ff. de optione leg. l. qui vxor. ff. de iniufto rupt. Cened. pract. & Can. qq. fingul.* 74. *num.* 1. & propterea excludunt, quod perceperint regalia tria qualibet die, cum prædicta fumma non fufficiat pro tribus regalibus pro quolibet dietim habendis, vt patet ex relatione prædicta calculatoris à Rota deputati.

Non obftāt teftes examinati pro parte Portionariorum, qui quatuor funt, nam primus, & tertius nihil dicunt de applicatione facta iuxta formam ftatuti, fecundus *iuxta* 13. & *iux.* 14. ignorat, an Capitulum applicauerit iuxta formam ftatuti, & fuper 14. deponit de applicatione fcut. 3400. de qua non agitur, quartus iuxta dictum 13. deponit de auditu de applicatione, fed æquinocat, & confundit terminos applicationis iuxta formam ftatuti ad applicationem fummæ fc. 3400. quæ non controuertitur, & propterea licet ifti teftes deponant de perceptione regalium trium iuxta formam Statuti, vel funt intelligendi, quod aliquando hoc euenerit propter abfentes, qui non fuerunt lucrati diftributiones, vel magis eft ftandum depofitionibus aliorum teftium propter rationes prædictas, maxime cum, vt dictum eft, ifti teftes fatis æquinocent circa applicationem, & prædicta procedunt etiam non confideratis exceptionibus, quæ dantur contra iftos teftes, quas non fuit opus difcutere, cum prædicta fufficiant.

Et ita conclufum, &c.

Præfens decifio fuit confirmata die 19. Aprilis 1624.

CAESARAVGVSTANA PENSIONIS.

Ven. 17. Nouembris 1623.

ARGVMENTVM.

Penfiones exactæ à Penfionario poft non delationem habitus Clericalis debent reftitui, cum per non delationem penfio remaneat extincta. Nonnulla notabilia circa difpofitionem *l. quicumque C. de apoc. lib.* 11.

SVMMARIVM.

1 *Penfio extinguitur per non delationem habitus Clericalis.*
2 *Fides computatoris continens, quod quis fuit receptus in militia probat.*
Penfiones exactæ ab eo, qui non detulit habitum Clericalem, debent reftitui numer. 2. *Amplia num.* 4.
3 *Procurator habens mandatum ad exigendum tantum non poteft fubftituere, maximè quando mandatum non eft generale ad negotia.*
Solutiones à debitore factæ fubftituto à Procuratore qui non habebat mandatum fubftituendi non fuffragantur num. 3.
4 *Ex folutione trium femeftrium præfumitur reliquum folutum.*
Declara & limita num. 6. *Ampl. num* 7.
5 *Difpofitio* l. quicumque C. de apoc. lib. 11. *habet locum in penfionibus.*
8 *Penfionis folutio eft annalis, licet maioris commoditatis gratia diuidatur in duos terminos.*

DECISIO MCDLXXIV.

POft refolutionem factam, quod penfio fuit extincta, ex quo Ludouicus non detulit ha-
1 bitum Clericalem, * vt latè in *decif. fub die* 3. *Iunij fuperioris anni.* Dubitaui ad quam fummam afcendant penfiones folutæ ad effectum, de quo agitur, qui eft vt Abbati Titulari debeant refici, Hoc dubium habet duas infpectiones, prima eft à quo die probetur Ludouicum non inceffiffe in habitu, fecunda vt videa-

deatur, quæ summa probetur exacta; quantum attinet ad primum testes ponderati in dicta decis. deponunt vidisse illum in habitu militari de annis 1604. 1605. & 1606. Quare cum detur fides computatoris, quod fuit receptus in
2 Militia 23. Augusti 1603. * & non negatur de credendo simplici attestationi, sed solum an probet circa tempus, ex quo non delatio habitus probatur ex testibus. Domini in hac facti specie partem affirmatiuam amplexi sunt, scilicet quod probetur non delatio habitus de dicto tempore 1603.

Hoc stante non est agendum de solutionibus, factis ante dictum diem, sed solum de his, quæ probantur factæ post dictum diem, circa quas Domini considerarunt aliquas fuisse factas matri ipsius Ludouici, alias verò Procuratori, à matre substituto, de quibus postremis nulla ratio habenda est, cum mater eius haberet mandatum ad exigendum, non
3 tamen habebat ad substituendum, * & cum mandatum non esset generale ad negotia, sed restrictum ad exigendum, ipsa non potuit substituere *cap.1. § pen. de procuratorib. in 6.* Quantum verò attinet ad solutiones factas pecuniæ solutæ debent restitui videlicet *libr. 69.* solutas de mense Martij, & *libr.74.* de mense Augusti, 1602. nec non *libr.78.* solutas de anno 1603. & 76. de anno 1605. & 235. solutas de anno 1608. & *libras 300.* solutas de anno 1609.

Neque placuit Dominis, quod integræ summæ ab anno 1602. vsque ad annum 1609. debent restitui, ex quo cum constet de solutione
4 trium semestrium, * præsumitur reliquum solutum *leg. quicunque Cod. de Apochis lib. 11.* cuius *tex.* dispositio locum sibi vindicat in
5 pensionibus * dicit *Gigas. de pensib. quæst. 87. Gab. de præsumpt. præsumpt.17.n.6. Menoch.præsumpt.139 num. 9. lib. 3.* nam huic motiuo fuit responsum, quod hæc conclusio procedit ad
6 fauorem debitoris,* vt loquuntur iura, & DD. prædicti, & non procedit, quando solutio fuit facta vnico contextu, prout est vera, de qua agitur *Bald.in d. leg. quicumque quæst.1.numer.3. & in l 2. num.2. vers. pone q quis Cod. de dote promissa Iason. in leg. 2. num.233. vers.limita tamen Cod. de iure emphit. Guglicl. de Benedictis in c. Rayn. in verbo si absque liberis il secondo de legat.& fideicommiss.num.182 & 183.Cremonen. singular. 79. Gabr. de præsumpt.concl.11.num.13. dicta præsumpt.139.num.24.* Verum dictum fuit posse dubitari, an requirantur solutiones trium semestrium, quia etsi videantur sufficere, quando solutiones fuerint distributæ per seme-
7 stres, * vt tenet *Bald.in l.quicumque num.6.Item quæro,* quem sequitur *Ias. in l. diuortio §. quod in anno num.5. ff. soluto matrimonio Guglicl. de Benedictis loco allegato num. 188. Badella in l.fin. num.13.Cod.de fideicom. Gabr.de præsumpt. concl. 17. num. 14. Menoch. dicta præsumpt. numer. 13.* tamen fuit consideratum, quod solutio est an-
8 nalis licet maioris commoditatis * gratia diuidatur in duos terminos, vt benè distinguendo dicit *Alex. conf. 108. num.3. lib.3.* circa hoc vltimum tamen nihil firmatum fuit, sed solum distinctum.

Et ita conclusum, licet solus Abbas titularis informauerit &c.

BONONIEN. IVRIS PROHIBENDI.

Lunæ 20. Nouembris 1623.

ARGVMENTVM.

De *Statuto Bononiæ* disponente circa distantiam vnius apothecæ ab alia.

SVMMARIVM.

1 *Statutum correctorium Iuris communis non debet extendi de casu casu ad casum.*
2 *Statutum mandans alias apothecas aperiri intra certos limites est correctorium Iuris communis, & contra publicam vtilitatem.*
Publicè expedit, vt plures apothecæ fiant num.2.
3 *Statutũ Bononiæ mandat, quod inter apothecas existentes in platea adsit distantia trium perticarum.*
4 *In existentibus verò extra plateam exigit distantiam 30. perticarum.*
5 *Statutum prædictum non intrat quando vna apotheca est extra plateam, & altera in circuitu illius.*
6 *Apotheca aperta ad emulationem alterius debet claudi. Vid.num.7.*
7 *Apotheca vicina ad emulationem non censetur aperta, licet ad illam vicini pauciores accedant.*

DECISIO MCDLXXV.

FVit resolutum, statutum non obstare Ioanni, & litis consortibus, quia cum sit contra dispo-
1 sitionem Iuris communis, * & non comprehendat hunc casum, non debet extendi ad alios casus correctorios iuris communis, vt in terminis Bononiensis statuti respondit *Gratus conf.113.num.17. in fin. & num.18 lib.1.*

Quod autem istud statutum sit correctoriũ Iuris communis satis patet, ex quo prohibet
2 alias apothecas aperiri intra certos limites, * de Iure autem licet cuilibet in suo facere, quod libet imò est etiam contra publicam vtilitatem cuius interest, vt plures apothecæ fiant *Bald. conf. 463. num. 5. lib. 4. Grat. vbi supra num. 17.*

Quod verò casus, de quo agitur, non comprehendatur in statuto, clarum est, cum duos tantum casus comprehendat. Primus est quã-
3 do vtraque apotheca est in platea, * & tunc exigit distantiam trium perticarum. Secundus
4 quando vtraque est extra plateam,* & tunc exigit distantiam triginta perticarum, & neuter horum verificatur, cum apotheca Ioannis sit
5 extra plateam, * altera verò in circuitu illius, & statutum non disponat in isto casu, ideò non debet extendi, vt per *Grat.loco citato.*

Neque obstat, quod vbi statutum non operatur, debeat operari iuris dispositio, cum apo-

6 apotheca videatur aperta ad emulationem, * vt per *Grat. vbi supra nu.23.& seq.* Quia fuit responsum de hoc hodie non agi, & quatenus ageretur non releuaret, nulla enim potest con-
7 siderari æmulatio, * cum Ioannes non tangat apothecam Defendentis, licet pauciores ad illam accedant. Ex hoc enim non acquiritur dicto Defendenti ius prohibendi, sed tantum ius possidendi illam apothecam, quod non impedit Ioannes *Bald. d. cons.463.num.5. vers quidam enim habent lib.4.*

MVTINEN. PLEBIS.

Veneris 24. Nouembris 1623.

ARGVMENTVM.

Articuli ad probandum iuspatronatus dicuntur releuantes, si contineant inscriptionem antiquissimam in pariete Ecclesiæ, & famam publicam iurispatronatus. Remissoria in causa beneficiali in prima, & in secunda instantia datur solum facta obligatione de stando vnicæ. Causa quando dicatur beneficialis.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria non potest denegari quotiescumque materia articulata est releuans.*
2 *Iurispatronatus probatio deducitur ex antiquissima inscriptione existente in pariete Ecclesiæ.*
3 *Fama publica Iurispatronatus multum confert ad illius probationem.*
4 *Fumus materiæ articulatæ requiritur ad concedendam remissoriam in materia beneficiali.*
5 *Remissoria in causa beneficiali datur facta tamen obligatione, de stando vnicæ.*
Remissoria in causa beneficiali neque in prima, neque in secunda, sed solum in tertia instantia datur, nisi in prima, vel in secunda fiat obligatio de stando vnicæ num.5.
6 *Sequestrum in materia beneficiali apponitur, dum possessor petit remissoriam.*
7 *Causa est beneficialis ex quo fuit causa commissa super executione litterarum Apostolicarum, & in commissione adest clausula* vna cum omnibus incidentibus, dependentibus &c *& num. 9.*
8 *Beneficium non efficitur litigiosum ex remedio possessorio adipiscendæ.*
9 *Clausula* vna cum omnibus incidentibus, & dependentibus &c. *apposita in commissione efficit, vt lis dicatur introducta super petitorio.*
10 *Causa dicitur beneficialis, quando lis inter prouisos pendet super titulo beneficij licet remissoria petatur ad instantiam patronorum, & super probatione Iuspatronatus.*
11 *Causa super Iurepatronatus dicitur prophana, quando agitur principaliter inter ipsos Patronos super pertinentia Iurispatronatus.*
12 *Remissoria conceditur sine retardatione remedij possessorij intentati vigore litterarũ Apostolicarũ.*

Pars III.

DECISIO MCDLXXVI.

FVit resolutum dandam esse remissoriam facta obligatione per Balthassarem de stando vnicæ sententiæ, & sine retardatione processus 12
executiui. Ratio primi dicti fuit, quia quo-
1 tiescumque materiæ articulatæ sunt * releuantes, remissoria non potest denegari *Cassad. decis.1. de dilat. Verall dec.68. par.3.* Releuantia autem ex eo deducitur, quia fuit articulata
2 antiquissima inscriptio in pariete Ecclesiæ, * ex qua deducitur probatio Iurispatronatus *Baldus cons.310.lib.5. Imol. cons.60. Ferrett.consil.293. num.9. lib.2. Gabr. cons.196. num.9. l.2. Lambert. de Iurepatron. lib. 2. part. 2. art. nono quæst.10.* Et quamuis huiusmodi inscriptio possit haberi mediante compulsoria, attamen illius antiquitas absque dictis testium difficiliter potest probari vnde remissoria in hoc casu deneganda non est: articulatur insuper fama pu-
3 blica huius Iurispatronatus, * quæ etiam multum confert ad illius probationem *Bart. in l. cum super C. de rei vendicat. Cassad dec.2. nu.4. de probat. Put. dec. 56. in fin. lib. 1.* Et de prædictis datur etiam sufficiens fumus, qui requi-
4 ritur * cum, vt statim dicam, causa sit beneficialis *Put decis 212. in fin. lib 1. in nou.*

Ratio verò secundi dicti, quare scilicet remissoria debeat concedi facta priùs obligatio-
5 ne de stando vnicæ, illa fuit, * quia causa est beneficialis, & propterea remissoria neque in prima instantia datur *Put. decis. 297. num. 4. lib.2.* Neque in secunda *Put. decis. 40. lib. 1. in nou.* Sed solum in tertia, nisi in prima, vel in secunda instantia fiat obligatio de stando vnicæ *Put. decis.52. lib.1. in nou. Io. Paul. dec.177. Caput. dec. 56. num. 4. par. 3.* imò, & quando
6 possessor illam petit, apponitur sequestrum. * *Verall. decis.152. num.2. par.3. Rota dec.873. & 919. lib.3. par.3.*

Quod autem causa sit beneficialis dubitari non potest, quia Comes Alexander commisit in Rota causam super executione litterarum
7 Apostolicarum, * & sic in possessorio adipiscendæ, quod iudicium, licet non faciat bene-
8 ficium litigiosum * *Cassad. dec.6. num. 2 de rescript. & dec.4. vt lit. pend. & dec 335. num. 5. coram f. m. Greg. XV.* tamen, cum in commissione adsit clausula *vna cum incidentibus depen-*
9 *dentibus &c.* * censetur etiam lis introducta super petitorio *Bellam. decis.613. in causa beneficiali Cassad. decis. 9. num.13. de caus.poss. & propr. Mandos super reg. de subrog. q.14. num. 7.* & fuit latè deductum in *Barchinonen. Parrochialis de Matari 20. Iunij 1611. coram me.*

Neque obstat, quod remissoria petatur ad instantiam Patronorum, & super probatione
10 Iurispatronatus, * quia cum causa ex prædictis pendeat super titulo Beneficij, & prouisi sint in causa, & principaliter agant, & patroni illis adhæreant, Iuspatronatus deducitur incidenter ad canonizandum Ius præsentandi, ideò causa iudicatur Beneficialis, cum remissoria non concedatur sine requisitis causæ beneficialis *Rota dec. 873. lib.3.part.3. Seraph. decis.555. num.3. Rota decis.269. num.3. part. 2.* &

Pp fuit

fuit resolutum in causa *Lucana Iurispatronatus 19. Ianuarij 1631. coram praeclar. mem. Panis tunc Rota Decano*, & tunc demum causa super Iurepatronatus dicitur prohnaha, quando agi-
11 tur principaliter inter ipsos patronos * super pertinentia Iurispatronatus *Achill dec. 11. de Iurepatr. Caesar. de Grass. decis. 1. num. 9. de dictas.* qui vltimus non est casus noster.

Ratio verò tertij dicti, quod remissoria debeat concedi sine retardatione iudicij possesso-
12 rij, * illa videtur esse, quia vt supra dictum est causa nedum fuit commissa in petitorio, sed etiam super executione litterarum Apostolicarum; vnde non datur remissoria ad retardandum huiusmodi iudicium, quod competit ad instar *remed. l. fin. C. de Aedilit. Diu. Adr. toll. Seraphin. dec. 1364. Rota dec. 212. num. 7. & dec. 424. num. 3. par 1. in recent. & est decisio 367. fa. me. Greg. XV.*

GRANATEN. COMPVTORVM,

Lunae 27. Nouembris 1623.

ARGVMENTVM.

Iudicium redditionis rationis, in quo interuenit Clericus debet instrui, & terminari coram Iudice Ecclesiastico. Instantia caepta coram Iudice Ecclesiastico contra Clericum defunctum, coram eodem debet terminari; Secus autem si Clericus succedat laico, & causa fuerit instructa coram Iudice laico.

SVMMARIVM.

1 *Causa coram Iudice Ecclesiastico debet cognosci, quando cum laico adest Clericus consors litis. Declora num. 3.*
2 *Inhibitio iusta non debet moderari, sed imo si non fuisset concessa deberet concedi.*
4 *Actio potest diuidi pro portionibus haereditarijs.*
5 *Redditio rationis tanquam materia indiuisibilis debet fieri coram vno, & eodem Iudice, alioquin posset contingere, quod contrario proferretur sententia.*
6 *Tutor Ecclesiasticus trahit tutorem laicum ad suum forum.*
7 *Remedium* l. diffamari C. de ingen. & manumiss. *competit etiam si exaduerso fuerit intentatum iudicium coram iudice tamen incompetente.*
8 *Molestationes extraiudiciales dicuntur illae, quae resultant ex iudicio intentato coram iudice incompetente.*
9 *Instantia cepta contra Clericum defunctum coram Iudice Ecclesiastico coram illo debet terminari.*
10 *Contrarium procedit quando Clericus succedit laico, quia stante incompetentia Iudicis laici, causa coram eo incepta non debet ibi terminari.*

DECISIO MCDLXXVII.

Domini causa mature discussa resoluerunt inhibitionem non esse moderandam, & sic recesserunt *à decisione facta 3. Iulij huius anni*; Ratio resolutionis fuit, quia cum bon. mem. Varella esset Clericus, & haeres Patris vna cum fratribus resultat conclusio, quod cum sit con-
1 sors eiusdem litis, causa debeat cognosci * coram Ecclesiastico, non autem laico iudice, cum magis dignus trahat ad se minus dignum ex congestis per *Carol. de Grass. de effect. Cleric. effect. 1. num. 137. cum alleg. it. in alio decis.* vnde inhibitio nedum non debet
2 moderari, * sed si non fuisset concessa deberet concedi *Mandos. in tract. de inhib. quaest. 69. in princ.* Idem *Carol. de Grass. vbi supra num. 140. vers. subampliat.*

Neque obstat, quod praedicta procedant in materia indiuidua, secus autem in materia di-
3 uidua * *Carol. de Grass. loco citato n. 137.* prout diuidua videtur ista, cum actio possit diuidi
4 pro portionibus haereditarijs * *l. pro haereditarijs C. de haered. act.* Domini autem Cp. Actores non intendunt agere contra portionem bo. me. D. Varellae; nam fuit responsum, quod
5 hic agitur de redditione rationis, * quae materia indiuisibilis cum vna sit defensio, & ijdem libri ab vtraque parte sint edendi; Partitae vero inseparabiles, vt in puncto dicunt, *Bald. in l. si plures num. 17. C. de cond. insert, Menoch. de arbitr. cap. 209. num. 31.* Et si diuersi essent iudices contingere posset, vt diuersa, & contraria proferretur sententia, & ideo non debent causae coram diuersis, sed coram vno iudice cognosci *Imol. cons. 44. in fin.* & bene *Soccin. in cap. 2. limit. 8. de mut. pet. & Felin. in c. 2. num. 6. de praescript.* di-
6 cunt tutorem ecclesiasticum tutorem * laicum trahere ad suum forum.

Non obstat, quod bo. me. Varella non fuerit conuentus, & quod hodie sit defunctus, quia ex praeiudicio sibi resultato in partibus intentato iudicium *l. diffamari C. de ingen. &*
7 *manum* *. Et satis ostendit molestationem ex iudicio intentato in partibus, quae sunt extra-
8 iudiciales ex quo * ex praedictis ille iudex non est competens, sed Ecclesiasticus, & quod D. Varella obiecit nihil refert, tum quia vnus ex haeredibus illius, est Clericus, tum quia in-
9 stantia est cepta coram Ecclesiastico, * & ideo coram illo debet terminari *Carol. de Grass. post alios d. effect. 1. num. 371. & est text. quid V. de iudic. Alc. cons. 23. num. 7. tom. 2. lib. 6.* licet hoc non procedat, quando Clericus succedit
10 laico ex incompetentia * ob defectum potestatis iudicis laici, vt tenent omnes Canonistae.

Et ita conclusum vtraque parte informante &c.

Praesens decisio fuit confirmata die 29. Aprilis 1624.

RO-

ROMANA DEPOSITI.

Lunæ 27. Nouembris 1623.

ARGVMENTVM.

Dominus directus, qui pro canonibus obtinuit fructus sequestrari potest agere contra fideiussorem in forma depositi datum à debitore, & fideiussor præuia solutione facta, & obtenta iurium cessione potest agere contra ipsum principalem debitorem.

SVMMARIVM.

1 *Agens conditione indebiti tenetur probare indebitum soluisse.*

2 *Indebitum dicitur probare is, qui probat rem aliter se habere, ex qua solutum fuit.*

3 *Pactum factum inter emphiteutam, & tertium circa solutionem canonum non præiudicat Domino directo, qui non interuenit, & numer. 5.*

4 *Fideiussor in forma depositi si soluat reportata iurium cessione potest agere contra principalem debitorem.*

5 *Debitor principalis non potest mutari in præiudicium creditoris.*

DECISIO MCDLXXVIII.

Domini recesserunt à resolutis quia cum Paulus agat condictione indebiti est actor, & ipsi incumbit onus probandi indebitum soluis-
1 se * *l. cum de indebito in princ. ff. de probat. vbi Gloss. Bart. Salyc. & alij Castrens. cons. 123. in princ. lib. 2. Alex. cons. 83. in principio lib. 1.* vbi quod solutio debiti, non indebiti præsumatur, ideo repetens debet probare indebitum, quod quidem indebitum Paulus minime probat.

Neque obstat, quod satis Paulus videatur probare indebitum, cum probet rem aliter se
2 habere, * ex qua solutum fuit *Alex. cons. 102. col. penult. num. 7. in fin. & num. 8. vers. circa aliud dubium lib. 1.* Quia nihil probat; prætendit enim, quod Capitulum egerit ad Canones contra Paulum Blodium, & tamen in instrumento facto inter Blodium, & Thomam de Marchis de anno 1613. fuit conuentum, quod dictus Thomas solueret canones, & ideo Capitulum non potuit agere contra Blodium.

Huic enim motiuo fuit responsum, quod Blodius erat emphyteuta Capituli, & locauit hanc vineam prædicto Thomæ de Marchis, qui postea de anno 1613. eamdem vineam colendam dedit prædicto Blodio, pacto adiecto, quod ipse Thomas teneretur soluere canones; Vnde istud pactum nihil præiudicauit Capitu-
3 lo, cum in eo non interuenerit. * Quare cum se creditorem prætenderit in scut. 119. & 675. & egerit contra Bolodium, & obtinuerit vuas

Pars III.

sequestrari, & Thomas prædictus dederit in fideiussorem in forma depositi Ioannem Fir-
4 mium de Episcopis, * qui postea coactus fuit soluere *scut.* 82. & obtinuit cessionem à Capitulo, meritò vigore dictæ cessionis egit contrà Blodium principalem debitorem, & propterea, cum ipse etiam obtinuerit sequestrari vuas, & se obligauerit in forma depositi Paulus, qui postea soluit, non potest dici indebitum soluisse, quia verè Ioannes Firmius erat creditor occasione solutionis factæ Capitulo, & cessionis ab eo reportatæ *Gallesi. de oblig. camer. part. 3. num. 1. Surd. dec. 444. num. 12. vol. 3.*

Non obstat, quod Ioannes Firmius se obligauerit intuitu Thomæ de Marchis, quia satis est, quod Capitulum egerit contrà Blodium, contra quem poterat agere ex prædictis, & quod Capitulum cesserit actiones contra Blodium, quia conuentiones initæ inter Blodium, & Thomam de Marchis non præiudicauerant
5 Capitulo, * cum in eius præiudicium principalis debitor non posset mutari. Et cessat omnis difficultas, quia Thomas de Marchis se obligauit ad canones soluendos prò annis 1614 & 1615. quos soluit dictus Thomas, vt constat ex libris Capituli, quod etiam circa canones istorum temporum nihil prætendit.

Non obstat, quod Ioanni obstet exceptio cedendarum, cum debeat cedere actiones contrà se ipsum, quia, vt supra dictum est, Thomas soluit canones, ad quos ex propria obligatione tenebatur, & dictos canones petitos à Capitulo respectu ipsius Capituli non tenebatur soluere Thomas, pro quo fideiussit Ioannes Firmius, sed Paulus Blodius. Vndè cum dictus Firmius soluerit Capitulo, rectè Capitulum cessit iura contra Blodium, quia per talem solutionem debitum Blodij fuit extinctum.

ARIMINEN. BONORVM.

Lunæ 11. Decembris 1623.

ARGVMENTVM.

Testamentũ originale an debeat produci ad effectum obtinendi immissionem in terminis *l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.*, & affirmatiuè respondetur, nam aliter non potest Iudex cognoscere, an sit abolitum vel cancellatum, nisi dictum originale producatur, & vide limitationem. Notarius cum teneatur scribere instrumentum exemplatum an dum est impeditus id facere, teneatur in subscriptione illius de hoc facere mentionem. Cum pro Notario stet præsumptio, quid ex tali præsumptione sequatur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia quandò est notoriè iniusta, non intrat Aegidiana.*

2 *Instrumentum originale, si non sit productum, non iuuat ad obtinendam immissionem.*

3 Tex. in l. 1. §. si quis in aliquo ff. de bon. possession. *licet loquatur de bonorum possessione.*

4 *Tamen ex identitate rationis extenditur etiam ad immissionem, quæ petitur vigore* l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen.

5 *Testamenti exemplum non releuat ad obtinendam immissionem, etiamsi datum sit ab eodem Notario, de eo rogato.*

6 *Testamentum non debet esse cancellatum, nec in aliqua parte vitiatum, adhoc vt concedatur immissio.*

7 *Testamentum originale nisi producatur, non potest constare ex exemplo, an illud sit abolitum, vel cancellatum, etiamsi exemplum sit factum ab eodem notario, de illo rogato.*

8 Alex. *opinio in* auth. si quis in aliquo C. de edend. *non est vera.*

9 *Instrumenti exemplatio ritè facta ex protocollo Notarij mortui, habetur pro instrumento publico, & authentico.*

10 *Notarius, qui legitimè exemplat instrumentum ex protocollo Notarij mortui, dicitur subrogatus in locum illius Notarij rogati.*

11 *Notarius an possit subscribere scripturam ab alio confectam, dubia est quæstio, & negatiua videtur communior.*

12 *Tamen temperatur, quandò Notarius principalis est impeditus, dummodò tamen in subscriptione dicat se fuisse impeditum &c. & collationasse cum originali num. 13.*

14 *Pro Notario cum stet præsumptio, ideò ei credendum venit, dum dicit, quod aliquid fecerit.*
Notarij subscriptio sufficit, quod sit generalis, licet scriptura sit ab alio confecta, cum non sit opus asserere se fuisse impeditum, ideoque illam non scripsisse num. 14.

15 *Scripturæ collatio non est necessaria, quando eà à Notario fuit subscripta, cum pro eo præsumatur.*

16 *Iudex quod conferret, & auscultaret exemplatum originale, hoc est vtile, sed non est necessarium.*

17 *Iudex ad hoc vt dicatur notoriè iniustè processisse, quid sit necesse.*

18 *Iniustitia non potest dici notoria, quando aliquid est disputabile, vel habet aliquod velamen.*

19 *Protocolli recognitio, ex quo extrahitur instrumentum, est necessaria.*

20 *Notario non creditur, dicenti extracti itemi instrumenti fuisse factam ex originali.*

21 *Instrumenti exemplum, dum non eo tinet vitium visibile, Iudex ei stare potest, licet secus sit, dum pars aliquid opponit num. 22.*

23 *Fideicommissum quandò restituitur, debet detrahi id, quod soluit fideicommissarius pro debitis fideicommittentis.*

24 *Compensatio quidem licita est.*

25 *Debitum cum testamento potest compensari, & sic non debentur vsuræ.*

26 *Fideicommissi prætensio per compensationem potest excludi.*

27 *Fructuum liquidatio causat mixturam, & per consequens admittitur appellatio.*

DECISIO MCDLXXIX.

POst resolutiones factas in contumaciam alte-
rius partis, quod esset locus Aegidianæ, com-
paruit alia pars, & petijt audiri, prætendens
1 non esse locum Aegidianæ, cum sententia * ex
pluribus capitibus sit notoriè iniusta, quo ca-
su cessat Aegidiana *Bald. conf. 141. num. 5. lib.
1. Gabr. conf. 6. num. 1. lib. 2. Contrad. in l.
vnic. num. 22. C. si de mom. possess. Aegid. decis.
94. num 6.* & fuit saepius ite reauditum.
Primo dicebatur, quod non fuit productum
2 testamentum originale, sed exemplum, * quod
non sufficit pro immissione, & est *textus* expres-
sus in *l. 1. §. si quis in duobus ff. de bonorum pos-
sess. secundum tabul.* qui *textus* licet loquatur de
3 bonorum possessione * *Bart.* tamen *ibidem in
princ.* ex identitate rationis extendit ad immis-
sionem, * quæ petitur vigore *l. fin. C. de edict.
Diu. Adr. tollen. Castren. in d. l fin. num. 3. vers.
& intellige Dec. num 13. vers. & quod dicitur de
testamento Roman. in l. stipulandum num. 70. ff. de
verb. obligat.* & de communi testatur *Grat. conf.
140. num. 17. lib. 1. Rota decis. 135. num. 6.
par. 1. in recent.* & hæc conclusio procedit etiam
quod exemplum sit datum ab ipsomet Notario
5 rogato, * & ratio est, quia *ex l. fin. C. de edict.
Diu. Adr. tollen.* testamentum non debet esse
6 cancellatum, neque abolitum, * neque ex
quacumque suæ formæ parte viciatum, de qui-
bus cum non possit constare ex exemplo, me-
7 rito illud non attenditur, * etiam quod sit fa-
ctum à Notario rogato *Bart. in d. §. si quis in
duobus num. 2. Castren. in auth. si quis in aliquo
num. 4. in fine C. de edend. Dec. in d. l. fin. num.
14. vers. sed ista responsio* vbi euoit hæc opinio
aduersus *Alex. in d. auth. si quis in aliquo* est ve-
8 rior * *Roman. in l. stipulandum num. 70. ff. de verb.
obligat.* Vbi dicit esse cammunem *d. §. si quis in duo-
bus, & in l. si Donantem C. de donat. Rot. d. de-
cis. 135. num. 6.*
Sed per Dominos fuit responsum, quod hic
agitur de exemplatione facta ex protocollo
9 Notarij mortui, * quo casu exemplatio legiti-
me facta habetur pro instrumento publico, &
authentico, vt in *cap. cum P. Tabellio de fid. in-
strum.* & ita in puncto respondit *Bart. in d. §.
si quis in duobus num. 2. vers. prædicta vero Dec.
in d. l. fin. num. 14. in princ.* & sentit idem *Bart.
in l. si quis ex argento §. Cogent. num. 2. ff. de
edend. & Cyn. in l. contractus num. 14 in vltima
quæst. C. de fid. instrum. & Speculat. in tit. de in-
strum. edit. §. ostenso numer. 15. vers. illud quoq;*
& hanc opinionem sequuta fuit *Rota apud Fe-
rall. decis. 351. numer. 2. par. 2.* & mouetur ex
ratione, quia Notarius, qui legitimè exem-
10 plar * dicitur subrogatus in locum illius No-
tarij rogati & allegat *Dec. in auth. si quis in aliquo
numer. 26. vers. 9. fallit, & Purpurat. in l. 2. nu-
mer. 3. limit. C de edend.*
Secundò dicebatur, quod subscriptio exempli
ita se habet, *Ego Ioannes Panigalius Notarius, &*

Ar-

Archiuista Ill. Communitatis Ariminen. supradi-
ctum Testamentum copiare feci ex rogitibus sub-
scripti Iulij à Ponte Notarij defuncti; Ideò in fidem
præmissorum me subscripsi, & signaui, cui quidem
subscriptioni opponebatur, quod ex ea consta-
bat corpus testamenti non fuisse scriptum ma-
nu Archiuistæ, vndè licet quæstio sit, an Nota-
rius possit subscribere scripturam ab alio con-
11 fectam, * & negatiua sententia sit commu-
nior, tamen illa temperatur, quod Notarius
12 principalis est impeditus * ex allegatis per
Gabriel. de præsumpt. conclus. 3. numer 34. & 35.
modò tamen in subscriptione dicat se imped.-
13 tum, &c. * & collationasse cum originali *Alex.*
cons. 129. numer. 4. lib. 1. vbi plures congerit
Purpurat, cons. 121. numer. 12. & in nostris ter-
minis, quod requiratur collationatio est *decis.*
Verall. prædicta 351. numer. 2. par. 2. Huic mo-
tiuo fuit responsum, quod prædicta distinctio
de iure videtur procedere, tamen cum præ-
14 sumptio sit pro Tabellione, * credendum ve-
nit, si dixerit; fecit quod ideò hoc fecerit, quia
erat impeditus, & hinc quod sufficiat subscirp-
tio generalis voluit *Bald. in auth. si quis in aliquo*
numer. 13. vers. ad secundum verò C. de edend.
& in puncto quod collatio non sit necessaria,
15 cum pro Notario præsumatur * dicit *Hostien.*
in c. fin. numer, 7. ad fin. de fid. instrum. Imol.
ibid. numer. 8. vers. est etiam vtile, vbi quod est
inutile; quod Iudex conferret, & auscultaret
16 exemplatum originale, * tamen hoc necessa-
rium minimè est, cum, vt dictum est pro Ta-
bellione præsumatur secundum *Hostiens. Ioan.*
Andr. num. 9. in fin. Bellam. numer. 3. & Bart.
numer. 6. vers. hæc tamen inspectio speculat.
in tit. de instrument. adit. in §. ostenso numer.
4. ex quibus sequitur dato, quod omnia
contenta in obiecto debeant seruari, prout vi-
dentur seruanda esse, nihilominus cum adsint
auctoritates contrariæ non potest dici, quod
Iudex ex quo subscriptio Notarij non conti-
neret prædictam concedendo immissionem, no-
17 toriè iniustè processerit, * quia ad effectum
notoriæ iniustitiæ requiritur, quod non habeat
velamen, vt disputari possit, * quia si potest di-
18 sputari, vel aliquod velamen habeat, non di-
citur notoria iniustitia *Cephal. cons. 201. n. 10.*
lib. 2. Fælin. in cap. inter cæteras col. 5. vers. in-
tellige de re iudic. Ripa in l. 4. §. condemnatum
num. 17. ff. de re iudic. Gabr. de sent. concl. 10.
num. 2. & 3. vbi de communi, & facit *Roman.*
cons. 51. in princip. qui loquitur in nullitate, &
prædicta voluerunt Domini admittere, hoc ad-
hibito temperamento, quod scilicet aliud
exemplum plenè anthenticum in Rota produ-
catur.

Neque obstat, quod neque protocollum fuit
recognitum, cuius recognitio videtur necessa-
19 ria *Oldrad. cons. 227. num. 6. vers. sed hoc re-*
spondeo Verall. decis. 97. num. 2. par. 2. Put. decis.
430. num. 3. lib. 2. in nou. Imò nec creditur No-
20 tario, dicenti extractionem fuisse factam ex
originali * *Put. d. decis. 430. num. 3. lib. 2. vers.*
non obstat Ias. in l. admonendi num. 255. de iur.
iur. Boer. decis. 37. num. 3. & fuit dictum in *An-*
conitana florum 15. Nouembris 1617. coram R. p. d.
21 ista non contineant vitiū visibile, * Iudex potest
stare dicto exemplo *Abb in c. 1. num 3. ante fin.*
nco Buratto. Nam fuit responsum, quod cum
vers. vnum tamen nota hic Aym cons. 169. num. 2.
22 licet secus fuisset, si altera pars opposuisset, * ex
adductis in istis terminis per *Gonzal. super reg.*
8. gloss. 64. num. 3. cum seqq.

Tertio dicebatur, quod Laura Tortona, quæ
fecit fideicommissum instituit Lauiniam Nepo-
tem, & propterea cum fuerit fideicommissum
Ginebriæ, quæ prætendit se vocatam, non po-
23 terat immitti, nisi prius restitutis legatis * fa-
ctis per Lauram fideicommittentem, quæ soluit
Lauinia hæres, cuius sunt Donatarij Pompeius,
& Acchilles de Casarossis nepotes ex filia præ-
defuncta Margarita *Peregr de fideicom. art. 35.*
num. 10. cui motiuo fuit responsum, quod La-
uinia in prædicta donatione sibi reseruauit fa-
cultatem disponendi pro scutis 100. & in suo
testamento instituit prædictam Ginebriam, ad
quam propterea prædicta scuta centum spe-
ctant, quæ quidem summa cum conficiat libras
420. & legata in pecunia cum ascendant ad
summam librarum 720. cum Iudex compen-
sando voluerit solui libras 300. nullam fecit in-
iustitiam, neque alia mixtura hinc potest de-
24 duci, quæ quidem compensatio licita * fuit
l. etiam 5. C. de compensat. vbi Bald. & Salic.
25 ibi enim dicitur, quod debitum ex testamento *
potest compensari, & ex eo quod potest in
compensatione deduci, non debentur vsuræ &
Bald. ait, quod prætensio fideicommissi per
26 compensationem potest excludi, * & sic in hoc
casu non agitur de liquidatione, quæ causae
mixturam iuxta *decisionem Put. 4. de Aegidiana,*
27 & per consequens admitti * appellationē *Bald.*
cons. 141. num. 7. lib. 1. Nec potest iuuari, quod
lis pendeat super reali actione donationis ad
instantiam Ginebriæ hæredis, quia siue sit vali-
da, siue nulla semper Ginebria erit creditrix
scut. 100. immo maioris summæ, tanquam hæ-
res si donatio erit inualida, & ità dicendum
est quoad scut. 20. pro funeris impensa, & quoad
scuta 6. depositata penès Montem Pietatis, &
licet inculcaretur etiam quod Laura fecit alia
legata annua in frumento, quod requirit liqui-
28 dationem, melius fuisset hoc reticere, * no-
tum est enim quod legata annua non debene
solui de proprietate fideicommissi, sed ex fru-
ctibus illius *Castr. in cons. 16. num. 3. lib. 2. Nat.*
cons. 323 n. 5. Aym. cons. 19 nu. 18. Surd. decis. 28.
nu. 2. Iason. cons. 95. n. 1. lib. 1. vbi allegat *text. in*
l. liberto §. 1. ff. de annu, legat. l. apud Iulianum
§. are ff. de legat. 1.

Et ita conclusum, &c.

RAVENNATEN. LITTERARVM CAMBII.

Veneris 12. Ianuarij 1624.

ARGVMENTVM.

Per acceptationem litterarum Cambij factam à mercatore, qui ante solutionem decoxit, non remanet liberatus scribens. Confessio extraiudicialis per depositiones testium quando dicatur probata, vel non.

SVMMARIVM.

1 *Mercator scribens litteras, vt dicitur ad vsum post acceptationem, sed ante diem solutionis si is, cui scribuntur decoxit non liberatur & nu. 4.*

2 *Creditor pretij litterarum cambij non censetur acquiescere earum acceptationi, nisi quatenus sequatur solutio.*

3 *Venditor si non habuit fidem de pretio retinet dominium rei venditæ penes se.*

5 *Confessio extraiudicialis probata per duos testes præiudicat de æquitate canonica.*

6 *Testes ad probandam confessionem extraiudicialem debent esse contestes in dicto de loco, & tempore.*

7 *Testes non sunt contestes in dicto de loco, & tempore ad effectum probandi confessionem extraiudicialem, dum de confessione diuersimode deponunt, & tam circa interrogationem, quam circa dictum variant.*

8 *Prout si vnus deponat de certa die, & non de loco, alter vero e conuerso.*

9 *Cambia maxime ea quæ fiunt de Ciuitate ad Ciuitatem solent fieri cum maxima cautione.*

DECISIO MCDLXXX.

FVit resolutum esse recedendum à *decisionibus*
vltimo loco in hac causa factis, quia cum Ioan-
ninus dederit Zancho scut. 4652. pro quibus
idem Zanchus dederit litteras cambij, vt mo-
1 ris est ad vsum directas Rondinello Ferrariæ, *
cum post acceptationem dd. litterarum, & an-
tequam veniret dies solutionis decoxerit Ron-
dinellus cũ enim nõ interuenerint in hoc cõtra-
ctũ requisita ad delegationem, nec fuerit
actum per viam cessionis, vtique periculum
fuit Zanchi, & non Ioannini, & ratio est, quia
illa acceptatio litterarum facta per Rondinel-
lum non fuit nouus contractus inter ipsum, &
Ioanninum, cui facienda erat solutio, sed est
pars contractus litterarum cambij, neque Io-
anninus propterea censetur acquiescere acce-
2 ptationi, nisi quatenus sequatur solutio, * vn-
de cum Ioanninus non habuerit fidem de præ-
tio litterarum acceptatarum, non liberauit
Zanchum debitorem, sicut nec is, qui vendit
non habita fide de prætio, retinet dominium
3 rei venditæ pænes se * *Bald. in l. si non donatio-*
nis nu. 1. C. de contrah. empt. ita quoque Ioan-
ninus, qui Rondinello acceptante litteras non
habuerit fidem de solutione, non liberauit Zan-
4 chum suum debitorem, * & ita in illis termi-
nis fuit resolutum in causa *Veneta litterarum*
Cambij 23. Maij 1583. coram Gipsio & in causa
Romana litterarum Cambij S.M. Gregor. dec. 217.
num. 5. vbi *addent.* allegat concordantes *Rota*
Genuen. dec. 1. num. 6. & 21. & dec. 2. nu. 40.
& 41. & dec. 8. num. 17. & 18.

Neque probatur, quod Ioanninus relaxaue-
rit ad cambium istas pæcunias Rondinello,
quia ommissis Testibus, de quibus non fuit
habita ratio in vltimis decisionibus propter
exceptiones, quas patiuntur duo Testes, qui
ad hoc probandum adducuntur nihil releuant,
cum conentur probare confessionem extraiudi-
cialem Ioannini, quod dimiserit ad cambium
dictas pæcunias Rondinello, quia & si de æqui-
tate Canonica confessio extraiudicialis pro-
5 bata per duos Testes præiudicet * *Put. dec. 12.*
num. 466. lib. 2. in nou. cum ad hunc effectum
debeant esse contestes in dicto de loco, & tem-
6 pore *Cæsar de Graff. dec. 4. de re Iudic. Afflict.*
dec. 364. nu. 4. Rot. dec. 664. nu. 6. p. 1. in re-
cent. & dec. 700. nu. 25. & 711. nu. 5. p. 2. pari-
ter in *recent.* quales non sunt duos Testes, qui
ad probandũ huiusmodi consensũ adducuntur.
Nam Dominicus dicit, quod quadam die de
mane in Cortili Vincentius Fabrius, & Marcus
Antonius dum insimul deambulabant super-
7 uenit Petrus Ioanninus, * *& il Signore Fabri*
domandò al Signor Pietro. Ben Signor Pietro che
noua ci è del Signor Francesco Rondinello, & esso
Signor Pietro rispose, che era andato via per falli-
to, & il Signore Marc'Antonio rispose questo io
non lo credo &c. Dictus verò Marcus Antonius
alius Testis dicit quod sub die 8. Martij 1614.
discorrendo con il Signore Pietro Giouannino in-
torno all'andata del Signor Francesco Rondinello,
egli mi disse Signore Dottore si fà vn gran vocife-
rare, che il Signor Rondinello se ne sia andato per
fallito da Ferrara; Ideoque dum dicti Testes
postea deponant Ioanninum dixisse, quod re-
liquerat ad cambium Rondinello scuta 4000.
& vltra, quæ sibi debebat vigore litterarum
cambij Pauli Zanchi, deponunt de diuersa
confessione, Marcus Antonius scilicet dum
Petrus Ioanninus dubitabat, An Rondinellus
discessisset vti decoctus ibi *si fà vn gran voci-*
ferare; Dominicus verò de alia confessione,
dum Petrus Ioanninus erat certus, quod Ron-
dinellus tanquam decoctus aufugerat ibi, *&*
il Signor Pietro Ioannino rispose, che era andato
via per fallito.

Et vlterius est aduertendum, quod Domini-
cus deponit de confessione facta per Ioanni-
num ad interrogationem Fabri ibi, *& il Sig.*
Fabri dimandò al Sig. Pietro &c. ac præsentibus
omnibus prædictis, Marcus Antonius autem
de confessione facta ad suam propriam inter-
rogationem ac sibi soli ibi *discorrendo col Sig.*
Pietro Giouannini, & ibi *mi rispose.* Præterea
Marcus Antonius deponit de certa die, & non
8 de loco, * Dominicus verò deponit de loco
scilicet *nel Cortile*, & non de tempore.

Et prædicta in hac facti specie sunt subtiter
consideranda propter inuerisimilitudinem hu-
ius relaxationis, quia si fuisset factũ istud no-
uum cambium, litteræ cambij confectæ fuis-
sent, & adesset quietantia Ioannini, & de sa-
tisfactione certiorasset Zanchum, prout cer-
tiorauit de acceptatione; Huiusmodi enim
cam-

9 cambia maximè huius qualitatis, * non solent fieri, nisi cum maxima cautione; Et licet fuerit replicatum non reperiri libros Rondinelli, attamen si libri non reperiuntur, & litteræ & quietantiæ possent reperiri.

Ex quibus fuit recessum à decis. vltimo loco factis.

Præsens decisio fuit confirmata die 20. Nouembris sequentis coram eodem, & coram Merlin, decis. 170.

VIXBONEN. QVARTANARIAE.

Lunæ 15. Ianuarij 1624.

ARGVMENTVM.

Impuritatem sanguinis allegans tenetur illam probare. Impurus si effectus fuit incapax Dignitatum, & Canonicatuum per aliquam Constitutionem Papæ, attamen est capax cæterorum Beneficiorum. Gratia ad effectum immissionis quando debeat formiter iustificari, & quando sufficiat sola informatio extraiudicialis Iudicis.

SVMMARIVM.

1 *Littera Apostolica quando sunt iustificata, & non adest legitimus contradictor, habent executionem paratam, prout habent testamenta ex remedio* l. final. C. de Aedict. diu. Adr. toll.

2 *Impuritatem Sanguinis allegans tenetur illum probare, quia quilibet natus inter Christianos præsumitur natus ex puris Christianis.*

Natus inter Christianos non potest grauari ad probandum se esse natum ex puris Christianis, num. 2.

3 *Impurus Sanguine est capax beneficij Ecclesiastici & num. 5.*

4 *Impurus Sanguine si per Constitutiones Summorum Pontificum fit incapax Dignitatum, & Canonicatuum, attamen est capax aliorum Beneficiorum.*

6 *Ad effectum obtinendi immissionem vigore subrogationis gratiosa, quando beneficium non est reseruatum aut affectum, vel litigiosum debet iustificari tota gratia principalis, secus si non adsit legitimus contradictor, cum isto casu sufficiat, quod iudici iustificetur etiam extraiudicialiter sola subrogatio gratiosa.*

Mãt dec. 71. n. 6. *in quibus termi nis loquatur. n. 6.*

7 *Contra immissum vigore subrogationis gratiosæ, non potest in gradu appellationis opponi iustificatio gratiæ ab eo, qui non est legitimus contradictor.*

8 *Executor quando non adest legitimus contradictor, potest se extraiudicialiter informare circa iustificationem gratiæ.*

9 *Prout se informasse credendum est.*

10 *Pro executore præsumitur.*

11 Rota in Pacen. Puritatis 11. Decembris 1609. coram Patriarca Hierosolymitano *in quibus terminis procedat.*

Ludo. dec. 221. *in quibus terminis procedit. n. 11.*

12 *Si immissio petitur vigore litterarum Apostolicarum, & adest legitimus contradictor gratia debet formiter iustificari in actis parte citata, secus autem si non adest legitimus contradictor, cum isto casu sufficiat sola extraiudicialis informatio Iudicis.*

13 *Gratia semper habet tacitam conditionem si preces veritate nitantur.*

14 *Narratiua gratiæ ante omnia est iustificanda.*

15 *Capitulum non est legitimus contradictor quoad iustificationem gratiæ ad impediendam immissionem prouiso Apostolico super Canonicatu.*

DECISIO MCDLXXXI.

Hoc dubium an Aluaro sit danda immissio habet duas difficultates. Prima est, an obstet impuritas obiecta Aluaro per Capitulum; secunda est an obstet in hoc casu, quod gratia Aluari non sit iustificata, in reliquis enim non adest difficultas cum litteræ Apostolicæ quando sunt iustificatæ, & non adsit legitimus con-

1 tradictor habeant executionem paratam, * prout habent testamenta ex remedio *l. fin. C. de adict. Diu. Adr. tollen. Mohed. dec. 3. vt lit. penden. sub. me. Greg. dec. 221. num. 2.*

Quantum attinet ad primam difficultatem Capitulum nihil probat; incumbit enim Capi-

2 tulo alleganti impuritatem illam probare, * quia de Iure nemo natus inter Christianos grauatur onere probandi se esse natum ex puris Christianis, sed hoc in dubio præsumitur ex regula *text. in c. fin. de præsumpt. & in l. ab ea parte ff. de probat.* & in puncto *Seraphin. dec. 50. & 355. Mantic. dec. 274. nu. 1. & dec. 307. nu. 2.* immò si Capitulum dictam impuritatem probaret non releuaret, quia nihilominus esset

3 capax beneficij Ecclesiastici * *c. cum te in fin. de rescript.* ibi *pro eo verò quod Iudæus extiterit ipsum dedignari non debet.*

Neque huic vltimo dicto obstarent Breuia Summorum Pontificum *Clem. VIII. & Pauli V. fel. mem.* quia loquuntur de Dignitatibus, &

4 Canonicatibus, * vnde non comprehendunt istas Quartanarias, quæ sunt diuersæ à Canonicatibus, & Dignitatibus, sed remanent in dispositione Iuris communis *l. commodissimè ff. de liber. & posthum.* secundum quod impuri sunt

5 capaces beneficiorum * *d. c. cum te in fin de rescript.*

Quantum attinet ad secundum, an obstet Aluaro, quod gratia non sit iustificata. In hoc articulo distinguendi sunt tres casus: Primus est, quando prouisus habet subrogationem gratiosam, & tamen beneficium non est reserua-

6 tum, * aut affectum, vel litigiosum, & isto casu licet regulariter ad effectum immissionis, debeat iustificari tota gratia principalis; attamen secus est si non adsit legitimus contradictor, quia isto casu sufficit iustificare Iudici etiam extraiudicialiter solam subrogationem gratiosam, & in istis terminis procedit *decis. Cardinalis Mantica 71. num. 6.* Secundus verò

casus

casus est, quando quis obtinuit immissionem,
& isto casu si non adsit legitimus contradictor
7 in causa appellationis, * ille, qui non est legi-
timus contradictor non potest opponere gra-
tiam non fuisse iustificatam, non quia execu-
tor potuit concedere immissionem absque iusti-
ficatione gratiæ, sed quia cum non adesset le-
gitimus contradictor, potuit executor extra-
8 iudicialiter se informare, * & credendum est
9 se informasse, * quia pro executore præsumi-
10 tur, * & in istis terminis procedit *decisio in*
causa Pacen. puritatis 11. *Decembris* 1609. *coram*
11 *Reverendiss. D. meo Patriarca Hierosolymitano* *
& decis. san. mem. Gregor. 221. Tertius est ca-
sus, quando petitur immissio vigore litterarum
12 rum Apostolicarum, prout est casus noster, *
& isto casu distinguendum est, quod aut adest
legitimus contradictor, & gratia debet for-
maliter iustificari in actis parte citata *Mohedan.*
decis. 35. *de renunciat. per tot. Cæs. de Grass. decis.*
12. *nu.* 1. *&* 4. *de probat. Gonzal. ad reg.* 8. *gloss.*
9. *in annot. num* 228. Aut non adest legitimus
contradictor, & sufficit, quod Iudex extraiu-
dicialiter se informet super iustificatione, vt
clarè probant *decisiones modo allegatæ*. Ratio
quare in vtroque casu gratia debet iustificari
illa est, quia semper habet tacitam conditioné
13 si preces veritate nitiintur, * siue si ita est, aut
veris existentibus prænarratis *l. fin. in princ.*
C. de divers. rescript. cap. 2. *de rescript.* vbi *Rip.*
num. 29. & hinc fit, quod omnis narratiua ante
14 omnia est iustificanda * *Roman. cons.* 31. *nu.* 2.
Rot. dec. 20. *ad n. el. de præben. in nov. Caputaq. de-*
cis. 250. *par.* 2. & latè exornat *Gonzal. vbi supra*
d. num. 228. *& seqq.*

In proposito autem certum est Capitulum
non esse legitimum contradictorem quoad iu-
15 stificationem gratiæ * *san. mem. Greg. d. decis.*
221. *num.* 3. *& seqq.* & ibi *addito alios allegat*
num. 11. Quare ad effectum immissionis licet
requiratur iustificatio gratiæ, tamen iustifica-
tio potest fieri parte non citata, quia vt dictum
est Capitulum non est legitimus contradictor,

Et ita conclusum vna tantum parte infor-
mante.

Præsens decisio fuit confirmata die 17. *Iunij se-*
quentis.

ROMANA DE BOMBELLIS,

Veneris 19. *Ianuarij* 1624.

ARGVMENTVM.

Sicuti mulier quando hæreditas mariti non
est soluendo potest agere actione reiuin-
dicationis in subsidium ad rem in dote
datam æstimatam, ita potest illam reti-
nere si sit in possessione. Res in dotem
data quando stet pro fundo dotali.

SVMMARIVM.

1 *Res data in dotem æstimata facit emptionem, &*
venditionem.
2 *Hæreditatem non esse soluendo probatur ex relatio-*
ne Periti.
3 *Mulier quando hæreditas mariti non est soluendo,*
potest agere actione rei vindicationis in subsidiū
ad rem illi consignatam in dote æstimatam.
4 *Et si est in possessione habet retentionem.*
5 *Per aditionem hæreditatis cum beneficio legis, &*
inventarij non confunduntur actiones, sed hæredi
remanent salua eius actiones contra hæreditatem
defuncti.
6 *Inventarium operatur, quod hæreditas habeatur*
pro non adita.
7 *Mulier, quæ protestata est velle retinere bona ma-*
riti donec fuerit satisfacta de dote, non censetur
voluisse simpliciter retinere iure pignoris.
8 *Dum præcessit promissio dotis in certa summa, &*
postea res fuit in solutum data, quamuis sit dictū,
quod debeat esse fundus dotalis attamen non dici-
tur fundus dotalis, & num. 11.
9 *Maximè si marito data sit facultas alienandi.*
10 *Aestimatio rerum in dotem datarum non facit em-*
ptionem, & venditionem quando constat de con-
traria mente, ex quo fuit dictum quod res debeat
stare pro fundo dotali, & tunc æstimatio censetur
facta pro videndis deteriorationibus, & num. 12.
13 *Per facultatem datam marito alienandi fundum*
dotalem cum conditione, quod teneatur pretium
inuestire in alijs bonis stabilibus, vel dare ido-
neos fideiussores mulier censetur solum consenti-
re alienationi dummodò reinuestiatur vel dentur
noui fideiussores.

DECISIO MCDLXXXII.

DOmini perstiterunt in *resolutis* 29. *Nouembris*
1619. *coram bo. me. Cardinale Sacrato*, & 22.
Maij superioris anni coram Reverendissimo D. meo
Caualerio Datario, scilicet quod Elena possit in
subsidium retinere vinam, de qua agitur pro
suis dotibus; licet enim fuerit data in dotem
æstimata, itaut faciat emptionem, & venditio-
1 nem, * nihilominùs adueniente casu restitutio-
nis dotis, cum hæreditas mariti non esset sol-
2 uendo, * vt patet ex relatione vltimi Periti si-
cut potuisset illa agere vtili reiuendicatione
3 in subsidium ad d. vineam * *l. in rebus* vbi no-
tat *Bald.* per illum *text. num.* 18. *vers. secundum*
remedium C. de iur. dot. Lup. in rubr. de donat. in-
ter vir & vxor. §. 17. *num* 8. *ante med. vers. co-*
gitandum tamen esset vlteriùs Cremen. singul. 19.
latè *Roland.* qui alios allegat *cons.* 87. *num.* 14.
lib. 4. *Mantic. de tacit lib.* 12. *tit.* 28. *num.* 16. *Pi-*
nell. in l. 1. *par.* 3. *num.* 1. *C. de bon. matern.* ita
4 cum sit in possessione potest retinere * cum fa-
cilius detur retentio, quam actio *l. per retentio-*
nem C. de vsufruct. lib. 2. vbi *Bald. in* 3. *notab.*
C. de fideicom. Castrens. cons. 19 *in princip. lib.* 2.

Non obstat, quod Elena sit hæres mariti,
quia cum sit hæres cum beneficio legis, & In-
5 uentarij, non sunt confusæ actiones, * sed re-
manet Helenæ sua actio contra hæreditatem,
ac si non adiuisset, vel secundum alios licet ex-
tin-

tinguatur noua actio creata per Inuentarium, cum priuilegio primæ *Castrens. cons. 186. incipien. dubium facit in princ. vers. siue dicamus lib. 2.* tamen Inuentarium operatur, quod vltra commodum, quod ex hæreditate percipitur, ha-
6 beatur pro non adita * *l. fin. §. etsi præfatam, & §. in computatione*, & ibi *Iason. post alios C. de Iur. deliber. Roman. cons. 18. num. 4. Aym. consil. 225. num. 12. Boer. dec. 23. num. 28. Pinell. in l. 1. in 3. par. num. 81. C. de bon. matern. vers. ampliatur septimum*.

Non obstat protestatio facta per affectum Procuratorem Elenæ, quod volebat possidere vineam, donec fuerit satisfacta de dote, pro-
7 ut fuerit iudicatum, * quia vltra responsiones datas in *decisione bo. me. Cardinalis Sacrati*, fuit dictum hoc non excludere retentionem immò includere, sed quia tunc non loquebatur de valore hæreditatis, an in subsidium posset retinere, ideò censendum est fuisse addita illa verba in protestatione *donec fuerit satisfacta de dote prout fuerit iudicatum*, non autem quod simpliciter voluerit retinere iure pignoris, & huic argumento bene satisfacit prædicta *decisio bo. me. Cardinalis Sacrati*.

Circa aliud motiuum, an vinea esset fundus dotalis DD. non fuerunt concordes; negantes esse fundum dotalem dicebant præcessisse
8 promissionem dotis in certa summa, * & vineã fuisse datam in solutum, & propterea licet fuerit dictum, quod vinea debeat esse fundus dotalis, nihilominùs hæc verba erant intelligenda vt fundus fuerit datus pro satisfactione dotis ex allegat per *Honded. cons. 41. per tot.* & præsertim *num. 18. lib. 1.* maximè cum fuerit data fa-
9 cultas alienandi marito .*

Domini verò, qui contrarium sentiebant mouebantur, quia æstimatio non facit emptio-
10 nem, & venditionem, quando * constat de contraria mente, & tunc estimatio censetur facta pro videndis deteriorationibus, vt per eundem *Honded. cons. 77. num. 6. & 7. lib. 2.* In proposito autem non fuit dictum, quod prædium dabatur in pagamentum, & in fundum dotalem,
11 quo casu benè sustinetur interpretatio * *Honded. cons. 41. num. 18.* sed fuit dictum, quod vinea sit, & esse debeat fundus dotalis ipsius Ele-
12 næ æstimatus tantum, * vnde clarè videbatur dicendum, æstimationem fuisse factam pro cognoscendis deteriorationibus, & facultas alienandi retorquebatur, quia non fuit simpliciter
13 data facultas alienandi, sed actum, * quod in euentum, in quem maritus alienaret vineam, teneretur prætium inuestire super alijs bonis stabilibus, vel dare idoneos fideiussores in omnem casum restitutionis dotis, vnde apparet, quod solum mulier consentiebat alienationi fundi dotalis, dummodò reinuestiretur, vel darentur idonei fideiussores iuxtà theoricam *Alexandri* de qua in *l. menia §. fundus nu. 1. vers. post et tamen maritus ff. solut. matrim.*

Præsens decisio fuit confirmata die 23. Iunij 1625.

LEODIEN. DOMINII.

Veneris 19. Ianuarij 1624.

ARGVMENTVM.

Sententia non visis actis probatorijs quando sit nulla. Transportatio omnium actorum quando sit necessaria vel non. Seruatio terminorum substantialium sufficit pro monitione partis ad producendum iura sua. Executio facta pendente dilatione non valet. Citatio ad videndum relaxari mandatum est necessarium, dum in sententia non fuit relaxatum.

SVMMARIVM.

1 *Sententia non visis actis probatorijs est nulla etiam, quod sit benè, & rectè lata secundum acta, & num. 4. limita num. 6. Declara num. 8*
2 *Sententia in gradu appellationis lata non reproductis actis primæ instantiæ non valet. Limita num. 3.*
3 *Transportatio omnium actorum in causa prophana non est necessaria, quotiescumque acta, quæ deficiunt non sunt talia, vt de sui natura sint apta reddere sententiam nullam, vel iniustam.*
5 *Acta probatoria sunt quæ ad veritatis indaginem pertinent, & quæ nõ pereunt perempta instantia.*
7 *Rotæ stylus est, quod qui vult prosequi causam transportet, & solet silere in causa donec acta integrè transportentur.*
9 *Facilius impeditur aliquid fieri ab initio, quam quod ex post facto tollatur.*
10 *Appellans transportare tenetur omnia acta suis expensis secundum dispositionem* Concil. Trid.
11 *Declara* Conc. Trid. *dispositionem procedere in causis Ecclesiasticis, non autem in prophanis quæ uis vertant coram Iudice Ecclesiastico.*
12 *Rota reuerenter sequitur resolutiones Congregationis Concilij.*
13 *Dum vnaquæque pars habet processum suorum Iurium, si alia pars non producit iura sua, postquam fuit monita; Index potest proferre sententiam super Iuribus productis.*
In Ciuitate Leodien. vnaquæque pars habet processum suorum Iurium num 13.
14 *Seruatio terminorum substantialium sufficit pro monitione partis ad producendum iura sua & num. 17.*
15 *Terminus ad deducendum omnia est vnus ex terminis, qui respicit cognitionem causæ.*
16 *Terminus ad deducendum omnia seruatur ad certam diem.*
18 *Executio facta pendente mense vtili à Iudice concessio, & sic dilatione pendente spoliat.*
19 *Citatio ad videndum relaxari mandatum, & illud exequendum est necessaria, quando in sententia mandatum non fuit relaxatum, licet quæstio hac sit controuersa,*
20 *Possessio capta pendente termino prauia citatione à Iudice assignato, quod interim nihil attentetur est attentata.*

Terminus praeuia citatione partis à Iudice assignatus non potest abbreuiari absque noua citatione numer. 20.

DECISIO MCDLXXXIII.

Iterum Rota resoluit sententiam Rotalem esse validam, & iustam, prout fuit firmatum in *decisione facta 3. Iulij superioris anni*, & quantum attinet ad validitatem, licèt vera sit conclusio,
1 quod sententia non visis actis non valet, * etiã quod esset benè, & rectè lata secundum acta *Bartol. in l. 2. numer. 5. vers. 3. modo C. de edendo Cassador. dec 2. numer. 10. de appellat.* & secun-
2 da sententia lata coram secundo Iudice * non reproductis actis primae instantiae dicitur nulliter lata, *Caesar de Graff. decis. 9. numer. 5. de caus. possess. & propriet. Gabr. de appellat. concl. 2.* Attamen fuit dictum, quod haec acta fuerint visa, & licet post sententiam fuerit ostensum aliqua deficere, tamen cum ista causa sit pro-
3 phana, * & acta, quae deficiebant non sint talia, vt de sui natura sint apta reddere sententiam nullam, vel iniustam, vt fuit ostensum in alia *decisione*, omnissio transportationis non reddit sententiam nullam, vel iniustam ex rationibus deductis in alia *decisione*, & benè *Modern. de appellat. quaest. 20. numer. 13.* vbi exemplificat si non fuerunt transportata interrogatoria, actus conclusionis in causa, vel aliqua citatio non necessaria.

Non obstat, quod sententia non visis actis
4 probatorijs sit nulla * *Cagnol. in l. 2. numer. 68. C. de eden. Felin. in cap. Ecclesia S. Mariae num. 17. de constit.* & fuit latè deductũ *corã me in causa Romana vineae de Brunis 19. Nouem. 1603.* quia fuit responsum, quod in hoc casu non agitur de actis probatorijs, vt patet ex alia *decisione*, acta enim probatoria sunt illa, quae ad verita-
5 tis indaginem pertinent, * & quae non pereunt perempta instantia *Marian. Soccin. in c. Venerabilis vers. 27. conclus. 3. numer. 55. & 56. de iudic. inter tract. tom. 3. par. 1. Marant. in spec. par. 5. principal. in verbo & omnia fiant durante instantia numer. 55.* & benè *Abb. in c. Venerabilis sub numer. 14. de iudic.* Et quatenùs ageretur de actis probatorijs, prout verè non agitur, sufficeret etiam, quod hodiè constet acta non
6 esse releuantia * ex rationibus supra ponderatis, & latius in alia *decisione*.

Non obstat, quod praedictis admissis, tolleretur stylus Rotae, quae semper consueuit di-
7 cere, * qui vult prosequi causam transportet, & solet silere in causa donec acta integrè trãsportentur; Quia fuit responsum, quod hic non agitur in principio causae, sed lata sententia de cuius validitate quaeritur, & propterea cum sententia non visis actis non sit nulla ex defectu iurisdictionis, sed ob non transportationem actorum, resultaret maximum
8 absurdum si acta non essent releuantia, * quod sententia nulla diceretur, & ratio differentiae est inter principium causae, & post latam sententiam, quia in principio causae Iudex potest suspicari, an acta sint releuantia, post verò latam sententiam si constat non esse releuantia, non debet sententia annulari cum facilius impediatur aliquid fieri ab ini-
9 tio, * quàm quod ex post facto tollatur *Roman. cons. 519 numer. 3.*

Neque obstat *Concil. Trid sess. 24. c. 2. de reform.* in quo disponitur, quod appellans te-
10 neatur omnia acta expensis suis transportare, * quia vt fuit dictum in alia *decisione Concilium* procedit in causis Ecclesiasticis, non autem in
11 prophanis, * etiam quod vertantur coram Iudice Ecclesiastico, vt tenuit *Congregatio Illustrissimorum Interpretum Concilij*, quorum sen-
12 tentiam Rota passim reuerentèr sequitur, * vt in *decisionibus cumulatis in decisione facta 3. Iulij superioris anni*.

Praeterea fuit consideratum prout, & in alia *decisione*, quod quando sunt duo processus, & vnaquaeque pars habeat processum suorum
13 Iurium, * prout deponunt testes fieri in Ciuitate Leodien. cum alia pars non producit sua Iura, postquam fuit monita, Iudex potest proferre sententiam super Iuribus productis *Cagnol. in l. 2. numer. 70. & Seysell. numer. 12. C. de edend.* In hoc autem casu est abundanti specialiter fuit monita, cum sufficiat etiam fer-
14 natio terminorum substantialium * sepè reiteratorum, vt fuit resolutum in *decisionibus allegatis in priori decisione*, & ratio est, quia seruatur terminus ad deducendum omnia, qui est vnus ex terminis, qui respicit cognitionem
15 causae, * & defensionem Partium, vt late per *Modern. de iudic. lib. 2. c. 2. quaest. 13. num. 239.*
16 *& seqq.* & seruatur ad certam diem, * vt per *Vestr. in prax. lib. 5. cap. 2. & 3.* & ibi *Adden.* Vndè negari non potest, quin seruatio termi-
17 norum habeat vim specialis monitionis, * ad producendum processum.

Quantum verò attinet ad Iustitiam sententiae Rotalis, cum illa fuerit lata in spolio, videtur iusta, cum executio fuerit facta à Iudice pendente mense vtili à Iudice concesso, & sic
18 pendente dilatione * *ad l. fine pars, C. de dilat.* & sinè citatione ad videndum relaxari mandatum, & illud exequendum, quae erat necessa-
19 ria, * cum mandatum non fuerit relaxatum in sententia ex allegatis in *decisionibus in hac causa factis*, quae quidem nullitas non potest euitari, ex quo sit controuersa opinio, an requiratur noua citatio, quando mandatum non est relaxatum in sententia, & in ea dicitur Actorem esse immittendum; Quia fuit responsum, quod in hoc casu cessat omnis difficultas, ex quo coram Officiali Leodien. sub die 5. Aprilis fuit decreta citatio contra Emanuelem in-
20 frà octo dies proximos, * & decretum, quod interim nihil attentetur circa possessionem bonorum controuersorum, quare non potuit die 11. eiusdem mensis immitti in possessionem, quia stante supradicta citatione erat ei acquisitum ius, & dictus terminus saltim abbreuiari non poterat sinè noua citatione, ad *l. de vnoquoque ff. de re iudicata*.

Ex quibus, & alijs capitibus ponderatis in alijs *decisionibus*, cum constet de iustitia sententiae Rotalis, & ex praedictis etiam valida sit, debet confirmari, & sic denuò responsum, vtra-

vtraque parte informante.

Præsens decisio fuit confirmata coram Buratto decis. 812.

PERVSINA DE ALPHANIS.

Mercurij 24. Ianuarij 1624.

A R G V M E N T V M.

Qui dedit interrogatoria etiamsi ei edita non fuerint nomina testium, & fuerint nulliter examinati, tamen contra eorum personas reclamare non potest, & intrat arbitrium adhoc vt illi probent.

S V M M A R I V M.

1 *Intrat arbitrium ad hoc vt testes probent quando pars dedit interrogatoria, licet fuerint nulliter examinati.*

2 *Interrogatoriorum datio operatur vt ius illa dantis sit saluum.*

3 *Dans interrogatoria absque quod illi fuerint ædita nomina testium, censetur non habuisse quidquam opponere contra personas Testium, & ampliùs reclamare non potest, maximè si fuerit citatus ad videndum eligi Iudicem, & examinatorem, & interpretem pro vtraque parte.*

4 *Præsertim dum Testes sunt mortui.*

5 *Arbitrium intrare potest vbi res est dubia.*

D E C I S I O MCDLXXXIV.

FVit resolutum intrare arbitrium, ad effectum,
quod testes probent; Nam & si fuerint nul-
1 liter exanimati, * nihilominus cum pars dede-
rit interrogatoria, nec aliquid ampliùs posset
deducere, intrat arbitrium, quia nedum videtur
consensisse ad causam, sed ius suum est saluum
2 per dationem interrogatoriorũ * *Put decis. 300. numer. 2. & 3. lib. 3. in nou. Cresc. dec. 1. numer. 1. de Sen. Cæsar. de Graff. decis. 11. numer. 18. de probat. Caputaq. decis. 149. par. 1.*

Neque obstat, quod nomina testium non
fuerint ædita, vnde non potuerunt dari inter-
rogatoria contra personas, quia cum pars fue-
rit citata ad videndum eligi Iudicem, Exami-
3 natorem, * & Interpretem pro vtraque parte,
non reclamauit, sed dedit interrogatoria; Hinc
clarè patet, quod non haberet, quid oppone-
ret contra personas etiam quod illas ignora-
ret, & *Puteus* fundat se in consensu dandi inter-
rogatoria, & quod nihil ampliùs deduci pote-
rat, & loquitur in casu, quo nomina testium
non fuerant ædita cum ageretur de testibus in-
ducendis.

Et prædicta eo magis placuerunt DD. quia
4 testes sunt mortui, * vt in simili *Mohedan. decis. 7. numer. 3. de testibus*, & fuit dictum in causa
Meliten. Conserua coram R. P. D. Meo Buratto,
quæ est *decis. 78. par. 2. in recent.* & nihil hodiè
opponitur contra dictas personas, quod sit iu-
stificatum.

Non obstat, quod arbitrium non conceditur vbi agitur de confouendo spolio, quia hic
nullum adest spolium, & possessio est sub se-
questro; Quarè certum est materiam fuisse
5 dubiam, * vndè non impedit arbitrium, vt fuit
resolutum in causa *Corduben. præstimonij 3. Aprilis 1621. coram R. P. D. Meo Remboldo*, & in *Firmana Beneficiorum 13. Ianuarij 1617. coram eodem.*

Et ita conclusum vtraque parte informante.

ROMANA BENEFICIATVS S. LAVRENTII IN DAMASO.

Mercurij 24. Ianuarij 1624.

ARGVMENTO.

Non indiget.

S V M M A R I V M.

1 *Immissio debetur præsentato, dum constat de Iurepatronatus, de præsentatione facta in tempore, & de illius habilitatibus non obstante quod alius sit in possessione vigore Gratiæ Apostolicæ, quæ non sit iustificata.*

2 *Vel oretenus deducatur alia gratia, quæ non sit in actis.*

DECISIO MCDLXXXV.

DD. perstiterunt in resolutis scilicet dandam
esse immissionem Francisco, quia constat
de iurepatronatus, de præsentatione facta in
1 tempore, * & de habilitatibus illius, vt fuit de-
ductum in alia *decisione.*

Neque obstat, quod Nicolaus sit in posses-
sione cum Gratia Apostolica, quia illa non est
iustificata, nec potest iustificari, & propterea
cum Franciscus probauerit intentionem suam,
non potest illi denegari immissio.

Non obstant ea, quæ oretenus dicebantur de
gratia *si neutri*, quia illa non est in actis, * & cum
2 iam sit probatum ius Francisci in contradicto-
rio iudicio, satis videtur, quod illa gratia me-
ritò non producitur, quia quoad ius Francisci
est iustificabilis.

Et ita conclusum, &c.

Præsens decisio fuit confirmata coram Durano decis. 130. vbi etiam fuit firmatum esse laicale.

TOLETANA CONSTITVTIONVM SYNODALIVM.

Veneris 9. Februarij 1624.

ARGVMENTVM.

A constitutione Synodali non datur appel-

latio suspensiua, quando non continet
manifestam iniquitatem, & non est in
odium alicuius particularis. Constitu-
tio Synodalis disponens de casibus, de
quibus in decisione non dicitur contra
ius.

SVMMARIVM.

1 *A Constitutione Synodali non datur appellatio suspensiua, quando non continet manifestam iniquitatem, & non est in odium particularis personæ, & num. 3.*
Idque procedit in omnibus statutis num. 1.
2 *A Concilio Synodali datur appellatio, & recursus ad Summum Pontificem.*
4 *Constitutio Synodalis non potest disponere contra ius.*
5 *Constitutio Synodalis disponens circa celebrationẽ missarum, quæ ex largitionibus fidelium celebrari debent non est contra ius.*
6 *Episcopus debet prouidere, vt voluntates fidelium adimpleantur.*
7 *Constitutio Synodalis, quæ disponit circa missas, quæ à defunctis relinquuntur non est contra ius.*
8 *Prout non dicitur contra ius si in ea relinquitur Parocho, Beneficiatis, cæterisque Præsbyteris cuiuslibet Ecclesiæ, vt quas viderint posse missas celebrare habita consideratione onerum, & obligationum celebrent, & reliquas distribuant prout ipsis videbitur expedire.*
9 *Si missa celebretur in Ecclesia, in qua adsunt corpora defunctorum maior est honor Ecclesiæ, & fortè maius suffragium consequitur anima. vide num. 11.*
10 *Missa, vel aliud sacrificium celebratum in vna Ecclesia non magis prodest ibi sepultis, quam alijs.*
11 *Honestius tamen est, quod missæ celebrentur in Ecclesia vbi cadauera sunt sepulta, quam alibi cum patrocinio illorum Sanctorum, in quorum honorem Ecclesia fuit consecrata adiuuentur, vide tamen ibi*
12 *Statutum, vel Constitutio disponens aliquid, prout alteri videbitur expedire, nihil simpliciter firmat.*

DECISIO MCDLXXXVI.

HÆc caula fuit commissa per Signaturam
Gratiæ cum clausula *sine retardatione exe-
cutionis constitutionis synodalis arbitrio Rotæ*; Qua-
rè dubitaui an intraret arbitrium pro retarda-
tione executionis dictæ constitutionis & nega-
tiuè fuit resolutum: Ratio *decis.* fuit, quia clau-
sula *arbitrio* intelligitur prout de iure; De iure
autem à Constitutione Synodali non datur ap-
pellatio ad effectum suspensiuum, * quando
1 non continet manifestam iniquitatem, & non
est in odium particularis personæ, & ista est re-
gula in omnibus statutis habentibus prædictas
conditiones *l. final.* vbi *Bart.* ponit Theoricam
num. 3. ff. de appellat. recip. idem *Bartol. in l. om-
nes populi num. 53. vers. vltimo quæro ff. de iust.
& iur. Abb. in c. consuluit il 2. num. 4.* & ibi
*Dec. num. 7. cum seqq. de appellation. Ias. in l. 1.
num. 3. ff. de legib. Bero. in rub. de constit. num. 37.
& 38. Alex. cons. 190. num. 14. lib. 2.*
Neque obstat, quod à Concilio Synodali da-
tur appellatio, & recursus ad Summum Ponti-
2 ficem * c. *sicut excellentiam 48. ante finem vers.
ex Concilio verò Numidiæ 23. q. 4. Præposit. in
rub. de appellat. num. 34. Iacobat. de Concil. lib. 9.
art. 12. num. 200. & lib. 10. art. 1. num. 1.* quia
hoc non negatur, sed punctus stat, an in hoc
casu sit admittenda ad effectum deuolutiuum
tantum, vel etiam suspensiuum, vnde recurren-
dum est ad theoricam prædictam, & ideò cum
Constitutio Synodalis sit iuridica, & vniuersa-
3 lis non est admittenda appellatio * ad effectum
suspensiuum.
Minus etiam obstat, quod constitutio syno-
4 dalis non possit disponere contra ius, * *Rot. co-
ram san. me. Gregorio dec. 339. num. 6.* quia hoc
est verum, sed aut prætenditur, quod constitu-
tio sit contra ius, ex quo disponit circa celebra-
tionem missarum, quæ ex largitionibus fide-
5 lium celebrari debent, * & hoc non est verum,
nam Episcopus debet prouidere vt voluntates
6 fidelium adimpleantur * *c. cum accessissent, & c.
ex parte de constit.* aut ex quo disponit circa
7 missas, quæ à defunctis relinquuntur, * & pari-
ter non est contra ius vt per *Nouar. in manual.
c. 25. num. 138.* quem sequitur *Rodriquez quæ-
stionum regul. tom. 1. q. 43. artic. 13. vers. sed vt
onera,* & est clara dispositio *Conc. Trid. sess. 25.
cap. 4. de reform.* Aut prætenditur contra ius, ex
quo in constitutione disponitur, quod viso nu-
mero missarum, & Clericorum Concilium Se-
renissimi Archiepiscopi relinquat Parocho, *
8 Beneficiatis, & cœteris Præsbyteris cuiuslibet
Ecclesiæ, quas viderint eos posse celebrare, ha-
bita consideratione onerum, & obligationum,
&c. & reliquas distribuent prout ipsis visum
fuerit expedire, & in isto casu nec constitutio
est contra ius.
Quare licet *Innocentius in c. fraternitatem de
sepulturis* dicat, quod maior est honor Eccle-
9 siæ, * & forte maiorem etiam consequitur ani-
ma, si missa celebretur in Ecclesia, in qua adsunt
corpora defunctorum, tamen fatetur, quod sa-
crificium celebratum in vna Ecclesia, non ma-
10 gis prodest ibi sepultis, quam alijs, & allegat
*Text. in c. non mediocritèr vers. dum igitur de
consecrat. dist. 5. & Abb. in cons. 99. num. 5. vers.
honestius enim lib. 2.* licet dicat, Honestius esse
quod missæ celebrentur in Ecclesia, vbi cada-
uera sunt sepulta * quam alibi, cum patrocinio
11 illorum Sanctorum, in quorum honorem Ec-
clesia illa fuit consecrata, adiuuentur, tamen in
fine consilij in vers. ad tertium, & vltimum dicit,
quod cœteris paribus missæ debent celebrari
in Ecclesia, in qua cadauera sunt humata, sed
quando non possint celebrari propter penu-
riam Sacerdotum, in quacunque Ecclesia pos-
sunt celebrari, quia loca non santificant, sed
merita; Ex quibus sequitur, quod cum consti-
tutio Synodalis referuet distributionem prout
sibi visum fuerit, hoc non simpliciciter facit, *
12 sed in casu, quo onera non possint impleri in
eadem Ecclesia, vt supra relatum est; Vnde me-
ritò

ritò hæc constitutio etiam in hac parte, non est contra, sed secundum ius.

Et ita resolutum non intrare arbitrium pro retardanda executione Constitutionis Synodalis.

Præsens decisio fuit confirmata die 17. Iunij sequentis.

CARPENTORATEN. PRIORATVS.

Veneris 9. Februarij 1624.

ARGVMENTVM.

Manutentio in possessione beneficij debetur ei, qui prius adeptus fuit possessionem licet instrumentalem alio tunc temporis non possidente, nec potest impediri sub prætextu quod fuerit capta litteris non expeditis, quando versatur in prouisione inferioris. Cætera patent ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Possessor anterior est manutenendus, Ampl. num. 5.*
2 *Possessio probatur ex instrumento adeptionis illius.*
3 *Possessio instrumentalis suffragatur ad obtinendam manutentionem dum alius non est in possessione.*
4 *Possessio posterior præsumitur clandestina, & turbatiua, & non impedit manutentionem anteriori.*
5 *Etiamsi posterior ceperit possessionem de mandato Iudicis.*
6 *Iudex nulliter procedens non priuat possessione.*
7 *Is ciuilem possessionem retinet, qui non habet se pro spoliato, ex facto Iudicis nulliter procedentis.*
8 *Interdictum retinendæ datur ciuiliter possidenti contra occupantem naturalem possessionem.*
9 *Executio facta non citato possessore est nulla.*
10 *Constitutio* Iulij Tertij *super expeditione litterarum Apostolicarum an habeat locum etiam in prouisionibus inferiorum dubitatur num. 10.*
11 *Decretum irritans, quod non est iustificatum non tollit insistentiam facti, per quam conceditur manutentio.*
12 *Asserenti possessionem Beneficij captam fuisse litteris non expeditis incumbit onus probandi.*
13 *Litteras Apostolicas non fuisse expeditas non probatur ex instrumento captæ possessionis beneficij, in quo dicitur commissum fuisse mediante quadam Cartello D. Vice Legati, quod possessio traderetur licet Bullæ expeditæ non sint.*
14 *In manutentionis iudicio attenditur sola possessio, non quæ respiciunt petitorium.*

DECISIO MCDLXXXVII.

Fuit vtraque parte informante resolutum D. Emundo dandum esse mandatum de manutenendo, cum sit antiquior possessor * *§. hodiè instit. de interd.* quæ quidem possessio pro-
2 batur ex instrumento adeptionis * *l. prædis vbi Bartol. num. 1. ff. de acquir. possess. l. non idcirco vbi Bald. in princ. C. de fid. Instrum.* & suffragatur etiam quod sit instrumentalis cum alius non esset in possessione, * *Cæsar. de Gass. dec. 1. in princ. de caus. possess. & propriet. Cassad. dec. 20. in fine de praeben. Caputaq. dec. 334. num. 6. lib. 2.* & fuit sepissimè resolutum: Et cessat omnis difficultas, quia in hoc casu constat etiam de perceptione fructuum.

Non obstat posterior possessio D. Ioannis, quia tanquam iunior præsumitur clandestina,
4 & turbatiua, * *Bartol. in l. si duo num. 4. vers. si vero Testes vniuscuiusque ff. vt possid. c. licet causam*, & ibi *DD.* per illum *Text. de probat. Couar. pract. quæst. 17. in fin. vers. Duodecimo merito.* Et hæc conclusio procedit etiā quod ceperit possessionē de mādato Iudi-
5 cis, * quia cum nulliter processerit, non pri-
6 uauit D. Emundum sua possessione * *Ang. & DD. in l. clam possidere §. qui ad nundinas ff. de acquir. possess.* Et eum D. Emundus non habuerit se pro spoliato dicitur ciuilem reti-
7 nuisse * *d. §. qui ad nundinas*, cuius vigore dandum est illi interdictum retinendæ contra oc-
8 cupantem naturalem * *Bart. in l. 1. §. Interdictum num. 2. & l. si duo n. 2. vt possid.*

Quod autem Iudex nulliter processerit est patens, quia cum D. Emundus possidet, non
9 potuit Iudex procedere ad executionem * non citato dicto D. Emundo *c. licet Episcopus, vbi gloss. in verbo vocato de præb. in 6. l. fin. C. si per vim vel alio modo* late *Fælin. in cap. dudum n. 24. de præscript. & fuit sepissimè resolutum.*

Neque obstat, quod possessio D. Emundi fuerit capta non expeditis litteris, contra formam Constitutionis *Iulij III.* & ipsi tanquam intrusis non debeatur manutentio. Primo quia
10 hoc motiuū non subsistit, non est enim clarū, * quod Constitutio *Iulij* habeat locum in prouisionibus inferiorum, & propterea non obstante decreto irritante, non potest denegari manutentio, quia cum dictum decretum non sit iustificatum, interim non tollit insistentiam
11 facti, * vt fuit resolutum in causa *Meliten. Parochialis 27. Ianuarij 1603. coram me*, in qua aliæ *decis.* allegantur; Secundo fuit responsum, quod dicenti possessionem fuisse captam litteris non expeditis, incumbit onus hoc proban-
12 di, * vt per *Chissan.* & alios, quos allegat *Garz. de benefic. par. 4. cap. 2. num. 49 & 50.* Nec hoc videtur probatum ex Instrumento captæ possessionis, in quo dicitur commissum
13 fuisse * mediante quodam cartello D. Vicelegati, quod possessio traderetur licet Bullæ expeditæ non sint, ex illis enim verbis non resultat negatiua, quod Bullæ expeditæ non fuerint, sed potiùs censentur positæ ampliatiuè scilicet etiā si Bullæ expeditæ non fuerint; Et cessat omnis difficultas, cum ostendatur Bullas ante adeptionem possessionis fuisse expeditas, & qui dicit habere datam anteriorem, tenetur hoc probare ex *supra allegatis*, quod non videtur probatum ex prædictis per verba illa enunciatiua.

Non obstant ea, quæ dicuntur circa Parochia-

chialitatem huius Prioratus, quia ista respi-
14 ciunt petitorium, * & in hoc iudicio atten-
ditur sola possessio.

Et ita conclusum &c.

TREVEREN. PRAEPOSITVRAE.

Lunæ 12. Febr. 1624.

ARGVMENTVM.

Beneficia vacantia per promotionem sunt reseruata, licet sit data facultas illa retinendi, itaut quandocumque vacent dicantur reseruata.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia vacantia per promotionem sunt reseruata, quandocumque vacent etiamsi sit data facultas illa retinendi.*

Extrauag. ad regimen de præben. *reseruat beneficia vacantia per promotionem, etiamsi sit data facultas illa retinendi, itaut quandocumque vacent censeantur reseruata nu. 1.*

2 *Capitulum* Treuerē. *an habeat indultum à Papa eligendi ad Præposituram illius Ecclesiæ pendet à duobus, de quibus ibi.*

3 *Quando dubitatur de stylo Dataria an scilicet prouiderit de beneficio tanquam de vacante apud Sedem Rota se remittit ad eandem Dateriam.*

4 *Papa in confirmatione, vel prouisione Cathedralium quandò non dat retentionem beneficij prouiso solet apponere decretum vacationis.*

5 *Et isto casu dicitur vacare apud sedem.*

DECISIO MCDLXXXVIII.

CVm Reuerendissimus Episcopus Spiren. in
assumptione ad dictam Ecclesiam obti-
nuerit retentionem Præpositure Ecclesiæ Tre-
ueren. quam dimisit in manibus Capituli Tre-
ueren. postquam fuit electus in Archiepisco-
pum illius Ciuitatis, Domini non dubitarunt
quin dicta Præpositura sit reseruata, quia *ex-
trauagans ad Regimen de præbend.* quæ innoua-
tur *per reg. primam Cancellariæ*, & reseruat be-
1 neficia vacantia per promotionem * habet
locum etiam quando datur retentio beneficio-
rum, ita vt illa beneficia quandocunque va-
cent censentur reseruata *Cassador. dec. 2. & 3.
de constit. Mandos. ad reg. 1. q. 15. Nonar. in c.
accepta de restit. spoliator. opposit. 10. solut. n. 34.
A.A. in Epit. super Reg. 1. §. 6.* & fuit dictum
in causa *Romana, Fauentina Cremonen. reserua-
tiones beneficiorum Lunæ 11. Iulij* 1605. *coram
bo. me. Pænia*, & etiam quod vacent per resi-
gnationem, vt fuit resolutum in causa *Asto-
ricen. de los Pegos* 19. *Decembris* 1588. *coram
Reuerendissimo Perusino.*

Quia tamen Capitulum Treueren. præten-
dit habere indultum *Leonis X.* elegendi ad
hanc Præposituram etiam quod sit reserua-
2 ta, * præterquam ex vacatione apud Sedem,
fuit dictum, quod an Indultum suffragetur,
pendet ex duobus. Primo ex stylo Datariæ,
an scilicet prouideat de istis reseruatis, tan-
3 quam de vacantibus apud sedem, * super quo
Rota se remittit à d. Datariam; Secundo
An dicta Præpositura potuerit dimitti in præ-
iudicium reseruationis Papæ inductæ ex dicta
extrauaganti ad Regimen, cum stante dicta re-
seruatione Papa in confirmatione, seù proui-
4 sione Cathedralium, * quando non dat reten-
tionem solet apponere decretum vacationis,
5 & tunc dicuntur vacare apud Sedem, * vt fuit
dictū in causa *Toletana Scolastriæ de Alcala* 22.
Iunij 1592. *coram Orano*, de quo, & an etiam
obstet *Regula 26. Cancellariæ* (si opus erit)
poterit videri.

Et ità conclusum vna tantum parte informante.

ROMANA SPOLII DOMVS.

Lunæ 26. Febr. 1624.

ARGVMENTVM.

Non obstante exceptione melioramentorum quandò competat immissio vel possit fieri executio pro indiuiso.

SVMMARIVM.

1 *Res subrogata recipit omnes conditiones, & qualitates rei, in cuius locum fuit subrogata.*

Sicuti contra aliquam rem poterat relaxari mandatum, ita contra aliam rem in illius locum subrogatam num. 1.

2 *Pro melioramentis datur retentio. Vide n. 3.*

3 *Immissio vel executio pro indiuiso non denegatur ob exceptionem melioramentorum, quod is qui petit immissionem, vel executionem est pauper, itaut de facili non possit satisfacere, & si daretur retentio, difficiliter recuperaret quod suum est & num. 4.*

4 *Iudex potest eligere viam, per quam vtrique parti consulatur.*

5 *Executio ob exceptionem melioramentorum pro indiuiso retardari non potest, quando non adest incertitudo crediti respectu quantitatis, neque respectu vniuersitatis bonorum, licèt incertitudo sit respectu loci particularis, ex quo melioramenta sunt reficienda, secus autem esset, si solum certitudo esset ratione vniuersitatis.*

DECISIO MCDLXXXIX.

EGit Florenus spolio contra domum possessam à Comite Santinello, quæ cum de licentia Papæ fuerit vendita, ac eius loco subrogata 12. loca montium, contra quæ fuit relaxatum mandatum pro reintegratione, & loco dd. locorum montium fuerit subrogata certa domus

domus, dubitaui an esset relaxandum mandatum contrà dictam domum, & affirmatiuè fuit resolutum, quia ista domus subrogata recepit omnes conditiones, & qualitates loco-
1 rum montium, * in quorum locum fuit subrogata, vt latè *per Molin. de Primogen. lib. 4. cap. 4. numer. 36.* & hæc conclusio non controuertebatur ab informatibus.

Sed difficultas erat, quia in mandato Rotali dicitur detractis scut. 203. b. 33. scilicet sc. 150. liquidatis, & scut. 33. b. 33. ratione tertiæ partis prætij duarum stantiarum, & cum dicta summa sit pro melioramentis, certum est pro
2 illis dari retentionem * *l. si in Arca ff. de condit. Indeb. Corn. cons. 147. numer. 18. lib. 2. Capic. dec. 17. numer. 7.* Vnde merito eum mandatum fuerit relaxatum contra loca montium Rota dixit detractis prius dictis scut. 203. b. 33. quarè inferebatur, quod antè refectionem melioramentorum, non poterat exequi dictum mandatum.

Cæterum dicebant Domini, quod quamuis prædicta vera sint, nihilominus cum Florenus
3 sit Pauper, * & non possit ità de facili satisfacere, etsi daretur retentio difficulter recuperaret quod suum est, ideò cum iudex hoc casu possit eligere viam per quam vtrique parti
4 consulatur * *Ias. in l. 1. numer. 16. ff. si quis caut.* ideo fuit consultum, quod mandatum exequatur pro indiuiso, quod potest fieri, cum creditum Floreni sit certum ratione quotæ, & loci; quotæ quidè quia, iam Rota firmauit, quid pro melioramentis, & stantijs spectat ad Santinellum, & loci etiam quia hæc domus fuit subrogata loco montium, & istis casibus Rota solet concedere exequutionem pro indiuiso, vt fuit resolutum *coram me in causa Tusculana fideicommissi 4. Iulij 1620.*

Neque obstat, quod incertitudo videatur esse ratione meliotamentorum, eum illorum occasione Santinellus habeat intentionem fundatam in qualibet parte domus; quia cum non
5 adsit incertitudo respectu quantitatis, * neque respectu vniuersitatis bonorum, sed solum respectu loci particularis, ex quo melioramenta sunt reficienda, non potest retardari executio pro indiuiso *Rot. dec. 59. numer. 2. & 3. par. 2.* & fuit dictum in d. causa *Tusculana*, & ista executio debet fieri cum perceptione fructuũ, cum adsit certitudo non solum Vniuersitatis, sed etiam quantitatis crediti, eum demptis melioramentis, & prætio stantiarum, residuum spectet ad Florenum, licet secus esset, si adesset solum certitudo ratione vniuersitatis, vt in dicta causa *Tusculana coram me.*

Non obstant aliæ prætensiones Santinelli quoad censum, & similes, quæ cum non sint iustificatæ, neque sint præseruatæ in mandato Rotali, non debent impedire executionem dicti mandati.

Et ita conclusum vtraque parte informante.

CAESARAVGVSTANA PRAEEMINENTIARVM.

Lunæ 26. Febr. 1624.

ARGVMENTVM.

Manutentioni in quasi possessione præheminentiarum concessæ Canonicis Ecclesiæ B. Mariæ de Pilar non obstat Breue sæcularizationis S. Saluatoris emanatum à Clemente VIII.

SVMMARIVM.

1 *Qui declarat nihil de nouo facit.*
Breue secundum declaratorium primi non potest dici nouum, aut separatim considerari, sed coniunctim cum primo num. 1.
2 *Ius quesitum dici non potest ex Breui, dum postea Papa in alio Breui declarauit talem fuisse suam intentionem.*
3 *Papa melius quam quisque alius scit qualis fuerit eius voluntas, dum aliquid disposuit.*
4 *Narratiua in Breui Papa facta, quod causa in Rota maturè discussa fuerit, ac lata sententia, & executoriales, ad euitandam subreptionem, potest verificari in manutentione concessa relaxatione executorialium, declaratione censurarum.*
5 *Requirentia altiorem indaginem sunt reijcienda ad petitorium, non autem discutienda in iudicio manutentionis.*
6 *Decretum irritans inficit titulum, & possessionem.*
7 *Decretum irritans donec fuerit iustificatum, non tollit insistentiam facti seu detentationem.*
8 *Clausula sublata apposita in Breui Papa tunc operatur, quando fuerit firmatum illud esse attendendum, & secundum Breue non obstare.*

DECISIO MCDXC.

Post resolutiones factas, quod Ecclesiæ Beatæ Mariæ de Pilar competebat interdictum retinendæ, & post relaxatum mandatum de manutenendo, dubitaui, an Breue sæcularizationis obstaret dicto mandato de manutenendo, in quo quidem Breui disponitur, quod Seculares debeant præcedere Regularibus, & *Rota die 10. Nouembris superioris anni negatiuè resoluit*, quæ quidem sententia, & hodiè placuit Dominis; Ratio *decisionis* fuit secundum Breue declaratorium, in quo *San. me. Clemens* declaranit suæ intentionis minimè fuisse præiudicare præeminentijs Ecclesiæ Beatæ Mariæ del Pilari, quod quidem secundum Breue non potest dici nouum, aut separatim considerari, sed coniunctim cum primo eum qui declarat
1 nihil de nouo faciat * *l. adeo §. cum quis in fin. ff. de acquir. rer. domin. l. heredes palam. §. sed etsi notum*, vbi *Castrens.* & alij *ff. de testam. Surd. dec. 70. numer. 1.* & benè *Rot. dec. 502. numer. 15. par. 1. in recent. & decis. 700. numer. 16. par. 2.* pariter in *recent.*

Non

Non obſtar, quod in iſto ſecundo Breui de-
claratorio mentis non fuit derogatum *Regulæ
de iure quæſito non tollen.* quia nullum ius quæ-
2 ſitum fuit per primum Breue, * ſtante quod
Papa declarauit nullum voluiſſe præiudicium
inferre Eccleſiæ Beatæ Mariæ del Pilar, pe-
rindè ac ſi ſecularizatio facta nō fuiſſet, & ideò
nullum fuerat ius quæſitum alteri parti, maxi-
mè cum mentem eiuſdē Pontificis nullus alius
3 melius potuit ſcire, quam ipſemet Pontifex, *
qui diſpoſuit per primum Breue, & per ſecun
dum declarauit, & ideò circa hoc caput non
poteſt deduci defectus intentionis, vt benè ad
propoſitum *Rot. dec. 281. numer. 7. par. 1. in re-
cent.*

Neque obſtat, quod iſta procederent, ſi ſe-
cundum Breue non eſſet ſubreptitium; ſubre-
ptio autem deducitur, quia in Breui fuit narra-
tum cauſam in Rotæ Auditorio maturè di-
ſcuſſam fuiſſe, ac lata ſententia, & executo-
4 riales, * quarum tenor non videtur. Nam fuit
reſponſum, quod per Iudices huius cauſæ præ-
uijs deciſionibus Rotalibus fuerunt facta de-
creta ſuper manutentione, & relaxatæ execu-
toriales, ac deuentum ad declarationem cen-
ſurarium, vndè vel ſaluatur narratiua iſto mo-
do, quæ largè poteſt verificari in prædictis,
*Gloſs. in Clem. prima in verbo ſententias de Iudic.
Rip. in rubr. de re Iudic. numer. 7. & 8.* vel mate-
ria redditur turbida, vndè iſta tanquam re-
quirentia altiorem indaginem ſunt reijcienda
5 ad petitorium * *Doctores in l. ſi is à quo ff. vt
in poſſ. legat. Beer. dec. 156. numer. 1. & 2. Goz-
zad. conſ. 95. numer. 9. & 10. Natt. conſ. 152. nu.
4. Menoch. de ad: piſc. remed 3. numer. 180. Rot.
dec. 229. numer. 1. par. 2. in recent.*

Neque etiam obſtat, quod prædicta poſſent
conſiderari, ſi primum Breue non haberet de-
cretum irritans, quod inficit titulum, & poſ-
9 ſeſſionem * *Caſſador. dec 11. numer. 13. ſuper re-
gul.* quia fuit reſponſum, quod ſtante decla-
ratione prædicta decretum irritans non eſt iu-
7 ſtificatum, * & ideò donec iuſtificetur, non
tollit detentionem, ſeù inſiſtentiam facti vt
fuit reſolutum in cauſa *Parmen. Prioratus 16.
Ianuarij, & 16. Februarij 1598. coram bo. me.
Orano,* & in cauſa *Cuſentina Cappellaniæ 26.
Octobris 1601. coram Illuſtriſſimo D. meo Cardi-
nale Millino* & propterea donec cognoſcitur an
ſecundum Breue ſit ſubreptitium, non poteſt
dici iuſtificatum decretum irritans, poſitum
in dicto Breue; & ideò iſta non obſtant ad effe-
ctum manutentionis per *ſupradicta*, & ſimili
ratione reſpondetur ad clauſulam *ſublata*, po-
8 ſitam in primo Breue * vt ſcilicet operatur tunc
effectum ſuum ſi eſſet firmatum illud Breue eſ-
ſe attendendum, & ſecundum non obſtare,
quod cum non ſit firmatum, clauſula *ſublata*
non obſtat *Gabr. de clauſ. concl. 3. num 82. Rot.
dec. 433. numer. 5. par 2. in recent.*

Ex quibus reſolutum Breue non obſtare,
quominus mandatum de manutenendo con-
ceſſum Eccleſiæ del Pilar habeat effectum
ſuum.

ANCONITANA ALIMENTORVM.

Veneris 1. Martij 1624.

ARGVMENTVM.

Pater tenetur alere filium, & pro alimen-
tis ſoluere ſcuta viginti quinque men-
ſtrua ſi ſit diues. Expenſæ funeris non
comprehenduntur ſub aſſignatione fa-
cta pro alimentis, *e per ogn'altra coſa, che
poteſſero hauer biſogno.*

SVMMARIVM.

1 *Pater diues tenetur ſoluere filio pro alimentis ſcu-
ta 25. menſtrua. Ampl. num. 5.*

2 *Pater tenetur alere filium.*

3 *Pater an teneatur alere filium in domo, vel extra
remiſſiue.*

4 *Promiſſio ſoluendi vxori, & filijs certam quan-
titatem pro alimentis debet intelligi facta vni-
cuique pro rata.*

6 *Expenſæ infirmitatis, & funeris mulieris ſpectant
ad maritum.*

7 *Aſſignatio facta pro alimentis,* e per ogn'altra
coſa, che poteſſero hauer biſogno *non com-
prehendit e:penſam funeris.*

8 *Arbitris, quibus eſt data facultas procedendi tam
de iure, quam de facto poſſunt ſe extraindicia-
liter informare.*

DECISIO MCDXCI.

IVſtitia vltimæ ſententiæ pendet à iuſtitia Lau-
di confirmati per priorem ſententiam D. Sa-
chetti, & cum prædictum Laudum ſit iuſtum
ſententia vltima remanet iniuſta, & Laudum,
& ſententia D. Sacchetti iuſta. Quod autem
dictum Laudum, & ſententia D. Sacchetti ſint
iuſta ſatis patet, quia condemnat Marinum ad
ſoluendum ſcuta 25. menſtrua Ioanni filio
1 pro alimentis, * quæ taxatio eſt iuſta ſtantibus
diuitijs D. Marini, & quia Pater tenetur alere
2 filium * *l. ſi quis liberis §. ex his ff. de liber. agnoſ.
Surd. in prima q. ſui tractatus nu.* 1. neque hic eſt
agendum, an Pater teneatur alere in domo,
3 vel extra domum, * ex deductis per *Surd. de
aliment. tit. 7. quæſt* 14. *num.* 1. quia in hoc
non ſtat controuerſia, quia partes conueniunt,
quod alatur extra domum.

Non obſtat, quod aderat prius concordia
inter Patrem, & filium, quod ſoluerec pro
4 alimentis quot annis ſcut. 525. * pro alimen-
tis vxoris Marini, Ioannis filij, & ſuarum ſo-
rorum, quæ promiſſio debet intelligi facta
vnicuique pro rata, non autem in ſolidum
Surd. conſ. 150 *num.* 34. quia cum mater obie-
rit, & vna ex ſororibus, natæ fuerunt nouæ
controuerſię, & factum compromiſſum de iure
& de facto in duos arbitros, qui laudarunt vt
ſupra, & ideo, cum taxatio non ſit exceſſiua,
5 non debet haberi ratio primæ concordiæ, *
quia

quia postea superuenit noua controuersia, & fuit mutatus status negotij propter obitum matris, & sororis.

Non obstat, quod Laudum condemnet Marinum pro alimentis præteritis 14. mensium in scut. 350. & tamen tunc temporis habuit alimenta à Patre, vt prætenditur probari ex testibus. Quia contrarium est verius, nam tempus 14. mensium deducitur à die 1. Martij 1616. & testes probant, quod de mense Martij 1617. Ioannes venit Anconam in domo Patris, & sic testes non contradicunt condemnatione arbitrorum.

Non obstat, quod Laudum condemnet Marinum ad soluendum Ioanni expensas infirmitatis matris, nec non funeris impensam, quia
6 ista spectant ad maritum,* pro quibus an possit se reualere. non est præsentis inspectionis, neque nocet Ioanni, quod summa in concor-
7 dia assignata fuerit assignata pro alimentis * *& per ogn'altra cosa, che potessero hauer bisogno*, quia certum est, quod expensæ funeris non comprehenduntur sub illis verbis; quia viuentes non ægent talibus impensis; & quoad expensas infirmitatis cum potuerunt excedere, & arbitri possunt procedere de iure, & de facto, Marino incumbit onus probandi, quod essent expensæ ordinariæ, & quod propterea comprehenderentur sub verbis concordiæ, quia cum arbitri possent procedere de facto potue-
7 runt se extraiudicialiter informare *.

Ex quibus responsum contra Marinum Patrem informantem.

BONONIEN. POECVNIARIA.

Lunæ 4. Martij 1624.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis non admittit exceptionem extrinsecam à contractu, sed debet exequi.*

2 *Rota potest relaxare mandatum vigore obligationis Cameralis, quando fuit commissa causa* cum facultatibus A.C.

A.C. est exequtor obligationis Cameralis priuatiue quoad alios num. 2.

DECISIO MCDXCII.

Occasione recessus à transactione DD. de Dandinis se obligarunt DD. de Butrigarijs lib. 1512. in quatuor annis singulo anno ratam occasione fructuum eiusdem census, & cum duobus postremis annis, qui iam sunt ælapsi, dicti Dandini defecerint in solutione; Dubitaui an esset relaxandum mandatum, & Domini affirmatiuè resoluerunt, quia Dandini se obligarunt ad dictam solutionem in forma Cameræ, quæ quidem non admittit exceptio-
1 nes extrinsecas à contractu, * sed debet exequi *Cassador. dec. 1. de mut. petit.* & hoc mandatum potest Rota relaxare, quia licet A.C. sit executor priuatiuè quoad alios obligationum
2 Cameralium, * tamen hoc potest in hoc casu etiam facere Rota, cum causa sit commissa cum facultatibus A.C. vt fuit resolutum in causa *Parmen. Datij 4. Iunij 1612. coram me.*

ROMANA EXACTIONIS CANONVM.

Veneris 8. Martij 1624.

ARGVMENTVM.

Quietantia Patris Cellerarij probat solutionem factam Monacis. Contra debitorem, cui à creditore impedita fuit exactio suorum creditorum, debet relaxari mandatum cum assignatione competentis termini. Actu impugnato quis vti potest dum sententia est suspensa per appellationem.

SVMMARIVM.

1 *Per quietantiam Patris Cellerarij probatur solutio debiti facta Monacis.*

2 *Contra debitorem debet relaxari mandatum cum assignatione competentis termini, quando à creditore illi impedita fuit exactio suorum creditorum & num. 4.*

3 *Obligatio in forma Cameræ non admittit exceptiones extrinsecas a contractu, sed omnino debet exequi.*

5 *Ex obligatione facta cõtemplatione mandati, quod postea fuit reuocatum etiam per sententiam confirmata reuocatio, quis iuuari non potest.*

6 *Limita quando sententia fuit suspensa per appellationem.*

Obligatione annullata per sententiam suspensam per appellationem, quis vti potest num. 6.

7 *Maxime quando non acceptauit impugnationem, sed appellauit a sententia.*

DECISIO MCDXCIII.

Dedi dubium ad instantiam monachorum, an esset relaxandum mandatum contra Montanum pro canonibus exactis ab anno 1622. inclusiuè, & in futurum lite pendente exigendis, cui dubio ad instantiam dicti Montani addidi, vel potius Montano esset dandum mandatum de manutenendo: Et quantum attinet ad primam partem dubij, cum adsit quietantia procuratoris Cellerarij sub die 28. Nouembris anni 1622. in qua quietanit Montanum de scut. 750. pro secunda paga de-
1 bita, * videtur monachis satisfactum, nisi melius iustificent intentionem suam, nam & si in dicta

dicta quietantia dicatur *da lui riscossi l'anno passato* 1621. tamen potuerunt esse exacta, non tamen erant debita ex forma instrumenti obligationis Montani, cuius vigore canones maturati in die S. Catherinæ non debuerant solui eodem anno, sed de anno sequenti in duabus paghis, videlicet in mensibus Maij, & Nouembris, vnde retenta ista lectura, cum Montanus sit obligatus soluere canones anni 1622. de anno 1623. certum est, quod isti canones non comprehenduntur in prima parte dubij.

Quoad secundam partem dubij, placuit Dominis, quod reuocatis prius per monacos iudicialiter inhibitionibus, & alijs impedimentis, quæ non possunt controuerti, & assignato tempore sex mensium dicto Montano ad
2 exigendum relaxandum esse mandatum * iuxta formam suæ obligationis. Ratio huius resolutionis fuit, quia Montanus est obligatus in forma Cameræ, quæ non admittit exceptiones extrinsecas à contractu, sed omnino debet
3 exequi * *Cassad. dec. vnica de mutuis petit.* fuit tamen concessum dictum tempus sex mensium
4 propter impedimenta præstita per monacos, * quæ controuerti non possunt, vt patet in *Summario;* non videtur enim iustum, quod monachi contra ipsum agant rigorose, cum culpa ipsorum fuerit impeditus ad exigendum.

Neque obstat, quod monachi reuocarunt mandatum Montano de mense Augusti 1622. & obtinuerunt sententiam super iustitia dictæ reuocationis, & ideo non possunt iuuari ex ob-
5 ligatione * Montani, quæ fuit facta contemplatione dicti mandati *c. ex eo de reg. iur. in 6 l. Papinianus §. meminisse ff. de inoff. Testam. Felin. in cap. Capitulum num. 9. de rescript. Gabr. de reg. iur. concl. 1. num. 1.* Nam huic motiuo fuit responsum, quod cum prædicta sententia fuerit suspensa per appellationem interim mo-
6 nachi possunt se iuuari ex actu impugnato * *Ruin. cons. 166. num. 17. vol. 3. Gabr. d. concl. 1. in fin. Mantic. dec. 354. num. 4.* & fuit resolutum in causa *Lucana Molendini* 4. *Nouembris* 1605. *coram bo. me. Francisco Pena Rota Decano*, & prius *coram bo. me Cardinale Lancellotto iuniore in causa Romana releuationis indemnitatis* 11 *Martij* 1601. & hæc conclusio eo magis procedit, quia Montanus non acceptauit im-
7 pugnationem, sed appellauit à sententia, * imo & hodie petit manutenionem *Ruin. cons. 21. num. 6. lib. 1. Cephal. cons. 152. num. 42. vers. ad hoc enim &* fuit dictum in dicta causa *Romana coram bo. me Cardinale Lancellotto*.

Quantum attinet ad tertiam partem dubij, cum monachi petant canones decurrendos lite pendente per necesse videtur consentire, quod Montanus manuteneatur in possessione exigendi, alias excluderentur, ex quo ipsi impedirent exactionem.

Et ita conclusum vtraque parte informante.

Præsens decisio fuit reuocata, & respectiue declarata die 10. *Iunij proxime futuri*.

ROMANA LVCRI DOTALIS.

Veneris 8. *Martij* 1624.

ARGVMENTVM.

Statutum circa lucrum dotis tanquam contra ius stricte est intelligendum, & ideo si debetur decedente viro, non tamen debetur sequuta separatione thori propter adulterium. In restituenda dote attenditur domicilium viri, & secundum opinionem *Solis* attenditur illud habitationis non originis.

SVMMARIVM.

1 *Separatio thori aliquando fit à Papa motu proprio, vt ibi.*

2 *Dos debet restitui sequuta separatione thori propter adulterium.*

3 *Prout etiam restitui debet donatio propter nuptias quale est lucrum dotale. Contrarium num. 8.*

4 *Donatio propter nuptias aut debetur ex pacto, aut ex statuto.*

5 *Donatio propter nuptias, quæ fit per pactum censetur facta contemplatione dotis & pro cauthela mulieris, vt magis ei sit cautum pro restitutione dotis.*

6 *Donatio propter nuptias est dos quadam mariti, idest quam maritus vxori suæ dat in compensationem quandam, & securitatem dotis ab ea acceptæ.*

7 *Statutum mandans solui lucrum dotale ob prædecessum coniugis tanquam contra ius stricte est intelligendum, & illius verba propria sunt accipienda.*

8 *Et si vigore statuti lucrum dotale debetur decedente viro, non tamen debetur sequuta separatione thori propter adulterium.*

9 *Facta mentione mortis in stipulatione debet intelligi de morte naturali.*

10 *Statutum loquens per verbum* decesserit *debet intelligi de morte naturali, non de ficta.*

11 *Domicilium viri attenditur in restituenda dote.*

12 *Et quod isto casu attendatur domicilium habitationis, non originis tenet* Solis.

13 *Habitans in Curia occasione litium non potest dici, quod ibi contraxerit domicilium.*

14 *Domicilium non contrahit, qui non habet animum permanendi, sed recedendi.*

DECISIO MCDXCIV.

SEcuta separatione Thori ex sententia Papæ
1 lata motu proprio, * qui asseruit hoc facere iustis ex causis animum suum mouentibus, ac postmodum concessa licentia mulieri assumendi habitum Regularem propter adulterium Viri petebatur nedum restitutio dotis, sed etiam lucri dotalis vigore *Statuti vrbis c.* 131. *lib.* 1. & quoad restitutionem dotis non aderat difficultas, stante alio Breui Papæ, in quo expresse cauetur, quod dos restituatur, & est

etiam

2 etiam de iure * *cap.1. de donat. int. vir & uxor. Rip. in rubr. solut. matrim. num. 26. vers. 1. dubitatur*, & propterea dicebatur, quod cum restitutio dotis sit de iure, venit etiam in consequentiam restitutio donationis propter nu-
3 ptias, * quale est istud lucrum dotale, vt habetur in dicto *Statuto c. 131. in fin.* vt dicunt infiniri *Doctores*, quos cumulat *Sanchez de matrim. lib. 10. disput. 8. n. 1. vers. uxor autem Franch. dec. 244. Thesaur. dec. 130. num. 4. Seraphin. dec. 1308. num. 2. & dec. 1315. Rot. dec. 706. num. 3. part. 1. in recent.*

Cæterum contrarium dixerunt Domini respondendũ esse in casu isto: Nam donatio pro-
4 pter nuptias aut debetur ex pacto, * aut ex statuto, vt inquit *Scip. Gentil. de donat. int. Vir. & Vxor. lib. 1. cap. 1.* vbi affert in hac materia sex genera donationum, & quando fit per pa-
5 ctum, censetur facta contemplatione dotis, * & pro cantela mulieris, vt ei sit magis cautum pro dotis restitutione *Corn. cons. 256 nu. 2. vers. insuper hæc pars iuuatur lib. 1. Menoch. cons 33. num. 24 Guid. Pap. dec. 145. num. 2.* & fuit dictum in causa *Fanen. Salutani 8. Martij 1613. coram R. P. D. meo Pamphilio*, & vt inquit *Scipio Gentilis loc. cit. lib. 4. c. 16. in princ.* Donatio propter
6 nuptias nihil aliud est, * quam dos quædam mariti, idest quam Maritus Vxori suæ dat in compensationem quandam, & securitatem dotis ab ea acceptæ. In hoc autem casu ista donatio non debetur ex simplici pacto, facto absque vlla conditione. in quibus terminis loquuntur omnes Doctores supra citati, sed præ-
7 tenditur ex statuto, quod cum sit contra ius * strictè est intelligendum, & illius verba propriè accipienda *l. 3. §. hæc verba ff de negoc. gest. lib. 1. §. fin.* & ibi *Bart. l. 1. §. si is, qui ff. de exercit. act* & propterea cũ statutũ loquatur, quod lucrũ debeatur decedente viro, nõ debetur sequu-
8 ta separatione Thori propter Adulteriũ,* vt in puncto similis statuti, & separationis Thori propter adulterium dicit *Scrader. in Miscellan. ad legem exigere dotem num. 5. ff. de Iudic. fol. mihi* 530. & benè facit *Text. in l. ex parte 121. §. in Insulam ff. de verbor. obligat.* ibi. *In Insulam deportato reo promittendi stipulatio ita concepta cum morieris dari, non nisi moriente eo committitur*, Ecce licet in Insulam deportatus dicatur similiter mortuus; Tamen in stipulatione si mentio
9 mortis facta est, * intelligitur propriè de morte naturali, & *Anchar cons. 273. num. 2. vers. statutum*, vbi quod si statutum loquitur per verbum, *decesserit*, debet intelligi de morte natu-
10 rali, * quæ omnia soluit, non autem de ficta, & impropria, quæ inducitur ex professione.

Vlterius fuit consideratum, quod maritus erat forensis, & morabatur Romæ causa litis; Vnde in restituenda dote est speciale, quod
11 attendatur domicilium mariti * *l. exigere dotem ff. de Iudic.*, vbi dicitur, quod mulier dotem exigere debeat, non eo in loco vbi instrumentum dotale confectum est, sed in illo, vbi maritus domicilium habuit, & ibi notant *DD.* & latè prosequitur *Solis de Lucro dotis quæst. 3. numer. 3. & seq.* vbi respondet omnibus contrarijs, qui licet *quæst. 5.* defendat attendendum

Pars III.

12 esse domicilium habitationis non originis, * attamen cum maritus in Curia moraretur occasione litium, dici minimè potest, quod hic
13 contraxerit domicilium, * vt latè *Apostill. ad Roman. cons. 264. in vers. requiruntur in princip. vers. 3. quæro.* vbi citat plures pro vtraque parte, & hanc opinionem veriorem dixit, quia quicunque non habet animum permanendi,
14 sed recedendi, non contrahit domicilium *.

Ex quibus cum non debeatur lucrum dotis, non est opus ingredi illam quæstionem quæ proponitur in secunda parte dubij, à quo debeatur, scilicet an ab hæredibus soceri, vel à Marito ipso.

FAVENTINA DOTIS.

Lunæ 11. Martij 1624.

ARGVMENTVM.

Pactum inter Socerum, & Generum initum, quod scilicet Gener teneatur emere domum in Ciuitate, & in ea cohabitare, aliàs quod socer non teneatur ad solutionem dotis, valet, & Genero non adimplẽte obstat petitioni dotis, etiamsi vxor sit contenta habitare extra Ciuitatem.

SVMMARIVM.

1 *Pactum inter Socerum, & Generum initum, quod scilicet Gener teneretur emere domum in Ciuitate, & in ea cohabitare, aliàs quod Socer non teneatur ad solutionem dotis valet, & Genero non adimplente obstat petitioni dotis & num. 3. nu. 6. & 10.*

Limita num. 3. Amplia etiamsi vxor sit contenta habitare extra Ciuitatem num. 7.

2 *Pacta quæ fiunt in capitulis matrimonialibus valida sunt, nisi à iure improbentur.*

4 *Relictis centum Titio, itaut à monumento non recedat, vel vt in Ciuitate domicilium habeat potest dici non esse locum, per quem ius libertatis infringitur. Intellige num. 5.*

5 Text. in l. Titio centum 70. §. Titio centum il 2. ff. de condit. & demonstrat. *quomodo sit intelligendus & num. 8.*

8 *In contractu militat diuersa ratio, quam in Legato.*

9 *Matrimonium est continua quædam seruitus, qua in alterum alter vicissim se potestatem tradit huic vinculo.*

10 *Exceptio non adimplementi repellit agentem, qui non debet audiri, nisi doceat de adimplemento.*

11 *Recessus à prima parte obligationis non infert recessum à secunda parte.*

12 *Dum obligatio habet tractum successiuum potest quidem considerari remissio, seu renunciatio quoad præterita, non quo ad futura.*

DECISIO MCDXCV.

FVit initum pactum inter Socerum, & Generum, scilicet quod gener teneretur, Domum
1 emere in Ciuitate, * ac in ea cohabitare, alias quod socer non possit cogi ad solutiones terminorum dotis; cum gener minimè pactum adimpleuerit, dubitaui an istud pactum obstet petitioni dotis, & affirmatiuè fuit resolutum; Quia de validitate huius pacti non potest dubitari, cum in traditione mulieris fuerit appositum; & sicut valet in traditione rei suæ *cap. ve. ... de condit. apposit. l. 1. C. de pact.* ita valet in traditione mulieris. Pacta enim omnia, quæ sunt in capitulis matrimonialibus valida
2 sunt; nisi à iure improbentur * *l. 1. §. illo C. de rei vxor. act. Franc. Molin. de rit. nupt. lib. 3. in præfat. num. 1. Ann. Robert. rerum Iudic. lib. 4 c. 1. circa finem vers. Posterior Card. Mantic. de coniect. vlt. lib. 17. tit. 32. num. 1. & seq. Fontanell. de pact. nupt. tom 2. gloss. 8. par. 12. num. 54.* tantum tamen abest, quod istud pactum inhabitandi sit à iure improbatum, immò valet per rationes
3 præfatas, & debet seruari, * nisi superueniat legitima causa in contrarium, quæ hic non adest, ita tenet *communis Schola Theologorum, & Canonistarum*, vt patet ex *DD.* quos allegat *Sanchez de matrim. lib. 1. disput. 40. nu. 2.* quibus addo *Bartol. in l. menia §. Vxore ff. de ann. legat. Capell. Tholos. dec 87. Capic. dec. 135.* vbi de communi *Franc. Marc. dec. 740. per tot. par. 2. Couarr. in Epit. 4. parte de sponsal. c. 7. num. 5.* & ex moderni oribus *Cancer. var resolut. cas 3. cap. 7. à num. 1. vsque ad 10 Franc. Molin. de rit nupt. lib. 1. comparat. 23. num. 46.* vbi *num. 48.* testatur de communi, licet malè allegat *Cancer* sub prætextu, quod teneat contrarium ... *Martin. Bonacin. de matrim. q. 4. punct. 5. num. 23.*

Neque huic sententiæ repugnat *Text. in l. Titio centum 70. §. Titio centum il secondo ff. de*
4 *condit. & demonstr* * vbi si centum sint relicta Titio: ita ut a monumento non recedat, vel vt in Ciuitate domicilium habeat potest dici non esse locum, per quem ius libertatis infringitur. Quia fuit responsum, quod *textus* ille reprobans conditionem habitandi in certo lo-
5 co intelligitur, * dum ea conditio vana est in nullius fauorem cedens, vt dicunt ibidem in dicto §. *Titio centum Bartol numer. 4. Cuman. Imol. & Castrens. Alex. de Neuo in cap. 1. numer. 5. qui matrim. accus. poss. Io. Lupus de donat. inter Vir & Vxor. §. 2. num. 3. Gregorius Lopez lib. 2. titulo 5. partita 4. Verbo per quæ Acosta 2. Select. cap. 1 ... numer 5. Pelaez de Mieres de maior par. 1. quæst. 57. numer. 3. Sanchez d. numer. 2. Cancer vbi supra dicto numer 2.* Hic autem conditio nedum censetur apposita fauore mulieris,
6 sed etiam fauore Patris, * ad quem ipse prospexit, cum noluerit posse cogi ad soluendam dotem, nisi prius secura fuerit habitatio; qui alias nec filiam in Vxorem dedisset, nec tantam dotem promisisset, vt colligitur ex ratione prædicta, & sentit *Franc. Marc. d. dec. 740. numer. 2. in fin. & Capic. dicta dec. 135.* & sic parum refert fides, quæ datur, quod mulier est contenta habitare extrà Ciuitatem Fauentiæ
7 cum suo viro, * quia adhuc remanet fauor Patris: Vltra quod *Molin. loco allegato numer. 49.* aliam dat responsionem ad d. *textum*, quod
8 scilicet procedit in legato, * hic autem versamur in contractu, in quo adest diuersitatis ratio, nam cum matrimonium sit continua que-
9 dam seruitus, * qua in alterum alter vicissim se potestatem tradit huic vinculo, & seruituti aliam superaddere de cohabitando in certo loco, facile ius côcessit, & vinculum vinculo addere, quo magis indiuidua vitę cõsuetudo retineatur, & propterea videtur sufficere, quod Pater ad sui fauorem voluerit hanc conditionem apponere, quod reincidit in ratione prædictorum.

Stante igitur hac validitate pacti, non potest dubitari, quin Socer non teneatur ad solutionem dotis, quia Gener repellitur exceptione
10 non implementi * *Dec. in l. cum properas num. 4. ff. de pactis Rot. dec. 77. numer 4. & seqq. & dec. 145. numer. 4. post tract. de obligat. Camer.* & non debet audiri, nisi prius doceat de adimplemento *Rot. dec. 515. numer. 8. par. 1. in recent.* neque potest dici fuisse recessum à pacto, ex quo domus non fuerat empta ante contractum matrimonij, prout fuerat actum, quia esto, quod fuerit recessum ab ista prima parte obligatio-
11 nis, * non tamen fuit recessum à secunda, quod teneretur continuò inhabitare exceptis mensibus Iulij, Augusti, & Septembris, vnde
12 cum obligatio habeat tractum successiuum, * non potest considerari remissio, nisi quoad præterita, non autem quoad futura *Caputaq. dec. 316. numer. 3. & 4. par. 1.*

Et ità conclusum vtraque parte informante.

LEODIEN. PAROCHIALIS.

Veneris 15. Martij 1624.

ARGVMENTVM.

Rota potest subdelegare Iudicem in partibus, qui si suspectus allegetur tamen potest procedere si in recusatione non fuit expressa causa, & Rota mandauit procedi ad vlteriora. Clausula *parito iudicato* non comprehendit fructus illiquidos, & illos à quorum liquidatione datur appellatio.

SVMMARIVM.

1. *Absolutio data à subdelegato à Rota, cui per Breue particulare Papa facultatem concesserat valet.*
2. *Rota potest subdelegare Iudicem in partibus. Delegatus supremi Principis potest subdelegare num. 2.*
3. *Recusatio Iudicis à Rota subdelegati vti suspecti*

Ai non tenet, quando in recusatione non fuit expressa causa.

4 *Et Rota, coram qua fuit sup'r hoc reclamatum, mandauit procedi ad vlteriora.*

5 *Clausula* parito iudicato *non comprahendit fructus non liquidos & illos à quorum liquidatione datur appellatio, cum non possit dici adesse rem iudicatam.*

DECISIO MCDXCVI.

FVit resolutum constare de valida absolutione, quia fuit impetrata à subdelegato à
1 Rota, * *cui S.m. Gregorius XV.* per Breue particulare hanc facultatem concesserat, de qua
hæreticum saperet, qui dubitaret, prout nec
ambigi potest, quin Rota potuerit subdele-
2 gare Iudicem in partibus * cum tritum sit in
Iure, quod Delegatus supremi Principis potest subdelegare.

Neque obstat, quod Iudex subdelegatus
fuerit suspectus recusatus, quia cum recusatio
3 fuit facta absque expressione causæ non tenet*
c. cum specialis, & c. secundo requiris §. Tertio
postulas de appellat. vltra quod cum de hoc fue-
4 rit reclamatum in Rota, * & ipsa mandauerit
procedi ad vlteriora, non fuit amplius reclamatum.

Minus etiam obstat, quod facultas absoluendi non fuit concessa simpliciter, sed cum duabus conditionibus, nam quantum attinet ad illam si, & postquam executioni litterarum remissorialium expresse consenserit, ista conditio fuit adimpleta ante obtentam absolutionem, cum expresse Ioannes Vuipion. illam executioni consensum præstiterit; Quantum verò attinet ad aliam conditionem, quod scilicet pareat Iudicato, hoc non fuit simpli-
5 citer dictum, sed addita clausula * si quod sic,
& propterea respectu mandati de manutenendo sufficit, quod dictus Vuipion. præstet patientiam *Mohed. dec. 9. de re Iudic. Rot. dec. 319. num. 1. par. 2. in recent.* & fuit resolutum in causa *Sorana Beneficiorum 27. Iunij 1616. coram R. P. D. meo Pirouano, cum allegatis in causa Leodien. Sancti Pauli 8 Aprilis 1622. coram R. P. D. meo Merlino* & quoad fructus cum
non sint liquidi, immo cum a liquiditatione
6 detur appellatio, * non potest dici adesse rem
iudicatam.

Et ita conclusum vtraque parte Informante.

IMOLEN. PERMVTATIONIS.

Veneris 15. Martij 1624.

ARGVMENTVM.

Permutatio per errorem facta non tenet ex defectu consensus; Nec potest dici ratificata nisi probetur ratificantem habuisse scientiam erroris.

SVMMARIVM.

1 *Error tollit consensum.*

2 *Et potest quandocumque opponi.*

3 *Ratificatio contractus per errorem facti non intrat dum non probatur ratificantem habuisse notitiam erroris.*

4 *Præscriptio non intrat vbi tempus sufficiens non interuenit a die motę litis.*

5 *Præscriptio super re permutata non potest allegari ab eo, qui scit permutationem per errorem factam fuisse attento valore rei permutatæ.*

DECISIO MCDXCVII.

DOmini resoluerunt constare de errore in permutatione, de qua agitur in libris 2. mill. in damnum Iosephi, & Hyeronimi; Nam cum illi fuisset in diuisione facta de anno 1591. assignata possessio *del Campanazzo*, seu *de Signori Albergoni* ad rationem lbr. 60. pro qualibet tornatura, & facto computo dicta possessio ascendat ad valorem libr. 12. mil. cum de anno sequenti Laudemia permutauerint tantam partem dictæ possessionis, quanta ascendit ad valorem librarum 6. mil. iuxta æstimationem alias factam in diuisione cum alijs certis bonis eiusdem Laudemiæ, & deinde in vno, & eodem instrumento fecerint aliam permutationem cum Michaele alio diuidente, in qua Michael dedit bona valoris libr. 5. mil & versa vice dd. Iosephus, & Hieronymus dederunt residuum dictæ possessionis pro libr. 4. mill. iuxta æstimationem in diuisione faciendа, & vlterius se obligauerunt soluere libr. mille, vtique cum residuum possessionis esset valoris libr. 6. mil. iuxta æstimationem in diuisione factam cum ipsi dederint residuum possessionis, & sic libras 6. mil. & vlterius se obligauerint soluere libras mille Michaeli pro lib. 5. m. quæ habere debebat, cum ad tantam summam ascenderent bona æstimata; habuit libras 7. mil. & sic constat de errore libr. 2.
1 mil. qui quidem error tollit consensum * *l. si per errorem ff. de iurisd. omnium iudic. l. nihil consensui §. fin. ff. de reg. iur.* & possunt isti fra-
2 tres quandocumque opponere de isto errore *
l. si per errorem 35. ff de acquir. rer. domin. Castrens. in l. fin. §. idem quæsiit num. 1. & 2. ff. de cond. indeb. Dec. cons. 351. num. 4. & cons. 408. num. 1. & seqq.

Neque obstat præscriptio, aut ratificatio,
quia ratificatio non adest, cum non probetur
3 fratres erroris habuisse notitiam * *Oldrad. cons. 329. num. 10. vers. prætered ratihabitio Bald. cons. 176. permittendum est circa med. vers. item quia non apparet lib. 2. Cardinalis cons. 44. num. 5. & seqq.* Neque minus potest allegari
præscriptio, cum non interuenerit tempus suf-
4 ficiens à die motæ litis *, Vltra quod quando
interuenisset, posset dubitari, an Michael posset illam allegare, ex quo interuenit in prima
5 permutatione, * & præsumitur sciuisse valorem possessionis permutatæ per ea, quæ dicit *Vrall. dec. 24. par. 2. Rot. dec. 293. num. 1. par. 3.*

Et

Et ita conclusum, &c.

Præsens decisio fuit confirmata die 15. Ianuarij 1625.

CREMONEN. PAROCHIALIS.

Lunæ 18. Martij 1624.

ARGVMENTVM.

Nonnulla circa acquisitionem possessionis beneficij, & circa manutentionem in illa concedendam.

SVMMARIVM.

1 *Ad possessionem acquirendam requiritur apprehensio corporalis.*

2 *Manutentio debetur ei, qui docet de adeptione suæ possessionis per instrumentum, alio de tempore adeptionis non possidente.*

3 *Possessio probatur ex præcepto de illam dimittendo tanquam intruso à parte obtento.*

4 *Manutentio in beneficialibus datur tam titulo non iustificato, quam sine titulo.*

5 *In possessorio summarissimo non discutitur titulus.*

6 *Resignatio beneficiorum, ad quorum titulus quis est ordinatus prohibetur* à Concil. Trid.

7 *Iudex alicui faciens præceptum, quod debeat possessionem dimittere sub pena sc. 200. alijsque pœnis postea pronuncians in pœnas incidisse, non priuat possessione.*

8 *Ex possessione Ecclesiæ vnius æque principaliter vnitæ cum alia non censetur capta possessio alterius.*

9 *Ex possessione Ecclesiæ sequitur etiam possessio bonorum alio non existente in possessione.*

DECISIO MCDXCVIII.

Bartholomeus Vagus, postquam obtinuit sibi prouideri mandari de Ecclesia, de qua agitur ante executionem prædicti mandati renunciauit iuri suo ad fauorem Andreæ de Laude, qui litteris expeditis cœpit possessionem illius Parochialis sub die 24. Maij 1620. vnde cum dictus Bartholomeus nuper obtinuerit committi Vicario Mantuano executionem prædicti mandati de prouidendo, & reportauerit fore, & esse immitendum. Dubitatum, cui esset dandum mandatum de manutenendo, & articulus fuit visus clarus, quod Bartholomeo non poterat dari, cum nullibi constet de eius possessione, per dictam enim sententiam non fuit acquisita, cum non adsit apprehensio corporalis
1 quæ est necessaria * *l. licet C. de acquir. poss. l. possideri §. in amittenda ff. eodem Hostien. in c. litteras num. 2. de restit. spoliator. Abb. in cap. 2. num. 9. de consuet* prout etiam visus fuit articulus satis clarus, quod Andreæ de laude potest
2 concedi,* cum constet de clara illius possessione, quæ probatur ex instrumento adeptionis *l. Prædia* vbi *Bartol. num. 1. ff. de acquir. possess.* & *Bald.* circa vbi *Bald. in princ. C. de fid. instrum.* & suffragatur, licet sit instrumentalis ad effectum manutentionis, cum alius in possessione non extaret *Rot. decis. 21. de restit. spoliat. in antiq. Bisignett. dec. 8. eod. tit.* & comprobatur dicta possessio ex præcepto obtento à Vicario Cremonen, de quo statim dicetur, in quo præcepit
3 Andreæ, vt dimittat possessionem, * & quamuis in dicto præcepto vocetur intrusus, tamen reicitur illa qualitas, ita vt remaneat simplex confessio, quod scilicet possideat *Rot. dec. 302. par. 1.* quare manutentio non potest denegari
5 *hodie instit. de interd.*

Non obstat, quod resignatio Bartholomei fuerit admissa cum clausula, *quatenus dictus Bartholomeus commode viuere valeret*, quæ clausula non reperitur iustificata, quia hoc non refert
4 ad effectum manutentionis, * cum Rota etiam in beneficialibus concedat manutentionem, nedum titulo minime iustificato, sed etiam sine titulo *Rot. apud Gregor. XV. dec. 323. num. 2.* cum in possessorio summarijssimo non discu-
5 tiatur titulus * *c. cum venisset* vbi *Abb. n. 8. Butr. num. 11. & 35. de institut. Rot. dec. 11. de restit. spoliat. in antiq.*

Minus etiam obstat *Conc. Trid. sess. 21. cap. 2. de reform.* quia prohibet resignationes beneficiorum, ad quorum titulum quis est ordi-
6 natus, * & propterea quicquid dicendum sit, si versaremur in terminis *Concilij*, sufficit, quod termini sint diuersi; prout neque aliquid facit sententia Vicarij Cremonen., quia cum post decretum executionis Vicarij Mantuani executioni litterarum Bartholomæi, Vicarius Cremonen. protulerit decretum, de quo supra
7 dictum est, vt scilicet sub pena scut. 200.* & sub alijs pœnis Andreas deberet possessionem dimittere, quod cum non fecerit, d. Vicarius pronunciauit Andream incidisse in pœnas; Hæc sententia non priuauit Andream sua possessione, maximè cum non fuerit executa, sed suspensa per appellationem.

Denique non obstant, quod sint duæ Ecclesiæ Parochiales vnitæ, & Andreas cœpit possessionem tantum loci summi, quia esset consideratione dignum, an istæ Ecclesiæ essent æque
8 principaliter vnitæ, * itaut ex possessione vnius non censetur capta possessio alterius, si Andreas niteretur sola possessione Ecclesiæ, ex qua sequitur etiam possessio bonorum alio nō
9 existente in possessione * *Rot. decis. 19. num. 7. & 8. par. 2.* sed cum Andreas vltra possessionem Ecclesiæ cœperit etiam possessionem bonorum cessant omnes difficultates.

Et ita conclusum vtraque parte informante.

BONONIEN. CANAPIS.

Mercurij 27. Martij 1624.

AR-

ARGVMENTVM.

Socius emens simpliciter, & nomine proprio an & quando acquirat Societati, & quando sibi.

SVMMARIVM.

1 *Creditor anterior super re à debitore empta præfertur venditori, qui est posterior.*
2 *Socius nomine proprio constituens Procuratorem ad emendum, qui expressè pro eodem constituente acquisiuit sibi soli acquisiuisse, & in eum träslatum dominium dicitur.*
3 *Amplia etiam si ad computum pratij fuerint data apoca spectantes ad societatem facta sub verbis* à che spettarà.
4 *Socius potest sibi ipsi soli ex pecunia sociali acquirere emendo nomine proprio, & num. 15. Declara num. 14.*
5 *Socius simpliciter emens, censetur emisse nomine proprio: Limita num. 10.*
6 *Limita, quando adsunt coniectura in contrarium.*
7 *Emptio à socio nomine proprio facta, nisi probetur, quod fuerit simulatè facta, censetur facta pro illo, qui emit. Amplia num. 9. & 11. Declara num. 14.*
8 *Ad simulationem probandam non sufficiunt coniectura, sed vlteriùs debet afferri causa simulandi.*
12 *Scriptura magis, quam testibus standum est.*
13 *Res à Socio quocumque nomine empta debet esse communis.*
14 *Declara procedere, quando societas est omnium bonorum; secus si est particularis, quia isto casu socius emens etiam ex pecunia sociali sibi acquirit, & ad summum tenetur erga socium ad interesse.*

DECISIO MCDXCIX.

Resolutio huius dubij pendet ex eo, an Franciscus Gobbus emerit canapim à Bauosio nomine proprio tantum, vel etiam nomine Antonij socij: quia si nomine proprio tantum Creditores ipsius Francisci cum sint ante-
1 riores Bauosio ipsum excludunt * ad *l. qui prior C. qui pot. in pig. hab.* si veró nomine sociali Bauosius debet præferri saltem pro portione Iulij Antonij Alberti; & Domini censuerunt emptionem fuisse factam nomine proprio Francisci Gobbi, & sic standum esse in *decisis 20. Iunij 1622.* Ratio resolutionis fuit, quia Franciscus constituit nomine proprio Michelinum Procu-
2 ratorem ad emendum canapim, * qui expressè acquisiuit pro dicto Francisco, vt patet ex mandato & apoca venditionis; vnde res videtur clara, quod acquisitio fuit facta soli Frãcisco, & in ipsum translatum dominium vt expressè dicit *Castrens. cons. 319. in princip. lib. 2.* & hoc procedit etiam quod ad computum prætij fuerint datæ duæ apocæ spectantes ad
3 societatem *factæ sub verbis *à che spetterà*, quia cum emptio facta fuerit nomine Francisci, ipsi
4 etiam ex pecunia sociali potuit acquiri * *l. si Patruus 4. C. com. vtr. Iud. cum allegat. in alia decisione.*

Non obstat, quod à prædictis recedatur ex coniecturis, quia respondendum venit, quod
5 aut emptio fuit facta simpliciter, * prout faciunt mercatores, & isto casu licet regula sit, quod censeatur facta proprio nomine *l. Titium, & Mauinm §. Præfectus ff. de administr. Tutor. Menoch. præsumpt. 46. in princ. lib. 3.* tamen ab
6 illa recedirur ex coniecturis * *Bald. in d. l. si Patruus nu. 4. & 8.* & præsertim in *vers. illa autem dubia Menoch. loco etiam citato in fine Mantie. de contract. l. 6. tit. 17. per tot.* aut vero emptio fuit
7 facta nomine proprio, * & isto casu debet probari, quod simulatè fuit facta ista emptio, alias censetur facta pro illo, qui emit *Castrens. cons. 319. in princip. & num. 3. lib. 2. Mantic. loc. cit. in princip.* In proposito autem, versamur in casu, quo emptio fuit facta nomine Gobbi, & ideò si prætendatur eius nomen simulatè fuisse appositum, & emptionem fuisse factam nomine societatis non sufficit deducere coniecturas,
8 sed etiam debet afferri causa simulandi, * quæ hic nulla deducitur, & sine illa non sufficiant coniecturæ *Bart. cons. 65. num. 4. Corn. cons. 189. num. 12. lib. 2. Honded. cons. 41. num. 28. lib. 2. Rot. dec. 69. num. 2. par. 2. & decis. 307. num. 11. par. 1. recent.* quæ est in causa *Casalen. Domus 18. Aprilis 1611. coram R. P. D. meo Vbaldo.*

Sed cessat omnis difficultas, quia nec coniecturæ sunt consideratione dignæ; nam prima, quæ deducitur ex conuentione de canapi emendæ sociali nomine ex prætio redigendo, ex stuppi non facit, quia talis conuentio non adest, nam in capitulis societatis fuit actum per hæc verba *conuengono, che se dal ritratto delle canapi e stoppe venisse occasione di venderle tutte, o in parte innanzi, che venga il tempo di fare il pagamento dell'Arsenale che possino vnitamente rinuestire in altre canape, e stoppe*; quæ quidem verba non continent prohibitionem, quod Franciscus non posset in proprio negotiari, aut quod acquisitiones censeantur factæ nomine societatis, sed potiùs limitatur facultas reinuestiendi alienata, nisi interueniat vterque socius.

Non etiam secunda; & aliæ, quia mandatum procuræ datum Thomæ filio, & deindè Michelino ad emendum canapim, vtrumque est mandatum datum nomine proprio, non autem sociali. Quod veró Franciscus esset Capsetius, nihil facit in hoc casu, cum emerit proprio no-
9 mine, * ista autem coniectura posset operari, si simpliciter emisset, quia cum esset Capsetius, & emisset ex pæcunia communi potest coniectu-
10 rari communi etiam nomine emisse, * vt colligitur ex traditis per *Menoch. d. præs. 46. lib 3.* Cum autem emisset nomine proprio, illa vice ex superiùs deductis, & ex ista responsione tollitur etiam alia coniectura, quod scilicet isti
11 socij solerent nomine sociali contrahere, * qui hic constat Franciscum nomine proprio cõtrahere voluisse.

Non obstant testes * quia vltra exceptiones, quas patiuntur ex ipsa etiam apoca conuincuntur, quæ fuit facta nomine Francisci non sociorum,

ftum; in concursu verò magis standum est scri-
12 pturæ, * quam testibus.

Prout nec obstat, quod res empta à socio
13 quocunque nomine debeat esse communis * *Bald. cons. 120. ad med. vers. primo casu*, quia isti non sunt termini nostri, cum prædicti *DD.*
14 loquantur in Societate omnium bonorum; * in hoc autem casu versamur in societate particulati, in qua socius meus emens etiam ex pæcunia communi censetur sibi acquirere, vt su-
15 pra dictum est * nec tenetur communicare *l. si vnus 68. §. vnus ff. pro socio* vbi *Bald. in princip. in nou. lect.* & ibi *antiq. lect.* pariter *in princip.* & ad summum tenetur erga socium ad interesse *Soccin. Sen. cons. 254. num. 8. lib. 2. Menoch. cons. 121. num. 32. lib. 2.* & propterea cum in hoc casu Albertus non habeat hipothecam Bauosius creditor ipsius Alberti non potest excludere creditores Gobbi pro portione spectante ad Albertum.

Et ita conclusum vtraque parte informante.

BARCHINONEN. VICARIAE.

Mercurij 27. Martij 1624.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Possessio probata contra antecessorem probat contra successorem ad effectum manutentionis.*
2 *Confessio de recepto adminiculata probat possessionem exigendi. vide ibi adminicula.*

DECISIO MD.

FVit resolutum D. Archidiacono dandum esse mandatum de manutenendo in possessione exigendi annuas lib. 60. à Vicario iuxta decretum Episcopi, de cuius possessione constat, & propterea debet manuteneri §. *bodiè instit. de interdict.* quæ licèt probetur contra Vicarium
1 antecessorem, * tamen cum metiamur ius ex parte possessoris, ista possessio suffragatur etiam contra successorem *Guidop. dec. 629. ʃ. m. Gregorius dec. 275. num. 1. & 2. & fuit sæpissimè dictum.*

Non obstat, quod ista possessio non probatur nisi per confessionem de recepto, quia fuit responsum, quod in hoc casu probat, * cum sit
2 adminiculata *Rot. dec. 92. num. 2. par. 2. in recent.* hic autem vltra reseruationem dictæ summæ faciem ab Episcopo, concurrit, quod quietantia fuit facta per manus Notarij, & concurrunt aliæ solutiones, quæ non possunt controuerti, quæ licèt sit de modica summa inseruiunt pro adminiculo.

Et ita conclusum.

CAESARAVGVSTANA DISTRIBVTIONVM.

Veneris 19. Aprilis 1624.

ARGVMENTVM.

Patet ex summario.

SVMMARIVM.

1 *Testes, qui conueniunt in dicto, & ratione præferuntur ijs, qui conueniunt in dicto, non autem in ratione.*
2 *Confessio partis superat omnes probationes.*
3 *In Capitulo Cæsaraugustano adsunt 46. Portionarij 24. Beneficiati, & tres ministri.*
4 *Ad effectum manutentionis attenditur solus status possessionis non quæ respiciunt petitorium.*
5 *Calculus non factus de ordine Rota non attenditur. Calculus qui conuincitur ex alio calculo non attenditur num. 5.*

DECISIO MDI.

DOmini perstiterunt in *resolutis sub die 17. Nouembris superioris anni*, scilicet Portionarijs nan esse dandum mandatum de manutenendo in quasi possessione exigendi tria regalia pro quolibet ex distributionibus quotidianis, quia licet probationes videantur contrariæ, dum testes Capituli deponunt ab anno 1607. quo fuit confirmatum statutum, vbi disponitur tantam summam debere poni in bursam, vt singuli Canonici possint percipere 6. regalia, Portionarij verò 3. quæ summa vsque ad annum 1611. in bursam non fuit apposita; testes verò Portionariorum videantur deponere contrarium, tamen testibus Capituli standum est ex ponderatis in alia *decisione*. Quamuis enim testes Portionariorum conueniant in dicto, non tamen conueniunt in ra-
1 tione, * testes autem Capituli conueniunt nedum in dicto & ratione, sed cum dicto illorum concurrit etiam confessio Portionariorum in suo libello, vnde præualet probatio Capituli, tamquam melioribus fulcita rationibus *cap. licet causam de probat. Caputaq. decis. 246. par. 2. Rot. dec. 195. nu. 2. par. 1. & in recent dec. 53. par. 2. San. mem. Greg. decis. 500.* maximè quia dicta confessio Portionariorum
2 superat omnes probationes * *Bald. in l. generaliter in secunda oppos. C. de non num. pecun. Alex. cons. 99. num. 24. lib. 1. Aym. cons. 171. num. 10.* Concurrente etiam calculo facto per peritum electum à Rota, ex quo clarè patet, quod dicta quantitas non fuit posita in bursam.

Non obstant ea, quæ opponuntur contra istum calculum, quia adhuc illo cessante præualer probatio Capituli, & verè opposita non rrleuant; nàm dùm dicitur non subsistere, quod extent 64. Portionarij, & Beneficiati participantes; & tamen non sint nisi 54. & sic neque subsistere calculum super hoc fundatu.
5 Veritas est, quod sunt 46. Portionarij, * &

24.

24 Beneficiati, vt habetur in statuto Ecclesię, qui constituunt 16. integras portiones, & tres ministri, itaut in totum sint 6 . vt deponit Dominicus Laporta Secretarius Capituli; Et cessar omnis difficultas, quia calculus fuit factus, firmato facto de consensu partium, & hoc nunquam fuit controuersum.

Neque est verum non fuisse calculatas omnes summas, quia ex relatione apparet de contrario, fuit enim calculatum super summa dari solita pro distributionibus, videlicet super scut.3583. & ex calculo apparet, quod ista summa non sufficit pro habenda summa prætensa, sed deficiunt scut. 2786. grос. 12. quod nunquàm in dubitationem fuit reuocacatum, sed processum ad calculandum de consensu partium.

Minus obstant ea, quæ dicuntur de validitate statuti, illiusque confirmatione, quia ista respiciunt petitorium, hodiè verò cum agatur ad effectum manutentionis debet attendi
4 solus status possessionis * *Innoc. in cap. bona numer.4.de postul.at.prælat. Bald.in l.ordinary sunt numer.7.C.de rei vend.* & propterea non officit, quod statutum tollat facultatem augendi, & minuendi.

Minùs etiam obstat calculus de nouo datus,
5 quia non fuit factus de ordine Rotæ, * & conuincitur ex alio calculo, & in alteratione facti circa participantes, & si aliquando forsan obuenit, quod summa, quæ hodiè petitur fuerit obtenta, hoc potuit prouenire vel propter deficientiam, & absentiam aliquorum, non autem ex re ipsa, quia vt patet ex suprapradictis quantitas apposita in bursam non est sufficiens pro quantitate petita.

Denique non obstant ea, quæ longè deducuntur de statu ante secularizationem, quia de illo statu hodiè non agitur, sed an modo super summa petita debeatur manutentio, pro qua negatiuè fuit responsum ob rationes prædictas.

Ex quibus fuit resolutum standum in *decisis sub die 17. Nouembris præteriti*, nec vlterius esse elaborandum in hac prætensione, sed procedendum in causa super bono iure in negotio principali, quia in hoc articulo abundè fuit partibus satisfactum.

Et ita &c.

TOLETANA PENSIONIS.

Ven. 19. Aprilis 1624.

ARGVMENTVM.

Sententiæ conformes quæ dicantur, & quæ difformes. Nonnulla circa validitatem, & nullitatem sententiæ. Citatio pro certa die, & octo diebus sequentibus valet. Quid sit decima, quid primitia, quid oblatio.

SVMMARIVM.

1 *Sententia nulla, & iniusta non debet exequi.*
2 *Clausula* constito de tribus *interpretatur, vt loquatur de sententijs validis, & iustis.*
3 *Sententiæ, quæ respiciunt idem ius, & eandem causam sunt conformes.*
4 *Sententiæ, quæ in substantia idem continent sunt conformes.*
5 *Amplia etiam si vna aliam confirmet.*
6 *Nisi tamen adsit sententia contraria.*
7 *Sententia contra sententiam non valet, sed debet confirmari, aut reuocari, quando Iudici est notum, vel fuit oppositum.*
8 *Vt sententiæ dicantur difformes, requiritur difformitas circa substantiã, & qualitatẽ principalem.*
9 *Sententia præsumitur valida, nisi contrarium probetur.*
10 *Citatio ad sententiam non requiritur, quando sententia fuit lata partibus præsentibus.*
11 *Sententia lata nemine instante est nulla.*
12 *Ista negatiua tamen debet probari ex reuolutione actorum.*
13 *Sententia lata pro actore censetur lata ad eius instantiam.*
14 *Prout etiam quando fuit lata actore præsente.*
15 *Sententia lata pro reo præsente censetur lata ad eius instantiam.*
16 *Citatia pro certa die, & octo diebus continuis sequentibus valet, & num.19. & num.21.*
17 *Citatio pro singulis diebus, & horis tanquam nimis vaga non sustinetur.*
18 *Substinetur tamen per duos, vel tres dies tantum.*
20 *Terminus viginti dierum præfixus ad perficiendum examen testium sustinetur.*
Citatio ad videndum examinari testes cum præfixione termini viginti dierum sustinetur num. 20.
22 *Sententia præsumitur lata ad instantiam illius partis, quæ citauit.*
23 *Testibus deponentibus id quod est conforme iuri communi magis standum est, quam alijs non deponentibus.*
24 *Decimæ sunt quota pars frugum, & aliorum licitè acquisitorum debita ex præcepto Ecclesiæ ministris.*
25 *Primitiæ sunt primæ, quæ nascuntur fruges, seu prima frugum part.*
26 *Oblationes sunt quicquid Deo, vel Ecclesiæ, cuiusue ministris voluntariè exhibentur.*
27 *Decimarum valoris datur magnus fumus ex attestationibus, de quibus ibi.*
28 *Resignans non tenetur ex lege iustitiæ de superflua erogare eleemosynas pauperibus in loco beneficij resignati & num.30.*
29 *Pensionarius de superfluo ex lege iustitiæ non tenetur erogare eleemosynas pauperibus in loco beneficij, super quo pensio est reseruata, quicquid sit ex lege charitatis.*

DECISIO MDII.

Hoc dubium: An constet de tribus conformibus, quæ veniant exequendæ, elicitur ex commissione, & habet tres inspectiones.

Prima vt videatur, an in substantia sint conformes, quod clarè demonstrãt verba rescripti-

Secunda an ſententiæ ſint validæ; Tertia an ſint
iuſtæ, quæ duæ inſpectiones intelliguntur de iu-
re,quia ſi ſententia non eſt valida, & iuſta, non
1 debet exequi * *Alex. conſ.91. num.2. verſ. vnde*
in propoſito lib. 6. & *conſ. 106. num. 37. lib.3,* &
conſ.113. num.8. lib. 5. Barbat. conſ. 82. col. ante
penult. lib. 3. Brun. conſ 47. num.17. verſ.vltimo
& lib. 1. Menoch. de adipiſc. remed.4. num.850.
Natt. conſ.51.num.22. & conſ. 172. num.4. lib.1.
Put. dec.4. de Aegidiana Caput. deciſ. 85. lib.2.
& hinc ſemper hoc reſcriptum interpretatur,
vt loquatur de ſententijs validis, & iuſtis * ad
2 *l.4. §. condemnatum ff de re iudic.* & fuit reſolu-
tum in cauſa *Caputaquen.Vnionis 1. Iulij 1587.*
coram Bubalo, & in cauſa *Lauden. pecuniaria*
1. Iulij 1585.coram bo. me. Cardinale Pamphilio,
& alias ſæpius.

Et quantum attinet ad primum, cum Am-
broſius reſignaſſet Parochialem ad fauorem
Matthæi cum reſeruatione penſionis duc.65.
monetæ illarum partium, cum orta eſſet
controuerſia ſuper congrua, Vicarius fecit de-
cretum, quod reſignatarius deberet percipere
ex fructibus Parochialis centum ducatos auri
de Camera pro congrua vna cum pede Alta-
ris,ac decimis minoribus; Reſignans verò ha-
beret reliquum de groſſa cum omnibus oneri-
bus ſubſidij,& excuſati,quod quidem decretum
fuit ab vtraque parte acceptatum, cumque
poſtea iterum fuerit orta quæſtio ad quem
ſpectarent primitiæ Parochialis, Vicarius ſtan-
te prædicto decreto, aliud decreuit, quod ſpe-
ctaret ad Reſignantem, quod confirmatum fuit
à Didaeo de Orti deputato à Nuntio, & vlte-
rius abſoluit Reſignantem à prætenſione re-
ſignationis, quod dictus reſignans deberet ſuis
ſumptibus tenere Locũtenentẽ,ſeu Cappellanũ
in Oppido della Fuẽte,pro adminiſtrãdis Sacra-
mentis Parochialis,& quod elemoſynã deberet
erogare pauperibus dicti Oppidi: A qua ſen-
tia licet cum fuiſſet prouocatum, & commiſſa
cauſa per Nuntium Antonio de Borza, qui
primum decretum Vicarij confirmauit; Secun-
dum tamen quod primitiæ ſpectarent ad reſi-
gnantem reuocauit, tamen etiam ab iſta ſen-
tentia fuit prouocatum, & cauſa appellatio-
nis commiſſa Thomæ Ceruellan. qui vlti-
mam ſententiam Antonij de Borza reuocauit,
confirmauitque ſententiam latam à prædicto
Didaco Ortiz, & denique cauſa introducta
coram Nuntio pronuntiauit male per Reſigna-
tarium appellatum, & bene à dicto Ceruellan.
fuiſſe iudicatum; Vnde inficiari non poteſt,
quia ſententia Didaci Ortiz Thomæ Ceruel-
3 lan. & Nuntij Hiſpaniarum ſint conformes, *
cum reſpiciant idem ius, & eandem cauſam
l. cum quæritur cum duab. ſeqq. ff. de except. rei
Iud. Verall. dec. 93. par. 3. Immo ſufficeret
quod in ſubſtantia idem continerent ad effe-
4 ctum, vt conformes dicerentur * *Socc. Iun. conſ*
74. num. 1. & 2. lib. 2. Ruin. conſ. 114. n. 10.
& 13. lib. 5. Gab. tit. de executione rei iudic.
concl. 1. num. 33. Theſaur. dec. 112. & dec.
228. num. 2. & fuit dictum in cauſa *Romana*
ſucceſſionis 23. Maij 1597. coram Orano Et in
montis Regalis Iuriſdictionis prima Iulij 1605.
coram bo. me. Franceſco Pænia,& in cauſa *Tole-*
tana nullitatis Profeſſionis 17. Maij 1600. coram
bo. me. Iuſto,& in alia *Placentina Voti 13. Iunij*
1605. coram R. P. D. meo Pamphilio, inimò
neque eſt opus, quod ad effectum, quod di-
cantur conformes, quod vna aliam confir-
5 met, ſed ſufficit quod idem contineat in ſub-
ſtantia *Bald. in l. Creditor §. cum de ſorte n. 1.*
ff. de ſolut. & fuit dictum in dicta *Montis Rega-*
lis coram bo. me. Penia, quod fortè eſſet ve-
6 rum, niſi adeſſet contraria ſententia, * quia
ſic eſſet ſententia contra ſententiam, quod
7 non eſt permiſſum, * ſed debet confirmari aut
reuocari, quando Iudici eſt notum, vel fuit
oppoſitum *Român. conſ. 410. num. 4. Fælin. in*
cap. inter monaſterium, vbi ponit regulam, &
declarationes *de ſent. & rei Iudic.* Ad effectum
enim quod ſententiæ non dicantur conformes,
8 opus eſt, * quod adſit difformitas circa ſub-
ſtantiam, & qualitatem principalem *Alex.*
conſ 77. num. 3. Verſ. ſicut ego lib. 2. & fuit di-
ctum in præcitatis cauſis *Romana Succeſſionis,&*
Montis Regalis Iuriſdictionis.

Quantum verò attinet ad ſecundam in-
ſpectionem, An ſententiæ ſint validæ, præſum-
9 ptio ſtat pro validitate ſententiæ, * niſi con-
trarium probetur *Specul.in tit. de empt.& vend.*
§. fin. num. 19. Imol. in l. ſi quis cum alter n.7.
verſ. licet etiam de verbor. obligat. Iaſon. conſ.
119. num. 5. verſ. confirmo vol. 1. Contrarium
autem in hoc caſu non probatur, quia licèt
opponatur de defectu citationum ad ſenten-
tias tamen iſte defectus non ſubſiſtit; Quan-
tum enim attinet ad ſententiam latam per Di-
dacum de Ortiz, licèt non adſit citatio ad ſen-
tentiam, attamen vt in ea dictum fuit lata
10 partibus præſentibus, * quæ preſentia ſuffi-
cit abſque alia citatione ad ſententiam *Angel.*
in conſ. 267. num. 2. idem *Angel. in l. de Vno-*
quoque num. 5. ff. de re Iudic. Iaſon. in l. 1. ad
finem ff. de iniuſ vocan. & conſ.169.num.5.vol.
2. Alex conſ 120. num. 5. lib. 2. Vant. de nullit.
ex defect. citat. num. 17.

Neque poteſt dici nulla, ex eo quod fuerit
11 lata nemine inſtante * *Bartol. in l.1.num. 2. C,*
vt quæ deſunt aduocat. part. Pereg. de Iur. Fiſc.
lib. 7. tit. 3. num. 47. Vant. de nullit. ex def.
proceſſ. n. 98. Quia iſta negatiua non probatur
12 ex reuolutione actorum,prout debet probari*
Imol. conſ. 110. num. 1. Alexand. conſ. 55.num.
12. lib. 5. Dec. conſ.483. num.6. Aldobrand.conſ.
113.num.16 lib.1. Ex actis enim conſtat,quod
Procurator ipſius Reſignatarij 20. Maij 1613.
inſtetit pro ſententia, quæ fuit lata 22. eiuſ-
dem menſis partibus præſentibus; Vltra quod
fuit conſideratum, quod licet ſententia fuerit
lata pro reo, & regula ſit, quod quando fer-
tur pro actore cenſeatur lata ad eius inſtan-
tiam, * quia in libello petitur reum condem-
13 nari *Alex. in l. vnica num. 11. verſ. qui ſubdit*
*C. quæ deſunt Aduocat.par.*quam etiã concluſum
aliqui ex Dominis alias intelligebant, quando
14 Actor eſt præſens * vt refert *Cæſar. de Graſſ.*
dec. 9. num. 10. de cauſ. poſſ & propriet. tamen
Alex. loco citato num. 12. tenet idem eſſe in
15 Reo, * quia in ſua exceptione eſt Actor,petit
enim

enim & ipse excipiendo absolui, quod procedit de plano quando partes, & illorum Procuratores sunt præsentes, prout in casu isto, vt per *Alex. in dicta l. vnica n. 11. C. vt quæ desunt. Aduocat. par.* post *Castr. in d.l. Vnica num. 5. & 6.* & bene *Bartol. in l. Furioso in fin. ff. de re iudic.*

Circa vero sententiam latam per Ceruellon. non potest negari, quin adsit legitima citatio ad sententiam, quia sententia fuit lata 28. Febr. 1625. præcedente citatione 22. eiusdem mensis pro die 23. & pro octo diebus conti-
16 nuis sequentibus, * quæ citatio sustinetur de iure; Nam licet verum sit, quod citatio pro singulis diebus, & horis, tanquam nimis va-
17 ga non sustineatur, * tanquam speciem seruituris inducens *Put. dec. 252. lib. 1. in nou. Cresc. dec. 10. de dol. & contum. Cott. dec. 153. & dec. 35. Verall. dec. 108. par. 1.* vt fuit resolutum in causa *Asten. Pascui 24. Nouembris 1606. coram bo. me. Card. Lancelletto*, & sustinetur tan-
18 tum per duos vel tres dies * *Rot. dec. 311. num. 3. par. 1.* tamen in hoc casu cum citatio fuerit facta pro certa, & octo diebus sequen-
19 tibus non potest dici vaga, * quia præfigitur terminus, in quo est ferenda sententia *Marant. in prax. par. 6. vers. clarum termini & dilationes Paz. in prax. par. 1. tom. 8. c. pen. num. 43. & seqq. Cæsar. de Graff. dec. 19. num. 6. de sent. & re iudic.* & in simili de præfixione termini 20.
20 dierum ad perficiendum examen, * quod illa citatio non dicatur vaga fuit resolutum in causa *Toletana decimarum de Salzedon. 26. Feb. 1590. coram recol. mem. Francesco Penia*, & in causa *Calagurit. oblationum 26. Martij 1590. coram R. Perusino*, & in *Ferrarien. bonorum 11. Maij 1601. coram bo. me. Paten.*

Et pari modo respondendum pro validitate sententiæ Nuntij Hispaniarum, quæ fuit lata 26. Ianuarij 1616. præuia citatione sub die
21 18. Ianuarij pro die 19. eiusdem mensis * cum octo diebus seqq.

Necetiā potest dubitari quin hę duæ sētētię fuerint latæ parte instante, quia vtramque instetit preferri Procurator Resignatarij, vt verbis claris legitur, vltra quod semper præsumitur lata ad instantiam illius partis, quæ cita-
22 uit * *Milis in verbo citatio fieri non potest. DD. in c. 1. de Iudic. Dec. cons. 463. in fin. Rot. dec. 516. num. 2. par. 1.* & fuit resolutum in causa *Mediolanen. rescissionis contractus 17. Iunij 1602. coram bo. me. Card. Sacrato.*

Quantum attinet ad tertiam inspectionem circa iustitiam sententiarum, habet tria capita. Primum est, vt videatur, an primitiæ Parochiales spectent ad resignantem, vel resignatarium: Secundum caput, an resignans debeat tenere Locumtenentem, seu Cappellanum in Oppido *della Fuente*; Tertium an teneatur ad erogandas eleemosynas pauperibus eiusdē Oppidi. Circa primum caput licet resignatario fuerint reseruatæ decimæ minores, & pes altaris, & testes pro parte resignatarij examinati deponant, quod primitiæ veniant sub pede Altaris, tamen in contrarium adsunt alij testes, & *Constitutio Synodalis*, quibus magis

est standum, cum & vti testes resignantis de-
23 ponant id, quod est conforme iuri communi, * & idem disponat *Constitutio Synodalis*, decimæ
24 enim sunt quota pars frugum, & aliorum * licite acquisitorum debita ex præcepto Ecclesiæ ministris; Primitiæ autem sunt primæ, quæ
25 nascuntur fruges, * seu prima frugum pars, oblationes autem quicquid Deo, vel Ecclesiæ
26 eiusue ministris voluntarie exhibetur * *Suarez. de religione cas. 1. tract. 2. lib. 1.* præsertim *c. 3. 8. & 9.* & late etiam *Modernus de decimis cap. 2. q. 3. num. 10. vsque ad finem*, qui alios cumulat. Circa vero secundum caput an resignans debeet præstare salarium Cappellano; Primo non probatur indigentia huius Cappellani: Secundo quatenus probaretur, non docetur, quod pes Altaris, & decimæ minores vltra centum ducatos auri de Camera, qui debentur resignatario pro congrua non sufficiant pro manutentione Cappellani, immò datur magnus fumus in contrarium ex attestatione
27 Stephani de Apparesio, * qui fuit Locumtenens resignatarii, qui attestatur, quod decimæ minores, & pes Altaris in oppido de Val de Torres annexo beneficio principali della Fuente ascendunt ad valorem ducatorum 200. regalium 11. pro quolibet ducato, & similiter Andreas della Iguere, qui pariter fuit Locumtenens eiusdem resignatarij in loco de la Fuente, attestatur, quod pes Altaris, & decimæ ascendunt ad regalia 640. Circa vero tertium caput an resignans teneatur erogare eleemosinā pau-
28 peribus della Fuente, * quic quid dicendum esset, an pensionarius de superfluo, & ex lege charitatis teneatur erogare eleemosinam in illo loco beneficij, super quo pensio est reser-
29 uata, vel sufficiat in alij locis, certum est, * quod ex lege iustitiæ non tenetur cum agatur de pensione *Molin. de iustit. & iur. tract. 2. disput. 145. num. 5. Vasq. in opusculo de eleemosina cap. 4. dub. 4. in fin.* & bene facit doctissimus *Corduba in quæst. Theologicis q. 18. in responsione ad secundum fol. 175.* & propterea cum resi-
30 gnans non est obligatus ex lege iustitiæ, * resignatarius non potuit agere ad istam eleemosinam vnde bene dictus resignans fuit absolutus.

Et ita conclusum vtraque parte informante.

VERCELLEN. BENEFICII.

Veneris 26. Aprilis 1624.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Procuratoris constitutio de præsenti probatur ex illis verbis in collatione possessionis beneficij*

 facta

facta ab Episcopo, de quo fuit rogatus notarius creasti, & constituisti Procuratores, *& numer. 3.*

2 *Et quatenus prædicta verba intelligenda sint de præterito, tamen probant mandatum etiamsi de illo aliter non constet.*

DECISIO MDIII.

NOn poterat controuerti anterior possessio Petri, sed difficultas consistebat in eo, an probaretur mandatum illius, qui nomine suo cœpit possessionem, & affirmatiue fuit resolutum, prout & in alia *decisione sub die* 10. *Maij* 1621. quia in collatione, de qua fuit ro-
1 gatus Notarius Episcopus dixit * *creasti, & constituisti procuratores &c.* Vnde illa verba stante rogitu notarij intelligebantur, quod de præsenti constituebat vt dixit *Bartol. in l. post dotem num. 21. ff. solut. matrim. cum allegat. in alia decisione,* sed quatenus debuissent intelligi de præterito, fuit hodie additum, quod probant mandatum etiam si de illo aliter non con-
2 stet, * quæ licet prolata per Episcopum, tamen præsente, & acceptante parte, inducunt confessionem ipsius partis, & probant mandatum, quamuis aliter de eo non doceatur, vt est optimus *text. in l. ne fatisdatio ff. rem rat. haber.* quem ad hoc ponderat *Roman. in conf. 63. nu. 1. & singular. 356. Cappella Tolosana quæst. 326. in fin. Boer. decis.* 281. *num.* 1.

Neque obstat, quod ista confessio non potest præiudicare alteri parti, quia omisso, quod prædicta verba licet futuri temporis, in-
3 telligantur de præsenti vt supra docetur; * Nihilominus in hoc casu cum confessio fuerit facta tempore non suspecto, & agatur de his, quæ concernunt confessionem, vtique illa confessio probat mandatum, quia de p r se ista confessio probat, vt in *d. l. ne fatisdatio ff. rem. rat. haber.* & præiudicium partis, quod posset illam elidere non adest de tempore confessionis, & licet eueniat ex post, tamen venit de tempore, quo confessio sumpsit effectum suum.

Et ita conclusum &c.

CREMONEN. CANONICATVS.

Veneris 26. *Aprilis* 1624.

ARGVMENTVM.

Ordinarius si sit Cardinalis, & habeat indultum conferendi beneficia etiam reseruata talis exemptio suffragatur quoq; Capitulo in collatione Canonicatus simultaneæ collationis, vel electiui. Et hac occasione exactissimè examinantur verba huiusmodi indultorum.

SVMMARIVM.

1 *Canonicatus Ecclesiæ* Cremonensis *sunt electiui.*

2 *Electio, & prouisio Canonicatus remanet libera Capitulo, quando Episcopus, qui tenebatur intra certum tempus nominare non nominauit iuxta tenorem concordiæ inter eos initæ, de qua ibi.*

3 *Prout etiam procedit, quando Canonicatus est simultaneæ collationis.*

4 *Canonicatus præsumitur simultaneæ collationis inter Ordinarium, & Capitulum, nisi adsit consuetudo in contrarium.*

5 *Verba ampla, & generalia omnes comprehendunt.*

6 *Status vltimus in beneficialibus attenditur.*

7 *Canonicatus appellantur electiui, quando Capitulum eligit, & Episcopus confirmat.*

8 *Actus assignationis stalli in Choro, & loci in Capitulo habent vim collationis.*

9 *Canonicatus esse electiuos probatur ex litteris commendatitiis datis Capitulo pro electione facienda ad fauorem certæ personæ.*

10 *Canonicatus an sint electiui attenditur antiqua consuetudo.*

11 *Beneficia an sint electiua magnam vim habet consuetudo.*

12 *Prætensiones non tollunt veritatem rei, cum nihil aliud sint, quàm velamen defensionum.*

13 *Indultum Cardinalis Ordinarij conferendi beneficia, cuius verba ibi apponuntur, quando non suffragetur.*

14 Regula 8. *hodie* 9. Cancell. *non comprehendit Cardinales. Ampliа* numer. 21. & numer. 24.

15 *Cardinales cum non comprehendantur* sub Reg. 8. *hoc quod est etiam Capitulis.*

16 *In indiuiduis retinet quis per socium, quod per se ipsum non potest.*
Electio Canonicatus quando est simultanea inter Ordinarium, & Capitulum si Ordinarius reperitur exemptus à Regul. 8. Cancell. *id prodest etiam Capitulo numer.* 16. 32. *&* 40. *Amplia numer.* 47.

17 Regul. 8. *comprehendit beneficia electiua, & confirmationem Episcopi de ipsis factam numer.* 21. 24. *&* 26. *limita numer.* 24. *&* 26.

18 *Electio dicitur potentior confirmatione.*

19 *Electio trahit ad se confirmationem.*

20 *Per electionem plenum ius acquiritur, per confirmationem vero nihil noui iuris, sed tantùm exercitium.*

22 *Verbum* ad prouisionem *est generale continens in se omnes modos, per quos Ecclesia prouidetur numer.* 58.

23 *Verba, &* quamuis aliam dispositionem *apposita in Regula* 8. *sunt latissima, & comprehendunt omnem modum prouidendi, & num.* 60.

25 Ludouis. decis. 240. numer. 10. & seqq. *quid firmet.*

27 *Episcopus Cardinalis non potest dicere se nolle vti beneficio regulæ* 8. *in præiudicium Capituli, quia id esset ad æmulationem eiusdem Capituli. Vide numer.* 28. *&* 30.
Ad æmulationem quid facere non liceat numer. 27.

29 *Creditor saltem causatiuè compellitur accipere cre-*

creditum ex debitore oblatum, ut debitor obtineat absolutionem, & liberationem.

31 *Indulta concessa Ordinarijs nihil tribuunt, sed solum remouent obstacula reseruationem.*

33 *Confirmatio dari non potest, nisi detur electio, quæ eam præcedat.*

34 *Dispensatio licet sit strictè intelligenda, extenditur tamen ad necessaria consecutiua ex eo, super quo fuit dispensatum.*

35 *Indultum, quod remouet obstaculum reseruationū, & reducit prouisiones ad viam Iuris latè est interpretandum.*

36 *Connexionis fauore fit extensio de vna persona ad aliam.*

37 *Ex persona aliena sæpè quis consequitur, quod ex propria non consequeretur.*

38 *Connexitatis ratione dispositum in vno trahitur ad aliud.*

39 *Partem rei tangens totam tetigisse videtur.*

41 *Indultum Cardinali Ordinario concessū conferendi beneficia comprahendit electiua.*

42 *Indultum potest operari aliquid plus, quam remotionem obstaculi.*

43 *Indulta concessa Ordinarijs ferè omnia coincidunt in idem.*

44 *Prohemij verba non faciunt Ius, sed benè Ius facit id, quod ad ipsum prohemium sequitur.*

45 *Statutum dicens, quod vsurarij faciunt instrumenta de duplo eius, quod soluunt, & ideo statuit, quod detur executio solum pro summa verè soluta, non propterea probat, quod sola medietas sit soluta.*

46 *Prohæmium non attenditur, sed id, quod ad ipsum sequitur, & numer. 68.*

47 *Beneficia electiua comprahenduntur sub indulto concesso Cardinali Episcopo conferendi beneficia in præiudicium Papæ, non autem Capituli, etiamsi in indulto adsint verba* solus per te ipsum, *& numer. 50.*

48 *Dignitates secundum magis communem opinionem ad electionem Capituli, & confirmationem Episcopi spectant.*

49 *Dictio* solus *non semper excludit, imò includit, quod est sibi connexum.*

50 *Si Papa dicat, quod solus Episcopus possit degradare, non tamen excludit Capitulum concurrens in degradatione.*

52 *Statutum si adsit, quod solus Episcopus confirmet, intelligitur Episcopus, & Capitulum.*

53 *Verba sunt intelligenda sine præiudicio tertij.*

54 *Verba posita ad cautelam non immutant naturam rei.*

55 *Beneficia electiua comprahenduntur sub verbis ad* Collationem prouisionē, & quamlibet aliam similem, vel dissimilem dispositionem.

56 *Beneficia electiua sunt speciali nota digna, & numer. 65.*

57 *Assignatio beneficij Ecclesiastici vacantis, quam Prælatus facit alicui propriè dicitur translatio, seù libera Iuris concessio.*

59 *Verba* ad præsentationem *apposita in Indulto concesso Cardinali Episcopo conferendi beneficia, comprahendunt omnia beneficia iurispatronatus, quæ cadunt sub reseruatione.*

60 *Verba, &* quamuis aliam similē, vel dissimilē dispositionē *apposita in Indulto concesso Cardinali conferendi beneficia includunt omnem modum prouidendi, & numer. 62.*

61 *Singula singulis sunt referenda.*

63 *Confirmatio electi à Capitulo tribuit electo facultatem administrandi.*

64 *Confirmatio electi à Capitulo dicitur dispositio Episcopi.*

66 *Facultas, seù Indultum conferendi beneficia conceptum cum illis verbis,* quibus sibi videbitur *non important liberam voluntatem, itaut possit conferre personis sibi beneuisis, sed arbitrium boni viri, idest si persona est idonea.*

Verbum videbitur *non importat liberam voluntatem, sed arbitrium boni viri numer. 66.*

67 *Verbum* liberè *importat arbitrium boni viri.*

69 *Verba* ratione mensium Apostolicorum reseruata conferre possit *apposita in Indulto concesso Cardinali Ordinario conferendi beneficia illud non alterant, itaut aliquid de nouo concedant, sed tantum perseruat Collatoribus ius primæuum.*

70 *Verba ex abundanti apposita non alterant dispositionem.*

71 *Expeditio litterarum Apostolicarum in prouisione beneficiorum affectorum, videlicet reseruatorum quando sit necessaria pro euitando præiudicio Cancellariæ.*

72 *Dictio* huiusmodi *est respectiua præcedentium cum omnibus qualitatibus suis.*

Possibilitas sufficit, vt excludatur verborum superfluitas n. 72.

73 *Indultum concessum Cardinali Ordinario conferendi beneficia cum verbis* liberè conferre possit *videtur extraordinarium, & per illud censetur data potestas conferendi absque electione Capituli, secus si dicta verba non referantur ad collationem.*

Prouisio non potest dici liberè ad aliquem spectare, si est facienda ad collationem alterius num 73.

74 *Verbum* liberè *non tollit Ius tertij.*

75 *Cardinalis Ordinarius semper censetur prouidere auctoritate ordinaria non autem vigore Indulti.*

76 *Amplia etiā si dixerit se prouidere vigore Indulti.*

77 *Indultum concessum Cardinali Ordinario conferendi beneficia suffragatur Capitulo in collatione Canonicatus simultaneæ collationis, vel electiui etiamsi sit reseruatus aliàs quam ratione mensis.*

DECISIO MDIV.

IN Ecclesia Cathedrali Cremonen. adest concordia inita de anno 1575. & per Sedem Apostolicam confirmata inter Episcopum, & Capitulum, in qua disponitur, quod quotiescumque in mensibus alternatis ad fauorem Episcopi, vel alias quomodolibet ad Capituli electionē, vel prouisionem in alijs mensibus spectantes vacare contingeret aliqua dignitas, circa quam in fundatione non fuisset data certa forma conferendi, vel etiam Canonicatus, Episcopus, vel eius Vicarius intra tres dies à die scientiæ, vel monitionis vacationis nominare semel tres idoneos posset, quorum vnus à Capitulo intra tres alios dies elegeretur, & Episcopus similiter intra tres alios dies electum ex illis tribus confirmare teneatur, aliàs electio Capituli sine confirmatione valeret. Et si quacumque de

causa

causa Episcopus, vel Vicarius nollet, aut non
posset, vel recusaret, seù differret infrà tres alios
dies nominare, tunc Capitulum per se liberè, &
absolutè eligere, & sic electum illis (scilicèt Epi-
scopo, & Vicario) recusantibus confirmare: Eue-
nit casus, quod Canonicatus vacauerit in men-
se Nouembris, qui est fixus, & Illustrissimus
Cardinalis vigore sui indulti, & alias omni me-
liori modo, elegit vnum, Capitulum verò præ-
tendens esse factum locum concordiæ, cum Il-
lustrissimus Cardinalis tres minimè nomina-
uerit, elegit alium, quarè vtroque petente no-
uam prouisionem à Dataria, de eiusdem ordi-
ne dubitani cui esset danda noua prouisio, &
causa bis proposita, ac maturè discussa Domi-
ni censuerunt nouam prouisionem dandam esse
electo à Capitulo, & sic recedendum à *decisione
facta 23. Iunij superioris anni*.

Ratio *decisionis* fuit, quia Canonicatus Ec-
1 clesiæ Cremonensis sunt electiui, * & ideò li-
cet Canonicatus, de quo agitur vacauerit in
mense fixo, tamen, cum tam *Regula* 8. quam
indultum remoueat obstaculum reseruatio-
num, Capitulum ex persona Cardinalis gaudet
ista remotione, ideò cum in isto mense etiam
fixo stante dicta remotione obstaculi electio
spectaret ad Capitulum, & Illustrissimus D.
Cardinalis non nominauerit iuxta tenorem
2 concordiæ, * electio, & prouisio remansit li-
bera Capituli, itaut noua prouisio sit danda
electo ab ipsomet Capitulo, & idem dicen-
dum esset si Canonicatus essent simultaneæ col
3 lationis * prout de iure præsumuntur, nisi adsit
4 consuetudo in contrarium * *Cassad. dec. 22. de
præbend.* & ex infrà dicendis apparebit. Con-
cordia enim non est restricta ad solos menses
alternatos, sed se extendit ad alios menses,
*qui aliàs quomodolibet spectarent ad electionem,
vel prouisionem Capituli*, vt ibi legitur ad litte-
5 ram, quæ verba sunt tam ampla, * vt sine vio-
lentia comprehendant omnes menses, qui ex
consortio Episcopi Cardinalis, vel alias quo-
modolibet essent Ordinarij, ac tanquam tales
caderent sub electione, & prouisione Capituli
Put decis. 209. lib. 1. in nou. & fuit dictum *coram
me in causa Plocen. Canonicatus* 15. *Decembris*
1614. quæ est *decis. 614. numer. 2. par. 2. in rec.*
Et prædicta eo magis procedunt, quia con-
stat de vltimo statu ad fauorem Capituli per
electionem ab ipso factam in mense alioquin
reseruato de persona Constantij Tassoni ad
Canonicatum huius Ecclesiæ vacantem per
obitum Angeli Olinæ, quæ fuit à Vicario Il-
lustrissimi Cardinalis Camporei confirmata,
& successiuè per possessionem pacificam effe-
ctuata, qui vltimus status in beneficialibus at-
6 tenditur, * & per vnicum actum inducitur
cap. cum Ecclesia Sutrina vbi *Abb. nu. 23. Rip. nu.
91. de caus. possess. & propriet.*

Quod autem sublatis reseruationibus ius e-
ligendum haberet Capitulum satis patet; quia
ad hos Canonicatus circumscripta concordia
7 elegit Capitulum, & Episcopus confirmat, *
& ideò Canonicatus appellantur electiui *Car-
din. in clem. quia contingit §. siuè vers. vt autem
numer. 2. in 4. notabili de Religios. dom.* & in *Clem.*
1. §. *hac numer. 5. quæst. 4. de præbend.* & *cons.* 103.
numer. 6. in fin. & *numer. 7. vers. at hic Fælin. in c.
in nostra numer. 26. de rescript. Rip. cons 8. num. 2.
de rescript. Rot. dec. 1. de elect. in antiq. Germon. de
Indultis in §. ac beneficia in numer. 23. & 34.* la-
tè *Gonzal. ad reg. 8. gloss. 19. numer.* 11. quod
quidem ius eligendi, quod habet Capitulum
satis probatur ex laudo lato per Ioan-
nem de Lignano vsquè de anno 1366. in quo
fuit dictum, quod Capitulum, & Episcopus,
tanquam Canonicus eligerent, & quod in-
fra triduum electus debeat accedere ad Epi-
scopum, vel Vicarium, & ab ipsis requirere
installationem, & loco confirmationis Epi-
scopus, vt Prælatus per se, vel ipso absente
per Vicarium, vel alium auctoritate sua Ca-
nonico sic electo, & recepto assignare stallum
8 in Choro, * & locum in Capitulo absquè ædi-
cto teneatur; Vndè ex illo laudo manifestissi-
mè apparet, quod electio spectat ad Capitu-
lum, & confirmatio ad Episcopum, cum Epi-
scopus authoritate sua teneatur loco confir-
mationis assignare stallum in Choro, & lo-
cum in Capitulo; qui actus habent vim colla-
tionis *Rot. dec. 16. de concess. Præbend. in nou.
Achill. dec. 4. numer. 3. & seqq. de præbend. Put. dec.*
119. & 121. *lib. 3. in nouis*, & fuit additum in
dicto laudo, quod si Episcopus absque iusta
causa prædicta neglexerit ipsam installatio-
nem, & alia præstare faciat: Et vlterius dan-
tur plures electiones Capituli, & confirma-
tiones Episcoporum ab anno 1407. & vltrà
ferè omnes sortitæ; Et insuper dantur plures
litteræ commendatitiæ datæ Capitulo Cre-
monen. pro electione facienda ad fauorem
9 certæ personæ, * quæ optimè probant Cano-
nicatus esse electiuos, cum adhoc probandum
10 attendatur antiqua consuetudo * *Io. Andr. in
addit. ad Specul. tit. de act. & pet. §. super petitio-
nibus ad fin. vers. per litteras quoque* in istis enim
11 consuetudo magnam vim habet * *Fælin. in cap.
in nostra numer. 26. vers. & nota diligenter de re-
script.* vbi reprehendit *Calderin.* qui tenet con-
trarium in *cons. 12. de præbend. Germon. de in-
dult. §. ac beneficia numer. 31.* & propterea pa-
rum refert, quod in concordia de anno 1575.
referantur prætensiones vtriusque partis, &
super illis fuerit facta concordia, quia præ-
12 tensiones non tollunt veritatem rei, * cum
nihil aliud sint, quam velamento aliquo se
defendere *l. miles 11. §. quod priuilegium vers. non
videtur mihi ff. ad leg. Iul. de adulter.*

Et vltrà alias electiones factas à Capitulo,
placuit Dominis ad propositum nostrum con-
siderare, quod Capitulum de anno 1499. ele-
git Antoniũ de Pomis præsente Vicario Car-
dinalis Ascanij Sfortiæ Episcopi Cremonen.
13 qui dictum electum in possessionem induxit, *
& iste Cardinalis habebat indultum per hæc
verba; *Vt personis tibi gratis, & obsequentibus
in gratiarum exhibitione, & gratiosum reddere
valeas &c. tibi quoad vixeris solus per te, vel
alium, seù alios &c. de quibuscunque beneficijs
&c. quæ ad collationem &c. coniunctim, vel diui-
sim &c. pertinent &c. quibusuis personis idoneis,
quibus tibi videbitur prouidere, & disponere, ac
illa*

illa libere, & licitè conferre possit; Secunda
electio, quam considerarunt fuit facta de anno
1505. ad fauorem Iacobi Schiti de Archi-
presbyteratu dictæ Ecclesiæ, quæ habuit effe-
ctum contra Io. Antonium Orpheum, qui fue-
rat à Sede Apostolica prouisus de consensu
Cardinalis S. Petri ad Vincula Episcopi Cre-
monen. vt constat ex possessione, & ex senten-
tia Rotali tunc lata ab Antonio de Mohre ad
fauorem dicti Iacobi, & tamen Cardinalis ha-
bebat indultum, vt solus posset conferre, vt
patet ex informatione Iuris bo.me. Angeli Ca-
sij, qui in dicta causa patrocinabatur, & licet
ista prouisio sit de dignitate, non de Canoni-
catu, tamen multum inseruit ad propositum,
de quo agitur propter indultum; Rota enim
non se fundat principaliter in ista electione,
sed in alijs electionibus Canonicatuum, quæ
quamplures sunt, *vt supra dictum est*.

Quod verò *Regula* 8. foueat Capitulo satis
patet, quia *Regula* 8. non comprehendit Car-
14 dinales, * vt sunt verba illius clara, & pro-
pterea cum isti Canonicatus sint electiui, ità
vt circumscripta concordia electio spectet
ad Capitulum, confirmatio verò ad Episco-
cum, cum *Regula* 8. non comprehendat Car-
15 dinales prodest etiam Capitulo * ex tex. *in l.
si communem fundum* 10. *ff. quemadmodum seruit.
ammittat.* Vbi si communem fundum ego, &
pupillus haberemus licet vterque non vteretur,
16 tamen propter pupillum, & ego etiã retineo, *
& per istum *tex.* ità resoluit Rota, quando
prouisio est simultanea in causa *Hispalen. por-
tionis* 19. *Ianuarij* 1594. *coram bo. me. Cardina-
le Pamphilio* relata apud *Garz. de benefic. par.* 5.
cap. 1. *numer.* 35. & in causa *Bononien. Præbend.*
5. *Octobris* 1605. *coram bo. me. Cardinale Sacrato*,
& in alia *Spoletana Iurispatronatus* 26. *Iunij*
1619. *coram eodem*, & late prosequitur articu-
lum *Gonzal. super reg.* 8. *gloss.* 24. *numer.* 52. *&
seqq.* & hic repetenda sunt omnia, quæ circa
indultum infrà dicentur.

Neque est verum, quod *Regul.* 8. non com-
prehendat electiua, & sic exceptio Cardinalium
posita in *Regula* eis non suffragetur quoad ele-
17 ctiuam; nam contrarium appatet * verbis ex-
pressis Regulæ ibi *Ad collationem, prouisionem,
præsentationem, electionem, & quamuis aliam di-
spositionem*, quæ verba *ad electionem* compre-
hendunt beneficia electiua, prout sunt Ca-
nonicatus, de quibus agitur vt supra dictum
est latè *Gonzal. super Reg.* 8. *Gloss.* 19. *numer.* 11.
& supra *numer.* 10. dicit, quod illa verba *ad e-
lectionem* fuerunt apposita ad tollendas omnes
dubitationes *San. me. Gregorius dec.* 240. *num.* 1.
& seqq.

Nec valet replicatio, quod & si beneficia
electiua comprehendantur sub *Regula*, non ta-
men sequitur quod comprehendantur sub rela-
xatione *Regulæ* ad fauorem Cardinalium illa
confirmatio, quam debet facere Episcopus
post electionem, quia contrarium est verum,
nam vt dictum est *Regula* comprehendit etiam
electiua, quare in necessariam consequentiam
comprehendit etiam confirmationem Episco-
18 pi, quia electio dicitur potentior, * quia est
principium, & dicitur potissima pars *Angel.*
19 *cons.* 348. *num.* 3. & trahit confirmationem *
Decius in cap. postquam num. 38. *in fine de elect.*
& quia per electionem plenum ius acquiri-
20 tur, * per confirmationem autem nihil noui
iuris, sed tantum exercitium *Oldrad. cons.* 146.
num. 4. *Dec. loc. allegat. num.* 18. & in similibus
terminis est *decisio S. mem. Gregorij* 140. *num.*
16. *&* 17. vnde sequitur, quod cum *Regula octa-
ua* comprehendat nedum electionem, sed etiam
21 confirmationem, * & non comprehendat Car-
dinales illos nec respectu confirmationis, quam
facere debent in beneficijs electiuis compre-
hendat: Et cessat omnis difficultas, quia *Regula*
8. habet verbum *ad prouisionem*, quod est ge-
22 nerale, & latissimum * continens in se om-
nes modos, per quos Ecclesia prouidetur, sci-
licet nominationem, postulationem, electio-
nem, præsentationem, confirmationem, in-
stitutionem, & collationem *gloss. in verbo pro-
uisioni in Clem. final. de elect. c. vt circa in princ.*
& ibi *gloss. in verbo Prouisionem de elect. in* 6.
cum alijs per *Gonzal. ad Reg.* 8. *gloss.* 11. *num.*
11. & tollitur omnis amaritudo, stantibus alijs
verbis, *& quamuis aliam dispositionem*, quæ sunt
23 latissimæ, * & comprehendunt omnem mo-
dum prouidendi *Gonzal. vbi supra gloss.* 10. *n.* 1.
& per tot. quare si *Regula* 8. comprehendit ele-
ctionem Capituli & confirmationem Episcopi,
24 ita respectu Cardinalium vtrumque relaxat: *
Neque contrarium dicit prædicta *dec. S. m. Gre-*
25 *gor.* 240. *num.* 10. & *seq.* * quia solum firmat,
quod *Regula* 8. non comprehendit quoad bene-
ficia electiua solam confirmationem, quam de-
beret facere Episcopus, sed etiam totalem dis-
positionem, ponderando verba, *vt pauperibus
Clericis prouidere possit*, quod est verum, sed
non officit in casu isto, quia conceditur, quod
Regula 8. capiat nedum electionem, sed etiam
26 confirmationem, * non tamen in præiudicium
Cardinalium.

Minus etiam facit, quod Cardinalis Epis-
copus potest dicere se nolle vti beneficio *Regulæ*
8. quia responderi potest, quod cum *Reg.* 8. in
27 verbis non comprehendat Cardinales, * si hoc
faceret esset ad emulationem Capituli, quod
non licet, vt in simili *Grat. cons.* 113. *num.* 23.
lib. 1. & cessat obiectum, quia cum *Regula* ab
initio non comprehendat Cardinales, saltem
causatiue, potest cogi stare dispositioni iuris
28 communis, * ex quo *Regula* 8 illum non com-
prehendit, vt bene ad propositum *Signor. cons.*
42. *num.* 2. vbi quod creditor saltem causatiue
compellitur accipere creditum à debitore ob-
29 latum * vt debitor obtineat absolutionem, &
liberationem; & in omnem euentum si Cardi-
nalis nollet vti beneficio *Reg.* 8. deberet vti be-
30 neficio indulti, * quod pariter remouet obsta-
culum, & suffragaret Capitulo, *vt statim dice-
tur*.

Quod vero etiam indultum faueat Capitulo,
satis patet, quia cum Canonicatus sint electiui
indultum concessum Illustrissimo Cardinali
suffragatur etiam Capitulo; quia indulta con-
cessa Ordinarijs nihil tribuũt, sed solum remo-
31 uent obstacula reseruationum * *Cassador. dec.* 3.
num.

singulis eius partibus nihil in eo continetur,
aut fuit additum, per quod Papa vltra re-
motionē obstaculi aliquid voluerit concedere,
itaut censeatur illatum præiudicium Capitulo;
Nam etsi in prohemio dicatur *Sublatis impedi-
mentis, quibus possis de beneficijs Ecclesiasticis tuæ
dispositioni commissis personis idoneis, & alias ti-
bi gratis, & acceptis prouidere &c.* quæ verba
gratis, & acceptis, non leguntur in alijs indul-
tis, licet etiam legantur in duobus indultis
Cardinalis Silicei, & Quiroghæ Archiepisco-
porum successiuè Toleti, tamen non impor-
tant liberam collationem, sed secundum su-
biectam materiam, vt statim dicetur in expli-
catione verborum *Quibusuis personis*; Vltrà
44 quod ista sunt verba proemij, * quæ non fa-
ciunt ius, sed ius facit id, quod ad ipsum
proemium sequitur, vt bene per *Bald. in cons.
443. num. 4. vers. adde, quod proemium lib. 3.*
vbi quod licet statutum dicat, quod Vsurarij
45 faciunt instrumenta de duplo eius, * quod
soluunt, Ideo statuimus, quod detur exequtio
solum pro summa vere soluta; statutum non
propterea probat, quod sola medietas sit so-
luta, ea ratione, quia non attenditur proe-
46 mium, sed id, quod ad ipsum proemium
sequitur.
Aut verò ponderantur verba *solus per te ip-
sum*, & ista verba sunt intelligenda respectu
47 Papæ, non autem ad exclusionem Capituli, *
ad quod spectat electio, quia Beneficia electi-
ua comprehenduntur sub Indulto in præiudi-
cium Papæ, non autem in præiudicium Capi-
tuli, vt in terminis censuerunt maiores nostri
apud *Put. dec. 190. num. 2. lib. 3.* & *dec. 16. de
priuileg. Achill. dec. 10. de priuileg. Germon. de
Indultis in §. ac beneficia num. 31. & 32 Vers.
his ita peractis, & num. 39.* & in terminis hu-
ius Ecclesiæ fuit resolutum in causa *Cremonen.
Cantoriæ 7. Maij 1557. coram Iunio* vbi *Rota*
simpliciter resoluit, quod Cantoria Cremo-
nen. comprehendebatur sub Indulto Cardina-
lis Episcopi, & in *eadem Causa 22. Maij 1557.
coram Paleotto*, quæ est *dec. 135. lib. 3. par. 3.*
quæ *decisio* licet loquatur de Cantoria bene ta-
men non applicatur ad Canonicatus electiuos,
& sic ad casum nostrum ex identitate ratio-
nis, cum dignitates secundum magis com-
48 munem opinionem ad electionem Capituli, *
& confirmationem Episcopi spectant *Oldrad.
cons. 146. num. 2. Franch. in cap. deliberat n. 1.
de offic. legat.* Et prædicta comprobantur opti-
ma ratione, quia dictio *solus* non semper ex-
49 cludit, immò includit, quod est sibi conne-
xum, vnde per hæc verba *solus Episcopus* non
50 excluditur Capitulum, * vt probat *Bald. in
l. 1. num. 4.* & ibi *Iason. num. 7. C. de bon. pos-
sess. contra tabulas*; Hinc videmus, quod licet
51 Papa dicat solus Episcopus possit degradare, *
non tamen excludit Capitulum concurrens in
degradatione *c. 1. in fin. de hæreticis in 6.* vbi
*Gloss. in Verbo solus Monachus num. 1. Archidiac.
num. 1. Io. Andr. in princ.* & *Franc. in fine*, &
hoc videtur procedere in omni materia, vt per
*Gloss. in c. Episcopus sine consilio Clericorum di-
stinct. 24.* vbi bene *Gemin. num. 3. Alex. de Ne-*

no num. 4. qui dicunt, quod si adsit Statutum,
52 quod solus Episcopus confirmet, * intelligitur
Episcopus, & Capitulum.
Aut verò ponderantur verba *ad quæ consue-
uerunt per electionem assumi*, & ista verba vt di-
ctum est sunt intelligenda sine præiudicio iu-
53 rium Capituli, * vt in puncto etiam conside-
rauit *Rota apud Put. d. decis. 190. num. 1. lib. 3.*
& huiusmodi verba fuerunt apposita ad cau-
54 thelam, * quia licet beneficia electiua compræ-
55 henderentur sub verbis *ad collationem*, * *proui-
sionem, & quamlibet aliam similem, vel dissimi-
lem dispositionem Germ. de indultis in §. ac benefi-
cia num. 31. & 32. & num. 39.* tamen quia sunt
56 speciali nota digna * *Verall. decis. 41. num. 1.
par. 3.* & sentit *Card. in Clem. quia contingit §. vt
autem num. 2. de Relig. Domib. Felyn. in cap. in
nostra num. 26. in 31. corolario* & *in 32. de rescri-
pt.* verba prædicta fuerunt apposita ad tollen-
das omnes difficultates *Put. d. decis. 190. nu. 2.
& decis. 16. de priuileg.*
Aut considerantur verba (*quibusuis personis
idoneis quibus tibi videbitur*) & nihil faciunt. Et
pro resolutione huius articuli duo sunt per-
mittenda. Primo, quod Papa dat facultatem
conferendi, prouidendi, aliaque disponendi
de beneficijs ad tuam (scilicet Cardinalis, cum
alio, vel alijs; collationem, prouisionem, præ-
sentationem, seu quamuis aliam similem, vel
dissimilem dispositionem, & sic etiam dum
dicitur in indulto *ad tuam cum alio, vel alijs
collationem* denotatur assignatio beneficij Ec-
clesiastici, quam Prælatus facit alicui de ali-
57 quo beneficio vacante, * quæ propriè dicitur
translatio, seu libera iuris concessio *Abb. in c.
authoritate num. 9. de instit. DD. in c. cum in illis
§. 1.* & præcipuè *Geminian. de præben. in 6. Gon-
zal. ad reg. 8. gl ss. 3. nu. 8.* Dum vero in eodem
indulto dicitur *prouisionem* denotat Papa, vt
modo dictum est omnes modos, per quos Ec-
58 clesiæ prouidetur, * scilicet nominationem,
postulationem, electionem, præsentationem,
confirmationem, institutionem, & collationem,
quia istud verbum est generale, & latissimum
*Gloss. in verbo prouisioni in clem. fin. de elect. e. vt
circa in princip. ibique Gloss. in verbo prouisioni
de elect. in 6.* cum alijs per *Gonzal. reg. 8. Gloss.
17. num. 1.* Dum verò dicitur ad *præsentationem*
59 comprehendit omnia beneficia * Iurispatrona-
tus, quæ cadunt sub reseruatione, vt per *Gon-
zal. vbi supra gloss. 18. num. 1. & seqq.* dum de-
nique dicitur, *& quamuis aliam similem vel dis-
similem dispositionem* includitur omnis modus
60 prouidendi, * cum istud verbum habeat latis-
simam significationem *Gonzal. vbi supra gloss.
20.*
Secundo præmittendum venit, quod dum
Papa in indulto dat facultatem *conferendi, pro-
uidendi, aliasque disponendi*, quod ista verba
sunt referenda ad alia verba *ad tuam, cum alio,
vel alijs collationem, prouisionem, præsentationem,
seu quamuis aliam similem, vel dissimilem disposi-
61 tionem*, ita vt singula singulis sint referenda *
*l. quoties C. famil. ercisc. Aymon. cons. 870. nu. 8.
Surd. cons. 431. num 62. lib. 3.* ita vt verbum *di-
sponere* propriè sit referendum ad beneficia,

quæ

quæ ſpectant ad diſpoſitionem Epiſcopi, quod
62 verbum, vt dixi, eſt latiſſimum, * & compræ-
hendit omnem modum, quo prouidetur de be-
neficio *c. 2. de præben. in 6.* & in ſpecie *confirma-
tionis* quæ tribuit electo facultatem adminiſtran-
63 di * *c. tranſm ſſum, & c. qualiter de elect.* & ſic
iſtud verbum propriè adaptatur, quando Ca-
pitulum elegit, & Epiſcopus confirmat, quia
64 illa confirmatio dicitur diſpoſitio Epiſcopi, *
vt per dictas rationes concludit *Rip.* in puncto
in conſ. 8. num. 1. & 2. verſ. nec obſtat de reſcript.
vbi ſolum hoc negat in indulto conceſſo alteri,
quam Ordinario, & mouetur, quia beneficia
65 electiua ſunt ſpeciali nota digna * *Put. deciſ.
190. lib. 3. & ſupra dictum eſt.*

His duobus prænotatis non obſtant illa ver-
ba *quibuſuis perſonis idoneis, quibus tibi videbitur,*
nam vt dictum eſt ſingula ſingulis ſunt referen-
da, & propterea Cardinalis poteſt etiam con-
firmare electionem; vnde verbum *quibus tibi vi-
debitur* non importat liberam voluntatem, ita-
ut Cardinalis poſſit conferre perſonis tibi be-
66 ne viſis; * ſed arbitrium boni viri *Bartol. in
extrauag. ad reprimendum in verbo videbitur n. 1,*
Itaut tanquam bonus vir prouidere debeat
Bartol. ibidem num. 7. ſcilicet in hoc caſu, ſi
perſona electa à Capitulo eſt idonea, tanquam
bonus vir, debet illi prouidere confirmando
electionem. Et ex iſtis remanet etiam firma
reſponſio ad verba prohemij, de quibus ſupra
dictum eſt, vt *ſublatis impedimentis poſſis de be-
neficiis tuæ diſpoſitioni commiſſis perſonis idoneis,
& alij tibi gratis, & acceptis prouidere,* quia nō
propterea ſequitur, quod liberè poſſit proui-
dere, quia verbum *liberè* non refertur ad pro-
uiſionem, vt ſtatim dicam, ſed prouidere per-
67 ſonis idoneis, * & aliis gratis, & acceptis ad
electionem Capituli, quando electio ſpectat ad
ipſum, arbitrio tamen boni viri, vt interpræ-
tatur diſpoſitiuè de Iure. Proemium enim vt
68 ſupra dictum eſt non facit Ius, * ſed id quod
ad ipſum proemium ſequitur, vt per *Bald. d.
conſ. 449. num. 1. verſ. adde lib. 3.*

Aut ponderantur verba indulti *ratione men-
69 ſium Apoſtolicorum reſeruata conferre poſſis, &c.**
quæ verba prætenduntur non legi in aliis indul-
tis, quod non eſt ſimpliciter verum, quia legi
etiam in aliis indultis, licet fortè non in om-
nibus, & non alterare indultum, itaut ali-
quid de nouo concedat, ſed tantum præſeruat
collatoribus ius primeuum, dicit *Rota in Cre-
monen. Cantoriæ 22. Maij 1550. coram Paleot-
to* quæ eſt *dec. 537. num. 7. & 8. lib. 3. par. 3.* &
meritò hoc ibi firmatur, quia iſta verba vel ap-
ponuntur ex abundanti, & ideò non alterant
70 indultum * *l. Teſtamentum C. de Teſtam. Ro-
man. conſ. 343. num. 7* plenè *Conzal. ſuper reg. 8.
gloſſ. 6. num. 26. & ſeqq* qui alios concordantes
allegat, vel veriùs fuerunt appoſita ad euitan-
71 dum præiudicium Cancellariæ, * quia vt ſu-
pra relatum fuit in *6. volumus* dicitur, quod
qui prouiſi fuerint de Beneficiis reſeruatis, vel
affectis huiuſmodi teneantur expedire litteras
Romæ; vnde ſi ſupra non fuiſſet facta mentio
de reſeruatis vigore *Reg. 8* quoad iſta beneficia,
expeditio non debuiſſet Romæ fieri, & inde
reſultaret præiudicium Cancellariæ, quod ſe-
cus eſt cum fuerit facta mentio, cum indultum
loquatur per dictionem *huiuſmodi,* quæ eſt re-
72 petitiua præcedentium, * cum omnibus qua-
litatibus ſuis *Gloſſ. in cap. ſi Abbatem de elect.
lib. 6. Parſ. conſ 52. num. 22. lib. 3. & conſil. 40.
num 8. lib. 1.* Et poteſt etiam conſiderari, quod
appoſitio dictorum verborum non videtur ſu-
perflua cum eſſe poſſet, quod aliquis Pontifex
non vellet excludere Cardinales à reſeruatio-
ne *Regul 8.* & ſufficit illa poſſibilitas ad exclu-
dendum dictorum verborum ſuperfluitatem.

Aut denique ponderatur verbum *libere,* &
etiam non obſtat, quia hoc verbum non re-
fertur ad collationem; Nam ſi diceret indul-
73 tum *libere conferre poſſis*), * hoc caſu Indul-
tum videretur extraordinarium, & cenſeretur
data libera poteſtas conferendi abſque Capi-
tuli electione, quia ſi capitulum eligeret, pro-
uiſio Cardinalis non eſſet libera, vt bene con-
ſiderat *Germ. de Indult. in §. ac beneficia n. 35.
& ſeqq.* ſed illa dictio *libere* refertur ad ea ver-
ba *ſic alia facere poſſis* conſecutiua ad colla-
tionem, perinde, ac ſi reſeruationes non ema-
naſſent; Quare cum indultum non diſponat,
quod libere ſcilicet ſimpliciter poſſit confer-
re, ſed quod poſſit libere facere conſecutiua
ad electionem, vel quod libere poſſit conferre,
non obſtantibus reſeruationibus, non autem
74 libere, vt tollat ius Capituli,* & ſic electionē,
vt in puncto conſiderat *Caſſador. dec. 3. num. 3.
verſ. non obſtat verbum libere de priuileg.*

Neque obſtat, quod Cardinalis prouiderit
vigore Indulti, & alias omni meliori modo,
quia cum indultum tollat obſtaculum reſer-
uationum, ſemper cenſetur prouidere autho-
75 ritate ordinaria, * non autem vigore Indulti
Caſſad. dec. 8. num. 6. & 10. de præbend. etiam
76 quod dixerit ſe prouidere vigore Indulti *
Pariſ. conſ. 42. num. 5. vol. 4. & latè *Gonzal. ad
reg. 8. gloſſ. 24. num. 68.* & fuit reſolutum in
*cauſa Reatina Præpoſituræ 23. Ianuarij 1615. co-
ram me.*

Ex quibus reſolutum dandam eſſe nouam
Prouiſionem electo à Capitulo, & ſic receden-
dum ab alia *dec.* quia & *Reg. 8.* dum non com-
prehendit Cardinales & ipſum indultum ſuf-
77 fragatur etiam Capitulo, * prout in hac ea-
dem Rota, quod *Regula,* & Indultum ſuffra-
gentur Capitulo, quando Canonicatus ſunt
ſimultaneæ collationis, vel electiui, dixit *Rota
in cauſa Ferrarien. Canonicatus coram R. P. D.
meo Remboldo,* & quod etiam Indultum ſuffra-
getur Capitulo, quando Canonicatus ſunt re-
ſeruati alias, quam ratione menſis, quando
pariter Canonicatus ſunt ſimultaneæ, vel ele-
ctiui fuit reſolutum in hac eadem *Rota co-
ram R. P. D. meo Pirouano,* quæ tres cauſæ ex
induſtria de ordine Rotæ ſimul fuerunt pro-
poſitæ, vt haberetur ſententia totis Tribu-
nalis.

*Præſens deciſio fuit confirmata die 9. Decem-
bris ſequentis.*

RO-

ROMANA POENARVM.

Lunæ 29. Aprilis 1624.

ARGVMENTVM.

Pœnæ, in quibus condemnantur Aromatarij extra Vrbem spectant ad Collegium Medicorum Vrbis, non autem ad Aromatarios.

SVMMARIVM.

1 Cap. 17. *Conditum à Cardinali Saluiato, & confirmatum per Summos Pontifices circa Aromatarios loquitur de Aromatarijs Vrbis, & n.* 10.
2 *Pœnæ, in quibus condemnantur Aromatarij extra Vrbem spectant ad Medicos Vrbis non autem ad Aromatarios & num.* 4.
3 *Aromatarij Vrbis non habent Iurisdictionem in Aromatarios extra Vrbem.*
Prothomedicus & Collegium medicorum Vrbis habent iurisdictionem in Aromatarios extra Vrbem num. 3.
5 *Quando eligitur Medicus ad hoc vt visitet Aromatarias, eligitur etiam cum eo Aromatarius, qui est solus minister Medici.*
Notarius est minister Iudicis num. 5.
6 *Concordia inita inter Collegium Medicorum ex vna, & Aromatarios ex altera confirmata à Gregorio XIII. de Aromatarijs Vrbis loquitur & num.* 10.
7 *Dictiones* siue alias *non mutant personas, sed ponunt alium casum inter easdem personas.*
8 *Dictio* siue *non stat disiunctiuè, sed ampliatiuè.*
9 *Dictio* alias *est dictio qualitatis, & intelligitur idest* aliter vel alio modo.

DECISIO MDV.

Res iudicata non controuertebatur, nec controuerti poterat; sola igitur difficultas consistebat circa iustitiam, quæ Dominis satis patens visa fuit non obstantibus, quæ longa serie in contrarium deducebantur, agitur enim de pœnis, in quibus condemnantur Aromatarij extra Vrbem, non autem Aromatarij Vr-
1 bis, circa quos loquitur *c.* 17. factum à Cardinale Saluiato, & confirmatum per Summos Pontifices, quæ quidem pœnæ, vt benè fuit deductum in *dec. sub die* 15. *Decembris* 1610.
2 *coram bo. mem. D. Cardinale Sacrato*, * spectant ad Medicos, non autem ad Aromatarios, cum circa dd. Aromatarios extra Vrbem, Aromatarij Vrbis nullam habent iurisdictio-
3 nem, * sed solum Prothomedicus, & Collegium Medicorum, & propterea pœnæ spectant
4 ad Medicos, * qui habent iurisdictionem, cum sint illius fructus *Bartol. in l. fin. num.* 2. *Angel. num.* 1. *ff. solut. matrim. cum alijs adductis in prædicta decis. bo. me. Card. Sacrati.*

Neque obstat, quod dum eligitur Visitator Medicus, eligitur quoque Aromatarius, quia hoc est ridiculum, cum Aromatarius eligatur
5 tanquam minister Medici, * vt videmus in Iudice, qui habet ministrum Notarium, qui licet acta scribat, & alia gerat pro exercenda iustitia, attamen iurisdictio ista residet pœnes Iudicem, non autem in Notario, sic cum Aromatarius eligatur ad pharmaca compositiones non eligitur vt ipse iudicet, sed vt Medico referat, apud quem remanet iurisdictio iudicandi, an omnia fuerunt rectè facta.

Non obstat concordia confirmata à *felic. record. Gregor XIII.* quia expresse loquitur de
6 Aromatarijs Vrbis, * vt patet ibi: *In partiendis verò pœnis & mulctis, quæ ex delictis, & contrauentionibus Vrbanorum Aromatariorum, siuè alias, & ex quacunque causa etiam ex visitatione &c.* nec potest fieri vis in dictionibus *siuè alias &c.* quia prædictæ dictiones non mutant personas, sed ponunt alium casum inter easdem perso-
7 nas, * etiam inter Aromatarios Vrbis; Nam dictio *siuè* non stat disiunctiuè sed amplia-
8 tiuè, * *l. si quis ita ff. de aur. & argent. legat. Rebuff. in tract. nominat. quæst.* 14. *num.* 44. & dictio
9 *aliàs* est dictio qualitatis, * & intelligitur idest aliter vel alio modo *l. denique* §. *Interdum vers. verum ff. de pecul. legat. l.* 1. §. *siuè ff. de aqua quot. & æstiu. Bart. in l.* 1. *num.* 12. *ff. de condit. & demonstr. Hond. cons.* 70. *num.* 32. *vers* 2. *Caput. dec.* 210. *num.* 5. *par.* 1. & propterea sensus est, quod pœnæ ex delictis, & contrauentionibus Aromatariorum Vrbis, siuè aliàs, quam ex delictis, & contrauentionibus applicen-
10 tur, * prout in dicto *cap.* non autem comprehendunt alias personas extra Vrbem.

Alia tanquam ad rem minus pertinentia non egent responsione, & ita resolutum fuit dum esse in *decis.* 2. *Decembris* 1620.

GRANATEN. COMPVTORVM.

Lunæ 29. Aprilis 1624.

ARGVMENTVM.

Causa redditionis rationis tanquam indiuisibilis debet cognosci coram vno eodemque Iudice. Aditio hæreditatis ex quibus actibus probetur. Iudicium cæptum cum Clerico coram Iudice Ecclesiastico ibi terminari debet, licet Clericus moriatur, & ei succedat laicus: Secùs verò si iudicium sit cæptum cum laico, & ei succedat Clericus.

SVMMARIVM.

1 *Reditionis rationis materia est indiuisibilis.*
2 *Causa redditionis rationis debet cognosci coram Iudice.*
3 *Continentia causarum non est diuidenda, nè detur sententia contra sententiam.*
4 *Coram Iudice Ecclesiastico causa est cognoscenda, dum in causa adsunt Clerici.*

5 *Intentans Iudicium iactationum, seu l. diffamari C. de ingen. & manumiss. est actor in eo quod tenetur probare diffamationes, & interesse, & postea efficitur reus.*

6 *Molestiæ illatæ coram Iudice incompetento censentur extraiudiciales.*

7 *Quem esse hæredem patris probatur ex eius testamento.*

8 *Aditio hæreditatis probatur ex quo quis tanquam talis se defendit.*

9 *Aditio hæreditatis fit quatuor actibus positiuis, qui sunt acquisitiuus, translatiuus, possessorius, & expressio verbalis.*

10 *Aditio hæreditatis solo animo fit, de quo si constat sufficit.*

11 *Cohærede repudiante hæreditatem totum ius consolidatur in alium cohæredem.*

12 Escobar. de ratioc. c.7. num.56. *quid firmet.*

13 *Licet habens priuilegium* vigore l.vnicæ C.quãdo Imperator inter pupil. & vid. *trahat, & non trahatur, tamen non procedit quando agitur de ratiocinationus.*

14 *Conclusio quod quando agitur de bonis patrimonialibus Clerici causa sit cognoscenda in partibus coram Iudice laico non est vera.*

15 *Etiamsi probetur consuetudo immemorabilis.*

16 *Iudicium captum coram Iudice Ecclesiastico cum Clerico ibi terminari debet, licet Clericus moriatur, & ei succedat laicus.*

Iudicium, vbi est captum, ibi terminari debet n.16.

17 *Limita quando laico litiganti succedit Clericus.*

DECISIO MDVI.

PRo resolutione huius difficultatis, an sit moderanda inhibitio, firmandum est, quod cum
agatur de redditione rationis, materia est in-
1 diuisibitis, * cum vna sit defensio, & quidem
libri ab vtraque parte sint edendi, partitæ vero
inseparabiles, vt dicunt *Bald. in l. si plures nu.
17. C. de condit. incert. Menoch. de arbitr. cas.
209. num.* 31. & propterea causa debet cogno-
sci coram vno iudice, * vt per *Imol. in cons.* 44.
in fine cum allegatis in vltima decisione; cotinen-
3 tia enim causarum non est diuidenda, * quia
contingere posset, quod contrariæ sententiæ
pronuntiarentur *l. si nulli C. de iudic. Alex. cons.
65. num. 15. vers. fortificatur lib. 7.*

Stante igitur, quod materia sit indiuisibilis,
cum adsint in causa hæredes Ferdinandi clerici
& laici, causa debet cognosci coram Iudice
4 Ecclesiastico, * cum magis dignum trahat ad
se minus dignum *Bartol. in l. præcipimus §. eo
obseruando C. de appellat. Falin. in Rubr. eodem
tit. num. 9. cum. cumulatis per Crass. de effectibus
clericatus effect.* 1. *num.* 132. & hanc sententiam
alias tenuit *Rota apud Seraph. dec. 957. num.* 2.

Neque obstat, quod bo. me. R. P. D. Va-
rella commisit causam iactationum, hoc est
intentauit iudicium *l. diffamari C. de ingen. &
5 manumiss.* * & ideo est actor in eo, quod tene-
tur probare diffamationes, & interesse, & po-
stea efficitur reus, vt in causa *Romana de Vel-
lis 9. Martij 1609. coram bo. me. Cardinale Sa-
crato*, quia molestationes satis ostendit, ex quo
fuit actum in partibus contra cohæredem, &
6 licet iudicialiter fuerit actum, * tamen cum il-
le non esset Iudex competens respectu D. Va-
rellæ, sequitur, quod molestiæ censentur ex-
traiudiciales, vt fuit ponderatum in vltima
decisione.

Quod vero D. Varella esset hæres Patris sa-
7 tis ostenditur ex eius testamento. * & aditio
hæreditatis patet eo ipso, quod ipse tanquam
8 hæres se defendit, * actus enim positiui, qui-
9 bus fit aditio quatuor sunt, actus videlicet *
acquisitiuus, actus translatiuus, actus posses-
sorius, & expressio verbalis, quæ hic adest
Bald. cons. 224. *lib.* 2. aditio enim solo animo
10 fit, de quo si constat sufficit * *Anchar. cons.*
252. *num.* 5. *Card. cons.* 37. & propterea non
modo non sufficit, sed multum iuuat, quod
Franciscus cohæres repudiauerit hæredita-
11 tem patris, * quia cum non potuerit decede-
re pro parte testatus, & pro parte intestatus,
omne ius fuit consolidatum in Dominum Va-
rellam.

Neque releuat, quod dicitur nihil esse in hæ-
reditate, cum antea Ferdinandus instituerit
maioratum, quia hoc non potest esse, cum ab-
dicasset à se omnem potestatem testandi, sed
quicquid sit de hoc, cum vigore maioratus D.
Varella haberet sc. 500. satis agebatur etiam
de interesse suo propter diminutionem, quam
poterant pati ista sc. 500.

Non obstat, quod cum agatur de redditio-
ne rationis etiam quod causa sit Ecclesiastica
debet cognosci in partibus ex *Munnoz de Esco-
bar. de ratiocinijs cap. 7. num.* 56. quia nihil tale
12 dicit, * sed solum, quod qui habet priuileg.
l. vnica C. quando imperat. inter Pupill. & vid.
ex quo trahunt, & non trahuntur, non habet
13 locum, quando agitur de ratiocinijs, * quia
de illis debet agi in partibus, qui non est ca-
sus noster, sed procederet si D. Varella vellet
causam tractari in partibus coram Iudice Ec-
clesiastico & alia pars vellet tractare in Curia,
tunc enim haberet priuilegium, cum autem il-
le, qui tenetur reddere rationem velit causam
agi in Curia, & foueat etiam Eugeniana non
est vlterius de hoc ambigendum.

Minus obstat, quod agitur de bonis patri-
monialibus, & ideo causa debet cognosci in
partibus, maximè stantè consuetudine, quia
14 hæc conclusio non debuisset allegari, * cum
non sit vera, nec probatur consuetudo, quæ
licet probaretur immemorabilis non subsiste-
15 ret, * vt de communi, & magis communi te-
statur *Graff. de effect. clericat. effect. 1. num.* 10.
& seqq. & præsertim *num.* 14. *&* 372. *&* 373.
vbi latissimè.

Neque obstat, quod hodie D. Varella sit
mortuus, quia cum iudicium sit cæptum co-
16 ram Iudice Ecclesiastico ibi debet terminari *
l. vbi cæptum C. de Iudic. quæ conclusio licet
non habeat locum, quando Clericus succedit
17 Laico, * habet tamen locum, quando Laicus
succedit Clerico, quia non adest incompeten-
tia iurisdictionis, prout adest quando Clericus
succedit Laico, cum Iudex Laicus non sit com-
petens Clerici; Et cessat omnis difficultas, quia
vnus ex hæredibus bo. me. Verallæ est Cleri-
cus

eus beneficiatus omnibus notus, qui audius tertius é Curia decessit.

Ex quibus Domini præstiterunt in *resolutis die 27. Nouembris superioris anni*.

VITERBIEN. CASTRORVM.

Veneris 10. Maij 1624.

ARGVMENTVM.

Prælegatum cum onere fideicommissi à testatore ad fauorem hæredis factum de bonis ad ipsum hæredem spectantibus valet, & ad illud tenetur hæres, qui hæreditatem adiuit absque beneficio legis, & inuentarij. Pro legato competit actio hypotecaria legalis, quæ nedum exerceri potest contra hæredem, sed etiam contra illius singularem successorem possessorem bonorum legatorum.

SVMMARIVM.

1 *Pater sicuti potest instituendo filium hæredem illius bona etiam extraneo legare.*

2 *Ita rem subiectam fideicommisso ad fauorem eiusdem filij potest pariter extraneo legare, & nouo fideicommisso supponere.*

3 *Hæres adeundo hæreditatem sine beneficio legis, & inuentarij sibi præiudicat circa legatum de re sua à Testatore factum itaut legatario competat hypotheca legalis num. 30. & num. 38. 40. & seq.*

4 *Nec sit habenda ratio, an relictum vigore institutionis vniuersalis æquiualeat legato particulari tam respectu quantitatis, quam quota, & quid in alienatione facta de re hæredis viuente testatore vide ibi.*

5 *Hæres grauatus aliquo legato, vel fideicommisso particulari omittens facere inuentarium, tenetur de proprio, & vltrà vires hæreditarias, & num. 7. Declara num. 9.*

6 *Hæres grauatus in tota vel quota hæreditatis, in qua prius fuit honoratus si non conficiat inuentarium, tenetur restituere solum vsque ad quantitatem relicti, habendo rationem ad fructus perceptos. Declara num. 9.*

8 *Legata, & fideicommissa particularia possunt fieri vltrà vires hæreditarias; secus autem procedit in fideicommisso vniuersali, vel de quota hæreditatis. Declara num. 9.*

10 *Legatum factum hæredi non tenet, remanet tamen apud ipsum hæredem cum onere suo.*

11 *Legata caduca remanent apud hæredem cum onere suo.*

12 *Prælegatum factum hæredi non venit in restitutione fideicommissi vniuersalie, & num. 18.*

13 *Legatarius quicquid capit iure hæreditario remanet apud ipsum, nec venit in restitutione fideicommissi.*

14 *Legatum factum hæredi grauato debet titulo legati eidem restitui à substituto pro portione ad ipsum tangente & num. 22.*

15 *Prælegatum factum hæredi vniuersali, cui fuit datus substitutus in hæreditate vniuersali, substinetur vti hæredi, quia censetur à substituto eidem hæredi derelictum, & num. 20.*

16 *Legata censentur repetita à substituto, & ab eo debentur. limita num. 20.*

17 *Declara procedere quando legatum est simpliciter relictum, secus autem quando nominatim est relictum.*

19 *Ab hærede hæredis legari non potest.*

Legatum quod à fideicommissario censetur relictum hæredi valet num. 19.

20 *Res propria sibi ipsi legari non potest.*

21 *Dominium rei non potest nisi ex vnica causa contingere, cum id quod proprium est alicuius amplius eiusdem fieri non possit.*

23 *Declara procedere, quando res est alicuius ex traditione dominij facta per regulas iuris, scilicet per traditionem veram, vel fictam; secus si transfertur de iure speciali, & reuocabiliter.*

24 *Pro legato consequendo agi potest actione personali, hypothecaria, & reiuudicatione.*

25 *In legatarium transit ipso iure Dominium rei legata.*

Potest tamen illud non acquirere, vel repudiare aut quoad illud sibi præiudicare num. 46.

26 *Legato renunciasse censetur legatarius acquirenda ex nouo titulo licet non titulo emptionis.*

27 *Legatarius non potest agere ad pretium, quandò legatum est factum de bonis proprijs testatoris, & est purum, & legatarius acquisiuit ab hærede, à quo legatum relictum est.*

28 *Hypotheca legalis competit legatario super bonis legatis, quamuis legatarij seu alterius num. 30. 32. & 38. Declar. num. 36. limita num. 49.*

Saluianum competit pro consequendo legato numer. 28.

29 *Actio hypothecaria legalis competit pro legato nedum quandò competit actio personalis contrà hæredem; sed etiam quando competit contrà legatarium & num. 30.*

31 *Hæres acceptando prælegatum sibi relictum cum onere restitutionis censetur quasi contrahere cum testatore, & sublegatario, & contrà eum competit actio personalis, & inde hypothecaria legalis num. 38. & 40.*

33 *Hypotheca legalis competit etiam super bonis alienis, & num. 35.*

34 *Bona vxoris sunt obligata, seu super illis competit hypotheca pro debito principali ad fauorem fisci.*

36 *Hypotheca legalis, quæ conceditur pro legato non est, nec habet extrema difficilia requirentia probationem dominij, sed sufficit probare possessionem defuncti tempore obitus ipsius num. 37. & 44.*

37 *In Saluiano interdicto de sola possessione debitoris quæritur.*

38 *Testatori non minus licet hypothecam rerum hæredis, vel legatarij à quo alteri legatum derelictum est in testamento dare, quam suorum n. 40. & 42.*

39 Textus in l. 1. C. commun. de legat. *quid disponat, & quomodo intelligatur & num. 41.*

34 *Bo-*

43 *Bona fideicommissaria transferuntur in fideicommissarium statim purificata conditione, non tamen eorum possessio num.45.*

45 *Possessio absque apprahensione non acquiritur.*

47 *Testator potest disponere de rebus subiectis fideicommisso ad fauorem hæredis.*

48 *Hæres censetur approbasse testamentum patris, & in eo disposita per actus de quibus ibi.*

Ex fideicommisso Auito Nepos non censetur velle acquirere, dum acceptat testamentum patris, in quo de bonis fideicommissarijs ad fauorem alterius disposuit num.48.

50 *Prolegatum hæredi factum de re fideicommissaria ad ipsum hæredem spectantis an illi afferat lucrum.*

51 *Hæres, de cuius bonis disposuit testator ad fauorem legatarij excluditur, vt non possit agere ad bona prælegata doli exceptione, cum fuerit institutus hæres, & lucrum reportauerit ex ipsa institutione.*

52 *Contra singularem successorem non competit actio personalis. limita num.54.*

53 *Nec hypothecaria legalis. Limita num.54.*

54 *Contra singularem successorem legatarij, à quo alteri derelictũ est legatum competit actio personalis, & hypothecaria legalis; secus in successore simplicis legatarij à quo alteri legatum non est derelictum.*

55 *Tacita hypotheca diuiditur contra hæredes pro portionibus hæreditarijs, cum oriatur ex personali, & num.62. limita tamen quandò omnia bona reperiuntur penès vnum quo casu contrà ipsum insolidum agi potest num.57. & 59.*

56 *Hypotheca tacita oriens ex personali actione naturam personalis obligationis sequitur.*

57 *Hypothecaria actione agi potest in solidum contrà vnumquemque hæredem pro rebus à se possessis & num.64.*

58 *Hypothecaria actio pro legatis competit aduersus quemlibet hæredem pro portione hæreditaria.*

59 *Si tamen res legata in solidum ad vnum ex hæredibus peruenit, tunc hypothecaria pro illa re competit aduersus eum pro toto legato & n.65.*

60 *Hypothecaria actio expressa dicitur indiuidua.*

61 *Et competit contra quemlibet hæredem insolidum.*

63 *Inter hypothecam tacitam, & expressam non est differentia in casu, de quo ibi.*

Hypotheca expressa non compretit, nisi quatenus competat actio personalis num.63.

DECISIO MDVII.

VT alias sepè dictũ fuit Georgius pater pingue prælegatum reliquit Honuphrio filio primogenito pro magna parte ex bonis subiectis fideicommisso ad fauorem eiusdem Honuphrij tanquam primogeniti: Deindè in omnibus alijs suis bonis hæredes vniuersales instituit prædictum Honuphrium, & Paulum fratres, & cum per obitum dicti Honuphrij fuerit factus locus fideicommisso dicti prælegati ad fauorem D. Valerij petebat immissionem vigore Saluiani, quam illi esse debitam, ter fuit resolutum, & nunc quarto loco eadem sententia causa maturè discussa placuit Dominis; Et cum tota difficultas quæstionis ad tria capita reducatur; de omnibus singillatim videndum est.

Primo an dicta dispositio Georgij subsistat.

Secundo an pro dicto prælegato competat hipothecaria legalis, de qua in *l.1.C.commun. de legat.*

Tertio an ista hipotheca possit exerceri cõtrà Illustrissimum, & Excellentissimum D. Paulum Iordanum Vrsinum Ducem Bracchiani singularem successorem Honuphrij.

Quantum attinet ad primum caput fuit responsum, quod sic, quia sicut Pater instituendo filium hæredem potest illius bona etiam ex-
1 traneo legare * *l.vnum ex familia 69.§. si rem ff. de legat.2.* & etiam rem subiectam fideicommisso ad fauorem eiusdem filij potest pariter
2 extraneo legare, * & nouo fideicommisso supponere *l.cum Pater 79.§. cum Pater ff.de legat.2.* vbi *Bartol.numer.1.Bald.in princ.Imol.numer.10. Alex.consf.9.numer.16.ad fin.lib.2. Bellon. consf.9. numer.10.* vbi dicit hoc maximè procedere instituto fideicommissario *Couarr.in cap. filius noster numer.3. vers. idem erit de Testam.* quos omnes allegat, & sequitur *Rota dec.110. num. 26.par.2. Alben.consf.73. numer.1. Menoch. consf. 89.numer.62.63.& 64.Paris.consf.34.in fin.lib.2. Soccin.iun.consf.107.n.56. lib.3.* & idem est *text. in l.vnum ex familia §. sed si vno ff. de legat.2.* vbi *in fine* affertur ratio ibi, nam quæ ratio cæteros admittit, eadem tacitam inducit compensationem, vt dicit *Gloss.ibid.vers. quæ ratio Bartol.post princ. Goffred. in §. sed si falcidia antè fin.Suarez in l.quoniam in Prioribus in 7.ampliat. num.2.circa fin.vers.ratio prædictorum C.de inoff. Testam.Rot.d.dec.110.numer.31.*

Neque obstat non constare, quod tantundem fuerit relictum Honuphrio in Testamento Georgij, itaut compensatio possit intrare. Quia quicquid sit circa factum, Honuphrius vti hæres adeundo hæreditatem Georgij sine beneficio legis, & inuentarij sibi præiudica-
3 uit * *Bald.consf.89.numer.8.lib.1.Iacob de Nigris in l.1.num.136 vers.5.fallit ff. de legat.1. Fontanell.de pact.nupt.clauf.4.gloss.5.num.35.Simon de Prat.de interpr.vlt.volunt. lib.5. f.331. n.89.Afflict.dec.111.n.16.Beretta.consf.69 num.10. Paris. consf. 34. in fin. lib.7. Socc.Iun. consf. 107.nu.56. lib.3.* Ita vt in hærede, qui non confecit inuentarium non sit habenda ratio, * An relictum
4 vigore institutionis vniuersalis æquiualeat legato particulari iuxta notata per *Bald. in l. cum à matre num.10. C. de rei vendic. Suarez in l. quoniam in prioribus ampliat.7. num.16. C. de inoff. testam. Pinell. in l. 1. ante num.8. vers. licet omnes confusè tractent C. de bon. matern.* cum alijs per *Molin. de primogenit. cap. 1. num. 24. lib.4.* Et licet etiam dicant non esse habendam rationem respectu quantitatis, sed quotæ tantum; attamen hoc est verum in alienatione facta de re hæredis in vita Testatoris, sed cum in hoc casu agatur de re legata, non est habenda ratio, neque quantitatis, neque quotæ ad effectum compensationis pro validitate dispositionis à Georgio factæ. Et propterea cum versemur in legato, seu fideicommisso particulari, *

non

5 non autem in fideicommisso vniuersali, prout
fuit firmatum in hac causa, Honuphrius vt hæres
adeundo sine beneficio legis, & inuentarij, te-
netur de proprio, & vltra vires hæreditarias;
Quia licet hæres grauatus in tota, vel quota
6 hæreditatis, * in qua prius fuit honoratus, si
non conficiat inuentarium tenetur restituere
solum vsque ad quantitatem relicti habendo
rationem ad fructus perceptos, nam ommissio
inuentarij non grauat ex iure nouo hæredem
adeuntem vltra dispositionem iuris antiqui
nisi quoad legata, & fideicommissa particula-
7 ria, tamen si est grauatus in re particulari, &
adeat hæreditatem sine beneficio legis, & in-
uentarij, ex iure nouo *l. fin. C. de iur. deliber.* te-
netur de proprio, & vltrà vires hæreditarias,
quia singularia relicta possunt fieri vltra vires
8 hæreditarias * cum non fiant de ipsa hæredi-
tate, sed de alijs rebus, fideicommissum verò
vniuersale, vel de quota hæreditatis non potest
fieri vltra vires hæreditarias, cum fiat de ipsa
hæreditate *l. cohæredi §. cum filia ff. de vulg. &
pupill. l. arrogator ff. adopt. Castrens. cons. 111.
num. 5. lib. 3. Peregr. de fideicom. art. 3. num. 77.*
& hanc differentiam expresse considerat *Ca-
stren. in l. ab omnibus §. fin. num. 2. ff. de leg. 1.*
& in *l. ita tamen §. si ex Trebelliano num. 2. ff. ad
Trebell. Alex. ibid. num. 3. Cuman. in l. debitor
num. 19. & 20. ff. eod. tit. Ang. in cons. 64. num. 2.
vers. super secundo Fulgos. cons. 81. num. 2. Ruin.
cons. 112. num. 19. lib. 2. Alciat. cons. 29. num. 3.
lib. 9. Roland. cons. 65. num. 14. lib. 2. & de in-
uent. par. 5. vers. pone hæres grauatus num. 8. Ia-
son. cons. 28. num. 7. lib. 3. Soccin. Iun. cons. 44.
num. 2. lib. 3. Bero cons. 97. num. 25. & seq. lib. 2.
Surd. cons. 7. num. 23. & 24. Card. Mantic. de
coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 8. num. 15. Monti-
cul. de inuentar. seu in l. sancimus num. 145.*

Non obstat, quod prædicta procederent,
quando legatum fuisset factum extraneo; secus
9 autem cum fuerit factum hæredi ex regula,
quod ab hærede ipsi hæredi legari non potest
*l. qui filiabus 17. in fin. cum l. seq. l. planè 34.
§. si duobus l. legatum 119. §. hæredi ff. de legat.
1. l. fideicommissariam §. vlt. ff. ad Trebell. Paris.
cons. 79. num. 1. vol. 2.* Quia fuit responsum ho-
diè non quæri de legato facto Honuphrio, sed
de substitutione facta ad fauorem D. Valerij;
Nam si Honuphrius non acquisiuit bona præ-
legata titulo prælegati facti à Georgio, acqui-
siuit nihilominus iure hæreditario ex testamen-
to Georgij cum onere fideicommissi particu-
laris ad fauorem D. Valerij *Bald. in puncto in
cons. 158. num. 1. lib. 5.* vbi quod licet non te-
10 neat legatum factum ipsi hæredi, * ta-
men remanet apud hæredem cum onere suo,
cum etiam caduca legata remaneant apud hæ-
11 redem cum onere, * & dictum *Baldi* sequitur
*Surd. dec. 269. num. 3. & Zanch. in l. hæredes
mei §. cum ita par. 5. num. 8. ff. ad Trebell.* & be-
nè etiam in puncto *Soccin. Iun cons. 8. num. 26.
lib. 2.* & facit quod in restitutione fideicommis-
12 si vniuersalis non venit prælegatum factum
ipsi hæredi * *Fulgos cons. 99 Peregr. de fideicom.
art 7. num. 30 38. 52. & 60. & seqq* vbi quod
ea portio legati, quam capit hæres, idemque
legatarius iure hæreditario, remanet apud
13 ipsum, * nec venit in restitutione fideicommis-
si vniuersalis *Paris. cons. 79. num. 29. & seq.
lib. 2.* vbi sequitur *Fulgosium*.

Vlterius ex abundanti fuit consideratum,
quod cum adfuerit Paulus cohæres illud lega-
tum pro portione Pauli cohæredis debetur Ho-
14 nuphrio titulo legati * *l. vxorem §. fideicom-
misso ff. de legat. 3. l. Lucius §. quisquis* vbi *Bart.
ff. de leg. 2. l. prædia §. liberto ff. de instit. Brisson.
de formulis iuris lib. 3. verbo legatum fol. mihi
745. Peregrin. de fideicom. art. 7. num. 2.* & quoad
aliam portionem cum Honuphrio vti hæredi
15 vniuersali esset datus substitutus in hæreditate
vniuersali * sustinetur prælegatum factum Ho-
nuphrio vti hæredi, quia censetur à substituto
Honuphrij Honuphrio hæredi relictum; Ratio
est quia legata censetur repetita à substituto, &
16 ab eo debentur * *l. licet Imperator ff. de legat. 1.
l. si Titio & Mæuio §. Iulianus ff. de leg. 2. l. cum
pater §. ab instituto ff. eod. tit. l. quidam referunt
ff. de iur. codicill. l. 1. §. fin. et l. seq. ff. ad Trebell.
l. in nostram C. eod. tit.* intelligendo tamen, quan-
do legatum est simpliciter relictum, prout in
17 hoc casu, quia Georgius simpliciter prælegauit
Honuphrio, non autem quando nominatim est
relictum ab hærede, quia tunc non debetur
à substituto fideicommissario vniuersali *l. post
emancipationem in princ. ff. de leg. 3. l. Marcellus
secundum communem lecturam ff. ad Trebell. Ias.
in l. 1. §. fin. num. 3.* & in *l. qui quadraginta nu. 6.
ff. ad Trebell. Gomez de testam. cap. 12. num. 36.
Paris. cons. 79. num. 28. & seq. lib. 2.* & quamuis
prædicta iura non loquantur de legatis factis
hæredi, tamen hæres non videtur esse peioris
conditionis, quam alij, & propterea non minus
censetur a fideicommissario repetitum lega-
tum hæredi factum, quam alteri extraneo, quin-
imò cum Testator præter vniuersalem insti-
tutionem aliquid hæredi reliquit titulo præle-
gati videtur ostendere eius voluntatem magis
expressam esse, quod hæres habeat res præle-
18 gatas, * propter geminationē titulorum, quod
etiam comprobatur, quia aliàs esset superflua
quæstio, quam examinant *Doctores*, an prælega-
ta veniant in fideicommissi restitutione, nisi
admitterent ea censeri à fideicommissario, &
substituto repetita; Si enim legatum esset inu-
tile superfluum esset dubitare, an sit cum hære-
ditate restituendum, cum esset de corpore hæ-
reditario, & ad hæredem titulo hæreditario
perueniret; Quare dicendum est, quod præle-
gatum hæredi factum censeatur semper à sub-
stituto repetitum, cum simus in casibus, in qui-
bus non venit in restitutione fideicommissi
vniuersalis, & hanc sententiam probare vide-
tur *Paris. cons. 79. num. 30. lib. 1.* & verè nisi
fieret dicta repetitio hæres esset deterioris
conditionis, quam extraneus, & Testatoris vo-
luntas enixa offenderetur, ita in puncto *Soccin.
Iun. cons. 8. num. 26. vol. 2.* per *tex. in l. qui filia-
bus cum l. seq ff. de leg. 1. & in l. Titio ff. ad
l. Falcid.* idem *Soccin. in l. in quartam num. 48.
vers. quarè, & benè eius rationes intelligas ff. ad
l. falcid.* & idem repetit in *cons. 89. num 4. lib. 4.*
& elegantissimè *Surd.* more suo in *cons. 253.
num. 36.*

num. 36. vers. quartò licet vsque ad fin. lib. 2. Ne-
que in hoc casu repugnat alia conclusio; quod
19 ab hærede hæredis legari non possit * *l. si fuerit
§. in fin ff. de legat. 3.* Quia hic non agitur de
legato relicto ab hærede hæredis, sed de legato,
quod censetur relictum hæredi à fideicommis-
sario, quod est licitum, * vt supra probatum est;
& est *tex. in l. si à me ff. ad l. falcid.* & in *l. si hæ-
res institutus §. 1. ff. ad Trebell. Surd. d. cons. 253.
num. 34.*

Neque est verum, quòd prædicta procede-
rent si non fuissent legata bona subiecta fidei-
30 commisso * ad fauorem ipsius hæredis ipsi-
met hæredi; quod fieri non potuit, cum res
sua legari non possit *l. proprias 13. C. legat. l.
tum seruus 39. §. si Titius l. cætera 41. §. tra-
ctari ff. de legat. 1. § si rem legatarij instit. de legat.*
ex ea ratione, quia quod proprium alicuius
est amplius eius fieri non potest, nec potest do-
31 minium nisi ex vnica causa contingere * *l. 3.
§. ex plurimis ff. de acquir. vel amitt. possess.*
Quia fuit responsum, quod vt *supra dictum est;*
sufficit, quod bona prælegata remanserint in
hæreditate cum onere fideicommissi particu-
laris ad fauorem D. Valerij, & quod ista non
procedant quoad portionem coheredis, &
quod respectu alterius portionis substitutus
32 vniuersalis sit grauatus restituere Honuphrio*,
& propterea fuit etiam responsum, quod iura
& rationes prædictæ procedunt, quando res
est alicuius ex traditione dominij facta per re-
33 gula iuris, * scilicet per traditionem veram,
vel fictam; secus autem quando transfertur de
iure speciali, & reuocabiliter; prout in casu
nostro, quia dominium transfertur ipso iure
ex priuilegio legati *l. à Titio ff. de furtis*. Tunc
enim non videtur impossibile, quod rem suam
aliquis ex nouo titulo acquirat sicuti videmus;
quod legatarius potest agere pro legato con-
34 sequendo actione personali * hypothecaria,
& reiuendicatione, etiam quod antea in ipsum
transierit ipso iure dominium rei legatæ de
35 iure speciali * *Bartol. in l. 1. num. 13. vers. vel
possumus dicere ff. de legat. 1. Bologuet. ibid. nu-
mer. 315. & DD.* vt in puncto *Aretin. in l. qui
Romæ §. duo fratres ante num. 27. vers. & ad
istam quæstionem, & d. num. 27. vers præterea
leges præallegata ff. de verb. oblig. Ias. ibid. n. 39.
& seq. vbi num. 45. vers. nisi salues, quod leges
prædictæ procedunt, quando res est alicuius irre-
uocabiliter, secus quando reuocabiliter, prout est,
quando quis nondum acceptauit legatum Alex.
num. 35. col. 2. vers. si imo scienter ab hærede,*
vbi acquirendo ex nouo titulo censetur renun-
36 ciasse legato * *Imol. num. 29. vers. in ea Gloss.
vbi patet*, idem *Imol. in l. si a substituto in princ.
ff. de legat. 1. Castr. in l. plane 34. §. quod si rem
n. 3. de legat. 1.* & hoc fuit originale dictum *Dini
in dicto § duo fratres*, vt referunt *DD.* supracitati,
qui licet loquantur, quando legatarius emit
rem legatam ab eo, cui derelicta est, tamen
eadem est ratio in casu isto, cum non sit opus,
quod legatarius acquirat ab hærede titulo em-
ptionis, vt per *Gomez. variar. tom. 1. cap. 12.
num. 35. vers. si vero res legata*: & concludunt
omnes *DD.* prædicti, quod (quicquid dicen-
dum esset, si legatum à testatore factum non
esset de proprijs bonis ipsius testatoris, neque
purum, vel legatarius acquisiuisset ab extraneo
an legatarius purificata conditione posset age-
re ad pretium, qui euinceret à se ipso) lega-
27 tarius non potest agere ad pretium, * quando
legatum est factum de proprijs bonis testato-
ris, & est purum, & legatarius acquisiuit ab
hærede, à quo legatum derelictum est; prout
in casu isto, quia bona erant propria Honu-
phrij Senioris fideicommittentis, & post obi-
tum Georgij, de quo tempore Honuphrius
iun. acceptauit prælegatum sibi factum à Ge-
orgio, prælegatum Honuphrij Senioris erat
purificatum.

Quantum attinet ad secundum caput, an
pro isto legato competat hypotheca legalis, de
qua in *l. 1. C. commun. de legat. & fideic.* ita vt
possit agi Saluiano, quod competit etiam ad
28 legatum consequendum, * vt late per *The-
saur. dec. 175. num. 1.* & affirmatiue fuit re-
sponsum, quia in dicta *lege* disponitur, vt
29 competat actio hypothecaria legalis, * non
dum quando competit actio personalis con-
tra hæredem pro legato, sed etiam quando
competit contra legatarium, vt quia legatum
ab ipso legatario sit relictum, vt patet ex *textu*
ibi *et hæc disponimus* (vt scilicet competat actio
hypothecaria, quando competit personalis)
*non tantum si ab hærede fuerit legatum derelictum
vel fideicommissũ, sed & si à legatario vel fideicō-
missario vel alia persona, quã grauare fideicōmisso
possumus, fideicōmissum cuidã relinquatur, cũ enim
non aliter valeat, nisi aliquid lucri afferat ei, à
quo derelictum est, nihil est graue etiam aduersus
eum, non tantum personalem, sed etiam in rem,
& hypothecariam extendere actionem in rebus,
quas à testatore consecutus est &c.* & subditur in
textu: In omnibus autem huiusmodi casibus (in
quibus scilicet competit personalis contra hæ-
redem legatarium, vel fideicommissarium) *in
tantum hypothecaria vnumquemque conueniri vo-
lumus in quantum personalis actio aduersus eum
competit, & hypothecariam esse non ipsius hæredis,
vel alterius persona, quæ grauata est fideicommisso
rerum, sed tantum earum, quæ à testatore ad eum
peruenerunt*, & prædicta notant in *d. l. 1. com-
munia de legat. Cyn. num. 1. vers. nam ad hoc vt
competat; & num. 2. vers. hypothecaria est pe-
dissequa personalis Bartol. in l. 1. num. 13. ff. de
legat. 1. Alciat. ibid. num. 29. col. antep. vers.
superest vt nunc videamus Iacobus de Nigris post
Dominum suum* quem allegat *num. 136. vers. 5.
fallit Crot. num. 76. vers. 1. conclusio, & nu. 87.
vers. 2. pondero Socc. Iun. num. 447. in fin. &
num. 4 8. Soccin. Sen. num. 16. vers. vlt. no-
tabilis Angel. num. 5. vers. vlt. conclude Alex.
num. 23. Bolognett. num. 313. Ruin. num. 86.
Aretin. in §. hæres quoque num. 3. & seq. instit. de
obligat. quæ ex quasi contract. nasc. Surd. de alim.
tit. 2. quæst. 4. num. 2. cum seq. Couarr. in cap.
Rainutius de testam. § 10 num. 2. Simon. de
Prat. de interp. vlt. vol. lib. 5. fol. 531. num. 89.
Afflict. dec. 111. num. 16. Surd. dec. 76. num. 5.
Bald. cons. 89. num. 8. lib. 1. Beretta cons. 67.
num. 10. Scapuccin. de Saluiano interd. lib. 1. q. 8.
num. 5*

num. 5. Pacific. eod. tract. insp. 3. c. 4. num. 197. secundum nou. impress. Modern. Roman. discept. forens. lib. 3. cap. 542. num. 37. & hanc sententiam tenuit Rot. in causa Romana de Comitibus 30. Ianuarij 1581. coram S. m. Clem. VIII. relata in dec. 44. num. 3. p. 1. & apud Scapuc. cin. de Salnian. lib. 1. quaest. 8. num. 7.

Non obstat, quod hic agatur de bonis subiectis fideicommisso per Honuphrium Seniorem ad fauorem ipiusmet Honuphtij Iunioris, quia nihilominus cum pars bonorum prælegatorum censeatur remansisse in hæreditate cum onere fideicommissi particularis ad fauorem D. Valerij, vt dictum est, cum ipse Honuphrius adierit hæreditatem sine beneficio le-
30 gis, * & inuentarii, sibi taliter præiudicauit, vt pro consecutione dd. bonorum in prælegato contentorum competat D. Valerio hipotheca legalis, de qua in l. 1. C. commu. de legat. vt in puncto dicunt Afflict. d. dec. 111. num. 16. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. glos. 5. num. 35. & sentiunt Paris. cons. 34 in fin. lib. 2. Soccin. Iun. cons. 107. num. 56. lib. 3. & idem est respectu portionis, quæ sustinetur ad fauorem Honuphrii iure prælegati, quia acceptando legatum
31 censetur quasi contraxisse cum testatore, * & cum sublegatario Gulielm de Benedict. in c. Rainutius vers. absque liberis num. 155. in 6. Fallen. de Testam. Nicol. Cratian. in l. 1. num. 330. & 331. ff. de legat. 1. vbi quod actio ex testamento competit etiam contra legatarium, à quo alteri legatum derelictum est si acceptauit legatum, vt expresse disponitur in l. 1. C. commun. de legat. in vers. vel ab alio, & ponderat etiam text. in l. 2. C. eod. & subdit, quod quemadmodum in hæredes actio personalis solum est per aditionem hæreditatis, non dissimiliter in grauatos erit actio solum postquam agnouerit relictum.

Et ratio quare hypotheca legalis competat legatario etiam super bonis legatis, quæ erant subiecta fideicommisso ad fauorem eiusdem
32 Legatarij est clara; * Quia hipotheca legalis competit super bonis, quæ à Testatore in hæredem peruenerunt, quod intelligitur etiam quod bona sint aliena, quia hypotheca legalis
33 competit etiam super bonis alienis, * vt in l. satis notum C. in quibus casib. pign. vel hipoth tacit. contrah. quæ licet sit singularis, vt bona vxoris sint obligata pro debito principali ad
34 fauorem fisci, * vt colligitur ex l. vtilitas, C. de Primipil. lib. 12. Couar. var. lib. 1. cap. 16. nu. 6. ante fin. vers. minus obstat; tamen in eo ille text. est singularis, quod hipotheca competat Fisco in bonis vxoris Primipili, non autem in eo, quod hypotheca legalis competat etiam super re aliena in casibus, in quibus inducitur à iu-
35 re, * vt dicunt Doctores mox allegandi, qui firmant hypothecam legalem, de qua in l. 1. C. commun. de legat. competere etiam super re aliena, ex quo agitur de hipotheca legali, & mouentur ex dicto Textu in l. satis notum, modò tamen bona peruenient à Testatore in hæ-
36 redem, vel legatarium; * Quia hypotheca legalis, quæ conceditur pro legato non est, nec habet extrema difficilia requirentia probatio-

nem Domini proue generaliter requiritur l. & quæ nondum 's. quod dicitur ff. de pignor. action. sed sufficit probare possessionem defuncti tempore obitus ipsius & sic non retinet propriam naturam hypothecæ, sed porius Saluiani interdicti, in quo pariter de sola possessio-
37 ne debitoris quæritur * l. 1. C. de praeat. & Saln. interd. & hanc opinionem tenet Bald. in l. cum res in fin. vers. vltimo attende, & ibidem etiam Angel. in fin. vers. vltimo sit modus probandi C. si res aliena pignor. data sit Ias. in d. l. 1. numer. 8. C. commun. de legat. Rebuff. in tract. de constit. reddit. art. 5. gloss. 14. num. 34. vers. etiam in rebus, quæ non sunt Testatoris fol. mihi 546. Alciat. in l. 1. num. 29. col. antep. vers. addunt aliqui ff. de legat. 1. fol. 812. Iacob de Nigris in repetit. d. l. 1. num. 130. vers. & amplia de legat. 1. Negusan. de pignor. par. 2. membr. 4. nummer. 157. vers. 3. amplia Io. Faber in §. sed olim Instit. de leg. num. 2. & 3. vers. sed quia si res Surd. cons. 191. num. 2. & dec. 76. num. 2. vers. ampliatur Cardin. Mant. de tacit. & ambig. lib. 1. tit. 17. num. 4. Paris. de Salnian. inspect. 3. cap. 4. num. 201. secundum nouam impress. & exornant materiam ex mente DD. Claudius Cantiuncula in §. nostra autem in fin. col. 6. vers. hypothecariam fol 465. de legat. & Carocc. dec. 114. num. 6. & 7. quem nouissime sequitur Horatius Barbatus de restit. in terd. gloss. 12. num. 27.

Neque est verum, quod prædictis videatur resistere text. in l. 1. C. commun. de legat. ibi, & hipothecam esse non ipsius hæredis, vel alterius persona, quæ grauata est fideicommisso rerum; & propterea quod ex hac obligatione tacita non censeantur obligata bona hæredis dicit Add. ad Gloss. in d. l. 1. vers. ipsius, & sic nec etiam bona legatarij; Nàm fuit responsum, quod in d. l. 1. in vers. cum enim iam hoc iure nostro &c. Imperator ait, quod cum iure iam increbuisset, vt liceret Testatori hypothecam rerum suarum, quibus voluisset dare, quæ etiam in multis casibus per nouellas Constitutiones introducebatur, ob id placuisse etiam in eo casu hypothecariam donare actionem; hæc ratio in præsenti casu optimè deseruit, cum iam sit probatum ex supra deductis, non minus licere Testatori hypothecam rerum hæredis, vel Legatarij, à quo alteri legatum derelictum est in
38 Testamento dare, * quam suarum, vt scilicet pro rebus hæredis, vel legatarij simpliciter à Testatore legatis, si hæres non conficiat Inuentarium, vel legatarius simpliciter accepter legatum competat actio personalis, & inde hipothecaria legalis ex d. l. 1. C. commun. de legat. ex qua consideratione apparet reflecti illam
39 legem 1. in d. vers. cum enim hoc iure &c.* ita vt non obstet, dum in textu dicitur hypothecariam legalem induci in rebus, quas à testatore legatarius consecutus est &c. & in fine, sed tantum earum rerum quæ à Testatore ad eum peruenerunt &c. Nàm illa verba probant, quod bona hæredis vel legatarij prædicti non sunt obligata pro legatis à Testatore, aut in genere, aut de rebus ipsius Testatoris factis, sed non dicunt, quod si Testator disponat de rebus hæredis, vel legatarij, de quibus disponere potest vt su-

40 *pra ostensum est*, * non intret obligatio perso-
nalis, & inde oriatur hypothecaria legalis;
Aliud enim est, quod propter contractum adi-
tionis, vel acceptationis legati hæres vel Le-
gatarius veniant obligati, vt teneantur hypo-
pothecaria; aliud verò quod inducatur hypo-
thecaria ab ipso Testatore sine acceptatione
hæredis vel legatarij, vt considerat *Berett. cons.*
87. *num.* 10. *vers. sed amplius*, & clarius decla-
rando materiam hipothecæ in bonis hæredis,
vel legatarij, à quo alteri legatum derelictum
est, valet, sed non eo modo, quo in bonis Te-
41 statoris. & hoc dicit * *text. in d. l.* 1. *C. com-
mun. de legat.* quia hypotheca in bonis hære-
dis vel legatarij legatis non inducitur imme-
diatè, prout in bonis proprijs Testatoris, sed
mediatè, scilicet post aditam hæreditatem,
vel acceptatum legatum, & sic ab ipsa accepta-
tione, & aditione legati, ex facto tamen De-
functi non immediato, sed mediante aditione
hæreditatis, vel acceptatione legati *Bald. in d.
l.* 1. *num.* 25. *vers. immo puto C. commun. de legat.*
quæ ita declarat *Aretin. in l. si hæredis seruus
col.* 2. *ante med. vers. sed propter quasi contractum
ff. de legat.* 1. vbi ait, aliud esse, quod testator
non censeatur obligasse bona hæredis, vel Le-
gatarij, aliud, quod legando bona hæredis,
vel legatarij post aditionem, vel acceptatio-
nem dicta bona sint hypothecata *Iacob. de Nigr.
in d. l.* 1 *num.* 137. *in* 5. *fallent. ff. de legat.* 1. vbi
quod si Testator obligat bona heredis valet ista
hypotheca, ex quo hæres adeundo se obli-
42 gat, * & videtur contrahere *Aymon. ibidem
num.* 213.

Non obstat, quod in hoc casu non potest
dici bona peruenisse à Georgio testatore in
Honuphrium Iuniorem, cum bona essent subie-
cta fideicommisso ad fauorem eiusdem Honu-
phrij, & propterea à die purificati fideicom-
missi bona ad ipsum Honuphrium fuerunt
43 translata * *l. à Titio ff. de furtis l.* 1. §. *in nouis-
simo C. de cadu. toll l. seruus legatus ff. de nox-
alib. l. legatum ita ff. de legat.* 2. Quia ex eo,
quod res legata transit ipso iure in legatarium
non inde sequitur, quod bona à Georgio Te-
testatore non peruenerint in Honuphrium hæ-
redem ad effectum, quod Domino Valerio sub-
legatario non competat hipotheca legalis,
quia vt *dictum est* ista hypotheca non habet ex-
trema difficilia requirentia probationem do-
44 minij, * sed sufficit probare possessionem de-
functi tempore mortis ipsius prout in hoc ca-
su facta fuit probata, quare esto dominium
fuisset translatum ipso iure in Honuphrium,
non inde sequitur, quod fuerit translata pos-
sessio, quæ non acquiritur sine apprehensio-
45 ne * *l. licet C. de acquir. possess. cap. Pastoralis
de priuil.* & propterea sufficit, quod de tempo-
re obitus Georgius possideret, & Honuphrius
acceptauerit Testamentum Georgij, ad effe-
ctum, vt ab ipso dicantur bona peruenisse in
Honuphrium, ita vt dicto Valerio competat
hipotheca legalis.

Secundo fuit responsum, quod dicta iura
procedunt volente Legatario, qui nō obstante,
quod ipso Iure legatum sibi acquiratur, potest
46 nihilominus illud non acquirere * vel repudia-
re, aut quoad illud sibi præiudicare, & ideò
non transit in effectu, & irreuocabiliter, nisi
fuerit acceptatum *l. si tibi homo* §. *Cum seruus
ff. de legat.* 1. *Castrens. in l. si ita legatum* §. *illi si
volet ff eod Rip. in l.* 1. *num.* 51. *ff. eod. Peregr.
de fideicom. art.* 49. *num.* 9. vbi allegat alia si-
milia *Rot. dec.* 147. *num.* 5. *par.* 2. *in recent.* &
ideo licet ante acceptationem, seu agnitionem
Legatario etiam ignoranti, non tamen inuito,
acquiritur Dominium rei legatę, quia tamen
ante acceptationem non dicitur acquirere ir-
reuocabiliter, sed reuocabiliter, si postea re-
pudiet, vel non acceptet, fingitur retrò nun-
quam illi fuisse quæsitum *l. si quis ita, vbi notat
ff. de condit. Instit.* & declarat *Bartol. in l. Pom-
ponius la* 1. *ff de neg. gest. l. proinde ff. si cert. pe-
tat.* vbi *DD.* & dicunt *supracitat. Doctores*, dum
firmant, quod Testator potest disponere de re-
bus subiectis fideicommisso ad fauorem hære-
47 dis. * Igitur cum Honuphrius Iunior acce-
ptauerit fideicommissum Georgii patris, vt ex
multis *fuit resolutum in hac causa* 14. *Martij*
1618 *coram bo. me. Cardinali Sacrato*, & acce-
ptauit etiam prælegatum, vt in eadem *decis.*
consideratur, cum Honuphrius solus priuatiuè
48 ad Paulum fratrem, * & coheredem possede-
rit Hospitia Pizzicarias, Furnos, & alia sibi à
Georgio patre prælegata, inter quæ nedum
comprehenduntur bona fideicommisso subie-
cta Honuphrij senioris ad fauorem Honu-
phrij Iunioris, sed etiam bona propria Geor-
gij ipsi Honuphriò Iuniori pręlegata, Vndę
censetur approbasse Testamentum, & volunta-
tem Georgi *l. si pars* §. *final. ff. de inoff. Testam,*
& per consequens censetur noluisse acquirere
ex fideicommisso Auito, vt in puncto *Ias. in
l. qui Roma* §. *duo fratres num.* 45. *vers. secus
ff. de verb. oblig. Alex. cons.* 35. *col.* 2. *vers. sed
si emo Imol. in l. si à substituto in princ. ff. de
leg.* 1. *Alba cons.* 17. *num.* 1. Et declarationes
postea factæ pro agnitione fideicommissi Aui-
ti non fuerunt in tempore, vt abunde in *vl-
tima decis.* responsum fuit.

Denique non est verum, quod non possit
49 competere hypotheca legalis, * ex quo præ-
legatum pro magna parte fuit factum de bonis
subiectis fideicommisso ad fauorem ipsius Ho-
nuphrij ex *d. l.* 1. *C. Commun. de legat.* ibi *cum
enim non aliter valeat* (scilicet legatum) *nisi ali-
quid lucri adferat ei, à quo derelictum est, nihil
est graue etiam aduersus eum non tantum persona-
lem, sed etiam in rem, & hypothecariam exten-
dere actionem in rebus, quas à Testatore consecu-
tus est*, vnde potest inferri, quod si legatum
non afferat lucrum Honuphrio legatario, non
competat hypotheca, de qua in *d. l.* 1. Quia
fuit responsum, hic non agi de validitate lega-
ti facti Honuphrio, sed de substitutione facta
ad fauorem D. Valerij, nam vt sepè dictum
fuit, etiam quod prælegatum factum Honu-
phrio pro parte non sustinetur, remanserunt
tamen bona prælegata in hæreditate apud ip-
sum; & vlterius fuit dictum, quod cum Ho-
nuphrius Iunior acceptando prælegatum sibi
factum à Georgio Patre noluerit acquirere ex
fidei-

fideicommisso Aui, negari non potest, quin
50 hoc legatum afferat lucrum, * vel propter
detractionem falcidiæ, dato quod non sit pro-
hibita, vel ex quo fuit institutus hæres, vt con-
siderat *Gloss. in d. l. in verbo aliquid lucri*; vel
ex quo in prælegato includuntur etiam bona
propria Georgij, & tanquam hæres excluditur
51 doli exceptione * *l. Vnum ex familia 69. §. sed
si vno* vbi *Bartol. ante num. 1. vers. vel dic. ff. de
leg. 2.* vbi quod hęres, de cuius bonis dispo-
suit Testator ad fauorem legatarij excluditur,
vt non possit agere ad bona pręlegata doli ex-
ceptione, cum fuerit institutus hæres, & lu-
crum reportauerit ex ipsa Institutione ad idem
est *Text. in l. Venditrici C. de reb. alien. non
alien. Menoch. cons. 89. num. 37. & seqq. &
DD.* communiter *d. §. sed si vno*, & propterea si
consideretur Honuphrius vti legatarius, bona
prælegata, quæ in ipsum vti legatarium per-
uenerunt, censentur aliena, quia scilicet illa
ex Testamento solius Georgij ad illum perue-
nerunt, & hoc operatur consensus Honuphrij
adeundo hæreditatem, maximè sine beneficio
legis, & Inuentarij, & sic non potest dici,
quod Honuphrius vti legatarius non reporta-
uerit lucrum; Neque in hoc casu habenda est
ratio Pauli cohæredis, ex quo agitur de bo-
nis, quę ad solum Honuphrium ex legato
peruenerunt, vt benè per *Peregrin. cons. 31.
num. 8. lib. 2.*

Quantum attinet ad tertium caput, an ista
hipotheca legalis, quæ oritur ex personale
possit exerceri contra Illustrissimum & Excel-
lentissimum D. Paulum Iordanum Vrsinum, &
pariter fuit resolutum, quia cum difficultas
præcipua consistat in eo, quod est successor sin-
gularis Honuphrii, & ideò contra illum non
52 competat actio personalis, * & per consequēs
53 neque hipotheca legalis * *l. 1. § si hæres* vbi *Bart.
num. 1. in primo notab. Io. de Imol. num. 11. ff.
ad Trebell. Gulielm. de Benedictis in c. Rainutius
in verbo si absque liberis num. 155. in 6. fallent. de
Testam.* clare fuit responsum, nempe quod cū
agatur de legato facto Honuphrio, à quo re-
54 lictum est D. Valerio, * Honuphrius ab initio
censetur contraxisse cum dicto Valerio, vt de-
clarat idem *Gulielm. de Benedict. loco citato*, &
clare etiam *Gratian. num. 330. & 331.* qui di-
cunt solum contrarium procedere in simplici
Legatario, á quo alteri legatum minimè de-
relictum est, & proptereà cum ab initio fuerit
orta actio personalis ad fauorem D. Valerii, &
inde hypothecaria legalis semper durat, & se-
quitur quemcumque possessorem etiam parti-
cularem *Gloss. in l. 1. §. sed si hæres verbo sequi-
tur ff. ad trebell. Angel. ibidem nu. 1. Imol. n. 11.
Rip. num. 1.* & cæteri communiter. Nec potest
vis fieri in eo, quod tacita hypotheca diuida-
tur contra hæredes pro portionibus hæredita-
55 riis, * cum oriatur ex personali, vt in d. *l. 1.
in fin. C. commun. de legat.* & sic sequitur natu-
56 ram ipsius personalis obligationis, * vt in spe-
cie dicit *Alciat. in l. 1. num. 29. post princ. ff. de
legat. 1.* quia cum omnia bona legata reperian-
tur penes d. Excellentiss. D. Paulum Iordanum,
57 potest contra ipsum agi insolidum * *Castrens.*
in l. 1. num. 1. circa fin. C. commun. de legat. quem
sequitur *Surd. cons. 191. num. 9. lib. 2.* vbi dicit
hoc esse notandum, quia alii non tangunt, &
hoc dictum sequuta fuit *Rot. in d. causa Roma-
na Legati 11. Aprilis 1622. coram R. P. D. meo
Vbaldo*, quibus tamen addo duo iura expressa
in *l. 1. & 2. C. si vnus ex plurib. hæred.* in qui-
bus dicitur, quod licet actio personalis diui-
datur pro rata inter hæredes debitoris, non
tamen hipothecaria, sed vnusquisque conueni-
tur pro rebus à se possessis insolidum, & idem
dicit *Corn.* in *d. l. 1. num. 10. C. commun. de le-
gat.* vbi in terminis nostris, quod licet actio
hipothecaria pro legatis competat aduersus
quemlibet hæredem pro hæreditaria portio-
58 ne, vt in *d. l. 1.* quia quilibet adeundo cense-
tur quasi contrahere pro rata: si tamen res in-
solidum ad vnum ex hæredibus peruenit, tunc
hypothecaria pro illa re competit aduersus eū
59 pro toto legato * *Iacob. de Nigr. in d. l. 1. nu.
130. post princip. vers. hoc autem fallit de legat. 1.*
& etiam in terminis *Franc. Ragnell. in d. l. 1.
circa fin. vers. non est prætermittendum* vbi quod
casus *l. prima C. commun. de legat.* non est exci-
piendus à dispositione *d. l. 1. & 2. C. si vnus
ex plurib. Creditor.* Et ratio videtur esse, quia
tacita hypotheca pro legato non est alterius
naturæ, quam sit expressa, nam licet expressa di-
catur indiuidua * *l. quamdiu C. de distract. pign.*
60 & ideò competit contra quemlibet hæredem
insolidum * *l. 2. C. si vnus ex plurib. hæredib.* &
61 tacita diuidatur contra hæredes pro portio-
62 nibus hæreditarijs, * vt in *d. l. 1. C. commun. de
legat.* tamen veritas est, quod in istis terminis
non adest differentia inter hypothecam expres-
sam, & tacitam, * cum etiam expressa non com-
63 petat, nisi quatenus competit actio personalis
l. solutum §. solutum ff. de pignor. act. nam si plu-
res pro parte se obligant cum hypoteca bono-
rum, soluta parte tollitur hypotheca *d. §. solu-
tum*, ita cum legatum conferatur post mortem
Testatoris, & fundetur obligatio in personis
hæredum pro portionibus hæreditarijs, hypo-
theca pro legato non inducitur pro ampliori
quantitate, quam sit obligatio ipsorum hære-
dum, & sic in istis terminis conuenit cum hy-
potheca expressa, itá elegantissimè *Aymon. in
l. 1. num. 215. ff. de legat. 1.* qui vlterius mate-
riam declarat; Et proptereà sicuti in hypo-
theca expressa, quando vna res obligata perue-
64 nit ad vnum ex hæredibus, * potest contra
ipsum agi insolidum, itá etiam potest agi inso-
65 lidum, quando res legata, * pro qua competit
hypotheca legalis, peruenit ad vnum, vt in pun-
cto dicit *Corn. & Raquell. locis supra citatis.*

Ex quibus DD. perstiterunt in alias ter *deci-
sis* cum præsupposito, quod in aditione non
requiratur scientia Honuphrij iunioris fidei-
commissi auiti, & quatenus sic, An adsit videa-
tur.

*Præsens decisio fuit confirmata die 11. Martij
1626.*

BALNEOREGIEN. SIMONIAE.

Veneris 17. Maij 1624.

ARGVMENTVM.

In resignatione beneficij quando dicatur commissa Simonia, & quando non, latè examinantur depositiones testium ad cognoscendum an sit probata.

SVMMARIVM.

1 *Resignatio beneficij facta ad fauorem alicuius an dicatur Simoniaca.*

2 *Renunciatio beneficij quando est facta in manibus Papæ cessat omnis Simonia.*

3 *Simonia in beneficialibus committitur ex constitutione Ecclesiæ.*

4 *Papæ auctoritas omne vitium Simoniæ excludit.*
Simonia non committitur ex tractatu de renunciando certo modo, sed bene pacto firma num. 4.

5 *Ad Simeniam euitandam in resignatione stantibus pactis, optima præseruatiua est reseruatio Beneplaciti Apostolici num 15. 17*

6 *De Simonia dicitur constare, si resignatio beneficij facta fuit mediante pecunia.*

7 *Beneficium amittitur, & incurritur excommunicatio, dum in illius resignatione committitur Simonia.*

8 *Simonia vt dicatur concludenter probata, requiritur probatio tractatus præcedentis, & conclusio pacti.*

9 *Ad Simoniam probandum admittitur etiam socius criminis, lim. num. 11.*

10 *Delara procedere, quando agitur contra illum, qui Simoniam commisit, secus si contra tertium.*
Probatio priuilegiata non habet locum, nisi contra eum, qui est in dolo num. 10.

11 *Simoniam non probat socius criminis, qui fuit etiam socius muneris.*

12 *Simonia probatur etiam coniecturis, & præsumptionibus.*

13 *Dũmodo tamen coniecturæ sint vrgentes, & reum de crimine conuincentes.*

14 *Consensus præstitus in resignatione beneficij retrotrahitur ad diem datæ supplicationis.*

16 *Simoniam fuisse commissam in resignatione beneficij non probatur ex depositionibus testium de quibus ibi.*

DECISIO MDVIII.

Parochialis, de qua agitur, fuit resignata in manibus Summi Pontificis ad fauorem certæ personæ cum reseruatione pensionis scut. 40. annuorum, & supplicatio fuit signata octauo kalend. Martij. Deinde fuit supplicatum pro extinctione dictæ pensionis, & supplicatio signata nonis Martij. Vnde quæsitum fuit, an huiusmodi resignatio esset Simoniaca, & Domini negatiue responderunt. Quia, aut prætenditur
1 ditur simoniaca ex quo est ad fauorem * *glos. in cap. ex parte in verbo dimitte*, vbi *DD. de offic. deleg. Cassad. decis. 2. num. 3. & seqq. de*
Simon. Rot. decis. 46. lib. 2. par. 3. & decis. 96. & 921. lib. 3. ead. par. 3. & cum renunciatio
2 fuerit facta in manibus Sanctissimi, * cessat simonia, vt dicunt omnes *DD.* prædicti. Aut,
ex quo fuit extincta pensio, & cessat etiam
omnis amaritudo; quia cum versemur in be-
3 neficialibus, * in quibus simonia committitur
ex constitutione Ecclesiæ *Dec. cons. 141. num. 2.*
authoritas Summi Pontificis tale vitium exclu-
4 dit * *glos. in cap. cum pridem in verbo illicite de
pact.* vbi *Imol. num.* 8 latè *Dec. loco allegato* &
fuit dictum *coram me in causa Oscen. Pensionis 27.
Iunij* 1601. Aut ex quo ante resignationem fuit
actum de pensione reseruanda, & extinguenda,
& minus resultat simonia, quia tractatus de re-
nunciando certo modo non est prohibitus, sed
pactio firma est prohibita *cap. tum pridem de
pactis*, vbi communiter *DD. Cacciaïup. de pens.
q. 19. num. 16. Innoc. in cap. tua num. 5. in fin.
de Simon.* Quæ maxime procedunt in hoc casu
ex obseruantia subsequuta, cum fuerit super
omnibus obtentum Beneplacitum Apostoli-
cum. Vnde inferri potest omnia fuisse gesta
ea intentione, si *S. D. N.* placuerit, & ab eo
approbatum fuerit, quæ est optima præserua-
5 tiua, * dum tractatur resignatio, vt aduertit
*Fel. in c. ad audientiam il 2. col. 3. num. 3. vers.
quid autem de rescriptis Anan. in cap. audiuimus
col. 2. num. 2. de collus. detegen. Butr. in cap. cum
pridem de pact.* & benè *Nauar. cons. 48. num 3.
lib 5. de Simon. in antiq.* quod *est in nouis cons. 33
eod. tit.*

Sed difficultas videbatur consistere, quia
prætendebatur esse probatum, quod resigna-
tio fuerit facta mediante pecunia, & quod si-
mulatè fuerit actum de extinctione pensionis.
Vnde videndum est, an ista subsistant, quia
6 si vere subsistunt, * non potest dubitari, quin
constet de simonia reali, cum ex vtraque par-
te fuerit adimpletum ex *add. per Nauar. in
Manu. cap. 23. numer. 104. & seq. Vgolin. de Sim.
lib. 5. cap. 5. numer. 1. vers. altera est, & seq. Io.
Valer. de differ. inter for. for. & conscient. in ver-
bo Simon. differ.* 6. Et ideò beneficium esset amis-
7 sum, * & incursa excommunicatio iuxta
Extrauag. cum detestabile de Simon. & Consti-
tutionem Sanctæ mem. Pij V. Quare punctus
difficultatis consistit in eo, an prædicta pro-
bentur.

In quo articulo, pro faciliori resolutione
præmittendæ sunt duæ conclusiones. Altera
est: Quod ad constituendam probationem
concludentem simoniæ, est necessaria proba-
8 tio tractatus præcedentis, & conclusio pacti *
*cap. Aitaldus 8. quæst. 3. cap. quam pio, verbo post-
modum 1. quæst. 2. DD.* communiter in *cap. ve-
niens il 1. de test. Dec. cons. 118. numer. 4. Paris.
cons. 30. numer. 21. lib. 4. Alciat. cons. 3. numer. 20.
lib. 1. Put. dec. 167. lib. 2. in nou.* Et ad hanc si-
9 moniam probandam admittitur etiam socius *
criminis, quod est in hac materia speciale
cap. 1. de test. in 6. quod est verum, quando agi-
10 tur contra illum, qui simoniam commisit, *
secus verò si agatur contra tertium. Et ratio
est, quia priuilegiata probatio qualis est ista,
non habet locum, nisi contra illum, qui est
in

in dolo Alciat in puncto consf. 2. numer. 8. Farin. in prax. quest. 43. numer. 53. & seq. Et adhoc vt socius criminis probet, non debet esse etiam
11 socius muneris, quia eo casu non probaret * cap. veniens il 1. de test.

Altera conclusio est, Quod simonia pro-
12 batur etiam coniecturis, * & præsumptionibus, ex quo occulte committi consueuit cap. per tuas cap. sicut, vbi Innoc. num. 1. Abb. num. 3. de Simon. cap. 1. de test. in 6. Aym. cons. 122. nu. 7. Dummodo tamen coniecturæ sint vrgentes, &
13 Reum de crimine conuincentes, * cap. euidentia de accus. Alex. de Neu. consf. 64. numer. 4. Felin. in cap. super his numer. 12. de accusat. Caputaq. dec. 202. per tot. lib. 1. & pluries dixit Rota in decisionibus allegatis cor. bo. mem. Card. Blanchetto in causa Romana, seu Ispalen. Simoniæ 7. Februarij 1596. qua habetur post secundum volum. consil. Farin. sub num. 108.

His positis. Fuit resolutum neque talia pacta in hoc casu probari, neque coniecturas esse sufficientes, vt dicendum sit, constare de Simonia, quod satis probatur ponderando dicta testium, & constituta tam resignantis, quam resignatarij.

Et quantum attinet ad testes, cum primus iuxta tertium dicit ipsum egisse cum resignante, qui petijt scuta 700. & resignatarius obtulit scuta 300. nihil deponit de conclcusione, & ex serie facti patet, quod res aliter se habuerit. Et dum super 4. videtur deponere de conclusione, ignorat factum. Fatetur enim, quod apocha fuit confecta eadem die resignationis, quæ computabatur dies 26. Martij, vt ipse existimat. Ex iuxta quintum fatetur apocham fuisse confectam sub eadem die 26. Martij, & postea præstitus consensus, qui retrotrahitur ad
14 diem datæ supplicationis * Cassad. dec. 3. de renunc. Rot. dec. 167. n. 2. lib. 3. Et sic, cùm iste testis deponat de gæstis post signatas supplicationes, conuincitur. Vel eius dictum est intelligendum, vt loquatur de summa, pro qua extinguenda erat pensio, quod non erat improbatum, cum deberet interuenire authori-
15 tas Sum. Pont. * De solutionibus verò postrà factis non est curandum, quia cum præcedat legitimus titulus extinctionis, omnia sustinentur. Et in secundo examine, in quo fuit duodecimus testis, nihil plus dicit, quam in primo.

Secundus vero testis super quinto deponit audiui à resignante, quod resignauerat pro scut. 550. Sed huiusmodi confessio quatenus esset
16 probata, * debet redigi ad sensum bonum, & vitio carentem, scilicet ob extinctionem pensionis, prout verè dicta summa fuit soluta. In reliquis nihil quod releuet, deponit. Tertius iuxta quartum deponit de resignatione cum reseruatione pensionis scut. 40. quæ postea fuit extincta, & ideò nihil obstat. Quartus iuxta sextum, & septimum deponit de solutione pecuniarum post factum, & sic, cum adsit titulus præcedens extinctionem pensionis, nihil probat; prout nec etiam Quintus testis aliquid momenti deponere videtur. Nam iuxta tertium deponit de gæstis post extinctionem pensionis.

Et iuxta quartum se publicè audiuisse resignatarium emisse beneficium, quæ verba prolata ab imperitis possunt intelligi ob dictæ pensionis extinctionem; prout nec etiam Sextus testis, qui iuxta septimum deponit solum de mandatis factis ad resignandum, & alijs. Septimus autem testis iuxta tertium dum deponit de conuentione habita pro scut. 550. non deponit ante resignationem, & hæc possunt verificari circa tractatum extinctionis pensionis. Et super quarto expresse deponit de gæstis post signatas supplicationes. Octauus verò super quinto deponit de prætensionibus tantum resignantis; An verò cum illis ex parte resignatarij fuerit conclusum, nihil deponit. Et iuxta sextum, licet deponat conclusionem resignatarij cum reseruatione pensionis scut. 40. & quo ad extinctionem dicat summam fuisse remissam in arbitrium certæ personæ, hoc autem, an fuerit factum simpliciter, vel reseruato Sedis Apostolicæ Beneplacito nihil deponit, & obseruantia subsequuta ostendit nihil fuisse actum absque Summi Pontificis licentia.

Quantum attinet ad nonum testem. Commissarius confidentiarum nihil probat, cum solum deponat, quod Frater Leo Oliua Ordinis S. Spiritus defendendo immunitatem Ecclesiasticam, noluit permittere, vt perquireret quasdam capsas relictas per Ambrosium inquisitum in domo Ecclesiæ. Et de isto etiam facto deponit Decimus testis, & ideò, sicuti non probat vndecimus, ita nec decimus.

Testis vndecimus, qui est Notarius, deponit tantum fuisse rogatum de duobus mandatis procuræ, scilicet resignationis, & extinctionis pensionis. Vnde cum omnia subsequuta scilicet resignatio cum reseruatione pensionis, & extinctio fuerit facta mediante Be-
17 neplacito Sanctæ Sedis, * nulla potest considerari simonia. Et quamuis iste testis diligentissimè fuerit examinatus per 20. interrogatoria, nihil tamen deposuit, quod obstet. Duodecimus etiam testis, vt supra dictum est, cum sit idem ac primus, & in secundo examine sit duodecimus, nil deponit, quod releuet. Decimus tertius deponit solum, quod cum nomine sui Domini peteret pensionem à resignante, ipse respondit, quod tractabat de Parochiali resignanda Ambrosio (Il quale gli hauerebbe dato denari, e con quelli l'hauerebbe sodisfatto.) Quæ depositio nihil facit, cùm possit verificari in pecunijs, quas ipse habiturus erat ex extinctione pensionis legitimè facienda. Decimusquartus testis pariter deponit, quòd petijt pensionem à resignante nomine pensionarij, & quòd ipse resignans respondit Che haueua trattato, e concluso con Ambrogio la raffegna della Parrochiale, e già Ambrogio gli haueua dato à buon conto scudi 50. per estintione della pensione, e che se gli haueua spesi. Ex hac depositione colligi perfectè non potest, an hæc fuerint dicta ante, vel post resignationem, & cum agatur de concludendo delicto, dicta confessio est intelligenda de gæstis, & solutione facta post perfectam resignationem, & extinctionem pensionis; In reliquis autem clarè, & lucidè

eidè post perfectam resignationem, & extinctionem pensionis loquitur, & prædicta solutio fuit facta tempore habili, vt ex mox dicendis apparebit.

Decemus quintus deponit, prout Primus de tractatu resignationis mediante aliqua solutione pecuniarum, sed cum audisset à partibus hoc non posse fieri absque labe simoniæ, nihil fuit actum, sed pro resignatione conclusum cum reseruatione pensionis, & quòd extingueretur. Et quamuis testis subdet *& all'hora detto Ambrogio contò cento scudi di moneta, & più à conto della detta estintione di pensione, e gli assegnò certi bestiami per cento settanta, ò cento ottanta scudi saluo il vero, e detto Horatio* (scilicet resignans) *gli facesse buoni cinquanta scudi, che prima detto Ambrogio gli haueua pagati, e contati à conto di detta estintione di pensione se bene sò, che ci era vna poliza, che cantaua di prestito, tuttauia io hò creduto, che si fossero dati à conto di detta estintione di pensione, e questi conti furono fatti frà il detto Ambrogio, & Horatio, e la poliza fu scritta in casa mia* & posteà dicit, quòd pro residuo actum fuit, quòd fieret societas officij. Tamen fuit responsum testem istum nihil probare, quia si attendatur series facti, ipse fatetur, primò fuisse factam apocham scut. 50. & posteà bestiamina data in solutum, & actum de facienda societate officij; sed si hoc est verum, totum fuit factum tempore habili; quia vt apparet ex apocha, quæ habetur in processu, illa habet datam sub die 1. Aprilis 1622. & tamen, vt supra dictum est, præcesserat signatio supplicationis pro resignatione, & extinctione pensionis. Et dum in secundo examine iste testis dicit fuisse actum, quod quidam laboratores perciperent fructus vnius anni pro debito resignantis, cùm hæc fuerint facta tempore habili post legitimam extinctionem pensionis, nihil obstant. Decimus sextus testis nihil deponit, quod obsit, immò, si benè attendatur, facit contra simoniam. Decimus septimus, & vltimus pariter nihil obstat; nam dùm deponit de dicta conuentione, quod scilicet laboratores pro anno perciperent fructus, intelligitur hoc actum fuisse tempore habili.

Quantum verò attinet ad constituta resignantis, & resignatarij, vt ex lectura apparet, nihil fassi sunt, quod obstet.

Ex quibus fuit resolutum contra partem, quæ diù citata, & expectata comparere noluit non constare de Simonia.

LEODIEN. CANONICATVS SANCTI DIONISII.

Veneris 17. Maij 1624.

ARGVMENTVM.

Gratia in *forma dignum* non suffragatur donec debitæ executioni demandetur. Beneficium non censetur vacare per obitum resignatarij, quando non fuit verificata clausula in *forma dignum* apposita in admissione resignationis. In gratia se fundans debet docere de iustificatione clausularum in ea appositarum. Clausula *dummodò resignans habeat vndè se substentare valeat* quid operetur.

SVMMARIVM.

1 *Gratia in* forma dignum *censetur pura.*
2 *In gratia in* forma dignum *prouisio executoris requiritur pro executione, quæ est dilata, & suspensa, & non per acquisitionem iuris, & pro substantia gratia.*
3 *Gratia in* forma dignum *non suffragatur ad effectum excludendi vel impediendi prouisum ab Ordinario, donec clausula debita executioni demandetur.*
4 *Quando resignatio facta fuit ad fauorem alicuius et nunquam fuit purificata gratia* in forma dignum *non dicitur abdicatum ius à resignante, et num. 12.*
5 *Beneficium non censetur vacare per obitum resignatarij quando non fuit verificata clausula* in forma dignum.
6 *Testibus, et non testimonijs est credendum.*
7 *Ad tonsuram primam ordinatus non inde inferri potest, quod sit idoneus ad Canonicatum.*
8 *Ad tonsuram primam consequendam sufficit quod sciat tantum legere, et scribere.*
9 *Ad Canonicatum consequendum maior scientia, quam in consequenda prima tonsura requiritur, quia consilium, et industria exigitur.*
10 *In testibus nulliter examinatis non potest fieri fundamentum.*
11 *Clausula* dummodò resignans habeat vnde se substentare valeat *debet iustificari ab eo qui in gratia resignationis se fundat.*
Clausulæ in gratia posita siue faciant modum, siue conditionem sunt iustificandæ ab eo qui in gratia intentionem suam fundat num. 11.
13 *Clausula* dumodo resignans habeat vnde se substentare valeat *positiuè requirit, quod resignans habeat aliunde vnde se valeat substentare.*
14 *In resignatione se fundans debet docere de resignatione publicata.*
Publicatio est pars resignationis num. 14.
15 *Resignationis beneficij publicatio, quando non fuit facta si moriatur resignans beneficium non dicitur vacare ob eius mortem, sed ob non publicationem.*

DECISIO MDIX.

POst binas resolutiones factas, quod prouisio Ordinarij substinebatur, fuit reseruatum videre, an resignatio per prius facta à defuncto ad fauorem Lamberti obstaret; & causa hodie proposita, negatiue fuit resolutum ex triplici capite; Primo quia admissio resignationis

tionis fuit in *forma dignum*, quare licet gratia
1 in *forma dignum*, censeatur pura * *c. si postquam*
de præb. in 6. & prouisio executoris requiri-
2 tur pro executione, * quæ est dilata, & suspen-
sa, & non per acquisitionem Iuris, & pro sub-
stantia gratiæ, vt fuit resolutum in causa *Bur-*
gen. Canonicatus 28. Aprilis 1597. *coram b. m.*
Cardinale Pamphilio. Nihilominus non suffra-
gatur, donec clausula debitæ executioni de-
3 mandetur, * ad effectum excludendi, vel im-
pediendi prouisum ab Ordinario vt fuit di-
ctum in causa *Calaguritana Beneficij 30. Ianua-*
rij 1608. coram R. D. meo Archiepiscopo Lugdu-
nen. Quare cum resignatio fuerit ad fauorem,
4 & nunquam fuerit purificata dicta clausula, *
non fuit abdicatum ius à Resignante *Put. dec.*
138. lib. 3. num. 2. in nou. & fuit dictum in
prædicta *Burgen. Canonicatus*, & in *Bracharen.*
Cantoria 26. Martij 1602. *coram bo. me. Iusto*
Card. Seraphin. dec. 1446. num. 3. quibus in
locis habetur, quod non verificata clausula
5 *in forma dignum*, * Beneficium non censetur va-
care per obitum resignatarij.

Neque visum fuit DD. idoneitatem proba-
ri ex duabus attestationibus, quia vltra quod
vt dictum est in 1. *dec.* Testibus, & non Testi-
6 monijs est credendum, * Prima attestatio ma-
gistri Scolæ est, quod Lambertus sciat legere;
Secunda Aduocati est nimis affectata, & ex
quo Lambertus fuit ordinatus ad primam
7 Tonsuram, * non inde potest inferri, quod sit
idoneus ad Canonicatum, quia respectu pri-
mæ Tonsuræ sufficit, quod quis sciat tantum
8 legere, & scribere * *Rot. dec. 16. num. 3. par. 2.*
Gonzal. ad reg. 8. gloss. 4. num. 48. & 49. re-
spectu autem Canonicatus maior scientia re-
9 quiritur, * in quo consilium, & industria exi-
gitur *Rot. dec. 12. num. 5. in antiq. Menoch. præ-*
sumpt. 51. num. 22. lib. 6. super testibus verò
nullum fieri potest fundamentum, cum sint
10 nulliter examinati * lite pendente in Rota, nec
etiam videantur bene concludere.

Secundo fuit consideratum gratiam resi-
gnationis fuisse concessam cum clausula
dummodo resignans heberet vnde se substentare va-
11 *leret*, * quæ clausula siue faciat modum, siue
conditionem ad effectum iustificationis narra-
torum in gratia, nihil interest, quia vtroque
casu sunt iustificanda narrata ab eo, qui in-
tentionem suam fundat in gratia *Io: Andr. in*
c. 1. de lit. contest. Felin. in c. Constitutus in princ.
de rescript. & fuit resolutum in causa *Paduana*
pensionis 28. Iunij 1581. *coram Rubeo* Quare,
cum neque in hoc gratia reperiatur iustifica-
12 ta, non fuit abdicatum ius à resignante * per
supradicta.

Neque obstat, quod Lamberto fuerint re-
licta bona in testamento, quia non constat di-
cta bona esse sufficientia, cum dicta clausula
13 positiuè requirat, * quod resignans habeat
aliundè vnde se valeat substentare *ex supra de-*
ductis.

Tertio fuit consideratum non sufficere,
quod Lambertus doceat de resignatione, sed
cum in ea se fundet debeat docere de resigna-
tione publicata, cum publicatio sit pars resi-
14 gnationis, * vt fuit resolutum in causa *Cala-*
guritana Thesaurariæ 4. Februarij 1579. *coram*
S. M. Clem. VIII. & in *Hispalen. & Cordu-*
ben. Præstimoniorum coram bo. me. Card. Lancel-
lotto Rot. dec. 190. num. 2. par. 2. Seraph. dec.
1309. & fuit dictum in causa *Meten. Canonica-*
tus 8. Martij 1609. coram R. P. D. meo Piroua-
no, & isto casu licet beneficium non vacaret
15 per obitum resignantis * sed ob non publica-
tionem, vt sunt verba clara Bullæ *San. me.*
Gregorij XIII. & fuit dictum in causa *Abulen.*
Beneficij 14. Ianuarij 1596. *coram Card. Blan-*
chetto, & in *Mediolanen. Præpositura 28. Iunij*
1589. *coram Platto.* Hoc tamen non refert; quia
prouisio Ordinarij propter Indultum cape-
ret istam vacationem ex consideratis in vltima
decisione.

Et Ita conclusum &c.

Præsens decisio fuit confirmata die 25. Maij 1626. & 9. Iunij 1628. coram Pirouano.

PERVSINA DE ALPHANIS.

Lunæ 20. Maij 1624.

ARGVMENTVM.

Agitur de probatione valoris bonorum stabilium,

SVMMARIVM.

1 *Testibus, & non articulis standum est.*
Articulans non fatetur n. 1.
Confessio tamen ibi emanata magnum facit adminiculum num. 3.
2 *Testium depositionibus super valore bonorum magis standum est, quam relationibus peritorum & n. 7.*
4 *Quando articuli sunt dati medio iuramento, confessio ibi facta probat contra producentem.*
5 *Pretium venditionis in dubio præsumitur iustum.*
6 *Pactum de retrouendendo minuit valorem rei.*

DECISIO MDX.

DVbitaui ad quam summam ascendat valor bonorum stabilium hæreditatis q. Marcelli de Alphanis, & quia in disputatione huius dubij aliqua bona non controuertebantur fuisse in bonis, alia vero controuertebantur, Domini solum responderunt, quoad bona, de quibus conueniunt partes fuisse in bonis, de alijs controuersis erit particulariter agendum. Et quo ad bona non controuersa cum alia minime fuerint alienata, & alia fuerint, distincte fuit responsum.

Quantum enim ad non alienata, quæ consistunt in quatuor corporibus, & quoad domum DD. de Alphanis articularunt esse valoris scut. 1500. & de eodem valore deponunt Testes. Quo verò ad Tenimentum terræ *della Cura*, pariter articularunt esse valoris

scut.

scut. 1500. de quo etiam valore deponunt Te-
stes; sed cum pars illius fuerit vendita pro
scut. 250. firmandus sit valor in solis scutis
1250. Quantum verò attinet ad prædium *del-
la Monilla*, licet fuerit articulatum esse valoris
scut. 3000. tamen cum Testes deponant esse
valoris scut. 3500. standum est Testibus, & non
1 articulo; * quia articulans non fatetur *Man-
tic. dec. 198. num. 3. Seraphin. dec. 1054. num. 2.*
Quantum verò denique attinet ad petium ter-
ræ siluatum indiuisum cum D. Lutio Alphano
fuit æstimatum in scut. 31. et sic ista bona non
alienata in totum sunt æstimanda esse valoris
scut. 6281.

Neque placuit Dominis attendere iudicia
peritorum, quia cum discordent à Testibus;
2 magis est standum depositionibus Testium, *
quàm relationibus peritorum, maxime quia
Testes adhærent valoribus articulatis; licet
enim articulans non fatetur, tamen confessio
3 ibi emanata magnum admiculum facit, * cum
non soleant dari articuli absque magna con-
sideratione *Rota dec. 320. num. 2. in fine impres-
sa post secundum volumen consiliorum Farinacij*;
& fuit dictum in causa *Spoletana Pradij prima
Decembris* 1617. *coram R. P. D. meo Pamphilio.*
Hinc videmus, quod quando articuli sunt da-
ti medio iuramento, confessio ibi facta contra
4 producentem probat * *Verall. dec. 145. lib. 1.
in manuscript. S. m. Gregorius dec. 215. n. 2.*

Quantum verò attinet ad bona alienata, quæ
in vndecim corporibus consistunt, vt latè de-
ducitur in *Summario* non adest difficultas, quod
in æstimando pretio valoris attendi debet
pretium venditionis, quia in dubio præsumi-
5 tur iustum * *Bald. in c. per diuersas numer. 13. in
fine C. mandati Roland. cons.* 64. *numer.* 18. *lib.* 4.
Mantic. de tacit. & ambig. l b. 4. tit. 20. num. 22.
& in istis terminis fuit resolutum in causa *Ci-
uitatis Castelli fideicommissi* 11. *Decembris* 1615.
coram R. P. D. meo Pamphilio, & in *eadem* 10.
Martij 1623. *coram R. P. D. meo Remboldo*; So-
la igitur difficultas consistit in prædio in vo-
cabulo S. Sixti, quod in pluribus vicibus fuit
venditum pro scut. 1830. sed cum fuerit vendi-
tum cum pacto de retrouendendo, certum est,
6 quod istud pactum minuit valorem rei, * atta-
men cum Domini Alphani articulauerunt
istud prædium esse valoris scut. 2200. & ità
deposuerint Testes, videlicet tertius & quartus;
licet primus deponat esse valoris sc. 2500. quic-
quid dixerint periti, standum est huic proba-
7 tioni, * & sic bona alienata computato præ-
dio prædicto esse valoris scut. 2200. ascendūt ad
summam sc. 7843. & sic computatis alijs scutis
6281. ex valore bonorum non alienatorum in
totum quoad bona non controuersa valor
ascendit ad scut. 14124.

Et ita resolutum vtraq; parte informante &c.

ROMANA SOCIETATIS SCVT. M.

Veneris 24. *Maij* 1624.

ARGVMENTVM.

Non lucratur societas per mortem eius, sub cuius periculo vitæ fuerat inita, dum iuxta conuentionem & interpellationem factam non fuit datus nouus fideiussor in locum demortui, cum quis non possit lucrum facere ex contractu, quem non adimpleuit.

SVMMARIVM.

1 *Societas non lucratur per mortem eius, sub cuius periculo vitæ fuerat inita, quando prius obijt vnus ex fideiussoribus, nec in locum illius alius fuit datus, prout fuerat conuentum & pars interpellata & num. 14.*

2 *Frustra petit qui quod debet non impendit.*

3 *Non adimplens aliquid ex promissis non acquirit lucrum ex contractu Societatis, quem non adimpleuit quamuis in alijs adimpleuerit.*

4 *Defectus non implementi non debet probari à Socio, qui dedit pecunias ad societatem, sed benè adimplementum debet probari ab eo, qui illas recepit, & lucrum prætendit.*

5 *Interpellatio domi dimissa copia sufficit etiamsi requiratur personalis, dum postea pars comparuit in iudicio.*

6 *Quando fideiussor in locum mortui debet præstari, sufficit quod obitus fuerit parti per interpellationem significatus.*

Quando quis tenetur aliquid facere post obitum alicuius, sufficit quod illi obitus fuerit denunciatus num. 6.

7 *Interpellationi Iudiciali pars tenetur credere.*

8 *Scripturæ productæ pars videtur acquieuisse, dum nihil in specie contra eam deduxit.*

9 *Productio facta in vna scriptura censetur repetita in alia cum eadem producta.*

10 *Dies, & annus positus in vno folio censetur repetitus in alio folio habente ordinatam consequentiam.*

11 *Mandatum speciale non requiritur ad effectum faciendi interpellationem debitori societatis officij pro renouatione fideiussoris.*

12 *Mandatum speciale requiritur ad renunciandum societati.*

13 *Mandatum speciale præsumptum probatur ex ibi deductis.*

14 *Ex contractu, quem quis non adimpleuit non potest lucrum facere non obstante aliqua excusatione.*

DECISIO MDXI.

FVit resolutum non fuisse factum locum lucro
pœcuniarum, quia licet bo. me. Adrianus,
sub cuius periculo vitæ fuerat inita societas
1 obierit, * nihilominus cum prius obierit Paci-
ficus vnus ex fideiussoribus, & fuisset conuen-
tum, quod in locum demortui, vel absentis da-
retur alius fideiussor, & super hoc pars fuerit
interpellata, cum non adimpleuerit dando
alium fideiussorem non potest iuuari ex contra-
ctu Societatis, quem non adimpleuerit, & sic
non

non fuit factus locus lucro pecuniarum *l. 1. C.*
de donat. l. cum proponas la 2. C. de pactis, frustra
2 enim is petit, qui quod debet non impendit *
c. frustra de reg. iur. in 6. l. ædiles in fin. ff. de ædi-
lict. adict. Bald. de Feud. tit. qualiter Dominus pro-
prtet. feud. priuat. num. 9.

Et sufficit, quod istud non adimplementum
fuerit in hac parte, non dando fideiussorem
in locum demortui, licet in alijs fuerit adim-
3 pletum * *Bald. in l. Iuris gentium §. adest in 2.*
not. ff. de pact. Dec. in dicta l. cum proponas sub
num. 5. vers. quarto ampliatur, Put. dec. 357. in
fin. lib. 3. in nou. Surd. cons. 101. num. 2. & cons.
369. num. 36. Menoch. cons. 1. num. 308. Becc. cons.
45. num. 6. latè *Card. Mantic. de tacit. & ambig.*
conuent. lib. 3. tit. 16. num. 18. Rot. dec. 242. nu. 3.
par. 2. in recent. Defectus enim non implementi
4 non debet probari à Socio, * qui dedit pecu-
nias, sed in hoc casu quia ab initio fuit adim-
pletum significato obitu fideiussoris ex legiti-
ma interpellatione, & sic quod sit factus locus
pacto de dando nouam fideiussionem, onus
probandi se adimpleuisse incumbit illi, qui lu-
crum prętendit *l. Iulianus §. offerri ff. de act. empt.*
latè *Aymon. cons. 1. num. 10. & cons. 248. num. 6.*
circa med vers. onus autem Becc. d. cons. 45. n. 18.
Rip. in l. in illa num. 15. ff. de verbor. obligat. Corn.
cons. 11. num. 8. vers. & hoc nisi allegetur lib. 2.
Rot. dec. 361. par. 4. & dec. 362. num. 2. par. 1. in
recent. & fuit dictum in causa *Calagurit.ana Ca-*
pella 14. *Nouembris* 1592. *coram bo. me. Gipsio*
Et in terminis societatis officij, per similes
rationes dicit *Castracan. de societ. offic. cap. 68.*
num. 10. in fin. & num. 15. & 31. & cap. 69. nu. 6.
& 7. Pacificus de Saluiano inspect. 5. cap. vnico
num. 159. & 162. & pariter in terminis fuit re-
solutum in causa *Romana pecuniaria 2. Decem-*
bris 1596. *coram bo. me. Pœnia*, & in alia *Roma-*
na Societatis officij 2. Iunij 1608. coram bo. mem.
Cardinale Lancellotto iuniore, quæ habentur apud
Pacificum de Saluiano sub num. 305. & 307.

Quod autem fuerit significatus obitus Paci-
fici fideiussoris, patet ex interpellatione iudi-
ciali, quæ licet fuerit facta domi dimissa co-
5 pia, * nihilominus in hoc casu sufficit, & dato,
& non concesso, quod requireretur interpella-
tio personalis, cum posteà pars comparuerit
in Iudicio *Rota dec. 11. de dol. & contum. in nou.*
Aegid. dec. 364. Sarnen. in reseruatione de annal.
quæst. 65. & 76. Achill. dec. 7. numer. 1. de dol. &
contum. & suffragatur, quia cum in locum de-
mortui esset dandus alius fideiussor, sat fuit,
quod obitus Pacifici per interpellationem fue-
6 rit significatus * *Bartol. in l. non solum §. morte*
num. 48. vers. sed si esset ff. de nou. oper. nunciat.
vbi quod quando quis tenetur aliquid facere
post obitum alicuius, sufficit, quod illi obitus
fuerit denunciatus, maximè cum hæc fuerit in-
terpellatio iudicialis, cui pars tenebatur cre-
7 dere * *Bart. vbi supra numer. 35. vers. quandoque*
talis, & ibi *Iason. num. 29.* & hæc de plano pro-
cedunt, quia parti interpellatæ ad dandum
nouum fideiussorem in locum Pacifici demon-
strui Iudex præfixit terminum 15. dierum, &
tale decretum fuit illi intimatum, & pars nihil
opposuit de obitu; Et cessat omnis difficultas,
quia fuit producta fides Parochi de obitu Paci-
8 fici, * cui pars videtur acquieuisse, cum nihil
deduxerit in specie contra ipsam, & quamuis
à tergo non adsit adnotata productio, sufficit,
9 quod adnotatio fuerit facta super epistola, *
insimul cum dicta fide producta *Bald. in l. si quis*
6. §. Initium num. 1. ff. de eden. Iacob. de Sancto
Georgio eod. num 8. in fin. qui dicunt, quod an-
10 nus & dies positus in vno folio * censetur re-
petitus in alio folio, quod habet ordinatam
consequentiam.

Nec potest dubitari, quin hæc omnia fue-
rint gæsta à legitimo Procuratore: Primo,
quia ad prædicta peragendum, non videtur ne-
cessarium speciale mandatum * iuxta *not. per*
11 *Bartol. in l. actione 66. §. reminiscere ff. pro so-*
cio Honded. in cons. 38. num. 16. lib. 1. Falician.
de societatib. c. 35. num. 53. vbi quod ad renun-
ciandum societati, requiritur speciale manda-
12 tum, * & quatenus requireretur speciale man-
datum, hic adest præsumptum, cum Procura-
13 tor tunc temporis, & nunc, * inseruiret in do-
mo socij, qui dedit pœcunias, & pro Procura-
tore soluit pœcunias Notario pro recognitio-
ne epistolæ in actis productæ, quam epistolam
etiam ipse produxit, & non repugnat, quod es-
set Procurator generalis, & specialis ad hunc
actum.

Non obstat, quod à principio fuerit adim-
pletum, & quod socius non fuerit in mora in
dando nouum fideiussorem: Quia fuit respon-
sum, quod cum fuit actum, quod socius in lo-
cum demortui daret nouum fideiussorem, * suf-
14 cit, quod contractus non fuerit in hoc adim-
pletus, cum ex conuentione partium habeat
tractum successiuum; Et quod socius non fue-
rit in mora non dando nouum fideiussorem,
quicquid sit de hoc, non refert, quia non sumus
in casu, in quo requiratur mora regularis, vel
irregularis, cum non possit quis lucrum facere
ex eo contractu, quem non impleuit non ob-
15 stante aliqua excusatione, * vt per *Dec. in al-*
legata l. cum proponas num. 4. C. de pact. & in
puncto *Seraphin. dec. 225. num. 4.*

Et ita fuit resolutum vtraque parte infor-
mante, &c.

Præsens decisio fuit confirmata coram Duran.
decis. 9.

CAVEN. LIMITVM PAROCHIA-LIVM.

Mercurij 29. Maij 1624.

ARGVMENTVM.

Ad probationem confinium sufficiunt le-
uiores probationes. Tam Testes, qui con-
fusè, quam qui inuerisimilia & de auditu
deponunt, non probant.

SVMMARIVM.

1 *Confines leuioribus probationibus probantur.*

2 *Testibus confusè deponentibus standum non est.*

3 *Testis de auditu, & inuerisimilia deponens non probat.*

4 *Testibus distinctè deponentibus magis standum est, quam alijs confusione laborantibus.*

5 *Articulans non fatetur.*

6 *Testes nulliter examinati non probant.*

7 *Ad rei, & possessoris fauorem ad hoc vt pronunciandum sit sufficit, quod materia sit dubia.*

8 *Actor tenetur concludenter probare intentionem suam.*

DECISIO MDXII.

PLacuit Dominus limites Parochialis Sancti Saluatoris extendi iuxta depositionem 8. testium, qui fuerunt dati pro illius parte; dicunt enim limites incipere à loco *detto la Lauinella* seù *Pozzo del Capo*, ac per vallonem, & viam freti descendere propè menia Gasparis Taliaferri, & Angrescani, vsque ad domum Ioannis Matthæi de Adinulfo, & illinc recta linea protrahi ante domos quorundam de Iuuenibus, vsque ad viam Regiam Sancti Sebastiani, & dicti testes deponunt de pluribus actibus Parochialibus, tam de visu, quam de auditu ab eorum antecessoribus, quæ probatio visa fuit sufficiens, cum materia contentetur læuioribus probationibus ex quo agitur de probandis
1 confinibus inter Ecclesiam * *c. causam, quæ* vbi *Felin. num. 12. & alij de probat. Gloss. in cap. si Papa verbo probatam de priuil. in 6. Decius cons. 42. num. 10. Paris. cons.* 104. *num.* 24. *lib.* 1. & fuit resolutum in causa *Barchinonen. confinium* 19. *Ianuarij* 1607. *coram bo. me. D. Cardinale Sacrati.*

Non obstat, quod Parochialis S. Archangeli videatur probare contrarium ex quinque testibus, concludendo caput distinctionis limitum incipere *alla Lauinella* & deindè descendere per vallonem vsque ad locum vbi dicitur *la Croce via*, & terminare ad viam publicam vbi dicitur Territorium Cauæ, & Territorium Nocetæ. Quia magis standum est alijs Testibus, cum primus ex istis de scientia deponit
2 confusè,* non distinguendo limites, cum multæ sint viæ delineatæ, quæ possunt tendere ad locum, vbi diuiduntur illa duo Territoria; Secundus testis deponit de auditu descendendo ad viam Crucis, & videtur includere partem versus Ecclesiam *S. Martini*, quod est inuerisi-
3 mile, & vltra assertionem de auditu eadem etiã confusione laborat. Tertius autem testis ab eadem via Crucis ad diuisionem duorum Territoriorum nihil distinguit. Quartus paritèr descendit ad viam Crucis, sed includit Ecclesiam S. Martini, quod paritèr est inuerisimile; Quintus tamen deponit de auditu includendo similiter Ecclesiam S. Martini absque distinctione limitum; Quarè in concursu, vt dictum est, standum testibus Sancti Saluatoris, qui magis distinctè deponunt *Gabr. concl.* 4. *num.* 7. *de testib. san. me. Gregorius dec.* 449. *num.* 8.

Non obstat, quod de anno 1592. Ecclesia S. Saluatoris dedit articulum, in quo non fuit articulatum totum territorium, sed sola pars illius includendo domum Annibalis Gagliardi: Huic motiuo fuit responsum, quod articulans non fatetur * *Lanfranc. in c. quoniam contra*
5 *in princ. num.* 34. *de probat.* Nec potest fieri vis in testibus super dicto articulo examinatis, quia iam in alia positione tanquam nulliter examinati de consensu partium fuerunt reie-
6 cti, * Secundo fuit responsum, quod prædicta domus Annibalis Gagliardi erat in controuersia, quod comprobatur, ex quo in 6. & 7. articulo ponitur domus illorum de Iuuenibus, esse intra fines Parochiæ Sancti Saluatoris, quæ tam sunt extra fines in dicto articulo positos, vt apparet in planta. Tertio Respondetur, quod limites in dicto articulo non sunt restricti ad locum Crucis viæ, sed in eodem articulo additur, & à dicta Cruce via descendere ad Burgos ciuitatis, & sic non potest ex dicto articulo restringi limites, ad dictam viam.

Et tamen fuit dictum, quod cum Rota resoluerit 14. Maij 1622. dandum esse mandatum de manutenendo Ecclesiæ S. Saluatoris, sufficit, quod materia sit dubia, vt pronunciandum sit ad fauorem rei,* & possessoris, quia
7 actor tenetur plenè, & concludentèr probare
8 intentionem suam * *l. qui accusare C. de edendo.* Et ita conclusum, &c.

Præsens decisio fuit confirmata coram bo. me. Buccabella 25. *Iunij* 1635. *vt in rec. dec.* 63. *p.* 7.

ROMANA CENSVS DE MVTIS.

Mercurij 29. *Maij* 1624.

ARGVMENTVM.

Dotis promissio quando procedit, & subsequitur eius confessio illa probat etiam in præiudicium creditorum, & quamuis ista conclusio non procedat, quotiescumque concurrunt præsumptiones in contrarium; tamen isto casu requiruntur concludentes.

SVMMARIVM.

1 *Dotis promissio quando præcedit, & subsequitur confessio illa probat etiam in præiudicium creditorum.*

2 *Limita quando concurrunt præsumptiones, quod confessio facta fuerit in fraudem, quia præcedens promissio tollit quidem præsumptionem donationis inter virum, & vxorem, & exceptionem non numeratæ pecuniæ, sed non tollit præsumptionem fraudis.*

3 *Fraus nec actus, nec potentia præsumitur, nisi probetur.*

4 *Confessio à moriente facta censetur vera, cum mo-*

moriens non præsumatur immemor salutis æternæ & num. 12.

5 *Confessio dotis receptæ præsumitur fraudulenta, ex quo confitens tempore confessionis erat varijs debitis implicatus. Limita numer.* 10. 11. & 13.

6 *Confessionis dotis receptæ præsumpta fraudulentia excluditur ex libro Soceri, in quo Gener creatur debitor in diuersis summis pro ipso solutis. Maxime si Socer, qui scripsit est mortuus numer.* 9.

7 *Dum aliquæ partitæ libri sunt iustificatæ, præsumuntur & aliæ veræ.*

8 *Maxime si illæ aliæ partitæ sunt verisimiles, & qui eas scripsit est mortuus.*

10 *Confessionis dotis receptæ præsumpta fraudulentia tollitur, ex quo confitens est vir nobilis, bonæ conditionis, & famæ, & ex quo si voluisset fraudare fassus fuisset receptionem totius, vel maioris partis dotis.*

11 *Prout etiam ex quo Socer soluit maiorem partem dotium aliarum filiarum postea nuptui traditarum.*

DECISIO MDXIII.

Dubium originale in hac causa est. An constet de solutione scut. 1600. quæ Pompeus in infirmitate, ex qua obijt, consecutus fuit, & controuersia non est quoad scut. 500. quæ ei fuerunt soluta ex Banco Ceuli, nec minus de summa scut. 110. ei soluta mediante banco Mazzinghi; & alia scut. 36. per manus Enriquez, ille enim solutiones tam claræ sunt, & ostenduntur ex partitis banchi, & quietantijs vt super eis non sit insistendum, vnde sola difficultas consistit in residuo, scilicet an probetur solutio scut. 954. & Domini affirmatiue responderunt, & sic recessum à *decisione facta* 1. *Iulij* 1620. ratio resolutionis fuit, quia regula est, quod quando præcedit promissio dotis, & subsequitur confessio illa probat etiam

1 in præiudicium creditorum, * quod in eadem *decisione* non controuertitur, & vltra ibi allegatos idem dicunt *Castrens. in l.* 1. *nu.* 8. *vers.* 4. *ff. solut. matrim.* vbi *Barbos. p.* 6. *num.* 50. *vers. quod si præcedunt, &* 52. *Boer. singul.* 90. *confessio in princ.* dicens hoc sufficere *Rot. dec.* 485. *num.* 1. *lib.* 3. *p.* 3. & *dec.* 145. *num.* 1. *post tract. de Saluiano, & dec.* 324. *num.* 3. *p.* 2 *in recent. S. mem. Gregor. dec.* 491. *num.* 7. vbi *addent.*

Neque obstat, quod ab ista regula receditur quando concurrunt præsumptiones, quod con-

2 fessio fuit facta in fraudem, * quia præcedens promissio dotis tollit præsumptionē donationis inter virum, & vxorem, & exceptionem non numeratæ pecuniæ, non tamen tollit præsumptionem fraudis *Surd. dec.* 116. *num.* 10. Quia fuit responsum, quod fraus nec actu nec

3 potentia præsumitur, nisi probetur * argumento *l. merito ff. pro socio Menoch. præsumpt.* 82. *num.* 10. *lib.* 4. maxime cum confessio fuerit facta à moriente, qui non præsumitur im-

4 memor salutis * æternæ *Bald. cons.* 476. *lib.* 5. *Aym. cons.* 158. *n.* 7. & *cons.* 287. *n.* 7. *vers.* 3. *Rot. dec. al-*

legata nu. 13. *p.* 1. & hoc agnoscens pars aduersa ad inducendam præsumptionē confessio-

5 nis fraudolentæ nitebatur vnico fundamento scilicet, quod Pompeus tempore confessionis erat multis debitis implicatus, * vnde conabatur inferre, quod confessio fuerit facta ad defraudandum creditores.

Cæterum fuit dictum ex nouiter deductis neque constare de fraude, neque adesse aliquam præsumptionem. Primo quia constat

6 de veritate quo ad summam sc. 500. sc. 110. & scut. 36. vt supra dictum est, quoad residuum de eo satis apparet ex libris Soceri bene recognitis, * in quibus Pompeus creatur debitor in diuersis summis pro ipso solutis, qui liber negari non potest, quin tollat præsumptionem fraudolentæ confessionis, immò cum dictæ partitæ minores fiut iustificatæ, præsumuntur,

7 & aliæ veræ * *Castrens. cons.* 301. *lib.* 1. *Rot. d. dec. vlt. num.* 15. & 18. *p.* 1. & *dec.* 345. *nu.* 2. *part.* 4. *Mantic. dec.* 144. *num.* 30. & *dec.* 363. *num.* 4. eoque magis hæc procedunt, quia omnes aliæ partitæ minutæ descriptæ in dicto li-

8 bro sunt verisimiles * *Rot. d. dec. vlt. num.* 1. *par.* 1. & *dec.* 292. *num.* 5. *p.* 2. *in recent. San. me. Gregorius dec.* 486. *num.* 13. & *dec.* 537.

9 *num.* 1. & cum Socer, qui scripsit sit mortuus * *Rot. d. dec. vlt. num.* 13. *San. me. Greg. dec.* 468. *num.* 12.

Non obstat, quod tunc temporis Pompeus esset debitis implicatus, quia hæc leuis præ-

10 sumptio nedum tollitur ex prædictis, * sed ex quo erat vir nobilis bonæ conditionis, & famæ, & ex quo si voluisset fraudare confessus fuisset receptionem totius dotis, vel saltem maioris partis, & non summæ ad tertiam partem ascendentis, vt benè per *Aym. cons.* 40. *num.* 3. *vers. benè fateor & num.* 7. *vers.* 7. & *numer.* 8. *vers. profectò, & cons.* 44. *numer.* 3. *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 11. *tit.* 20. *n.* 16. & ex quo idem Socer soluit maiorem partem dotium aliarum filiarum pōstea nuptui tradi-

11 tarum, * vnde verisimile est soluisse hanc partem dotis antea promissæ vt fuit ponderatum *coram me in Spoletana dotis* 15. *Ianuarij* 1610. & præsertim cum confessio fuerit facta in infir-

12 mitate, * ex qua decessit, & nimis rigorosum nedum iniustum esset dicere, quod confessio facta à debiris implicato præsumitur fraudo-

13 lenta, vbi alia in contrarium concurrant, * maximè cū Pompeus, licet esset in malo statu, nihilominus habebat bona stabilia, ita vt aliquid certe supererat.

Ex quibus vnanimi DD. consensu fuit recessum ab alia *decisione*.

CREMONEN. PAROCHIALIS,

Veneris 31. *Maij* 1624.

ARGVMENTVM.

Gratia iustificatur est narratiua aduersarij, in qua omnia fuerunt exposita. Cessio be-

beneficij à Papa admissa cum conditione *Constito quod cedens habeat aliunde vnde viuere possit* non purificata dicta conditione, perinde est ac si facta non fuisset.

SVMMARIVM.

1 *Gratia iustificatur ex narratiua aduersarij, in qua omnia fuerunt exposita.*
2 *Idoneitas promissi probatur ex attestatione Episcopi.*
3 *Gratia iustificata habet executionem paratam.*
4 *Cessio Beneficij a Papa admissa cum conditione* Constito quod cedens habeat aliunde vnde viuere possit, *non purificata dicta conditione perinde est ac si facta non fuisset.*
5 *Amplia si adsit præsumptio, quod cedens non censeatur ordinatus absque titulo.*
6 *Clausula* constito quod habeant aliunde vnde viuere possit, *requirit probationem positiuam.*

DECISIO MDXIV.

DVbitaui, an gratia Bartholomæi sit iustificata, it aut veniat exequenda, non obstante cessione per eum facta ad fauorem Andreæ, & Domini vna tantum parte informante affirmatiuè responderunt; Nam quantum attinet ad primam partem dubij, omnia narrata in gratia Bartholomæi sunt nar-
1 rata in gratia Andreæ, & ideo ex confessione Andreæ resultat iustificatio gratiæ Bartholomæi,cum ista fit concessa de mense Nouembris, alia vero Andreæ de mense Maij sequentis, & sic est iustificata etiam quoad narratiuam valoris,cum gratiæ videantur esse de eodem tempore *Aegid. dec.* 268. *&* 595. *Put. dec.* 368. *lib.* 1. *in antiq. & dec.* 325. *lib.* 2. *Rebuff. de Pacific. possessor. num.* 126. prout etiam idoneitas Bartholomei probatur ex attestatione
2 Episcopi Mantuani, * cui litteræ erant directæ prævio examine *Rot. dec.* 8. *de probat. in non. et dec.* .. *nu.*9.*p.*2.

Quantum vero attinet ad secundam partem dubij,cum ex prædictis gratia Bartholomæi sit
3 iustificata, habet executionem paratam * *Cassad. dec* 16. *de rescript. Rot. dec.* 755. *num.* 1. *in fin. p.*2. *in recent.* non obstante cessione facta ad fauorem Andreæ, quia cessio per Summum Pontificem non fuit simpliciter admissa, sed
4 cum conditione* *si tibi*, (hoc est executori) *constito quod Bartholomæus habet vnde aliunde viuere possit*,quæ conditio non solum non apparet iustificata, sed Andreas protestatus fuit non teneri ad illius iustificationem. Quare cum non fuerit purificata perinde est ac si cessio facta non fuisset *Achill. dec.* 10. *de restit. spoliat. Put. dec.* 158. *num.*3. *in antiq. lib.* 3. *Caput. dec.* 84. *num* 1. *par.*2. *Seraphin. dec.* 389. *num.* 1.

Neque obstat,quod Bartholomæus sit Sacerdos, qui propterea non præsumitur ordinatus absque titulo, * quia hoc non fuit contentus
5 Papa, sed in cessione posuit conditionem *si tibi*
6 *constiterit*, quæ requirit probationem positiuam,* de qua non constat vt benè per *Alex. in cons.* 5. *num.*3.*vol.*7. latè *Surd.dec.* 209. *nn.*3. *Paris. de resignat. lib.*2. *q.*6.*num.*41.

Et ita conclusum,&c.

NOVARIEN. LEGATI.

Lunæ 3. *Iunij* 1624.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas etiam ex coniecturis potest colligi.*
2 *Articulos pro probatis quando aduersarius habet sine veri præiudicio, in causa proceditur ad vlteriora.*

DECISIO MDXV.

CVm fuerit resolutum dotem legatam filiæ ipsi deberi, etiam quod fuerit ingressa Monasterium,articulabatur voluntas patris in contrarium non explicita, sed implicita ex coniecturis,& cum materia sit prophana, visum fuit Dominis remissoriam non posse denegari, cum
1 etiam ex coniecturis voluntas possit colligi,* Voluerunt tamen Domini, quod si alia pars
2 vult sine veri præiudicio habere articulos pro probatis, * quod in causa ad vlteriora procedatur.

Et ita conclusum.

ADIACEN. BENEFICII.

Mercurij 5. *Iunij* 1624.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Valor per non excessum non probatur ex testibus non deponentibus non excessum prout tenentur deponere.*
2 *Valorem per non excessum testes ad hoc vt probent debent deponere per verbum* fuit,& est.

DECISIO MDXVI.

DVbitaui an gratia *si neutri* sit iustificata, & Domini non fuerunt concordes, nisi in eo, quod non sit iustificata quoad valorem narratum, quod non excedat ducatos centum, aliqui enim Testes de maiori valore,alij verò non deponunt per non excessum,* prout tenentur deponere, cum ita fuerit narratum *S. M. Gregorius dec.* 13. *num.* 5. *& dec.* 147. *num.*1. *Rot. dec.* 429. *sub num.*3. *par.*1. *in recent.* nec etiam de-

2 deponunt de fama per verbum *fuit* & est, * prout tenentur deponere.
Et itá conclusum &c.

ROMANA OFFICII IANIZERATVS.

Lunæ 10. Iunij 1624.

ARGVMENTVM.

Dominium officij spectat ad eum, qui in emptione exbursauit pecuniam sibi reseruando facultatem illud quandocumque vendendi, resignandi, & fructus, ac emolumenta exigendi irrequisito eo, sub cuius vitæ periculo fuit emptum. Donatio quando persumatur vel non.

SVMMARIVM.

1 *Sententia valida, & iusta debet confirmari.*

2 *Sententiæ validitas probatur ex reuolutione actorum, ex quibus apparet interueniße omnia de Iure requisita.*

3 *Cardinalis* Caualerius *fuit Papæ Datarius.*

4 *Frater succedit Fratri ab intestato, dum nullus alius eum præcedit, & n. 27.*

5 *Officium spectat ad eum, de cuius pecunijs fuit emptum.*

6 *Licet emptio facta sit in persona alterius, quotiescumque ad fauorem Domini pecuniarum fuit reseruata facultas, quandocumque sibi placuerit dictum officium vendendi, resignandi & fructus, ac emolumenta exigendi, & in suos vsus, & vtilitatem conuertendi nullo requisito consensu eius, in cuius faciem fuit emptum.*

8 *Qui non testatur videtur alienare in venientes ab intestato.*

9 *Decedens sine testamento videtur testari tacitè, si non expreße.*

10 *Et proximioribus videtur relinquere bona, de quibus poterat testari.*

Officium Ianizeratus spectat ad succedentes ab intestato n. 10.

11 *Sub donatione omnium bonorum præsentium, & futurorum comprehenduntur nedum bona mobilia, & immobilia, sed etiam Iura, & actiones, & sic officium Ianizeratus.*

12 *Cessionarius vtitur iure cedentis.*

Officium non præsumitur donatum ei, sub periculo cuius fuit emptum num. 13. & num. 18. limita n. 19.

13 *Donatio regulariter non præsumitur, quia nullus præsumitur iactare suum.*

14 *Receditur tamen ab hac regula ex coniecturis.*

15 *Quæ coniecturæ tamen debent colligi ex facto.*

16 *Donatio officij non probatur ex teste deponente* che voleua lasciar l'officio al Sig. N.

Donatio non probatur ex testibus deponentibus de simplici voluntate donandi n. 16.

17 *Voluntas in esse non deducta nihil operatur.*

19 *Inter ascendentes, et descendentes donatio rei emptæ præsumitur facta ad fauorem illius, cui fuit tradita, secus inter extraneos etiam sanguine coniunctos.*

Donatio rei emptæ non præsumitur inter extraneos etiam sanguine coniunctos ex quo emptio facta fuit nomine alterius, secus inter ascendentes, et descendentes n. 19.

20 *Donatio præsumitur ratione necessitudinis, et coniunctionis, et præcedentium meritorum, et dilectionis personæ.*

21 *Officium emptum cum decreto ad fauorem eius, qui pecuniam exbursauit, non censetur donatum illi, sub cuius periculo vitæ facta fuit emptio.*

22 Bald. in l. filię num. 8. C. famil. Ercisc. *in quibus terminis loquitur.*

Romana officii scriptoriæ 23. Maij 1583. coram Clem. VIII. & 1. Iulij 1588. coram Pamphilio *in quo casu loquatur. n. 22.*

23 *In facto negatiuo quis censetur stipulare sibi et hæredibus etiamsi de hæredibus non fuerit facta mentio.*

24 *Donatio facta non seruatis solemnitatibus statuti non valet.*

25 *Officiorum valor probatur ex fide officialium Datariæ.*

DECISO MDXVII.

DOmini resoluerunt sententiam Rotalem
esse confirmandam, quia apparet valida,
1 & iusta, * validitas enim probatur, cum ex
reuolutione actorum constet interueniße om-
2 nia de Iure requisita, * qui est modus proban-
di validitatem sententiæ *Verall. dec.* 200. *par.* 2.
Rot. dec. 678. *num.* 1. *& dec.* 708. *num.* 1. *par.*
2. *in recent.* Iustitia veró satis apparet clara ex
duabus *decisionibus factis coram R. D. meo Ca-*
3 *ualerio* nunc *S. D. N. Datario* * Nam cum of-
ficium spectaret ad Gregorium Caluum, qui
obijt ab intestato, & propterea succeßio spe-
ctabat ad Franciscum, & Vincentium eius
4 fratres, * & Franciscus donauerit omnia bo-
na sua præsentia, & futura DD. de Alberinis,
vtique medietas dicti officii spectat ad D. Mar-
cellum, qui habet ceßionem ab alijs donata-
rijs de Alberinis.

Quod autem Officium spectaret ad Grego-
rium dubitari non potest, quia vt patet ex par-
titis banchi fuit emptum de proprijs pecu-
5 nijs, * & licet in personam Pirri Matthæi, ta-
6 men cum fuerit reseruata facultas Gregorio, *
quandocunque sibi placuerit dictum officium,
vendendi, resignandi, & fructus, & emolu-
menta exigendi, & in suos vsus, & vtilitatem
conuertendi, nullo Pirrhi requisito consensu
&c. vtique dominium fuit acquisitum Gre-
gorio *Rot. dec.* 262. *num.* 1. *&* 2. *par.* 1. *Sera-
phin. dec.* 1303. *num.* 11. & fuit resolutum in
causa *Rom. officij Scriptoriæ* 23. *Maij* 1583. *co-
ram S. M. Clem.* 8. quæ est apud *Pacific. dec.*
151. *& in eadem prima Aprilis* 1588. *coram re-
colen. memor. Cardinale Pamphilio*, & in causa,
Romana Officij Plumbi 4. *Iulij* 1601. *coram eodem*
& in alia *Romana Officij* 8. *Febr.* 1616. *coram
R. P. D. meo Pamphilio.*

Quod veró defuncto Gregorio dictum Of-

ficium spectaret ad eius Fratres dubitari non
potest, quia cum nullus alius eos præcederet
7 successio ad illos spectabat * *Auth. de hæred. ab*
intest. ven. §. si igitur, neque descendentes collat.
9. tit. 1, qui enim non testatur videtur aliena-
8 re in venientes ab intestato,* & dicitur testari
9 tacitè si non expressè* *Bald. in l. cunctos populos*
num. 1. vers. vnio ad secundum C. de Sacros. Ec-
cles.& proximioribus videtur relinquere bona,
10 de quibus poterat testari * quasi hoc modo
disposuerit *l. si quis cum nullum, & l. conficiun-*
tur in princ. ff. de Iur. Codicill. bene ad propo-
situm *Cur. Iun. in cons. 4. num. 4. vers. eandem*
opinionem, & in terminis Officiorum *Rot. d. dec.*
262. num. 9. par. 1. Seraph. dec. 1303. num. 11. &
12. & fuit dictum in dicta causa *Romana scri-*
ptoriæ, & Romana Officij Plumbi.

Quod autem medietas huius Officij spectet
ad Dominos Alberinos, satis patet ex dona-
tione facta per Franciscum, quæ non contro-
uertitur, sub qua cum comprehendantur, ne-
11 dum bona mobilia, & immobilia, * sed etiam
Iura, & actiones, vtique & comprehendit me-
dietatem Officij, de quo agitur, iuxta notata
per *Angel. Aretin. in cons. 75. num. 7. & seqq. vers.*
sed tamen, & stante cessione aliorum de Albe-
rinis ad fauorem D. Marcelli d. medietas in
totum spectat ad ipsum, quia cessionarius
12 vtitur iure cedentis * *Bald. Nouell. de dote par.*
11. col. 8. Vers. quarto. Quia Alex. cons. 13. n.
12. & seqq. vers. ex quibus vol. 1. Soccin. Iun.
cons. 37. num. 13. vsque in fin. lib. 4.

Neque prædictis obstat, quod Gregorius
censetur donasse hoc officium Pirrho, quia
regula stat, quod donatio non præsumitur,
13 cum nullus præsumatur iactare suum * *l. cum*
de indebito vers. qui etiam soluit ff. de probat. latè
Menoch. de arbitrarijs cas. 88. num. 1. & seqq.
A qua quidem regula licet recedatur ex con-
14 iecturis * *Bellon. cons. 60. num. 10. Alciat. res-*
pons. 233. num. 5. tamen istæ coniecturæ de-
15 bent colligi ex facto * *l. verum ff. de donat. in-*
ter. vir. & vxor & in *l. at si quis §. sed interdum*
ff. de religios. & sumptibus funer. Menoch. loc.
citat. num. 7. & 8. & tamen nulla deducitur,
quod releuet.

Aut enim ponderantur testes, & nihil con-
cludunt. Primus enim, & secundus dicunt,
16 *che volena lasciar l' offitio al Sig. Pirro* * tertius
vero testis, qui fuit mediator emptionis, di-
cit, quod Gregorius durante vita sua volebat
officium esse suum, & post eius obitum, quod
Pirrho remaneret, & quartus testis deponit,
quod volebat officium fore Pirrhi, istæ enim
depositiones non probant voluntatem perfe-
ctam, & determinatam Gregorij, sed volunta-
tatem tantum, quæ cum non fuerit deducta in
17 esse nihil operatur, * *l. quidem cum filium ff. de*
hæred. instit. Castrens. cons. 160. num. 2. lib. 2.
& in terminis officij fuit resolutum in causa
Romana officy scriptoriæ 5. Iunij 1609. coram Re-
uerendissimo D. meo Archiepiscopo Lugdunen. quæ
est apud *Pacific. de Salutano dec. 150.*

Aut vero deducitur donatio, ex quo offi-
18 cium fuit emptum super periculo vitæ Pirrhi,*
& hoc nihil releuat *Bartol. in l. quæ dotis,* & ibi
DD. ff. solut. matrim. vbi concludit, quod in-
ter ascendentes, & descendentes, qui sunt in
potestate donatio præsumitur si traditio de-
19 scendenti facta fuit * *per text. in l. 2. C. si quis*
alteri vel sibi, sed inter extraneos secus est, nam
ex eo solum quod nomen alterius sit in instru-
mento inscriptum, & sic res nomine alterius
fuerit empta non præsumitur donatio, etiam
quod adsit coniunctio sanguinis, cum non
agatur de descendentibus *Bero. post Bartol. loco*
allegato in cons. 179. num. 10. & cessat omnis
difficultas ex decreto apposito, vt statim di-
cetur.

Aut vero prætenditur donatio, ex quo adest
ratio necessitudinis, & coniuntionis, & meri-
20 ta præcedentia, & dilectio personæ * *Bero. in*
cons. 178. num. 7. 8. & 10. vers. sed his omnibus
lib. 2. Seraphin. dec. 1303. num. 3. & videntur ob-
stare modo dicta, quia non sumus in descen-
dente: Et cessat omnis difficultas, quia præ-
dicta non procedunt, quando officium emitur
cum decreto ad fauorem illius, qui dedit pe-
21 cunias * *Seraphin. dec. 1303.* vbi *num. 3.* pon-
derat prædictam conclusionem, allegando
Bald. & num. 11. dicit quod *Bald.* loquitur in
casu, quo pater emerat nomine filij sine vlla re-
22 seruatione dominij, * & ita dicit procedere
decisionem Clem. VIII. & bonæ mem. Cardinalis
Pamphily, & subdit, quod in casu isto stante
reseruatione Dominij non præsumebatur do-
natio.

Non obstat, quod supradicta non conclu-
dunt ad donationem in vita, non excludunt
donationem post mortem, cum decretum ni-
hil concludat post mortem, sed solum in vita
Gregorij, nec in emptione officij fuerit dictum,
quod emebatur de pecunijs Gregorij. Quia
fuit responsum hoc non esse verum, quia de-
cretum nedum censetur appositum, vt officium
non possit alienari irrequisito Georgio, sed
etiam suis hæredibus, quia etiam in facto ne-
23 gatiuo * quis censetur stipulare sibi, & hære-
dibus, etiam quod de hæredibus mentionem
non faciat *l. stipulatio ista in princ. vers. sed sine*
ff. de verbor. obligat. gloss. 2. in l. si ista stipulatio,
& in *l. si sic stipulatus la grande in verbo capit. ff.*
eodem tit. l. si pactum ff. de probat.

Non obstant duo, quæ opponebantur in me-
moriali particulari, quia alia pars non infor-
mauit, scilicet primo quod fuit denegatum
nouum examen in Curia ad probandam dona-
tionem, quia ex prædictis satis elucescit facti
veritas, & in omnem euentum probatio esset
irreleuans, quia data donatione non sustine-
tur, cum non fuerit in ea seruatæ solemnita-
24 tes Statuti vrbis, * vt fuit ponderatum in *decis.*
facta 20. Martij 1623. coram Reuerendissimo Do-
mino meo Canalerio.

Non obstat etiam secundum scilicet præ-
rium officij fuisse taxatum in sententia, & ta-
men de valore legitimè non constat; contra-
rium enim est verius, eum de valore similium
officiorum de tempore, quo Pirrhus resigna-
25 uit, constet ex fide Officialium Datariæ, *
quibus in hac materia est standum *Seraphin.*
decis. 792. num. 3. Ret. dec. 573. num. 6. lib. 3.
par. 3.

par. 3. & dec. 525. num. 5. par. 2. in recent.
Et ita resolutum vna tantum parte informante, quia alia pars nunquam coram me comparuit, nisi porrigendo dictum memoriale ad dilatandam causam.

ROMANA EXACTIONIS CANONVM,

Lunæ 10. Iunij 1624.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Procurator tenetur ad solutionem exactorum ante reuocationem mandati.*
2 *Debitori impedito à Creditore itaut non potuerit exigere à suis debitoribus, Iudex debet assignare aliquod tempus, in quo possit soluere.*
3 *Contractui quando partes virtualiter stare velle censeatur.*

DECISIO MDXVIII.

FVit conuentum inter partes, quod Montanus solueret in anno sequenti exacta in anno superiori; Quare dubitaui, an esset relaxandum mandatum contra Montanum pro canonibus exactis ab anno 1622. inclusiuè, & in futurum exigendis; Et quoad solutionem factam 28. Nouembris 1622. Domini recesserunt à *decisis*, & dixerunt illam partitam esse intelligendam pro exactis de anno 1601. iuxta conuentiones factas.

Quo verò ad pagam anni 1622. cum monachi reuocauerint mandatum Montano de mense Augusti anni 1622. Domini dixerunt Montanum teneri ad solutionem exactorum
1 ante reuocationem, * Vnde si Monachi ostendant ipsum exegisse, vtique erit relaxandum mandatum.

Quantum verò attinet ad tempus post dictam reuocationem, si Monachi ostendent Montanum exegisse, vtique seruata forma conuentionum in tempore debito erit relaxandum mandatum, cum neque illius reuocatio, neque alia impedimenta impediuerunt Montanum si non exegit, quominus exigeret.

Quo verò ad non exacta post dictam reuocationem mandati Domini dixerunt, reuocatis prius per Monachos iudicialiter inhibitionibus, & alijs impedimentis à die reuocationis prædictæ vltra tempus conuentum in instrumento assignandum esse tempus sex men-
2 sium Montano ad exigendum, * quia cum fuerit impeditus facto Monachorum sibi debent imputare, & propterea iudex debet prouidere ne lædatur ius partis, prout præuidet, assignando dictum tempus sex mensium.

Neque in hoc casu est agendum, an Monachi possint vti contractu, dum reuocarunt mandatum Montano, quia dum ipsi petunt relaxari mandatum, & Montanus petit manu-
3 tentionem super exactione, * virtualiter vtraque pars fatetur velle stare instrumento conuentionum cui propterea est standum, sed cum prædictis temperamentis.

Et secundum prædicta Domini censuerunt intelligendam esse *decisionem factam sub die octaua Martij præteriti* recedendo tamen à prima parte *decis.* quoad partitam scut. 750. solutam de anno 1622. 28. Nouembris, quia intelligitur soluta pro anno 1621.

Et ita conclusum, vtraque parte informante, &c.

Præsens decisio fuit confirmata die 20. Iunij 1633.

MACERATEN. TESTAMENTI.

Veneris 14. Iunij 1624.

ARGVMENTVM.

Relicto prædio pro victu, vestitu, & manutentione Orphanellarum in Monasterio construendo recipiendarum, postquam fuerit erectum Monasterium nedum debebitur prædium, sed etiam fructus intermedij temporis, etiamsi testator postea in eodem testamento ordinauerit quod introitus eius bonorum inseruiant pro fundatione alterius loci pij.

SVMMARIVM.

1 *Legato prædio in certum diem puta post decem annos, vel cum legatarius erit pubes debetur prædium cum fructibus intermedij temporis & num. 10. Ampl. num. 7.*
2 *Idque maxime procedit in relicto pro Monasterio, vel Ecclesia ædificanda & num 5. & 10. Ampl. num. 7.*
3 *Si testator mandat Monasterium, vel alium pium locum erigi intra annum construi debet.*
4 *Vel saltem si non potest perfici debet tamen incipi.*
6 *Monasterium in testamento ordinatum censetur testatorem voluisse statim construi, dum mandauit, quod in eo recipiatur quædam puella.*
8 *Dispositio generalis debet intelligi de bonis, de quibus specialiter non fuit dispositum.*
9 *Prouisio generalis non refertur ad personas, quibus est specialiter prouisum in eodem testamento.*

DECISIO MDXIX.

PIæ memoriæ Vincencius Bernardus nobilis Maceraten. in suo testamento voluit inter alia pietatis opera, quod per hæredes, & Congregationem Berardam de eius ordine instituendam ex bonis, & introitibus suis instituatur, & fundetur Monasterium monialium cum Ecclesia, pro cuius fundatione, & pro victu vestitu,

ſitu; & manutentione monialium, reliquit eidem Monaſterio, & monialibus Salmas 100. terræ ex poſſeſſione Ornani, quæ continet ſalmas 170. & quatenus dicta poſſeſſio non redderet fructum ſcut. 1400. voluit quod Monaſterio per illius hæredes tot loca Montium, vel tot cenſus hæreditatis aſſignentur ad effectum vendendi, & reſpectiuè inueſtiendi in tot ſtabilibus, ita vt cum redditu dd. ſalmarum 100 terræ habeant in totum redditus ſcut. 1400.

Voluit propterea, quod in quadam eius domo inſtituatur locus Orphanellarum, & pro victu, veſtitu, & manutentione illarum reliquit ſcut. 1200. de introitibus hæreditatis ipſius Teſtatoris, ad cuius compurum reliquit reſiduum dictæ poſſeſſionis Ornani, qui erat ſalmarum 70. ſique hoc non ſufficerer pro dd. ſcut. 1200. voluit quod hæredes teneantur, & obligati ſint dare pro reſiduo tot loca Mōtium, & cēſus.

Heredes poſteà vniuerſales inſtituit PP. Barnabitas, quorum Monaſterium, & Eccleſiam in quadam domo conſtituendam eſſe voluit; proque eorum victu; & veſtitu, & paratis Eccleſiæ reliquit ſcut. 1200. ſuæ hæreditatis.

Et mandauit, quod hæredes d. hæreditatis reſiduum introituum debeant conuertere ad Monaſterij fundationem, & Orphanellarum domum conſtruendam, & iniunxit, quod omnia legata prædicta ad vnguem exequi debeat, & completis dictis Fabricis Monaſterij, & domus prædictarum, præter dicta ſcut. 1200. relicta hæredibus, voluit reſiduum erogari in pijs operibus.

Et tandem per hæc verba diſpoſuit *voluitque, &c. quod tam introitus locorum Montium, quam cenſuum, & aliorum ſuorum bonorum, & hæreditatis inſeruiant, vel inſeruire debeant pro fundatione Eccleſiæ, & Collegij Barnabitarum hæredum.*

Stante hac ſerie facti petente Illuſtriſſimo D. meo Cardinali Aſculano Epiſcopo Maceraten propoſui dubium, an fructus dictæ poſſeſſionis Ornani relictæ Monaſterio & Orphanellis debeant conuerti in vſum fabricæ Patrum Barnabitarum hæredum, & cauſa bis propoſita, ac maturè diſcuſſa, vnanimi conſenſu negatiuè fuit reſolutum, quia ſpectant ad moniales, & Orphanellas, & ratio eſt, quia dies conſtructionis non expectatur, nec ineſt fauore hæredis, ſed ex neceſſitate, & gratia rei gerendæ,*

1 requiritur enim tempus, & tempus, quod interponitur nō eſt fauore hæredis, ſed gratia ipſius Monaſterij, & domus Orphanellarum *l. ſi ita relictum 43. §. Pegatus ff. de leg. 2.* vbi dicitur, quod ſi relinquitur prædium in certum diem, puta poſt decem annos, vel cum legatarius erit pubes debeetur prædium cum fructibus intermedij temporis, ſi dies fuerit appoſita fauore legatarij, ad idem eſt *text. in l. ſi fideicommiſſi 3. §. cum Pollicidis ff. de vſur. l. Lucius Titius 78. §. hæredum ff. ad Trebell.* vbi *Bartol. Staphil. conſ. 331. num. 1. verſ. 4. Card. Mantic. de coniectur. vlt. volunt. lib. 7. tit. 10.* & fuit reſolutum *coram me in cauſa Romana fideicommiſſi de Sancto Petro 4. Maij 1615.*

Et hanc concluſionem eo magis procedere in relicto pro Monaſterio, vel Eccleſia ædifi-

2 candà,* non eſt ambigendi locus, quia ſi teſtator mandat Monaſterium, vel alium pium locum erigendum intra annum conſtrui debet*

3 *c. nos quidem 3. de teſtam. §. ſi quis ædificationem auth. de Eccleſ. tit. collat. 9. tit. 6.* alias 14. Vnde negari non poteſt, quin ſaltem ſi non poſſit opus pium perfici, debeat incipi,* & interim de

4 domo prouideri, vt in *d. §. ſi quis ædificationem Bartol.* mox allegandus *conſ. 57. ad fin. lib. 2.* Vnde clarè patet, quod ex coniecturata mente Teſtatoris conſtat ipſum voluiſſe, quod redditus poſſeſſionis minimè ſpectent ad hæredes,*

5 cum ſtatim Monaſterium, & domus ædificanda eſſet, per quas rationes, quod fructus legati pro Eccleſia ædificanda non debeantur hæredibus, ſed ſpectent ad Eccleſiã conſuluit *Bartol. conſ. 57. lib. 2.* quem ſequitur ibidem in *conſ. ſeqq. Franc. de Albergott. conſ. 58.* & *Nicol. Lap. conſ. 59. Ioann. Calderin. 69.* qui concludunt fructus medii temporis ſpectare ad legatarios, ex quo legatum eſt purum, licet penſio differatur vſque ad conſtructionem, & quia dies cōſtructionis non expectatur fauore hæredis, ſed ex neceſſitate, & gratia rei gerendæ *Abb. d. c. nos quidem num. 7. de teſtam. Syluestr. in ſumma in verbo Eccleſia 3. num. 5. Ripa in l. in fideicommiſſariam num. 8. ff. ad Trebell. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 10.* & fuit dictum in prædicta cauſa *Romana de Sancto Petro coram me.*

Et hæc procedunt de plano in caſu iſto, cum Teſtator voluerit, quod recipiatur in Monaſte-

6 rio quædam puella,* ſignum euidens, quod etiam voluerit ſtatim Monaſterium eſſe erigendum, & per conſequens fructus deberi, cum alias illa puella, ſi expectanda eſſet, conſtructio fabricæ PP. Barnabitarum ſenio conficeretur.

Non obſtat, quod Teſtator voluerit, quod introitus locorum Montium, & cenſuum, ac aliorum ſuorum bonorum, & hæreditatis inſeruiant pro fundatione Eccleſiæ, & Collegii Barnabitarum, quia hoc dixit, poſtquam prius

7 mandauerat,* quod d. Barnabitæ hæredes debeāt exequi ad vnguem legata, & opera pia, & hæc diſpoſitio generalis eſt intelligenda de bonis, & cenſibus, quæ non ſunt ſpecialiter alteri legata, nam generalis diſpoſitio non tollit

8 ſpecialem, * *l. doli clauſ. 119. ff. de verb. oblig. l. cum in teſtam. 37. §. fin. ff. de hæred. inſtituen. l. ſeruo manumiſſo 15. ff. de pecul. legat. Rum. conſ. 207. num. 18. lib. 1. Cag. in l. frater à fratre num. 16. ff. de verbor. obligat. Bartol. in l. quaſitum 9. §. ſi quis fundum num. 13. verſ. 2. caſu diſtingue ff. de fund. instruct.* vbi quod generalis prouiſio non refertur ad perſonas, * quibus eſt

9 ſpecialiter prouiſum in eodem teſtamento.

Non obſtat, quod legatum eſt factum pro victu, & veſtitu, & manutentione Monaſterii nedum Monialium, ſed etiam Orphanellarum, quia

10 hoc non facit, ſatis eſt enim, * quod opus debeat ſtatim perfici, eo modo, quo poteſt, & quod legatum ſit purum, & dilatio non facta fauore hæredis, quia quandocumque legatum exigatur, verificabuntur verba Teſtatoris, videlicet, quod inſeruiat pro victu, veſtitu, & pro ma-

manutentione Monasterij, & Monialium, & Orphanellarum.

Et ita conclusum vtraque parte informante.

FIRMANA BENEFICII.

Ven. 14. Iunij 1624.

ARGVMENTVM.

Non obstante litis contestatione fructus debentur possessori, qui sententiam fauorabilem reportauit, & cui pars acquieuit.

SVMMARIVM.

1 *Possessor bonæ fidei lucratur fructus consumptos. num. 3.*

2 *Fructus possessoris bonæ fidei debentur pro cultura, & lucrantur,*

3 *Limita post litis contestationem.*

4 *Mala fides inducta ex contestatione litis cessat ex sententia fauorabili reportata a possessore, cui pars acquieuit.*

Fructus a die litis contestatæ non debentur a possessore, qui sententiam fauorabilem reportauit, & cui pars acquieuit num. 4.

5 *Ampliæ etiam si sententia sit iniusta.*

DECISIO MDXX.

FVit mota lis in partibus de anno 1591. per Theodorum Palmisanum contra Annibalem de Lillis, qui Annibal obtinuit sententiam fauorabilem 13. Martij 1593. à quo tempore lis siluit vsque ad annum 1612. de quo tempore defuncto Theodoro Decius obtinuit subrogationem, & commisit causam in Rota, etiam per viam restitutionis in integrum, & obtinuit, vnde dubitaui, an fructus a die prolatæ sententiæ in partibus, vsque ad diem commissæ causæ in Rota deberentur Decio, & Rota contra ipsum informantem respondit non deberi, quia cum dictus Annibal fuisset possessor bonæ fidei lucratus fuit fructus consum-
1 ptos * *Bald. cons. 313. circa finem lib 2.* & ratio est, quia illi debentur pro cultura, & censen-
2 tur lucrati * *Angel. de Perusio cons. 9. numer. 4. vers. fructus autem Angel. Aret. cons. 160. in fine Abbas cons. 6. in fine lib. 2.* vbi dicit communem *Alex. cons. 154. num. 2. & 3 vers. regulantur lib. 6.*

Neque obstat, quod prædicta conclusio non
3 procedat post litis contestationem, * quia tunc cessat bona fides; nam fuit responsum, quod cum fuerit lata sententia in partibus ad
4 fauorem Annibalis, * quæ non fuit suspensa per appellationem, sed Theodorus acquieuit, cessauit mala fides, quæ poterat dici inducta ex litis contestatione, & sic non tenetur ad fructuum restitutionem, quia p'us fomenti pro bona fide tribuit dicta sententia, quam pro mala fide attribuerit prima litis contestatio *Alex. cons. 24. num. 18. vers. & corroboratur lib. 5.* quem sequitur *Ripa respons. prim. de Iurisdictione, & imperio in antiq. ante numerum primum vers. & sententia tribuit iustum titulum, & num 3. per l. Pomponius §. si iusta ff. de acquirenda possessione vers. non probet Dominum*, vt dicit *Ripa ibidem*, quod non refert, cum sufficiat ad effectum lucrandi fructus, quod quis sit possessor bonæ fidei ex supra deductis.

Neque obstat, quod sententia de partibus fuerit iniusta, quia cum præbeat titulum talem,
5 qui si esset validus non tribueret, * sufficit nedum ad effectum faciendi fructus suos, verum etiam ad effectum perceptionis *Veral. dec. 361. num. 4. par. 2. glos. final. in c. si diligenti de præscriptionibus Philippus de Pensio cons. 2. inter cons. Zillett. cons. 14.*

Et ita conclusum &c.

Præsens decisio fuit renocata die 11. Aprilis 1625.

VLIXBONEN. QVARTANARIAE.

Lunæ 17. Iunij 1624.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *An gratia sit iustificata potest Iudex se extraiudicialiter informare, quotiescumque non adest legitimus contradictor.*

DECISIO MDXXI.

POst resolutionem factam, quod Aluaro erat danda immissio, iustificata tamen gratia, super quo Iudex poterat extraiudicialiter se informare, quia Capitulum non erat legiti-
1 mus contradictor, * cum postea fuerint receptæ probationes, in relationibus causarum, consului Dominos, an posset concedi prædicta immissio, & affirmatiuè responderunt, quia infirmitas coadiuti, Clericatus, & origo ex Ciuitate Vlixbonen. coadiutoris, residentia narrata, & valor quod non excedat 24. & computatis distributionibus 20. ducati auri de Camera, satis probantur ex attestationibus receptis, quæ sufficiunt ex *supra dictis*, cum Capitulum non sit legitimus contradictor, & abundè fuit consideratum in *decisione facta 15. Ianuarij præterit*.

Et ita conclusum solo Aluaro informante.

TOLETANA CONSTITVTIONVM SYNODALIVM.

Lunæ 17. Iunij 1624.

ARGVMENTVM.

A Constitutione Synodali an detur appellatio. Constitutio synodalis disponens circa celebrationem Missarum an & quãdo dicatur contra ius. Missæ an possint celebrari extra Ecclesiam, in qua fuit ordinatum.

SVMMARIVM.

1 *A Constiutionibus Synodalibus, quæ non sunt in odium particularis personæ, vel contra ius, non datur appellatio ad effectum suspensiuum, sed deuolutiuum tantum.*

2 *Constitututio* Synodalis *disponens, quod Missæ celebrentur extra illam Ecclesiam; in qua fuit per illos; qui eleemosynam dederunt ordinatum dicitur contra ius.*

Missæ non debent celebrari extra illam Ecclesiam, in qua fuit per illos qui eleemosynam dederunt, ordinatum num. 2.

3 *Constiutio* Synodalis *disponens circa celebrationem Missarum quando non dicatur contra ius.*

4 *Verba*, prout ipsis visum fuerit *sunt redigenda ad intellectum bonum ciuilem, & vitio carentem.*

5 *Episcopus ex iusta causa potest concedere, vt Missa in alia Ecclesia, vel alio Altari celebretur; si nequit celebrari in loco constituto.*

DECISIO MDXXII.

CVm sub *die 9. February præteriti* fuerit resolutum non intrare arbitrium pro retardatione Constitutionis Synodalis eadem sententia vnanimiter placuit Dominis; quia vera est conclusio ibi firmata, quod à Constitutionibus synodalibus, quando non sunt in odium par-
1 ticularis personæ, * vel non sunt contra ius, non datur appellatio ad effectum suspensiuum, sed deuolutiuum tantum, quæ conclusio hodie ab informantibus pro Clero Toletano non impugnabatur, sed solum dicebatur, Constitutionem esse contra Ius, ex quo disponit, quod
2 Missæ celebrentur extra illam Ecclesiam, * in qua fuit per illos, qui eleemosynam dederunt ordinatum, quod celebratentur, quod non licet *Imol. in c. Officij num. 27. vers. & hoc tenuit de Testam. Nauar. cons. 5. num. 10. de Testam. in non.* & in *tract. de orat. c. 8. num. 3. Seraphin. dec. 1149. num. 2. & seqq.*

Cæterum dicebant Domini, quod Constitutio Sinadalis hoc simpliciter non disponit, sed solum quod Curati in fine cuiuslibet tri-
3 mestris * debeant dare relationem Consilio Serenissimi Cardinalis Archiepiscopi omnium Missarum, quæ vsque in illum diem decursæ fuerint, & numeri Clericorum, qui adsunt in Ecclesia, & onerum Missarum, quæ occasione beneficiorum vel alias habent, & quod Consilium consideratis prędictis, relinquat Parocho, Beneficiatis, & cæteris Presbyteris cuiuslibet Ecclesiæ eas; quas viderint ab his posse celebrari, habita consideratione onerum, & obligationum, & Missarum votiuarum, quas prudenter arbitrabuntur ipsis per annum posse offerri, & reliquas distribuent, prout ipsis visum fuerit expedire pro meliori, & breuiori complemento voluntatis defunctorum; Vndè clarissimè patet, quod Constitutio non simpliciter disponit, quod Missæ celebrentur extrà Ecclesiam, in qua fuit ordinarum, quod celebrarentur, quia illa verba; *& reliquas distribuant prout ipsis visum fuerit* sunt redigenda ad intellectum bonum, ciuilem, & vitio ca-
4 rentem * *Rot. dec. 10. numer. 4. de Testib. in antiq.* vt sensus sit, quod reliquas distribuent prout illis visum fuerit, vt scilicet in eadem Ecclesia celebrentur si fieri potest per alios Sacerdotes, sin minus in alia Ecclesia; Episcopus enim ex iusta causa potest concedere, vt Missa in alia
5 Ecclesia, vel in alio Altari celebretur, * si nequeat celebrari in loco constituto, vt probatur ex tex. *in cap. non mediocriter vers. dum igitur de consecrat. dist. 5. Abb. in cons. 99. numer. 5. vers. honestius enim,* & in *fine consilij vers. ad tertium Innocent. in c. fraternitatis de sepulturis* quibus potest addi *Henriquez. in summa lib. 9. cap. 22. numer 6. Graff. dec par. 1. lib. 2. cap. 53. num. 10. & 11. & alij moderniores*, & hoc est, quod dicit alia *decisio*, quicquid in contrarium dicatur, Et ità conclusum &c.

IMOLEN. CENSVS.

Lunæ 17. Iunij 1624.

ARGVMENTVM.

Frater non potest præiudicare alijs fratribus etiamsi adsit societas omnium bonorum. Socius non habet mandatum nisi in ijs, quæ sunt de natura societatis, & ita non habeat ad lites, nec possit alienare rem communem absque consensu socij. Nonnulla circa *Statutum Imolen.* Minor per quinquennium tacens non censetur approbare contractum non seruatis solemnitatibus statuti gæstum. Cætera circà compensationem.

SVMMARIVM.

1 *Creditor census si consensit, quod daretur in solutum, non potest executiuè agere pro illius fructibus nisi prius adsit res iudicata super nullitate prædicti census.*

2 *Filii in portione, in qua fuerunt à patre hæredes instituti censentur eadem persona cum patre.*

3 *Filij hæredes patris in illius iure successerunt.*

4 *Frater non potest præiudicare alijs fratribus, etiamsi adsit societas omnium bonorum.*

5 *Socij non dicuntur habere mandatum vnus ab alio nisi circa ea, quæ sunt de natura societatis, &*

ideò

Ideò in aliis non præiudicat.
6 *Itaut nec habeat mandatum ad lites.*
7 *Socius non potest rem communem alienare sine consensu socii.*
8 Statutum Imolense *mandat in contractibus minorum adhiberi curatorem, & consensum duorum proximiorum.*
Consensus à minore præstitus non seruatis solemnitatibus statuti non valet num. 8.
9 Statutum Imolense *fuit approbatum à* Iulio 2. *sed an ista approbatio comprahendat illud, quod disponis de contractibus minorum dubitatur.*
10 Ægidiana lib. 5. cap. 25. *in contractibus minorum copulatiu requirite decretum Iudicis, iuramentum, assistentiam proximiorum, & insinuationem.*
11 *Minor per quinquennium post contractum nulliter gestum tacens censetur illum approbasse.*
12 *Contrarium quod imo solus lapsus temporis non sufficiat, quia supplet tantum defectum decreti Iudicis, non autem tollit alias nullitates contractus celebrati.*
13 *Compensatio non intrat, quando de credito, quod prætenditur compensari non constat, nisi prius factis computis.*
14 *Compensatio non datur de liquido ad illiquidum.*
15 *Compensatio non admittitur inter diuersas personas.*

DECISIO MDXXIII.

Dionisius, & Io: Galeatius filij, nec non pro
duabus tertijs partibus hæredes Francisci
Rosetti Patris egerunt pro dicta rata contra
Nicolaum, & Hieronymum filios, & hæredes
Iulij Cæsaris Paulutij ad fructus duorum censuum,
quos Iulius Cæsar prædictus vendiderat
prælato Francisco, & obtinuerunt prædictos
de Paulutijs condemnari ad soluendum
libras 2858. cum dimidio pro duabus tertijs
partibus fructuum decursorum à die eorum
venditionis vsque ad diem 19. Iulij 1618.
quorũ primæ portiones venditæ fuerunt de anno
1583. pretio libr. 1600. secunda vero de
anno 1585. pretio lib. 400. Vndè dubitaui an
hæc sententia esset confirmanda, & Domini
responderunt sententiam esse iustam, viam autem
executiuam minimè competere, quia
cum dicti fratres consenserint, quod census,
1 & fructus decursi darentur in solutum, * non
possunt agere executiuè, donec adsit res iudicata
super nullitate prædicti consensus. Ratio
vero resolutionis principalis fuit, quia
cum Franciscus decesserit tribus filijs relictis
hæredibus, vtique isti duo habent intentionem
fundatam in duabus tertijs partibus, in quibus
censetur eadem persona cum eorum Pa-
2 tre * §. 1. *auth. de Iure iur. à moriente præstit. col.*
3 5. & in illius iure successerunt * *l. hæreditas ff.
de Reg. iur. Aretin. cons. 123. num. 4. Cagnol. in l. si
hæredem num. 17. ff. de reg. iur.*

Neque obstat, quod Io. Franciscus tertius
frater emerit possessionem censuatam de anno
1599. & in solutum nedum ad bonum computum
dedit sortem principalem dd. censuum,
sed etiam fructus decursos, quia dictus Io.
Baptista non potuit præiudicare alijs fratribus
etiam quod probaretur societas omniũ bo-
4 norum, * quia socij non dicuntur habere man-
5 datum vnus ab alio, * nisi circa ea, quæ sunt
de natura societatis, puta quod res venales
vendantur, quia vnus potest vendere, sed in
alijs non præiudicat *Alex. cons. 186. in princ.*
6 vbi quod nec habet mandatum ad lites * *lib. 2.*
vbi *Apostilla* allegat concordantes *Dec. cons.
556. in princ. Bald. cons. 120. quidam Antonius
num. 3. vers. si dicatur lib. 1. Aymon. cons. 129.
in princ.* & in terminis *Fulgos. cons. 209. num 2.
vers. nec rem communem*, vbi quod socius non
potest rem communem alienare sine consensu
7 socij * prout in casu isto si alienet vltra partem
suam, quia in hoc non habet mandatum.

Non obstat, quod Io. Baptista emerit dictam
possessionem, & in solutum dederit dictos census
præsentibus, & consentientibus prædictis
Dionysio, & Ioanne Galeatio, quia cum tunc
temporis essent minores, & hoc non controuertitur,
debuisset seruari *Statutum Imolense*,
scilicet adhiberi curator & consensus duorum
8 proximiorum, * quod cum non fuerit factum
consensus prædictus nihil potest operari, vt
fuit resolutum in causa *Perusina de Alexijs 26.
Nouembris* 1611. *coram R. P. D. meo Pamphilio*
quæ habetur *dec. 8. apud modern. ad c. 151.
stat. Vrbis* & in *eadem causa coram eodem 2. Aprilis
1612.* quæ est *dec. 385. part. 2 in recent.* nec
potest fieri vis in iuramẽto præstito à dictis fratribus,
quia quicquid sit, an confirmatio *Iulij 2.*
9 qui approbauit *statuta Imolen.* * censeatur comprehendere
hoc statutum, quod tollit vires
iuramenti, nihilominus quatenus dicetur statutum
non posse suffragari, suffragatur *Constitutio
Egidiana lib. 5. c. 25.* quæ copulatiue requi-
10 rit decretum Iudicis, * iuramentum, assistentiam
proximiorum, & insinuationem, quæ
forma cum non fuerit seruata corruit consensus
prædictus *Rot. dec. 729. part. 4. & dicta dec.
385. in fin. part. 2. in recent.* & in causa *Sancti
Seuerini bonorum 18. Maij* 1611. *coram R. P. D.
meo Panphilio.*

Neque etiam obstat, quod dicti fratres effecti
maiores per quinquennium tacuerint, &
11 sic censetur contractum approbasse * *l. fin. C.
si maior fact. alien. rat. habuer.* quia fuit responsum,
quod hic non potest allegari, nisi lapsus
temporis, qui simpliciter non validat contra-
12 ctum * *Surd. cons. 49. num. 29. & 183. num. 4.
Natt. cons. 295. sub num. 10. num. 3. lib. 2. Rot.
apud modern. ad c. 151. statuti dec. 160. num. 13.
Menoch. de recuper. remed. 15. num. 141.* quia
dictus lapsus supplet tantum defectum decreti
Iudicis, non autem tollit alias nullitates, vt est
receptior sententia Doctorum vt latè per *Surd.
in cons. 49. num. 29. san. mem. Gregorius dec.
473. num. 19.*

Non obstat, quod Nicolaus, & Hieronymus
prædicti sint creditores Io. Baptistæ venditoris,
& Io. Baptista est creditor Dionysij, &
Io: Galeatij fratrum, vnde prætenditur compensationem
intrare, quia fuit responsum de
credito Io: Baptistæ non constare, nisi prius
13 fiant computa * *Salicet. in l. eius in fin. C. de*

compensat. Rot. decis. 205. *num.* 4. *part.* 1. *in recent.*& propterea de liquido ad illiquidum non
14 admittitur compensatio * *Alex. cons.* 93. *num.* 1. *vol.* 4. *Medices de compensat. quæst. fin. num.* 3.
Vltra quod posset etiam dubitari an in hoc casu esset admittenda compensatio, cum inter
15 diuersas personas non admittatur * *l. eius & l. fin. vbi DD. C. de compensat.*

ASCVLANA PLEBANIAE.

Veneris 21. *Iunij* 1624.

ARGVMENTVM.

Ecclesiam esse Collegiatam probatur ex deductis in decisione, cætera patent ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Prima dignitas Collegiatæ est reseruata per* Regul. 3. Cancell. *& dicitur reseruatio ratione rei.*
2 *Gratiose subrogato debetur immissio.*
3 *Mensis* Ianuarij, *est mensis fixus ex dispositione* Concil. Trid.
4 *Ecclesiam esse Collegiatam probatur ex decreto Congregationis super negotijs Episcoporum, in quo ordinauit vnionem quorundam Parochialium, & diuisionem curæ animarum, in nonnullos Canonicos cum conditionibus, de quibus ibi.*
5 *Probatur etiam ex visitatione Episcopi, & ex alijs, de quibus ibi.*
6 *Reseruatio in vim* Regul. 3. *ad hoc vt intret sufficit, quod Eccelesia habita sit Collegiata, licet actu non sit.*
7 *Ecclesia in dubio præsumitur Collegiata, quando habet Plebanum, & Canonicos, & de fundatione non constat.*
8 *Iura, quæ non sunt de actis, neque recognita non sunt attendenda.*
9 *Immissionem petens vigore subrogationis gratiosæ tenetur concludenter probare reseruationem.*
10 *Collegialitas Ecclesiæ probatur, quando concurrunt ea, de quibus ibi. Amplia vt ibi.*

DECISIO MDXXIV.

QVod Ecelesia S. Fortunati Amatricis quæ modo vacauit, sit reseruara non potest controuerti, sed difficultas est an reseruatio sit ratione rei, vel ratione temporis, si enim Ecclesia est Collegiata intrar reseruatio ratione
1 rei, * quia est prima dignitas in Collegiata, quæ reseruatur *per Regulam* 3. *Cancellariæ*, & sic cum Dionisius habeat subrogationem gratio-
2 sam, * & probet alia requisira, ei deberetur immissio ex late *deductis in decis. in hac causa facta* 12. *Ianuarij huius anni coram R. P. D. meo Merlino*, vnde sententia Rotalis esset confirmanda. Si verò Ecclesia non est Collegiata, cum vacauerit de mense Ianuarij, qui est men-
3 sis fixus * ex dispositione *Concil. Trid.* debebat fieri concursus, prout fuit factus, & approbatus idoneus Cæsar, qui obtinuit prouisionem Apostolicam, ideò ei esset debita Ecclesia, cum iustificet suam gratiam, & sic sententia Rotalis esset reuocanda.

Punctus igitur difficultatis consistit in eo, an huiusmodi Ecclesia sit Collegiata, vel simplex Parochialis, & quod sit Collegiata deducebatur, quia *Sacra Congregatio super negotijs Episcoporum* die 17. Decembris 1578. ordina-
4 uit * bo. me. Petro Camaiano tunc Episcopo Asculano, quod tres Canonici Ecclesiæ Sancti Fortunati Amatricis, resideant vnusquisque in illa Ecclesia, quæ sibi per Episcopum fuerit assignata, vt habeant curam Animarum ipsis per dictum Episcopum assignandarum, ac facta assignatione, vetuit aliam fieri mutationem, sed vnusquisque curam habeat gregis sibi assignati; & quod in recognitionem superioritatis debeant in solemnitatibus, postquam præstiterunt debitum seruitium proprijs Ecclesijs, coadiuuare Plebanum, prout antea facere solebant, & quoad fructus communes, quod seruetur conuentio facta per Partes in Vrbe vt Plebanus habeat duas partes, Canonici verò vnam, vt paret ex litteris eiusdem Congregationis, & clariùs ex litteris dicti Episcopi Camaiani datis Horatio Vezzano Vicario Foraneo sub die 10. Martij 1579. qui concessit prædicto Vicario facendi prædictam assignationem, cuius vigore 6. Aprilis eiusdem anni 1579. assignauit Plebano Ecclesiam S. Fortunati Terræ Amatricis cum omnibus familiis, quæ sunt in dicta Parochia, nec non 80. alijs familijs, seu focularijs in Villa Pinachi, Fabio autem Caroco Canonico assignauit Ecclesiam Sancti Fortunati Villæ Pinachi cum Cura, & Residentia totius Pinachi, Leonetto autem alteri Canonico assignauit Ecclesiam S. Laurentij, positam in Villa S. Laurentij Pinachi, Grassino autem Pacifico tertio Canonico assignauit Ecclesiam S. Petri in Villa Numbisci.

Et hanc veritatem dicebatur satis detegi ex visitatione facta per Ordinarium prima mensis
5 Augusti 1580. in qua dicitur, * quod Ecclesiæ S. Fortunati de Amatrice sunt annexæ tres Parochiales videlicet Sancti Fortunati in Villa Pinachi, Sancti Petri in Villa Numbisci, & Sancti Laurentij in Villa eiusdem nominis, & idem dictum fuit in Visitatione Apostolica de Anno 1573. & modernus Episcopus tunc Vicarius Generalis præclaræ memoriæ Frat. Hieronymus Bernerius S. R. E. Cardinalis. & Episcopis Asculanus agnouit veritatem facti prædicti, cum in collatione facta de anno 1598. Ecclesiæ S. Fortunati de Pinachi vtatur his verbis. *Cum itaque Parochialis Ecclesia Sancti Fortunati Villa Pinaci districtus Amatricis per diuisionem, & nouam reformationem Ecclesiæ Sancti Fortunati Plebaniæ nuncupatæ intus dictam Terram Amatricis, & omnium illius annexorum, inter quæ dicta Ecclesia eiusdem nominis Villæ Pinaci existit, & status illarum in executionem decretorum synodalium Illustrissimi, & Reuerendissimi Cardinalis Episcopi, & Principis Asculani*

hi vltimo factam, & assignationem de Ecclesia curata Sancti Petri Villæ Numbisci, quæ etiam de dictis annexis existit d. Leonetto Stephani qui antea vti vnus ex beneficiatis D Plebaniæ ad curam Sancti Fortunati Villæ Pinaci deputatus fuerat.

Ex quibus inferebatur, quod cum Ecclesia Sancti Fortunati Amatricis sit caput, & Plebania, & habeat Canonicos, quibus data fuit cura Ecclesiarum annexarum sit illa Ecclesia Collegiata, de qua deponunt testes, vel stantibus prædictis magis standum sit testibus deponentibus, hanc esse Ecclesiam Collegiatam, quæ his, qui deponunt Ecclesiam Sancti Fortunati de Pinaco. Et sufficeret ad effectum reseruationis *Regulæ Tertiæ*, quod huiusmodi
6 Ecclesia habita sit Collegiata, * licet actu non sit *Felin. in cap. accedentes num. 2. vers. posset etiam de rescript. Inoc. in cap. postulasti num 1. de iure patr. Arch. in c. licet canon. sub num. 2. de elect. in 6.* & fuit resolutum in causa *Cremonen. Præpositura 25. Febr. 1622. coram R. P. D. meo Remboldo*, & cum ista Ecclesia habeat Plebanum & Canonicos, & de fundatione non con-
7 stet in dubio præsumitur Collegiata * *Innoc. in d. cap. postulasti de iurepatr. Io. Andr. Abb. & alij in cap. nobis eod. tit. Alex. cons. 75. num. 2. lib. 4. Roman. cons. 436. num. 6. Decian. cons. 6. num. 1. & 2. lib. 2. Rot. decis. 584. num. 2. & decis. 585. par. 4. Mantic. dec. 215. num. 1.* ac fuit vtraque conclusio ex prędictis & aliis comprobata *in decis. D. mei Merlini*, in qua late firmat, quod concurrant alia signa ad probandum Collegium.

Cæterum quamuis prædicta multum stringant, ita vt si iura allegata essent recognita, & in actis secundum prædicta esset forte iudicandum, cum tamen neque in actis, neque reco-
8 gnita sint, de his minime curandum erit, * cum extra mundum dicantur esse, quæ in actis non sunt: Quare cũ Dionisius petat immissionẽ
9 vigore subrogationis gratiosæ * onus probandi reseruationem *ex Regula tertia* ipsi incumbit, & quidem concludenter *Rot. decis. 673. num. 2. par. 1. in rec. & 584. num. 1. par. 4. diuers. & decis. 482. num. 4. par. 2. in rec.* quod vsque adhuc non probat, cum vt dictum est iura allegata non sint recognita, neque in actis. Testes vero in hoc casu non sunt attendendi, quia adsunt testes incontrarium expressè prohibentes, quod Ecclesia Sancti Fortunati de Pinaco habeat omnia requisita ad
10 Collegium, * Arcam scilicet communem, Sigillum, & quod congregantur Canonici de ordine Plebani, concurrunt etiam licet de per se non sufficiant, visitatio Apostolica prędicta, in qua non firmatur, quod Ecclesia Sancti Fortunati de Amatrice sit Collegiata, sed dicitur, *vt asseritur*, & visitatio Episcopi, in qua dicitur, quod collatio dictæ Ecclesiæ spectet ad Papam, vel ad Episcopum iuxta ordinem alternatiuæ, & sic præsupponitur Ecclesia Parochialis, non autem Collegiata.

Hinc Domini censuerunt saltem ex nunc sententiam Rotalem non posse confirmari, nisi prædicta recognoscantur, & deducantur in actis, & pars super illis particulariter audiatur, quia fuerunt deducta in memorialibus, & pars illa videre non potuit.

Præsens decisio fuit confirmata die 23. Ian. 1626.

ROMANA COLLECTAE.

Veneris 21. Iunij 1624.

ARGVMENTVM.

Vniuersitas tenetur ad solutionem Censuum de eius mandato impositorum. Huiusmodi mandatum, vel ratificatio impositionis probatur ex deductis in *decisione*.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas tenetur ad solutionem censuum de eius mandato impositorum, dumconstat de versione.*
Imo isto casu sufficit, quod probetur consensus Vniuersitatis, licet non constet de mandato expresso num. 3.
2 *Actus tribuitur mandanti non exequenti, & ideo ille tenetur soluere censum de eius mandato impositum.*
4 *Mandatum Vniuersitatis capiendi pecunias ad Censum ad effectum emendi domum ex quibus probetur n. 6 & 8.*
5 *Mandatum pro capiendis pecuniis ad interesse censetur concessum dum fuit data facultas omni meliori modo, quo fieri potest accipiendi pecunias ad effectum emendi domos.*
6 *Ratificatio impositionis Census facta ab Vniuersitate quando dicatur probata & n. 8.*
7 *Mandatum præsumptionibus, & coniecturis de quibus ibi probatur.*
9 *Ratihabitio æquiparatur mandato.*
10 *Etiamsi speciale requiratur.*
11 *Et idem operatur, quod mandatum præsumptum.*
12 *Versio probatur ex relatione Periti, in qua dicit pecunias fuisse legitime expensas, itaut nec remanserit obulus.*

DECISIO MDXXV.

HOc dubium, an Vniuersitas Sutorum Vrbis, & illius particulares teneantur ad census, de quibus agitur, habet duas inspectiones. Prima est vt videatur, an constet de mandato Rugerij, & aliorum, qui pecunias ad censum experũt. Secunda est an cõstet de versione, quia
1 illis duobus probatis, * vtique Rugerius, & socij rectè agunt contra Vniuersitatem, quod soluat dictos census, quia actus tribuitur mã-
2 danti, non exequenti * *l. si hæres testamento ff. de act. empt. l. iste eorum §. si Decuriones ff. quod cuiusque Vniuersit. Bald. cons. 368. circa med. lib. 1. Aymon. cons. 144. numer. 3.* & idem est

si non

si non constaret de mandato expresso dummo-
dò probatur quod consensus Vniuersitatis in-
3 teruenerit * *Castrens. cons. 319. numer. 3. vers.
nihil ergò potuit lib. 2.* latè *Tiraquell. in l. si vn-
quam in verbo donat. largitus numer. 349. & seqq.
C. de reuoc. donat. San. mem. Gregorius dec. 252.
num. 10.*

In hoc casu quantum attinet ad primam
inspectionem, de mandato expresso capiendi
pæcunias ad censum, & illas erogandi in em-
ptiones domorum, in adunantia facta vltima
4 Maij 1614. fuit conclusum, * quod emerentur
domus insulæ contiguæ Ecclesiæ, & in alia
adunantia fuit concessa facultas deputatis eo
5 meliori modo, quo fieri posset, * accipiendi
pæcunias, vndè pernecesse etiam fuit data
facultas omnia faciendi, sine quibus, & do-
mos emi non poterant, & pæcunias capi ad
interesse *Bald. cons. 370 quando super facto num. 5.
vers. 2. modo lib. 3. Puteus cons. 44. numer. 2. vers.
ag. item Ronan. cons. 94. in fin. vers. vltimo.*

Et quamuis circa fabricam non adsit man-
datum expressum, nihilominus sine difficulta-
6 te est præsumendum, quia fabrica publicè, &
palà fuit confecta nomine Vniuersitatis, & inte-
rim fuerunt per dictam Vniuersitatem soluti
census, vnde vel intrat mandatum præsum-
ptum, vel adest clarissima ratificatio, man-
datum enim probatur præsumptionibus, &
7 coniecturis * *Dec. cons. 35. post numer. 8. Gozza-
din. cons. 11 numer. 13. Cassad dec. 3. numer 4 ante
finem de procur.* Hic autē primo concurrit scien-
tia Vniuersitatis, quod domus eius nomine
fuerint emptæ, & quod eius nomine per con-
sequens reaptabantur, vnde non potest negari,
quin concurrat mandatum præsumptum *In-
noc. & alij in c. ex parte Decani de rescript. Bald.
in l. Iulianus in 5. quæst sub numer. 11. vers. sed
ego dico ff qui satisdar. cogant. Abb. cons. 7. sub
numer. 3. vers. sed ego contrarium, & numer. seqq.
lib. 2. Cassad. dicta dec. 3. numer. 5. Cardin. Mantica
de tacitis, & ambig. conuent. lib. 7. tit. 7. per tot.*

Et quod ista sit veritas patens deprehendi-
tur, quia in adunantia facta 17. Septembris
1617. coram D. Senatore Vrbis expressè, quod
8 ad prouidendum indemnitati * tam Vniuersi-
tatis, quam Rugerij, & sociorum, & aliorum
obligatorum respectu pecuniarum ad cen-
sum, & aliud interesse captarum pro emtudis
domibus, dederunt D. Senatori notam cuncto-
rum redditum, & debitorum ipsius Vniuersi-
tatis, & locarunt Rugerio, & socijs bona V-
niuersitatis ad quinquennium ad effectum ero-
gandi redditus in solutionem censuum, vn-
dè clarissimè patet, quod aut intrat manda-
tum præsumptum etiam pro fabrica, aut ra-
tificatio, quia non possunt approbare census,
quin etiam approbent applicationem factam
cum illam scinerint, & esset Ecclesiæ vtilis,
& nunquam reclamauerint, quæ quidem rati-
9 habitio æquiparatur mandato * *l. fin. ff. ad
maced. cap. rati habitio de reg. iur. in 6.* etiam si
10 speciale requireretur * *l. quanti de speciali*, vbi
*Bald. ff. de minor. Tiraq. de retract. lignager. §. 1.
gloss. 10. numer. 31. Gabr. cons. 195. numer. 5. lib. 1.
Surd. dec. 159. numer 15. & 16. & dec. 231. num.
11. Lancellott. de attent par. 1. cap. 1. numer. 46.* &
11 idem operatur, quod mandatum * præsum-
ptum *l. cum mandati in fine C. mandati l. ratiha-
bitio ff. de reg. iur.*

Quantum attinet ad secūdam inspectionem
circa versionem de qua Rota voluit, quod
particulariter videretur sub die 31. Maij 1623.
quæ etiam ordinauit 3. Iulij eiusdem anni,
quod Peritus eligeretur, satis constat ex re-
12 latione Periti electi ab ipsamet Vniuersitate,*
quod pæcuniæ, quæ peruenerunt ad manus
deputatorum fuerunt etiam legitimè expensæ
itaut nec apud ipsos obulum remanserit, vn-
dè apertissimè constat, quanta cum laude, &
fidelitate isti pauperes mandatum sibi ab Vni-
uersitate adimpleuerint.

Ex quibus conclusum fuit Vniuersitatem
teneri.

*Præsens decisio fuit confirmata die 19. Nouem-
bris sequentis.*

ROMANA DE PATRITIIS.

Veneris 21. Iunij 1624.

ARGVMENTVM.

Legatum est perpetuum, non temporale, quando in eo nulla legitur conditio, cum talis in dubio præsumatur. Testator censetur legasse omne ius, quod habebat. Quando plura legata vni relinquuntur, tunc conditio in vno adiecta an censeatur repetita in alijs. Nonnulla circa naturam quorundam dictionum repetitiuarum.

SVMMARIVM.

1 *Prælegatum perpetuum potius quam temporale præsumitur.*
2 *Testator in dubio censetur legare omne ius, quod habet in re.*
3 *Conditio in vno legato apposita, censetur in alijs repetita, dum vni personæ plura legata fiunt. Contrarium num. 4. limita num. 11.*
5 *Declara procedere, quando adest coniecturata mens Testatoris.*
6 *Dictio* quoad *denotat temporis processionem.*
7 *Et idem importat quod dictio* donec quamdiù, *&* quousque.
8 *Dictiones* donec, quamdiu, *&* quousque *impor-tant temporis processionem.*
9 *Legato annuo conuenit temporis processio, ex quo tot sunt legata, quot sunt anni.*
10 *Conditio* quoad vixeris, & in eadem dignitate, vel maiori permanseris *apposita in legato quid operetur.*
11 *Dictiones repetitiuæ non repetunt in casibus, in quibus regulariter non fit repetio.*
13 *Repetitio vbicumque sit intelligitur si congruat æquè omnibus.*

Con-

14 *Conditio positiua in legato annuo non censetur repetita in legato perpetuo, & num. 15.*
16 *Clausula in fine posita regulariter refertur ad omnia praecedentia: limita vt ibi.*
17 *Conditio non est clausula, quae per se subsistat, sed est quaedam qualitas siue adiecto, quae dispositioni accedit.*
18 *Conditio adiecta legato relicto in fine testamenti non refertur ad omnia legata.*
19 *Repetitio tacita sicuti fit ex coniecturis, ita cessat per coniecturas contrariae voluntatis.*
20 *Testator non praesumitur voluisse id, quod non expressit.*
21 *Dictiones &* propterea pariter *important, quod censeatur facta repetitio secundum subiectam materiam.*
22 *Rationes fortiores sunt attendendae.*
23 *Dictio* praetereà *quid importet.*
24 *Dictio &* *quid importet.*
25 *Dictio* pariter *quid significet.*
26 *Mobilia quamuis pretiosa vsu consumuntur.*
27 *Ex actu vno non benè infertur ad diuersum maximè ad effectum, vt quis dicatur sibi praeiudicasse.*

DECISIO MDXXVI.

FVit resolutum praelegatum mobilium factum per bo. me. Solderium bo. me. D. Constantio filio, tunc Clerico Camerae, qui posteà fuit
1 Thesaurarius Generalis esse perpetuum,* non autem temporale, quia cum in eo nulla legatur conditio tale praesumitur *Felin. in c. litteris n. 9. vers. si autem de constit. Menoch. praesumpt. 109. num. 9. lib. 3.* Testator enim in dubio censetur
2 legare omne ius, quod habet in re * *l. qui vxori §. fin. ff. de aur. & argent. legat. Dec. cons. 454. num. 11. & cons. 653. num. 4.* latè *Card. Mantica de coniectur. lib. 2. tit. 2. num. 5.* latè *Surd. cons. 118. num. 14. & seq. vol. 1. & cons. 471. num. 7. lib. 4.*

Non obstat, quod primum praelegatum *scut. mille* fuit temporale *vid. quoad D. Constantius vixerit, & in dicta seu maiori dignitate perstiterit,* &
3 propterea quando vni personae plura legata * fiunt, conditio in vno apposita censetur in alijs repetita *Bartol. in l. in repetendis n. 1. vers. breuiter omnes ff. de legat. 3.* Quia fuit responsum tenere contrarium * ex allegatis per *Surd.*
4 *cons. 471. num. 36. & 37.* & opinio *Bartol.* non simpliciter procedit, sed quando adest conie-
5 cturata mens Testatoris, * vt latè per *Cardinal. Mantic. vbi supra num. 20. & plurib. seqq.* Sed in hac facti specie cessat omnis difficultas, quia in primo legato Testator dixit, quod legabat scuta 1000. annua D. Constantio quoad viueret & in eadem dignitate, vel maiori permanserit, quae non conueniunt legato mobilium, & ideo cessat repetitio, dictio enim *quoad*
6 denotat temporis processionem* *Castrens. col. 2. in princ. Alex. col. 2. ante fin. in l. 1. C. de legat. Surd. cons. 319. num. 16. lib. 3.* & idem impor-
7 tat quod dictio* *donec quamdiu,* & *quousque Vulpell. de proposit. aduers. signif. sub dict. quid ni vers. quoad pag. 95.* quae dictiones pariter im-
8 portant temporis processionem, * vt in specie de dictione *donec Castrens. loco allegat. Ruin. cons. 42. num. 6. vol. 2. Natt. cons. 459. num. 16.* & in nostris terminis considerat *Surd. cons. 471. num. 39. vol. 4.*

Ex quibus sequitur, quod licet ista temporis processio cõueniat legato annuo scut. 1000.
9 ex quo tot sunt legata, quot anni, * vt in puncto aduertit *Surd. allegato cons. 471. num. 39. vol. 4.* non tamen conuenit legato mobilium, quia illa conditio *quoad vixerit, & in eadem*
10 *dignitate, vel maiori permanserit* * non extinguit legatum, sed impedit ne legatum producatur in esse, & propterea si subintelligeretur in legato mobilium, extingueret legatum iam factum, & sic cum illa conditio non congruat
11 vtrique legato, * vel si congruit non tamen per eundem modum, & vniformiter, sed modo diuerso; etiam si adsit dictio repetitiua, immò non repetit in casibus, in quibus regu-
12 lariter est repetitioni * locus *Bartol. in l. in repetendis col. 2. vers. etiam aduerte ff. de legat. 3.* qui vbi dicit vbicunquè repetitio fit intelligitur si
13 congruit aequè omnibus * *Bartol. cons. 48. per tot. lib. 2.* qui loquitur de legato alimentorum
14 facto donec vixerit, * & de legato pannorum lini, & lanae *Cuman. cons. 47.* qui loquitur de legato annuo, & negat conditionem esse repetitam in legato domus elegantes *Surd. in illo cons. 471. n. 39. vol. 4. Mantic. de coniect. vlt. vol. d. lib. 10. tit. 6. num. 16. Peregrin. de fideicomm. art. 16. num. 11. vers. ex his infertur, & nu. 14.* qui alios cumulant.

Non obstat, quod adsit tertium praelegatum habitationis factum vita naturali durante, vnde ista conditio debet censeri repetita in secundo legato, & in hoc casu non videntur intrare praedicta: Nam fuit responsum hoc non
15 esse verum, * vt docet *Bartol. in l. plures vltima vers. si enim illa ff. de reb. dubijs Felin. in c. causam quast. 18. num. 4. vers. limita 4. de rescript. Abb. in c. secundo requirit numer. 11. de appellat. Capic. dec 103. num. 12. vers. & ideò Curt. Sen. cons. 63. num. 11. vers. Quinto respondemus Alex. cons. 48. num. 8. lib. 1.* & latius *cons. 158. num. 7. & 8. lib. 6. Peregr. de fideicom art. 16. numer. 11. vers. ex his infertur, & num 14.* & benè *Card. Mantic. loco supra citato num. 22. vers. secundo notandum est,* vbi quod licet clausula in fine posita regulariter refertur ad omnia praeceden-
16 tia, * haec tamen regula non potest referri ad
17 conditionem, quia conditio non est clausula * quae per se subsistat, sed est quaedam qualitas siue adiectio, quae dispositioni accedit, alioquin sequeretur, quod conditio adiecta lega-
18 to relicto in fine testamenti * deberet ad omnia legata referri, quod esset ridiculum, & puerile, vt dicit *Soccin. Iun. in cons. 128. nu. 100. cum seq. vol. 1. per l. filium ff. quando dies legat. cedat.*

Et quod praedicta vera sint satis patet, quia
19 sicuti tacita repetitio fit ex coniecturis, * similiter illa cessat per coniecturas contrariae voluntatis *l. licet Imperator ff. de legat. 1. & l. Iulius Paulus 80. de cond. & demonstr. Card. Mantic.* in puncto *de coniect. vltim. volunt. loco allegato num. 22.* In hoc autem casu adest inuincibilis coniectura, quia in primo legato adest con-

conditio in secundo nulla affertur, in tertio non solum adest conditio, sed etiam repetitur cōditio primi legati ibi *Illust. D. Constantio Patritio reliquit etiam iure prælegati habitationem sua vita naturali durante in dicto appartamento, in quo de præsenti existit cum habitatione suorum familiarium, prout de præsenti gaudet, si & quatenus, & quandiu dictum Officium in sui persona obtinuerit; vel etiam ad maiorem dignitatem perueniret, nam si dictum Officium spontè, vel coactè venderit, & cecidisse intelligatur à commodo dictæ habitationis; & succedat in dicta habitatione prout alij fratres, & tunc etiam cessat prælegatum prædictorū annuorum scutorum mille, & pro infecto habeatur*, quarè si idem voluisset de legato mobilium id ex-
10 pressisset * *l. vnica §. si autem C. de caduc. tollen. Tiraquell. in l. si vnquam in ver. Libertis num. 3. C. de reuocand. donat. Aymon cons. 161. numer. 8. Bero cons. 1. num 14.* & in puncto *Card. Mantic. loco supra allegato num. 20. in fine.*

Non obstant dictiones, *& præterea, pariter*,
11 quia licet istę secundum subiectam materiam* aliquando sint in causa, quod censeatur facta repetitio, vt per *Card. Manticam vbi supra nu. 20. in fin.* tamen cessat repetitio in hoc casu ex
12 rationibus supra ponderatis.* quæ sunt attendendæ, cum sint fortiores iuxta notata per *Abbatem in c. 1. num. 13. in fin & num. 52. de constit.* & ideò censeri debent repetitiuæ actus ligandi, non autem conditionis, vt benè ad propositum *Bero*: loquens de dictione *prate-*
13 *rea* * *cons. 90. numer. 12. lib. 2.* & de dictione.
14 *Et* * *Bartol. in l. si is 13. §. vtrum num. 5. vers. si verò duæ Orationes ff. de reb. dub.* & de dictio-
15 ne *pariter* * *ff. de liberal. caus.* & in *l. 2 ff. commun. diuid.* vbi quod ista dictio importat, quod insimul legat & latè *Rebuff. in l. paries 153. vers. sic de aduerbio ff. de verbar. signif.*

Non obstat coniectura, quod omnes erant fratres, & quod mobilia erat prætiosa, quia
16 ista mobilia vsu consumuntur,* & licet adessent aliqua prætiosa, quæ poterant conseruari, tamen ex prædictis constat de clara mente Testatoris.

Non obstat concordia inita inter fratres, in qua fuit actum, quod bo. me. Constantius haberet appartamentum à Patre relictum, & mobilia, & quod Inuentarium dd. bonorum insereretur in instrumento concordiæ, quia hoc potuit fieri ad cognoscendum, quæ essent mo-
17 bilia D. Constantij,* non autem ex hoc potest inferri, quod vel ipse agnouerit legatum pro temporali, aut quod renuntiauerit dicto legato perpetuo.

Et ita conclusum &c.

ROMANA PECVNIARIA DE QVERRIS.

Mercurij 26. Iunij 1624.

ARGVMENTVM.

Filij familias minoris obligatio facta tam ad effectum liberandi Patrem ab imminenti periculo carcerationis, quam eundem eximendum à carceribus tenet; nec ei tanquam minori debetur restitutio in integrum sub prætextu læsionis. Frater in subsidium tenetur dotare Sororem, & quid si adsit mater.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias non solum potest fideiubere pro Patre.*

2 *Sed etiam pro extraneo.*

3 *Filio familias minori fideiubenti pro alio succurritur per viam restitutionis in integrum.*

4 *Limita quando fideiubet pro excarcerando Patre.*

5 *Vel ne Pater carceretur.*

6 *Filius familias fideiubens pro excarceratione Patris dicitur exercere officium pietatis.*

7 *Filius familias fideiubens, ne Pater carceretur dicitur exerceri officium pietatis.*

8 *Filius familias non cogitur præcisè liberare Patrem a carceribus, sed solummodò sub comminatione exhæredationis.*

Rot. dec. 63. par. 2. *in quibus terminis loquatur num. 8*

9 *Pater potest exhæredare filium, si eum non liberet a carceribus, vel ab imminenti carceratione.*

10 *Filij obligatio pro excarcerando Patre tenet.*

11 *Filius familias minor si sit enormissimè læsus est audiendus aduersus obligationem factam pro Patris excarceratione.*

12 *Læsio enormissima non potest considerari in obligatione facta pro dote.*

13 *Frater tenetur dotare sororem, dum Pater in vita eam non dotauit, & non habet aliunde vt se dotet.*

14 *Dos scutorum mille his temporibus non est sufficiens pro dote nobilis Puellæ.*

15 *Frater diues tenetur dotare sororem.*

16 *Mater in concursu cum fratre tenetur dotare filiam.*

17 Statutum Vrbis cap. 155. lib. 1. *tollit iuramentum, & habet locum in contractu, in quo minor vel mulier lædi potest.*

18 *Læsio minoris probatur eo ipso, quod ipse fideiussit.*

19 *Filius fideiubens pro liberanda Patre ab imminenti periculo carcerationis nau dicitur læsus, cum ista sit iusta causa obligationis.*

20 *Minoris læsio attendi debet de tempore contractus, quicquid postea euenerit.*

21 *Causæ plures quando sunt cumulatiuè narratæ sufficit, quod vna subsistat ad validitatem obligationis.*

DECISIO MDXXVII.

Cvm bo. me. Ioanne Baptista de Sancto Petro esset ære alieno grauatus erga DD. Annibalem, & Franciscum de Querris in summa scut. 13400. inter quæ computabantur scuta 3450. quorum erat debitor occasione residui dotis D. Catherinæ eius filiæ Vxoris prædicti D. Fran-

D. Francisci Querri de anno 1621. filij prædi-
cti Ioannis Baptistæ, videlicet D. Ioannes An-
tonius I. V. D. annorum 23. & D. Aloysius 20.
& D. Felix pariter in 17. annis completis se
obligarunt principaliter, & insolidum pro Pa-
tre. Quare dubitatum, an dicta obligatio susti-
neatur, & licet dd. fratres non controuerte-
rent se teneri ad debitum dotis; Nihilominus
ex abundanti fuit dictum pro omnibus teneri:
Ratio resolutionis fuit, quia filius familias
1 non solùm potest fideiubere pro Patre * *l. 1. C.*
2 *de filijs fam. minor.* sed etiam pro extraneo * *l.*
si dubitet §. fin. ff. de fideiussor. l. filius famil. C.
eod. San. me. Greg. dec. 120. num. 1. & seqq. Rot.
dec. 580. & dec. 674. par. 1. in recent. & dec. 485.
par. 2. pariter in *recent. & dec. 65. apud Modern.*
super Statut. Vrb. c. 151.

Non obstat, quod in istis casibus succurri-
3 tur minori per viam restitutionis in integrum*
Soccin. Inn. conf. 47. num. 6. lib. 4. Cephal. conf.
348. num. 10. Afflict. dec. 322. num. 7. & seqq.
Odd. de restit. in integr. part. 2. q. 54. art. 2.
num. 4. Surd. conf. 46. num. 2. lib. 1. & conf.
87. eodem lib. & fuit dictum in causa *Anconita-*
na dotis 27. Nouembris 1598. coram bo. me. Ho-
ratio Card. Lancellotto, & in causa *Bonon. census*
18. Maij 1608. coram Reuerendissimo Lugdu-
nen quæ est *dec. 59. apud Modern. super statut.*
Vrb. & in *præcitata dec. S. m. Gregor XV.* Nam
fuit responsum, quod causa fideiussionis fuit, vt
Pater ab imminentibus executionibus libera-
retur, & sic à periculo, ne in Carceres trude-
retur, Vnde sicut cessat restitutio, quando fi-
4 lius pro excarceratione Patris fideiubet * *Al-*
beric. in l. 1. circa med. Salic. num. 4. Castrens.
num. 2. Aretin in fin. Corn. circa princ. C. de fil.
fam. min. Afflict. super Constit. Regni lib. 2. rubr.
38. num. 18. quod procedit etiam quando Pa-
ter est in Carceribus pro debito *Castrens. conf.*
52. circa fin. par. 2. Ita etiam dicendum est,
non esse locum restitutioni, quando filius fi-
5 deiubet ad effectum ne Pater carceretur, * quia
vbi de defensione Patris agitur, minor nō resti-
tuitur aduersus fideiussionem præstitam *gloss.*
in l. exigendi in verbo condemnatione vers. vel
melius C. de Procur. quem sequitur ibidem
Salic. sub. num. 14. vers. & ad id, quod de re-
stitutione dicebatur, & quod filius fideiubendo
pro excarceratione Patris dicitur exercere of-
6 ficium Pietatis * *Aret. in dicta l. si circa med.*
vers. 2. noto C. de fil. fam. min. quæ ratio pietatis
viget pariter in filio fideiubente ad impedien-
7 dum ne Pater carceretur, * & ita in puncto per
rationes prædictas fuit resolutum *coram S. M.*
Gregorio in dicta dec. 120. n. 7. & seqq.

Nō obstat, quod *auth. si captiuis C. de Episc. &*
Cleric. ex qua elicitur prædicta opinio non
compellat præcise filium ad liberandum Pa-
trem, sed solummodo sub comminatione ex-
8 hæredationis, * & sic etiam loquatur *dec. 63.*
par. 2. & considerauit *Rot. in dicta causa Bono-*
nien. Census coram Reuerendissimo Lugdun. quia
fuit responsum, quod ex ratione illius *auth.*
mouentur *DD.* ad dicendum, quod filius po-
test se obligare pro excarceratione Patris, quia
lex abhorret istam ingratitudinem, ita vt sta-
9 tuat Patrem posse exhæredare filium, * & pro-
pterea non immeritò dicunt, quod obligatio
pro excarcerando Patre facta per filium te-
10 net. *

Non obstat, quod in dicta causa *Bononien.*
Census coram Reuerendissimo Lugdunen. subda-
tur, quod postea *Rot. in dicta causa coram S.*
M. Gregorio censuerit minorem esse audiendum
11 super enormissima læsione, * quia in hoc casu
non potest considerari læsio, dempta enim
parrita dotis, aliæ non videntur considerabi-
les, pro constituenda enormissima læsione, quæ
nec minus potest considerari respectu obliga-
12 tionis pro dote; * quia si Pater non dotasset
filiam in vita, onus dotandi spectasset ad Fra-
13 tres, * cum non haberet vnde aliunde se dota-
ret *gloss. in l. cum plures §. penult. in verbo alio*
Patre ff. de administr. tut. gloss. in l. non omni in
verbo nulla ratione C. de administr. Tut. Abb.
conf. 12. num. 5. vers. 7. dubium lib. 5. Molin.
de Primog. Hispan. lib. 2. cap. 15. num. 17. scuta
enim mille relicta pro dote in fideicommisso
notum est, quod his temporibus non sunt suf-
14 ficientia pro dote nobilis Puellæ, * & hoc pro-
cedit etiam quod omnia bona prouenerint ex
fideicommisso transuersali, quia in isto casu
fratres tenentur ex sola obligatione, quam fra-
15 ter diues tenetur dotare Sororem * *Molin. loc.*
præcit. num. 57. & seqq. Abb. d. conf. 12. n. 5.
vers. secundo capite tenetur, & fuit dictum in
causa *Bononien. Pecuniaria 28. Iunij 1602. co-*
ram me. Neque hic esset agendum, quod ma-
ter in concursu cum fratre tenetur dotare fi-
16 liam * *Molin. vbi supra num. 63.* quia tunc
temporis Mater erat mortua, & hoc est verum
quando diuitiæ superabundant, vt considerat
Molin. & alij allegati coram me in dicta Bononien.
Pecuniaria.

Non obstat *statutum Vrbis cap. 151. lib. 1.*
quod tollit iuramentum, & habet locum in
17 omni contractu, * in quo minor, vel mulier
læditur potest vt in *dec. 333. San. me. Gregorij*, &
ibi *adden* Quia aut opponitur de solemnitati-
bus requisitis à statuto, & interuenerunt, &
hoc non controuertitur: aut opponitur de
causa legitima, & pariter interuenit, nam etsi
verum sit, quod læsio probatur eo ipso, quo
quis fideiubet * *Alex. in l. nam, & postea §. si*
minor num. 10. in fin. ff. de Iur. Iur. Socc. Inn.
conf. 48. num. 7. lib. 4. cum alijs per Oddum vbi
supra art. 3. num. 7. & part. 1. q. 36. art. 2. &
3. num. 30. & ista conclusio non procedit, quan-
do filius fideiubet pro liberando Patre ab im-
19 minenti periculo Carcerum, * quia ista est
causa iusta obligationis ex *supradeductis.*

Minus obstat, quod Io: Baptista promiserit
releuare indemnes filios, & propterea fuit di-
ctum fideiussionem non tendere in damnum,
neque præiudicium ipsorum filiorum, quia suf-
ficit hoc fuisse verum de tempore obligatio-
20 nis * licet postea casu euenerit obitus Io:
Baptistæ *Rot. apud modern. super c. 151. Stat.*
Vrb. dec. 10. num. 4. & coram S. M. Gregor.
dec. 406. num. 8. cum seqq. & num. 16. & cum
21 plures causæ fuerint cumulatiuæ narratæ, *
sufficit, quod vna subsistat ad validitatem obli-

gationis *Menoch. conf. 385. num. 1. Seraphin. dec. 1432. n. 9.*

Et Ita fuit resolutum vtraque &c.

Præsens decisio fuit confirmata die 9. Decembris sequentis.

IMOLEN. SVCCESSIONIS QVARTAE.

Veneris 28. Iunij 1624.

ARGVMENTVM.

Patet ex summario.

SVMMARIVM.

1 *Datur biennium ad finiendam, & prosequendam appellationem.*
2 *Quo elapso si fatalia non fuerunt prorogata causa efficitur deserta.*
3 *Terminus, cuius lapsu appellatio efficitur deserta dicitur fatalis.*
4 *Omnis terminus statutus à Iure dicitur fatalis secundum* Bald.

DECISIO MDXXVIII.

Dubitaui vna tantum parte informante, an constaret de re iudicata, quæ veniret exequenda, & quantum attinet ad primam partem dubij affirmatiue fuit resolutum, qui sententia fuit lata die 3. Iulij 1620. & appellatio interposita die 8. eiusdem mensis, & tamen absque eo, quod fatalia fuerunt prorogata, causa non fuit expedita intra biennium, quod datur ad finiendam, & prosequendam causam
1 appellationis * *c. cum sit Romana de appellat. in 6.* quo elapso si interim fatalia non fuerunt
2 prorogata causa efficitur deserta, & mortua, quasi fato cesserit, ideoque omnis terminus, cuius lapsu appellatio efficitur deserta dicitur
3 fatalis * *Præposit. in c. personas num. 9. vers. & est aduertendum de appellat.* & demum omnis
4 terminus statutus à Iure est fatalis * secundum *Bald. in l 2. n. 2. not. 2. C. de Temper. & repar. appell.*

Quantum attinet ad secundam partem dubij, quia hæc causa fuit proposita 23. *Ianuarij* 1621. & aliqui ex Dominis habuerunt difficultatem super iustitia sententiæ Rotalis, ideò ad effectum executionis, causa iterum poterit proponi.

CIVITATIS CASTELLANAE IVRIS PASCENDI.

Veneris 28. Iunij 1624.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Ad Cessionarij hæredes spectat commodum cessionis.*
2 *Sententia lata ad fauorem locatoris prodest etiam conductori.*

DECISIO MDXXIX.

Sententia Rotalis de cuius confirmatione agitur condemnat Communitatem, & Homines Gallesij ad restituendum Fratribus de Vannis scut. 1763. & ba. 99. pro fructibus ipsis tangentibus à die motæ litis, quæ quidem sententia videtur iusta, quia ad Curtium fratrem istorum fratrũ spectabat tertia pars; totius affictus, cuius fructus ascendunt ad sc. 1307. b. 80. insuper ad ipsum spectabat etiam tertia pars, cuius fructus ascendunt ad scut. 456. ba. 19. & sic in totum ascendunt ad scut. 1763. ba. 99. vt bene fuit ponderatum in *decis. R. P. D. mei Vbaldi 1. Decembris 1623.*

Neque obstat, quod istæ pecuniæ spectarent ad Paparentios, qui erant Conductores, quia cum Curtius habuerit participationem, & cessionem pro dictis partibus, huiusmodi
1 fructus spectant ad illius hæredes, * prout sunt filij vt patet ex illius testamento.

Non obstat, quod Communitas, & Homines non fuerunt in mala fide respectu istorum de Vannis, ad quorum fauorem nec fuit lata sententia, quia sufficit, quod Moniales Dominæ directæ obtinuerint, cum sententia lata ad fauorem locatoris prosit etiam conducto-
2 ri * *Put. dec. 11. numer. 5. lib. 1. in nou.* & fuit dictum in hac causa *coram R. P. D. meo Vbaldo 3. Decembris 1621. & 13. Maij 1622. & prima Decembris 1623.* in quibus *decisionibus* respondetur omnibus alijs, quæ in contrarium facere possunt, vt benè dicitur etiam de liquidatione.

Et ita resolutum in maximam contumaciam alterius partis &c.

Præsens decisio fuit confirmata die 8. Nouembris sequentis, coram eodem, & coram Merlin. decis. 165.

ROMANA BONORVM.

Veneris 28. Iunij 1624.

ARGVMENTVM.

Pro legatis competit hypotheca legalis & sic Saluianum. Cætera de immissione vigore *leg. fin. C. de Aedict. Diu. Adr. toll.*

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca legalis competit pro legatis.*
2 *Saluianum competit pro legatis.*

Sal-

Saluianum ad hypothecariæ exemplum fuit institutum num.2.

3 *Cessionario hæredis competit remedium* leg. final. C.de ædict.Diu.Adr.toll. *sicut ipsi hæredi.*

4 *Immissio vigore* leg.fin. C. de ædict. Diu. Adr. toll. *competit pro consequendo iure habitandi competenti Testatori.*

5 *Immissio vigore* l.fin. C.de ædict. Diu.Adr.toll. *non impeditur ex quo sit iniunctim onus, quod habitantes teneantur soluere certam quantitatem pecuniarum.*

6 *Immissio vigore* leg. fin. C. de ædict, Diu.Adr. toll. *non potest impediri per exceptionem, cuius conditio adhuc non est purificata.*

DECISIO MDXXX.

FVit resolutum Patribus S.Augustini discalceatis dandam esse immissionem, nedum quoad bona sibi legata, sed etiam quoad bona, in quibus Dianæ, & Tomassinæ fuerunt hæredes institutæ.

Constat enim de identitate bonorum, & de obitu Testatoris in possessione, & hæc non controuertuntur. Nam quoad bona ipsis PP. S. Augustini legata competit Saluianum, quia
1 pro legatis competit hipotheca legalis, * vt in *l.1. C. communia de legat.* & propterea etiam
2 Saluianum,* quod ad hypothecariæ exemplum institutum fuit, vt in *l.1.C.de precar. & Saluian.* & ibi *gloss. & DD.* & fuit latè deductum in causa *Viterbien.Castrorum 10.Iunij 1622. & 12. Iunij 1623. & 10. May huius anni coram me.* Quo verò ad bona, in quibus fuerunt institutæ Diana, & Tomassina, cum ab illis habeant cessionem competit remedium *l. final.C. de Æ-*
3 *dict. Diu. Adr. tollen.** quod competit etiam cessionario hæredis, non secus ac ipsi hæredi, *Bald.cons.186.numer.7.lib.1.Tiraquell.de retract. lignager.§.26.gloss.1. numer 49. Menoch. de adipisc.remed.4.numer.49.Peregrin. de fideicommissis art.48.numer.1.*

Non obstat, quod ista bona prius fuerint donata PP.Bernabitis, qui se opponunt, quia aut agitur de domo, & cum contineat expressam reseruationem iuris habitandi pro dictis
4 Sororibus, non adest difficultas, * quod illud ius remansit penes Testatorem, & illius hæredes, vndè etiam pro illo iure competit immissio *Castr.in d.l.fin.numer.15.C.de Ædict.Diu. Adrian. Tollen. Zuccard. ibidem num. 362. Menoch. de adipisc. remed.1. numer.83.* nec immissionem potest impedire reseruatio facta per donantem ad fauorem donatariorum, quod scilicet inhabitantes teneantur soluere annua
5 *scuta* 50. * quia hæc qualitas addit onus, non autem potest impedire immissionem. Aut verò agitur de censibus, & locis Montium, & cum effectus donationis fuerit collatus post
6 mortem dictarum Dianæ, & Tomassinæ, * & illius nepotis, condirione adhuc non purificata, non possunt Patres Bernabiti impedire immissionem *Caputaq.dec.346. numer.4. par.2.*

ALERIENEN. PENSIONIS.

Lunæ 1. Iulij 1624.

ARGVMENTVM.

Manutentio in quasi possessione exigendi pensionem debetur translatario, qui docet de eius quasi possessione, etiam per vnicam tantum solutionem factam à non habente expressum mandatum à titulari, dumodo tamen adsit præsumptum, quod probatur ex circumstantijs facti, de quibus in decisione.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio in quasi possessione exigendi pensionem debetur ei, qui docet de vnica solutione, cum versetur in incorporalibus.*

2 *Amplia etiamsi solutio fuerit facta à non habente mandatum expressum cum quis non præsumatur iactare suum, eo magis dum concurrunt circumstantiæ, de quibus ibi & num.8.*

3 Rot.decis.2.de caus.possess.& propriet.in antiq. *in quo casu loquatur.*

4 *Domesticus præsumitur habuisse relationem cum Domino, vel amico de re sibi spectante.*

5 *Patres Clerici minores, & eorum Religio viuit in maxima puritate.*

6 *Frater non præsumitur voluisse supplantare fratrem cum notabili præiudicio.*

7 *Religiosa persona non debet redargui de iniquitate.*

9 *Experceptione partis pensionis quis constituitur in quosi possessione exigendi totum.*

10 *Non habens titulum si vtatur parte iurisdictionis, non acquirit possessionem, nisi quoad illam partem, secus autem si habeat titulum.*

11 *Ab Vrbe ad Ciuitatẽ* Aleriæ *quanto tempore eatur, & reuertatur.*

12 *Litteræ, quæ ab Vrbe mittuntur ad Ciuitatem* Aleriæ *transmittuntur Iannam per Tabellarium, qui expeditis equis accedit vbi adest continuo transitus ad Insulam Corsica.*

13 *Insula* Corsicæ *est sub Dominio Ianuensi.*

14 *Littera titularis, quæ referuntur ad transferentem possunt intelligi demonstratiuè, scilicet ad initium reseruationis pensionis ad effectum euitandi ignorantiam translationis pensionis.*

15 *Ad translatarium spectat terminus pensionis, pro quo de tempore translationis non exat orta actio transferenti.*

DECISIO MDXXXI.

BO. me. Cardinalis Saulius in bona existens valetudine pensionem *scut.*1000. auri in anno alias sibi per *fælic.rec.Gregorio XIIII.* reseruatam super fructibus mensæ Episcopalis Aleriem. vigore facultatis sibi concessæ à *S. m. Gregorius XV.* Nonas Martij 1621. transtulit in D.Antonium Manfronum, & modernus E-

piseo-

piscopus post istam translationem fuit in Curia nempè de mense Maij 1622. vt patet in Visitatione Liminum Apostolorum, qui quidem D. Antonius exegit à Banco D. Iustiniani duas partitas videlicet prima 9. Martij 1623. *sc.* 500. auri in auro stamparum vigore ordinis dati per Patrem Benedictum Iustinianum Clericum Minorem fratrem carnalem moderni Episcopi, qui quidem ordo continebat, *sarà contenta di pagare scudi cinquecento d' oro in oro stampe al Signor Antonio Mansrone, & dite sono per la pensione di scut.* 1000. *simili sopra li frutti della Chiesa d' Aleria, transferita dal Signor Cardinale Saulo in testa sua per lettere, e Breui Apostolici, e questi scut.* 500. *se li pagano per il termine di S. Giouanni* 1622. *&c.* secundam *scut.* 418. stamparum vigore ordinis dati eidem Banco per eundem D. Iustinianum sub die 8. Iulij 1623. per hæc verba, *quali può pagare à buon conto della pensione, che hà sopra li frutti della Chiesa d' Aleria, e questi dell' annata maturata in Natale prossimo passato &c.* Stante hac serie facti dubitaui, an Domino Antonio esset dandum mandatum de manutenendo, & affirmatiuè fuit resolutum, quia de eius possessione constat saltem ex secunda solutione, vt statim dicetur,
1 quæ licet vnica sufficit, * cum versemur in incorporalibus *Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina númer.* 13. *de caus. possess. & propriet. Rot. dec.* 17. *numer.* 1. *par.* 2. & fuit resolutum in istis terminis in causa *Spoletana pensionis* 21. *Iunij* 1619. *coram R.P.D. meo Vbaldo*, & nouissimè in causa *Calagurnana pensionis* 17. *Iunij huius anni coram Reuerendissimo D. meo Patriarca*.

Quod enim dicta solutio sufficiat etiã quod non constet de mandato Patris Benedicti Iustiniani, qui soluit nomine Episcopi fratris satis patet, cum Pater Benedictus soluerit primam
2 summam scut. 500. auri in auro, * & deindè secundam scut. 418. similium, quarè sine dubio præsumitur soluisse de mandato Episcopi *Rot. dec.* 2. *de caus. possess. & propriet. in antiq.* quæ mouetur ea ratione, quia quis non præsumitur iactare suum *Cassad. dec.* 3. *sub num.* 4. *vers. item secundum Rotam, de Proc san. mem. Gregorius dec.* 275. *n.* 3. neq; est faciẽda vis, quod adsint duæ tantum solutiones, quia licet *Rota d. dec.* 2. loquatur quando retroactis temporibus fuit fa-
3 cta solutio,* tamen *Cassad.* affirmat sufficere constare de tali solutione antecedenti, quæ alias si probaretur legitimè facta sufficeret ad manutentionem, quia solutiones posteà factæ satis censentur factæ de mandato Domini, quod maximè procedit in hac facti specie, cũ nedum concurrat Titulus D. Antonij, scilicet translatio pensionis, sed etiam quantitas soluta, & qualitas personæ soluentis, qui nedum est frater Episcopi, sed persona Religiosa, vnde non est verisimile, quod voluerit fratrem supplantare, vnde eo magis pręsumitur mandatum dicti Patris Benedicti ex latè congestis in prædicta *decisione san. mem. Gregorij* 275. *num.* 3. & ibi *Addent. in litt. E.* Eoque magis prædicta videntur procedere, quia post dictam translationem D. Modernus Episcopus videlicet de mense Maij 1622. fuit in Curia, vndè non est verisimile, tanquam bo. mem. Cardinalis Sauli domesticus de dicta translatione hoc est de re sibi
4 spectante * nullam relationem habuerit.

Neque etiam obstat, quod istæ coniecturæ eliduntur, ex quo pensio prius soluebatur bo. me. Cardinali Saulio, quia hoc nihil videtur facere, non enim est verisimile, vt dictum est, quod frater, & ex ea religione, quæ viuit in
5 maxima puritate* voluerit supplantare fratrem cum tam notabili præiudicio, * constituendò
6 iuuenem in possessione exigendi, cum alias pensio fuisset soluenda seni octuagenario; Eoque magis quia credendũ est, vt modo fuit consideratum D. Episcopum de hac translatione aliquam habuerit notitiam; Et cessat omnis difficultas, cum à solutione prima vsque ad secundam secundæ interuenerint quatuor menses, non est dicendum, quod P. Benedictus minimè fratrem certiorasset, & de eius mandato non fecerit secundam solutionem, alias enim
7 frater, & persona Religiosa redargueretur de maxima iniquitate, * quod non est dicendum, & hæc vltima solutio est, quæ præsumitur facta
8 de mandato fratris, * & inducit ratificationem primæ; Itaut de possessione D. Antonij non sit ambigendum ex *Rot. d. dec.* 2. *Cassad. & alijs supra allegatis.*

Et ista vltima solutio suffragatur etiam quod non sit pro integro termino, quia aut ex illa agitur ad ratificationem primæ solutionis, & parum refert, quod non sit pro toto termino; aut agitur, vt ex illa concederetur manutentio, & pariter suffragatur, quia cum D. Antonius habeat titulum vniuersalem translationis pen-
9 sionis*ex receptione partis cõstituitur in quasi possessione percipienda totum *Bartol. in l.* 1. *§. si quis hoc interdicto n.* 1. *vers. num. probata ff. de itiner. actaque priuat.* vbi quod si quis non habens titulum vsus est parte iurisdictionis, * non ac-
10 quirit possessionem, nisi quoad illam partem, si vero habet titulum, tunc ex quasi possessione in vno actu acquirit possessionem respectu totius, quia censetur habere animum totum acquirendi *Gigas. de pens. q.* 84. *per tot.* & signanter *antè num.* 1. *vers. circa primum* & fuit in terminis nostris resolutum in dicta causa *Spoletana pens. & in prædicta Calaguritana* in qua *Rot.* sequitur *Bart. in d. §. si quis hoc interdicto.*

Neque potest fieri fundamentum, quod à solutione primi termini vsque ad solutionem secũdi termini intercesserint quatuor menses, qui non sufficiunt, vt in isto tempore Ciuitas Ale-
11 rien. posset peti,* & ex ea responsum haberi, vt Testes videntur deponere, & sic P. Iustinianus non potuit Episcopum certiorare; Quia quicquid sit, si quis vellet ab Vrbe tempore hiemali per mare discedere, est repetendum, quod prima solutio fuit facta de mense Martij; Secunda de mense Iulii, & sic tempus itermedium est optimum ad nauigandum, & sufficiens ad eundum, & redeundũ ab Vrbe ad Aleriam, vt deponunt iidem testes; Vlterius fuit consideratum,
12 quod litteræ transmittuntur Ianuam per Tabellarium, * qui expeditis equis accedit vbi adest continuò transitus ad Insulam Corsicæ,
13 quæ est sub dominio Ianuensi, * Vnde nedum

intra

intra tempus quatuor mensium, sed longè minus tempus epistolæ possunt transmitti, & recipi etiam responsiones, vt in fide, quæ data fuit, & res est notoria apud illos, qui situationem orbis aliquo modo notam habent: Et cessaret omnis difficultas si admitteremus, quod D. Episcopus de hac translatione in Vrbe scientiam habuerit.

Neque est verum, quod constat de contraria mente Domini Episcopi, ex litteris per ipsum datis. Nam siue attendamus litteras datas P. Benedicto fratri sub die 15. Ianuarij 1623. nihil faciunt, quia dum dicunt *per le pensioni de Siguori Cardinali Sauli, e Borghese* possunt intel-
14 ligi demonstratiuè ad initium * reseruationis pensionis, quæ fuit facta bo. me. Cardinali Saulio, & sic litteræ essent sine dubio interpretandæ, quod in Curia habuerit notitiam translationis; Sed cessat omnis difficultas, quia pensio primo loco fuit soluta D. Antonio 9. Martii 1623. & sic dictæ epistolæ longè præcedunt solutionem, & medio tēpore Dominus Episcopus potuit certiorari de trāslatione prædicta, quia cum dicta prima solutio fuerit facta Domino Antonio, & etiam secunda, ex dicta secunda saltim fuit acquisita possessio, vt supra deductum est. Litteræ verò Ianuæ datæ per Iustinianum sub die 25. Ianuarii, & 4. Martii eiusdem anni, dum loquuntur de pensionibus Cardinalium habent responsiones, de quibus supra, & loquuntur de ordine dato per prius scilicet ante diem 25. Ianuarii, quia aliæ litteræ dependent ab illa data ab eodem Iustiniano die 25. Ianuarii, & sic cum solutiones factæ D. Antonio fuerint factæ longè, post dictus ordo longè anterior non officit, quia potuit mutari prout censetur mutatus saltim in secunda solutione ex supra deductis.

Denique non releuat, quod pensio fuit translata 5. Nonas Martij anni 1621. & tamen D. Antonius non exegit terminos eiusdem anni, ad quem oedum terminus natiuitatis anni sequentis, sed etiam S. Ioannis antecedentis spectabat, licet pensio fuerit translata de mense
15 se Martij, cum antequam oata esset actio * illius termini Cardinalis transtulisset *Put. dec. 14. lib. 3. Gabr. conf. 191. num. 3. lib. 3. Rot. dec. 240. num. 4. in fin. part. 1. in recent.* quia quicquid de veritate huius facti, oon oocet D. Antonio, qui potuit D. Cardinali gratiose, & post factum remittere illos duos terminos, etsi non remisit poterit agere contra hæreditatem, sed hoc non prodest D. Episcopo, respectu cuius satis est, quod doceat de possessione valida quandocunque acquisita, quæ sufficiat ad effectum manutentionis prout ista sufficit *ex superius adductis*, Et ita, &c.

Præsens decisio fuit confirmata die 16. Decembris sequentis.

ROMANA PALATII DE FERRATINIS.

Lunæ 1. Iulij 1624.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Obligatus tenetur dum euenit casus eius obligationis.*

2 *Obligatio Cameralis non admittit exceptiones extrinsecas à contractu.*

3 *Venditione resoluta emptori debet restitui pretium absque vllo vinculo, sicut ipse soluit, nec inuitus potest cogi illud vinculatum recipere.*

DECISIO MDXXXII.

Domini resoluerunt mandatum esse relaxandum contra D. Fuluium, & fratres de Ferratinis stante clara illorum obligatione, quod in euentum in quem præfereretur venditio facta R. P. D. Viues venditioni factæ D. Fælici ipsi tenerentur ad restitutionē prerij sc. 14500.
1 quod cum euenerit, * & quidem iuste, vt patet ex *decisionibus* Rotalibus intrat obligatio dictorum frarrum *l. huiusmodi l. si quis stipuletur & l. à Titio ff. de verb. obligat.* quæ quidem obligatio cum sit in forma Cameræ non admittit
2 exceptiones extrinsecas à contractu * *Cassador. dec. vnica de mut. petit.*

Neque obstat, quod Ferratini consentiant quod D. Fælix percipiat pretium depositatum per D. Viues, quia cum *S. D. N.* mandauerit illud consignari cui de iure, & voluerit illud esse subrogatum loco Palatij pro euictionibus, & hypothecis, D. Fælix noo est cogenda
3 inuita recipere huiusmodi pretium, * quia sicuti soluit prætium absque aliquo vinculo, ita liberè debet sibi restitui absque aliquo vinculo & obligatione.

Non obstat, quod cosignatio huius pretij depositati per D. Viues est facienda Ferratinis, quia hoc non est præsentis inspectionis, sed de hoc erit agendum citatis alijs interesse habentibus, & præsertim ipso R. P. D. Viues.

Præsens decisio fuit confirmata die 20. Decembris sequentis & 28. Nouembris 1625.

CASALEN. CANONICATVS

Lunæ 1. Iulij 1624.

ARGVMENTVM.

Manutentio debetur anteriori possessori aduersus immissionem nulliter, vel attentate concessam à iudice. A sententia executoris mixti datur appellatio. Manutentio datur in gradu restitutionis in integrum.

SVMMARIVM.

1 *Possessio anterior probatur ex confessione partis, quæ illum intrusum appellat, quæ qualitas intru-*

trusionis reijcitur, nisi contrarium probetur.
2 *Manutentio debetur anteriori possessori.*
3 *Clausula* vocatis *facit executorem mixtum.*
4 *A sententia lata ab executore mixto datur appellatio.*
5 *Possessio capta vigore sententiæ latæ ab executore mixto debet reuocari per viam attentatorum, si fuit capta pendente tempore ad appellandum, & per viam nullitatis si non fuit appellatum. Ampl. num.* 8.
6 *Manutentio non potest peti aduersus immissionem concessam, dum ei acquieuit.*
7 *Appellatio ab vlteriori processu quando sit licita.*
9 *Manutentio potest peti in causa restitutionis in integrum maxime dum concurrunt ea, de quibus ibi.*

DECISO MDXXXIII.

FVit resolutum Francisco Bilio dandum esse
mandatum de manutenendo, quia de eius
possessione anteriori constat ex confessione
partis in sua gratia, quæ appellat illum intru-
sum, quæ quidem qualitas intrusionis reijci-
1 tur, * nisi contrarium probetur, cum delictum
non præsumatur, & ideo remanet simplex con-
fessio possessionis *Rot. dec.* 802. *num.* 1. *& seqq.
part.* 1. *diuers. & fuit pluries resolutum* quare
anteriori possessori non potest denegari ma-
2 nutentio * §. *hodie instit. de interd.*

Non obstat posterior possessio Fæderici, quæ
cum sit posterior præsumitur clandestina, &
licet fuerit capta de mandato Iudicis, nihilo-
minus cum nulliter processerit non priuauit
Franciscum sua possessione; Quoad autem nul-
liter processerit satis patet, quia executor erat
3 mixtus propter clausulam *vocatis &c.* * *c. ex-
hibita vbi Felin. num.* 4. *vers. et nota id, quod di-
citur de iudic.* & propterea ab eius sententia da-
4 batur appellatio, * vnde cum concesserit man-
datum de immittendo, pendente tempore ad
appellandum, non potest dubitari, quin pos-
5 sessio inde capta sit attentata, * vel si non fuit
appellatum possit reuocari per viam nullitatis
Cæsar. de Graff dec. 2. *de appellat.*

Neque obstat, quod Franciscus non appel-
lauerit à dicto mandato de immitendo, & ideò
censetur acquieuisse, & stante ista acquiescen-
6 tia non potest petere manutentionem, * etiam
quod Rota non exequatur sententias aliorum
Tribunalium, nisi docto de iustitia, quia hic
non agitur de exequendo sed de sola acquie-
scentia, vt in causa *Camerinen. Pensionis* 22.
Maij 1562. *coram bo. me. Gipsio*: Nam fuit re-
sponsum hic non adesse acquiescentiam, quia
Franciscus allegauit suspectum iudicem, &
7 appellauit ab vlteriori processu, * quod est li-
citum facere in hoc casu *Innocent. in c. cum
speciali num.* 6. *de appell.* & ibi *Franc. in vlt. col.
sub num.* 7. *versus finem vers. sed certum est nullo
modo,* & propterea non adest ista acquiescentia,
quæ suffragatur.

Neque obstat, quod non fuerit prosecutus
appellationem, quia nihilominus prædicta
8 procedunt * *Achill. dec.* 3. *de except.* & in om-
nem euentum sufficit, quod ex prædictis col-
ligatur non acquiescentia, & quod propterea
in causa restitutionis in integrum possit petere
9 manutentionem, * cum illã ante acquiescentiam
commiserit; In causa enim restitutionis in in-
tegrum quando prædicta concurrunt nõ dene-
gatur manutentio *S. m. Greg. dec.* 458. *num.* 8.
vbi late *Adden. in litt. B.*

Et ita conclusum vtraque parte informante.

GERVNDEN. ABSOLVTIONIS.

Mercurij 31. *Iulij* 1624.

ARGVMENTVM.

Quando sit locus absolutioni ad cautelam à sententia excommunicationis nec ne vberrime in præsenti decisione discutitur, & plures traduntur distinctiones; & esto quod ei sit locus quomodo, & quibus cautionibus deueniatur ad talem actum, & quando dicatur impartita sufficiens iurisdictio Iudici ad effectum concedendi talem absolutionem, & quid si Auditor Rotæ sit Iudex. Auditores Rotæ qualiter olim in causarum cognitione, & expeditione procedebant, & qualiter hodie.

SVMMARIVM.

1 *De excommunicatione nulla, quando quis conqueritur, antequam talis pronuncietur quid sit permittendum.*
2 *Excommunicationis sententia lata post appellationem est nulla n.* 7.
3 *Excommunicationis sententia si contineat errorem intollerabilem patentem, & notorium est nulla num.* 8.
4 *Excommunicationis sententia quando dicatur nulla.*
5 *Excommunicationis nullitate probata, excommunicatus non indiget absolutione, secus probata validitate.*
6 *Excommunicatus si petat absolutionem ad cautelam, tunc ferenda est absolutio ante omnem probationem.*
9 *Absolutionem Rota semper dat ad cautelam à censuris latis extra Curiam.*
10 *Secus si censura lata sint in Curia.*
11 *Absolutio ad cautelam fit in dubio propter periculum communionis vel læsionis iustitiæ.*
12 *Excommunicatus dum absoluitur ad cautelam hoc nihil interest partis.*
13 *Excommunicatio si iniusta allegetur, non est agendum de absolutione ad cautelam, sed excommunicatus est absoluendus antequam audiatur, & alter non debet audiri.*
14 *Et excommunicatus interim potest facere suas probationes.*
15 *Excommunicatio si nulla allegetur, probata nullitate*

litate excommunicatus non indiget absolutione, & ideo auditur, & admittitur ad probationes absque absolutione.

16 *Excommunicatus nulliter si petat absolutionem ad cautelam ei est concedenda.*

17 *Excommunicator in quibusdam casibus antequam impartiatur absolutio ab excommunicatione, quae allegatur iniusta est audiendus.*

18 *Ut si vellet probare excommunicationem fuisse latam propter offensam notoriam, ad quod probandum datur tempus octo dierum.*

19 *Et si probetur manifesta offensa non debet absolui, alias secus.*

20 *Excommunicator si dicat super excommunicatione adesse rem iudicatam est audiendus, & Iudex debet admittere articulos excommunicantis, alias datur appellatio.*

21 *Excommunicator si afferat sententiam fuisse latam propter notoriam contumaciam est audiendus.*

22 *Excommunicatus quando negat contumaciam tunc est absoluendus absque refectione expensarum.*

23 *Excommunicatus si se contumacem confitetur, vel alias de contumacia constet tunc non debet absolui, nisi prius refectis expensis ac praestita cautione de stando iudicio.*

24 *In excommunicato, quando contumacia ex probabilibus causis est dubia non impeditur absolutio, nec ante omnia arctandus est excommunicatus ad satisfactionem expensarum.*

25 *Declara quod non impendatur absolutio simpliciter, sed ad cautelam.*

26 *Absolutio ab excommunicatione quando datur requiritur citatio partis, cuius interest.*

27 *Limita primo quando periculum est in mora.*
Limita secundo quando Summus Pontifex gratiam facit n. 27.

28 *De excommunicatione debet constare ad hoc ut ab ea quis absoluatur.*

29 *Amplia procedere etiam quando simpliciter petitur absolutio, quicquid antiquioribus temporibus fuerit seruatum.*

30 *Excommunicationis nullitas si allegetur ex defectu iurisdictionis non est de facili danda absolutio ad cautelam, nisi prius defectus iurisdictionis ex aliqua parte probetur.*

31 *Iurisdictionis defectus saltem semiplene est probandus, quando petitur absolutio ab excommunicatione ad cautelam ob huiusmodi defectum.*

32 *Si excommunicationis allegentur alia nullitates praeter defectum iurisdictionis non tenetur petens absolutionem ad cautelam nullitatis causam exponere, oportet tamen illam in specie nominare.*

33 *Absolutio ab excommunicatione lata in Curia dum conceditur tunc cautius, & secundum merum ius est agendum.*
Secus à censuris latis extra Curiam, à quibus Rota passim dat absolutionem ad cautelam sine causa cognitione n. 33.

34 *Excommunicatus quando absoluitur debet praestare cautionem de parendo iuri.*

35 *Excommunicatus pro notoria offensa, vel contumacia, ut absoluatur non sufficit iuratoria cautio sed exigitur prius satisfactio.*

36 *Excommunicatus quando absoluitur ad cautelam de stylo Rotae non recipitur iuramentum, nec cautio praestatur, nec satisfactio impeditur.*

37 *Absolutio cum reincidentia quando datur tunc tot cautiones, & cautelae non requiruntur.*

38 *Absolutoria ab excommunicatione ad cautelam quando conceditur non refert an fiat per verbum relaxationis, an absolutionis.*

39 *Facultate absoluendi à censuris concessa non censetur data facultas absoluendi ad cautelam. Contrarium n. 41. Declara n. 42.*
Sub clausula cum facultate absoluendi à censuris *apposita in commissione quid censeatur concessum n. 39.*
Facultas absoluendi ad cautelam ab excommunicatione non venit sub generali facultate absoluendi à censuris n. 39.

40 *Absolutio ab excommunicatione non est cuique iudici permittenda, nisi sit à iure in specie permissa vel ex speciali rescripto concessa.*

43 *Absolutio ab excommunicatione nec in foro conscientiae, quando agitur de tertij praeiudicio sine speciali facultate, & satisfacta parte dari nequit.*

44 *Absolutus simpliciter ab excommunicatione non censetur absolutus ad cautelam.*

45 *Absolutio ad cautelam non pure tribuitur, sed sub conditione condonatur.*

46 Gloss. in cap. Capitulum in verbo relaxetis de rescript. *declaratur.*

47 Text. in cap. ad praesentiam de appellat. *quo casu loquatur.*

48 Text. in cap. veniens de test. *loquitur de facultate tributa absoluendi ad cautelam.*

49 *Absolutione commissa in partibus Iudex potest ad cautelam absoluere ab excommunicatione*

50 *Secus autem si sit commissa in Curia, etiam Auditori Rotae propter facilem aditum ad Papam.*
Auditor Rotae non potest absque speciali commissione absoluere ab excommunicatione ad cautelam numer. 50. Contrarium numer. 52. 65. & 68.
In Curia facilis est aditus ad Pontificem numer. 50.

51 *Auditores Rotae habent ordinariam iurisdictionem in cognoscendo, & delegatam in pronunciando & n. 57.*

52 *Auditores Rotae possunt ad cautelam absoluere ab excommunicatione, prout possunt Iudices ordinarij n. 65. & 68.*

53 *Auditores Rotae non comprehenduntur sub decreto* Conc. Trid. sess. 25. cap. 3. de reform. *ex quo in procedendo habent iurisdictionem ordinariam.*

54 *Auditores Rotae olim non habebant iurisdictionem ordinariam in procedendo.*

55 *Auditores Rotae in procedendo licet sint ordinarij; tamen in processibus suis utuntur via delegata, hodie tamen non ita strictè id seruatur, & quare.*

56 *Commissio una sufficit in Rota in qualibet instantia & n. 63.*

58 *Auditores Rotae secundum stylum antiquum non poterant exequi eorum sententias ob facilem aditum ad Principem; secus quando causa committebatur in partibus.*

Audi-

59 *Auditores Rota olim faciebant expeditiones causarum sub plumbo, & sic nomine Papa.*
Castador. decis. 6. num. 11. de caus. possess. & propr. *in quo casu loquatur n. 59.*

60 *Sub Bulla aliquid expedire idem est ac sub plumbo.*

61 *Auditores Rota hodie vigore Innocentianæ, & aliarum facultatum faciunt expeditiones sub eorum nomine.*

62 *Nec egent alia commissione.*

64 *Executoriales in Rota impetrantur absque noua commissione, quæ licet aliquando a partibus obtineatur, hoc tamen fit ex eorum voluntate non ex necessitate.*

66 *Auditores vigore vnicæ commissionis procedunt pro omnibus indigentijs in qualibet causa.*

67 *Auditores Rota vigore primæ commissionis causas cognoscere, & decidere possunt cum omnibus, & singulis dependentibus, & emergentibus, ac alias quomodolibet incidentibus.*

68 *Absoluendi ad cautelam facultas venit sub clausulis amplissimis, quæ ponuntur in primis comissionibus Rotalibus.*

Absolutio ab excommunicatione ad cautelam est de connexis negocio principali n. 68.

DECISIO MDXXXIII.

ABbas de Rode pretextu exemptionis quædam proposuit ædicta; Episcopus autem præcepit, vt illa amoueret sub pæna excommunicationis, quod cum Abbas facere neglexerit, illum excommunicatum declarauit, à quâ declaratione appellauit Abbas, & commisit causam in Rota cũ facultate absoluendi: Vnde disputato dubio *primi die huius mensis coram Reu. P. D. meo Archiepiscopo Seleucien*, An Abbati esset danda absolutio ad cautelam, propter multiplicationem causarum, cum materia non posset plenè discuti, fuit ordinatum, vt absolueretur cum reincidentia per totum mensem Nouembris proximi, sed cum Abbas talem absolutionem renueret recipere absente dicto Reuerendissimo D. meo Archiepiscopo consului DD. in Congregatione facta supradicta die super dicta absolutione impartienda, circa quam de tribus contingit dubitare. Primo An versaremur in casu, in quo debet dari absolutio ad cautelam; Secundo quatenus sic, quomodo esset danda; Tertio an adesset sufficiens iurisdictiô âd absolutionem impartiendam.

Quantum attinet ad primum, materia habetur expressa in *c. cum contingat* 36. *de off. deleg.* quam exornant *ibid. DD.* & præcipuè *Abbas num. 1. & seqq.* in quo habetur, quod quando quis conqueritur de excomunicatione nul-
1 la, * antequam talis pronuncietur, debent recipi probationes vtriusque partis super nullitate, & validitate, vt videatur an absolutione
indigeat, qui tex. licet ponat duo tantùm nul-
2 litatis exempla: * primum cum sententia proponitur lata post appellationem; secundum error cum intollerabilis allegatur expressius in
3 sententia, * quo casu non sufficit error intollerabilis, nisi sit patens, & notorius vt in *c. per tuas de sent. excom.* vbi etiam habetur materia *Butr. in d. c. cum contingat num.* 11. quibus duobus casibus indubiè excommunicatio nulla est, idem tamen dicendum in alijs, vbi excom-
4 municatio allegatur nulla eadem ratione, * vt notat *Abbàs in d. c. num. 2. vers. 2. regula*, & ista est communis opinio, vt per *Couar. in cap. Alma mater de sent. excom. in 6. par. 1. §. 12. num. 7. vers primum* multos nullitatis casus ponit *gloss. in c. præsenti in verbo ad cautelam de sent. ex. com. in 6.* Ratio est, quia probata nullitate non in-
5 diget absolutione, * secus probata validitate, vt habetur in d. *text. & not. DD. ibid.* & præsertim *Abb. num. 2. vers. ratio 2. casus*.

Attamen si proponens nulliter fuisse excommunicatum petat absolui ad cautelam tunc fe-
6 renda est absolutio ante omnem probationem *cap. solet in fin. de excom. in 6. c. venerabilibus §. porro eod. tit. in 6. Abb. d. c. cum contingat num. 2. de off. deleg. Rot. decis. 9. de sent excom. in antiq.* vbi de excommunicatione, lata post in-
7 terpositam appellationem * *Fastol. dubit. 36. n. 1.* vbi de nullitate quando scilicet sententia continet errorem intollerabilem * *Franc. in d. c. solet num 9. vers. si vero dubitatur, & num. 10. Gem.*
8 pariter *num. 10. de sent. excom. Rot. decis. 7. eod. tit. in antiq. & decis 6. eod. tit. in nouis* quæ vna cum *DD.* prædictis loquuntur in puncto quando allegatur nullitas, ex quo inferior est exemptus, quæ Rota de stylo semper dat abso-
9 lutionem ad cautelam à censuris latis extra
10 Curiam * *Put. decis. 36. lib. 1. in nou.* licet secus fit si censuræ latæ sint in Curia * *Put. d. dec. & Verall. decis. 2. lib. 2.* & iste stylus forsan inoleuit, quia absolutio ad cautelam fit in dubio propter periculum communionis, vel læsio-
11 nis iustitiæ, * vt in *d. c. solet & in d. c. venerabilibus §. porrò Rot. decis. 9. num. 2. de sent. excom. in nou.* & propterea antequam videantur acta de partibus requiritur tempus, interim pars est absoluenda ad cautelam, quod nihil
12 interest partis, * vt patebit ex mox dicendis; Et quamuis si allegetur excommunicatio iniusta, non esset agendum de absolutione ad
13 cautelam, * sed excommunicatus est absoluendus, antequam audiatur, & aliter non debet audiri, & interim excommunicatus potest facere
14 suas probationes, * vt habetur in *d. c. cum contingat*, & ratio est, quia non admittitur per prius probatio, cum in omnem euentum absolutio sit impetranda, ex quo præsupponitur vinculum, & propterea frustra expectatur euentus, cuius nullus est effectus propter cautiones, quæ debent præstari *d. c. cum contigat* vbi not. *Abb. n. 1 vers ratio vtriusque regulæ*, at secus est, quando excommunicatio allegatur nulla, quia vt supra
15 dictum est, * probata nullitate, excommunicatus non indiget absolutione, & propterea auditur, & admittitur ad probationes absque
16 absolutione, si tamen illam petat ad cautelam * ex rationibus prædictis conceditur.

Est tamen audiendus excommunicatus in quibusdam casibus antequam impartiatur absolutio ab excommunicatione, quæ allegatur
17 iniusta, * vt si vellet probare excommunicationem fuisse latam propter offensam notoriam

riam,ad quod probandum datur tempus octo
18 dierum,* & si probatur manifesta offensa non
debet absolui, alias secus * *c. solet vers. nisi &*
19 *c. venerabilibus* §. *porrò vers. similiter de sent. ex-*
com. in 6. Abb. in d. c. cum contingat num. 1. *in*
fin. vel etiam si excommunicator dicat super
excommunicatione adesse rem iudicatam, &
Iudex debet admittere articulos excommuni-
20 cantis,alias datur appellatio *Rot.decis.5.de ex-*
21 *cept. in non.* & idem videtur dicendum si ex-
communicator asserat * sententiam fuisse la-
tam propter notoriam contumaciam *d. c. ve-*
nerabilibus §. *porrò vers. idem est de sent. excom.*
in 6, vbi ponuntur duo casus. Primus est,quã-
22 do excommunicatus negat contumaciam,* &
tunc absoluendus est ad cautelam absque re-
fectione expensarum, si verò is contumaciam
confiteatur, vel alias de contumacia constet,*
23 tunc non debet absolui, nisi prius refectis ex-
pensis, ac præstita cautione de stando iudicio,
vt not. *Dec. in cap. prudentiam* §. *si verò num.* 2.
& 3. *de off. deleg.* & ex isto tex. infert *Bellam.*
malè ab aliquibus intellectus dec. 174. quod si
per contrarias assertiones ex probabilibus, &
verisimilibus causis factis contumacia sit du-
24 bia,* & incerta non impeditur absolutio, nec
ante omnia arctandus est excommunicatus ad
satisfactionem expensarum, quia materia re-
ducitur ad caput nullitatis, quod dictum est
intelligendum, vt non impendatur absolutio
25 simpliciter, sed ad cautelam * iux. *tex.in d. c.*
venerabilibus § *porrò vers.idem est de sent.excom.*
in 6. quem allegat,& ibi se fundat *Bellam.*
Quantum attinet ad secundum quomodo sit
danda absolutio. Primo requiritur citatio par-
26 tis cuius interest secundum distinctionem *
Tex. in c. venerabilibus in princ. & in cap. solet
de sent. excomm. lib. 6. & facit *tex. in cap. fin. de*
elect. in 6. quod tamen temperatur, nisi pericu-
27 lum sit in mora, * vel nisi Summus Pontifex
gratiam faciat *Franc. in d. cap. solet num.* 11.
vbi alios refert.
Secundo debet constare de excommunica-
tione, vt in terminis de absolutione * quæ pe-
28 titur ad cautelam est *dec.4. de sent. excom.in an-*
tiq. quod etiam seruatur, quando simpliciter
29 petitur absolutio,* quidquid antiquioribus tẽ-
poribus fuerit seruatũ vt dicitur in *d. dec.4.* de
qua quidẽ excõmunicatione hic satis constat.
Tertio si allegetur nullitas ex defectu iurisdi-
ctionis prout est in casu nostro ratione exeptio-
nis,non est de facili danda absolutio ad caute-
30 lã, * nisi prius exeptio aliqua ex parte probe-
tur,& hoc ne illudatur ordinaria iurisdictio,
vt post *Inoc.Rot. dec.6.de sent.exc.in nou.& dec.*
6.de except.nou.Franch. in dicto c. solet n.10.vers.
quando autem sententia est nulla Gem. pariter *n.*
10. *Couar. in d. c. alma mater par.* 1. §. 12. *n.7.*
vers. vnde dicens, Vbi quod requiritur saltem
31 semiplena probatio, * quando vero allegan-
tur aliæ nullitates, non tenetur pars causam
32 nullitatis exponere, * oportet tamen illam in
specie nominare, vt detur absolutio, quia nul-
litatis causa in vniuersum est aliquo modo
probanda, vt detur absolutio ad cautelam
Franch. loco præcitato,& aliquos allegat *Couar.*

loco proximè relato. Notandum tamen venit,
quod hæc procedunt de mero iure, & seruanda
33 essent, si ageretur de censuris latis in Curia,*
nam à Censuris latis extra Curiam Rota passim
dat absolutionem ad cautelam sine causæ co-
gnitione, vt supra dictum est in causis extra
Curiam, hæc ad vnguem seruanda minimè
sunt; In casu autem, de quo agitur, satis fuit
doctum de exemptione, vt absolutio ad cau-
telam possit dari. Quarto requiritur cautio de
34 parendo * *d. cap. solet ibi nisi prius sufficiens,*
præstetur emenda, vel competens cautio de paren-
*do iuri,*si offensa dubia proponatur *c. venerabili*
52. & ibi *gloss.* 1. *de sent. excom.* vbi iuratoria
cautione *Dec. in cap. prudentiam* §. *si verò n.* 1.
& seqq. de off. deleg. vbi quod pro notoria of-
fensa, vel contumacia si quis fuit excommu-
nicatus non sufficit iuratoria cautio, sed exi-
35 gitur prius satisfactio, * & habetur *in formul.*
instr. fol. 1. *& seqq.* de stylo tamen Rotæ, quan-
do datur absolutio ad cautelam, non recipitur
36 iuramentum, nec cautio præstatur, nec sa-
tisfactio impenditur *Rot. dec. 36. de proc. in*
in nou. Put. decis. 3. de sent. excom. prout nec
simpliciter prædicta requiruntur, quando da-
37 tur absolutio cum reincidentia, * quia propter
reincidentiam non est necessaria cautio *Gem.*
in c. solet ante num. 16. vers. & est ratio secun-
dum eum de sent. excom. in 6.
Quinto non refert, an huiusmodi absolutio
fiat per verbum relaxationis, quod est com-
mune,& adaptatur ad ius & ad factum, siue
38 per verbum absolutionis, * ex quo dd. verbis
additur aliud verbum *ad cautelam*, cum idem
sit sensus *cap. Venerabilibus* §. *pen. & vlt. de*
sent. excom. in 6. Ioan. And. in c. solet num. 11.
*in fin. & num.*12. *Franch. num.* 12. Quantum
attinet ad tertium an adsit sufficiens facultas
absoluendi in Rota, & difficultas pendet ex
eo, quia in commissione dicitur *cum facultate*
absoluendi à censuris non tamen dicitur *ad cau-*
telam, & propterea ista facultas non venit in
39 concessione, * cum extraordinaria sit, & in-
ducta ex quadam gratia Sedis Apostolicæ vt in
c. per tuas de sent. excom. ideoque non est cui-
que Iudici permittenda, nisi sit à iure in specie
40 permissa, * vel ex speciali rescripto concessa
gloss. in cap. Capitulum in Verbo relaxetis in fin.
de rescrip. gloss. in cap. solet in verbo per superio-
rem de sent., excomm. in 6. Ioan. Andr. ibidem
num. 8. Gem. num. 15. col. 3. ante fin. vers. Gloss
in verbo superiorem Franch. num. 13. Dec. in c. præ-
terea num. 22. & 23. de offic. deleg. Couar. in c.
Alma mater part. 1. §. 12. *num.* 8. vbi testatur
de communi opinione *Rot. in decis.* mox alle-
ganda & habetur *formul. instrum. fol.* 1. in quo
semper præsupponitur specialis commissio.
Huic obiecto poterat responderi primo,
quod cum Summus Pontifex concesserit facul-
tatem absoluendi, non autem simpliciter cau-
tam commiserit super eo, an scilicet excom-
41 municatio valeat, vel non, hoc casu Iudex
possit absoluere ad cautelam, cum ista sit spe-
cies absolutionis, ac absolutio simplex, ergò
concessa facultate absoluendi sub illo genere
censetur comprehensa facultas absoluendi ad

68 cautelam, * cum sit de connexis negocio principali, quæ expresse committitur per *d. Constit. Pij IV.* & voluit *Abb. d. c. ad præsentiam nu.* 8. vbi etiam *Dec.num.* 8. *de appell.* nec in hac parte est curandum de *formulario*, quia licet in eo habeatur mentio *Pij IV. Summi Pontificis*, fuit tamen impressum ante d. Constitutionem, & quoad hoc refert stylum antiquum, neque constat tunc fuisse detectam auctoritatem Auditorum prædictæ Causulę in *Constitutione Pij IV.*

Et ita conclusum,&c.

Præsens decisio fuit declarata coram Merlin. decis. 166.

ROMANA DOMVS.

Mercurij 6. *Nouembris* 1624.

ARGVMENTVM.

Nonnulla circa refectionem melioramentorum.

SVMMARIVM.

1 *In melioramentis reficiendis attenditur quod minus est & num.* 5.

2 *Possessor malæ fidei, & habentes causam ab eo non possunt recuperare nisi melioramenta necessaria.*

3 *Melioramenta vtilia malæ fidei possessor non potest recuperare nisi per abrasionem sine læsione rei qua si adest debent dicta melioramenta tanquam rudera refici.*

4 *In condemnatione ad refectionem melioramentorum debet fieri distinctio inter vtilia, & necessaria.*

DECISIO MDXXXIV.

CVm pars peteret denuò audiri super *decisione facta die* 4. *Maij anni* 1622. & cum pluries citata non comparuerit, ad instantiam alterius partis proposui causam, & Domini persisterunt in resolutis, scilicet melioramenta ascendere ad *scut.*800. prout tunc fuit arbitrata Rota habendo rationem ad id, quod minus

1 est, * scilicet si minus fuit impensum, aut melioratum, vt illud minus debeat refici *l.in fundo ff.de rei vendic.*

Neque obstaret si diceretur, quod Xenophon fuit possessor malæ fidei, & ideo habentes causam ab eo non possunt recuperare nisi melioramenta necessaria * iuxta *text. in l. Domum,C.de rei vendic.* & ibi *Bellapertic.in princ. Butigar.& Bald.Peregrin.de fideicom. art.*50. *nu.*30.*Menoch.de recuper.remed.*15. *numer.*540. *Redoan.de reb.Eccles.non alien. quæst.*17. *numer.*20.

3 vtilia autē non possunt recuperare* nisi per abrasionem sine læsione rei, quæ si adest debent dicta melioramenta tanquam rudera refici, vt per *DD.* supra allegatos *Corn. consil.*244.*numer.*6.*lib.*2.

Nam fuit responsum, quod Periti æstimarunt dicta melioramenta longè vltra dictā summam *scut.* 700. & Domini interponendo arbitrium, vt in eadem *dec* 4. *Maij* 1622. dicitur, distinxerunt melioramenta necessaria ab vti-

4 libus, & voluptuosis, seu voluntarijs * prout fieri debet, vt per *Salicet.in dicta dec.allegat.* & patet *ex supra deductis*, & arbitrati sunt melioramenta ascendere ad *scut.*800. Vndè cum Pars non doceat minus rectè fuisse habitam rationem ad melioramenta necessaria, quæ

5 debent refici in eo, quo minus est, * & ad vtilia, & voluptuosa minus rectè, quam ad valorem ruderum, interim non est recedendum ab arbitrio tunc interposito, vt prodictis melioramentis debeanr refici *scut.*800.

Et ita conclusum altera parte pluries citata non comparente.

CERVNDEN. FRVCTVVM.

Mercurij 6. *Nouembris* 1624.

ARGVMENTVM.

Quando censeatur datum mandatum ad confitendum debitorem soluisse. Sequestratario debentur omnes expensæ; prout etiam salarium si non per viam salarij, saltem per viam refectionis expensarum.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum speciale requiritur ad confitendum debitorem soluisse.*

2 *Mandatum continens facultatem confitendi Procuratorem recepisse, non sufficit ad confitendum debitorem soluisse.*

3 *Mandatum ad confitendum debitorem soluisse probatur ex quo fuit data facultas ad concludendum, & solidandum rationes, & concordandum, seu conueniendum, prout Procuratori visum fuerit.*

4 *In mandato veniunt omnia sine quibus res mandata expediri non potest.*

5 *Sequestratario debent refici omnes expensæ factæ iure sequestrata.*

6 *Sequestratario si non per viam salarij, saltem per viam refectionis expensarum aliquid debetur.*

7 *Verba non sunt amarè accipienda, sed secundū subiectam materiam, & naturam actus sunt interpretanda.*

DECISIO MDXXXV.

DIfficultas restringitur ad partitam librarum 1140. circa quam Saluanera Procurator qui ità se gessit in solutione computorum, *Confiteor, & recognosco vobis Michaeli sequestratori, quod dedisti mihi bonum, & legale computum &c. Quibus computis visis &c. soluisseque comprehenso salario vestræ administrationis libr*

1140.*fol.*15.*&c.*& resolutio pendet ex duobus. Primo an mandatum Saluaneræ esset sufficiens ad faciendam dictam confessionem; secunda an sequestratori deberetur salarium.

Quantum attinet ad primum visum fuit Dominis mandatum esse sufficiens, quia licet verum sit, quod ad cõfitendum Michaelem soluis-
1 se, requireretur speciale mandatum * *l. non abstulit C. de nouat.* attamen ista facultas in mandato adest, quia nedum in ipso continetur fa-
2 cultas confitendi Procuratorem recepisse, * quæ non sufficeret ad confitendum sequestratorem soluisse, sed etiam in eodem mandato adest facultas ad concludendum, & solidan-
3 dum rationes, & concordandum, * seu conueniendum prout Procuratori visum fuerit, quarè cum ad concludendum, & solidandum rationes, & ad concordandum, & conueniendum esset opus videre quid Michael soluerit, cum esset de connexis administrationi *l. cum actum §. planè ff. de negot. gest.* & latè *Escobar. de ratiocinijs c.13. numer.17.* per consequens censebatur concessa etiam facultas confitendi Michaelem soluisse, quia alias Procurator non poterat conuenire, atque concordare prout in mandato, & fuerat impositum; in manda-
4 to enim veniunt omnia, * sine quibus res mandata expediri minime potest, ideò ea, quæ veniunt in necessariam consequentiam videlicet, quæ sunt necessaria ad negotium commissum censentur mandata *l. ad legatum, & l. ad rem mobilem ff. de procur. Rom. cons.94. in fin. vers. vltimo*, vbi quod conclusio procedit, etiam quando mandata expediri non possunt sine difficultate.

Quantum attinet ad secundum caput licet secundum stylum nostrum possit dubitari, an sequestratario debeatur salarium, nihilominus certum est si quas expensas fecit, quod il-
5 læ debent refici; * in proposito autem iste sequestratarius debuit exigere fructus, & alia necessaria facere, vndè si non per viam sala-
6 rij, * saltem per viam refectionis expensarum aliquid ei erat debitum, quod etsi sub nomine salarij ei fuit restitutum, tamen ratio redèita euerti non debet, cum verba nõ sint ama-
7 rè accipienda, sed secundum subiectã materiã, * & naturam actus sunt interpretanda *Oldrad. cons.172. numer.6. vers. ad quartum Corn. cons. 239. numer.5. vers. in contrariam lib.1. & cons. 138. numer.3. lib.3. Bero. cons.106. num.24. lib.1. Alex. cons.179. lib.5. numer.12.* vbi *Apostill. in verbo materiam* dat concordantes.

Ex quibus Domini persliterunt in *decisis sub die 1. Iulij* 1619. & recesserunt a *decisione facta 13. Martij* 1623.

CIVITATIS CASTELLANAE IVRIS PASCENDI.

Veneris 8. *Nouembris* 1624.

ARGVMENTVM.

Fructus liquidari possunt ex partitis librorum Communitatis qui probant, quando sunt conscripti manu Cancellarij, maximeque id procedit, dum contra eam agitur. Nonnulla de ratificatione.

SVMMARIVM.

1 *Libri Communitatis probant, maximè quando agitur contra eam num.3. Declara num.4.*
2 *Libri officialium publicorum à publico deputatorum probant.*
5 *Syndici confessio præiudicat Communitati.*
6 *Olineto concesso de quo intelligatur.*
7 *Nomen certum rei licet in instrumento non apponatur tamen censetur appositum per coniunctionem causæ.*
8 *Herbarum, seu fructuum æstimatio debetur Domino ab eo, qui illis vsus est. Ampl. vt ibi.*
9 *Ratificatio retrotrahitur, & mandato æquiparatur.*
10 *Ratificatio inducitur ex actu, qui citrà ius ratificationis fieri non potest.*
11 *Ratificatio nedum inducitur factis, sed etiam verbis.*
12 *Ratificatio fieri potest de actu non gesto nomine ratificantis.*
13 *Maximè quando actus super re ratificantis fuit gestus.*

DECISIO MDXXXVI.

CVm mihi fuerit commissa causa appellationis á sententia Rotali lata contra Cõmunitatem Gallesij ad fauorem fratrum de Vannis, diu expectata parte 28. *Iunii præteriti*, fuit resolutum, solis dictis fratribus informantibus sententiam Rotalem esse confirmandam, illa enim optimè iustificabatur ex tribus *decisionibus emanatis coram R.P.D. meo Vbaldo*; cumque in relationibus causarum fecerim verbum pro expeditione, tunc Communitas Gallesij plura opposuit, quarè vt illi morem gererem, iterum statui consulere Dominos meos, & adhuc permanente Communitate in sua contumacia, consideratis tamen tunc maturè oppositis in relationibus causarum, hodiè firmiter proposita causa, Domini perstiterunt in resolutis ex deductis in *vltima decisione*, & longè plenius in *decisionibus R.P.D. mei Vbaldi*, quæ tollunt omnes difficultates.

Neque obstant prædicta opposita in relationibus causarum, & primo non constare, super quibus fuerit facta liquidatio, quia ista est mera vanitas, cum liquidatio fuerit facta super partitis librorum Communitatis extractis vigore Compulsorialium Rotalium, qui
1 libri indubitanter probant, * cum fuerint conscripti per Cancellarios Communitatis, vt patet ex illorum intitulatione, libri enim Officialium publicorum à Publico deputatorum
2 probant * *Bart. in l. quadam §. nummularios ff. de eden. Abb. cons.34. in princ. lib.2. Soccin. Sen. cons.*

159.

159.*number*. 3.*lib*. 2. quę conclusio de plano pro-
cedit, cum agatur solum contra ipsam Com-
3 munitatem * *Rip. in l. admonendi n. 117. ff. de Iur.
Iur. Castrens. cons. 153. n. 2. vers. 3. & ultimo lib. 2.*
Neque facit, quod prædicta procedunt,
quando constaret librum esse scriptum manu
4 Cancellarij, vt per *Castren. loco* modo *allegato*, *
quia de hoc satis constat, cum præuio præce-
pto Syndicus Communitatis exhibuerit libros,
de quibus agitur ibi *Bartholomæus Sindicus ad
parendum voluntati D. Iudicis, facto exhibuit
librum speculorum Communitatis incipientē de anno
1595. usque ad annum 1605. offerens se exhibere
alium subsequentem, necnon exhibuit etiam librum
introitus dictæ Communitatis incipien de anno
1580. vsque ad annum 1612. & etiam exhibuit
librum delli Bollettini anni 1613. vsque ad diem
4. Decembris* 1622. confessio enim Sindici præ-
5 iudicat Communitati * *Alex. cons. 68. num. 9.
lib. 2. Dec. cons. 297. num. 6. vers. & pariter
potuerant Alba cons. 162. num.* 17. qui loquitur
in puncto de materia liquidationis.

Non obstat secundum oppositum, quod aliquæ ex partitis compulsatis non solum dicant pro pretio hærbarum Bagnoli, sed etiam pro pretio hærbarum mezagnæ, & pro tempore, quo Pastores pascebat greges vltra tempus statutum ad pascendum, quia Communitas nedum vendidit hærbas tenutæ Bagnoli à Festo S. Angeli Septembris vsque ad festum S. Angeli mensis Maij, sed addidit pactum, quod si pastores greges pascerent vltra dictam diem tenerentur soluere emendam; & non solum fuit vendita hærba dictæ tenutæ Bagnoli in parte non seminata sed etiā illa, quę remanebat in parte seminata quæ nuncupatur *delle mezagne*, vt patet ex instrumentis locationum, & propterea sufficit, quod agatur de fructibus perceptis ex ista tenuta, qui spectant ad DD. de Vannis iuxta resolutiones factas *Bartol. in l. ratio ff. de act. empt. & in l. si filius fam. §. 1. num. 1. ff. de verbor. obligat.*

Minus etiam releuat tertium oppositum vi-
delicet, quod partitæ anni 1603. canent pro
pretio hærbarum Bagnoli, & oliuetorum,
quia cum tenuta Bagnoli habeat oliueta, vt
6 patet ex instrumento locationis alias facto, *
nec constet adesse alia oliueta, neque hoc an-
no locationem fuisse factam pro maiori pretio,
quam in alijs annis, sensus dd. verborum est
pro pretio hærbarum Bagnoli, & oliuetorum
scilicet tenutæ Bagnoli, vt pulchre ad propo-
situm *Bald. in cons. 208. num. 2. in fin. lib.* 1.
vbi quod licet in instrumento non apponatur
7 nomen certum * tacite censetur appositum,
per coniunctionem causæ.

Nec etiam officit quartum oppositum, quod
aliquæ ex partis non appareant exactæ per
Communitatem, cum dicant *douete pagare*, &
8 *pagarete* * sufficit enim, quod istæ partitæ es-
sent debitæ, quia si Communitas minime exegit
nihil ad Vannios, & illis sunt debitæ loco
damnorum, & interesse *Bald. cons. 152. num. 3.
vers. aut lucrum prouenIens ex priuato lib.* 1. ad
quæ damna, & interesse per sententiam Com-
munitas fuit condemnata.

Denique non obstat vltimum oppositum,
quod cessio tertiæ partis dictæ tenutæ non fuit
facta per omnes de Paparotijs, qui erant sex
videlicet Petrus Pater, & quinque filij, Rosa-
tus, Bertoldus, Io. Baptista Franciscus, &
Camillus, sed per quatuor tantum ex eis. Nam
fuit responsum, quod verum est, quatuor tan-
tum in instrumento interuenisse, scilicet Petrus
pater, Rosatus, Bertoldus, & Io. Baptista
filij, tamen postea Camillus expresse *ratificauit*,
9 quæ quidem ratificatio retrotrahitur, * &
mandato æquiparatur *Oldrad. cons. 326. num.
17. vers. nec obstat Dec. cons. 58. col. 1. Alex.
cons. 146. num. 3. vers. & constat lib.* 5. prout
& Franciscus ratificauit, dum consensit diui-
sioni factæ inter ipsos de Paparotijs, & Van-
nios, cum non potuerit fieri citra ius ratifica-
10 tionis * *Surd. cons. 576. num. 23. & seqq.* non
11 minus enim inducitur factis, quam verbis *
*Ang. cons. 161. col. fin. in princ. Ancbar. cons. 34.
num. 18. & 19. vers. postremo*, & dictæ ratifi-
cationes potuerunt fieri, etiam quod actus
non fuisset gestus nomine dd. Camilli, & Io:
12 Baptistæ, * cum agatur de illorum præiudi-
cio tantum *Oldradus cons. 328. in fin. num. 19.
vers. etiam non obstat* maxime cum super re sua
fuerit contractum, ad quorum propterea fauo-
13 rem spectabat exceptio sui iuris * *Bald. cons.
322. vidua petijt in principio vers. præterea potest
quis lib.* 2.

Et ita conclusum,

Præsens decisio fuit confirmata coram Merlin. decis. 165.

CAESARAVGVSTANA PRAEEMINENTIARVM.

Veneris 15. Nouembris 1624.

ARGVMENTVM.

Ecclesia B. Mariæ de Pilar manutenenda, est in quasi possessione præcedendi Ecclesiæ Sancti Saluatoris non obstante Breue *Clem. VIII.* in quo declarauit Clerum sæcularem debere præcedere Regularem. Hac occasione multa adducuntur de natura declarationis.

SVMMARIVM.

1 *Declaratio videtur inesse actui declarato.*
2 *Declaratio non admittit probationem in contrarium.*
3 *Clausula* perinde ac si prędicta Ecclesia Metropolitana ad secularitatem redacta, aut redigi mandatum non fuisset *apposita in Breui sæcularizationis Ecclesiæ, quid operetur.*
4 *Pontifex potest habere facta pro infectis quoad iuris effectum.*
Facta pro infectis haberi possūt, quoad suus effectū n. 4
5 *Clausula* sicque per quoscumque Iudices, *&c.*
ope-

operatur, vt dispositio non possit impugnari.
6 *Maximè quando subsequitur clausula* sublata cum decreto irritanti.
7 Regula de iure quæsito non tollendo *præseruat etiam ius quæsitum ex priuilegio.*
Ecclesia effecta sæculari fuit acquisitum ius præcedendi regulari num. 7.
Vide num. 11. *limita num.* 3. *& seqq.*
8 *Declaratio trahitur retro, & non facit nouum ius, sed factum declarat.*
9 *Idque etiam procedit in declaratione verborum dubiorum.*
10 *Ecclesia Cathedralis Regularis habet omnes præeminentias, quas habent aliæ Ecclesiæ Cathedrales.*
11 *Respublica subiecta effecta, successor in Ducatu Reip. subiectus censeri debet.*
13 *Declaratio ex actu nullo colligitur.*
14 *Contra declarationem non potest opponi intentionis defectus.*
15 *Decretum irritans non iustificatum non tollit insufficientiam facti.*

DECISIO MDXXXVII.

FVit tertio resolutum Breue *S. M. Clementis VIII.* in quo declarauit, Clerum Secularem debere præcede Regularem non obstare concessæ manutentioni Ecclesiæ de Pilari, ratio fuit, quia idem Summus Pontifex postea declarauit *suæ mentis, & intentionis non fuisse per reductionem ad secularizationem Ecclesiæ S. Saluatoris, iuribus prærogatiuis, & præeminentiis B. Mariæ de Pilari eiusque Priori, & Capitulo, & Canonicis, tam vigore sententiarum Rotalium, quam alias quomodolibet competen. in aliquo præiudicare, illisque occasione dictæ reductionis ad secularitatem Ecclesiæ S. Saluatoris, nullatenus præiudicatum hactenus fuisse, aut in posterum fore, vel censeri, sed illa in suis viribus, & robore in omnibus, & per omnia remansisse, & perpetuo remanere debere, perinde ac si postea Ecclesia Metropolitana ad secularitatem redacta, aut redigi mandatum non fuisset sicque per quoscunque Indices &c. sublata &c. & irritum &c.* Vnde dubitari minimè potest, quin primum Breue nullatenus præiudicet, quia ista declaratio videtur inesse à principio actui declarato *
1 *Oldradus cons.* 263. *num.* 2. *& seq. vers. & aduertendum est Anchar. cons.* 7. *num.* 3. *& seqq. vers. non obstat quod declaratio Bellam. cons.* 33. *num.* 40. *&* 41. *& num.* 39. dicit quod non ad-
2 mittit probationem in contrarium * *Roman. cons.* 48. *num.* 9. vbi *Apostill. in verbo emanasse* dat concordantes; Et cessat omnis difficultas, stante prædicta clausula expressa in secundo Breui, *perindè ac si prædicta Ecclesia Metropolitana ad secularitatem redacta, aut redigi mandatum*
3 *non fuisset,* * quod potuit facere Summus Pontifex cum facta pro infectis haberi possint
4 quoad iuris effectum, vt pulcrè notat *Abb. in cons.* 17. *num.* 1. *ante med. vers. quia facta lib.* 2. & etiam Summus Pontifex expressè voluit, quod ista declaratio impugnare minimè possit stante clausula *sicque per quoscunq; Indices &c.* *
5 iuncta clausula subsequenti *sublata, & decreto*
6 *irritanti* * *Bart. in l. fin. circa finem C. de Canon. frum. Vrbis lib.* 11. *Alex. in l. Gallus §. & quid si tantum n.* 20. & ibi *Iason. n.* 7. *ff. de liber. & posthum.*

Neque est verum, quod ista declaratio suffragatur, cum non fuerit derogatum *Regulæ de iure*
7 *quæsito non tollendo*, quæ præseruat * etiam ius quæsitum ex priuilegio *Mohed. dec.* 6. *de concess. præbend. Seraphin. dec.* 300. *num.* 1. & sic videtur prodesse Ecclesiæ S. Saluatoris, cui ex secularizatione erat ius quæsitum contra Ecclesiam de Pilari, quæ remansit regularis *e. cum inferior de maior. obed.* vbi *Hostiens. num.* 13. *Seraphin. dec.* 1445. *num.* 5. Nam fuit responsum, quod prædicta procedunt si Summus Pontifex processisset, declarando per modum correctionis vel modificationis, quia istis duobus casibus ageretur de noua constitutione, non autem de simplici declaratione, sed cum Summus Pontifex processerit, declarando illud, quod erat dubiū in iure, ista dicitur simplex declara-
8 tio, quæ trahitur retro, * & nō facit nouū ius, sed factum declarat, prout est etiā quando declarat
9 verba dubia, * ita distinguendo dicunt *Castrens. in cons.* 341. *in princ. lib.* 1. *apostill. ad Decii in c. fin. nu.* 13. *in verbo dubium de constit. Castr. cons.* 339. *n.* 2. *vers. pro declaratione lib.* 1. *Anchar. cons.* 127. *n.* 3. *vers. non obstat Io. de Imol. cons.* 67. *in fin. Alex. cons.* 11. *num.* 12. *cum seqq. vers. non obstat etiam iuncto num.* 14. *&* 15. *vers.* 3 *respondeo lib.* 7. *Surd. cons.* 380. *n.* 50. *lib.* 3. *Verall. dec.* 246. *par.* 1. & sic in hoc casu non fuit opus derogationi *regulæ de iur. quæsito non tollendo Sarnen. super reg. de iur. quæsit. non tollen. q.* 13. vbi *Mandos. q.* 6 *Caput. dec.* 27. *par.* 3. & fuit resolutum in causa *Lauretana iurisdictionis prima Iunij* 1618. *coram bo. me. Cardinale Sacrato.*

Quod autē Summus Pōtifex in hac facti specie processerit, declarādo illud, quod in iure erat dubiū, non autē corrigendo, aut supplendo satis patet, quia Ecclesia S. Saluatoris est Metropolitana, & nihilominus Ecclesia del Pilar erat in possessione præcedendi, & sic non ex eo, quod vtraque Ecclesia esset regularis, sed ex alia causa, quia & quod vtraque esset regularis, nihilominus præcedentia fuisset debita Eccle-siæ S. Saluatoris, cum Ecclesia Cathedralis re-
10 gularis * habeat omnes præeminentias, quas habent aliæ Ecclesiæ Cathedrales *c. nullus de elect. in* 6. *Vital. in Clem.* 5. *num.* 31. *eod. tit.* & propterea Summus Pontifex declarando, quod per secularizationem non censetur illatum præ-
11 iudicium Ecclesiæ del Pilari, * declarauit id, quod est de iure, quia cum ei esset debita præcedentia ex alio capite, quam regularitatis, secularizatio censetur facta in eo statu, in quo erat de tempore regularitatis, itaut non censeatur præiudicatum Ecclesiæ del Pilari vt benè per *Decian. in cons.* 19. *numer.* 176. *lib.* 3. vbi in *vers. sic ergò* in proposito conclu-
12 dit, quod Republica subiecta effecta, * successor in Ducatu Reipublicæ subiectus censeri debet, sic ad casum nostrum cum alias, quam ratione regularitatis Ecclesia del Pilar præcederet, & Ecclesia Metropolitana esset in ista subiectione, ità in ea censeri debet post secularizationem, quia Ecclesiæ del Pilar non præcedebat ex isto capite, quod Ecclesia Metropolitana esset regularis, vt *supra dictum est.*

Non

Non obstante subreptiones, quæ aduersus Breue *Clem. VIII.* deducuntur, quia illis satis fuit responsum in *vltima decisione*, & vlterius modo fuit consideratum, quod etiam in actu
13 nullo declaratio colligitur, * & cum declaratio nihil de nouo inducat non potest opponi
14 de intentionis defectu, * vt fuit resolutum in causa *Barchinonen. Pecuniaria 19. Ianuarij 1611. coram Reuerendiss. Lugdunen.* quæ habetur in *recent. par. 1, dec. 281.* vbi ita concludit *sub nu. 7.*

Vlterius valde placuit Dominis secundum fundamentum *vltimæ decisionis*, scilicet quod ex prædictis materia redditur turbida, itaut decretum irritans positum in primo Breui non videatur iusti catum, * vnde dum de hoc cognoscitur, interim non tollit insistentiam facti, quare non potest denegari, dum super hoc cognoscitur, manutentio.

Et ita conclusum &c.

hodie cessat difficultas, cum dictus Catalanus fideiusserit ad fauorem Magdalenæ emptricis censùs, & Antonius emerit à marito dictæ Magdalenæ, qui habuit cessionem ab hæredibus scriptis à dicta Magdalena vigore concordiæ cum ipsis initæ.

Non obstat, quod secundum extremum non erat probatum, qu a hodie satis probatur ex substentatione litis concurrentibus ad-
3 miniculis * *Verall. dec. 369. num. 1. p. 2.* Adminicula autem sunt, quia constat Equitem Riccium locasse huiusmodi hortum.

Non obstat id, quod de nouo deducitur, scilicet creditum vxoris Catalani ratione dotis esse anterius, quia de hoc non constat, & ipsa non est in causa, & ideo possessor horti nihil potest opponere, cum nullam in omnem euentum ostendat cessionem,

Et ita conclusum, &c.

ROMANA SALVIANI.

Veneris 15. Nouembris 1624.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Obitus probatur ex despositione vnius testis, & partita libri mortuorum.*

2 *Hæreditas ab intestato spectat ad eos, contra quos non probatur alios adesse proximiores in gradu nec defunctum hæredem scripsisse.*

3 *Possessio probatur ex substentatione litis concurrentibus adminiculis, pro quibus deseruit locatio.*

DECISIO MDXXXVIII.

FVit resolutum deberi immissionem Francisco, & Iacobo de Brunetis, cum constet de credito cum hypotheca, vt abunde fuit resolutum in *decisione facta 26. Iunij 1623.* & constat hortum esse, quem agitur fuisse possessum à Ioanne Catalano debitore, prout etiam ostenditur ex testibus examinatis.

Neque obstant reseruata in dicta *decisione*, quia quod personæ Iacobi, & Francisci sint legitimatæ respectu Theodosij videlicet hæredis Antonij Patrui satis patet, cum ex depositione vnius testis, & ex partita libri mortuorum con-
1 stet dictum Theodosium obijsse, * quæ est bona probatio ex allegatis in dicta *decisione*, & ideò cum non probetur alios ipsos Franciscum
2 & Iacobum præcedere in gradu * nec Theodosium hæredē scripsisse ad ipsos spectat hæreditas, vt fuit resolutum in causa *Tiburtina Cappellania 16. Nouembris 1605. coram me.*

Neque etiam obstat, quod personæ non erant legitimatæ quoad censum sc. 600. quia

---

TREVEREN. ABBATIAE S. MAXIMI.

Mercurij 20. Nouembris 1624.

ARGVMENTVM.

Maturo consilio (vt mos est Sacri Tribunalis Rotæ quamuis vnica tantum pars informet) fuit resolutum pro nullitate electionis Abbatis ob non seruatam formam traditam *in cap. quia propter de elect.* cuius tamen dispositio præcise est seruanda, alioquin corruit electio in totum non solum attenta forma, quæ est indiuisibilis, sed etiam decreto irritanti in *d. cap.* apposito. Hac occasione quamplurima discutiuntur circa materiam electionis; Ac etiam concluditur pro reiectione petitæ cōfirmationis Apostolicæ.

SVMMARIVM.

1 *Electio Abbatis confirmari non debet, nisi valida sit.*

2 *Electio Abbatis facta non seruata formæ* cap. quia propter de elect. *est nulla & n. 10.*

3 *Electione Abbatis nulliter facta, potestas prouidendi spectat ad Sedem Apostolicam.*

4 Concordata, & Compact. Germaniæ *disponunt quod nulliter facta electione Abbatis potestas prouidendi spectet ad Sedem Apostolicam.*

5 Cap. quia propter de elect. *habet locum etiam in electione Abbatum.*

6 *Forma tradita in* cap. quia propter de elect. *est præcise seruanda, cum habeat decretum irritans num. 11.*

7 *Verba* electio aliter facta non valeat *important decretum irritans.*

Ca-

8 Capit. quia propter de elect. *dat tres formas electionis*.

9 *Forma tradita* in cap. quia propter de elect. *ut valeat inter caetera debent assumi tres tantum de Colleg o fide digni, qui secrete, & singillatim vota cunctorum diligenter exquirant.* n. 9. 13. 14.

12 *In electionibus quod debeant intervenire tres scrutatores de Collegio, & non plures, à quo fuerit statutum*.

13 *Scrutatores in electionibus debent tantum tres de Collegio intervenire alias electio est nulla num 9. & 13.*

Tres personæ facilius conveniunt quàm plures, & fidelius negotium tractant n. 13.

14 *Honestum non est, ut qui sunt extra Collegium sitant conscientiam illorum de Collegio*.

15 Cap. quia propter de elect. *forma à quibus vobis incipiat*.

16 *Electio Abbatis in Curia fuit confirmata, licet in eius electione intervenerint sex scrutatores, tres de Collegio, & alii tres extra Collegium. Vide ibi. Adverte ut n. 19.*

17 *Doctori de receptione alicuius actus nulli attestanti non creditur*.

18 *Doctori de consuetudine attestanti non creditur, quamvis sit versatus in illo foro*.

19 *Quæ ex gratia fiunt non debent trahi in exemplum*.

20 *Utile per inutile non vitiatur*.

21 *Limita, quando aliquid inducitur pro forma substantiali, quo casu enim forma sit individua utile per inutile vitiatur*.

22 *Electio facta ad triennium est nulla in totum si adest statutum, mandans electionem fieri ad annum, & non ultra*.

23 *Electio facta cum interventu laicorum, & Clericorum est nulla in totum dum lex introduxit, quod laici non interveniant in electionibus*:

24 *Consuetudine potest induci, ut aliqui extra Collegium interveniant in electione*.

25 *Declara procedere, quando illi extra Collegium de Consuetudine legitimè præscripta habent vocem*.

26 *Consuetudo contra dispositionem* cap. quia propter de elect. *non valet*.

27 *Decretum irritans tollit omnem consuetudinem in contrarium*.

28 *Lex irritans facit personam incapacem, quando circa illam versatur*.

29 *Consuetudo non potest tollere incapacitatem personæ inductam à lege*.

30 *Lex irritans aliqua ratione honesta potest esse abrogabilis per consuetudinem*.

31 *Declara procedere si universaliter in toto Orbe per consuetudinem contrariam cum requisitis lex sit abrogata, secus si in certo loco servetur*.

32 *Præscriptio introduci non potest contra actum habentem decretum irritans*.

33 *Lex, quæ generaliter non est abrogata remanet in suo robore*.

34 *De præscriptione legis, vel potius communis opinionis Do. orum quando agatur*.

35 *Scrutatores requisiti ex* cap. quia propter de elect. *quomodo, & ipsi in electione facienda scrutari debeant*.

36 *Electio corruit in totum, si in uno voto non fuit servata forma requisita & illa unus non potest postea convalidare electionem ratificando, et n. 38.*

37 *Forma est individuabilis*.

38 *Electio nulla non potest ratificari*.

39 *Scrutatores tres de Collegio iuxta terminos* c. quia propter de elect. *vota omnium debent exquirere & n. 41*.

40 *Verbum exquirat quid importet*.

42 *Facere aliud est, aliud est assidere*.

43 *Facere aliud est, aliud est esse præsentem actui per alium explicato*.

44 *Vota singulorum iuxta dispositionem* cap. quia propter de elect. *debent redigi in scriptis, aliter electio est nulla*.

45 *Eligentium vota melius est, ut in scriptis redigantur ne memoria scrutatorum pereat*.

46 *Vota singulorum iuxta terminos* cap. quia propter de elect. *debent publicari in communi, alias electio est nulla, si ipsa tantum fuit publicata, & n. 47. limita n. 48. Amplia n. 49.*

47 *Electio, quæ solum fuit publicata absque publicatione notorum remanet nulla Ampl. n. 49.*

48 *Limita quando electio est unanimis, cum isto casu non sit facienda collatio numeri ad numerum, meriti ad meritum vel Zeli ad Zelum*.

50 *Electio quando fit à duabus partibus licet non fiat collatio meriti, et zeli tamen fit collatio numeri, licet non ad numerum*.

51 *Electio Abbatis Ordinis S. Benedicti quomodo fiat*.

52 *Et quid* cap. 64. Regulæ eiusdem Ordinis *circa hoc disponat, & an ei sit derogatum n. 54.*

53 *Forma certa quando datur habendi facultatem, illa non servata actus tenet, licet contraveniens possit puniri*.

Secus tamen est quando forma data habet decretum irritans, vel perpetuam prohibitionem. num. 52.

54 *Lex quando est posterior, & habet decretum irritans, ea non servata, actus corruit, non obstantibus legibus anterioribus*.

55 *Electio Abbatis Regularis sufficit, quod fiat per vota secreta*.

56 Conc. Trid. sess. 25. cap. 6. de regul. *de quibus electionibus loquatur*.

57 Cap. quia propter de elect. *non fuit derogatum per* Conc. Trid. *vide n. 58.*

58 *Electio quando non dicatur remansisse secreta*.

59 *Electio est nulla, si aliquis ex electoribus unam schedulam tanto unico nomine scriptam recipit de manu scribæ vel duas recipit, & aliam scindit*.

60 *Decretum irritans inficit titulum, & possessionem*.

61 *Electio sustinetur, quando votum alteri ostenditur sine culpa Capituli*.

62 *Electio non dicitur secreta culpa Capituli, quando istud admisit scrutatores extra Collegium*.

63 *Electio tenet etiam non servata forma electionis, dum adest consensus, sed hoc intellige in foro conscientiæ; Secus in foro fori n. 64.*

Nauarr. conf. 9. de elect. *in quibus terminis loquatur n. 63.*

64 *Papa potest consensum eligentium non solemniter præstitum convalidare ad hoc, ut electio valeat*.

6 *In-*

65 *Inſtrumentum electionis manu publica ſcriptum, & habens Sigillum, et ſubſcriptionem omnium eligentium probat.*
66 *Electio non petita iuxta terminos* cap. cupientes de elect. in 6. *non debet à Papa confirmari.*

DECISIO MDXXXIX.

PEtitum fuit vt *Sanctiſſimus Dominus Noſter*
confirmaret electionem Abbatis, quæ niſi
1 valida ſit confirmari non debet * *c. nihil* 44.
§. cæterum de elect. Immò ſi eſt nulla ob non
2 ſeruatam formam * *c. quia propter de elect.* po-
teſtas prouidendi deuoluta eſt ad Sedem Apo-
3 ſtolicam, * tam vigore Iuris communis, vt eſt
tex. expreſſus in *c. quamquam de elect. in* 6. *Ro-
man.conſ.* 332.*n.*11. quã vigore *Concordatorum,*&
4 *Compact.Germaniæ,* * *Ideo Sanctiſſ.D.Noſter* mã-
dauit, vt in Rota videretur, An conſtet de
valida electione, quæ veniat confirmanda. Et
reſolutio pèndet principaliter ex eo, An fuerit
ſeruata forma *c. quia propter de elect.* quod ha-
5 bet locum in electione etiam Abbatum, * &
colligitur ex dicto *text. verbo Eccleſia viduata*
vincto *textu in c. ne pro defectu* 41. *tit.eod.* & in
cap. Indemnitatibus §. ſanè, cum §. §. *ſeqq de
elect. in* 6. *Io. Andr. in d. cap. quia propter n.* 59.
vbi de communi *Bellamer. ibidem nu.*3. *in princ.
Imol. num.* 3. vbi de communi *Rot. deciſ.*5. *in
princ. iuncto num.*2. *de elect. in nouis cum pluribus
allegatis in cauſa Meten. Monaſterij* 5. *Iulij* 1621.
coram me quibus poteſt addi *Cuch. inſtit. maior.
lib.*4. *tit.de elect. num.*279. *in fine Caniſ. de elect.
§. & hac de Epiſc. Iodoch. Lorich. in Theſaur.
vtriuſque Theolog. in verbo electio in forma ſcru-
tinij verſ.* 8. *hac forma.* Et forma, quæ traditur
in d. *c. quia propter,* eſt præcisè ſeruanda, * cum
6 habeat decretum irritans ibi *electio aliter facta
non valet*, quæ verba dictum decretum impor-
7 tant * *l. non dubium C. de legib.l. ſtipulatio ff. de
verbor. obligat. Io. Salaſ. de ll. q.* 96. *tract* 14.
diſput. 16. *ſect.* 11. *num.* 29. *Alexander conſ.* 41.
*num.*13.& 14. *lib.* 5. quod duplicatur *Soccin.
Sen. conſ.*87. *num.*6. *verſ. confirmatur lib.* 3. *Iaſ.
conſ.* 85. *num.*8. & 9. *lib.* 3. & in puncto *d. cap.
quia propter* dicunt *Gloſſ.& Doctores in d. Meten.
allegata Compoſt. num.*20. *verſ. nunquid de iſta Io.
Andr. num.*37. *in verbo non valeat Innoc. nu.* 6.
eodem verbo Gulielm. Mandagot. de elect. c. 22.
*Roman. conſ.*332. *num.* 12. Et Domini negotio
maturè diſcuſſo, cum vna tantum pars infor-
maret, cenſuerunt non conſtare de valida ele-
ctione, quæ debeat confirmari.

Cum enim in d. *c. quia propter* dentur tres
formulæ electionis * per ſcrutinium ſcilicet,
8 compromiſſum, & quaſi inſpirationem,
quæ vltima verè non eſt formula, vt notant
DD. ibidem, & fuerit electa forma ſcrutinij, non
fuit ſeruata forma in d.*c. quia propter* præſcrip-
ta. Primo quia ibi diſponitur, quod aſſuman-
tur tres de Collegio fide digni, qui ſecretè, * &
9 ſigillatim vota cunctorum diligenter exquirãt,
& in hoc caſu fuerunt aſſumpti tres quidem
de Collegio, & tres extra Collegium; Vndè ele-
ctio in duobus peccat, ac proindè remanet
10 nulla: * Primo quia fuerunt electi ſex, & tamen
non debent eſſe plus quam tres. Secundo quia
fuerunt electi tres extra Collegium, vtrumque
enim eſt contra formam ſubſtantialem illius
c. quia propter vbi probatur ex *text.* claro in *c.
Eccleſia veſtra il a.* 57. *§. denique de elect.* vbi eſt
expreſſum, quod clauſula illa poſita in d. *c. quia
propter* dum poſt requiſita ad electionem legi-
timè faciendam ſubiungitur, *electio aliter facta
11 non valeat &c.* * refertur ad ea omnia, quæ at-
tentantur contra formam electionis, repertam
ſolum à d. *cap. quia propter* in *Concilio Generali,*
non autem ad alia ibi narrata, quæ ad electio-
nem faciendam reperta ſunt ab alijs etiam *Ca-
nonibus,* quibus tamen omiſſis, illi *Canones* non
inualidant electionem, hoc verò, quod ſcilicet
tres de Collegio, & non plures, debeãt eſſe ſcru-
tatores ſtatutum eſt ſolummodò ab ipſo *Con-
12 cilio Generali* * in dicto *cap. quia propter,* non
autem ab illo *Canone;* Igitur electio, omiſſa
iſta forma eſt nulla, cum illa clauſula, *alias
electio facta non valeat* poſita in fine dicti *cap.* ad
dictam formulam à *Concilio Generali* introdu-
ctam referatur, vt benè dictum *text.* in *cap. Eccle-
ſia veſtra* ponderat *Roman. conſ.*332. *num.*12. ad
quod nullus alius, quem ego viderim animad-
uertit.

Et quod etiam ſcrutatores debeant eſſe tres,
& non plures, alias electio non valeat * eſt
13 communis, & indubitata ſententia *Abb. in d.c.
quia propter num.*13. *verſ. tertium ſubſtantiale,* vbi
de communi *Imol. num.* 7. *Innoc. num.* 4. *Bald.
num.* 31. *Ioann. Andr. num.* 9. *verſ. aſſumantur,*
dum vult, quod ſubſtantialia *c. quia propter* in-
cipiant à verbo *aſſumantur Butr. num.* 22. *verſ.
dicitur* 6. *Hoſtienſ. num.*17. & 43. dicit hoc eſſe
tutius Cardinal. num. 3. *q.* 12. *Anchar. col.* 1. *in
fine Goffred. in ſum. tit. de elect. n.* 7. *Hoſtienſ. in
ſumm. §. qualiter facienda verſ. ſed verba Concilij
Bais de elect. p.* 3. *c.* 23. vbi de communi *Bertran.
conſ.*187. *num.*1. vbi etiam de communi, & ab
hac opinione non ſit recedendum in conſulen-
do neque iudicando *Rebuff. ſuper concor. in tit.
de reg. ad Prælat. nomin. facien. §. vltimo verbo
formam verſ. tres* vbi de communi *Franc. Marc.
dec.* 1201. vbi pariter de communi *Ioannes de
Friburg. in Summ. tit. de elect. q.*7. *col.*2. *verſ. aſ-
ſumatur Silueſt. in ſumm. verbo electio.*2. *num.*12.
*verſ. tertium, de communi Aug. in ſum. eod. verbo
num.* 20. *Tabien. in verbo electio* 1. *num.*20. *verſ.
ſecundum quod Roſell. eod. verbo col.*5. *verſ. quot
ſunt formæ Azor. inſtit. moral. par.*2. *lib.*6. *c.*14.
*col.*7. *verſ vndecimo quæritur* Rodriq. *in ſum. c.*2.
*de elect. col.*3. vbi de communi alias *c.* 102. *Io-
doch. Lorich. in Theſaur. vtriuſque Theol. in
verbo electio in forma prima ſcrutinij verſ.*2. *& ipſi
eligant.* Et ratio huius ſententiæ, vt tres facilius
conueniant, & fidelius negotium tractent *Ho-
ſtienſ. in ſumm. Petr. de Baiſ. Butr. & Bertrand.
locis iam allegatis.*

Et quod etiam dicti tres Serutatores debeãt
eſſe de Collegio, alias electio ſit nulla, * eſt pari-
14 ter communis opinio *Abb. in d. c. quia propter
num.*13. *verſ. quartum ſubſtantiale Imol. num.* 8.
vbi de communi *Io. Andr. num.*11. *Butr. num.*22.
verſ. dicitur 7. *Hoſtien. num.*25. & 43. *Card. n.*3.
q. 12. *Compoſt. num.* 5. *in fin. verſ. de Collegio*

Anchar. col.2. verſ. circa hoc Goffred. in ſumm. de
elect. num.7. Hoſtien. in ſum.eod. tit.§.qualiter fa-
cienda col.4. verſ. de Collegio Roman. conſ. 312.
num. 12. vbi de communi Rebuff. loco praſoto
verſ. quarto requiritur Boiſ. de elect. par. 3. c. 24.
Franc. Marc. d. deciſ. 1201. in fin. Silueſt. in ſum.
Ang. Io.de Friburgh. Tobien. Roſell. Azor. Iodoc.
Lorich. locis ſupra allegatis. Et ratio huius dicti
eſt, quia præſumitur eos, qui ſunt de Collegio
fidelius tractaturos électionem, & non eſt ho-
neſtum, vt qui ſunt extra Collegium ſciant con-
ſcientiam illorum de Collegio Hoſtien. Imol.
Baiſ. & Rebuff. ſupra citatis locis.

Et quamuis ſecundum aliquos ſubſtantia-
lia formæ c. quia propter non incipiant à verbis
illis aſſumantur tres de Collegio, ſed à verbis im-
15 mediatè ſequentibus* qui ſecretè, & ſigillatè vo-
ta cunctorū diligenter exquirant, prout Gloſſ. in d.
c. quia propter in verbo Sanior in fin. & fuit opinio
Vincentij, & Tancredi Mardagot. de elect. c. 23. in
verb. irritari, vbi quod in Curia fuit confirmata
16 electio Abbatis Tullen.* licet in ea fuerint ele-
cti ſex Scruatores; Tres ſcilicet de Collegio
& tres extrà Collegium, quem etiam refert
Cord. in dicto cap. quia propter numer. 13. quaſt.
12. verſ. & iuxto Mardogotum, & hanc opinio-
nem eſſe in Curia receptam dicunt, licet ipſi
contrarium expreſsè teneant Oſtien. in ſumm.
de elect. §. qualiter facienda col.4. verſ. aſſumendo
Goffr. in ſumm. numer.7. Io. de Friburg. in ſumm.
tit. de elect. queſt.7. col. 2. verſ. aſſumatur, Io. An-
dr. in d. cap. quia propter numer.9. in verbo aſſuma-
tur. Prædicta tamen opinio Gloſ. non eſt ve-
ra, vt patet ex ſuprodictis, & benè dicunt Do-
ctores modo allegati, neque probatur, quod
ſit recepta in curia, quia non eſt credendum
17 Doctori de receptione atteſtanti, * prout nec
creditur de conſuetudine atteſtanti Mohedan.
18 dec.2. & 3. de conſuetudin. * & eſt ratio, quia
conſuetudo eſt quid facti, & quod tunc fuit,
poteſt hodiè non eſſe, per quam rationem
ſemper meo tempore Rota reprobauit opi-
nionem illorum, qui tenent, quod credatur
Doctori teſtanti de conſuetudine, quando eſt
verſatus in illo foro. Eoque magis non eſt
credendum dictis Doctoribus, quia hoc dictum
non videtur congruum, cum ferè omnes præ-
dicti Doctores videantur moueri ex prædicta
confirmatione electionis, in qua fuerunt ad-
hibiti ſex Scruatores, quæ quidem electio, vt
19 rectè Rota aduertit * in dicta cauſa Meten.
Monaſterij 5. Iulij 1621. per Summum Pontifi-
cem potuit confirmari ex gratia, non autem
ex eo, quod electionem cenſuerit validam.
Nec prædicta electio adhibitis ſex Serutatori-
bus potuit ſubſtineri, prout nec iſta ex regula,
20 quod vtile per inutile non vitietur * cap. vtile
de reg. Iur. quia iſta regula non habet locum,
quando aliquid inducitur pro forma ſubſtan-
21 tiali, * prout eſt, quod tres tantum eligantur
ſcrutatores de Collegio, quia cum forma ſit
indiuidua, vtile per inutile vitiatur Dec. conſ.
532. numer.5. Mondoſ. de com. reg.27. quaſt.24. nu.
10. Matien. in l.1. tit.4. lib.5. gloſſ.4. num.9. Becc.
conſ.12. num.30. Guttier. canon.99. lib.2. cap.15.
numer.114. Rot. dec.471. numer.9. par.1. & in
terminis electionis Roman. conſ.66. numer.2. vſ-
que ad fin. vbi quod ſtante ſtatuto, vt electio
22 fiat ad annum, & non vltrà, * & ſi contrà
fiat ſit nulla, electio facta per triennium eſt
nulla in totum, quia illa verba dant formam
electioni, quæ facit eam indiuiduam, & ibi
Add. in littera C. quem ſequitur Alciat. in l.1.
§. ſed ſi mihi numer.13. ff. de verb. obligat. & Garz.
de benefic. par.2. cap.1. numer.59. & optimè ad
rem idem Alciat. in l.1. §. ſed ſi mihi numer.13. ff.
de verb. obligat. & Garz. de benefic. par.2. cap.1.
numer.59. & optimè ad rem idem Alciat. loco
cit. numer.11. & 12. vbi ex cap. Meſſana de elect.
dicit, quod ſi interueniant in electione Laici,
23 & Clerici electio eſt nulla in totum, * ea ra-
tione, quia non eſt ſeruata forma, cum lex
de forma introduxerit, vt laici non interue-
niant in electionibus, vt tenent Card. & Imol.
in d. cap. Meſſana

Neque prædictis reſiſtit, quod de conſue-
tudine poteſt introduci, vt aliqui extrà Col-
24 legium interueniant in electione * Speculi de
elect. §.1. numer.12. Card. in cap. quia propter q.
12. in princ. Bertoch. de Epiſcop. lib.1. par.3. queſt.
5. numer.4. quem refert, & ſequitur Boer. ad
Mandogott. de elect. cap.23. littera R. verſ. adde,
qui tales poſſunt eligi Serutatores Card. & ſpecul.
vbi ſupra. Quia quicquid ſit de hac opinio-
ne, procedit, quando illi extrà Collegium de
conſuetudine legitimè præſcripta habent vo-
25 cem, tunc enim vt conſiderat Cardinal. loco præ-
dicto, hi dicuntur de Collegio eligentium. In
propoſito autem nullibi probatur, quod tres
Serutatores exteri de conſuetudine debeāt in-
terſſe electioni, etſi probaretur iſta conſuetu-
do non releuaret, quia apertè conſtat, quod
hi ex conſuetudine non ſunt de Collegio eli-
gentium, cum in electione vocem minimè de-
derint; ſi verò prætendatur, quod de conſue-
tudine poſſint eligi ſex Serutatores, tres de
Collegio, & tres extrà Collegium; Hoc etiam
probato nihil efficeret, quia eſſet conſuetudo
26 contra diſpoſitionem d. cap. quia propter, * quod
cum habeat decretum irritans, tollit omnem
27 conſuetudinem in contrarium, * vt in pun-
cto illius text. dicit Boer. dec.1. numer.49. & 50.
& hoc eſt regulare in omni lege, & canone
habente decretum irritans cap. quod ſuper his in
fin. de conſangnin. & affinit. cap. ſuper eo in princ.
de cognot. ſpirit. Couarr. par.4. cap.6. §.10. nu.35.
& ſeqq. Driedon. de liber. Criſtian. lib.1. cap.16.
col. vlt. verſ. & hinc iam conſideranda; & confir-
matur, quia lex irritans facit perſonam in-
28 capacem, quando circa illam verſatur, * &
29 conſuetudo non poteſt tollere incapacitatem*
Dec. in cap. nonit. de iudic. numer.84. Falin. & Ay-
mon. quos allegat Suarez. de ll. 7. cap.19. num.
13. in fin. & quamuis ipſe numer.14. hanc ſen-
tentiam non probet, dum tenet, quod lex ir-
ritans aliqua ratione honeſta, poſſit eſſe abro-
30 gabilis per conſuetudinem, * tamen quicquid
ſit de hac opinione, quatenus etiam eſſet vera
in caſu iſto nihil prodeſſet, quia vt idem Sua-
rez declarat numer.16. & 17. procederet, ſi
vniuerſaliter in toto Orbe per conſuetudinem
31 contrariam cum requiſitis lex eſſet abrogata, *
quod

quod in casu isto videtur improbabile, secus autem, quando in certo loco seruatur contra id, quod in lege habente decretum irritans disponitur, ista enim est praescriptio, quae introduci non potest, obstante decreto irritan-
32 ti, * quia cum lex generaliter non sit abro-
33 gata, remanet in suo robore, * neque hic repetendum est, quod aliàs dicebatur in dicta causa *Meten. coram me*, quod videlicet non agatur de praescribenda lege, sed communi
34 Doctorum sententia, * quia imò de praescribenda lege agitur, nàm licèt aliqui *DD.* interpretentur substantialia *cap. quia propter* incipere ibi *qui secretè inquirant*, nihilominus communis intellectus illius *text.* est, quod substantialia incipiant à verbo *assumantur*, & hoc in alijs iuribus declaratur, scilicet in dicto *cap. Ecclesia vestra il secondo de elect.* vt supra relatum est, & sic agitur de praescribendo contra ius, non autem contra communem sententiam, quae communis sententia ventilatur solum circa interpraetationem illius *text. Suarez de ll. lib. 6. cap. 1. numer. 5. vers. de hac igitur interpretatione.*

Secundo principaliter constat de nullitate electionis, quia dicti tres Scrutatores extra Collegium, scrutati sunt votum Fratris Antonij primi Scrutatoris de Collegio, & secundo loco praesente dicto Antonio votum Matthiae secundi Scrutatoris, ac tertio loco praesente Antonio, & Matthia votum Valentini tertij Scrutatoris; Vnde scrutatio Antonij, & Matthiae corruit, quia etsi aliqui velint, quod eli-
35 gatur quartus Scrutator, * qui vna cum Notario scrutetur scrutatores, rectius tamen, & communiter seruatur, quod duo ex eis tertium scrutentur, & sic duo ex scrutatoribus, debebant Antonium scrutari, & duo Matthiam, quod minimè seruatum fuit, ita *Abb. d. c. quia propter n. 9. vers. 4. quaeritur Innoc. in verbo cunctorum numer 6. Hostiens. numer 43. vers. sed quis inquiret Io. Andr. numer. 13. Butr. numer. 26. Compostellan. numer. 6. Bais. de elect par. 3. cap. 26. numer. 8. Io. Frideburgh. in summ. de elect. quaest. 7. col. 2. ante fin. vers. & puto Rosell. in summ. Verbo electio col. 5. vers. quot sunt Rodriq. qq. reg. tom. 2. quaest. 2. art. 3. vers. in princ.* & sic non fuit seruata forma *cap. quia propter*, quia modus praedictus scrutandi est secundum formam *d. text.* ibi *vota singulorum diligenter exquirant*, ac proindè etiam sui ipsorum, vt scilicet semper duo tertium exquirant *Hostien. in d. cap. quia propter numer. 3. in verbo cunctorum*, & sufficit, quod forma deficiat in his duobus votis, cum satis esset, quod etiam in vno non fuisset seruata,
36 vt electio corrueret, * vt fuit opinio *Vinc.* quem refert, & sequitur *Bellamer.* in dicto *cap. quia propter. §. nisi fortè vers. 3. quaero* & ratio est, quia in parte relinquitur forma, quae est indiuisibi-
37 lis * *Garz. de benef. par. 5. cap. 4. numer. 184.* qui loquitur quandò etiam defectus est in suo voto, & quod magis est, nec ille vnus, in quo
38 notatur defectus, potest postea assentire, * quia cum electio fuerit nulla non potest ratificari *Compostell. in d. cap. quia propter numer. 29. Bellam. loco citato.*

Tertio principaliter electio fuit nulla, quia ipsi scrutatores extra Collegium scrutati sunt solum assidentibus scrutatoribus de collegio, vt patet ex instrumento confirmationis transmisso *S. D. N.* in quo sic habetur *Petrus Abbas Epternacen. suffraganeus Treueren. & Abbas ad S. Matthiam*, qui sunt scrutatores electi extra collegium (*in praesentia Notarij infrascripti, Primo votum fratris Antonij scrutatoris, deinde in praesentia iam d. Antonij votum Matthiae scrutatoris. Tertio ipso quoque Matthia praesente, votum Valentini,*) qui sunt tres scrutatores electi de collegio, & posteà subsequitur, *assidentibus tam dictis scrutatoribus venerabilis fratris Michaelis Prioris, & postea singulorum in Ord. seqq. vota praestita ab vnoquoq; primitus iuramento consueto praestito inquisiuerunt, & audiuerunt exceperunt &c.* & sic scrutatores extra collegium sunt illi, qui scrutati sunt vota, assidentibus solum scrutatoribus de collegio, atque ità contra formam *c. quia propter*, vbi expressè disponitur, quod tres scrutatores de collegio vota omnium di-
39 ligenter exquirant, * quod verbum (*exquirant*)
40 importat, * vt ex se & proprio ore exquirant, imò adhibitis quibusdā verbis adhortatorijs, quae tamen non possunt dici de substantia,
41 prout de substantia est, quod ipsi exquirant * *Specul. de elect. §. 1. num 17.* quem sequuntur *Bertach. de Episcop. lib. 2. part. 1. num. 2. Butr. in c. quia propter num. 25. Abb. num. 5. vers. nota 3. Hostien. num. 30. Innoc. num. 6.* quod non fecerunt scrutatores de collegio; Aliud
42 nempe est facere, aliud assidere * *l. 1. ff. de off. Assess.* & aliud est facere, & aliud est esse prae-
43 sentem actui per alium explicato * *Bart. in l. omnium numer. 5.* per illum *Text.* & ibi *Bald. num. 9. Alex. nu. 9. Bartol. in l. modestinus nu. 3. ff. de donat. Bald. in l. illud sub. num. 4. C. de Sacr. Eccles.*

Quarta etiam principalis nullitas ex verbis supra ponderatis resultat, quia, vt ex illis pa-
44 tet, vota non fuerunt redacta in scriptis * contra formam *text. in d. c. quia propter* ibi, *& in scriptis redacta Abb. ibidem num. 6. Butr. nu. 27. Io. Andr. num. 19. Hostiens. num. 31.* vbi expressè, quod aliter non seruatur forma *Innoc. nn. 6. Imol. num. 5. in fin. vers. in gloss. redacta*, vbi quod hoc requiritur, quia melius constat de voto per scripturam, hoc est, ne memoria
45 scrutatorum pereat * *Innoc. ibid. Ancar. ante num. 1. Bais. de elect. p. 3. cap. 28. num. 1. et seqq. Mirand. in manual. Praelat. regul. tom. 2. q. 23. art. 16.*

Quinta adest nullitas, quia vota in scriptis
46 redacta publicari debent in communi, * vt habetur in *d. c. quia propter*, & hoc est etiam substantiale, in proprio autem fuit publicata solum electio, non autem vota, vt in instrumento, ibi *inquisitis itaque collectis, et collatis singulorum votis suffragijs, & voluntatibus non omnes rursus in vnum, ac in locum capitularem conuocati, atque pro publicatione noui electi Abbatis, et Pastoris instantes per sepe dictum Dominum Praesidentem expresse rogati num factam per nos electionem ratam, firmamque haberemus consentientes in Abbatem, et Pastorem nostrorum Monasterij, & Conuentus venerabilem Patrem &c. Pium &c.* pu-

publicari, & proclamari fecimus, prout idē D.P. residens Dominum electum alta, & intelligibili voce proclamauit, publicauitque &c. vnde cum fuerit
publicata tantum electio non autem vota,
47 electio fuit nulla * *Hostien. in d. c. Quia propter num. 44. vers. quintum est Io. Andr. num. 28. vers. 9. Anchar. & Butr. eod. vers. Bais. p. 3. c. 29. in princ. Mirand. loco prædicto vers. 9* Neq;
dicatur, quod electio fuit vnanimis, & propterea non est necessaria publicatio votorum, cum non esset facienda collatio numeri ad nu-
48 merum, meriti ad meritum, vel zeli ad zelum *
Abb. in c. Quia propter num. 10. Quia respondetur, quod ex tenore narratæ electionis constat vota non fuisse publicata, sed solum electionem: & quamuis in petitione confirmationis dicatur, quod electio fuit vnanimis, hæc est simplex enunciatiua, & si modo constaret, quod fuisset vnanimis non releuaret, dum non constat fuisse publicatam, cum vota semper publicanda sint, licet enim vt *supra di-*
49 *ctum est*, quando electio est vnanimis, * non sit
facienda collatio numeri ad numerum, meriti ad meritum, vel zeli ad zelum, debet tamen fieri collatio numeri, meriti, & zeli *Abb. in d. c. quia propter num.* 10. *vers. si vnus*, vel saltem est facienda collatio numeri, alias esset in arbitrio scrutatorum pronunciare, quem mallent, & hoc bene requiritur, prout etiam
50 quando quis eligitur à duabus partibus,* quo
casu, licet non fiat collatio meriti, & zeli *c. si quando de elect. in 6. Abb. d. num.* 10. *vers. nam maioritas Franch. Marc. dec. 924. ante num. 6. lib.* 1. nihilominus fit collatio numeri, licet non ad numerum.

Non obstat, quod Monasterium sit Ordinis Sancti Benedicti, & in d. electione dicatur, *& lecto Capitulo ex regula de eligendo Abbate &c.*
51 quod est* c.64. ex quo forsan posset prætendi,
quod electio facta iuxta dictam *Regulam* substineatur, quia vt aduertit *Turrecre. tract.* 38.
52 illud *cap.* habet duas partes principales, * in
prima agitur de ipsa electione, in secunda de qualitate ipsius electi, & circa primam partem tres ponuntur electionum differentiæ, Prima est si tota Congregatio in timore Domini concors fuerit in eligendo; Secundo si parua pars Congregationis, meliori tamen consilio freta, eligeret aliquem; Tertio si tota Congregatio peruersa intentione corrupta aliquem elegerit, primam, & secundam approbat, tertiam vero reprobat, & hoc est, quod disponitur etiam postea in *d. c. quia propter*, vt supra relatum est, circa modum autem eligendi *Regula nihil* disponit, & si disponeret non releuaret, quia licet verum sit, quod quando habenti facultatem datur certa forma,
53 illa non seruata actus tenet, * licet contraue-
niens possit puniri; secus tamen est, quando, illa forma habet decretum irritans, vel perpetuam prohibitionem prout in casu isto; Nam cum *Regula S. Benedicti* sit anterior, superuenit Constitutio *Concilij generalis*, de qua in *d. c. quia propter*, quæ dat certam formam cum de-
54 creto irritanti, * ergo quod fit in contrarium
est nullum, vt distinguendo dicunt *Gloss. in Clem. 1. in verbo inhibentes de iurepatr. vbi Imol. num. 3. & 4. Vitalin. num. 13. Ancharan. in c. statut. §. fin. per tot. de rescript. in 6. & in Clem. 1. num. 11. vers. & hoc enim videtur de sequestr. poss. et fruct. Felin. in c. ex parte limit. 2. de constit. Abb. cons. 91. col. 3. num. 6. vers. ad prædicta induco lib. 1. et q. 5. Angerio num. 6. vers. 2. probatur Apostill. ad Roman: cons. 236. num. 8. in verbo singularis Suarez de ll. lib. 5. c. 31. nu. 10.* vbi materiam exornat *Io. de Salas. de ll. q. 96. tract. 14. dispu. 16. sect. 8. num. 33. Sà in summa verbo lex num. 13.* & ista est communis opinio, vt per *Brun. de forma et. de potest. et effectu formæ, et solemnit. in vlt. eff. in 6. limit. fol. 57. col. 1. vers. sexto prædicta Regula.*

Neque etiam obstat si dicatur, quod vbi
55 agitur de electione Abbatis regularis,* sufficit,
quod electio fiat per vota secreta iuxta *Conc. Trid. sess. 25. cap. 6. de regul.* quia fuit responsum, quod aut *Conc.* loquitur de Abbatibus
56 temporalibus, * prout innuunt illa verba *in*
electione superiorum, quorumcumque Abbatum temporalium & aliorum officialium, &c. & super dispositione *Concilij* non est insistendum: Aut loquitur de Abbatibus perpetuis, & eo magis electio est nulla, quia *Concilium* non derogat
57 dispositioni *d. cap. quia propter*, * vt per *Ro-*
driq. in sum. cap. 1. alias 102. num. 2. & 3. de elect. & fuit dictum *coram me in Meten. monasterij*, solum addidit, quod nedum vota sint secreta, & ita, & taliter, vt nunquam eligen-
58 tium nomina publicentur, * vnde si erat ser-
uanda forma *cap. quia propter* dispositio *Concilij* nedum non obstat, sed operatur, vt eo magis electio sit nulla, cum eligentium nomina nunquam publicari debeant, ex quo fit, quod cū fuerint electi tres scrutatores de Collegio, & tres extra Collegium, electio non remanserit secreta, quod certe non esset dicendum, si tres tantum de Collegio electi fuissent *Rodriq. loc. alleg. num.* 3. & censuit *Congregatio Illustrissimorū interpretum*, quam refert *Garz. de benefic. part. 5. cap. 4. num.* 189. vbi quod
59 electio est nulla, * si aliquis ex electoribus
vnam schedulam tantum vnico nomine scriptam recipit de manu scribæ, vel duas recipit, & aliam scindit, quam declarationem refert idem *Garz. in d. num.* 193. sic in proposito tres scrutatores extra Collegium sciunt votum eligentis, vnde illud possunt reuelare, & intrat nullitas electionis per rationem declarationis præfatæ, vt *Concilium* habeat decretum irritans verbis claris, quod inficit titulum, & posses-
60 sionem, * & quamuis *Nauarr. cons. 9. de elect.*
& Rodriq. loco prædicto num. 4. & qq. regul. tom. 2. quæst. 52. art. 9. teneant, quod electio substineatur, quando votum alteri ostendatur sine
61 culpa Capituli, * tamen, quicquid sit de hoc,
in casu isto culpa capituli, votum non est secretum cum admiserit tres scrutatores extra
62 Collegium, neque etiam substineri potest ele-
ctio, ex quo *Nauar.* post *Innoc. & alios* asserat *loco citato*, quod si adsit consensus etiam non
63 seruata forma, electio teneat, * quia loquitur
in foro conscientiæ, nam in foro fori, indu-
64 bitatum est electionem esse nullam, * sed Sum-
mus

mus Pontifex potest consensum eligentium non solemniter præstitum conualidare *c. vnic. de postul. Prælat Abb. in c. quod sicut in fin. de elect.*

Neq; facit, quod de prædictis solum constet ex instrumento, in quo Capitulum petit confirmationem, quia cum illud sit manu publica
65 scriptum, * habeatque sigillum, & subscriptionem omnium eligentium, indubitatum est quod probat, vt in puncto similis instrumenti dicunt *Innoc. in cap. innotuit num. 3. de elect. Io. Andr. num. 20. Card. num. 7. vers. 6. quæro Bellam. num. 20. vers. item dicit Bursat. cons 159. num. 15. lib. 2.* & videtur facere *text. in c. Ecclesia vestra il secondo* & ibi *Doctores de elect.*

Tandem fuit consideratum, quod in omnem euentum electio non debet confirmari, cum
66 non fuerit petita * iuxta terminos *c. cupientes de elect. in 6. & Concordata Germaniæ*, & impedimenta, quæ possent allegari non probantur; Vnde merito fuit resolutum in contumaciam alterius partis non constare de valida electione, quæ debeat confirmari, neque etiam debere confirmari ex negligentia petitionis confirmationis.

Et ita conclusum, &c.

Præsens decisio fuit confirmata die 24. Ian. 1625.

RAVENNATEN. LITTERARVM CAMBII.

Mercurij 20. Nouembris 1624.

ARGVMENTVM.

Testes quando dicantur contestes de loco, & tempore, vel non, & quando deponant inuerisimilia.

SVMMARIVM.

1. *Nouationem allegans tenetur illam concludenter probare.*
2. *Testes, qui non sunt contestes de loco, & tempore, & deponunt inuerisimilia non probant.*
3. *Testes de loco, & tempore quando dicantur contestes, vel non ita vt probent, vel non.*
4. *Actus implicitus æquipollet actui explicito.*
5. *Testamentum nuncupatiuum nuncupatione implicita valet, prout valet testamentum nuncupatione explicita.*
6. *Cambia non solent relaxari in magna quantitate absque litteris.*
7. *Non est verisimile, quod quis voluerit relaxare pecunias alienas ad Cambium.*

DECISIO MDXL.

Placuit Dominis *decisio facta 12. Ianuarij huius anni* in qua fuit resolutum non probari, quod Ioanninus relaxauerit ad cambium Rondinello summam scut. 4652. debitam occasione litterarum cambij Zanchij, itaut D. Zanchius possit se releuare contra Ioanninum, quia cum ipse Ioanninus habeat intentionem fundatam in non solutione Rondinelli, & dicta non solutio ei suffragetur, vt abunde fuit dictum in *decisione*, qui dicit Ioanninum fecisse nouationem cum Rondinello tenetur hoc plenè, &
1 concludenter probare, * cum sit fundamentum intentionis suæ, & sufficiat, quod altera pars neget *Oldrand. cons. 81. in fin. vers. sicut enim Roman. cons. 241. num. 5.*

Neque obstant Testes in contrarium examinati, quia tres propter multas exceptiones semper fuerunt reiecti, alij verò duo, ex quo
2 non fuerunt contestes de loco, & tempore, * & deponunt inuerisimilia etiam vltimo loco fuerunt reiecti; Quod autem non sint contestes prout requiritur ad effectum, quod de æquitate Canonica probent, satis fuit deductum in *vltima decisione;* contra quam licet hodie replicetur, quod conclusio procedit, quando ex-
3 primitur locus, & tempus, * in quibus testes non conueniunt; secus autem quando alter alteri non contradicit, cum in dubio præsumantur contestes, & ita debent intelligi *Afflict. & Cæsar. de Graff. allegati in vltima dec.* Nam fuit responsum, quod vt patet ex ponderatione Testium facta in alia *dec.* deponunt de diuersa confessione Ioannini, & sic non concordant implicitè de loco & tempore, licet hoc explicitè non dicat, quod sufficit ad effectum, vt non dicantur contestes de loco, & tempore, cum
4 actus implicitus æquipolleat actui explicito * iuxta notata per *Bartol. in l. si ista scripsero ff. de condit. & demonstr. Ias. in l. vbi autem, §. illud n. 2. ff. de verb. obligat.* vbi Testamentum nuncupa-
5 tiuum nuncupatione implicita valet, * prout valet Testamentum nuncupatione explicita.

Quod autem deponant inuerisimilia satis patet, ex quo cambia non solent relaxari ma-
6 xime in tanta summa absque litteris, * & quamuis replicetur, hoc esse verum ad effectum interesse, ista est distinctio verbalis, quia nunquam gratis pecuniæ dantur ad cambium, & hodiè concurrit alia inuerisimilitudo, quod cum pecuniæ essent DD. de Gauottis, & Puteo bonellis, non est verisimile, quod Ioanninus voluerit relaxare pœcunias alienas ad
7 cambium *; Concurrit etiam, quod vnus ex dictis duobus Testibus deponit de confessione Ioannini sub die 8. Martij, & tamen constat; quod die antecedenti scilicet septima fecit protestationem, quod per ipsum non steterat, quominus exegerit, vnde non est verisimile, quod si ad cambium relaxasset dictas pecunias, & voluisset fraudem committere, per dictam protestationem posteà die sequenti, fassus fuisset se pecunias ad cambium relaxasse.

Et ita conclusum vtraque parte informante &c.

Præsens decisio fuit confirmata coram Merlin. decis. 170.

RO-

ROMANA COLLECTAE.

Veneris 29. Nouembris 1624.

ARGVMENTVM.

Procurator ab vniuersitate quando validè dicatur constitutus ad emendum, & quando ad imponendum censum, & si non fuit datum mandatum, quando tamen censeatur ratificata emptio, & impositio census.

SVMMARIVM.

1 *Contrahere per se, vel per Procuratorem paria sunt.*
2 *Mandans non mandatarius remanet obligatus ex contractu per mandatarium de eius ordine stipulato.*
3 *Mandatum Procuratoris Vniuersitatis ad emendum probatur ex quo à maiori parte congregatorum ad id electus fuit Procurator vniuersitatis.*
4 *Procurator vniuersitatis ad hoc vt possit emere requiritur ad hoc expressa facultas eiusdem vniuersitatis.*
5 *Mandatum Procuratoris Vniuersitatis ad emendum constituti à maiori parte probatur per scripturam.*
6 *Procurator Vniuersitatis quando dicatur habere facultatem accipiendi pecunias ad censum num. 17. & 18.*
7 *Procuratori Vniuersitatis non censetur restricta facultas generalis per aliam resolutionem in subsequenti Congregatione seu Adunantia factam.*
8 *Mandatum extenditur ad ea, quæ veniunt in consequentiam, & sine quibus res, quæ mandatur explicari non potest.*
9 *Administrator, seu Procurator generalis nauis potest mutuo pecunias accipere, si administratio aliter benè fieri non potest.*
10 Statutum Vrbis cap. 43. lib. 3. *prohibet artificibus impositionem Collectarum sine consensu Conseruatorum Vrbis.*
11 *Collecta est onus extraordinarium, quod imponitur personis pro rebus.*
Census impositio non est collecta num. 11.
12 *Collecta aliquando dicitur onus personale, prout tributum.*
Tributum dicitur onus personale num. 12.
13 Statutum Vrbis lib. 3. cap. 43. *quid disponat.*
14 *Calceolarij possunt collectare se ipsos.*
15 *Collectarum impositio facta ab habentibus facultatem tenet.*
Contrafacientes Statuto incurrunt pœnam ab ipso impositam num. 15.
16 *Subrogatus repræsentat eum, in cuius locum fuit subrogatus ita vt omnia censeantur gesta ab illo non à subrogato.*
18 *Census impositio nomine Vniuersitatis ex quibus censeatur ratificata ab Vniuersitate.*
19 *Ratificatio ab Vniuersitate collegialiter fieri debet.*
20 *Ratificatio æquiparatur mandato, & retrotrahitur.*
21 *Relationi Periti ab vna parte electi statur, dum ab altera parte nihil contra eam opponitur.*
22 *Amplia etiam si fuerit alius Peritus ex officio per Iudicem electus, dum tamen non retulerit, quamuis diù penderet causa.*

DECISIO MDXLI.

DVbium in hac causa, quod die 21. *Iunij huius anni*, & hodie etiam affirmatiuè fuit resolutum. An Vniuersitas Calceolariorum Vrbis, & ipsius particulares teneantur ad census, de quibus agitur, quod quidem, vt in alia *decisione* dictum fuit, habet duas inspectationes principales. Prima est, vt videatur, an constet de mandato Rugerij, & aliorum, qui pœcunias ad censum cæperunt, quod primum caput habet etiam alias inspectiones; Vna est; An constet de mandato ad emendum; altera ad capiendum pecunias; Tertia ad fabricandum; Secunda principalis inspectio est, an constet de versione; Si enim Rugerius, & socij ista duo probant, vtique Vniuersitas ipsa tenetur, cum Vniuersitas, & homines particulares non autem illi, qui nomine Vniuersitatis tanquam Procuratores contraxerunt, teneantur;
1 Paria enim sunt contrahere per se, vel per Procuratorem suum* *l. Ossa in fin. ff. de relig. et sumpt. fun. gloss. in l. fin. in l. si Procurator ff. de dol. mal. except. c. qui per alium facit de reg. iur. in 6. l. 1. ff. de vi et vi armat.* & cum illi mandatarij exe-
2 quuti fuerint mandatum, non ipsi, sed Vniuersitas remanet obligata * *Dyn. cons. 46. in princ.*

Et quātū attinet ad primā inspectionē primi capitis, est dicendū, quod die vltima Martij 1614. fuit facta, vt dicitur Congregatio secreta, in qua fuit propositum, & determinatum per hæc verba *Fù proposto, che si debbano comprare tutte le case dell'Isola intorno alla Chiesa sino al vicoletto, che spartisce trà le Monache di S. Egidio Scalze, e la cantonata dell' Hoste sino alla casetta attacata al Forno comprata dalla nostra Vniuersità, e che si debbano pigliar denari à censo in quel miglior modo, che sia possibile in vna, ò più partite, secondo che si potranno hauere*, & fuerunt deputati illimet, qui iam certas domos emerant.

Et quia resolutio in hac Congregatione secreta non videbatur sufficere pro mandato, 24. eiusdem mensis Martij in adunantia generali fuerunt quidem deputati vna cum Consulibus ad conficiendum instrumentum, & obligandam Artem; Et alterius in adunantia pariter generali sub die 8. Aprilis 1614. fuit lectum vt ibi dicitur *Il partito corso e vinto nella Congregatione Secreta sotto il di vltimo di Marzo prossimo passato che è di pigliar li danari à censo, si per pagar le case comprate, come da comprarsi e di pigliar ancora l'acqua Paola; Laonde si fa intendere à tutti li adunati, che la detta Vniuersità hà da dichiarare, se si contenta della compra già fatta della casa di M. Giulio Setanano, e se vuole, che si facci quanto si è detto di sopra in maniera, che in questa presente generale Congregatione s'intenda di pigliar à censo per gl'effetti suddetti scudi 2. m. moneta à ragione di scudi 5. ½ per cento, si che corra il partito, e che si contenta e vuole, che si faccia quanto di sopra,*

e che

e che quanto sin qui è stato fatto, sia benfatto metta la
faua nera, e chi non la bianca, Quibus adimpletis,
&collatione facta ex 135. votantibus, 116. fue-
runt pro affirmatiua. Ex quibus sequitur, quod
3 mandatum sit certum, * & indubitatum ad di-
ctas Domos emendum, & hoc inficiari minime
potest; Procuratores enim fuerunt constituti à
maiori parte, & expresse data fuit facultas ad
emendum, quæ requiruntur in mandato Vniuer-
4 sitatis * *Castrens. cons. 92. lib* 2. & hæc proban-
5 tur per scripturam, quod sufficit * *Oldrad.*
cons. 224. vers. præterea illud Angel. cons. 92. vers.
de secundo vsque ad finem.

Quantum attinet ad secundam inspectionem,
an fuerit data facultas capiendi pœcunias ad
6 censum, non potest dubitari, * quin hec facul-
tas fuerit data in dicta Congregatione Secreta
sub die vltima Martij 1614. & in Congrega-
tione generali sub die 24. eiusdem mensis fue-
runt facti deputati, vna cum Consulibus ad
conficiendum instrumentum, & ad artem obli-
gandam, vnde pernecesse sequitur, quod fue-
rit data facultas capiēdi pecunias in ea quan-
titate, quæ sufficeret pro pretio domorum,
cum hoc sit de natura contractus *Roman. in l.*
3. §. *Iurare num. 7. ff. de iur. iur. Idem Rom.*
in cons. 114. num. 4. vers. clarum autem est Ruin.
cons. 93. num. 3. & 4. lib. 5. Iason. in l. si con-
stante num. 97. ff. solut. matrim. Mantic. de tacit.
& ambig. conuent. lib. 7. tit. 15. num. 27.

Et prædictis non resistit dispositio in alia
adunantia facta 8. Aprilis 1614., in qua facul-
tas capiendi ad censum videatur restricta ad
7 summam scut. 2. m. * ad rationem quinque
cum dimidio pro quolibet centenario, quia
non inde censetur reuocatus ordo generalis
datus sub die 24. Martij in alia Congregatione
generali, & potius ista facultas videtur restri-
cta quo ad emptionem aquæ Paulæ, & quod
hoc sit verum apertissimè constat ex sententia
obtenta à Conseruatoribus Vrbis, in qua sic
habet *in Tenore della sopradetta licenza &c. con-*
cediamo licenza alli Consoli &c. di poter far adu-
nanza, & in essa trattar di pigliar scudi doi mila,
e più se li bisognaranno, per pagare le case com-
pre dal Sig. Martio Sciaquatorio &c. Vnde appa-
retur, quod facultas erat libera, & in omnem
euentum, sicut mandatum erat liberum ad om-
nes domos emendas, cum dicta summa non
sufficeret, censetur datum tacitum mandatum,
8 ad capiendum residuum pretij ad interesse *
prout prædicta scut. 2. m. per superius dedu-
cta, & benè *Bald. in cons. 379. quando super fa-*
cto num. 5. vers. ad indiuidua lib. 3. vbi quod
mandatum extenditur ad ea, quæ veniunt in
consequentiam, & sine quibus res, quæ man-
datur explicari non potest, & exemplificat in
madato generali circa administrationem na-
9 uis, * quia poterit Procurator recipere pœcu-
nias mutuo si administratio non potest aliter
benè fieri *Abb. cons. 62. col. 2. num. 4. & seqq.*
vers. præterea, & 20. lib. 2. vbi latè.

Neque prædictis resistit *Statutum Vrbis cap.*
43. lib. 3. quod prohibet istis artificibus im-
poni collectas sinè consensu Conseruatorum
10 Vrbis, * quia quatenus in hoc casu esset neces-
saria dicta licentia, fuit obtenta, vt supra rela-
tū est, sed verè statutum non applicatur, enim
loquitur de impositione collectarum, impositio
autem census non est collecta, cum sit onus
11 extraordinarium, * quod imponitur personis
pro rebus *Calderin. cons. 7. de constit. in princ.*
vers. redeundo, & cons. 2. de censibus num. 4.
vers. nota etiam quod munera Gemin. cons. 116.
num. 2. vers. de secundo Imol. cons. 248. & ali-
quando etiam dicitur onus personale prout tri-
12 butum * *Bald. cons. 112. nu. 6. vers. sed in Ca-*
pitulo lib. 2. Secundo non obstat dictum Statu-
tum, quia primo loco annullat Statuta conce-
13 dentia facultatem collectandi, * & secundo lo-
co dat certam formam imponendi collectas, &
contrauenientibus imponit pænam 50. aureo-
rum, applicandam prout in Statuto; quare
14 cum Calceolarij possint collectare se ipsos, *
cum *Statutum Vrbis* det cærtam formam haben-
tibus iam facultatem absque decreto irritanti
15 tenet impositio collectarum, * licet contrafa-
cientes possint puniri *gloss. in clem. p. in v. inhi-*
bentes de iurepatr. Prout neque facit, quod de-
putati non cœperint pecunias ad censum, quia
cum alij in Officio loco ipsorum fuerint subro-
gati, perinde est ac si primi omnia gessissent
16 *l. item eorum §. Decuriones ff. quod cuiuscunque*
vniuer nom. Oldrad. cons. 224. num. 25. vers. &
ad hoc etiam Angel. cons. 92. vers. de 2. vsque
ad fin.

Quantum attinet ad tertiam inspectionem,
an scilicet constet de mandato ad fabricandum
in eadem Congregatione generali sub die 8.
Aprilis 1614. Sic habetur: *In oltre fu fatto in-*
tendere da detti Signori Consoli come le case com-
pre dal Sig. Martio Sciacattario hanno bisogno di
restauramento, e come con poca spesa si accresce-
ranno le pigioni di esse, e che per poter far detti
meglioramenti, è necessario mandar via il Fornaro,
e nel far le predette case, si cercherà di fare la mi-
nor spesa, che sia possibile, e di grauar l'Arte man-
co si puole, il che stia alli deputati già fatti insieme
con li Consoli, ad arbitrio de quali il tutto s' inten-
da rimesso, & ex votantibus 122. approbarunt
prædicta, 21. vero contradixerunt, ex quibus
sequitur, quod cum omnia fuerint remissa ar-
17 bitrio Consulum, & Deputatorum * quo ad
restauramenta, quæ non possunt fieri absque
impensa, censeatur data facultas capiendi pœ-
cunias ad interesse, quia pecuniæ non aderant,
& ita erat solitum facere *ex supra deductis.*

Et circa hoc primum caput, quod continet
tres inspectiones cessat omnis difficultas; Adu-
nantia enim generalis facta sub die 17. Se-
ptembris 1617. coram Senatore, cui narrato,
quod erat prouidendum circa debita contra-
18 cta pro domibus emendis, * & pro fabrica
fuerunt pariter narrati omnes reditus Vniuer-
sitatis, & omnia debita, & actum, vt redditus
locarentur quibusdam: vt solueret debita vni-
uersitatis prout fuit factum, vnde manifestissi-
me constat, vel quod omnia prædicta fuerunt
facta de mandato Vniuersitatis, vel omnia fue-
rint ratificata, cum Vniuersitas sciret illa fuisse
suo nomine gæsta *Oldrad. cons. 199. num. 7.*
Bald. cons. 110. in princ. lib. 1. & dicta ratifi-

catio

catio tenet, cum collegialiter fuerit facta.
19 prout requiritur in Vniuersitate * *Dec. cons.* 437. quod dupplicatur *cons.* 672. & æquipara-
20 tur mandato, * & retrotrahitur *Oldrad. cons.* 326. *num.* 17. *vers. non obstat Anchar. cons.* 127. *col.* 1. *Alex. cons.* 146. *num.* 3. *vers. & constat lib.* 5. *Paris. cons.* 47. *num.* 33. *lib.* 1. *& cons.* 78. *n.* 12. *lib.* 3.

Quantum attinet ad secundum caput principale, an constet pecunias captas ad interesse fuisse versas in emptionem domorum, & aquæ, nec non & in expensis fabricæ, ex relatione Periti, vt dicitur in alia *decis.* constat fideliter omnia fuisse administrata, & quamuis de hoc constet ex relatione vnius Periti electi ab his
21 pauperibus administratoribus, * nihilominus contra hanc relationem nihil opponitur, & detegitur modus procedendi, ex quo Vniuersitas, vel potius agentes pro ea fine causa allegarunt suspectum Peritum ab ipsamet parte electum, & quamuis alius ex officio fuerit per Iudicem
22 electus, * tamen nunquam retulit, & cum à tanto tempore pendeat causa, nec pro alia electione fuerit instatum, neque doctum contra relationem, quod reuelet *Domini perstiterunt in resolutis sub die* 21. *Iunij huius anni*.

ROMANA POECVNIARIA.

Lunæ 2. Decembris 1624.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Prouisio seu mercedes assignata ad hoc vt quis per spatium decem annorum singulis annis aliquid adimpleat, non debetur nisi pro duobus annis, si pro tali tempore solum adimpleuit.*
2 *Et si totam mercedem recepit tenetur restituere residuum.*
3 *Compensatio intrat, quando credita hinc inde sunt liquida.*
4 *Compensatio intrat ipso Iure.*

DECISIO MDXLII.

CVm bo. me. Marius Farnesius constituisset aliquot census, illosque vendidisset pretio scut. 16500. constituit assignamenta mercatoribus, qui promiserunt illos extinguere intra 12. annos, iisque D. Marius pro mercede dedit scut. 900. & cum DD. mercatores per biennium adimpleuerint, cumque postea defecissent D. Octauius inter se suscepit omnes obligationes, cuius occasione soluit Dominis censuum scut. 420. pro quibus egit contra hæredes D. Marij, quare dubitaui an constaret de credito compensabili.

Et quantum attinet ad creditum, cum DD. mercatores foro cesserint, & sic non possint adimplere promissa erga heredes D. Marij sequitur quod cum tota summa scut. 900. fue-
1 rit soluta pro prouisione 12. annorum, * & ipsi adimpleuerint tantū per duos annos, quod per illud tempus tantum possint habere proui-
2 sionem, & teneretur restituere residuum * *l. sed adde §. si quis eum in annum ff. locat. l. si vno* 17. *§. Item cum quidam ff. eodem* vna cum credi-
3 to compensabili cum illud liquidum sit, * *l. si constat l. si propter l. fin. C. de compens. Socc. cons.* 93. *num.* 22. *cum seqq. lib.* 7.

Non obstat, quod D. Octauius habuerit cessionem ab illis, quibus soluit census, & & possit etiam agere vigore motus proprij *fel. rec. Paul. V.* executiue contra debitores rationis bancariæ.

Quia fuit resolutum; quod cum D. Octauius ratione suæ obligationis represéntet rationem bancariam, quoad debita, & credita, antequam foro cederet ratione dictæ obligationis, & solutionis factæ censuarijs erat creditor ratione dictæ solutionis, & debitor ratione dictæ summæ pro mercede solutæ pro
4 rata temporis, * Vnde ipso iure fuit inducta ipsa compensatio *Alex. cons.* 149. *num.* 2. *& seqq. vers. sed præmissis lib.* 2. etsic cum ipso iure fuerit inducta compensatio, non potest innari cessione censuariorum, nec motus proprij *S. M. Pauli V.* quia hæredes bo. me. Marij non erant amplius debitores.

Et ita conclusum &c.

Præsens decisio fuit confirmata die 4. Decembris 1626.

PERVSINA DE ALPHANIS.

Lunæ 4. Decembris 1624.

ARGVMENTVM.

Emphyteusis ex pacto, & prouidentia non obstante clausula *ad habendum* non transit ad hęredes. Acquisita ex titulo oneroso computatur ad effectum deducendi legitimam filiorum primi acquirentis, secus si sit acquisita titulo lucratiuo, cum in illo casu primus acquirens possit præiudicare vocatis, non autem in isto. Legatum quando dicatur voluntarium, & quando necessarium, & quando alterutrum ex his imputetur in legitimam.

SVMMARIVM.

1 *Emphiteusis ex pacto, & prouidentia non est hæreditaria, si de hæredibus nulla fuit facta mentio, sed simpliciter ad generationem.*
2 *Clausula* ad habendum *intelligenda est secundum subiectam materiam.*
Clausulam ad habendum *apposita in concessione emphiteusis ex pacto & prouidentia non facit illam*

illam hæreditariam nisi accedente consensu Domini num, 2.

3 *In emphiteusi ex pacto, & prouidentia acquisita titulo lucratiuo primus acquirens non potest præiudicare vocatis, secus autem si titulo oneroso.*

4 *Legitima debetur filijs ex bonis Emphiteuticis ex pacto, & prouidentia titulo oneroso per Patrem acquisitis.*

5 *Legitima est portio bonorum non hæreditatis num. 6.*

7 *Legatum voluntarium vni filio factum censetur in hæreditate Patris ad effectum videndi ad quam summum ascendat legitima filiorum, secus est in legato necessario.*

8 *Bona intelliguntur deducto ære alieno.*

9 *Filio naturali à Patre vna vncia relinqui potest, quamuis extent filij legitimi.*

10 *Filius naturalis, cui à Patre vna vncia relicta fuit, non potest amplius petere alimenta.*

11 Statutum Perusinum *disponit, quod Pater filijs Spurijs, aut naturalibus non possit relinquere vltra vnicam, qua relicta non possit petere alimenta.*

12 *Legatum vnica vncia, & alimentorum factum à Patre filio naturali respectu vncia est voluntarium, non necessarium.*

13 *Identitas probatur ex duabus demonstrationibus.*

14 *Terra petitum, quamuis enuncietur positum sub certo vocabulo, & specificari etiam magis potest sub alio nomine.*

DECISIO MDXXXXIII.

PRosequendo disputationem iam cæptam: dubitaui *an bona reseruata in decisione facta sub die 20. Maij huius anni, remanserint in hæreditate Marcelli in casu, & ad effectum de quo agitur,* Effectus autem dubij est, vt de eis sit habenda ratio in ponenda ratione legitimæ Baltassaris eius filij, & inhærendo ordini in dicta *decis.* posito.

Quantum attinet ad molendinum ad vsum frumenti in pertinentijs morcellæ, licet illud sit emphiteoticum ex pacto, & prouiden-
1 tia, * non autem hæreditarium, cum de hæredibus nulla fuerit facta mentio *Dec. cons. 614. numer. 4* sed simpliciter ad generationem *Clar. in §. Emphiteusis quæst. 37. in fin. Couarr. var. resolut. lib. 2. cap. 18. vers. quinto deduciaur,* & clausula *ad habendum &c.* intelligenda est secun-
2 dum subiectam materiam, * & sic accedente consensu Domini *Dec. cons. 614. numer. 2. & 6.* & fuit dictum *coram me in causa Romana Emphiteusis 26. Iunij 1602.* Nihilominus est aduertendum, quod Alphanus pater Marcelli vna cum alijs quatuor fratribus hoc molendinum acquisiuit, concordia inita de anno 1545. & mediante solutione *Floren.* 800. & sic intrat communis distinctio, quod aut emphitheusis ex pacto, & prouidentia est acquisita titu-
3 lo lucratiuo, vel titulo oneroso, * si titulo lucratiuo, primus acquirens non potest præiudicare vocatis, secus autem si titulo oneroso, vt patet ex cumulatis per *Maresc. var. resol. lib. 1. cap. 74. numer. 3.* quam sententiam secuta fuit *Rot. in caus. Romana de Lante 17. Maij 1585.* *coram San. me. Clemente VIII.* & nouissimè in *causa Rauenaten. Concursus 18. Nouembris præteriti coram R. P. D. meo Merlino.* Quare cum Alphonsus vnus ex quinque primis acquirentibus habuerit filium prædictum Marcellum,
4 est habenda ratio huius quintæ partis, * in ponenda ratione legitimæ Marcelli, *ex allegatis per eundem Marescott. vbi supra d. numer. 3. & 4.* & fuit dictum in prædicta *Romana de Lante.* Et ex ista etiam portione legitimæ Marcelli est habenda ratio, in ponenda ratione legitimæ Balthassaris, cum legitima sit portio
5 bonorum * ex *allegatis per Crassum §. legitima quæst. 1. nu. 2.* & sic quinta pars *florenorum* 800. ascendit ad *florenos* 160. qui conficiunt *scut.* 80.

Quantum attinet ad secundum corpus bonorum, Marcellus prædictus legauit Io: Mariæ filio suo illegitimo *flor.* 1600. computando in dicta summa *flor.* 500. qui fuerunt dati ad censum nomine ipsius Ioannis Mariæ, & voluit residuum dicti legati, demptis dictis *flor.* 100. solui ex quibusdam bonis Pontis Vallis Cippi, quæ erant eius primæ Vxoris. Vndè dum quæritur, an ista summa fuerit in hæreditate Marcelli, ad effectum vt de illa sit habenda ratio in ponenda ratione legitimæ Balthassaris, cum vt dictum est sit portio bonorum
6 non hæreditatis, * ideo videndum est, an illud legatū fuerit voluntarium, vel necessariū
7 quia si voluntarium, fuit in hæreditate, * & de eo habēda est ratio ad effectum prædictum, si verò necessarium, secus est, quia tanquam æs alienum est detrahendum, & ideò nulla illius habenda est ratio, cum legitima sit portio bonorum non hæreditatis, bona autem
8 intelliguntur deducto ære alieno * *Crass. in d. §. legitima quæst. 1. num. 3.*

Hoc dubium pendet ex duobus. Primo vt videatur; An huiusmodi legatum excedat vnciam, filio enim naturali vncia potest relinqui etiam extantibus filijs legitimis * *auth. quib.*
9 *mod. natur. effic. sui. §. illud tamen à nobis vers. ne igitur semper;* Ita vt relicta vncia non possit am-
10 plius petere alimenta * *Pal. cot. de noth. & Spur. c. 38. num. 4.* quem refert, & sequitur *Surd. de alim. tit. 7. q. 10. num. 1. & seqq.* quod est conforme *Statuto Perusino* disponenti, quod pater filijs spurijs, aut naturalibus non possit relinquere
11 vltra vnciam, * qua relicta, non possint petere alimenta; Secundo pendet ex eo, vt videatur, an filius naturalis possit habere vnciam, & alimenta, quando sibi legantur à patre, prout fuit factum in casu isto, *DD.* enim prædicti, & *Statutum* firmant solum, quod non possit habere vltra vnciam, & quod legata vncia, non possit petere alimenta, quia pater videtur voluisse compensare, si autem legentur vncia, & alimenta nihil firmant, de quo est videndum, nam si legatum vnciæ, & alimentorum sublineretur, vtique legatum vnciæ esset voluntarium * non
12 necessarium, & sic de eo est habenda ratio, in ponenda ratione legitimæ Balthassaris, super quo particulariter poterit videri.

Quantum attinet ad tertium corpus, nempè terra Speltarina in loco *alla Morcella* vocabu-

lo *Montefreddo*, non negatur fuisse de hæreditate Marcelli, sed dubium est, an compræhendatur in corpore vendito illis de Masciolis pro scut. 64. de quo fuit habita ratio in *decis.* inter sexto loco alienata. Et visum fuit Dominis affirmatiuè respondendum; & sic bis de hoc prædio non esse habendam rationem; describitur enim sub appellatione *Montefreddo eminarũ duarum tabul.* 7. & cõueniunt etiam duæ demonstrationes, nempe viæ, & bona Io. Pauli Caporalis
13 quæ sufficiunt * *Bartol. in l. falsa demonstratio num.* 14. *ff. de cond. & demonstr.* Nec resistit, quod Terra Speltarina enuncietur sub vocabulo *le*
14 *masse, ò Campolungo*, quia concurrentibus alijs, non repugnat, quod specificetur in hoc nuncupato *Montefreddo*, quia ista videtur magis specifica nominatio.

Quantum attinet ad quartũ corpus scilicet *Terra alla Morcella* sub nomine *il Prato*, & ad Terram, seu sodum olivatum sub vocabulo *il Monte*, quod est quintum corpus, satis probatur fuisse in hæreditate Marcelli, sed cum fuerint assignata Ioãni Matiæ filio naturali Marcelli, hæc pendent à resolutione secundi corporis.

Agendum igitur est de sexto, nempè de terris in eodem loco sub appellatione *la Volta*, vẽditis Doralici pro scut. 200. Nec controuertebatur has terras fuisse in hereditate Maccelli, sed dicitur illas cõprehensas inter bona, quæ habuit Flaminia pro satisfactione suæ dotis, quæ bona ponũtur in *dec.* inter alienata. Hoc tamẽ nõ placuit quia hoc prædium fuit per Balthassarem alienatum vsq. de anno 1595. Flaminia vero longè post nempè de anno 1600. habuit dicta bona.

Circa septimum, & vltimum corpus, nempè duas domos cum Columbaria in pertinentijs Moncellæ vocabulo *il Molino*, pariter non controuertitur fuisse in hæreditate Marcelli, sed dicitur fuisse data in solutum Ioanni *Mariæ* pro legato, & resolutio huius capitis pendet à resolutione secundi, de quo particulariter erit agendum.

Et ita conclusum, &c.

Præsens decisio fuit moderata die 2. Maij 1625.

ROMANA DE QVERRIS.

Lunæ 9. Decembris 1624.

ARGVMENTVM.

Filius tam pro liberando Patre à carceribus, quam ab imminenti periculo carcerationis tenetur pro eo fideiubere, alioquin potest illum exhæredare, & eidem alimenta denegare. An autem possit petere restitutionem in integrum aduersus huiusmodi fideiussionem sub prætextu læsionis, & quid requiratur, vt isto casu intret læsio vide in decisione.

SVMMARIVM.

1 *Filius sicuti potest pro extraneo fideiubere, ita multo magis pro eius Patre.*
2 *Filius pro liberando Patre à carceribus tenetur fideiubere, alias potest exhæredari & ei denegari alimenta & n. 16.*
3 *Pater potest ex eisdem causis denegare alimenta filio ex quibus potest eum exhæredare.*
4 *Filius ab obligatione fideiubendi pro liberando Patre à carceribus dicitur exemptus, si pars renuat illum in fideiussorem accipere.*
5 *Obligatio à minore facta seruata* forma statuti vrbis lib. 1. cap. 151. *valet absque vlla difficultate.*
6 *Filius sicuti tenetur fideiubere pro Patre captiuo, vel carcerato, ità etiam pro eum liberando ab imminenti periculo carcerationis, ab paratam executionem obligationis cameralis.*
7 *Factum esse aliquid, vel de proximo fieri paria sunt.*
8 *Mulier tam tenetur fideiubere pro marito carcerato, quam carcerando.*
9 *Filiusfam. qui non succedit Patri potest petere restitutionem aduersus fideiussionem factam pro illo.*
10 *Limita si filius fideiussit pro excarcerando Patre.*
11 *Læsio enormissima an debeat constare ad hoc, vt detur restitutio in integrum aduersus fideiussionem factam à filiofam. dubitatur.*
12 *Filius, qui pro Patre excarcerando fideiussit non potest dici enormissimè læsus, dum ei obuenit pingue fideicommissum post obitum eiusdem Patris.*
13 *Vt intret læsio enormissima in fideiussione facta a filio pro excarcerando Patre requiritur, quod fideiussio absorbeat omnia bona sua & n. 15.*
14 *Minor dicitur enormissimè læsus quando totaliter læditur, id. in tota quantitate, & pretio rei de qua contrahitur inter ipsum, & alium.*
17 *Pro exhæredatione filij licet plures causæ exprimantur, dum vna sufficit, quamuis aliæ causæ non probentur exhæredatio sustinetur.*
18 *Actus aliquis quando de necessitate debet fieri, etiã quod alius actus, qui fieri non potest apponatur vtile per inutile non vitiatur.*
19 *Conditio sufficit quod semel extiterit, licet vsq; ad executionem facti non durauerit.*
20 *Ad læsionis effectum consideratur tempus contractus, non autem id, quod postea contigit.*
21 *Ad commodum, & damnum quando aliquis contractus potest se habere, licet causaliter contingat damnum, non ex hoc quis dicitur lædi.*
22 *Et si est minor non restituitur vt læsus.*
23 *Ditari, & non depauperari quis præsumitur.*

DECISIO MDXLIV.

Iterum fuit resolutum fideiussionem nedum filiorum maiorum, sed etiam minoris factam pro parte substinecì; Quia regula est certa, quod quemadmodum filius pro extraneo potest fideiubere, * ita multo magis pro Patre
1 suo apud extraneum rectè fideiubet, eumque fidem suam suscipit *l. si ex alio C. quod cum*

eo

eo l. 1. C. de filio fam. min. l. si dubitet §. filius fam. ff. de fideiuss. vbi *Bartol. Bald. Donell. C. eodem l. si Paternam C. ad Sen. consf. Velleian. Socc. Iun. consf. 23. num. 26. vol. 2. Anton. Hering. de fideiussi. c. 7. num. 336. & 337. Valent. Franc. in simili tract. c. 2. num. 145. Pyr. Maur. eod. tract. sect. 8. c. 1. num. 12.* Ino filius pro liberando Patre à carceribus tenetur fide-
2 iubere alias potest exhæredari * *auth. si captiui C. de Episc. et Cleric.* & in *auth. vt cum de appell. cognosc. §. si vnum de praedictis collat. 8. nt. 22. Boer. dec. 128. num. 7. Vrsill. ad Afflict. dec. 308. num. 25. Carpan. ad stat. Mediolan. p. 1. c. 416. nu. 85.* latè *Hering. de fideiuss. c. 7. nu. 348. et seqq.* vbi *num. 356. et 357.* concludit, quod non solum potest Pater exheredare filium, sed etiam denegare alimenta, cum Pater possit ex iisdem causis denegare alimenta, ex quibus po-
3 test exheredare, * *ex alleg. per Cordub. in l. si quis à liberis §. Idem Iudex num. 1. ff. de liber. agnosc.* nec ab ista obligatione minor, aut minus idoneus censetur exceptus, nisi pars re-
4 nuat illum in fideiussorem recipere * *Ant. Hering. num. 358.* Vnde cum hæc obligatio fuerit
5 facta seruata forma *statuti c. 151. lib. 1.* * cessat omnis difficultas.

Neque obstat, quod prædicti DD. loquuntur, vel quando Pater est captiuus, vel quando est carceratus; In hoc autem casu Pater
6 non erat carceratus; * Quia sufficit, quod immineret periculum carceris ob paratam executionem cameralis obligationis, qua Domini de Querris obstrictus reperiebatur paria enim sunt aliquid esse factum, vel de
7 proximo fieri debere * *l. ait Prætor. §. si debitorem ff. debis, quæ in fraud. Cred. l. quæritur ff. pignor.* & In simili quando mulier tenetur fideiubere pro marito carcerato, quod etiam te-
8 neatur pro marito carcerando * late exornat articulum deducens plura similia *Surd. consf. 367. num 17. vers. nec restitit*, & in puncto est *decis. Rota 775. num. 3. & 4. par. 2. in recent.* & *coram S. mem Gregor. decis. 123. num. 7. & seq.*

Neque obstat, quod si filius non succedat Patri potest petere restitutionem in integrum
9 si pro eo fideiusserit * *l. 1. C. de fil. fam. min.* quia hæc conclusio non procedit, quando fi-
10 lius se obligauit pro excarceratione Patris * *Bald. in d. auth. si captiui num. 4. Castr. consf. 52. in fin. lib. 2. Odd. de rest. in interg. p. 2. quæst. 81. art. 1. cum allegatis in priori decisione.* Neque est facienda vis, quod in alio casu Rota voluit videre super enormissima læsione, vt in alia
11 *decisione* dicitur, * quia ex hoc non resultat, quod illa sit sufficiens causa restitutionis in integrum in istis terminis, & ommissa veritate huius articuli, nullatenus dicitur constare de ænormissima læsione, cum istis filijs post obitum Patris obuenerit pingue fideicommis-
12 sum, * ità vt non possit considerari ænormissima læsio, ad hunc enim effectum require-
13 retur, * quod id, quod soluere tenerentur absorberet in hoc casu totum fideicommissum, enormissimè autem minor dicitur læsus, quan-
14 do totaliter læditur, idest in tota quantitate *

& prætio rei, de qua contrahitur inter ipsum, & alium, vt per *DD. in auth. Sacramenta puberum C. si aduers. vendit. Odd. de restit. in integr. p. 2. q. 58. art. 2.* sic in proposito cum tenerentur fideiubere pro Patre *ex supra deductis*, quatenus esset locus restitutioni in integrum ob enormissimam læsionem, deberent ostendere, quod fideiussio absorberet omnia eorum
15 iura *.

Rursus non releuat, quod Patres se obligarunt attenta promissione indemnitatis facienda per Patrem, prout pater in eodem instrumento releuare promisit indemnes, Nam fuit responsum, quod se obligarunt ex causa liberandi Patrem ab imminenti carcerum periculo ibi *ex causis, & rationibus superius narratis &c.* & licet subdatur - *Et attenta infrascripta promissione releuationis indem itatis*: Tamen cum obligatio pro liberando Patre ab immi-
16 nenti periculo carcerum esset necessaria, * ità vt filij cogi possent ad se obligandum, vtique quatenus promissio releuationis indemnitatis
17 non subsisteret, adhuc obligatio substineretur ex causa necessaria *Bald. consf. 112. num. 2. vers. super 2. lib. 5.* vbi quod licet pro exheredatione filij plures causæ exprimantur, dum vna sufficit quamuis aliæ non probentur exheredatio substinetur, ratio est, quia sine difficultate quando aliquis actus de necessitate debet fie-
18 ri * etiam quod alius actus, qui fieri non potest appouatur vtile per inutile non vitiatur *Bald. consf. 26. nu. 6. vers. item euidentiori lib. 1. & consf. 28. num. 2. vers. item in deposito lib. 1. Anchar. consf. 215. num. 6.* & in omnem casum exabundanti fuit consideratum, quod liberatio Patris fuit in causa, cum ex illa sola filij se obligare debuerant, releuatio autem indemnitatis propriè non fuit causa, sed conditio, & ideò sufficit, quod semel extiterit, * licet vsq;
19 ad executionem facti minime durauerit; Quia Io. Baptista Pater morte fuit præuentus *Bald. consf. 402. in princ. vers. multum enim refert lib. 1.* Hinc satis est, quod releuatio fuerit promissa, quamuis Pater, antequam filij possent petere releuationem obierit, quia ad effectum læsionis, consideratur tempus contractus non
20 autem id, * quod postea contigit *Aymon. consf. 11. nu. 17. et consf. 152. num. 7. Rim. Iun. consf. 97. num. 14. lib. 1.* & communem dicit *Odd. de rest. in integr. p. 2. q. 57. art. 3. num 18.* ea ratione quia quando aliquid potest se habere ad com-
21 modum, & damnum, * licet causaliter contingat damnum, non ex hoc quis dicitur lædi,
22 & si esset minor non restitueretur, vt læsus * *Odd. vbi supra p. 1. q. 4. art. 6. per tot.* vbi de communi; Nec suffragari potest depositio Domini Annibalis de anno 1617. quod scilicet Io. Baptista nihil in bonis haberet, quia sufficit, quod possideret pingue fideicommissum, vt notum est, ex cuius fructibus poterat filios releuare, cum quis præsertim ditari non
23 depauperari præsumatur * ex allegatis per *Menoch. lib. 6. præsumpt. 25. num. 9. et 10.* & quamuis morte præuentus hoc facere non potuerit, sufficit possibilitas de tempore contractus *ex supradictis*.

Ex quibus Domini perstiterunt in resolutis sub *die 26. Iunij præteriti*, vtraque parte informante.

CREMONEN. CANONICATVS.

Lunæ 9. Decembris 1624.

ARGVMENTVM.

Exemptio resultans ex indulto concesso ordinario Cardinali conferendi beneficia etiam reseruata suffragatur quoque Capitulo in collatione Canonicatus simultaneæ collationis vel electiui. Hac occasione multa adducuntur de reseruationibus beneficiorum.

SVMMARIVM.

1 *Mensis* Nouembris *est mensis fixus scilicet Apostolicus.*
2 *Indultum conferendi Beneficia concessum Cardinali Episcopo suffragatur etiam Capitulo ratione communionis, & connexionis.*
3 *Alternatiua successit in locum* Regulæ reseruatoriæ octo mensium.
4 *Cardinalis Ordinarius Collator non comprehenditur sub alternatiua.*
5 *Quando vnum præsupponitur, & super eo quid disponitur cessante præsupposito cessat dispositio.*
6 *Dictio* vel alius *tanquam dictio qualitatis intelligitur prout aliter vel* alio modo.
7 *Dictio* quomodolibet *comprehendit omnem casum, itaut nullum respuat, & vide ibi.*
8 *Capitula olim beneficio Episcopi gaudebant alternatiua.*
9 *Alternatiua per.*Sixtum V. *fuit restricta ad solos Episcopos.*
10 *Vbi currit eadem ratio, ibi intrat eadem iuris dispositio.*
11 *Participium præsentis temporis quid importet, & eius natura, & num. 14.*
12 *Expectatiua restricta ad collationem Ordinarij, & ad menses Ordinariorum nõ capit vacationem in mense alias reseruato, licet propter sedem vacantem non est reseruatus.*
13 *Reseruationes ratione temporis cessant tempore sedis vacantis.*
14 *Participium præsentis temporis aliquando resoluitur in relatiuum.*
15 *Verba non sunt impropríanda.*
16 *Verba clara debent attendi, & iuxta disposita in illis seruandum.*
17 *Collatio beneficij spectat ad eum, qui est in possessione quicquid sit respectu futurarum vacationum.*
18 *Conferre beneficia est fructus iuris conferendi.*
Conferendi ius spectat ad possessorem bonæ fidei num. 18.
19 *Possessio vniuersalis conferendi beneficia suffragatur etiam respectu Canonicatus, licet in indiuiduo illum possessio non comprehendat. Limita num. 21.*
Possessio vniuersalis quid operetur num. 19.
20 *Dignior censetur possidere.*
21 *Possessio vniuersalis conferendi beneficia, quando excludatur, & num. 29.*
22 *Possessio conferendi certa beneficia non suffragatur respectu aliorum, de quibus indiuidualiter in possessione non continetur.*
23 *Possessio conferẽdi beneficium debet probari in indiuiduo circa modum, quo vacauit, adhoc vt suffragetur contra habentem ius in eo.*
24 *Mensis* Maij *est semper Apostolicus.*
25 Regul. 4. *olim* 3. Cancell. *reseruat beneficia familiarium Cardinalium.*
26 Extrauag. ad regimen. de præbend. *reseruat beneficia vacantia per assecutionem alterius.*
27 Extrauag. ad regimen de præbend. *innouatur per Regul.* primam Cancell.
28 *Indultum Cardinalis Ordinarij, qui renunciauit Ecclesiam amplius non suffragatur Capitulo.*
30 *Prouisio, seu collatio beneficij dicitur habuisse effectum, dum prouisus remanet in possessione, quamuis ei fuerit mota lis, quæ postea fuerit terminata per concordiam confirmatam à Sede Apostolica.*
31 *In commissione quis non comprehenditur, dum in ea non reperitur nominatus.*
32 *Clausula* omnesque alios *apposita in commissione non comprehendit Collegium.*
33 *Ius eligendi non efficitur litigiosum ex lite vertente inter prouisos tantum.*

DECISIO MDXXXXV.

VT alias dictum fuit, Canonicatus, de quo agitur, vacauit de mense Nouembris, qui
1 est mensis fixus * semper scilicet Apostolicus, & cum Capitulum vigore concordiæ initæ de anno 1575. prætenderet etiam attenta vacatione in dicto mense, quod Illustrissimus D. Cardinalis Episcopus tres nominare teneretur & ipsum Capitulum vnum deberet eligere, quodque cum D. Cardinalis facere neglexerit, sed libere D. Ioannem Paulum Melium prouiderit, & Capitulum vigore concordiæ D. Io. Baptistam Beuilacquam elegerit. Iterum dubitaui de ordine Datariæ, cui ex istis duobus esset danda noua prouisio, & Rota secunda vice censuit D. Beuilacquæ à Capitulo electo esse dandam prouisionem, cuius resolutionis iustitia pendet ex tribus; primo vt videatur an vacatio in dicto mense Nouembris comprehendatur in concordia ad fauorem Capituli; secundo quatenus sic, an ex quo Illustrissimus Cardinalis non seruauit concordiam, electio, seu prouisio libera spectaret ad Capitulum: tertio demum an dictus D. Cardinalis doceat de tali possessione conferendi Canonicatus vacantes in dd. mensibus, quæ obstet Capitulo.

Quantum attinet ad primum, tunc Episcopus tres tenetur nominare, & Capitulum vnũ eligere, vt sunt verba formalia concordiæ videlicet: *Quotiescumque dignitates &c. vel Canonicatus, & præbendæ vacarent in mensibus indulto alternatiuæ Episcopis ad suas residentibus*

Ee-

Ecclesias reseruatis concesso, vel alias quomodolibet ad Capituli huiusmodi electionem, vel prouisionem in alijs mensibus spectantibus vacare contigerit; quæ quidem verba comprehendunt vacationem huius Canonicatus, etiam quod contigerit in dicto mense Nouembris, quia non controuertitur, quod remotio obstaculi, quam operatur nedum *Regula octaua*, existente Episcopo Cardinale, sed etiam indultum conces-
2 sum ipsi Cardinali * suffragetur Capitulo ratione communionis, & connexionis, quam habet Capitulum cum Episcopo, vt abundè fuit dictum in alia *decisione facta 26. Aprilis huius anni, & eadem die in duabus alijs decisionibus in causa Ferrarien. Canonicatus coram RR. PP. DD. meis Pirouano, & Remboldo.*

Neque obstat quod alternatiua successit in
3 locum *Regulæ reseruatoriæ octo mensium*, * quia non comprehenduntur S. R. E. Cardinales, & ideò quando Cardinalis est Ordinarius Colla-
4 tor cessat alternatiua, * quare concordia quoque cessare debet ex regula, quando vnum præsupponitur, & super eo quid disponitur cessante præsupposito, cessat dispositio * *l. manci-*
5 *pia C. de furt.* & dixit in terminis huius Ecclesiæ *bo. me. Card. Seraphinus in quodam suo voto*. Nam huic motiuo fuit responsum, quod concordia non restringitur ad menses alternatos, sed extenditur ad omnes, & quoscunque menses, in quibus Capitulum, siuè de iure communi, siuè de iure speciali posset eligere, cum partes scirent hunc casum posse contingere, vt
6 clare denotat dictio illa *vel alias* * *Cassador. dec. 1. vers. aut alias de priuileg. Rot. dec. 48. num. 1. ad fin. par. 1. in recent.* quæ cum sit dictio qualitatis intelligitur prout *aliter*, vel *alio modo*, *l. denique §. interdum, vers. vtrum ff. de pecul. legat. l. 1. §. siuè in verbo neque alias ff. de aqua quot. & æstiu. Bartol. in l. 1. num. 12. ff. de cond. & demonstr. Hond. cons. 70. num. 32. vol. 2. Verall. decis. 210. num. 5. par. 1.*

Quod clarius etiam demonstrat ista dictio
7 subsequens *quomodolibet*, * quæ comprehendit omnes menses, in quibus Capitulum siuè directè siuè indirectè, ac etiam impropriè posset eligere *Io. Andr. in cap. Indemnitatibus num. 2. & ibi Archid. num. 2. vers. quomodolibet de elect. in 6. Angel. de Perus. cons. 331. num. 2. Gozzadin. cons. 14. num. 22. Rot. dec. 505. num. 19. par. 1. & dec. 364. eodem parte 1.* Imò hæc dictio ita formiter agit, vt nullum respiciat casum *d. cap. indemnitatibus de elect. in 6. Gabr. cons. 187. n. 9. lib. 1. Franc. Molin. de Bracch secul. cap. 4 nu. 48.* & comprehendit nedum electionem, quæ spectat ad Capitulum de iure communi, sed etiam de speciali iure consuetudine præscriptione, aut priuilegio Apostolico, vt benè *Rot. dec. 614. num. 2. par. 2. in rec. Put. dec. 209. & 215. lib. 1. in nouis*

Et prædicta optimè comprobantur, quia in effectu concordia non se restringit ad aliquos menses speciales, sed solum ad illos, in quibus electio potest spectare ad Capitulum. Nam licet dicta concordia in prima parte exprimat menses alternatos, Ideò tamen hoc factum fuit quia de illo tempore nempè de anno 1575. Capitula beneficio Episcopi gaudebant alter-
8 natiua * iuxta *cons. Caldei. 22. de preb. Puteus dec. 462. lib. 2. & dec. 88. lib. 3. Gonzal. ad reg. 8. gloss. 42. num. 5. & gloss. 45. numer. 24.* & iste modus concedendi alternatiuam durauit vsque ad Pontificatum *Sixti V.* qui primus restrinxit
9 alternatiuam ad solos Episcopos * *Gonzal. ad Reg. 8. gloss. 45. numer. 25. & seqq.* & quod concordia generaliter loquatur de mensibus spectantibus ad Capitulum absque eo, quod se restingat ad aliquos menses, clarè demonstrant verba sequentia ibi: *vel alias ad Capitulum huiusmodi in alijs mensibus quomodolibet spectantibus*, si enim aliter intellexisset dixisset *vel alias ad Episcopum, & Capitulum*, & non *vel alias ad Capitulum* & sic dicendum est, quod in primo casu non fuit simpliciter contemplata persona Episcopi, & Capituli simul, sed Capituli disiunctim, quia si coniunctim in secundo etiam casu dictum fuisset, *vel alias ad Episcopum, & Capitulum*, cum non possit dari ratio differen-
10 tiæ inter vnum casum, & alium * *Aym. cons. 936. num. 26.*

Neque est verum, quod concordia sit intelligenda de Canonicatibus, qui tunc spectabat ad collationem Capituli, cum loquatur per
11 participium præsentis temporis, * videlicet *spectantibus*, & in his terminis attenditur tempus datæ *Verall. dec. 58. par. 2.* vbi expectatiua
12 restricta ad collationem Ordinarij, * & ad menses Ordinariorum, non capit vacationem in mense alias reseruato, licet propter Sedem vacantem reseruatus minimè esset, cum tempore sedis vacantis cessent reseruationes ratio-
13 ne temporis; * Nam ad primum aduertendum est, quod licet concordia loquatur per participium *spectantibus*, tamen istud participium
14 non stat per se, * sed est coniunctum tempori, scilicet ad collationem Capituli ibi, *Dignitates Canonicatus, & præbendæ &c. ad Capituli huiusmodi electionem, vel prouisionem in alijs mensibus spectantibus vacare contingerit*, & sic istud participium licet denotet tempus præsentis temporis, resoluitur in relatiuum substantiæ, scilicet *qui in alijs mensibus spectabunt ad collationem Capituli Corn. cons. 167. num. 4. lib. 4. Alex. cons. 124. num. 6. lib. 2. Paris. cons. 21. num. 33. lib. 2. Ias. in l. Centurio num. 43. ff de vulg. & pupill.*

Ad *decisionem Veralli* dictum fuit magnam esse differentiam inter casum illius *decisionis* & casum, de quo agitur, quia in casu *Veralli* agebatur solum de interpretanda mente Papæ, cum ageretur de sola gratia, hic agitur de interpretanda concordia, & sic interpretanda mente vtriusque partis, vnde si diceremus, quod concordia non comprehenderet menses, in quibus Capitulum beneficio Episcopi existentis Cardinalis, ratione communionis, & connexitatis nimium nimis restringeretur concordia, quæ vt dictum est, loquitur per verba, *Vel alias quomodolibet ad Capituli electionem in alijs mensibus spectantibus vacare contigerit*, qnia alias impropriarentur verba concordiæ, quod non
15 licet * *Alex. cons. 204. num 6. & seq. vers. confirmatur lib. 2.*

Quan-

Quantum attinet ad secundum principale caput, an scilicet cum non fuerit seruata concordia, electio seu prouisio fuit libera Capituli, affirmatiuè fuit resolutum; Verba enim concordiæ satis clara sunt ibi *Quod si Episcopus, aut Vicarius quacunque de causa nolit, aut non possit, vel recuset, seu differat infrà tres dies nominare, tunc prædictum Capitulum per se liberè, & absolutè eligere, & sic electum etiam Episcopo, vel Vicario recusantibus confirmare, & huiusmodi confirmatio rata, & firma habeatur*, quæ verba cum clara sint, debent attendi, & iuxta
16 dispositā in illis seruandum, * *cap. inter corporalia in verbo similitudinem de translat. Episc. Tiraq. ad l. si vnquam in verbo libertis num. 2. C. de reuocand. donat.*

Quantum attinet ad tertium caput, An constet de totali possessione conferendi, quæ obstet Capitulo, pro parte Illustrissimi D. Cardinalis dicebatur constare, & proptereà colla-
17 tionem ad ipsum spectare, * etiā quod omnia prædicta subsisterent, & sic quod propietas spectaret ad Capitulum neque prouisum ab ipso esse remouendum, sed solum ius Capituli posse suffragari pro futuris vacationibus ea ratione, quia conferre est fructus iuris confe-
18 rendi, * qui spectat ad possessionem bonæ fidei *c. consultationibus de Iurepatr. Fæderic. de Sen. cons. 234. num. 3. vers. sed in casu proposito, Put. dec. 200. num. 1. lib. 1. in nou.* & in terminis *Bald. cons. 437. in cap. ex quo Abb. S. Viti lib. 2. Rot.* pariter in terminis *dec. 14. de Iurepatr. in antiq.* & huiusmodi possessio suffragatur Illustrissimo D. Cardinali, etiam quod non sit de hoc Canonicatu in indiuiduo, cum illius titulus
19 sit vniuersalis, * & propterea magis attenditur causa actus quam exercitium *Bald. in l. 1. num. 24. C. de emancip. liber. Soccin cons. 111. num. 4. lib. 1. Aymon. cons. 55. numer. 1. vers. sed respondeo Rot. dec. 17. nu. 11. par. 2.* & fuit dictum in causa *Assisien. Canonicatus 14. Iunij 1600. coram bo. me. Card. Sacrato*, & in *Maioricen. Sacristia 26. Iunij 1602. coram bo. me. Card. Pamphilio*, quæ possessio licet fuerit acquisita per Cardinales Episcopos Antecessores, quia di-
20 gnior censetur possidere * *Guidop dec. 629. n. 1.* & fuit dictum in causa *Montis Regalis Iurisdictionis 6. Aprilis 1601. coram me*, & alias sæpissimè.

Cæterum quamuis prædicta verissima sint nihilominus non applicantur ad factum, de quo agitur, quia cum vt dictum est, vigore concor-
21 diæ prouisio in hoc casu libera sit Capituli, * non potest dici, quod Episcopus habeat causam vniuersalem conferendi *Gloss. in c. cum Ecclesia Vulterana in verbo postulauit, vbi Abb. nu. 8. de elect. Paul. de Eleazar in repet. c. nullus nu. 4. eod. tit. Franc. in c. à collatione num. 1. de appell. in 6. Cassador. dec. 22. de prebend. Put. dec. 88. lib. 2.* & sic dato, quod Illustrissimus Cardinalis ex dignitate sit in possessione conferendi certos Canonicatus, non inde sequitur, quoad effectū validitatis collationis censeatur etiā in possessione Canonicatus, de quo agitur, cū illa indiuidualiter super hoc Canonicatus nō pro-
22 betur * *Felin. in c. auditis num. 10. & 19. Ab. num. 9. de præscipt.* & fuit resolutū in ea causa *Tolosana iurisdictionis 17. Decembris 1617. coram Reuer. D. Episcopo Attrebaten.* & in causa *Callien. Iuris conferendi 6. Martij 1617. coram R. P. D. meo Verospio*, & in *Maioricen. Sacristia 18. May 1622. coram me*.

Secundo fuit responsum, quod hic agitur de Canonicatu, quia si *Regula Octaua* haberet locum, & cessaret indultum, esset solus reseruatus ratione mensis, non autem alia reseruatione, & proptereà cum ius ex concordia spectet Capitulo Illustrissimus D. Cardinalis, vel ex sui, vel ex antecessorum persona deberet probare esse in possessione conferendi Canonica-
23 tus hoc modo vacantes * ita vt illius possessio, non autem ius Capituli esse attendendum *Mohedan. dec. 22. de præben.* & fuit dictum in causa *Fanen. Beneficij 21. Aprilis 1621. coram R. P. D. meo Pirouano*, & in causa *Regien. Beneficiorum 21. Iunij 1621. coram eodem, & in dicta Maioricen. coram me*. In proposito autem prouisiones factæ per *felic. recordat. Gregorij XIV.* tunc Cardinalem, & Episcopum de anno 1586. ad fauorem Darij Boccarini, & ad fauorē Fuluij Offredi de anno 1589. non suffragantur, quia illa Boccarini est prouisio Apostolica per obitum Petri Riparij, qui erat Prothonotarius Apostolicus, vt probatur ex litteris prouisionis, vt in copia, & sic non processit simpliciter ratione mensis, sed ratione Prothonotariatus. Illa etiam Offredi recipit eandem responsionem, quia vacatio contigerat per obitum Vgolani pariter Prothonotarij Apostolici, & sic istæ prouisiones non obstant Capitulo.

Dantur vlterius aliæ prouisiones, quæ non obstant; pro ista enim Cantoriæ vacantis de
24 mense Maij 1608. qui est semper Apostolicus* facta à Cardinale S. Cæciliæ Ludouico Zano, nihil facit, cum vacauerit per obitum Balussij familiaris Cardinalis S. Georgij, vt probatur *ex decisione eidem facta de anno 1596. per Sanct. me mor. Clementem Octauum*, & sic erat reseruata *per regulam tunc tertiam*, quæ hodie est *quar-*
25 *ta* * Collatio verò Canonicatus vacantis per assecutionem d. Cantoriæ facta Ludouico Samentio, & alterius Canonicatus facta Sicardo Musso per assecutionem alterius Canonicatus facta per d. Somentium pariter non suffragatur Illustrissimo D. Cardinali, quia isti Canonicatus erant reseruati ex vacatione assecutio-
26 num, * vt habetur in *extrauag. ad regimen de prebend. in §. nec non etiam*, quæ innouatur
27 *per regl. 1. Cancellariæ* * Aliæ collationes nihil officiunt, quia licet Papa de anno 1616. prouiderit dictam Cantoriam vacantem per obitum Zani in mense reseruato ad fauorem Ioannis Cazzanighæ, & Canonicatus, qui vacauit per assecutionem dictæ Cantoriæ ad fauorem Martij Archidiaconi: Nihilominus tunc temporis erat Episcopus bo. me. Briuius, qui non erat Cardinalis, nec ex vacatione in illo mense reseruato Capitulum aliquid prætendere poterat, cum bo. me. Briuius indultum minimè haberet, & Indultum Cardinalis S. Cæciliæ, qui renunciauerat Ecclesiam, non poterat suffragari

28 fragari amplius Capitulo, * Vnde quicquid sit de his collationibus, nedum minime officiunt, sed nec faciunt ad casum, de quo agitur.

Tertio licet prædicta adeò vera sint, vt omnem difficultatem amoueant, ex abbundanti tamen fuit responsum, quod quatenus etiam esset attendenda quasi possessio in istis terminis, vel est ad fauorem Capituli, vel ex illa of-
29 fuscatur possessio Illustrissimi D. Cardinalis * Nam cum de anno 1609. vacaret Canonicatus pœnitentiariæ per obitum Christophori Brumani Cardinalis S.Cæciliæ tunc Episcopus, prætendebat collationem ad se ipsum spectare ratione vacationis in mense Apostolico nihilominus Capitulum elegit Benassaium, & Cardinalis iuxta formam concordiæ electionem confirmauit, & huinsmodi prouisio habuit effectum, vt patet ex subsecuta possessione. Nec potest obijci, quod in concordia detur certa forma in electione Pœnitentiariæ, quia illa non alterat ius eligendi, & conferendi in dicta concordia conuentum, sed auget solum solemnitates actus.

Præterea cum de anno 1621.de mense Aprilis existente Episcopo Illustrissimo Cardinale modo actore Capitulum elegit Tasconum sub die 14. Octobris, & Vicarius eiusdem Cardinalis confirmauit hanc electionem sub die 29. Nouembris 1621. iuxta tenorem dictæ concordiæ, quæ dat facultatem nedum Episcopo, sed etiam Vicario, vnde non potest fieri vis super eo, quod non constet de mandato Vicarij, nec suffragatur quod Reuendissimus D. Cardinalis Raphinus modo Episcopus melphien. hunc Canonicatum à Sede Apostolica impetrauerit, & intee ipsum, & Tassonum
30 fuerit introducta lis in Rota, * Hæc enim lis fuit per concordiam terminata,& Tassonus habuit Canonicatum, & quamuis adsit confirmatio Apostolica, non inde tollitur effectus prouisionis Capituli, nisi aliter constet de iure Tassoni electi à Capitulo *Achill. dec.1. num. 4. de conceß. Praben.* & faciunt *not. per Sarmen. super reg. de subrog. q. vlt. in fin. Aymon. cons. 322. num. 3. vers. Rursus non obstat lib. 2.* & fuit in his terminis resolutum in causa *Maioricen. Sacristia 18.Maij 1622. coram me.*

Et ex hac responsione nihil obstaret, quod Capitulum fuerit in causa, quia nihilominus eius prouisio, vt ex prædictis apparet, tenuit; Sed veritas est, quod Capitulum non fuit comprehensum in commissione, quia in ea non re-
31 perieur nominatum; * & quamuis commissio habeat clausulam *omnesque alios*, tamen non
32 comprehendit Collegium * *Bald. in auth. item quicunque num. 1. & ibi Castr. C. de Episcop. & Cleric.Gemin. in c. cum in illis num.10. de preben. in 6. Sarnen. in reg. de Idiom. q. 2. num. 3. Mandos. commiß.2. super claus.omnesque alios commiß. 29. vers.5. circa med. Achill. decis. 3. de rescript.* nec etiam constat de mandato illius, qui produxit citationem, vnde nunquam ius eligendi fuit litigiosum cum ageretur solum inter pro-
33 uisos, * nec Cardinalis fuerit in causa aduecsus Capitulum.

Ex quibus secũda vice causa maturè discussa fuit resolutum D.Ioãni Baptistæ Beuilacquę prouiso à Capitulo per Datariam de iure dandam esse nouam prouisionem. Et ita conclusum,&c.

ROMANA DE PATRITIIS.

Lunæ 16. Decembris 1624.

ARGVMENTVM.

Donaria quando dicantur debita contemplatione officij, & quando personæ occasione officij, & quæ veniant communicanda alijs fratribus. Thesaurarius, quæ emolumenta sibi à Camera tradita teneatur communicare alijs fratribus, & è conuerso an fratres teneantur contribuere expensis ab ipso in conuiuijs factis.

SVMMARIVM.

1 *Donaria, seu munera, quæ dant appaltatores Thesaurario,& similia habent vniformem præstationem, & sunt communicanda fratribus; Secus autem in non habentibus vniformem præstationem, quæ dicuntur voluntaria num.2. 7. & 9.*

2 *Donaria, quæ habent vniformem præstationem censentur debita, & illius contemplatione data officio, quæ autem non habent vniformem præstationem, & merè voluntaria sunt; censentur data non contemplatione officij, sed occasione officij contemplatione autem personæ & num. 9. vide num. 12.*

3 *Maritus quicquid seruum dotalem manumittendo consequitur, ex bonis liberti,vxori restituit, beneficium tamen, quod in eum libertus contulit in restitutione non venit.*

4 *Mater non tenetur restituere id quod quasi mater, sed solum id,quod tanquam hæres accepit.*

5. *Legatum de eo quod in vita præstabatur non cõprehendit incerta quæ causa liberalitatis dabantur, sed solum ea, quæ certam rationis annuæ formam habebant.*

6 *Quæ Archidiacono dantur pro ineundo introitu non veniunt in locatione fructuum.*

8 *In venditione omnium fructuum prebendæ, vel castri ad certum tempus non veniunt gallinæ, & Xenia, quæ consueuerat recipere venditor dum ad locum accedebat.*

In venditione veniunt solum ea, quæ ex necessitate debentur, non quæ ex liberalitate num. 8.

10 *Lucrum non debet communicari si contemplatione socij fuerit relictum, licet occasione societatis.*

11 *In dubio persona socij non societas censetur contemplata.*

13 *Thesaurarius tenetur fratribus communicare pecunias,quas Camera illi soluit pro pensione domus alimentis,& salarijs familiæ,seu ministrorum,non quidem simpliciter, sed deductis oneribus.*

Pen-

14 *Pensiones domus veniunt in fructibus.*
Prout ea, quæ sibi dantur pro salarijs familiæ, & alimentis num. 14.
15 *Fructus dici non possunt, nisi deductis oneribus.*
16 *Fratres tenentur pro rata contribuere expensis factis ab alio fratre in conuiuijs solitis, ratione officij; Secus in expensis voluntarijs num. 18.*
17 *Expensa facta ab institore in honorem mercatorum, qui secum contraxerunt iusta ratione moto, debet societati imputari.*
19 *Monetæ valor debetur iuxta tempus solutionis, dum non adest mutatio bonitatis intrinsecæ.*
20 *Residuum a creditore potest peti, dum tota summa ei debita non fuit soluta.*
21 *Obseruantia non potest deseruire pro interpretatione in re clara.*
22 Penia in Romana pecuniaria 23. Ianuarij 1589. *in quibus terminis loquatur.*
23 *Magister domus non potest præiudicare Domino recipiendo minorem summam quam sit debita, illamque adnotando in libris.*

DECISIO MDXLVI.

NObiles fratres de Pattitijs vigore concordiæ inter ipsos initæ conuenerunt, quod bo. me. Constantio Thesaurario generali, ex fructibus & emolumentis thesaurariæ soluerentur annua scut. 1000. auri in auro à patre illi prælegata, & residuum, detractis dictis sc. 1000. & certa summa pro debitis soluenda, diuideretur pro æquali portione, itaut quilibet ipsorum ex huiusmodi residuo consequatur æqualem portionem fructuum dictæ thesaurariæ, Vndè defuncto d. Constantio, & instituto hærede D. Francisco Fratre quæsitum fuit amicabiliter inter fratres. An d. Franciscus tanquam hæres teneatur communicare fratribus donaria, nec non pecunias pro domo, alimentis, & salarijs familiæ & an fratres teneantur pro expensis conuiuiorum factis per bo. mem. Constantium & aliquid supplere occasione d. legati paterni sc. 1000. auri in auro.

Quantum attinet ad donaria, Domini distinguendo responderunt, quod aliqua habent vniformem præstationem, vt sunt illa, quæ dant appaltatores, & similia, * & ista D. Franciscus te-
1 netur communicare, aliqua verò non habent
vniformem præstationem, sed sunt voluntaria
& non tenetur. Ratio resolutionis fuit, quia
quæ habent vniformem præstationem censētur
2 debita officio, * & ideó sunt communicanda,
reliqua autem censentur data intuitu personæ
& ideò non debent communicari *ex l. 1. §. hac actio ff. quæ in fraud. patr.* & *ex text. in l. si vero*
§. item quicquid ff. solut matrim. & ibi notat *Bart.*
num. 3. Alex. nu. 1. vbi quicquid maritus seruum
dotalem manumittens consequitur ex bonis
3 liberti restituit vxori, * beneficium tamen, quod
in eum libertus contulit, in restitutione non venit
ad idem est *tex. in l. debitor §. fin. ff. ad Trebell.*
vbi mater non tenetur restituere id, quod
4 quasi mater, sed solum id, quod tanquam hæ-
res accepit, * & est optimus *text.* circa ea, quæ
non habent vniformem præstationem in *l. Seio amico §. medico ff. de ann. legat.* vbi legatum de
5 eo, quod in vita præstabatur non comprehen-
dit incerta, quæ causa libertatis dabantur, sed
solum ea, quæ certam erogationis annuæ formam
habebant quem *text.* ponderant omnes
DD. mox allegandi & præcipue *Bald.* & per di-
6 cta iura consuluit *Oldrad. cons. 129.* quod ea
scilicet, quæ dantur Archidiacono pro iucundo
introitu non veniunt in locatione fructuum, *
quia non debentur Archidiaconatui, sed personæ
Archidiaconi, sic in proposito, quæ habent
vniformemem præstationem debentur officio
7 Thesaurariæ, reliqua verò personæ Thesaurarij
ex mera liberalitate, * Et hoc dictum *Oldrad.*
sequuntur *Bald. in l. diuortio 8. §. quod in anno num. 2. ff. solut. matrim. Ias. num. 8. Imol. post princ. Alex. ibid. in §. ob donationes num. 9. Boer. dec. 180. num. 9. Pereg. de iur. fisc. lib. 6. tit. 5. num. 43. in fin.* & bene ad propositum *Alberic. in l. vsufructu legato num. 4. ff. de vsufr.* vbi quod
si quis vendidit omnes fructus præbendæ suæ,
vel castri sui ad certum tempus, * & de con-
8 suetudine consueuerat recipere gallinas cer-
tas & xenia cum ad locum veniret emptor fructuum
non potest illa prætendere, quia ea solum
censetur vendita, quæ veniunt ex necessitate,
non autem ex liberalitate, & hoc dictum sequitur
loco allegato *Boer.*

Neque obstat, quod donaria, etiam minime vniformia censeantur data contemplatione officij, & ideo debeant communicari quia in hoc stat fallacia: aliud enim est, quod aliquid censeatũ datum contemplatione officij, aliud verò occasione officij, contemplatione autẽ personæ. Donatia, quæ habent vniformẽ pprætatio-
9 nẽ ex rationibus prædictis * censentur data con-
templatione officij, quæ autem non habent vni-
formem præstationem, & mere voluntaria sunt
censentur data non contemplatione officij, sed
occasione officij, contemplatione autem per-
sonæ ipsius Thesaurarij & ideo communicanda
non sunt *l. socium 61. §. Socius in fin. ff. per soc.* vbi quod lucrum non debet communicari,
si contemplatione socij fuerit relictum, licet
10 occasione societatis * vbi etiam hoc notat *Bald.*
in princ. gloss. vnic. in l. secundum 62. ante med. vers. sed de hoc ff. pro soc. Felician. de Societ. c. 27. n. 6. & in dubio censetur contemplata per-
11 sona, * non autem societas *Bald. in l. cum oportet num. 3. C. de bon. quæ lib. Menoch. præsumpt. 26. nu. 24. lib. 3. Felician. de societ. c. 13. nu. 4.*
Sic in proposito donaria vniformem præstationem
non habentia censentur facta occasione
officij, contemplatione vero personæ, & sufficit
ad hunc effectum quod is, qui dedit, non
declarauerit voluntatem suam, itaut res sit du-
12 bia, * vt per *DD.* iam allegatos.

Quantum attinet ad secundam caput. an. f.
D. Franciscus teneatur communicare pecunias,
quas Camera soluit Thesaurario pro pensione
13 domus alimentis & salariis familiæ, * seu mi-
nistrorum. Censuerunt Domini esse commu-
nicandas non simpliciter, sed deductis oneri-
bus. Ratio primi dicti fuit, quia pensiones do-
14 mus veniunt in fructibus * *Alex. cons. 181.*
num. 6. lib. 2. pront illa, quæ dantur pro salariis
& alimentis iuxt. *notat. per. Ias. in l. diuortio*

tio §. *quod in anno col.* 1. *num.* 8. *in princ. ff. solut. matr.* Ratio vero secundi dicti fuit, quia
isti fructus subiacent his oneribus, & ideo,
15 illis non deductis, non possunt dici fructus * *l.* 1. *C. de fruct. & lit. expen. Alex. cons.* 35. *nu.* 12. *vol.* 4. *& cons.* 4. *num.* 1. *lib.* 5. *& cons.* 143. *lib.* 6. Quare cum bo. mem. Constantius propriam domum inhabitauerit, videndum esset. an pensio illius domus excedat quantitatem datam à Camera, & considerandæ sunt expensæ & salaria pro familia, & habita ratione ad expensas, & ad data per Cameram deductis expensis, sit adest residuum communicandum est.

Quantum attinet ad tertium ad conuiuia .s. quæ fecit bo. mem. Constantius, si ageretur de
conuiuijs, quæ Thæsaurarius esset solitus face-
16 re ratione officij; * Domini responderunt, quod fratres tenerentur pro rata etiam quod istæ essent expensæ honorificæ *Bart. in l. filius fam. num.* 7. *ff. de donat. Petr. de Vbald. de duob. fratr. part.* 11. *num.* 21. *Rota Genuen. dec.* 170. *in fine*, quibus locis habetur, quod si institor societatis in Ciuitate aliqua faciat expensas in honorem mercatorum, qui secum contraxerunt
17 iusta ratione motus, * talis impensa erit societati imputanda, & hoc esse notandum dicit *Felician. de Societ. c.* 17. *num.* 75. sed cum iste expensæ sint mere voluntariæ, nec conuiuia vl-
18 lo pacto spectarent ad officium, * nec adsit societas omnium bonorum, merito fuit resolutum fratres non teneri *l. si fratres* §. *si quis ex socijs ff. pro soc.*

Quantum attinet ad quartum & vltimum, pater bo. me. Constantij ei prælegauerat scut. 100. auri in auro, & in dicta concordia actum fuit, quod soluerentur ex fructibus officii, prout fuerunt soluta, sed ad rationem Iul. 12. pro quolibet sc. Domini in hoc casu dixerunt esse supplendum ad rationem valori. scut. auri in auro, quæ debentur iuxta valorem de tempore factæ solutionis, cum non adsit mutatio
19 bonitatis intrinsecæ * *Soc. inn. cons.* 101. *per tot. vol.* 3. *DD. in l. Paulus ff. de solut. Boer. dec.* 327. & fuit late deductum in causa *Mantuana pensionis* 12. *Iunij* 1617. *coram Ren. D. meo Selencien. Rota dec.* 597. *num.* 1. *part.* 1. *in recent.* & cum integra summa non fuerit soluta
20 hodie residuum potest peti * *Surd. cons.* 454. *num.* 37. *lib.* 4. *Rota decis.* 686. *num.* 5. *vers. non obstant solutiones & dec.* 688. *ad fin. vers. nec huic sententiæ part.* 4. *diuers.* Nec iuuari possunt fratres ex obseruantia, quia, cum legatum sit cla-
21 rum scut. auri in auro, ista obseruantia non potest seruire pro interpretatione vt in puncto est dicta *dec.* 688. *part.* 4. *diuers.* vbi quod solutiones factæ in minori quantitate, quando obligatio est clara de scut. auri in auro deseruire non possunt pro interpretatione. Neque huic casui applicatur *decisio in causa Romana pecuniaria* 23. *Ianuarij* 1589. *coram bo me. Franc.*
22 *Penia*, quia loquitur in diuersis terminis, * quando scilicet potest considerari acquiescentia, & non error, prout consideratur error immo & ignorantia facti in casu isto cum magister domus recipiendo dictam summam, & illam in libris adnotando non potuerit præiu-
23 dicare bo. mem. Constantio *

Et ita resolutum vtraque parte informante.

ALERIEN. PENSIONIS

Lunæ 16. *Decembris* 1624.

ARGVMENTVM.

Pensionario, de cuius quasi possessione exigendi constat ex solutione facta per Banchum præuio ordine legitimi Procuratoris, debetur mandatum de manutenendo. Solutio pensionis facta Pensionario quando censeatur facta de ordine Titularis.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio datur possessori de tẽpore litis motæ*

2 *Possessio antecedens præsumitur continuata.*

3 *Qui semel possedit si allegat se possidere præsumitur etiam possidere de præsenti, si non probatur contrarium.*

4 *Possessio exigendi pensionem probatur ex solutione facta per Banchum præuio ordine legitimi Procuratoris.*

5 *Quietantiæ factæ Banco probant solutionem, dum præcessit ordo.*

6 *Solutio pensionis censetur facta de mandato titularis, dum concurrunt coniecturæ, de quibus ibi.*

Solutio facta à Regulari non habenti de proprio censetur facta de mandato debitoris num. 6.

7 *Translationis pensionis scientia in Titulari præsumitur ex ibi adductis.*

8 *Præsumptiones, quarum vna venit in consequentiam alterius non sunt reijciendæ.*

9 *Inter ciuitatem* Ianuæ *& insulam* Corsicæ *adest continuum commercium.*

10 *Litteræ ab Vrbe ad ciuitatem* Aleriæ *quomodo transmittantur, & intra quod tempus responsum habeatur.*

DECISIO MDXLVII.

VIsum fuit standum esse in *decis. sub die prima Iulij præt.* & sic D. Antonio dandum esse mandatum de manutenendo in possessione exigendi pensionem scut. 1000. auri in auro contra Reuerendissimum D. Episcopum Alerien. quia possessori de tempore litis motæ
1 datur manutentio * §. *hodie Instit. de interdict.* possessio enim antecedens probata præsumitur
2 continuata * vsque ad illud tempus iuxta *notat. in l. siue possidetis C. de probat. Butr. in c. cum sedem num.* 25. *de restit. spoliator. Corneus cons.* 130. *col.* 2. *lib.* 1. *& cons.* 87. *col.* 3. *vers. & sic videtur lib.* 3. *latè Nat. cons.* 406. *num.* 27. & est communis opinio, quod qui semel posse-
3 dit si allegat se possidere, * præsumitur etiam possidere de præsenti si non probatur contra-

tium *Alex. conf.* 133. *num.* 3. *lib.* 1. *Castr. conf.* 113. *num.* 2. *vers. Item adhuc lib.* 2. *& conf.* 39. *in princ. lib.* 2.

Prædicta autem possessio satis probatur mediante solutione facta per banchum præuio
4 ordine legitimi Procuratoris Episcopi, * Nam Pater Iustinianus Procurator Episcopi ordinem dedit Banco primo sub die 9. Martij 1623. scut. 500. auri in auro; Secundo 8. Iulij eiusdem anni, vt solueret scut. 418. stamparum, quæ quidem duo summæ fuerunt exactæ, vt patet ex quietantijs factis per D. Antonium, quæ satis probant, cum ordines prædicti præ-
5 cedant * iuxta notata in *l. solutam ff. de solut.* & per *Dec. in conf.* 536. *num.* 10. *Aymon. conf.* 40. *num.* 4. & mandatum Patris Benedicti non potest inficiari, quia cum constet de translatione pensionis, quam sciuit P. Benedictus, cum in primo ordine dicat, *sono per la pensione transferita dal Sig. Cardinal Sauli in testa sua per lettere, e Breui Apostolici*, & de solutione facta in tam magna quantitate, non semel, sed bis, vnde præsumitur facta cum magna consideratione, non est præsumendum, quod P. Benedictus voluerit iactare suum saltem respectu obli-
6 gationis restituendi quoad Deum, * cum esset Regularis, nec haberet, vt de proprio solueret, ac restitueret.

His accedit, quod post translationem solutiones fuerint aliquando factæ Cardinali, vnde intrat magna coniectura, quod postea adhuc viuente Cardinale non fuerint factæ D. Antonio sine mandato, nec sit verisimile, quod P. Iustinianus persona regularis voluerit absq; mandato supplantare fratrem, præsertim etiã quod Episcopus fuit post translationem in Vrbe, vnde valde verisimile est, cum esset coniuus, & familiaris Cardinalis, quod dictam translationem sciuerit, quare intrat *decisio Rotæ* 2. *de cauf. possess. & propriet.* vbi Rota præsumit solutionem factam censeri de mandato Domini, quando cum illa concurrunt coniecturæ, & præsumptiones, quam sequitur *Cassador. dec.* 3. *sub num.* 4. *vers. item secundum Rot. de Proc. Rot. dec.* 196. *num.* 4. *part.* 1. & fuit resolutum in causa *Regien. Pensionis* 11. *Decembris* 1583. *coram bo. me. Cardinale Pamphilio* & in causa *Portu n. pensionis* 12. *Ianuarij* 1601. *coram bo. me. Cardinale Lancellotto & alias sæpius.*

Neque obstat, quod tempore solutionis R. D. Episcopus residebat in suo Episcopatu Alerien. Vnde non tam de facili est præsumendum mandatum, vel scientia solutionis, quia est aduertendum, quod translatio pensionis fuit
7 facta quinto nonas Martij 1622. * & Cardinalis exegit terminos pensionis illius anni, vnde à dicto tempore indubitatum est, quod D. Episcopus potuit habere notitiam traslationis, & ordinare, quod pensiones soluerentur D. Antonio, & quamuis replicaretur non constare Episcopum, aut P. Iustinianum sciuisse dictam translationem, tamen vt supra dictum est valde verisimile, quod Episcopus illam sciuerit, cum post illam fuerit in Vrbe, & esset domesticus Cardinalis, & P. Benedictum sciuisse indubitatum est, vt paret ex primo ordine dato Banco, nec est credendum, quod statim sciuerit, & statim soluere voluerit, & cum istæ præsumptiones vna veniat in consequentiam
8 alterius, non sunt reiciendæ * *Alex. conf.* 117. *num.* 3. *lib.* 5. sed hoc ommisso à die, quo Pater Benedictus notitiam translationis habuit effluxerunt quatuor menses minus quinque dierum, quo tempore certum est, quod Episcopus per fratrem plene potuerit certiorari.

Et quod hoc sit verum satis patet illis, qui Cosmographiæ scientiam habent, & comprobant testes qui hoc clare deponunt per veram scientiam propter continuum passaium, quod habetur à ciuitate Ianuæ ad Insulam Corsi-
9 cæ, * & ideo cessat fundamentum, quod ab Vrbe ad Aleriam non adest ordinarius tabel-
10 larius, quia litteræ mittuntur Ianuam, * & quamuis testes D. Episcopi dicant, quod istæ litteræ non habentur in consideratione à tabellarijs, quia ex eis nullam percipiunt vtilitatem, tamen bene declarant dictum suum, vt procedat, quando simpliciter mittuntur non soluta mercede, & hoc posset etiam procedere in extero, qui Amicis careret in Ciuitate Ianuæ, & sufficit ad effectum, de quo agitur, quod P. Benedictus potuerit modo congruo fratrem certiorare, quia cum concurrant aliæ coniecturæ præsumitur fratrem certiorasse, & de eius ordine soluisse, vt in *præcitatis decisionibus* firmauit *Rot.* & cessat omnis difficultas, quia ex litteris datis per Episcopum 15. Ianuarij 1623. fatetur recepisse litteras P. Iustiniani fratris datas in Curia sub die 18. Decembris antecedentis, vnde clarissime patet, quod tempus quatuor mensiũ minus quinq; dierum erat sufficiens ad Episcopum certiorandum, & responsum habendum.

ROMANA PALATII DE FERRATINIS.

Veneris 20. *Decembris* 1624.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Obligatus sub certa conditione tenetur ea purificata.*

Obligatio Cameralis habet executionem paratam num. 1.

2 *Qui libere soluit non debet cogi recipere illius restitutionem cum vinculo.*

3 *Soluens creditori anteriori bene soluit.*

DECISIO MDXLVIII.

Domini perstiterunt in *resolutis die* 1. *Iulij præteriti* scilicet relaxandum esse mandatum contra DD. de Ferratinis pro scuris 14500. cum se obligauerint in formam Cameræ de restituen-

tuendo dictam summam, quæ est prætium Palatij, casu quo venditio facta R. P. D. Viues præferretur, quod cum euenerit intrat eorum
1 obligatio, * quæ quia est in forma Cameræ, habet executionem paratam *Bartol. in l. 2. in fin. C. de sent. quæ fin. cer. quantit. Cagnol. in auth. ex causa C. de liber. præt.*

Neque obstat, quod prædicta obligatio debeat intelligi de restituendo pretium, quod ipsi erant habituri à D. Viues, cum ipsi essent valde debitis implicati nec haberent vnde de suo soluerent d. summam, quia ipsi promiserunt restituere pretium, nec aliud fuit specificatum, nec D. Fælix repugnat recipere pecunias per D. Viues, modo ei libere soluantur, sed cum debeant stare cum certis cautionibus pro euictione Palatij, prout *S. D. N* ordinauit non est æquum, quod D. Felix, quæ absque vinculo soluit pretium sit cogenda recipere
2 cum vinculo pretium, * Nec est dicendum ita fuisse actum inter partes, quia non est verum, sic enim D. Felix iactasset suum, quod certe dici non debet.

Neque releuat, quod rescriptum cum dd. conditionibus superuenerit post depositum factum per D. Viues, quia de hoc nihil ad D. Fælicem cum satis sit, quod de tempore, quo ipsa potest repetere summam sibi promissam, pretium solutum per D. Viues habet vinculum, ita vt illa non teneatur illud recipere, adeo vt vigore obligationis possit agere contra dd. fratres.

Denique non est verum, quod prædictum rescriptum iniiciens vinculum emanauerit culpa D. Fælicis, quia cum fuerit actum, vt sol-
3 ueret creditoribus de Ferratinis anterioribus* bene soluit iuxta resolutiones factas.

Et ita conclusum, &c.

Præsens decisio fuit confirmata die 28. Nouembris 1625.

ROMANA DEPOSITI.

Lunæ 13. *Ianuarij* 1625.

ARGVMENTVM.

Patet ex summario.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio facta ab vxore de restituendo bona mobilia mariti pœnes ipsam depositata ad instantiã creditorum non substinetur si non fuit seruata forma statuti Vrbis lib. 1. cap. 151. Decl. num. 3.*

2 Statutum Vrbis lib. 1. cap. 151. *habet locum in omnibus casibus in quibus mulier potest lædi.*

DECISIO MDLIX.

Cvm bona mobilia Mariti ad instantiam creditorũ fuerint depositata pœnes vxorẽ, quæ se obligauit illa restituere ad omne mandatum Domini absque solemnitatibus *statuti Vrbis cap.* 151. *lib.* 1. fuit resolutum dictam obligationem
1 non substineri,* quia d. statutũ disponit, dando certam formã, qua non seruata irritat obligationẽ ibi *nullius sint roboris, vel momẽti*, & ideo dicta obligatio corruit *gloss. in clem* 1. *in verbo inhibentes de Iurepatr.*

Neque obstat, quod statutum loquatur in quatuor tantum casibus, quia nihilominus ha-
2 bet locum quotiescumque mulier potest lædi * *Put. decis.* 158. *num.* 2. *lib.* 1. *in nou. Cresc. decis.* 3. *de const. Rot. decis.* 529. *num.* 4. *in fine par.* 1. & fuit sæpissime resolutum.

In hoc autem casu cum mulier se obligasset de restituendo hæc mobilia poterat lædi, vel ad sui præiudicium, ex quo iure suo renunciabat, vel ex alio capite concernente restitutionem.

Neque obstat quod saltem debeat teneri ex alia causa, quia de hoc hodie non quæritur,
3 & tunc esset recurrendum ad distinctionem * *Lambert. de contract. mul. glos.* 1. *num.* 65. vbi quod aut mulier habet bona penes se, aut inutiliter consumpsit, primo casu tenetur restituere, secus in secundo casu, de quo si opus erit videbitur.

Et ita conclusum, &c.

BARCHINONEN. ARCHIDIACONATVS.

Merc. 15. *Ianuarij* 1625.

ARGVMENTVM.

Exequutoriales in Hispania dicuntur legitimæ intimatę quamuis intimatio appareat facta à Notario, non à Nuntio secundum stylum illarum partium. Executorialium executio est valida etiamsi relatio fuerit facta sine testibus, & ad fauorem fratris. Substantia exequutorialium oretenus significata, non est necessaria copię dimissio.

SVMMARIVM.

1 *Citationes de stylo Hispaniarum exequuntur à Notarijs.*

2 *Nuntio etiam sine testibus creditur.*

3 *Notario etiam sine testibus creditur.*

4 Rota in Elboren. decimarum Iunij 1623. coram R. P. D. Pirouano, *in quibus terminis loquatur.*

5 *Notarius potest scribere legatum, & etiam institutionem pro filio emancipato.*

6 *Statur instrumento scripto à Notario ad fauorem Domini.*

Notarius habet præsumptionem boni iuris pro se

7 *Exequutorialium executio etiam non dimissa co-*

pia suffragatur quando substantia earum fuit oretenus significata.
8 *Contumacia sufficit pro relaxanda declaratoria. Contumacia probatur ex confessione. par. 3 n. 8.*
9 Put. dec. 14 in nou. lib. 1. *non habet locum quando constat de collusione.*
Capitulum satisfacit executorialibus Rotæ nominando intrusum nu. 9. limita vt ibi.

DECISIO MDL.

Contra *decisionem* in hac causa factam duo principaliter opponebantur. Primo quod non constat de legitima intimatione executorialium, secundo quod Capitulum non poterat possessionem tradere, ex quo Hæctor erat intrusus. Quantum attinet ad primum contra intimationem opponebatur, primo quod illa fuerit facta à Notario, non autem à Nuncio, cui tamen obiectioni fuit responsum hoc procedere de stylo Hispaniarum secundum quem
1 Notarij solent exequi citationes * *Suarez de paz, in prax. Eccles. Thom. 2. par. 1. cap. 2. de citat. num.* 14. & iste stylus est notorius apud nos, & pluries canonizatus, vt in *decis. S. M. Greg. XV.* 426. *num.* 5. vbi aliæ *decis.* allegantur *& coram me in causa Oueten. beneficiorum 12. Iunij* 1609. secundo opponebatur relationem fuisse factam sine Testibus, sed cum Nuncio,
2 etiam sine Testibus credatur * *Specul. de citat. §. 1. vers. sed nunquid credatur Imol. in l. ex consensu §. cum quid num. 13. ff. de appell. Paz loco sup. allegato num. 2.* ita etiam creditur Nota-
3 rio sine testibus, * vt post *decis.* antiquas fuit resolutum præcitatis *decis. S. M. Greg. & coram me*; Neque vtrique responsioni obstat *decisio in causa Elboren. Decimarum 26. Iunij 1623. coram R. P. D. Pirou.* illa enim loquitur in terminis iuris
4 communis,* non autem tangit stylum illarum partium: tertio opponebatur, quod Notarius, qui fecit intimationem erat frater Ludouici, sed hoc non facit cum non acquiratur aliquod ipsi Notario; hinc Notarius potest scribere legatum, & etiam institutionem pro filio Eman-
5 cipato, * quia non acquiritur Notario, sed filio propter emancipationem *Bald. cons. 61. n. 2. lib. 1.* vbi allegat *Tex. in l. diuus ff. ad l. Corn. de fals.* Quarto opponebatur, quod Notarius qui intimauit non solum erat frater, sed etiam Procurator Ludouici; fuit tamen responsum, quod cum simpliciter non agatur de actibus iudicialibus scriptis ab ipsomet Procuratore, sed de intimatione facta exequutorialium, cum iste esset Notarius habet præsumptio-
6 nem boni iuris pro se, * & ideo statur illius instrumento etiam subscripto ad fauorè Domini, vt fuit resolutum in causa *Romana Bonorum de Soderinis 26. Iunij 1602. coram me.* Quinto opponebatur, quod non fuit dimissa copia exequutorialium Capituli, sed visum fuit DD. ex modo procedendi Capituli, de quo in alia *decisione* fit licere, * quod substantia exequuto-
7 rialium fuerit oretenus significata iuxta notata per *Bald. in cap. vlt. §. porro num. 1. vt lit. non contest.* & scientia indubitata exequutionis dicti mandati Rotalis non videbatur posse contro-uerti, cum Capitulum, & Canonici in constitutione procuratoris postea facta expresse fateantur, possessionem Ludouici non tradidisse licet prætendant iustas habere causas, ex qua confessione probatur etiam contumacia, quæ sufficit ad effectum relaxandi declara-
8 toriam, * vt in puncto fuit resolutum in *Leodien. Censurarum 7. Nouembris 1610. coram R. P. D. meo Remboldo*; Iunctis præsertim impedimentis præstitis alijs Nuntijs, & exequutoribus

Quantum attinet ad secundum principale, scilicet quod Capitulum satisfecit nominando intrusum, cum Rota non nominauerit ille ei-
9 cererur iuxta *decis. Put. 14. in nou. lib. 1.* * quia huic motiuo fuit responsum in alia *decisione*, videlicet ex tota serie facti constare de collusione, & ideò deducta in *decis. Putei* non suffragari, vt in causa *Pampilonen. beneficiorum* allegata in alia *decis.* quæ respondet alijs contrarijs. Vndè meritò ab illa non fuit recessum. Et ita resolutum &c.

IMOLEN. PERMVTATIONIS.

Mercurij 15. Ianuarij 1625.

Nec

ARGVMENTO.

Nec

SVMMARIO.

Indiget.

DECISIO MDLI.

Domini persisterunt in resolutis sub *die 15. Martij 1624.* scilicet constare de errore in permutatione pro summa *lib. 2. mil.* in damnum Iosephi, & Hieronymi ex late deductis in dicta *decisione*.

Neque obstat, quod in diuisione facta de anno 1591. possessio de S. Albengonè fuerit estimata in *libris* 60. pro qualibet tornatura, & ideò valor in totum facto computo ascendit ad summam *lib. 12. mil.* cum sit tornaturarum 200. non tamen constat, quod ille fuerit verus valor. Itaut si in permutatione fuerit æstimata pro *libris* 10. *mil.* inde resultet error. Nam factum procederet, si ita res se haberet, sed ex permutatione constat, quod noluerunt partes stare illi æstimationi ad rationem *librarum* 60. pro qualibet tornatura, sed fuisse erratum in calculo, quia cum valor ad rationem 60. *librarum* pro qualibet tornatura ascenderet ad *lib. 12. mil.* fuit dictum ascendere solum ad decem mille.

Quid vera ex illo errore resultet, erit particulariter agendum &c.

TRE-

TREVEREN. ABBATIAE S. MAXIMINI.

Veneris 24. Ianuarij 1625.

ARGVMENTVM.

Merito *Reuerendissimus Barbosa in sua Collect. ad cap. Quia propter de elect. & elect. potest.* meminit summæ probitatis, mirabilis integritatis, ac insignis vtriusque iuris prudentię nostri *Reuerendissimi Coccini olim Sac. Rotæ Romanæ dignissimi Decani*; cum tam materia electionis, siue per scrutinium simpliciter factæ, siuè per compromissum cum scrutinio mixtum, *ad tex. in d. Cap. quia propter*, quam *Concordatorum Germaniæ* disponentium de electionibus, & schismatici, ac seditiosi Concil. Basiliensis à nemine alio fuerit tam funditus gustata, & summa eruditione, & doctrina digesta.

SVMMARIVM.

1 *Electio Beneficij facta per viam scrutinii si non fuit seruata forma tradita in* cap. quia propter de elect. *non sustinetur.*

2 *Electio Beneficij per viam scrutinij non dicitur legitimè facta dum fuerunt seruata ea de quibus ibi & num.* 5.

3 Tex. in cap. quia propter de elect. *habet decretum irritans, quod refertur ad omnia num.* 10. & 27.

4 *Papa non tenetur confirmare electionem Beneficiorum, & Episcopatuum, quæ non sit canonica tam ex dispositione iuris communis, quã Concordatorum Germaniæ.*

Tex. in cap. quanquam de elect. in 6. *licet procedat in electione Episcopatuum, tamen habet locum etiam in alijs Beneficijs Sedi Apostolicæ immediatè subiectis num.* 4.

5 Textus *debet intelligi secundum communem opinionem Doctorum, etsi aliquid contrarium fiat, non fit contra communem DD. sententiam, sed contra ipsum* Textum.

6 *In electione* cap. quia propter de elect. *vota in scriptis non debent redigi & num.* 8.

7 *Notarij & scriptores vocantur exceptores.*

9 *In electione facta iuxta formam* cap. quia propter de elect. *an requiratur quod omnes scrutatores debeant exquirere, an autem sufficiat sola præsentia, & consensus, vide ibi.*

11 *In electionibus non seruatur dispositio* cap. quia propter de elect. *vbi adest consuetudo in contrarium.*

Lex per contrariam consuetudinem abrogatur etiã si habeat decretum irritans num. 11.

12 *Consuetudo non inducitur si vario modo fuit seruatum, quia inducit actus vniformes.*

13 *Consuetudo dum est varia, non receditur à iure communi.*

14 *Suffragia in electione facta ad formam* cap. quia propter de elect. *possunt per Notarios scribi. Vide ibi.*

15 *Vota censentur in scriptis redacta quando enunciatur, quod in præsentia Notarij fuerunt scrutata.*

16 *Electa via scrutinij, tunc electio censetur determinata secundum terminos* cap. quia propter de elect.

17 *Consuetudo non potest induci ex actibus factis ex errore.*

18 *Ad inducendam consuetudinem contra* Canones *requiritur scientia, & expressus consensus Papæ, & animus inducendi consuetudinem, & num.* 20. & 23. *Contra num.* 25. *Ampl. num.* 26.

19 *Summus Pontifex non habet potestatem à Populo sed immediatè à Deo.*

21 *Lex Ciuilis tendit ad bonum publicum & in vtilitatem priuatam.*

Principes à populo potestatem habentes nõ curant si populus vult sibi præiudicium inferre nu. 21.

22 *Ius Canonicum principaliter tendit hominem in Deum dirigere, & venit ad bonum publicum Ecclesiasticum.*

Ius Canonicum cum sit institutum à potestate spirituali non potest in laicos cadere num. 22.

24 *Per patientiam multa tollerantur, quæ deducta in iudicio exigente iustitia tolleranda non sunt.*

25 Vasquez par. 2. art. 97. disp. 177. c. 12. *reprobatur.*

28 *Lex quæ est contra ius commune non debet seruari, quando non est inducta de certa scientia eius, cuius est concedere.*

29 *Lex Papæ non potest abrogari saltem absque illius scientia.*

30 *Consensus Papæ non inducitur ex confirmatione electionis, nulliter factæ absque certa scientia.*

Per Confirmationem non confirmatur electio inualida nisi fieret ex certa scientia num. 30.

31 *Confirmatio non purgat vitium electionis nisi Princeps confirmet ex plenitudine potestatis.*

32 *Certa scientia non præsumitur, nisi probetur.*

33 *Papa confirmans electionem tanquam canonicam, quæ verè non sit talis, si in confirmatione non fuit insertus tenor præsumitur circumuentus.*

34 *Electio in qua interuenit consensus de iure naturali requisitus, dicitur canonica.*

35 *Et potest vti talis à Papa confirmari.*

36 *Electio triplici modo dicitur canonica largè, scilicet strictè, & strictius. Vide ibi explicationem naturæ vtriusque.*

37 *Electio canonica intelligitur de strictiori modo facta.*

38 *Recedendum non est à propria verborum significatione.*

39 *Electio canonica ea tantum dicitur, quæ fit secundum canones.*

40 *Electio quæ iure facta non sit, non potest dici canonica.*

41 Concordata Germaniæ *loquentia de electionibus debent intelligi iuxta terminos* Concilij Basiliensis sess. 38. de elect. *Contrarium n.* 43. & 46. & 53.

Electiones factæ ab omnibus, vel à maiori parte etiam si reliqua electionis formam non concernentia omissa fuerint, confirmari debent secun-

cundum dispositionem Concilij Basiliensis *numer.* 41.

42 *Electiones, quæ secundum* concordata Germaniæ *debent à Papa confirmari sunt intelligenda de illis factis strictiori modo, hoc est secundum formam* cap. quia propter de elect. *& nu.* 50.

44 *Concilium* Basiliense *à principio fuit œcumenicum, sed postea effectum est schismaticum seditiosum, & nullius roboris, & quare vide ibi & num.* 48.

Peste tam horribili Deus Optimus Maximus Basileam tempore Concilij initi affligebat, vt maior pars eorũ, qui remanserunt in Conciliabulo vel extincti, vel secedere coacti fuerint. n. 44.

45 Eugenij IV. *responsio ad petitionem factam nomine* Concilij Basiliensis *pro obseruatione decretorum de electionibus indulgentijs, annatis, causis, & vacationibus scriptorum, & Abbreuiatorum Romanæ Curiæ.*

47 *Electiones factæ in obedientia* Concilij Basiliensis *pro bono pacis confirmauit Nicolaus V.*

Decreta Concilij Basiliensis *non fuerunt confirmata à Nicolao V. num.* 47. *&* 49. *quæ tamen ab eo fuerint confirmata vide ibi & numer.* 51.

Æneas Siluius Epistola 369. *sub* Dat. Romæ 8. Augusti 1457. *scribens Martino Mayer Cancellario Archiepiscopi Maguntini circa confirmationem* Concilij Basiliensis *quid firmet vide eius verba num.* 49.

52 *In* Concordatis Germaniæ *aliquod fuit conuentum sicut dispositum fuerat in* Concilio Basiliensi.

53 Concordata Germaniæ *quoad formam electionum non sequuntur disposita in* Concilio Basiliensi.

54 *Pius II. in minoribus vocabatur Aeneas Siluius.*

55 *Electio facta per Compromissum cum scrutinio mixtum est Canonica.*

56 *Electio facta per compromissum cum scrutinio mixtum est quando Compromissarij in quibus fuit factum compromissum exquirunt vota singulorum illumque eligunt in quem maior, & senior pars consenserit, & num.* 61.

57 Cap. cum dilectus 52. de elect. *non fuit reuocatum per* cap. quia propter de elect.

58 *Compromissum in electionibus autem fit expressè aut tacitè ex verbis inducitur.*

59 *Compromissi expressi & taciti in electionibus forma vide ibi & num.* 63.

60 *Compromissum cum scrutinio mixtum saltem tacitè in electione non dicitur factum ex electione quorundam scrutatorum quibus sit data facultas secreto & singillatim vota omnium, & singulorum scrutandi. Amplia num.* 62. *&* 64.

63 Tex. in cap. cum in iure peritus 33. de elect. *in quibus terminis procedat.*

66 *In facienda electione nulla est melior, ac vtilior forma, quam illa compromissi cum scrutinio mixti & num.* 75.

Scrutinij formam in electione non omnes benè sciunt num. 66.

67 *In electione per compromissum cum scrutinio mixtum facta debent seruari substantialia scrutinij.*

68 *Electio facta per compromissum cum scrutinio mixtum non valet si fuit actum vt eligatur ille, in quem maior pars respectu numeri non autem respectu totius Capituli consenserint.*

69 *Prout etiam si fuerit actum, quod vota non sint secreta.*

70 *Electio facta vigore compromissi non tenet, si fuit actum, vt eligatur nominatus à maiori parte respectu minoris.*

71 *Electio, in qua fuit ommissum aliquod substantiale, de quo in* cap. quia propter de elect. *non valet.*

72 *Compromittentes non possunt tollere substantialia* cap. quia propter de elect.

73 *In electione per compromissum cum scrutinio mixtum, non requiritur collatio plena sed aliqualis.*

74 *Compromissarius in electione nõ tenetur ad aliud quam ad id, quod in compromisso expressum est, quia non est necessaria collatio meriti ad meritum, zeli ad zelum, sed numeri tantum ad numerum.*

76 *Electio facta vigore compromissi cum scrutinio non tenet si scrutatores non exquisiuerunt suffragia, & illa non fuerunt redacta in scriptis prout fuerat ordinatum in instrumento compromissi.*

77 *Compromissi forma est seruanda, & illius verba debent potius restringi quam ampliari.*

78 *Forma data in compromisso est stricti iuris, & in ea veniunt solum ea, de quibus specialiter dictum est.*

DECISO MDLII.

Contra *decisionem* in hac causa factum, in qua fuit resolutum, electionem non substineri, tria apponebantur. Primum, quod non omnes nullitates oppositæ subsisterent. Secundum, quod Electores possunt iuuari consuetudine hoc modo eligendi. Tertium, quod in omnem euentum ista erat electio per compromissum cum scrutinio mixtum, & ideò poterat substineri. His tamen non obstantibus, & causa maturè bis discussa DD. vnanimi voto perstiterunt in resolutis. Nullitates enim in *decisione* firmatæ subsistunt, nam cum fuerit actum per viam scrutinij in pluribus non fuit seruata for-
1 ma * tradita in *cap. quia propter de elect.* Primo quia fuerunt electi tres Scrutatores extra Col-
2 legium, & tres de Collegio, & tamen numerus non potest augeri, * nec summi extra Collegium. Secundo quia Scrutatores extra Collegium scrutati sunt votum fratris Antonij primi scrutatoris, & deindè præsente dicto Antonio, Votũ Matthæi secundi scrutatoris, & demũ præsentibus Antonio, & Matthæo, votum Valentini tertij Scrutatoris, vnde vota Antonij, & Matthæi corruunt. Tertio quia exquisitio suffragiorum fuit facta à Scrutatoribus solum extra Collegium, assidentibus tantum tribus Scrutatoribus de Collegio. Quarto quia suffragia non fuerunt in scriptis redacta. Quinto quia non fuerunt publicata vota, sed tantum electio, quæ ideò corruit, vt in *c. quia propter de elect.* & latè in alia *decisione* fuit dictum, illc enim *tex.* habet
3 decretum irritans, vt in ead. *decis.* fuit deductum, & probat *tex. in c. si cui de elect. in* 6. ibi

de-

decernens si alitèr fierent non valere, & *gloss. ibid.* dicit non valere ipso iure. Quarè cum electio non fuerit canonica, * S.D.N. illam confirmare non tenetur tam ex dispositione iuris communis, vt in *cap. quamquam de elect. in 6.* quod licet procedat in electione Episcopatuum, habet tamen locum etiam in alijs beneficijs Sedi Apostolicæ immediatè subiectis *Roman. cons.* 332. *num.* 1. *gloss. in d. c. quamquam in figurat. cas.* quam etiam vigore Concordatorum ibi... *& lapso dicto tempore, de quo scilicet in c. cupientes* 16. *de elect. in 6. si non præsentata, vel si minus canonicè præsentata fuerint electiones prouidentibus, &c.*

4

Neque est insistendum in eo, quod plerique DD. circa prædictas nullitates varient; Quia vt fuit in prædicta *decisione* firmatum, omnes nullitates deducuntur, ex quo secundum communem DD. opinionem sunt contra substantialia formæ * *c. quia propter de elect.* quæ communis opinio operatur, vt ita debeat intelligi *tex.* & si aliquid contrarium fiat, non sit contra communem DD. sententiam, sed contra ipsum *tex.* quem communis Schola ita interpretatur *Suarez de ll. lib. 6. cap. 1. num. 5. vers. de hac igitur interpretatione*. Nec ex verbo *exceperunt* deduci potest quod vota in scriptis fuerint recepta, * cum non fuerit additum in scriptis, prout loquitur *Suet. Tranq. de Tito Principe Romano* ibi *è pluribus comperi notis quoque excipere velocissimè solitum, &c.* & licet Scriptores, & Notarij vocentur exceptores * in §. *deindè, vbi gloss. in verbo Exceptorem Auth. de defens. Ciuit.* & in *l. exceptores, vbi gloss. 1. C. de numer. actuar. lib. 12.* id tamen non concludit, quod dicendo *exceperunt*, in scriptis excepisse intelligendum sit, * quid enim hoc verbum de per se positum importet ipsi Grammarici benè discutiunt; Ad id verò quod in *decis.* dicitur nempè scrutatores tantum extra Collegium vota exquisiuisse assidentibus ijs de Collegio, * quod est contra formam *cap. quia propter*, dum respondebatur quod sufficiat præsentia, & consensus ex *Innoc. in cap. in Genes. num. 5. de elect. & ex gloss. in cap. sicut in verbo per vnum de elect. in 6.* fuit replicatum quod *gloss. Innoc. & alij* allegati non loquantur in his terminis, quicquid autem dicendũ esset, an vnus ex Scrutatoribus possit tantum scribere, cedulasque recipere, illud certum est, quod omnes Scrutatores debent exquirere, hic verò tres tantum Scrutatores extra Collegium exquisiuerunt Scrutatoribus de Collegio assidentibus; Nec debuit allegari, quod decretum irritans in *d. cap. quia propter* appositum referatur solummodo ad formulas electionum, * itaut prohibeat omnem aliam formam, quam scrutinij compromissi, & quasi per inspirationem, non autem referatur ad solemnitates circa scrutinium dispositas; Quia iste intellectus nedum est valdè subtilis, & nouus, sed contra *tex.* expressum *in c. Ecclesiæ vestra* 57. §. *denique de elect. Roman. cons.* 332. *num.* 12. & contra alium *tex. in c. si cui eod. tit. in 6.* ibi *talis electio cum præter formas, quas generale Concilium seruari statuit in electionibus celebrandis decernens, si aliter fierent, non valere*.

5

6

7

8

9

10

Quantum attinet ad secundum caput, quod scilicet in hac electione fuerit seruata forma cõsuetudinis huius Ecclesiæ, & ideò non fuerit opus seruari formam *cap. quia propter*, * quia lex per contrariam consuetudinem etiam quod habeat decretum irritans abrogetur, *Suarez de ll. lib. 7. cap. 19. num. 14.* Tres fuerunt datæ responsiones. Prima illam consuetudinem non probari. Secunda non suffragari cum non adsit expressus Papæ consensus. Tertia eo magis non suffragari, quia nec adest scientia Papæ; Quod non probetur cõsuetudo satis patet, quia illa nõ inducitur si vario modo fuit seruatum, * quia requirit actus vniformes *Bart. in l. 2. in fin. princ. ff. solut. matrim. Dec. cons. 214. num. 2. vers. 2. hoc idem, & per tot. & cons. 129. col. 2. Alex. cons. 5. lib. 5. & cons. 173. per tot. lib. 6. Roland. cons. 2. num. 118. & seq. lib. 1. & cons. 87. num. 53. lib. 2. & cons. 13. num. 18. & num. 20.* vbi quod nullus discrepat *lib. 4. Aym. cons. 96. num. 5. Rimin. iun. cons. 264. num. 28. & 29. lib. 3. & cons. 265. num. 25.* Et quando consuetudo est varia, quod non recedatur à iure communi * *Natt. cons. 132. in fin. & cons. 309. num. 9. Roland. d. cons. 87. num. 53. lib. 2. Curt. iun. cons. 260. num. 20. lib. 3.* in proposito autem electiones, in quibus fit fundamentum vniformes minimè sunt. In illa enim de anno 1502. sub Alex. Sexto vota fuerunt redacta in scriptis, & tam scrutatores de Collegio, quam extra suffragari exquisiuerunt, in alia facta de anno 1514. sub Leone X. fuerũt electi tres Scrutatores de Collegio & vota in scriptis redacta; In alia de anno 1525. sub Clem. VII. tres tantum de Collegio Scrutatores fuerunt electi, & suffragia pariter redacta in scriptis sub Pio V. de anno 1565. tres etiam scrutatores de Collegio tantum fuerunt adhibiti, sub Greg. XIII. de anno 1581 suffragia fuerunt per Notarios scripta, quod est de iure permissum * *gloss. in d. cap. quia propter in verbo redacta* sola enim quæstio, an Laicus Notarius possit scribere, vt per *Doctores ibidem*. vltima verò sub sa. me. Gregor. XV. de anno 1521. satis annuit vota fuisse in scriptis redacta, * cum in ea dicatur, quod in præsentia Notarij vota scrutata fuerunt.

11

12

13

14

15

Fuit præterea ex abundanti consideratum, quod tempore Clem. VII. fuit electus Ioannes de Cellis, & non datur alia electio vsque ad tempus Pij V. & tamen electiones intermedias adfuisse non est ambigendum, cum sub Pio V. non fuerit facta electio per obitum dicti Ioannis, sed cuiusdam Petri, prout fuerunt etiam electiones intermedia inter Greg. XIII. & f. m. Greg. XV. tempore enim illius fuit electus quidam Bernerus, & sub vltimo Greg. fuit facta electio per obitum Nicolai, & sic non rectè deducitur status electionum. Fuit insuper ponderatũ, quod in electione sub Alexandro fuit facta mentio electionum, de quibus *in cap. quia propter*, & sub Pio V. dixerunt electores, quod volebant procedere per viam scrutinij, sub Gregorio XIII. expressè etiam fuit dictum, quod ex tribus modis eligendi nimirum per scrutinium per compromissum, & quasi per inspirationem, viam scrutinij elegerunt. Et in postrema

ma sub f. m. Greg. XV. dicitur, quod viduatæ
Ecclesiæ per viam scrutinij intendebant pro-
uidere; Ex quo igitur viam scrutinij censue-
16 runt eligendam, * censendum est viam ordina-
riam elegisse scilicet iuxta terminos *c. quia
propter specul.in rubr.de elect.n.*12.si verò dictam
formam seruare nescientes errarunt,non potest
17 dici aliquam consuetudinem induxisse, * quæ
ex certa scientia, non ex errore debet induci
*gloss. in cap. fin. in verbo legitime vers. item quod
ex certa scientia*, & ibi etiam *Abbas num.* 12. *de
consuet. Siluestr. in verbo consuetudo q.4. Tabien.
notab.7. num.* 8. *Medic. de leg. par.2. quæst.* 14.
num. 5.

Secundò fuit principaliter responsum quod
ad inducendam consuetudinem contrà *Cano-
nes* requiritur scientia, & expressus consensus
18 Papæ * alias nunquam per contrariam con-
suetudinem lex abrogatur. Quia Summus
Pontifex non habet potestatem à Populo, sed
19 immediatè à Deo, * & ideò non est Populus,
qui inducit consuetudinem contrà Canones,
20 sed authoritas Papæ permittentis * *Abb. in c.
fin.num.* 8. *in fin.de consuet. Salas.de ll. quæst.*97.
*tract.*14.*disp.*19.*sect.*6.*numer.*59.*vers.hac senten-
tia*. Quod in lege ciuili secus est, nam lex
21 ciuilis tendit ad bonum publicum, * & in vti-
litatem priuatorum, vndè si populus vult sibi
præiudicium inferre, Principes ab eodem Po-
pulo potestatem habentes non curant *l. de qui-
bus vers.nam cum ipse ff.de leg.S.Thom.*1.2.*quæst.*
47.*art.*3.*in resp.ad* 3.*Abb.in cap. fin. numer.*9. *de
consuet. Driedon. de liber. Christ.cap.*11.*ante fin.*
ius autem canonicum principaliter intendit,
22 hominem in Deum dirigere,&* venit ad bonũ
publicum ecclesiasticum, & cum sit institutum
à potestate spirituali illa non potest in laicos
cadere *Abb. & Driedon. locis præcitatis*. Hinc
ergò cum consensus Papæ operetur ad istam
consuetudinem inducendam requiritur illius
23 certa scientia, * itaut non sufficiat error, vt
dictum est, & insimul requiritur animus in-
ducendi consuetudinem *gloss.in d.cap.fin.in ver-
bo legitime, vbi Abb. num.*17. & facit *text. in l.
1.C.quæ sit long.consuet.* Quare si consensus Pa-
pæ est ille, qui consuetudinem inducit, & e-
tiam ad hunc effectuum requiritur certa scien-
tia, & voluntas inducendi consuetudinem,non
potest deduci voluntas, nisi expressus consen-
sus adsit; multa enim per patientiam tolleran-
tur, quæ deducta in iudicio exigente iustitia
24 tolleranda non essent, * vt dicit *text. in cap.
sciam dudum* 18. *in fin. de preb* quem in puncto
allegat *gloss. in §. leges in verbo abrogata dist.*4.
& ex istis rationibus conuincitur *Vasq. par.*2.
25 *art.*97.*disp.*177.*cap.*12. * dum dicit, nihil re-
ferre, quod Papa recipiat potestatem à Deo,
& non à Populo; vt consensus eius tacitus non
possit operari ad derogandum suæ legi, vt e-
nim ex prædictis apparet multum referi,quod
Papa immediatè potestatem habeat à Deo. In
hoc autem casu nedum non adest expressus
consensus Summorum Pontificum, sed nec e-
tiam scientia, vt in tertia responsione osten-
demus.

Et quod requiratur nedum scientia,sed etiã
etiam expressus Papæ consensus ad inducen-
dam consuetudinem contrà Canones, etiam
quantocumque temporis spatio illa fuerit ser-
26 uata * tenent *gloss.in d.§. leges in verbo abrogat.
distinction.*4.*Archid.in cap.cum de benefic. num.* 2.
circa med. vers. nam, & ibi notat de præb. in 6.
vbi optimè dicit, casum esse expressum *in cap.
consequens, & in cap. noline* 11.*distinct. cap. facta*
9.*quæst.*3.*& c.illud,& c.ridiculum* 12.*distinct. Io.
Andr.in d.cap. cum de beneficio post princ. Gemin.
num.*6. *Franc. numer.*3.*&* 4.*S.Antonin. in summ.
par.*1.*tit.*16.*cap.vnic.§.*2.*ante finem vers.dicit au-
tem Ioannes Io. de Salas de ll. quæst.*97. *tract.*14.
*disput.*19. *numer.*62. *in fin.* quam sententiam
sequuta fuit *Rota in Romana obseruationis con-
tractus* 23.*Octobris* 1551.*coram Chissanen.* relata
*apud Verall.decis.*204. *numer.*3. *par.*3. *& in Ro-
mana concordiæ S.Petri* 12.*Februarij* 1610. *coram
Reuerendissimo D. meo Caualerio nunc S.D.N.Da-
tario*, quæ eo magis de plano procedunt, cum
27 *cap.quia propter* habeat decretum irritans, *vt
considerant *Archid.Io.Andr.Gemin. & Franch.
locis prædictis*, cui sententiæ consonat etiam di-
ctum *Goffr. & Innoc. in cap. ad nostram in princ.
de probat.* vbi lex, quæ est contra ius commu-
ne non debet seruari, cum non sit inducta de
28 certa scientia eius, cuius est concedere, * &
mutare *l.de quibus ff de ll.*

Tertio principaliter etiam fuit responsum,
quod communis, & indubitata conclusio est,
legem Papæ non posse abrogari saltem absque
29 illius scientia, vt egregiè probat * *Driedon.
de libert.Christ.d. lib.*1.*cap.*2. *in fin. Vasquez. ad
S. Thom.* 1. 2. *quæst.*97. & hanc opinionem ab
omnibus teneri affirmat *Petrus de Lorca ad* 1.
2.*S.Thom.in tit.de ll.disp.*29.*in princ.* & latè fuit
deductum in dicta causa *Romana concordiæ S.Pe-
tri.* Quæ scientia, ex qua arguitur consensus
hic non adest, sed error, qui non sufficit ad
inducendam consuetudinem, vt supra dictum
est. Scientia enim Summorum Pontificum,
quæ deducitur ex confirmationibus non adest,
cum electiones nullas confirmauerit absque
30 certa scientia *Bart in l.si constet* 12. *numer.*1.*ff.
de appellat.* vbi quod per confirmationem non
confirmatur electio inualida, nisi fieret ex cer-
ta scientia *Bald.in l. nominationes* 27. *numer.*2.
vers.tu dic.C.de appellat. Vbi quod confirmatio
31 Superioris non purgat vitium electionis, * ni-
si Princeps confirmet ex plenitudine potestatis
& loquitur in terminis electionis, in qua non
fuit seruata forma *c. quia propter Franch. Marc.
decis.*227.*numer.*5.*et* 6. *par.*1. *Innoc. in cap. cum
dilectis* 32.*numer.*1.*de elect.Alex.cons.*59.*numer.*8.
32 *lib.*1.vbi quod nec certa scientia præsumitur,*
nisi probetur. In proposito autem siuè dica-
mus verba confirmationum de per se importa-
re, quod Papa ex certa scientia confirmaue-
rit, siuè non, nihilominus, vtcumque sit,ve-
ritas est, quod cum Summi Pontifices confir-
33 mauerint electiones, tanquam canonicas, *
& verè non sint tales, cum in illis non fuerit
insertus tenor præsumuntur circumuenti ab
ijs,quibus electiones examinandas mandarunt,
Falm.in cap.cum à nobis numer. 3. *de test. Ruin.
cons.*41. *numer.*15. *vers.*2. *respondendum lib.*1.

Gabr.

Gabriel coucluf. 2. numer. 24. et sequentibus de
probat.
Neque facit, quod quando interuenit con-
sensus de iure naturali requisitus electio dica-
tur canonica * *Innoc. in cap. cum sicut, num. 7.*
34 *Compost. col. 6. in princ. num. 17. vers. item quaro de*
elect. Archid. in cap. nullus numer. 2. eod. tit. Franc.
Marc. decis. 1322. num. 1. in fin. par. 1. & in dictis
electionibus interuenerit consensus de iure
naturæ requisitus, & propterea tamquam ca-
35 nonicæ potuerunt confirmari * *Innoc. in d. cap.*
quod sicut num. 23. vers. circa primum Io. Anan. nu.
7. Bellam. numer. 50. Quia fuit responsum, ele-
ctionem triplici modo dici canonicam, largè,
36 strictè, & strictius, * vt per *Gemin. in consf. 88.*
num. 4. strictius dicitur canonica electio, quan-
do omnia interueniunt, quæ sunt de substan-
tia, & solemnitate, quæ si ommittantur, ele-
ctio est nulla, vt in d. *cap. quia propter*. Strictè
dicitur, quandò seruantur illa, quæ sunt de
substantia ommissis tamen his, quæ pertinent
ad solemnitatem, vt puta vacatio absentium,
& isto casu electio non est nulla, sed venit an-
nullanda, vt *in cap. quod sicut 28. de elect.* lar-
gè dicitur canonica, quando non sunt seruata
substantialia, nec alia solemnia requisita à iu-
re positiuo, sed habet tantum validitatem iu-
ris naturalis, vt quia scilicet habet consensum
eligentium, & ista de iure non est valida, vt
in *d. cap. quia propter, et in cap. sicut de elect. in 6.*
Vbi autem Papa appellat electiones canonicas,
censendum est intellexisse de electionibus ca-
37 nonicis strictiori modo, * cum iura tales ap-
probent, & illud est proprium significatū quod
communiter iura recipiunt, dum enim dicunt
canonicam intelligunt de valida, vt patet *in c.*
postulasti in princ. de cleric. excomm. Minist. & à
propterea verborum significatione receden-
38 dum non est, * *l. non aliter ff. de legat. 3. c. in no-*
stra de iur. iur. & in *cap. propterea de verb. signifi-*
cat. ita egregie *Gemin. d. consf. 88. num. 4.* & benè
Rebuff. in prax. tit. canonica instit. qua dicatur, vbi
quod solum illa dicitur canonica, quæ fit se-
39 cundum Canones * *cap. cum aliter de dolo cap.*
grauis de cens. c. vnic. de ætat. et qualit. in 6. nec
40 potest dici Canonica, quæ iure facta non sit * *c.*
1. de elect. Et si diceremus, Summos Pontifices
non ita sensisse electiones canonicas, cōfirmatio-
nes tamquam non factæ ex certa scientia cor-
ruerent, vt supra ostensum est.
Neque debuit allegari, quod in *Concordatis*
habeatur, Papam confirmaturum electiones
canonicas, & Concordata debeant intelligi iux-
ta terminos *Concil. Basilien. sess. 38. de elect.* in
quo fuit statutum, quod electiones factæ ab om-
41 nibus, vel à maiore parte, * etiam si reliqua
electionis formam concernentia ommissa fue-
rint confirmmari deberent. Nam vt plene sa-
tisfiat huic prætensæ vanitati, vt minus di-
gnæ, vt à Catholicis allegetur, Concordata
42 continent * *Placet nobis, quod in Metropolitanis*
& Cathedralibus &c. & Monasterijs immediatè
subiectis Sedi Apostolicæ fiant electiones canonicæ,
quæ ad dictam Sedem deferantur, quas etiam ad
tempus constitutum in Constit. feci rec. Nicolai Pij
III. incipit Capientes expectabimus, & lapso di-
Pars III.
cto tempore si non præsentatæ, vel si minus canoni-
cè præsentatæ fuerint prouidebimus &c. & si canoni-
cè fuerint eas confirmabimus nisi ex rationabili,
& euidenti causa &c. de digniori, & vtiliori per-
sona duxerimus prouidendum &c. Huiusmodi
Concordata quod sint intelligenda de electio-
nibus strictiori modo acceptis hoc est iuxta for-
mam *c. quia propter* dicit *Hent. Canis in annotat.*
ad d. Concordata & probatur ex verbis illis, *si*
præsentatæ minus canonicè fuerint, quæ verba
sunt desumpta ex *tex. in c. quamquam de elect.*
in 6. vbi minus canonicas appellat illas electio-
nes, quæ fiunt contra formam *Concil. genera-*
lis, quæ est forma *c. quia propter*, vt notat *glos.*
ibidem & hæc satis probant omnia superius de-
ducta ad interpretationem verbi *Canonicas* po-
siti in confirmationibus, & *Aeneas Sil. in eiùs*
epist. 338. Martino Mayer Archiepiscopo Mogun-
tini Cancellario missa sub dat. Romæ 12. Kal.
octobris 2457. & sic statim post Concordata vi-
detur ille intelligere de electionibus canonicis,
prout de iure communi, inquit enim *nulla ele-*
ctio reiecta est, quam constitit fuisse canonicam Pon-
tificalis Ecclesia in Alemania nulla reseruata est spe-
cialiter D. N. contra Concordata vestra.
Et hoc posito inanis etiam est prætensio,
quod *Concordata* sint intelligenda iuxta deter-
43 minationem *Concilij Basilien.* * quia licet illud
in principio fuerit Oecumenicum eo quod au-
44 toritate Summi Pontificis fuerit inductum * sub
præsidio Cardin. Cæsarini, & prosequutum,
donec illicita potestate vsurpata, & in Ponti-
ficem Romanum omni iudicio, & subiectioni
coactiuè iure diuino exemptum iudicium suum
ipsi conuerterent, & Pontifex Legatum suum,
omnesque alios Episcopos auocaret. Quando
vero post horum discessum Sinodus sub præsi-
dio Cardinalis Atelaten. continuata, inuito-
que Pontifice prorogata est, non tantum Oe-
cumenica, verum etiam legitima Synodus es-
se desijt. Nam eo tempore, quo *Concilium* in
Pontificē sententiā pronunciare ausum est, om-
nesque præcipue Episcopi discesserant, & Car-
dinalis Atelaten præsidendi sibi munus assum-
pserat, quia Episcopi paucissimi erant, intro-
duxerunt in Synodum ingentem Presbitero-
rum multitudinem, itaut contra omnem for-
mam Conciliorum non Episcoporum, sed Præs-
byterorum Synodus esset, & Deus Opt. max.
sententiam suam dicere volens tam horribili
peste Basileam affligebat, vt maior pars eorum
qui remanserant in conciliabulo, vel extincti,
vel secedere coacti fuerint, vt refert *Aen. Silu.*
in hist. Concil. Basil. cui ipse interfuit, quod
Concilium in Concil. Lateranen. vltimo sub Iulio
II. sess. 4. sub Leone X. session. 11. appellatur
schismaticum seditiosum, & nullius prorsus
authoritatis, & S. M. Eug. IV. ad orationem
habitam per Ioannem Banchestein, & petitio-
nem factam nomine *Concilij Basilien.* inter alia
45 cum peteretur obseruatio decreti * de electio-
nibus præmissa responsione, quod semper eius
intentionis fuit inuigilare in his, quæ honorem
Dei, salutem Animarum, ac bonam totius Ec-
clesiæ, & Reip. Christianæ concernerent si-
gnanter ad estirpationem hæresum, reforma-

tionem morum, ac pacem Populi Christiani, ad specialiter petita sic respondit; Quantum autem ad negotium indulgentiarum electionum annatarum, causarum, & vacationum scriptorum, & Abbreuiatorum Romanæ Curiæ, quia materiæ gradens sunt, & discussione, & declaratione indigent se vna cum fratribus suis S. R. E. Cardinalibus decreuisse respondere per suos *Concilio*, quod quamprimum facere intendit, sperans responsiones suas tales esse debere, quæ iustitiæ, & honestati conueniant ipsique *Concilio*, & omnibus pie sentientibus ad Dei honorem, caritatem, & pacem, ac bonum vniuersalis Ecclesiæ gratæ, & acceptæ merito sint futuræ. Ita habetur *tom. 4. par. 1. Concilior. Colon. impr. in append. f. 177. et seqq. et fol. 179.* habetur prædicta responsio.

Neque dici potest *Concordata* esse intelligenda iuxta *Concil. Basilien.* ex quo Nicolaus V. qui Concordata fecit, decreta *Concil. Basilien.* confirmauerit, vt patet in eius Bulla, & refert *Aeñeas Sila. & Gobilin. locis citatis*, & ideo *Concordata* debeant intelligi iuxta Statuta *Concil. Basilien.* per eundem Pontificem confirmata.
46 Quia hoc est merum figmentum,* cum *Concordata* habeant Dat. Kal. Aprilis 1447. Bulla autem habet datum sub die 14 Kal. Iulij 1449. & sic de tempore *Concordatorum* Bulla non erat in rerum natura. Veritas tamen est, quod Nicolaus V. non confirmauit decreta *Concilij*, sed pro bono pacis electiones factas in obedientia
47 *Concilij Basilien.** vt patet in prædicta Bulla quæ habetur in dicto *Tom. 4. par. 1. fol. 96.* cuius hæc sunt verba formalia *Nicolaus &c. quascumque promotiones, electiones, confirmationes postulationum admissiones, translationes, commendas, administrationes, prouisiones, reseruationes, vniones, incorporationes, reuocationes, pallij dationes consecrationes, personarum benedictiones de ordine ad ordinem translationes, infeudationes, absolutiones, liberationes, quietationes super quibuscunque debitis ratione decimarum, indulgentiarum, annatarum dispensationes tam super ætatis, quam natalium, & aliarum inhabilitatum defectus &c. ac omnia, & singula tam iustitiam, quam gratiam concernentia, siue in foro conscientiæ, vel contentioso in personis, & locis, quæ tempore concessionis & aliorum præmissorum obedierant prædicto Venerabili ac Carissimo fratri nostro Amedeo Cardinali Felici V. nominato, ac congregatis Concil. Basil. aut alterius eorum authoritate, etiam de latere legatos, seu delegatos ab eis potestatem habentes coniunctim, vel diuisim, qualitercũq; facta, gesta, concessa indulta, data, disposita, & ordinata, etiam si maiora, aut grauiora, aut alterius cuiuscunque naturæ à præmissis existant, & specialem requirentia expressionem cum omnibus, & singulis inde sequutis. & ac etiam omnia, & singula per ordinarios in dictis locis facta pro bono pacis, & vnionis Ecclesiæ motu proprio, & ex certa scientia, & Apostolicæ potestate plenitudine de consensu Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium præsentium sorte approbamus, ratificamus, & confirmamus, rataque, et firma fieri volumus &c.* & quamuis prædicta clarissima sint, potest tamen addi, quod si gesta *Concil. Basil.* fuissent confirmata frustra in *Concilio Lateranen.* sub Iulio II. & Leon. X. *sess. 4. et 11.* vt supra relatum est, illud fuisset
48 appellatum Schismaticum, Seditiosum, * & nullius prorsus authoritatis, & incassum, dum in eodem *Concilio Lateranen.* improbantur acta Basilien. fuissent facta Concordata cum Rege Franciæ.

Et *Aeneas Sila. epist. 369. sub dat. Romæ 8. Augusti 1457.* scribens D. Martino Mayer Cancellario Archiepiscopi Moguntini, non dicit
49 decreta *Concilij* fuisse confirmata,* imo totum oppositum, sique aliter diceret falsum esset. Audiatur ipsemet loquens ibi *sed vt ad querelas tuas veniamus dicimus tibi dignum esse, vt compactata cũ vestra natione seruentur &c Verum cum dicis decreta Concil. Basiliea. non custodiri, idquè putas iniuriosum esse Nationi, indignam dicimas esse querelam tuam, propter decreta enim Basilien. Concilij inter Sedem Apostolicam, & nationem vestrã dissidium, capit cũ vos illa prorsus tenenda diceretis, Apostolica vero sedes omnia reijceret. Itaq; fuit deniq; compositio facta (scilicet Concordata) in qua nos imperatorio nomine interfuimus eam certam legem dedit, deinde inuiolabiliter obseruandam, per quam aliqua ex decretis Concilij prædicti recepta videntur, aliqua reiecta hoc est fuerunt facta Concordata, per quæ aliquid fuit concessum nationi*, non autem simpliciter dicit, quod per Concordata gesta *in Concilio Basilen.* fuerunt confirmata, & subditur. *Itaque non iuste agis si per omnia seruanda esse decreta contendis*, & sequitur ibidem *sed venio ad electiones, quas passim contemni refers, hoc non inuenimus, ita esse, vt asseris, nam postquam ex Alemania huc venimus, plures Ecclesiæ Cathedrales eiusdem nationis vacauerunt, in quibus, vel postulationes factæ, vel electiones fuere. De postulationibus, nihil est quod obijci possit, nam illæ ex gratia pendent etiam vetusto iure, liberumque est Pontifici Maximo eas admittere, vel reijcere; electiones autem si canonicæ fuerint Compactorum vigore confirmationem merentur, nec repelli possunt, nisi de vtiliori persona Romanus Pontifex de consilio fratrum suorum S. R. E. Cardinalium duxerit prouidendum, sed neque hic est aliquid, quod reprehendi merito possit.* Et sic apparet, quod refert tenorem *Concordatorum*, & intelligit de ele-
50 ctionibus canonicis, * prout de iure communi, non autem iuxta disposita in prædicto conciliabulo, & subsequitur idem *Aeneas de tempore dicimus, quo Romanam Curiam sequitur neq; enim (iam biennio tantum est, quod hic sumus) vlla electio huc allata est, quæ rite, & canonicè comperta sit; nam Traiectensis electio, de qua magni rumores habiti sunt in personam excõmunicati ceciderat. Aliæ vero alios defectus habuere* & concludendo dicit. *Itaque vides non esse, cur vestra natio circa electiones iustam querelam habeat &c.*

Et non aduersatur idem *Aen. Silu.* sed fauet in *Apologia ad eundem Martinum Mayer fol. 672 secundum paruam impressionem* ibi enim recenset obitum Eugenij IV. & creationem Nicolaij V. quodque miserit legatum in Germaniam Ioannem Cardinalem S. Angeli, coram quo, inquit, *disceptatum est, quonam pacto Pon-*
51 *tifici Nicolao parendum esset,* * *erant qui decreta*

Ba-

Basilien. Concilij omnia suscipienda contenderent,
illisque Saluis Papæ obediendum. Contra lega-
tus Apostolicus eius Conc. legibus, quod Romana:
Sedes refutasset nullam inesse vim aiebat, alij
quibus media sententia placebat verum Basilea-
Concilium aliquando affirmabat, eiusque temporis
constitutiones haud quamquam reijciendas esse pu-
tabant. Postremo eo modo concordiæ locus fuit,
vt sententia quorumdam decretorum Basilien. Con-
cilij reciperetur; Reliqua vero eius statuta reiecta
viderentur. Hæc verba non sunt intelligenda,
quod decreta *Concilij* fuerint approbata, sed
quod in *Concordatis* aliquid fuerit conuen-
52 tum, * prout dispositum fuerat in *Concil. Ba-*
silien. & quoad formam electionum, quod
Concordata non sequantur disposita in *Concil.*
53 *Basilien.* * litteris rotundis idem *Aen.* asserit
ibi *Sed pergis vlterius, & concordiæ formulam*
attingens decretum super electionibus in Basilea
promulgatum, tanquam receptum in conuentioni-
bus videatur infringi, reijcique contendis, inexcu-
sabilem esse Romanum Pontificem arbitraris, &
prorsus iniustum, qui cunctis electionibus aduerse-
tur, nec tollerabili hoc tuæ genti esse existimas, nec
tibi responderi posse in hac parte confidis. Sed
subsequitur prędictæ obiectioni talis responsio.
falleris haud modicè nostro iudicio quemadmodum
clarius tibi ostendemus; nam formula Concordiæ,
quæ respicit electiones hunc sensum habet, il-
las enim in Ecclesijs Cathedralibus, & ex Mona-
sterijs expectari iubet per tempora, quæ sunt à
iure statuta, eosque si canonicæ fuerint, confirmari
nisi Romanus Pontifex de persona, quæ sit magis
idonea electo, vacanti Ecclesiæ de consilio fratrum
suorum S.R.E. Cardinalium prouidendum duxerit,
& sic verbis,* quibus nihil potest obijci, dicta
Concordata circa electiones non esse intelligen-
da vt scilicet electiones subsistant, si iuxta te-
norem *Concil. Basilien.* fiant, sed solum, quod
substineantur, si secundum *Canones* factæ fue-
rint, & tamen recenset plures electiones, quas
Summi Pontifices tanquam canonicas con-
firmarunt, alias vero tanquam minus canoni-
cas reiecerunt. Denique *Gobellin. in comm.*
54 *Pij II.* qui fuit idem *Aeneas Siln.* * ita in mi-
noribus appellatus *fol. 12. secundum magn. im-*
press. & fol. 20. secundum paruam vers. interea
Ioannes refert, quod legati Romam missi retu-
lerunt Eugenium durissime respondisse, &
quod *Aen. Siln.* alias notulas composuit, quæ
Eugenio mitterentur, vt verè posteà Romā missę
fuerunt, sed hoc non tangit negotij verita-
tem, quæ clare eluxessit ex supra deductis.

Quantum attinet ad tertium principale ca-
put oppositum, nempe, quod ista non fuerit
electio simpliciter per scrutinium, sed per com-
55 promissum * cum scrutinio mixtum, quæ for-
ma eligendi est canonica puta si ità com-
56 promissum sit, * vt compromissarij ipsi ex-
quirant vota singulorum illumque eligant, in
quem maior, & sanior pars consenserit, vt
est *Constitutio Innocentij III.* de qua in *cap. cum*
dilectus 32. de elect. quæ non fuit reuocata per
Constitutionem Alex. III. in Concil. Generali de
57 *anno* 1215. de quo in *dicto cap. quia propter*, vt
declarat *Bonifatius VIII. in cap. cum expediat*
Bar. III.
29. de elect. in 6. cap. si cui 27. eodem tit. Canis. in
compen. iur. canon. in tit. de elect. cap. de concurs.
comprom. cum scrutin. Bais. de elect. par. 2. c. 17.
num. 4. vers. aliquando autem. Cæterum, quod
ista forma sit canonica non negatur, sed fa-
ctum negatur, non enim fuit processum per
viam compromissi cum scrutinio mixti, quia
58 compromissum, aut fit expresse, * aut tacite
ex verbis inducitur, vt sentit *Petr. de Bais.*
ead. par. 2. cap. 17. num. 1. in fin. de elect & spe-
cul. in rubr. eiusdem tituli num. 13. In hoc au-
tem casu neutrum adest. Non expressum, quia
congregato Capitulo is, qui habet in Capi-
59 tulo primam vocem, * vel alius de mandato
Capituli, seu quiuis etiam sine mandato, Ca-
pitulo tamen non contradicente requirit pri-
mo singulos singillatim, an placeat procedere
hac forma compromissi, & omnibus consen-
tientibus, itaut nullus omnino discrepet, de-
bet requirere eos iterum, quibusnam personis,
& per quem modum velint eis committere
vices suas, & omnibus de personis concor-
dantibus, & de modo, tunc omnes simul, vel
vnus nomine omnium in personas huiusmodi
eligendas trasferat potestatem, si vero Capi-
tulum nolit in compromissarios conuenire,
possunt eo casu, vt citius ad concordiam de-
ueniatur vni, vel pluribus, qui vice omnium
eligant compromissarios, committere vices
suas, ita *Mandag. de elect. par. 1. cap. 39. Com-*
postell. in cap. quia propter num. 26. vers. quæro
modo & ibi *Bellam. in §. vel saltem num. 7. eod.*
tit. & de hoc debet confici publicum instru-
mentum *Specul. in tit. de elect. §. 2. in princ.*
Bertach. de Episc. par. 1. lib. 3. quæst. 49. num. 93.
idem *Specul. in cap. de via compromiss num. 4.*
& hoc casu quæstio est, vt per *Bart. in l. institu-*
tio num. 3. ff. de condit. instit. an duo sint confi-
cienda instrumenta, vt scilicet vnum contineat
Nos eligimus quem tales compromissarij no-
minabunt; & alterum eligimus illum, quando
tales compromissarij nominabunt, tamen idem
Bart. concludit, quod licet de iure duo essent
conficienda, de consuetudine contrarium ser-
uatur. Hanc autem formam hic non fuisse
seruatam certum est, cum nihil tale legatur in
instrumento S.D.N. transmisso.

Reliquum est, vt videatur, an adsit compro-
missum cum scrutinio mixtum saltem tacitè.
Abbas Riceardrous fuit electus Præsidens Ca-
pituli, & ea, quæ vti talis gessit, gessit in præ-
sentia Abbatis Treueren. & S. Matthiæ, fue-
60 runt etiam electi tres Scrutatores de Colle-
gio,* quibus, & ante nominatis Abbatibus fuit
data, & concessa omnis authoritas, & potestas
secreto, & sigillatim vota omnium, & singulo-
rum scrutandi, quapropter hi fuerunt electi
scrutatores non compromissarij; vt scilicet eli-
gerent per compromissum cum scrutinio mi-
xtum, ve enim superiùs firmatum est, debet dari
facultas, vt cōpromissarij vota singulorum ex-
61 quirant, * illumque eligant, in quem maior,
& sanior pars consenserit dict. *cap. cum dile-*
ctus 32. de elect. quem ita explicat *gloss. in cap.*
cum expediat, quæ est prima, & incipit *pro in-*
tellect. de elect. & quamuis in dicto instrumen

62 to subdatur, * *& facta collatione numeri ad nu-
merum, zeli ad zelum, & meriti ad meritum, fuit
data potestas illum in Abbatem nominandi, &
publicandi, in quem omnes, vel maior pars Capituli
inueniretur consensisse*, hæc tamen verba sunt in-
telligenda, vt scilicet scrutatores possint nomi-
nare, hoc est verbo pronunciare, seu proclama-
re, & publicare electionem factam à Capitulo,
non autem quod ipsi tanquam compromissa-
rij possint eligere, quia post electionem factam
à Capitulo electio pronunciatur, & publica-
tur, vt bene *Rebuff super concord. rub. de reg. ad
Prælat. nomin. §. vlt. in verbo forma in 13. 15.
& 16. requis. fol. 230. & 231.* & tunc demum
data facultate nominandi censeretur data etiã
facultas eligendi si constat arbitros fuisse ele-
63 ctos, & in illis terminis procedit * *text. in cap.
cum in iure peritus 33. de elect.* vbi *Hostien. n. 13.
vers. sed quidquid dicat Io. Andr. num. 8. Rebuff.
in pract. de nomin. q. 1. num 24.* hic autem non
fuerunt electi arbitri, sed scrutatores, vt dictum
est, & ideò illa facultas nominandi debet
quoad publicationem censeri, * vel ad sum-
64 mum data ad electionem nomine Capituli fa-
ciendam, cum de substantia sit, vt vnus nomine
Capituli eligat, vt in *cap. quia propter, & ibi DD.*
quod clarius ex modo procedendi, de quo sta-
tim dicam colligi potest.

Cessat denique omnis difficultas, quia in
instrumẽto, quo petitur confirmatio Capitulum
his verbis loquitur *Atque pro publicatione noui
electi Abbatis, & Pastoris instantes per sæpe di-
ctum D. Præsidentem expresse rogati num actam
per Nos electionem, ratam, firmamque haberemus*,
ex qua serie apparet, quod Abbas non vocatur
compromissarius, sed Præsidens, & non agitur
de electione, facta à Compromissarijs, sed ab
ipsomet Capitulo, nominabant *Compost. in cap.
licet num. 7. de elect. Hostien. num. 14. vers. vti-
que quia ex compromissis*. Hic tamen Capitulum
non loquitur de electione ipsius nomine facta
à Compromissarijs, sed de electione ab ipsomet
Capitulo facta, quod euidentius demonstratur,
quia Capitulum proclamari, & publicari fecit
electionem per ipsum Præsidentem Ricardo-
tum, quod proprie conuenit electioni per scru-
tinium, facta enim collatione, debet sequi com-
munis electio per vnum nomine Capituli per
verba singularis numeri, & in *cap. cum ab vno
de re iud. in 6. c. sicut de elect. in 6. Franch. Marc.
decis. 922. num. 2. lib. 1.* & ista communis ele-
ctio potest etiam fieri per extraneum, dummo
dò electores tacitè, vel expressè consentiant
Bais in direct. elect. par. 3. cap. 33. num. 4. & seq.
si igitur fuisset processum per viam compro-
missi vnus Compromissarius omnium Com-
65 promissariorum vice eligere debuisset, * vt pu-
ta dicendo. *Ego N. compromissarius de consensu,
& voluntate compromissariorum meorum eligo
&c.* hanc formam ponit *Mirand. in manu Præ-
lat. regul. par. 2. quæst. 33. art. 38. conclus. 2.* &
bene adaptatur, quando pronunciatio fit sine
scriptis *Mandagot. de elect. quæst. 59. form. 9.* po-
nit aliam, quæ idem in substantia continet, &
subijcit opus esse, vt vnus vice omnium eligat,
alias electio est nulla, *Oldrad. conf. 184. in princ.
Roman. conf. 216. num. 4. vers. 4. eiusdem nulli-
tat.* In proposito autem neque expressè, neque
per æquipollens verba possunt importare, quod
Præsidens tamquam compromissarius nomine
aliorum compromissariorum elegerit.

Dato tamen absque eo quod veritati præiu-
dicetur, quod electio fuerit per compromis-
sum cum scrutinio mixtum, nec etiam subsi-
66 netur, licet enim illa dicatur melior, * & ex-
peditor forma, cum non omnes formam scru-
tinij benè sciant, vt ait *gloss. in cap. cum expe-
diat in verbo inquisitis de elect. in 6. Mandag. de
elect. cap. 41. in littera E.* Nihilominus illo ca-
67 su non possunt ommitti substantialia scrutinij *
cap. si cui de elect. in 6. vbi si fuerit actum,
quod electio facta per compromissum cum
68 scrutinio mixtum, vt scilicet eligatur ille, * in
quem maior pars respectu numeri, non autem
respectu totius Capituli consenserit, valeat,
non tenet, & *gloss. ibidem* exemplificat *in verbo
secreto*, si fuerit actum, quod vota non sint se-
69 creta, * quia semper habet locum ratio finalis
illius *tex.* & meritò hoc dicit, ex ea enim ratio-
ne *tex.* dicit electionem factam vigore com-
70 promissi non tenere, si actum fuit, * vt eliga-
tur nominatus à maiori parte respectu mino-
ris, cum hoc sit præter formam, quam *generale
Concilium* seruari statuit in electionibus cele-
brandis decernens eas si aliter fierent non va-
lere, & *gloss. ibidem* explicat ipso iure, & sic
ista ratio militat quotiescumque omittitur
71 aliquod substantiale, * de quo in *cap. quia
propter*, & bene *Abb. in d. cap. quia propter §. vel
saltem num. 2. vers. non tamen de elect.* vbi dicit
quod & si prædicta *gloss. in cap. cum expediat*
hanc formam vtiliorem nominet, non tamen
intelligas, quod compromittentes possint in
72 aliquo tollere huius *Capituli* substantialia, *
(scilicet *c. quia propter*) *Butr. in d. c. si cui num. 5.
in fin. de elect. in 6. Iap. Alb. num. 2. Canis. in
sum iur. canon. tit. de elect. cap. de concurs. scrut.
cum compr.* expresse sentiunt DD. mox allegan-
di, dum firmant, quod in electione per com-
promissum cum scrutinio mixtum non requi-
73 ratur collatio plena, * sed aliqua lis, cum
forma compromissi non requirat illam de se,
quam requirit forma scrutinii, illa enim arctior
ista liberior, nec tenetur compromissarius ad
aliud, quàm ad id, quod in compromisso ex-
74 pressum est, * quia non est necessaria collatio
meriti ad meritum, Zeli ad Zelum, sed numeri
tantum ad numerum, vt nimirum videatur, an
adsit maior pars totius Capituli *Monach. in c.
cum expediat 29. num. 9. ad fin. vers. Item quæ-
ro, & num. 10. de elect. in 6. Io. Andr. in princ.
Gemin. num. 3. vers. quæro an ista forma Compo-
stell. in cap. in genesi 59. col. 3. vers. in forma ve-
rò compromissi vbi Abb. num. 2. in 4. notab. de
elect.* & in hoc ista forma compromissi cum
75 scrutinio mixti potest secundum *d. gloss.* vtilior *
appellari. In nostro casu autem omnes defectus
considerati in forma meri scrutinii in hac etiam
electione militarent, excepto tamen, quod
non dicerentur adhibiti sex scrutatores, quia
tres primi extra Collegium Compromissario-
rum nomine venirent, & alia nullitas posset ad-
di,

di, quod vnus ex compromissariis nomine alio-
rum compromissariorum electionem minimè
publicauerit. Et ex forma ipsius compromissi
corrueret etiam electio, quia scrutarores de
Collegio non exquisiuerunt suffragia, & illa
76 non fuerunt redacta in scriptis, * prout fue-
rat ordinatum in instrumento compromissi,
quæ ommissio formæ vitiat compromissum,
cum forma data sit seruanda, & illius verba
77 debeant potius restringi, * quam ampliari, vt
per *DD. in illo cap. cum expediat loco citato*, &
bene *Bald. cons. 101. nobiles viri num. 8. vers.
videtur concludendum in fin. & cons. 103. lib. 3. in
princ. Soc. cons. 20. in princ. lib. 1.* vbi quod est stri-
78 cti iuris, & in ea veniunt solum ea, * de quibus
specialiter est dictum *Dyn. cons. 45. incip. quæst.
quæ vertitur*.

Et ita conclusum.

ROMANA LEGATI.

Veneris 24. Ianuarij 1625.

ARGVMENTVM.

Legatum factum à marito vxori per verba *lascio à mia moglie l'appartamento di sopra della mia casa con la meta de mobili sempre che viverà osseruando vita vedouile* post obitum legatariæ reuertitur ad hæredem testatoris & in casu eius mortis ad heredem hæredis.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum à marito vxori per verba* lascio à mia moglie l'appartamento di sopra della mia casa con la metà delli mobili sempre che lei viuerà osseruando vita vedouile, *reuertitur ad hæredem testatoris post obitum legatariæ vt num. 4. & 6.*

3 *Quod legatum pro primo anno censentur purum, & pro sequentibus conditionale.*

Dictio semper *quando stat cum præfinitione temporis non importat perpetuitatem pro vt de sui natura importaret num. 2.*

5 *Legatum factum à marito vxori in tantum, in quantum abstinuerit à secundis nuptus transit ad hæredes ipsius vxoris post eius mortem.*

Castr. in cons. 452. lib. 1. *in quibus terminis procedat num. 5.*

DECISIO MDLIII.

TEstator instituto hærede Plodio legauit vxo-
ri per hæc verba mobilia, & Domum. *La-
scio à mia moglie l' Appartamento di sopra della
1 mia casa, * doue al presente habito con la metà
delli mobili, &c. dichiarando, che l'animo mio è,
che l'altra metà della casa sia habitata dalli miei
heredi, e non volendo habitare in tal caso voglio
che detta mia moglie viuendo la possa godere tutta,
eccetto le due Botteghe, quali siano deruci heredi,
e questo sia sempre, che lei viuerà osseruando vita
vedouile, & honesta, e volendosi maritare, gli
lascio scudi 600. moneta, e non altro, se non li
suoi panni, &c.*

Stante hac serie facti, Dubitaui, an huius-
modi legatum censeri debeat proprietatis, vel
vsusfructus tantum in casu, de quo agitur,
qui est vt defuncta muliere debeat spectare ad
illius hæredes, vel ad hæredem vniuersalem,
& Domini dixerunt post obitum legatariæ hu-
iusmodi legatum reuerti ad hæredem vniuer-
salem, non autem ad hæredes legatariæ. Ra-
tio *decisionis* fuit, quia legatum est relictum
ad vitam ibi *Sempre, che lei viuerà osseruando
vita vedouile, &c.* Dictio enim *semper* non stat
2 de per se * absque præfinitione temporis, itaut
importet perpetuitatem, prout importat de
sui natura l. *in cognitione 13. ff. ad Sillan.* sed
fuit prolata cum præfinitione temporis ibi
Sempre che lei viuerà, & ideo est limitatiua il-
lius temporis, & vltra illud non operatur, &
ideo pro primo an o legatum censetur pu-
3 rum, * & pro sequentibus conditionale *Rubeus
Alex. cons. 23. num. 5.* itaut morte finiatur, &
4 & non sit transitorius * *Escobar de ratiocin. c. 41.
num. 18. & Rota in dec. 24. num. 14. par. 1. in
recent.* ad hæredes mulieris *Rubeus Alex. loco
allegato*, sed spectat ad hæredem vniuersalem,
vel ad hæredes ipsius hæredis *Ricin. in l. Titia
cum testamento §. Titia cum nuberet num. 7. ff. de
legat. 2.* vbi refert de hoc fuisse quæstionem
grandem in Ciuitate Papiæ, & ita consuluisse
prestantissimos Doctores *Curt. sen. Io. Put.
Lancellottum, Dec. Caphal. cons. 158. num. 5.
lib. 2. Bertaz. cons. 4. num. 16. & 17. lib. 1.*

Non obstat, quod *Castrens. in cons. 452. le-
gatum istius domus lib. 1.* videatur consuluisse
5 contrarium quia *Castrens.* consuluit in casu *
quo legatum fuerat factum vxori in tantum,
in quantum abstinuerit à secundis nuptijs,
qui casus est longe diuersis à nostro, in quo
testator dixit *E questo sia sempre che ella viuerà
osseruando vita vedouile, & honesta*, & sic non
se simpliciter restrinxit, prout in casu *Castr.* ad
vitam vidualem, sed donec vixerit, & non
6 simpliciter, * sed copulatiue cum vita vidui-
li, & honesta, vt bene ad propositum aduer-
tit *Cephal. in illo cons. 158. num. 5.* & propterea
quicquid sit de illo *cons. Castr.* non tangit ca-
sum nostrum.

Et ita conclusum, &c.

VLIXYPPONEN. QVARTANARIAE.

Lunæ 27. Ianuarij 1625.

ARGVMENTVM.

Gratia coadiutoriæ regulariter solet concedi vel intuitu ætatis ingrauescentis, vel notabilis infirmitatis, seu alterius impedimenti, & ideo concessa ratione infir-

mita-

mitatis debet plene, & concludenter iustificari nedum infirmitas, sed etiam quod sit talis vt coadiutus non possit inseruire.

SVMMARIVM.

1 *Gratia coadiutoriæ cum futura successione debet plene, & concludenter iustificari & num. 6.*

2 *Coadiutoriæ solent concedi intuitu ætatis ingrauescentis, vel notabilis infirmitatis, seu alterius impedimenti.*

3 *Gratia coadiutoriæ cum futuræ successione concessa ratione infirmitatis coadiuti ad hoc vt sustineatur debet plene & concludenter probari, sed quod sit talis, vt coadiutus non possit inseruire & num. 6.*

4 *Infirmitas quæ impedit vt beneficiatus non possit inseruire beneficio æquiparatur senectuti, & impotentiæ.*

5 *Infirmitas non probatur ex simplici attestatione medicorum.*

6 *Narratiua, quæ est causa concessionis gratiæ est plene, & concludenter probanda secus autem si est pars gratiæ cum isto casu sufficiat semiplena probatio, & num. 7.*

8 *Clericatus probatur ex litteris patentibus.*
Valor per non excessum probatur ex testibus de publica voce, & fama, quæ probatio sufficit, quando Papa non se fundauit in ista narratiua valoris num. 8.

DECISIO MDLIV.

AGitur de iustificatione gratiæ coadiutoriæ concessæ cum futura successione, quæ vtique debet iustificari, * vt in puncto dicit *Put. dec 63. par. 2. in nonis Paleott. decis. 298. incipiente Claudius impetrauerat*, alias est *decis. 652. lib. 3. par. 3. Mandos. in prax. signat. Grat. titulo de coadiutor. vol. 2. Verall. decis. 128. 129. 130. & 131. par. 1.* Quæ quidem Coadiutoriæ cum solerent concedi intuitu ætatis ingrauescentis, * vel notabilis infirmitatis, sed alterius impedimenti in *cap. 1. de Cleric. ægrot. in 6.* vbi cæteri *DD. Verall. in prædictis decis.* & in hac causa fuerint narratæ infirmitates, * itaut Didacus non posset interuenire simplici seruitorio beneficio, quartanaria nuncupato, de duobus constare debet, scilicet primo de infirmitatibus: secundo, quod tales sint, vt Didacus inseruire non posset dicto beneficio, * quia tunc æquiparantur senectuti, & impotentiæ, vt in dicto *c. 1. de cleric. ægrot. in 6.* & ibi notant omnes *DD* Inproposito autē nihil probatur circa qualitatem huius beneficij, & quod plus est, nec circa infirmitates, licet enim attestatio medicorum concludat, tamen est simplex attestatio. * & testibus non attestationibus credendum est: Nec facienda vis est in dictis testium per publicam vocem, & famam deponentium, hæc namque probatio in hoc puncto non sufficit, sed debet narratiua plenè, & concludenter probari, * cum ista sit causa concessionis, non autem simpliciter pars gratiæ, quæ semiplena etiam probatione contentaretur, * vt distinguendo dicit *Rota decis. 268. numer. 4. par. 1.* & fuit resolutum in causa *Casalen. Præpositurae 21. Aprilis 1597. coram Gipsio*, & in causa *Placentina Parrochialis de Malpartida 16. Ianuary 1602. coram bo. me. Litta*, & alias sæpius.

Clericatus probatur ex litteris patentibus, valor beneficij, quod non excedat *ducat. 24.* * & computatis distributionibus *ducat. 200.* simul probant testes per non excessum de publica voce, & fama, quæ probatio sufficit, cum Papa non se fundet in ista narratiua ex modo deductis. Et ita resolutum vna tantum parte informante.

MAIORICEN. THAESAVRARIAE.

Lunæ 27. Ianuarij 1625.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria in causa beneficiali non denegatur, dum articuli sunt releuantes, et simul datur fumus boni iuris.*

2 *Mensis Octobris quo ad beneficia simultaneæ collationis vigore Reg. 8. est Apostolicus.*

3 *Beneficium de iure præsumitur simultaneæ collationis.*

4 *Prouisiones Apostolicæ censentur obtentæ pro maiori corroboratione.*

5 *Præsumptio cessat probata veritate facti.*

DECISIO MDLV.

FVit resolutum, dandam esse remissoriam, illa enim nunquam denegatur, dum articuli sūt releuantes, & quando simul in causa beneficiali datur fumus boni iuris * *Cassad. dec. 3. de dilat. Caput. dec. 50. et 59 par. 3.* Releuantia est clarissima, quia cum Thæsauraria vacauerit de mense Octobris, articulatur esse simultaneæ collationis, quod si probaretur interesse Episcopi pariter excluderetur, cum ille mensis vigore *Regulæ* 8. quoad beneficia simultanea * sit Apostolicus, fumus autem deducitur ex dispositione iuris, secundùm quod stat præsumptio, quod sit simultaneæ collationis * *Cass. decis. 22. de præben.* & adsunt præterea testes in alia causa examinati corā bo. me. Pamphilio.

Neque obstat, quod illa probatio non releuaret, stante quasi possessione Episcopi liberè conferendi, quia cum prouisi etiam obtinuerint prouisiones apostolicas, licet in dubio præsumatur obtinuisse pro maiori corroboratione, * vt dicitur in *decisionibus* in hac causa factis probata tamen veritate facti cessaret etiam præsumptio.

Si verò alia pars velit stare testibus alias examinatis, Domini fuerunt in voto, non esse dan-

dandam remissoriam, quia pars, quæ illam petit, habet intentum.

BONONIEN. CAMBIORVM.

Veneris 31. Ianuarij 1625.

ARGVMENTVM.

Satisfacto creditore per principalem debitorem mediante cambio fideiussor, qui in eius obligatione se restrinxerat ad primum cambium, remanet liberatus; quod nouum cambium probatur ex deductis in *decisione*.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor, qui in eius obligatione se restrinxit ad primum cambium remanet liberatus, si creditor fuit satisfactus à principali debitore per nouum cambium.*
2 *Cambium solutum pro vna feria non benè conuenit pro alia feria.*
3 *Libri mercatorum non probant pro tertio contra tertium.*
Limita concurrentibus adminiculis num. 3.
4 *Libris mercatoris magis standum est, quam confessioni tertij creditoris circa qualitatem in confessione expressam.*
5 *In nouo cambio censentur coaccruatæ omnes summæ debitæ occasione cambij antecedent.*
6 *Creditor si per nouum cambium non fuisset satisfactus non præsumitur, quod per biennium tacuisset in petendo interesse primi cambij.*
7 Statutum Bononiæ rubr. 19. fol. 60. *disponit, quod si libri mercatorum sunt scripti iuxta formam illius statuti eis adhibeatur fides etiam contra tertium. Ampl. vt ibi.*

DECISIO MDLVI.

NOn poterat controuerti, quod obligatio Caroli esset restricta ad primum cambium ad Ciuitatem Placentiæ, & primum recambium ad Ciuitatem Bononiæ ex deductis in *dec. in hac causa facta* 13. *Februarii* 1623. Vnde punctus difficultatis consistebat in eo, an Corsinus fuerit satisfactus per nouum cambium ab Hyppolito principali debitore quia
1 si fit, * vtique Carolus fuit liberatus ex deductis in prædicta *dec.* & Domini resoluerent constare de satisfactione per nouum cambium & sic standum esse in *decisis*. Ex partitis enim banchi Ludouici de Magistris constat, quod sub die 22. Augusti 1617. Hyppolitus principalis debitor soluit Carolo *libr.* 120. *per cambio di fiera di Pasqua, e di Maggio* quæ feriæ,
2 cum sint diuersæ ab illa; * in qua Carolus fideiussit, non videtur dubitandum, quin cambium fuerit factum pro vlterioribus Nundinis, quia cambium solutum pro feria Maij non bene conuenit pro feria antecedenti.

Non obstat, quod libri mercatorum non
3 probant pro tertio contra tertium, * quia regula fallit concurrentibus adminiculis, hic autem concurrit confessio Corsini creditoris in responsione ad positiones, qui non negat solutionem, sed dicit fuisse factam pro ferijs antecedentibus obligationem Hyppoliti de anno 1616 & nihilominus circa istum qualita-
4 tem magis standum est libris, * quam confessioni quia cum de anno 1616. fuerit factum
5 nouum cambium non est verisimile, * quod in hoc cambio non fuerint coacervatæ omnes summæ debitæ occasione cambij ante annum 1616., concurrit etiam, quod nisi fuisset fa-
6 ctum nouum cambium, * non est verisimile, quod Corsinus tacuisset per biennium in petendo à fideiussore suum interesse; concurrit
7 præterea *Statutum Bononien. rubr.* 19. *fol.* 60. * in quo disponitur, quod si libri mercatorum sunt scripti iuxtà formam illius statuti, eis adhibeatur fides, etiam contra tertium, & quamuis non constet, quod iste liber habeat prædictas qualitates, stante tamen legalitate mercatoris, verisimile est, quod habeat dictas qualitates, quæ si constarent, cessaret omnis difficultas, & ideo Domini vtuntur sola ista præsumptione ad coadiuuandam fidem librorum, vna cum alijs adminiculis, non autem vt ex hoc dumtaxat habeatur plena fides.

Ex quibus steterunt in resolutis 13. *Februarii* 1623.

NEAPOLITANA SEPARATIONIS THORI.

Veneris 31. Ianuarij 1625.

ARGVMENTVM.

Alimenta tunc debentur à viro vxori pendente lite super separatione Thori, quando cum iusta causa à viro diuertit, secùs è conuerso.. Iusta autem causa ad hunc effectum probatur ex decreto Vicarij, in quo mandauit vxorem redire cum viro, præstita tamen per ipsum cautione de non offendendo, sed bene tractanda vxore.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta non debentur à viro vxori, dum lis pendet super separatione Thori.*
2 *Declara procedere, quando diuertit abeo sine causa legitima, sed de propria culpa; secus autem si ex iusta causa ab eo diuertit num. 4.*
3 *Amplia etiamsi maritus retineat dotem.*
5 *Ad effectum vt mulier consequatur à marito alimenta iusta, causa non est plenè probanda, sed sufficit*

sufficit vt de ea adsint tantum adminicula.

6 *Seutitia viri in vxorem ad effectum consequendi alimenta probatur ex decreto Vicarij, in quo mandauit vxorem reddire cum viro praestita tamen per ipsum cautione de non offendenda vxore, sed benè tractanda.*

7 *Sententia contra quam nihil adest in contrarium facit praesumptionem boni iuris.*

DECISIO MDLVII.

DVæ sunt conclusiones verissimæ inter se de directo pugnantes, vna est, quod alimenta non debeantur, dum lis pendet super separatione Thori; * sed prima procedit quando
1
2 mulier diuertit sine causa legitima, * sed de propria culpa *gloss. in c. significasti in verbo materiam in fin. de diuort. Alex. in l. si dum dotem §. si antem num. 7. & seqq. vbi etiam alij ff. solut. matrim. Alex. cons. 78. num. 13. lib. 5. Curt. inn. cons. 328. num. 18. & seqq. lib. 3. Grat. cons. 57. in fin. lib. 1. Guido Pap. cons. 137. num. 1. & decis. 419. num. 6. Afflict. dec. 10. num. 2. Thom. de Tan. decis. 11.* & fuit resolutum in causa *Papien. Matrimonij 19. Februarij* 1596. & in causa *Bisuntina separationis Thori coram bo. me. Cardinali Pamphilio*, & in alia *Bononien. separationis Thori 11. Februarij* 1608. *coram bo. me. Penia.* Quæ conclusio pro-
3 cedit, etiam si maritus retineat dotem, * *Castr. in l. quod in vxorem num. 5. C. de negot. gest. Guido pap. cons. 127.* Et fuit dictum in praecitata *decisione Papien. matrimonij.*

Secunda vero conclusio affirmans alimenta deberi, procedit quando mulier ex iusta cau-
4 sa diuertit à viro * *DD. in d. l. si cum dotem §. si autem in lauissimo, vbi Alex. num. 7. ff. solut. matrim. Cin. Bald. & alij in l. 1. num. 4. C. de legat. Guido Pap. d. cons. 127. num. 1. & dicta decis. 439. num 6. Afflict. decis. 10. num. 1. Thom. de Tan. dec. 11. Curt. iun. cons. 328. num. 7. & seq. lib. 3.* & fuit celolutum in dicta *Bisuntina, & Bononien.* Et ad effectum alimen-
5 torum iusta causa non est plenè probanda; * sed sufficit, vt de ea adsint tantum adminicula *Castr. cons. 65. viso quodam libello in 4. lib. 1. Afflict. decis. 10. num. 5.* & fuit dictum in praedictis *decisionibus Bisuntina, & Bononien.*

In casu, de quo agitur visum fuit, nos versari in terminis secundæ conclusionis, quod scilicet debeantur alimenta, cum ex iusta causa mulier diuerterit à viro, quæ pluribus fulcita adminiculis ad hunc effectum sufficere visum
6 est. Adest enim Decretum Vicarij, * qui decreuit, quod vxor teneatur redire cum viro, data tamen per ipsum cautione *sc. 10. m.* de non offendenda vxore, sed benè tractanda, ex quo infertur, quod iudex sentiat adesse sæuitiam, cum voluerit cum cautione illam esse restituendam *Sanchez. de matrim. lib. 10. disput. 14. num. 34. & seqq.* Et propterea ex ista sen-
7 tentia, cum non adsit aliud in contrarium,* elicitur praesumptio boni Iuris, vt fuit resolutum in causa *Romana de Setta 12. Februarij* 1580. & in *Antonitana Censuum 26. Iunij* 1615. *coram bon. mem. Cardinali Sacrato.*

Circa quantitatem alimentorum nihil fuit resolutum, cum non constet de quantitate dotis, sed reseruatum vt particulari disputatione de hoc videretur.

Et ita conclusum vna tantum parte informante, &c.

CARPENTORATEN. PRIORATVS.

Veneris 31. Ianuarij 1625.

ARGVMENTVM.

Obtenta per Procuratorem citatione cum inhibitione si ea principalis vtatur dicitur contra ipsum lis introducta ita vt possessio capta sit attentata. Clausula *omnesque alios* ad hoc vt operetur effectum suum non est necesse, quod nomina exprimantur in citatione cum inhibitione.

SVMMARIVM.

1 *Possessio capta post citationem cum inhibitione est attentata respectu eius, qui citationem obtinuit attenta litis pendentia.*

2 *Amplia etiam si inibitio fuerit obtenta per Procuratorem cum promissione data, de cuius mandato non constat, dum pars ea vsa est.*

Inhibitione per Procuratorem obtenta vtens censetur à principio illam ratificasse in praeiudicium eius num. 2.

3 *Per clausulam* omnesque alios *in commissione appositam censetur data iurisdictio contra omnes interesse putantes.*

4 *Limita non procedere quando in citatione non sunt expressa nomina.*

5 *Contra limitationem quod scilicet non requirantur expressi in citatione sed sufficit quod fiat in partibus.*

6 Rota decis. 18. num. 1. ante finem de dolo, & contum. in nou. *non confirmatur.*

Crescêtius dec. 3. de dilat. *est merus discursus n. 6.*

DECISIO MDLVIII.

FVit resolutum pro informante scilicet constare de attentatis, quæ veniunt renocanda. Ratio decisionis fuit, quia die 18. Martii 1623.
1 fuit obtenta citatio cum inhibitione, * & sic quoad ipsum fuit lis introducta, & die 29. Aprilis eiusdem Anni fuit intimata D. Emundo. Quare non poterat Ioannes absque vitio attentatorum capere possessionem 2. mensis Aprilis *Rota decis. 6. vt lit. pend. in nou. Roman. cons. 330. num. 2. ante fin. vers. illud autem Lancell. de attent. in praefat. cap. 4. nu. 43. Secundum noua impress. Rota decis. 42. num. 22. par. 2.* & fuit resolutum *coram me in causa Syracusana Quarta 18. Martij 1607.*

Non

Non obstat quod citatio cum Inhibitione fuerit obtenta per Procuratorem, decuius man-
2 dato con constat, * nam sufficit, quod fuerit obtenta cum promissione de rato, & quod pars illa fuerit vsa in partibus, quia per talem vsum censeatur ratificata, & lis fuit introducta à principio in præiudicium illius *Laucell. vbi supra Seraph. dec. 20. num. 5. & 6. Archill. dec. 27. de apellat. Capitaq. dec. 165. par. 2.* & fuit resolutum in causa *Farfen. Territorij 15. Martij 1599. coram Orano* & in causa *Bononien. Canonicatus 13. Martij 1609. coram bo. mem. Pania.*

Non obstat, quod D. Emundus non esset nominatus in commissione; quia cum commissio haberet clausulas *omnesque alios &c.* censetur data iurisdictio contra omnes interesse putan-
3 tes * *Mohed. decis. 5. de iudic. Put. dec. 4. eodem tit. et decis. 91. lib. 1. in nouis. Fab. decis. 15. lib. 1. Archil. dec. vlt. de rescript.*

Nec releuat, quod D. Emundus debuisset nominari in citatione cum Inhibitione, alias
4 in præiudicium Ioannis non fuit introducta lis fauore D. Emundi, licet enim *Rota dec. 18. num. 1. arte fin. de dol. et contum. in nou. et Cresc. decis. 3. de dilat.* teneat, quod clausula *omnesq.*
5 *alios* * non operetur effectum suum, nisi in citatione exprimatur nomina. Attamen veritas est, quod non est opus, vt exprimantur
6 in citatione; sed sufficit * quod expressio fiat in partibus *Cassad. dec. 2. de dol. et contum.*
7 Quodque prædictæ *decisiones* non seruentur, * & quod *decis. Cresc.* sit merus discursus, fuit dictum in *Bononien. de Porticulo 22. Martii 1574. coram Robusterio*, & est *decisio S.M. Gregor. 94. num. 4. in qua idem fuit dictum*

Et ita fuit resolutum &c.

MVTINEN. PLEBIS, SEV IVRISPATRONATVS.

Ven. 21. Februarij 1625.

ARGVMENTVM.

Immissio vigore subrogationis gratiosæ an, & quando concedatur, & nonnulla circa probationem Iurispatronatus.

SVMMARIVM.

1 *Immissio vigore subrogationis gratiosæ datur concurrente Clericatu, obitu in possessione vltimo loco defuncti, in cuius locum fuit subrogatus & reseruatione: Amplia n. 21.*

2 *Clericatus probatur ex litteris patentibus.*

3 *Obitus in possessione vltimi possessoris probatur ex præsentatione facta aduersarij ob talem obitum, & de qua ipse vsus est.*

4 *Mensis Ianuarij est mensis fixus semper reseruatus ad fauorem Papæ.*

Regula 8. *reseruat Beneficia vacantia in mense Ianuarij ad fauorem Papæ n. 4.*

5 Regula 8. *non comprehendit Beneficia Iurispatronatus laicorum.*

6 *Iurispatronatus non potest dici iustificatum donec contrarium probari potest ita vt propterea intret præsumptio quod omnia Beneficia præsumantur libera: limita vbi adest confessio partis, vel res iudicata, vel instrumenta n. 8.*

7 *Iuspatronatus cum sit seruitus non debet præsumi.*

9 *Confessio facta in litteris Apostolicis non sufficit ad probandum Iuspatronatus ad effectum canonizationis.*

10 *Limita quando Ordinarius non est in causa, & solum agitur de probando Iurepatronatus in præiudicium confitentis, maximè concurrentibus adminiculis.*

11 *Confessio, in qua quis fatetur Iuspatronatus potest ab eodem reuocari etiam tacite non docto de errore.*

12 *Iuspatronatus probatur ex inscriptione antiqua.*

13 *Limita si constet, quod etiam ante inscriptionem Ecclesia extabat.*

14 *Instrumentum extractum à successore in officio dicitur in forma probanti.*

15 *Instrumentum excedens tempus centum annorum recognitione non eget.*

16 *Iuspatronatus acquiritur ex constructione, & reædificatione Ecclesiæ dirutæ.*

17 *Requiritur tamen ad hunc effectum quod Ecclesia sit totaliter diruta, vel saltem ita vt indigeat mera constructione, vel eius facies immutetur.*

18 *Immissio vigore subrogationis gratiosæ non potest denegari per exceptiones requirentes iudicium ordinarium.*

19 *Immissio vigore subrogationis gratiosæ non potest denegari, dum reseruatio est clara, etiam si offuscatio illius proueniat ex replicatione partis, quæ plene sit probata.*

20 *Declara procedere, quando causa fuit commissa simpliciter; secus si cum clausula* Parito litteris arbitrio Rotæ.

DECISIO MDLIX.

FVit resolutum, Co: Alexandro dandam esse immissionem vigore subrogationis gratiosæ, docet enim de suo Clericatu, de obitu in pos-
1 sessione vltimo loco defuncti, * in cuius locum fuit subrogatus, & de reseruatione, quæ aut. lis requiritur ad hunc effectum *Put. decis. 484. lib. 2. in nou.* & passim seruat Rota, de Clericatu
2 constat ex litteris patentibus * iuxta *decis. Gram. 51. in princip.* de obitu in possessione vltimi
3 possessoris constat, * ex quo per eiusdem obitum fuit præsentatus Balthasar, qui vtendo hac præsentatione illam magnificat, & propterea fatetur postremo loco defunctum obiisse in possessione ex deductis *coram me in causa Cæsaraugustana de Maella 21. Iunij 1621.* Reseruatio satis liquet ex eo, quod ista Parochialis vacauit de mense Ianuarii, qui est mensis fixus
4 semper reseruatus ad fauorem Papæ, * quod adeò clare patet ex *Regul. 8.* vt côtrouerti minime potuit; sola igitur difficultas in eo remanet, an sit probatum Iuspatronatus laicorum, si enim probatur, vtique cessat reseruatio, cum *Reg. 8.* non comprehendat beneficia iurispatronatus lai-

5 laicorum, & quicquid dicendum esset in iu-
dicio ordinario, illud tamen aduertendum
est, quod hic agitur in iudicio executiuo, nec
probatur instrumentum fundationis, vnde de-
ducantur aliæ probationes cum tamen proba-
tio probationem non excludat iuspatronatus
non potest dici iustificatum, donec contrarium
6 probari potest * *Egid. decis* 103. ita vt interim
intret præsumptio quod omnia beneficia præ-
7 sumantur libera, & Iuspatronatus est seruitus, *
quæ non debet persumi *Verall. decis.* 130. *n.* 2. *par.*
2. *Mantic. decis.* 358. *num.* 3. vbi allegat *Innoc.*
Archid. & alios, & fuit sæpissimè resolutum.

Neque obstat, quod hæc conclusio limitatur,
8 vbi adest confessio partis, vel res iudicata *
Rota dec. 269. *par.* 2. & fuit dictum in causa *Ba-
ren. beneficiorum* 14. *Maij* 1604. *coram bo. me.
Card. Lancellotto Iuniore*; imò non videntur ex-
cludi aliæ probationes per instrumenta, cum
illæ dicantur liquidissimæ *Gemin. cons.* 27. *in
principio Oldrad. cons.* 139. *in fin. vers.* 10. Fuit
responsum huic motiuo difficultatem restringi
ad confessionem Com: Alexandri, cum enim
aliæ probationes ab aliis possunt excludi, de
his in iudicio ordinario agendum erit ex su-
pra deductis; Et quantum attinet ad confessio-
nem respondebatur, quod confessio facta in
litteris Apostolicis nō sufficit ad probandū Ius-
9 patronatus ad effectum canonizationis * *Sarnen.
de trien. q.* 36 *num.* 3. *Aegid. decis.* 133. *Verall.
decis.* 185. *num.* 5. *par.* 1. *Mantic. decis.* 318. *n.* 3.
& ita censuit *Congregatio Illustrissimorum DD.
Interpretum super c.* 9. *sess.* 25. *de reformat.*

Hæc tamen responsio non placuit, quia Or-
dinarius non est in causa, sed agitur solum de
probando Iurepatronatus in præiudicium con-
10 fitentis, * quo casu ex illius confessione pro-
batur, maximè si concurrant etiam adminicu-
la *Mant. decis.* 318. *num.* 3. *Achil. decis.* 1. *de con-
fess.* & fuit dictum *in Regien. Prioratus* 9. *Maij*
1586. *coram bo. me. Cardinali Pamphilio*, vbi
quod resolutio Congregationis loquitur de
simplici confessione, & vbi quis sola confessio-
ne nititur, vt fuit sæpissimè resolutum, vndè
firmetur fuit responsum, quod ista confessio
11 tacite saltem fuit reuocata, * ex quo Co: Ale-
xander parochialem impetrauit, vt liberam,
quæ confessio in his terminis potuit reuocari
etiam non docto de errore, siue fuerit Procura-
toris, seu principalis secundū stylum Palatij, de
quo *Bellamer. decis. mihi* 693. *in fin. incipien. er-
ronea confessio Papal. in addit. ad decis.* 16. *in fin.
de rescript. in nou.*

Non aduersatur inscriptio, quæ habetur in
facie Ecclesiæ videlicet 1385. *Questa Chiesa di
S. Geminiano da Massa fece fare Altobrandino, &
Giacobino fratelli del Rangoni, Guicciardo de
12 Agazzi è stato sopra à fare questa Chiesa*, * quæ
inscriptio adminiculum desumit ex alia huius
tenoris, *Templum hoc olim à maioribus suis ere-
ctum nimia vetustate labans Vgo Co: Rangonus
Episcopus Regien. & Princeps ob miram in D.
Geminianum pietatem in ampliorem hanc elegan-
tioremque formam restituit*; Quæ quidem prima
inscriptio, cum versemur in antiquis, probat
Iuspatronatus *Bart. in l. monumentum C. de re-
lig. domib. glos. & Doct. in c. causam de probat.
Castr. in l. sepulchrum num.* 6. *C. de relig. do-
mib. Ripa in c. cum Ecclesia Sutrina num* 97. *de
caus. possess. & propriet. Purpur. in l.* 1. *n.* 155.
ff. si cert. pet. Ferret. cons. 293. *num.* 9. & fuit
multoties resolutum; Nam fuit responsum,
quod ex instrumento concordiæ constat, hu-
iusmodi Ecclesiam ante dictam primam in-
13 scriptionem etiam extitisse. * quod quidem
quicquid dicatur est in forma probanti, cum
14 fuerit extractum à successore in officio * *Dec.
in auth. si quis in aliquo num.* 26. *C. de eden.* &
cum excedat tempus centum annorum alia
15 recognitione non æget * *Put. dec.* 9. *de fid. instr.*
neque huiusmodi replicatio redditur æquiuo-
ca, cum adsit alia etiam Terræ Massæ, quia
hoc non probatur, & quatenus probaretur ad-
huc probatio inscriptionis æquiuoca remane-
ret, itaut in iudicio ordinario esset videndum,
quæ probationes præualeant.

Neq; est verum quod responsio nō afficiat, ex
quo iuspatronatus acquiritur etiā ex noua con-
16 structione, & reædificatione Ecclesię dirutæ *
gloss. 1. *in c.* 3. *vbi DD.* præsertim *Abb. nu.* 8.
de iurepatronatus Host. in Sum. eodem tit. §. *ex
quibus vers. quod si reædificauit*. Nam fuit re-
sponsum, quod ad hunc effectum requiritur,
17 vt Ecclesia sit totaliter diruta, * vel sal-
tem, itaut indigeat mera constructione, vel
eius facies immutetur *gloss.* 1. *in c.* 3. vbi post
alios *Bero. num.* 56. *de iurepatronatus Ias. in l.* 1.
§. *si quis ædificium num.* 4. *de nou. oper. nunciat.
Roch. de iurepatronatus in verbo construxit n.* 12.
Lambertin. de iurepatronatus q. 6. *art.* 6. *par.* 1.
lib. 1. *num.* 16. & ideò dum cognoscitur in iu-
18 dicio ordinario * an versemur in casu isto
petita immissio non potest denegari.

Non obstat quod ad effectum immissionis
vig. subrogationis gratiosæ, requiratur reser-
uatio clara, & indubitata, quia hic est clara
19 ex vacatione in mense Ianuarij, * & offuscatio
prouenit ex replicatione partis aduersę, quæ
cum plenè ad hunc effectum non probet inten-
tionem suam, immissio non potest retardari,
Nec *decis.* in contrarium allegatæ afficiunt;
distinguendū enim est, quod aut causa commit-
20 titur simpliciter, * & intrant præfata, aut cum
clausula *parito litteris arbitrio Rotæ*, & tunc da-
to sumo iurispatronatus retardatur arbitrio
Rotæ, vel donec fiant meliores probationes,
vel procedatur in petitorio, & in his terminis
loquuntur *decisiones* in contrarium allegatæ.

Denique non obstat, quod Baldassar habeat
& ipse gratiam apostolicam, & propterea ha-
21 bet similem titulum, * cum non habeat sub-
rogationem gratiosam, nec sit in possessione,
& ideò non potest impedire processum execu-
tiuum ad fauorem Co: Alexandri, habentis
subrogationem gratiosam, & probantis om-
nia incumbentia *Bart. in l. fin. num.* 21. *C. de
ædilit. Diu. Adr. tollen.* & sæpe alibi.

Et ità conclusum, vtraque parte informan-
te &c.

Præsens decisio fuit confirmata die 27. *Iunij
sequentis*.

PAR-

PARMEN. STATVS.

Lunæ 3. Martij 1625.

ARGVMENTVM.

Filiatio probatur ex probationibus, quæ patent ex summario.

SVMMARIVM.

1 *Filiatio in antiquis probatur ex testibus deponentibus de publica voce, & fama.*
2 *Tempus antiquum in testibus est 60. annorum.*
3 *Filiatio probatur ex nominatione, & institutione facta à Patre in testamento.*
4 *Filiatio probatur ex confessione authoris partis.*
5 *Enunciatiua plures quæ non excedunt metam 60. annorum si contineant verisimilia probant filiationem.*
6 *Filiatio non potest impugnari dum vti talis fuit admissus ad causam.*
7 *Filiatio probatur ex fide Baptismatis, & ex testamento Patris, in quo fuit facta institutio filiorum.*

DECISIO MDLX.

DVbitaui, an personæ DD. Marchionum Alexandi, & ... sint legitimatæ, ad quem
effectum opus sit, quod probent descendere à
Bernardino filio Ioannis Francisci fideicom-
mittentis, & propterea, quod Pallauicinus
eorum Auus fuerit filius dicti Bernardini pro-
batur ex testibus deponentibus de publica
1 voce, & fama, * quæ in antiquis probat *Abb.
in c. nesciens il 1. num. 8. de verb. significat. Alex.
cons. 15. num. 1. & seqq. vol. 1. latè Calcan. cons.*
54. *num.* 25. Tempus autem antiquum in te-
2 stibus est tempus 60. annorum * *Caput. dec. 5.
num. 3. par. 3. late decis. 506. lib. 2. in nouis*
& euidentissimè hoc probatur ex duobus te-
stamentis ipsius Bernardini, in quibus nomi-
3 nauit, & instituit filios suos hæredes, * inter
quos est Pallauicinus prædictus, vnde, ex quo
cum nominatione concurrunt actus propor-
tionabiles filio, nempe institutio, probatur
filiatio *Surd. cons. 1. num. 47. & 50. Natta cons.
235. num. 1. Rota decis. 472. num. 2. par. 1. in
rec.* Concurrit etiam confessio Rolandi autho-
ris DD. Marchionum de Rangonibus, quæ
4 ipsis, & habentibus causam ab eo nocet *.
*Natta cons. 235. numer. 13. Surd. cons. 315.
num. 60. Ruin. cons. 46. num. 4. lib. 3.*

Quod vero ex Marchione Pallauicino sit
natus Marchio Anireus, probatur ex pluribus
enunciatiuis, quæ licet non excedant metam
5 60. annorum * nihilominus, cum sint plures
& verisimilia contineant, probant, vt fuit reso-
lutum in causa *Maceraten. hæreditatis 13. Fe-
bruarij* 1609. *coram Reuerendiss. D. meo Patri-
arca* quæ est *decisio 176. par. 1. in nouis.* Et ces-
sat omnis difficultas, quia vti talis fuit admis-
6 sus ad causam * *Marsil. in l. si quis num. 33. &
seqq. ff. de quart. Oddus de restit. in integrum q. 37.
art. 1. num. 15. Surd. dec. 104. num. 10. & seq.
Rota decis. 169. num. 3. & dec. 680. num. 10. p. 2.
in rec.*

Quod denique DD. Marchiones Alexander,
& Cirus sint filij prædicti Marchionis Aniri,
7 probatur ex fide Baptismi * *Caputaq. dec. 314.
par. 1.* ex testamento patris, in quo vti filij fue-
runt instituti, & denique ex admissione ad
causam, inde satis est probata filiatio ex supra-
dictis,

Et ita conclusum solum DD. Marchionibus Pallauicinis informantibus, quia Agentes DD. Marchionum de Rangonibus habito dubio, postea non curarunt informare &c.

FIRMANA BENEFICII.

Veneris 11. Aprilis 1625.

ARGVMENTVM.

Fructus debentur vsque ab initio motæ litis siue sententia, vigore cuius fuerunt percepti vti nulla, & iniusta fuit reuocata, siue etiam obtenta restitutio in integrum per quam suscitatur prima lis, quod tamen procedit in restitutione in integrum impropria, & extraordinaria, quę maiorem habet speciem gratię, quam iustitiæ.

SVMMARIVM.

1 *Cessionarius ex persona cedentis habet directas, & ex persona propria habet vtiles actiones.*
2 *Fructus vna cum re debent restitui, dum sententia, vigore cuius detinebantur, fuit declarata nulla, & iniusta.*
Fructus debent restitui à die, quo titulus censetur reductus non autem solum à die declaratæ reductionis, dum titulus reducitur ad non titulum num. 2.
3 *Sententia fauorabilis præstat bonam fidem, & excusat à restitutione fructuum saltem consumptorum. Vid. ibi.*
4 *Sententia lata ad instantiam procuratoris carentis mandato non causat bonam fidem.*
5 *Per citationem domi dimissa copia exequutam pars non efficitur vere contumax, sed fictè.*
Appellatio sufficit quod fuerit interposita à die scientiæ dum citatio fuit facta domi dimissa copia num. 5.
6 *Restitutio in integrum suscitat primam litem, & ab ea die primæ litis debentur fructus.*
7 *Declara quod aut agitur de impropria, & extraordinaria restitutione, quæ magis habet speciem gratiæ quam iustitiæ, & isto casu non debentur fructus percepti ante restitutionem si sunt consumpti, & pars non est effecta locupletior, secus autem si concedatur ex iustitia cum isto casu debeantur vsque ab initio.*

DECISIO MDLXI.

VT alias dictum fuit, lis fuit mota in partibus de anno 1595. lata sententia ad fauorem Annibalis de Ellis contra Theodorum Datusianum, qui tacuit vsque ad annum 1610. de quo tempore commisit causam restitutionis in integrum in Rota, & 15. Decembris 1614. obtinuit resolui *coram bc. me. Andrea*, sententiam de partibus esse nullam, vt in *decis.* 141. *par.* 2. *recent.* & postea obijt, & in eius locum fuit subrogatus, & quoad ius, & possessionem D. Decius Deseretus, qui obtinuit à *Reuerendissimo D.mco Patriartha Hierosolymitano* confirmatoriam huius sententiæ reuocatoriam sententiæ de partibus *bo. me. Andreæ* & postea vigore cessionis habitæ ab hæredibus Theodori egit ad fructus perceptos à die motæ litis, & dictam cessionem ei suffragari resoluit *Rota* 15. *Nouembris*, 1619. *&* 30. *Maij* 1622. *coram R. P. D. Remboldo*. Vnde sola difficultas remanebat in eo, An Theodoro deberentur fructus vsque ab initio, quia si sic dicto Decio deberentur, qui habet cessionem, & ideo includit personam cedentis, & eius iura; itaut ex persona illius habeat directas actiones ex propria
1 vtiles * *Bart. in l. emptor num.* 3. *C. de hæred. & act. vend. & in l. si quis in rem in princ. ff. de procur. Socc. sen. cons.* 18. *col.* 6. *num.* 16. *lib.* 1.
Et Domini causa bis proposita affirmatiuè responderunt ex duplici capite, primo quia cum
2 sententia fuerit nulla, & iniusta declarata, * & sic titulus sententiæ reductus ad non titulum res ipsa cum fructibus debet restitui *l. filium* § *contractum ff. de inoff. test. Fælyn. in cap. cum causam in* 37. *de constit. Roman. in l. titia filiam* §. *contra tabulas num.* 1. *& not vlt. ff. de inoff. test. et cons.* 454. *num.* 25. *vers. his tamen non refragantibus, et num.* 26. *cum seq. Natt. cons.* 535. *num.* 17. *lib.* 3 *Surd. cons.* 268. *num.* 31. *lib.* 7. *et decis.* 163. *num.* 6. *Osasch. dec.* 160. *num.* 12. & est regulare, quod quando titulus reducitur ad non titulum quod fructus debeant restitui à die quo titulus censetur reductus, non autem solum à die declaratæ reductionis *Rom. d. cons.* 454. *numer.* 26. *et* 27. *et cons.* 535. *numer.* 12. *Rimn. Iun. cons.* 333 *num.* 21. *Osasch. d. decis.* 160. *num.* 12. *Rota coram me par.* 1 *recent. decis.* 693. *num.* 1. *Couar. var. resolut lib.* 1. *cap.* 3. *in princ.* Neque obstat, quod sententia, quam
3 obtinuit Ellus præstauit bonam fidem, * & sic ad fructus restituendos saltem consumptos, non tenetur *Alex. & Ripa allegati in alia decis.* quibus potest addi *Angel.* quem allegat, & examinat *Curt. sen. cons.* 71. *col. antepenult. vers. ex his etiam, et col. penult.* Quia ipsi bene loquuntur, & declarant materiam; concludunt enim, quod fructus consumpti non restituuntur ab illo, qui habet titulum sententiæ, dummodo habuerint bonam fidem, alias titulus simplex non excusat, vt patet ex *Curt. col. pen. vers. consumptos*; in hoc etiam casu cessat bona fides, quia sententia fuit lata ad instantiam
4 Procuratoris minus legitime * siue prorsus carentis mandato, vt in d. *dec* 541. *coram bo. me. Andrea*.

Nec potest deduci bona fides, ex quo pars non reclamauit, quia tantum fuit citata domi dimissa copia non fuit vere contumax, sed ficte, & sufficit, * quod appellauerit à die scien-
5 tiæ *Rota dec.* 2. *num.* 1. *& seq. de dol. & contum. in nou. Vant. de nullit. ex defect. citat. num.* 92. *vers. erit tamen Lancell. de attent. p.* 2. *cap.* 12. *limit.* 50. *num.* 158. *vers.* 4. *regula*.

Vlterius fuit consideratum, quod fuit obtenta restitutio in integrum, per quam fuit su-
6 scitata prima lis, * & ideo fructus debentur à die primæ litis, alias enim non esset restitutio in integrum *Abb. in cap. ad nostram vers. nam alias nu.* 5. *de reb. Eccl. non alien. Ruin. cons.* 26. *num.* 32. *Osasch. d decis.* 160. *num.* 3. & alias refert *Conar. var. resol. lib.* 1. *cap.* 3. *in princ. Odd. de restit. in integrum. par.* 1. *q.* 45. *art.* 2. *num.* 19. *&* 20. *Seraph. decis.* 1245. *num.* 3. *& seq.* Nec obstat, quod *Conar. loco citato num.* 3. *vers. præfata diuisio* teneat contrarium, quando fructus sunt bona fide consumpti, nec pars est effecta locupletior, quia distinguendum est, prout distinguit *ibidem in fine*, quod scilicet, aut agitur de impropria restitutione, & extra-
7 ordinaria, * quæ habet maiorem speciem gratiæ, quam iustitiæ, & isto casu non debentur fructus percepti ante restitutionem si sunt consumpti, & pars non est effecta locupletior *Odd. de restit. in integr. loco citato num.* 12. vbi exemplificat de restitutione exulum, rebellium, & bannitorum; Aut vero restitutio conceditur ex iustitia quemadmodum sunt omnes aliæ restitutiones, quæ dantur minoribus, vel maioribus ex causa ætatis, vel iusti impedimenti, & isto casu fructus debentur vsque ab initio per supradicta.

Ex quibus attenta hac serie facti, alias sic non deducta Domini recesserunt *a decisis sub die* 14. *Iunij* 2624. solo Detio, infomante &c.

ROMANA DOMVS.

Lunæ 14. *Aprilis* 1625.

ARGVMENTVM.

Melioramenta spectant ad conductorem vel eius hæredes, licet in Instrumento contractus adsit pactum, quod finita locatione spectent ad locatorem quando talis contractus vti nullus ad instantiam eiusdem locatoris fuit declaratus.

SVMMARIVM.

1 *Melioramenta sicuti spectant ad conductorem meliorantem, ita ad eius hæredes.*

2 *Limita quando adest pactum, quod finita locatione sint locatoris.*

3 Sublimita *non procedere quando locator per sententiam obtinuit contractum locationis nullum declarari & num.* 6.

Con-

Contractu per sententiam nullo ad alicuius instantiam declarato non potest is innari num. 3. & 6. 8. vid. num. 7.

4 *Actu impugnato quis potest uti pendente impugnatione maximè quando impugnatio non fuit acceptata. Ampl. num. 7.*

5 *Locatio nulla debet censeri talis volente Ecclesia, alias secus.*

9 *Mandati præsumptio sufficit ad dandum de nullitate contractus etiam quod mandatum expressum non contineat talem facultatem.*

DECISIO MDLXII.

FVit resolutum, melioramenta, de quibus agitur, spectaret ad creditores Xenophontis meliorantis, quia quemadmodum certum est

1 spectare ad ipsum * *Boer. quæst. 19. per tot. Clar. in §. emphyteusis q. 48. in fine Valasc. de iur. emphit. q. 6. lib. 1.* ita spectant ad illius creditores qui habent omnia illius bona hypothecata.

Neque obstat, quod conclusio non procedat stante pacto, quod finita locatione melio-

2 ramenta sint Monasterij * *Iaf. in l. 1. num. 26. & in l. 2. num. 32. C. de Iur. emphit. Pinell. in l. 2. numer. 10. C. de rescind. Garz. de expens. cap. 6. num. 13.* Nam fuit responsum conclusionem esse veram, sed non applicari, quia Monasterium obtinuit contractum locationis

3 per sententiam declarari nullum, *& ideò non possunt illo iuuari *cap. ex eo de reg. iur. in 6. l. si seruus plurium 53. §. si hæredi ff. de leg. 1.*

Nec videtur obstare, quod pendente impu-

4 gnatione quis possit vti actu impugnato * *Felin. in c. super litteris numer. 36. limit. 1. de rescript. Roman. cons. 347. numer. 7.* maximè cum impugnatio non fuerit acceptata *Ruin. cons. 21. numer. 6. lib. 1. Caphal. cons. 152. num. 42. vers. ad hoc enim.* Eoque magis cum locatio debeat censeri nulla Ecclesia volente

5 alias secus. * *DD. in cap. 1. de his quæ fiunt à Prælat.* Quia licet limitatio hæc vera sit, nos tamen versamur in terminis diuersis, non enim hic agitur, quod Monasterium lite pendente vtatur cõtractu impugnato, sed agitur super obseruantia totali contractus impugnati, ita vt ab

6 impugnatione recedatur, *& petatur obseruãtia contractus quoad finalem effectum, scilicet lucrum melioramentorum, quod non licet quia conscientiæ repugnat. Implicat enim quod obtinuerint declarari locationem nullam, & quod hodie velint stare contractui tanquam valido, & lucrari melioramenta *Lap. alleg. 22 num. 6. incip. an sufficiat*, & fuit dictum in *Romana fideicommissi 17. Maij 1604. coram bo. me. Cardinali Sacrato*, & probat *text. in l. si seruus plurium 53. §. hæreditati ff. de leg. 1. vbi Bart. numer. 2. Bald. numer. 4. & 6. Imol. num. 1. & 3. Angel. in summario Cuman. num. 1. in lectura, & in repetit. num. 2. Aretin. num. 1. Iaf. num. 4.*

Neque obstat, quod superueniente iure ante litem finitam de æquitate Canonica suf-

7 fragatur * *c. Abbate sanè de sent. & re ind. Bart. in l. & an tandem §. actiones num. 18. vers. sed de æquitate canonica ff. de except. rei iudic.* Quia in hoc casu non superuenit ius, sed apertum fuit ius ex contractu, quem Monasterium impugnauit, & propterea sicut ex prædictis non est

8 locus, * vt ab impugnatione recedatur, ita dicendum venit, non fuisse acquisitum nouum ius Monasterio, in hoc enim casu non possunt iuuari contractu impugnato.

Demum non obstat, quod qui dederunt de nullitate contractus non habeât legitimũ mandatum, quia hoc non debuit allegari, nam quatenus etiam non adesset verum mandatum,

9 adest præsumptio * sufficiens etiam quod instrumentum expresse non contineat talem facultatem, cum duo instrumenta concurrere possint, vt fuit in similibus terminis resolutum in causa *Firmana Iurispatronatus 28. Ianuarij 1602. coram bo. me. Cardinali Pamphilio.*

Et ita conclusum, &c.

VITERBIEN. FIDEICOMMISSI.

Lunæ 14. Aprilis 1625.

ARGVMENTVM.

Licet regulariter alienatio rei litigiosæ lite pendente facta non teneat, ita vt executio possit fieri contra tertium, tamen id non procedit, quando alienatio fuit facta ex causa constituendæ vel restituendæ dotis. Non efficitur litigiosa res per actionem personalem intentatam, potest nihilominus si fuit facta alienatio in fraudem paratæ executionis agi contra tertium emptorem si in illo probetur scientia litis pendentiæ, vel non adsint alia bona debitoris præter alienata, ex quibus possit satisfieri creditor.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei litigiosæ lite pendente fieri non potest, & facta non tenet. limita num. 7.*
2 *Ex officio iudicis est reuocanda.*
3 *Neque res neque actio litigiosa in genere, vel in specie in alium transferri potest.*
4 *Executio potest fieri contra tertium, in quem res litigiosa fuit alienata.*
5 *Res litigiosa non efficitur per litem vigore actionis personalis intentatæ.*
6 *Et propterea isto casu non potest impediri alienatio tanquam de re litigiosa.*
7 *Res litigiosa in dote dari potest.*
8 *Ampliа siue dos constituatur siue restituatur.*
9 *Ad vlteriorem executionem contra bona debitoris sola actione personali conuenti, & per eum post executionem in tertium alienata potest procedi etiam absque reuocatoria perinde ac si bona non fuissent alienata num. 15.*
10 *Et ad hunc effectum satis est citari tertium possessorem.*

11 *Alie-*

11 *Alienatio in fraudem parata executionis dicitur facta, quando nedum lite pendente, & lata sententia sed etiam post captum pignus iudiciale ad eam deuentum est.*

12 *Requiritur tamen ad huiusmodi effectum quod is in quem fuit facta alienatio habuerit scientiam litis pendentiæ. limita quando facta alienatio nil remaneret in bonis debitoris, ex quo possit satisfieri creditori num. 14.*

13 *Scientia de Iure non præsumitur.*

16 *Sententia lata à iudice de partibus pendente lite in Rota est attentata*

DECISIO MDLXIII.

POst relaxatum mandatum ad fauorem fratrum de Diuitia contra Petrum Veltrium pro fructibus bonorum fideicommisso subiectorum, quæ bona dictis fratribus fuerunt adiudicata inter alia fuit executum sub domo dicti Petri, de qua agitur. Post dictam executionem idem Petrus dedit eamdem domum in solutum Viro Magdalenæ filiæ, & Auditor Vice Legati Viterbien. absoluit coniuges à petitis per dictos Fratres de Diuitia, quibus solis informantibus dubitaui, an sit procedendum ad vlteriora in executione mandati Rotalis.

In hoc articulo fuit consideratum, regulã esse
quod alienatio rei litigiosæ non possit fieri
1 lite pendente, * & facta non tenet, vt *in Rub.
& toto tit. ff. & C. de litigiosis*, præsertim *in
l. fin. C. eodem tit.* Et venit officio Iudicis re-
2 uocanda * *Afflict. dec. 296. num.* 10. Itaut ne-
que res neque actio litigiosa in alium in gene-
3 re, * vel in specie transferri possit *Milis
in verf. litigiosa res, vel actio*, & latè *Lancellot. de attent. lit. pend. in præfat. num.* 451.
Itaut executio possit fieri, etiam contra ter-
4 tium, * in quem res litigiosa fuit alienata.
*Ruin. cons. 34. num. 12. lib. 5. Mohed. decis.
12. de execut. rei indic. Lancell. vbi supra numer.*
459.

Hæc tamen regula non procedit in hoc casu
cum domus, de qua agitur non esset litigiosa,
sed agebatur actione personali pro fructibus
5 recuperandis, & ex hoc capite fuit facta exe-
cutio super domo, & propterea, cum domus
non esset in lite, sed ageretur actione perso-
6 nali, lis non potuit impedire alienationem, *
Rot. decis. 3. vt lit. pend. in nouis Romanis qui
de communi *cons.* 270. *num.* 2. *Lancell. loco
citat. num.* 481. *& seqq. & c.* 12. *de atten. appel-
lat. pend. limit.* 32. *in fin. Seraph. decis.* 1134.
num. 4. Et fuit dictum in causa *Venetiarum do-
nationis* 16. *Nouembris* 1615. *&* 7. *Nouembris*
1616. *coram R. P. D. meo Buratto*, & hæc con-
clusio eo magis procedit, quia etiam res liti-
7 giosa in dotem potest dari * *l. fin. C. de litigios.
gloss. in l. ante diuisionem in verbo...... & ibi Bald.
num...... C. de Iur. dot. Angel. in auth. de litigios.
in prine.* vbi ampliat, siuè dos constituatur,
8 siuè restituatur * *Natta cons. 401. num. 1. lib. 1.
Lancell. vbi supra in præfat. num.* 464.

Secundo dici poterat procedendum esse ad vlteriorem exequutionem, quia contra bona debitoris etiam sola actione personali con-
9 uenti, * per eum in tertium possessorem alie-
nata post executionem factam proceditur exe-
cutiuè, & absque actione reuocatoria perinde,
ac si bona non fuissent alienata *Bald. in l. ob
marit. num. 8. vers. breuiter dico C. ne vxor pro
marit.* vbi quod ita procedit doctrina *Cyn. in
l. 1. C. de alienat. mut. iud. caus. fact.* idem *Bald. in
l. penult. num. 27. C. de execut. rei Iudic. Castrens. in l. Diuo Pio §. si super rebus numer. 8.
vers. Bald. notabilius Ias. numer. 10. vers. mihi
placet concordia Hercul. numer. 44. ff. de reiud.
Rip. in l. 1. §. si hæres num. 21. vers. Bald. ff. ad
Trebell. Couar. 1. par. cap. 15. num 7. vers. sed
generaliter, & vers. hoc & enim Osasch. decis.
65. num. 4. vers. Ias. retro, & num. 5. Surd. cons.
405. num. 9. in fin. vers. 2. respondeo, & num.
10. & cons. 533. num.* 4. & tenuit *Rota in Placentina euictionis 28. Iunij 1591. coram Blanchetto*, & in *Interamnen. Bonorum 17. Decembris
1610. coram Reuerendissimo D. meo Cardinale
S. D. N. Datario*, & in *Romana legitima 5. Decembris 1614. coram R. P. D. meo Vbaldo*, & in
*Veneta donationis 15. Aprilis 1616. coram R. P.
D. meo Buratto* Et satis est citari tertium pos-
10 sessorem * *Alex. in l. Diuo Pio §. venditionem
num. 34. ff. de re iudic. Capic. decis. 20. numer.
24. Mantic. dec. 7. num. 4. & dicitur* in dicta
Veneta coram D. meo Buratto Quod autem alie-
natio fuerit facta in fraudem paratæ exequu-
tionis satis patet, quia fuit facta nedum lite
11 pendente, & lata sententia; * sed etiam post
captum pignus iudiciale iuxta *l. si C. si in caus.
iudic. Guidop. quæst. 81. Rip. in d. §. si hæres
num. 21. vers. videtur autem alienata Osasch. loco
supra citato in fin. Surd. dicto cons. 533. num. 5.
alijs supra allegatis*; Et fuit dictum in dicta
causa *Veneta donationis, & in eadem 7. Septembris* 1616.

Sed huic motiuo respondebatur ad prædi-
ctum effectum opus esse probare, illum, in
12 quem fuit facta alienatio, * habuisse scientiam
litis pendentiæ iuxta notata *in l. Chirographis
58. §. fin. ff. de administr. tutelæ Castrens. in d. §.
super rebus num. 8. vers. debet tamen, & ibi
Hercul. num.* 46. & dicit *Rip. in d. §. si hæres
numer. 22. vers. & est de mente.* & fuit dictum
in dicta *Romana legitimæ coram R. P. D. meo
Vbaldo*, quæ quidem scientia illius, in quem
fuit facta alienatio, non probatur, nec de iure
13 præsumitur. *

Neque obstat, quod scientia non requiritur
quando facta alienatione nihil remaneret in
14 bonis debitoris * ex quo posset satisfieri Cre-
ditori *Castr. loco allegat. num. 8. vers. et potest
dici Hercul. d. num. 46. vers. et dicit* quæ conclu-
sio eo magis procedit si probetur illum, in quem
fuit facta alienatio, habuisse scientiam exe-
15 cutionis factæ * & quod alia bona non rema-
nerent iuxtam mentem *Couar. in d. c. 15. nu. 7.
vers. erit igitur*, vt aduertit *Surd. d. cons.* 405.
num. 10. vers. cum multo magis, & Rota nota-
uit in dicta *Veneta donationis 17. Aprilis* 1616.

Et quibus Domini responderunt pro Fratribus de Diuitia informantibus quotiescunque ipsi ostendent scientiam illius, in quem fuit

facta

facta alienatio, vel non adesse alia bona super
quibus possint satisfieri, licet mandatum fue-
rit executum etiam super certo prædio, & ideo
difficile est probari non adesse alia bona. Non
potest etiam dubitari, quin sententia Audi-
toris Vicelegati fuerit attentata* cum penden-
16 te causa in Rota nihil innouari possit.

IMOLEN. SVCCESSIONIS QVARTAE.

Veneris 18. Aprilis 1625.

ARGVMENTVM.

Quarta, quæ vigore *Auth. præterea C. vnde vir, & vxor* competit vxori inopi superstiti, ne in obrobrium viri defuncti mendicare cogatur, quando debeatur, vel nō examinatur in præsenti decisione Reiteratio terminorum substantialiū an, & quando sanet defectum terminorum substantialium malè, & inculcatè antecedenter tentorum vt sententia valeat:

SVMMARIVM.

1 *Vxor inopos superstes ne post mortem viri mendicare cogatur in obrobrium defuncti vna cum liberis communibus vel etiam alterius matrimonij si qui adsint vigore* Auth.præterea C.vnde vir, & vxor *succedit in quartam partem bonorum defuncti si liberi sint tres tantum, aut pauciores, si verò plures in virilem portionem.*

2 *Declara procedere quando mulier nupsit sine dote secus si cum dote congrua num.13.*

3 *Amplia procedere siue absque dote, siue cum modica, & insufficienti pro alimentis siue competentibus nupserit.*

Amplia secundo etiam si maritus fecerit legatum vel iure institutionis aliquid reliquerit vxori, nam hoc quidem imputatur in quartam, non autem excludit vxorem quin quartam possit petere num.9. & 10. Declara num.21.

4 *Dos parua cum qua vxor nupsit imputatur in quartam debitam vigore* Auth.ptæterea C.vnde vir, & vxor.

5 *Dotis modicitas in materia* Auth. præterea C. vnde vir, & vxor *attenditur de tempore obitus mariti non de tempore dotationis num.22. vide num.14. Declara num.23.*

6 *Quarta quæ vigore* Auth.præterea C.vnde vir, & vxor *non potest auferri per testamentum à marito.*

7 *Sicuti etiam non potest auferri aut diminui inter viuos puta per emptionem, donationem, vel alium titulum.*

8 *Ita vt vxor possit vsque ad suam portionem reuocare. Nec minus in pactis dotalibus.*

11 *Dotis congruitas regulatur à qualitate personarum.*

12 *Dos cōgruè constituta auctis facultatibus non debet augeri.*

13 *An dos sit congrua attenditur tempus matrimonij.*

14 *Quarta debita vxori in bonis viri vigore* Auth. præterea C.vnde vir, & vxor *denegatur dum potest quoquo modo se alere, dumodo non mendicet.*

15 *Etiamsi de tempore obitus viri incongruè dotata reperiatur, licet ab initio fuerit desenter dotata.*

16 *Beneficium* Auth.præterea C.vnde vir, & vxor *ad eas tantum mulieres pertinet, quæ in extrema degunt inopia.*

17 *Non competit huiusmodi beneficium illis mulieribus, quæ habent patrem diuitem, cum ipse teneatur ad alimenta, & contrarium sentientes reprobantur.*

18 Dec.in auth.præterea C.vnde vir, & vxor *n. 19. & 20. reprobatur.*

Thoming. dec.40. num.8. & seqq. *reprobatur num.18. vid.num.27.*

19 *Pater non tenetur alere filium spurium si ex arte manibus, vel ex suis bonis se possit alere.*

20 Auth.præterea C. vnde vir, & vxor *est exorbitans, & contra ius commune, à quo non datur mulieri legitima in bonis mariti.*

24 Rota in Romana successionisquartæ 22.Maij 1609.coram Reuerendissimo D. Patriarcha Hierosolimytano impressa pænes modernū de saluian. dec.174. *in quibus terminis procedat.*

Quarta vigore Auth.præterea C.vnde vir, & vxor *debetur mulieri nobili quæ de tempore obitus viri dotem actu non possidet, sed est expectanda dies, sub qua fuit promissa num.24.*

25 *Hæres non dicitur locupletior antequam adeat.*

26 *Spes præmatura successionis nullo modo solet attendi.*

27 *Mulier non excluditur à successione quartæ ei debitæ in bonis viri vigore* auth. præterea C. vnde vir, & vxor *ob spem succedendi.*

28 *Termini substantiales continent citationem ad dicendum contrà articulos & contra iura ad secundam, & ad articulandum ad duodecimam.*

29 *Sententia lata in termino citationis ad dicendum contra iura, & pendente termino ad articulandum contentis in terminis substantialibus est nulla.*

30 *Termini substantiales si fuerunt malè inculcati, seù nulliter tenti vigore Innocentianæ possunt omnes vnico contextu sub vnica citatione, & vnica audientia reiterari.*

31 *Amplia huiusmodi sanationem suffragari etiam si iteratio fuerit facta in citatione ad sententiam. sub ampl.num.32.*

33 *Declara hanc ampliationem procedere quotiescumq. à die commissionis vsque ad diē sententæ interuenerint tot audientiæ, vt termini potuerint seruari; secus è conuerso.*

DECISIO MDLXIV.

DVm quæritur, an sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda in effectu videndum est, an Ioannæ debeatur quarta ex *auth. præterea C. vnd. vir, & vxor*, & in corpore vnde

vnde sumitur, quæ quidem Ioanna de anno
1586. nupsit cuidam Octaniano cum dote *li-
brarum 425.* quæ constituit summam *sc. 106.*
de quo tempore, licet, vterque esset humilli-
mæ conditionis, & laboraret ægestate, dictus
tamen Octauianus de tempore obitus sine fi-
lijs satis opulentam reliquit hæreditatem.

Et pro Ioanna dicebatur, primo quod
quando maritus defunctus est locuples, vxor
vero inops, tunc ne vxor superstes inops post
1 mortem immediate cogatur * in obrobrium
defuncti, vna cum liberis communibus, vel e-
tiam alterius Matrimonij si qui adsint in quar
tam partē bonorum defuncti, si liberi sint tres
tantum, aut pauciores, si verò plures in virilem
portionem succedit dicta *Auth. præterea C. vn-
de vir, & vxor Auth. de exhibendis reis §. quo-
niam vero c.6. & Auth. vt non liceat matri, & auiæ
§. quia verò il secondo Matth. Matthesill. de succes-
s. ab intest. art.4. princ. numer.7. & 12. Coler. dec.
61. n.32. par.1. Valent. Forster. de success. ab intest.
lib.9. cap.4. n.1. & seqq.* cum alijs per *Matth.
Berlich. conclus.26. numer.14. part.3.*

Neque obstat, quod dicta *Auth.* videatur
disponere in casu, quo mulier nupserit sine
2 dote, * cui ad stipulatur *Auth. de exhibendis reis
§. quoniam verò* ibi *quia non habuerunt dotem ne-
que donationem ante nuptias Alciat. cons.18. num.
11. lib.9. Gabr. cons.142. num.3. & 15. lib.1. Corn.
cons.249. numer.3. lib.3. Roland. cons.14. numer.2.
lib.3. Dec. in dicta Auth. præterea num.3. Curt.
iun. numer.7. vers. circa istud.* Nam posset res-
ponderi, quod dicta *Auth.* procedat non so-
lum quando vxor absque dote fuit tradita vi-
3 ro, sed etiam quando cum modica dote, * &
insufficienti pro alimentis sibi competentibus,
illa potissimum ratione, quia prædicta *Auth.*
& cætera iura superius relata circa istam quar-
tam disponentia non fundantur præcipuè in
deficientia dotis, sed insufficientia alimento-
rum, & sic pro ratione finali considerant ino-
piam vxoris, cui prouidere voluit de alimen-
tis necessarijs, ne cum dedecore mendicare
cogatur, vt satis colligitur ex dicta *Auth. de ex-
hibend. reis §. fin.* ibi *vt inopia coniugis per diui-
tias alterius subleuetur*, & solum illa dos parua
4 imputatur in quartam * *Bald. in dicta Auth.
præterea num.7. vers. nam nec illa Castr. num. vl-
timo vers. sed si dos esset* vbi hoc mente non-
dum dicit *Corn. num.2. Vinc. de Franch. dec.410.
num.2. Roland. cons.85. num.4. & 5. lib.3. Dectan.
cons.70. num.10. in fin. & num.13. lib.2.* qui di-
cit omnes hanc opinionem sequi *Rimin. iun.
cons.658. num.1.* & resoluit *Rota in causa Roma-
na successionis quartæ 22. Maij 1609. coram Re-
uerendissimo D. meo Patriarcha Hierosolymitano,*
quæ est apud *Modernum de Saluian. decis.174.
num.6* & allegat omnes prædictos *DD.* quibus
potest addi *Matthesyll. de success. ab intestat. art.
4. num.21. circa med. vers. item quæritur, & num.
22 & ibi Lud. Bolognin. in add. & num.23. Coler.
decis.61. num.30. & 45. par.1. Menoch. cons.433.
num.2. & seqq. lib.5. Honded. cons.93. num.39. vo-
lum.1. Valent. Forster. de success. ab intest. lib.9. c.
14. num.1. & seqq.* cum alijs per *Berlich.* cumu-
latis *conclus.26. n.18. par.3. Cæsar. de Grass. dec.
1. num.14. de success. ab intest.* vbi de communi.

Neque dicatur, quod modicitas dotis est
attendenda de tempore dotationis, non autem
de tempore obitus mariti, quia imo ex ratio-
ne Doctorum colligitur attendendum esse
5 tempus obitus mariti, * ne scilicet vxor in ob-
tobrium coniugis defuncti mendicare coga-
tur, ita consuluerunt *Barbat. cons.74. num.7.
vers.2. modo lib.3. Roland. cons.15. per tot*, & præ-
sertim *num.25. & seqq. lib.3.* vbi à *num.26. ad fi-
nem* singulariter respondet ad omnia argumen-
ta in contrarium facta *à Socein. cons.30. lib.3.
Menoch. cons.433. per tot*, & præsertim *num.4.*
vbi respondit alijs argumentis adductis per
Alciat. Gabr. & alios, & testatur de com-
muni *Ludouic. com. opin. conclus.35. in 3. ampliat.
Gulielm. de Bened. in cap. Raynutius in vers. vxo-
rem nomine Adelasia in §. decis. numer.244. de te-
stam. Corn. cons.4. col. vltima in 7. vers. etiam licet
lib.4. Dec. cons.24. in princ. vers.2. nam si, & col.
2. sub numer. 5. vers.8. & vltimo, & in Auth.
præterita col. pen. sub num.20. vers. sed tamen* hic,
& similibus non obstantibus.

Quæ opinio satis comprobatur, cum mu-
lier non debeat habere quartam, & dotem,
sed dos ipsa computatur in quartam, vt su-
pra dictum est: Secundo quia hæc quarta satis
videtur priuilegiata, cum per testamentum
6 nequeat auferri, * ex latè cumulatis per *Matth.
Berlich. concl.9. num.4. par 3. & concl.26. num.24.*
Tertio, quia maritus hanc portionem in frau-
dem vxoris inter viuos, puta per emptionem
7 donationem, * & alium titulum auferre vel
diminuere non potest; itaut vxor semper il-
lud vsque ad quantitatem suæ portionis possit
reuocare, vt probat *Matth. Berlich. dicta conclus.
9. num.22. & conclus.26. nu.25. par.3. Valen. For-
ster. de success. ab intest. lib.9. cap.6. num.1. & seqq.*
Quarto quia, vt voluit *Matth. Coler. decis.61.
num.6. vers. atque ita videtur part.1.* pactis do-
talibus huiusmodi portio vxori inopi non
8 potest auferri * sequitur *Berlich. d. concl.26. nu-
mer.26.*

Præterea nec aduersatur, quod Testator re-
liquerit medietatem vsusfructus suorum bono-
rum Ioannæ donec castè, & honestè vixerit, *
9 & in euentum, quod ad secundas nuptias tran-
siret, dotem auxit vsque ad lib.1000. Nam hoc
operatur solum, quod huiusmodi legatum de-
beat in quartam imputari, non autem quod
quartam non possit petere per *text.* expressum
in *d. Auth. præterea vbi Ias. num.18.* ampliat, &
limitat, & *num.26. Salic. num.10. ad fin. Bald &
alij Forster. de success. ab intest. d. libr.9. cap.8.
num.1. & seqq.*

Quæ procedunt, licet aliquid iure institutio-
10 nis relinquatur * *Auth. de exibendis reis §. vlti-
mo Salic. in d. auth. præterea num.10. vers. quero
11. Berlich. d. q. 26. num.34.* vbi de legato, &
num.36. vbi de institutione *part.3.*

Secundo principaliter pro muliere diceba-
tur, quod casus videtur decisus in dicta *Romana
successionis quartæ 23. Maij coram Reu. D. meo Pa-
triarcha*, vbi dos erat scut. mille, & nihilominus
fuit dictum, quod quarta debebatur vxori, quæ
decisio loquitur in fortioribus terminis.

His

His tamen non obstantibus, contrarium fuit
decisum in hac facti specie; quicquid esset di-
cendum si ageretur de muliere nobili, vel quæ
manibus non posset operari. Et duo fuerunt
considerata: Primum scilicet, quod hæc mulier
11 ab initio fuit congruè dotata, * licet enim in
dotem habuerit tantum scuta 106. attenta ta-
men qualitate personarum satis videbatur con-
grua, nam, vt bene aduertit *Corn. cons. 316. col. 4.
num. 6. vers. & hoc semper lib. 1.* licet rusticus
habeat in bonis decem mille, dos congrua erit
100. *Flor.* sequitur *Cæsar. de Graff. dec. 2. n. 14.
de const. vbi num. 16.* firmat, quod illo casu dos
Artificis scut. 200. erat congrua; quapropter
etiam hoc casu attenta qualitate personarum,
de qua bene deponunt testes, dos satis congrua
visa est, eoque magis, quia secundum disposi-
tionem iuris communis est habenda ratio con-
12 stitutæ dotis, * quæ succedit loco legitimæ,
adeò vt, nec auctis facultatibus, dos debeat au-
geri, vt considerat *Cæs. de Graff. dec. 1. num. 25.
& seqq. de successʃ. ab intest.* secundo fuit consi-
deratum, quod post obitum mariti, hæc mulier
potest operari, prout ipso viuente facere con-
sueuerat, & deponunt Testes; Vnde inferebatur,
quod aut hæc mulier petit quartam ex quo
congrue dotata non fuit, aut ex quo de tempo-
re obitus mariti dos non erat congrua, itaut ad
coniugis obrobrium cogatur mendicare. Ex
primo capite quarta non debetur, prout dicunt,
& sunt intelligendi DD. qui ad hunc effectum
concludunt esse attendendum tempus matri-
13 monij ad hoc, * vt dignoscatur, an dos congrua
fuerit *Soc. Sen. cons. 30. n. 10. lib. 4. Alciat. cons. 18.
n. 11. vers. tamen prædictis nō obstātib. lib. 11. Gabr.
cons. 142. n. 8. 11. & 20. lib. 1. Sim. de Petr. cons. 9. n.
5. lib. 1. Honded. cons. 93. n. 16. vol. 1. Surd. cons.
216. num. 4. lib. 2. Caphal. cons. 671. num. 26. &
27. lib. 5. vers. ego intelligo Rimin. in auth præte-
reà num. 2. col. 3. post princ. vers. tamen hoc non
videtur Fabian. de Pep. ibidem num. 110. vers.
ergo illud tempus Mangil. de imput. q. 160. num 3.
Barzius dec. Bononien. 128. num. 9. & seqq.*

Aut verò petitur, ex quo dos non erat con-
grua de tempore obitus mariti, & ad hunc effe-
ctum opus est, quod mulier non habeat aliun-
14 dè, * itaut ad viri dedecus necessariò mendi-
cet; Ita sentiunt omnes *DD.* in obiecto allega-
ti, & præsertim *Corn. cons. 4. num. 7. lib. 4.*
qui dicunt, quod ad negandum quartam suffi-
cit, quod de tempore obitus viri mulier possit
quoquo modo se alere, dummodò non mendi-
cet *Rimin. Sen. cons. 114. num 12. & 13. lib 1.
Menoch. cons. 473. num. 4. vers eamdem senten-
tiam* & in effectu considerant omnes *DD.* in
obiectione citati. Quare cum ista mulier fuit
15 decenter dotata ab initio, * licet temporibus
viri incongruè dotata reperiatur, tamen ex sua-
rum manuum industria possitali, & victum quæ-
rere quemadmodum coniuge superstite facere
consueuit, quarta nullo pacto debetur, cum be-
neficium *auth præterea* ad eas tantum mulieres
16 pertineat, * quæ in extrema degunt inopia
auth. de exhibendis reis §. quoniam vero ex quo
textu desumpta est *auth. præterea Fab. de Pep.
ibidem num.* 10. & ita concludit *Cæs. de Graff.
decis. 1. per tot. de successʃ. ab intest.* qui in nostris
penè terminis loquitur.

Hinc videmus, quod si mulier habeat pa-
trem diuitem, cum ipse teneatur ad alimenta, *
17 mulier non potest quartam petere *Cuman. in
l. in suis ff. de liberis, & posthum. & cons. 131.
Alex. in d. auth. præterea num. 11. & ibi Corn.
num. 24. Soc. cons. 121. num. 49. & cons. 30. nu. 4.
lib. 1. Roland. d. cons. 14. lib. 3. Cephal.* qui pari-
ter de communi *d. cons. 244. num. 20. Surd. de
aliment. titulo nono q. 35. num. 8. Rimin. Iun. cons.
658. num. 3. Rimin. Sen. cons. 114. num. 14.* quic-
quid dixerit *Dec.* * contrarium asserens in dicta
18 *auth. præterea num. 19. & 20.* quem sequitur
Iacob. Toming. dec. 40. num. 8. & seqq. Nam, &
ipse *dec.* hanc fatetur esse communem; Hinc
etiam videmus patrem non teneri alere filium
19 spurium, * si ex arte manibus operando, vel ex
his bonis se possit alere *Surd. de aliment. titulo 7.
q. 9. num. 5.* & fuit resolutum in causa *Nerito-
nen. bonorum 26. Nouembris 1605. coram bo. me.
Penia*, quæ omnia bene applicantur ad nostros
terminos, vbi mulier ab initio congruè fuit do-
tata. & defuncto viro potest ex industria ho-
nestè se alere, nam *auth. præterea* est contra ius
20 commune, * à quo non datur mulieri legitima
in bonis mariti, & exorbitans, vt dicunt ibi
*DD. Rolan. cons. 14. circ. princ. Cæsar. de Graff. dec. 1.
num. 12. de successʃ. ab intest.*

Hæc etiam sententia placuit eò magis Do-
minis, quia maritus reliquit Ioannæ vxori me-
dietatem vsusfructus, si vitam vidualem serua-
uerit, sin minus dotem auxit ad libr. 1000. qui-
bus potest se honestissimè alere * in viduitate
21 vel transeundo ad secunda vota virum æqua-
lem inuenire. Et quamuis, vt supra dictum est,
ex legato, vel institutione quarta non minuatur,
sed relictum cōputetur in quartam hoc proce-
dit, quando quarta debetur, secus enim est,
quando illa non debetur, prout in casu isto.

Neque dicatur, quod verior opinio est, con-
gruitatem dotis ad effectum successionis quar-
tæ esse considerandam de tempore obitus
22 mariti * ex adductis in dicta *Romana succes-
sionis quartæ 22. May 1609. coram Reueren-
dissimo D. meo Patriarcha a num. 1. vsque ad n. 24.*
23 Hoc enim nō simpliciter verum est, * sed quan-
do dumtaxat mulier in coniugis defuncti igno-
miniam mendicare cogeretur, quod non habet
locum in isto casu, vbi forsan procederet si mu-
lier ex operum industria victum sibi parare ne-
quiret, vel esset spectatæ nobilitatis, itaut inde-
corum esset sibi victum manibus quæritare, vt
in simili *Surd. de aliment. tit. 7. q. 9. num. 24. et
seqq.* Quarè sublatum remanet fundamentum
ex aduerso factum pro muliere.

Ad secundum fundamentum deductum ex
decis. Reuer. D. Patriarchæ, in qua Rota quar-
tam deberi annuit, licet dos fuerit scut. 1000.
24 responsum fuit animaduertendum esse ad fa-
ctum, ibi enim agebatur de muliere ex prima-
rijs familijs Vrbis, & dos scut. 1000. non fue-
rat numerata, sed in diem promissa, nimirum
post obitum matris, quæ fuit potissima ratio il-
lius *decisionis*, vt patet *num.* 18. cui prætereà fuit
additum, quod cum de tempore obitus mariti

actu dotem non possideret, sed dies erat expectanda, interim verè inops dici poterat, & portionem legalem ex bonis mariti lucrati potest elegantem in *l. pratia rerum 63. in med. vers. esset enim absurdum ubi gloss. in verbo ipsum, & in verbo locupletiorem ff. ad l. falcid.* ubi hæres non
25 dicitur locupletior, * antequam adeat, & quia præmatura spes successionis nullo modo solet
26 attendi * *l. 1. §. impubere sub fin. ff. de collat. l. nec emptio 8. ff. de contrah. empt. l. post emancipationem 6. §. 1. ff. de liber. lega.* & benè in hoc casu intrat dictum *Iacobi Toming. d. decis. 40. nu. 1. et seqq.* præsertim *num. 8. usque ad finem,* * quem
37 sequitur *Berlich. q. 26. nu. 23.* ubi per dictas rationes asserit, quod spes succedendi non excludit mulierem à successione quartæ.

Quantum attinet ad validitatem sententiæ Rotalis duo opponebantur. Primus de nullitate ex defectu mandati D. Mathæi Azonis, qui tamen cessat, cum ipse comparuerit die 13. Maii 1620. & produxerit substitutionem sibi factã à D. Alexandro Hectoreo principali Procuratore, de cuius mandato constat in actis cũ potestate substituẽdi, vt patet in *process. de part. fol. 6.* Secunda nullitas opponebatur ex defectu iurisdictionis, cũ sententia fuerit lata dilatione pendente, die enim 26. Iunij fuit facta cita-
28 tio ad terminos substantiales, * inter quos adest citatio ad dicendum contra articulos, & contra iura ad secundam, & ad articulandum ad duodecimam. Quapropter cum sententia fuerit lata tertia Iulii, & sic in termino ad di-
29 cendum contra, * Cumque post diem 26. Iunii vnica tantum interuenisset audientia, scilicet prima Iulii, & pendente termino ad articulandum consequenter videtur nulla ex defectu Iurisdictionis, qui pendente dilatione conquieuit, vt in puncto dicit *Cæsar de Graff. dec. 6. alias 13. de Sent. & re iudic.* Huic motiuo fuit responsum quod termini substantiales fuerunt reiterati tertia Iulii prædicti in vim Innocentia-
30 næ,* quæ indulget, quod si termini substantiales fuerint male inculcati, seu nulliter tenti possint omnes reiterari vnico contextu sub vnica citatione, & vnica audientia *Cassad. dec. 8. num. 10. de rescr. addit. 2. sub num. 9. & 10. de rescr. in nou. Vant. in tract. de nullit. in rubr. qualiter sent. & process. num. 89. Vestr. in prax. lib. 5. c. 13. in princ.* & *num. 1. Caputaqu. dec. 8. num. 4. in fin. par. 3. & dec. 2. num. 2. et decis. 251. part. 3. Mandos. de commiss. commiss. 16. iteratoria terminorum ad fin. vers. quacro an in vim.* & huiusmodi interatio, & sanatio suffra-
31 gatur etiam * quod fuerit facta in citatione ad sententiam *vestr. in praxi. lib. 7. c. 1. num. 5. Add. ad decis. 2. num. 42. de rescr. in nou. Scacc. de iudic. lib. 2. c. 3. num. 265. & 269.* Vbi quod hæ conclusiones sunt tritæ, & quod ita in praxi seruatur.

Neque potest refragari replicatio, videlicet obiectum posse procedere, si à die 26. Iunii vsque ad 3. Iulii, qua fuerunt iterati interuenis-
32 set tempus sufficiens, * & ex alia causa, quam ex defectu temporis, termini essent nulli, vel male seruati, vt videtur innuere *Cassador. d. decis. 8. in fin. dum* admonet Auditorem, vt sit discretus in hac sanatione, quando enim termini sunt nulliter, & male seruati, debet tanto tempore expectari reus, quantum est necessarium ad secundos terminos substantiales sinè præcipitatione, & subdit hoc esse notandum pro interpretatione Innocentianæ. Quia fuit responsum, hoc posse procedere, si à die commissionis causæ vsque ad diem sententiæ nõ in-
33 teruenerit tantum tempus, * & tot audientiæ vt termini potuerint seruari *Caes. de Graff. d. decis. 13. de sent. & reiudic.* & expressius *Seraph. in decis. 515. num. 1. in causa Auximana Dotis 5. Maij 1581.* Vbi decidit casus noster, ibi enim termini substantiales fuerant seruati 17. Iunij & sententia lata 4. Iulii, & sic pendente termino ad articulandum, & dicitur, quod cum termini fuerint iterati & à die commissæ causæ vsque ad diem sententiæ fuerint tot audientiæ vt termini potuerint seruari de stilo Rotæ sanatur huiusmodi defectus & bene per dictam *decisionem* refert, & declarat *Scacc. de Ind. lib. 2. c. 3. num. 175. & 176.* in hoc autẽ casu causa fuerat commissa 26. Februarii 1620. & sententia lata 3. Iulii sequentis, & sic tantũ tempus interfuit, vt bene prædicti termini potuerint seruari. Quapropter sententia ex prædictis valida est.

Et ita conclusum &c.

BERGOMEN. PENSIONIS.

Lunæ 21. Aprilis 1625.

ARGVMENTVM.

Quasi possessio exigendi pensionem dicitur probata ex instrumento quietantiæ, in quo habentur verba *coram me Notario, & testibus infrascriptis constitutus N. confessus fuit, & protestatus fuit, ac per præsentes confitetur, & protestatur habuisse, & recepisse prout ibidem actualiter in auro, & moneta numerata habuit, & recepit à N.* cum ex illis probetur vera, & realis numeratio.

SVMMARIVM.

1 *Confessio, in qua quis fatetur se recepisse ibidem actualiter in auro, & moneta numerata certam summam coram Notario & Testibus probat actualem numerationem.*

2 *Ad denotandum veram numerationem est necessarium verbum* numerauit.

3 *Notario attestante quod Titius confessus est se habuisse, & recepisse mutuo centum à Seio dante, & numerante probatur confessio sola Titij.*

4 *Dictio* ibidem *apposita post verba* recepit in auro & pecunia numerata *non potest aliter interpretari quam in præsentia.*

5 *Ad probandam numerationem pecunia considerandum est an verba sonent in actu, qui oculis subijcitur.*

6 *Vni-*

6 *Vnicus actus solutionis sufficit ad effectum manutentionis.*
7 *Possessio in incorporalibus ad effectum manutentionis suffragatur etiam si non probetur de tempore litis motæ, cum animo retineatur.*
8 *Reseruatio pensionis debet probari etiam ad effectum manutentionis.*
9 *Sufficit tamen ad hunc effectum docere supplicationẽ fuisse signatam nec est opus iustificare narrata.*
10 *Clausula apposita in reseruatione pensionis super beneficio pleno* volumus quod si N. in eius vita & quandiu beneficium obtinebit pensionem per præsentem reseruatam non persoluerit, realiter & cum effectu reseruatio huiusmodi nulla sit eo ipso *habet vim decreti irritantis.*
11 *Decretum irritans huiusmodi non tollit detentationem seu insistentiam facti, ita vt donec iustificetur non possit dari manutentio contra Successorem, dum non est certum, quod defunctus non soluerit quandiu vixit.*
12 *Amplia etiam si pensionarius extraiudicialiter confessus fuerit exegisse tantum duos terminos, & num. 14.*
13 *Confessio extraiudicialis per duos testes contestes probata de iure canonico suffragatur.*
14 *Probatio probationem non excludit.*
15 *Possessio probata contra antecessorem iuuat etiam contra successorem. Intelligere num. 16.*
17 *Auditores Rotæ nouiter designati antequam recipiantur in Rota debent vti Aduocati scribere, Coauditoresque informare.*

DECISIO MDLXV.

HOc dubium an Stephano Moschellæ sit dandum mandatum de manutenendo habet duas inspectiones, prima est vt videatur, an probetur possessio Moschellæ, quæ suffragatur ad effectum manutentionis: Secundo quatenus sic, an ei etiam suffragetur aduersus Dominum Franciscum Alzansi successorem in Canonicatu, quia si etiam sic, regulæ sunt claræ, quod possessori de tempore litis motæ datur manutentio. Quantum attinet ad primum visum fuit satis probari possessionem ex instrumento quietantiæ in quo habetur *coram me no-*
1 *tario, & testibus infrascriptis* * *constitutus Stephanus Moschella &c. confessus fuit, & protestatus fuit, ac per præsentes confitetur, & protestatur habuisse & recepisse, prout ibidem actualiter in auro, & moneta numerata habuit, & recepit à Io. Antonio Baczio &c.* & sic cum confiteatur se recepisse *ibidem actualiter in auro & moneta numerata coram Notario, & Testibus*, ista verba non important simplicem confessionem, sed denotant actualem numerationem coram Notario, & Testibus *Roman. in l. prædia num. 4. ff. de acquir. possess. Caphal. in cons. criminali 22. col. 4. vers. tamen puto Foller. in prax. par. 2. princ. n. 67. Cesta in repet. l. si ex cautione limit. 19. num. 8. vers. quid igitur, si ita scriptum sit C. de non numerata pecunia Surd. decis. 284. num. 7. et seqq.*
Non obstat, quod hic non adsit verbum *nu-*
2 *merauit*, * quod videtur necessarium ad denotandam veram numerationem *Bart. in l. singularia num. 23. ff. si cert. petat.* Hinc dicitur, quod
3 si ita notarius attestetur, Titius confessus est * se habuisse, & recepisse mutuo centum à Seio dante, & numerante, ex his verbis solam Titij confessionem probari à Notario *Bald. in d. l. si ex cautione num. 17. vers. quarto quæritur, & in l. vnica col. 7. sub num. 19. C. de confess. Ioann. de Platea post Benedictum de Plumbino in cap. de lit. oblig. in princ. num. 2.* & de communi testatur *Felin. in cap. si cautio num. 52. de fid. instr.* cum alijs congestis per *Emanuel. Costam loco citat. num. 8. in princ.* & per *Surd. dicta decisione 284. num. 10.* Nam huic motiuo fuit responsum, quod hic non solum adsunt verba, *quod recipit in auro, & pecunia numerata* hoc est coram Notario, & testibus, sed etiam adest dictio *ibidem*, quæ in hoc casu non potest aliter
4 interpretari, * quam in præsentia, attenta subiecta materia *gloss. in l. si quis in legatione 8. in verbo ibi iudicium ff. de iudicijs*, & propterea in hac materia semper considerandum est, an
5 verba sonent in actu, * qui oculis subijciatur, vt bene ad punctum *Soccin. Sen. in cons. 143. num. 1. lib. 1. Bald. in d. l. si ex cautione num. 17. vers. quarto quæritur C. de non numerata pecunia Felin. in d. c. si cautio num. 53 Ias. in Rubrica Instit. de Act num. 35. Emanuel Costa loco citato num. 8. post princ.*
Neque facit, quod ista possessio non probatur, nisi per vnicum actum, quia cum agatur
6 ad effectum manutentionis sufficit * *Ripa in c. cum Ecclesia Sutrina num. 52. de caus. poss. & propr. Aym. cons. 322. vers. septimo principaliter sub num. 4.* & suffragatur etiam, quod non probetur de tempore litis motæ, cum ea animo
7 retineatur * *c. licet de acquir. possess. Abb. in c. cum ad sedem num. 15. de rest. spol. Put. decis. 19. lib. 2.* & ad effectum manutentionis, cum agatur de pensione, debeat prius doceri de reser-
8 natione * *Acchill. decis. 4. de rescript* & fuit dictum in causa *Oximen Pensionis 21. Maij 1598. coram bo. me. Litta*; nam ad hunc effectum suf-
9 ficit docere, supplicationem fuisse signatam, * nec est opus iustificare narrata, prout seruat Rota, quare tollitur obiectum, quod hæc pensio fuerit reseruata beneficio pleno, & sic dicitur pensio sine causa, & cum clausula *Volumus*
10 *autem* * *quod si dictus Io. Antonius in eius vita, & quandiu Canonicatum, & præbendam prædictos obtinebit pensionem per presentes reseruatam non persoluerit realiter, & cum effectu reseruatio huiusmodi nulla sit eo ipso*, quæ verba habent vim decreti irritantis ex alleg. *per Io. Sal. 5. de legibus quæst. 96. tract. 14. sect. 8.* quia cum non sit certum, quod Defunctus quamdiu
11 vixit non soluerit * interim decretum irritans non tollit detentionem, seu insistentiam facti, & interim donec iustificetur, non possit dari manutentio, vt fuit resolutum in causa *Tridentina Assignæ 18. Iunij 1607. coram me*, & in terminis reseruationis pensionis sine causa cum clausula prædicta decreti irritantis in causa *Faventina Pensionis 22. Ianuarij 1619 coram R. P. D. meo Pamphilio*, & in causa *Spoletana Pensionis 21. Iunij eiusdem anni coram R. P. D. meo Vbaldo*, & in causa *Mediolanen. Pensionis 7. Februarij 1620. coram me.*

Neque est verum, quod in hoc casu decre-
tum irritans est iustificatum, ex quo Moschel-
la extraiudicialiter confessus fuit exegisse tan-
11 tum duos terminos, * de quibus in instrumen-
to, quæ confessio probatur per duos testes con-
13 testes, & de iure Canonico suffragatur * *Put. dec. 53. in nou. lib. 2.* Fuit enim responsum, quod
erat in potestate Moschellæ probare, quod om-
14 nes terminos exigerat * quia probatio proba-
tionem non excludit, & propterea data manu-
tentione in petitorio pars poterat audiri sub
illis obiectis, vt in simili *Put. dec. 32. in fin. lib. 1. in nouis*, & fuit dictum *coram me in causa Cauen. Pensionis* 30. *Maij*. 1611.

Quantum attinet ad secundum caput cum
possessio sit probata contra antecessorem in
15 Canonicatu iuuat etiam contra successorem,*
quia in continuanda possessione metimur ius
ex parte possessoris non ex parte illius, contra
quem possidetur *Gigas. de pens. quæst. 47. num. 10. vers. quinto secundum est Aegid. cons. 21. nu. 8. vers. 3. quod Martinus Guidopap. dec. 629. Put. dec. 151. lib. 3. Rota dec. 99. num. 11. par. 1.* & fuit dictum *coram bo. me. Penia in causa Romana census 6. Nouembris* 1606. & in causa *Abulen. decimarum 21. Maij* 1610. *& in eadem 26. Nouembris* 1612 *coram me, & in Tullen. Pensionis 22. Iunij* 1609. *coram Reuerendissimo Attrebaten.* & in causa *Veneta pensionis 7. Iunij* 1610. *coram bo. me. Cardinali Lancellotto, & coram me in causa Cæsaraugustana Præeminentiarum 13. Martij* 1609, *& in Tirasonen. Pensionis 15. Iunij* 1615.
D. N. Alzanus fuit prouisus per obitum Anto-
16 nij Barzij, qui soluit pensionem, * & sic con-
stituit Moschellam in possessione, & non dubi-
tatur, quin habuerit dictum legatum, quæ
requiruntur ad effectum, vt intret prædicta
conclusio, quod possessio contra Antecesso-
rem iuuet etiam contra successorem *Rot. dec. 599. num. 3. par. 2. in recent.*

Et ita fuit resolutum elegantissime infor-
mante *R. P. D. meo Paulo Duran.* Auditore
17 Rotæ designato, * qui de more, cum venerit
de partibus, antequam recipiatur in Rota scri-
psit in hac causa, & Dominos meos Coaudito-
res informauit.

BRVNDISINA ARCHIEPISCOPATVS.

Ven. 2. Maij 1625.

ARGVMENTVM.

Non intimato, & reproducto mandato de manutenendo prout requiritur de stylo Rotæ ad effectum declaratoriæ si ad executionem illius procedatur committuntur attentata.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de manutenendo ad effectum declaratoriæ debet intimari, & reproduci & si ad executionem procedatur absque intimatione, & reproductione committuntur attentata.*

2 *Declaratoria non datur dum non fuit legitime processum, quia tunc non adest contemptus Iudicis, & sic contumacia & n. 4.*

3 *Attentata committit qui post inhibitionem procedit.*

4 *Declaratoria non datur contra eum, contra quem non fuit relaxatum mandatum de manutenendo, nec interuenit citatio in illius relaxatione.*

DECISIO MDLXVI.

Proposui dubium *per Reuerendiss. D. meum Archiepisc. Seleucien* datū an scilicet contra Ro-
dium, & Capitulum sit danda declaratoria,
vel potius constet de attentatis, ita vt non sit
danda declararatoria; Nam quamuis Paladinus
obtinuisset mandatum de manutenendo, & il-
lud præsentasset Episcopo Neritonen. Execu-
tor non potuit absque vitio attentatorū proce-
dere ad illius executionem, sed illud erat inti-
1 mandū* & ex parte nō parente reproducendum
iuxta stylum Rotæ, de quo *Vestr. in prax. lib. 8. c. vlt. num. 16. in fin. vers.* & quamuis secundum
quem stylum Rota semper reuocat huiusmodi
executiones tanquam attentas; Quapropter
cum non fuit legitime processum, sequitur
quod declararoria danda non sit, quia non est
2 contemptus Iudicis, * & sic contumacia, ex
qua conceditur declaratoria *Cassad. dec. 5. de constit. Abb in c. 1. n. 10. de Iudic.*

Præsertim cum ex alio capite constet de at-
tentatis, & quod declaratoria danda non sit.
De attentatis, quia Episcopus Neritonen. post
inhibitionem R. P. D. mei Remboldi sibi in-
3 timatam * processit *Put. decis 385. lib. 2. Rota decis. 26. de appell. in non.* Quod verò declara-
toria sit deneganda aduersus Rodium, & Ca-
pitulum illud est in causa, quia illis non fuit
intimatum mandatum, vnde cessat contemptus
4 Iudicis. Ita pariter non est dandum aduersus
Vitalem, contra quem nempe non fuit rela-
5 xatum mandatum de manutenendo,* nec in-
teruenit citatio in illius relaxatione &c.

PERVSINA DE ALPHANIS.

Veneris 2. Maij 1625.

ARGVMENTVM.

Ex emphiteusi titulo oneroso acquisita legitima debetur filijs primi acquirentis; modus autem ad hunc effectum æstimandi huiusmodi emphiteusim explanatur. Ex legato filio spurio facto, an, & quando deducatur legitima.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Primus acquirens emphyteusim titulo oneroso potest praeiudicare alijs vocatis, secus autem si titulo lucratiuo.*

2 *In emphiteusi acquisita titulo oneroso debetur legitima filijs primi acquirentis. Declara n. 16.*

3 *Emphiteusis titulo lucratiuo, & gratiosè acquisita dicitur dum solutioni facta praeponderat gratia concessionis.*

4 *Floreni olim plus valebant, quam hodie.*

5 *Emphiteusis per ius accrescendi ob praedecessum vnius ad alium peruenit, quando in acquisitione adest pactum, quod de vno ad alium reuertatur.*

6 *Emphyteusis in ponēda ratione legitimae, Falcidiae, aut Trebellianicae aestimatur cum onere suo, non autem habetur ratio ad id, quod pro illius acquisitione fuit expensum.*
Idem de maioratu dicitur n. 6.

7 *Emphiteusis in detrahenda legitima aestimatur iuxta computationem* l. Haereditatum ff. ad leg. falcid. & *n.* 10.

8 *Aestimatio, quae fit iuxta formam* l. Haereditatum ff. ad leg. falcid. *habet locum in omnibus rebus, quae ad vitam conceduntur. Contra n.* 11.

9 *Emphiteuta aequiparatur vsufructuario, & illius appellatione venit.*

12 *Quilibet praesumitur viuere vsque ad centum annos.*

13 *Aestimatio rei ad vitam concessae fit iuxta Prouinciae aestimationem seu arbitrio boni viri perpensa aetate, & valetudine possessoris.*

14 *In ponenda ratione legitimae super bonis emphiteuticis est spectandum tempus, quo primus acquirens debitor legitimae vixit, & quantum ex re emphiteutica percepit. Vid. n. 16.*

15 *Iustitia emptionis ad vitam factae consideratur habito respectu ad communem cursum, & consuetudinem communiter à bonis, & prudentibus viris comprobatam, ita vt debeat attendi aetas, qualitas, officium, conditio, complexio, temperies &c.*

16 Rota in Romana de Lante 27. Maij 1588. coram Cardinali Blanchetto *quid firmet.*

17 *Fructus non imputantur* in *legitimam.*

18 *Legitima non debetur ex Emphyteusi vni de primis acquirentibus peruenta ex iure accrescendi ob praedecessum aliorum etiam si omnes illam acquisiuerint titulo oneroso & n.* 20.

19 *Quidquid capitur Iure accrescendi vno, & eodem titulo capitur. Vide circa detractionem legitimae n. 20.*

21 *Legitima debetur ex legato voluntario; secus verò ex necessario & n. 26.*

22 Statutum Perusinum *disponit, quod Pater filijs spurijs, aut naturalibus non possit relinquere vltra vnciam. Vid. n. 24.*

23 *Filius spurius non potest petere alimēta, si ipsi fuerit relicta vncia prout de Iure Communi relinqui potest.*

24 *Filio naturali vel debetur vncia, vel alimenta.*
Legatum factum filio spurio minus vncia dicitur necessarium n. 24.

25 Gutierez. Ciuil. qq. lib. 2. cap. 109. *in quibus terminis loquatur.*
Pater an possit filio spurio relinquere vltra summum à statuto taxatam. vide supra ibi distinctionem n. 25.

DECISIO MDLXVII.

D*Ecisio in hac causa facta 4. Decembris* habet plurā capita; Et quantum attinet ad primum in ordine, an scilicet habenda sit ratio ad molendinum in ponenda ratione legitimae; fuit iterū affirmatiuè resolutum, cum enim vigore concordiae initae de anno 1545. per Alphonsum Patrem nomine quinque suorum filiorum mediante solutione *Floren.* 800. fuerit in emphhy-
1 teusim acquisitum, & sic titulo oneroso, * certum est, quod primus acquirēs potuit praeiudicare vocatis, licet secus esset si acquisiuisset titulo lucratiuo, ita communiter distinguunt *DD. Bald. in auth. si quis num. 5. vers. secunda ratio, & num. 6. C. de Sacrosan. Eccl. l.* 1. *in fin. C. per quas pers. Soc. Sen. cons.* 127. *num.* 10. *Clar. §. feudum q.* 11. *num.* 2. *& q.* 46. *num.* 2. *Rim. in rep. l. in quartam num.* 27. *ff. ad l. fal. Gab. de iur. emph. concl.* 2. *num.* 47. *&* 50. *circa finem*, qui omnes testātur de communi, & hanc sententiam tenuit *Senat. Neap.* vt per *Capyc. dec.* 2. *col. fin.* & *Rota nostra*, vt per *Gamb. dec.* 10. *&* 32. *in causa Romana de Lante* 17. *Maij* 1585. *coram sanct. me. Clem. VIII.* & nouissimè in causa *Rauen. concur.* 18. *Nouembris superioris coram R. p. d. meo Merlino, & in hac eadem causa* 4. *Decembris praeteriti coram me.*

Hinc sequitur, quod cum Marcellus vnus ex quinque filijs Alphani, quorum nomine molendinum fuit acquisitum reliquerit filium Balthasarem sit habende ratio huius Molendini in
2 ponenda ratione legitimae debitae praedicto Balthassari, * nam cum fuerit titulo oneroso acquisitum profectitiū censendū est, & per consequens filijs legitima debetur, vt dicūt praedicti *Doct.* cum enim à patre possit vendi satis ex hoc infertur, quod ex illo legitima debeatur, *l. omnimodo §. imputari C. de inoff. test. vbi Bald. num.* 3. *vers. caue tamen, & Salyc. nu.* 9. & in puncto est *cons. Alex.* 27. *num.* 7. *lib.* 5. *& Rota in d. Rom. de Lante* & latè exornat *Maresc. var. resol. lib.* 1. *c.* 74. *num.* 3. 4. Nec probatur, quod gratia praeponderet solutioni *Floren.* 800. itaut dicen-
3 da sit concessio tota gratiosa * *Soc. cons.* 40. *n.* 5. *in fin. & num.* 6. *cons.* 87. *num.* 12. *lib.* 3. *Rota dec.* 458. *num.* 17. *lib.* 1 imò contrarium elucescit in quantitate pecuniae solutae, attento praesertim tempore solutionis, est enim notum,
4 quod tunc plus erant *Floreni* 800. * quam hodie 1600.

Sed de tribus videndū est. Primo an legitima debeatur tantū ex rata *Flor.* 800. an ex molendino. Secundo quatenus debeatur ex molēdino quādo sit estimandū. Tertio an debeatur ex toto molendino, quod peruenit ad Marcellum ex iure accrescendi, stante pacto in acquisitione ap-
5 posito, * quod de vno in alterum reuertatur *Mant. de tac. & amb. lib.* 22. *tit.* 34. *num.* 24 *Corbul. de caus. priu. ob lin. finitam num.* 91. 96. Quantum attinet ad primum, & secundum caput

put Doctores, qui præsupponunt bona censualia maioratus, emphyteusim, & similia computanda in ponenda ratione legitimæ falcidiæ, aut Trebellianicæ, non habent rationem ad id,*
6 quod fuit expensum pro acquisitione, sed ad æstimationem ipsius rei cum onere suo habita ratione illius, qui detrahere vult iuxta computationem,* de qua in *l. hæreditatum ff. ad l. Fal-*
7 *cid. Roder. de annuis reddit. lib. 1. q. 5. num. 17. Molina de primog. Hispan. lib. 1. cap. 19. num. 25. in princ. Munoz. de Escobar de ratiocin. comput. 2. num. 1. & seq.*

Et dispositionem prædictæ *l.* habere locum quoad æstimationem omnium aliarum rerum,
8 quæ ad vitam conceduntur,* tenet *Bart. ibid. in princ. glos. in l. omnium in verbo bonorum ff. de vsufr. glos. in l. cum hi, §. modus in verbo cum inuenit ff. de transact. Castr. in l. si pater puellæ, num. 2. & ibi Ias. num. 8. C. de inof. test. Suar. in l. quoniam in prioribus amp. 3. num. 9. & 10. vers. 2. Pinell. in l. 2. p. 3. c. 4. num. 32. C. de rescind. vend. Padill. in auth. res quæ num. 3. C com. de legat. Corduba de alim. §. sed si filius num 108. 109. Gutier. par. 1. lib. 2. cap. 17. num. 3. Munoz. de Escobar. d. comp. 2. num. 1.* & de æstimatione maioratus dicit *Mol. de primog. Hisp. lib. 1. c. 19. num. 39.* & de bonis emphyteuticis *Bald. cons. 110. num. 2. lib. 5. Peregr. de fideic. art. 30. num. 108. in fine, & Rota in causa Rom. de Lante 13. Martij 1587. & 9. Maij 1588. coram bo. me. Card. Blanch. & in Ciuit. Castelli fideic. 11. Decembris 1615. & 17. Maij 1617. & 18. Maij 1620. coram R. p. d. meo Pamph.* & quo ad bona emphiteutica, de quibus hodie agitur bene videtur procedere *text. in d. l. hæreditatum* cum expressè loquatur de vsufructuario, cui
9 emphiteuta æquiparatur * *Soc. cons. 167. n. 12. lib. 2. In l. 1. num. 2. ff. ad Treb.* vbi quod emphiteuta venit appellatione vsufructuarij *glos. in l. 1. in verbo emphiteusis C. de iure emph. Bal. in l. 1. C. de cadu. toll.* ideò nihil mirum si dispositio *d. l.* habet locum, quando agitur de detractione
10 legitimæ ex bonis emphiteusis, quia æquiparatorum idem est iudicium *Alex. in l. 1. in §. lex Falcidia num. 9. ff. ad l. falcid. Ias. in §. ex maleficijs num. 39. vers. noctis, quod regula instit. de actio. Socin. cons. 1. num. 10. & seq. lib 1.*

Et quamuis dispositio *d. l hæreditatum*, & eius computatio solum habeat locum in casu *
11 eiusdem *l.* & per *Castr. ibid. num. 9. & Imola* quorum ratio est, quia in alijs casibus quilibet præsumitur viuere vsque ad centum annos,*
12 vt tenent *Doctores in l. fin.* per illum *tex. C. de Sacrosan. Ecclesijs* & per *tex. in l. an vsusfructus ff. de vsufruct. legat. & in l. 2. §. dubitetur ff. quemadmodum testam. aper* quam sententiam ex prædictorum iurium authoritate tenet *Alex. ibid. in fine, & Afflict. dec.* 34. & alios plures, quos cumulat *Molina vbi supra numer.* 4. qui ideò *num. 29. vers. sed quis dixit æstimationem esse faciendam iuxta communem Prouinciæ æstimationem,* seu
13 *arbitrio boni viri perpensa ætate, & valetudine possessoris alijsque,* quod etiam prius ponderauit *Couar. var. lib. 3. c. 9. num. 8. vers. quorum sententia.* Attamen in hac facti specie prædicta deducuntur ad ostendendum, quod bona sunt æstimanda; non autem haberi ratio solutionis pretij soluti, nec videndum est de veritate harum opinionum, circa modum æstimandi molendinum, quia cum Balthassar, ex cuius persona detrahenda est legitima, non viuat, in ponenda ratione legitimæ, nō est faciendū computum iuxta dispositionem *l. hæreditatum*, sed est spe-
14 ctandum tempus,* quo ipse vixit, & quantum ex portione molendini perceperit iuxta *tex. in l. cum Titio ff. ad l. falcid.* & ita in puncto fuit resolutum in *d. Ciuit. Castelli fideicom. 18. Maij 1620. coram R. p. d. meo Pamphil.* cui opinioni fauet id, quod dici solet in iudicanda iustitia emptionis ad vitam inspiciendus est commu-
15 nis cursus,* & consuetudo communiter à bonis comprobata, & prudentibus viris, ita vt debeat attendi ætas, qualitas, officium, conditio, complexio, temperies sui, qualitas loci, & quo elt habitaturus, & aliam hominum vitam abbreuiare, aut producere consueta *Medina de contract. 2. de rebus vsur. acq. quæst. 14. colum. 3. vers. alius modus fol. mihi 339. alias de cens. temp. indeter.* idest vitalitio *Couar. var. lib. 2. cap. 9. n. 3. Molina de iustit. & iur. disp. 388. num. 5. cum seq.* quæ probatio per coniecturas cessat, cum hoc casu constet quantum temporis Balthassar vixerit.

Neque contrarium potest dici ex *dec. in causa Romana de Lante 23. Maij 1588. coram Card. Blanch.* imò concordat, dicit enim, quod legitima in bonis emphiteuticis debita erat cōsum-
16 pta,* sed non ideo erat imminuenda illa pars legitimæ, quæ in alijs corporibus hæreditarijs debebatur neque etiam augenda, quia etsi ab initio tempore mortis patris emphiteusis potuisset æstimari quantum eius vita durante valere posset, tamen cum post mortem patris peteretur detractio legitimæ, non poterat filius consequi ratam huius vtilis dominij, quod morte patris fuerat extinctum, & cuius ipse filius perceperat totum emolumentum, quod ex natura ipsius rei emphiteuticæ poterat percipere, & sequitur propterea quod non debet imminui ipsa legitima, nam sequeretur, quod fructus computarentur in legitima,* quod non
17 licet iuxta *decis. Cassador. 2. de test.* & sic *decisio* concludit, quod non est diminuenda legitima, nec æstimanda bona, prout æstimata fuissent viuente patre, sed in æstimando iure legitimæ super bonis, habenda est ratio temporis, quo pater vixit, & quantitatis fructuum perceptorum, vt inde arbitrio boni viri æstimetur quantitas legitimæ ex bonis emphiteuticis.

Quantum attinet ad tertium an sit habenda ratio totius molendini, vel solum quintæ partis in ponenda ratione legitimæ; Visum fuit Dominis solum habendam esse rationem quintæ partis, licet enim ex iure accrescendi totum Molendinum peruenerit ad Marcellum adhuc ta-
18 men effectuui non militat eadem ratio in toto Molendino,* prout militat in quinta parte, nam aliæ quatuor partes non perueniunt ex titulo oneroso ex parte Marcelli, sed ex parte aliorum fratrum, & alias quatuor partes ipse acquisiuit ex titulo lucratiuo, titulus enim onerosus respicit alios fratres, cuius ratione si descenden-

dentes habuissent legitimam potuissent modo prædicto derrahere, non sic in descendentibus Marcelli, quia titulus onerosus non potest, nisi pro quinta parte sui patris quoad ipsos considerari, semper enim verum erit dicere, quod respectu portionum aliorum fratrum Marcellus non est primus acquirens.

Et quamuis regulariter loquendo quicquid capitur iure accrescendi vno, & eod. tit. capi-
19 tu l. 1, §. cohæredes ff. ad l. falcid. tamen quicquid operetur hæc conclusio in puris terminis de-
20 tractionis legitimæ ex notatis * per Peregr. de fideic. art. 36. num. 117. in hoc casu nihil refert ad hoc, vt ex iure accrescendi emphiteusis censeatur acquisita ex eodem instrumento iouestituræ, sed opus esset ad effectum detractionis legitimę, vt Marcellus quoad fructuum portiones censeretur primus acquirens, ita vt Molendinum quoad alios etiam parentes censeretur profectitium, quæ est potissima ratio, ex qua dicunt DD. habendum esse rationem emphiteutæ imponenda ratione legitimæ, vt supra dictum est.

Circa secundum caput decis. difficultas consistit in eo, quia Marcellus legauit Io. Mariæ filio naturali florenos 1600. necnon postea in codicillis alimenta, vnde videndum est iure, an illud legatum fuerit voluntarium, vel necessarium, si enim est voluntarium de eo haben-
21 da est ratio in ponenda ratione legitimæ, * si vero necessarium secus est, quia legitima est portio bonorum, non hæreditatis, bona autem non dicuntur nisi deducto ære alieno ex allegatis per Crass. in §. legitima q. 1. num. 3. Quod debitum visum fuit Dominis non voluntarium, sed necessarium, cum Statutum Pe-
22 rusinum disponat, quod patet filijs spurijs, * aut naturalibus non possit relinquere vltra vnciam, qua relicta ipsi non possunt petere ali-
23 menta iuxta dispositionem iuris communis, * secundum quod filijs naturalibus vncia potest relinqui auth. quibus mod. nat. eff. sui. §. illud tamen à vobis vers. ne igitur, sequitur Paleot. de noth. & spur c. 38. num. 4. quam refert, & sequitur Surd. de alim. tit. 3. q. 10. num. 1. & seq. Ideo cum non probetur huiusmodi legatum excedere vnciam, vtique debitum fuit necessa-
24 rium, * vt aut vncia, aut alimenta debeantur filijs naturalibus tam ex dispositione iuris communis, quam ex dispositione Statuti.

Neque obstat, quod pater vltra vnciam relinquerit alimenta quantumcumque de iure non debeantur, quia Gutierez. ciuil. quæst. lib. 2. q. 109. per totum disputant huuc articulū in ter-
25 minis l. Tauri, * in qua disponitur, quod quinta pars relinquatur filijs, & quærit quid si ad alimenta non sufficiant, vtrum possit pater quid vlterius pro alimentis relinquere num. 1. & 2. refert DD. hinc inde pugnantes, & tandem concludit cum distinctione Molina de primog. Hispan. lib. 2. cap. 15. num. 53. quod aut relictum vltra quintum tendit ad filium alimentandum iuxta dignitatem, cum scilicet si quintum ad hoc non sufficiat, primo casu legatum alimentorum sustinetur, aut non, & ideo satis est, quod vtroque casu legatum vnciæ sit debitum necessarium, cum illa relinqui debeat, quia si sustinetur vtrumque de iure debetur, si non sustinetur firmo remanente legato vnciæ, alimenta postea relicta non debentur, vt bene Gutierez. loco supra citato.

Quantum attinet ad tertium caput, quod continet Terram Spoletanam, placuerunt Dominis deducta in decisione, contra quam nihil releuans deducebatur. Circa vero quartum caput terræ alla Marcella, & quintum scilicet il sodo sub vocabulo il monte, & septimum, duas nempe domos in pertinentijs Marcellæ, cum hæc bona fuerint data in solutum Io.
26 Matiæ pro legato vnciæ necessario, * de illis non est habenda ratio in ponenda ratione legitimæ ex supra deductis in secundo capite, quia cum testator dederit in solutum bona Vallis Cippi pro floren. 1200. quæ bona fuerunt suæ primæ vxoris, si probabitur hanc dationem in solutum non habuisse effectum, sed bona prædicta fuisse subrogata, erit habenda ratio horum bonorum in ponenda ratione legitimæ.

Quoad sextum caput, scilicet la terra sub appellatione la volta vendita Doralici pro scutis 200. Domini præstiterunt in decisis ex rationibus decisionis, quia Doralix emit de anno 1595. & Flaminia mater occupauit prædium de anno 1603. Vnde hæreditas in hac parte non est reintegranda, quia Flaminiæ nihil erat erogandum respectu dictæ venditionis, neque releuat hæc posterior venditio, ex quo difficultas fit in æstimatione prædij chiamato della volta, à quo dum creditores docuerunt dismembrata esse bona vendita Doralici, ideo parum refert, quod ante, vel post occupationem factam per Flaminiam fuerint dismembrata, nam fuit responsum, quod vltra quod Flaminia in adeptione possessionis restrinxit se ad bona dicti prædij, quæ tempore mortis Balthassaris sui viri possidebātur, itavt quod impossibile sit quod alienata de anno 1595. comprehenderentur, obstat etiam alia difficultas, nam prius bona essent æstimanda, an sufficerent pro scut. 3000. pro quibus Flaminia prætendebat dotē sibi restitui, super quo nihil fuit deductum.

Ex quibus Domini perstiterunt in decisis sub die 4. Decembris præteriti cum moderamine, de quo in hac decisione &c.

ROMANA DOTIS DE CAFFARELLIS.

Lunæ 5. Maij 1625.

ARGVMENTVM.

Filius hæres patris sine beneficio legis, & inuentarij qua actione, & contra quem possit petere dotem maternam. Facta donatione certorum bonorum cum clausulis in decisione narratis non potest do-

nans

nans experiri iura super illis ratione dotis, pro qua bona donata erant hypothecata.

SVMMARIVM.

1 *Filius, qui est hæres patris absque beneficio legis, & innentarij non potest actione personali agere pro dote materna, secus autem actione reali numer. 3. Contrarium n. 4. vid. n. 5. Decl. num. 7.*

2 *Nemo potest esse creditor, & debitor sui ipsius.*

4 *Hæres per oditionem efficitur dominus irreuocabiliter.*

5 *Grauatus potest in restitutione fideicommissi retinere suum creditum, & n. 12. Contrarium n. 6. Vid. n. 13.*

7 *Hæres creditor pro rati potest agere contra cohæredem.*

8 *Hæres pro medietate deducit dotem maternam contra alium cohæredem pro dimidia. Declara num. 9.*

10 *Actor repellitur exceptione doli dum petit quod intus habet.*

11 *Fideicommissarius non potest petere ab alijs cohæredibus portionem sibi obuentam ratione fideicommissi.*

14 *Laudum amplissimis verbis conceptum comprahendit etiam ea, de quibus in specie non fuit habita mentio.*

15 *Verba* pro omni prætensione, quam habet vel habere potest *stant ampliatiue et indicant omnem prætersionem etiam vltra renunciata.*

16 *Implicant casum magis dubium.*

17 *Et nullam rem prætensam excludunt.*

18 *Immo prætensiones etiam nascituras comprahendunt.*

19 *Verba contractus, in quo annullantur* omnes prætensiones hinc inde iura, & actiones quas possunt habere fratres quouis modo, & quauis causa cogitata aut incogitata, expresla, aut tacita præsenti, aut futura aut etiam talia, quæ mentione speciali ægerent *sunt odeo ampla vt restrictionem non patiantur, sed ad omnia iura etiam expressa, et diuersa extenduntur.*

20 *Verba* omnes aliæ prætensiones iura, & actiones *sunt apta comprahendere maiora expressis & dissimilia.*

21 *Verba* quouis modò *continent omnia de quibus in genere fuit cogitatum.*

22 *Verba* ex quauis causa *veniunt etiam causa diuersæ.*

23 *Taciturnitas decenalis, ex qua resultat vsus & obseruantia inducit interpretationem voluntatis contrahentium.*

24 *Verba generalia debent rastringi circa expressa.*

25 *Verba* ex quacunque alia causa *operatur vltra specificata.*

26 *Verba* ex quacunque causa cogitata, & incogitata *operari possunt vltra specificata.*

27 *Verba generalia signum vniuersale habentia operari possunt vltra specificata.*

28 *Plures fratres in communione existites si sibi inuicem rationem reddiderunt, ac quietarunt posteaque ex facto conuenerunt, quod omnia eorum credita, & debita communia sint non fit restitutio ad credita, & debita habito respectu ad præcedentem societatem, sed intelligitur de omnibus indistinctè.*

29 Bart. in l. liberto num. 34. vers. attende tamen C. de oper. libert. *in quibus terminis loquatur,* Bald. in l. vt iuris iurandi §. liber in fine nu. 7. ff. de oper. libert. *in quibus terminis loquatur n. 29.* Ang. in tract. de Testam. in V iussit etiam fore cautam nu. 6. *in quibus terminis loquatur n. 29.* Capr. cons. 62. num. 1. *in quibus terminis loquatur num. 29.* Ruin. cons. 79. num. 8. lib. 2. *in quibus terminis loquatur num. 29.* Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 10. tit. 2. num. 20. & 23. *in quibus terminis loquatur num. 29.* Papien. in prax. in forma libelli quo petitur hæreditas est testamento in verbo omnibus eius bonis in fine & in adden. *in quibus terminis loquatur num. 29.*

30 *Pater legans aliquid filiæ, & volens quod illa nihil amplius petere possit, vel ne quid aliud de hæreditate prætendat censetur voluisse compensare, ita vt filia non possit petere dotem maternam.*

31 *Secus autem si pater dixit, quod vltra de bonis suis petere non possit, cum isto casu possit petere dotem maternam.*

32 *Dos materna non potest peti ab eo, qui enumeratis certis bonis hæreditatis, super quibus pro ea competebat hypotheca donauit cum clausulis amplissimis eadem bona; potest tamen se reualere super alijs bonis si extent.*

DECISIO MDLXVIII.

DEcessit nobilis vir Prosper Caffarellus, relictis post se Dominis Alexandro, & Curtio
hæredibus vniuersalibus institutis, qui absque
benef. legis & inuent. hæreditatem adiuuerunt,
inter quos ortis controuersijs de anno 1606.
præuio compromisso fuit latum laudum à partibus postcà emologatus, in quo inter alia
Dominus Curtius mediante certa annua præstatione donauit omnia bona in ipso laudo descripta D. Alexandro cum pactis, & conditionibus inibi adiectis ad fauorem filiorum, & descendentium prædicti Domini Alexandri. Nuper dicto Curtio prætendente se posse petere
dotem maternam, amicabiliter fuit actum coram me de ista prætensione, super qua consului
Dominos, qui responderunt, Domino Curtio
1 non deberi suam portionem dotis maternæ *.
Ratio fuit, quia aut dictus Curtius vult agere
actione personali, aut actione reali vigore hipothecæ; si actione personali non potest, quia
cum is fuerit hæres patris sine beneficio legis,
& inuent. sunt confusæ actiones. Nemo enim
2 esse potest debitor, & creditor sui ipsius * *l.
debitor ff. ad S.C. trebell. l. debitor C. de pact. &
ibi gloss. magistralis in v. confusa Angel. num. 2.
Alex. num. 4. Ias. in princ. Bald. cons. 415. incipien. quod Domina lib. 5. Negus. de pignor. in 1.
membr. 5. par. num. 49. & seqq. Castr. cons. 186.
in princ. lib. 2. Alex. cons. 149. num. 3. vers. vnde
videmus.*

Aut

Aut vult agere actione reali in vim hipothe-
3 cæ,* quia hoc casu non confunduntur actio-
nes per aditionem, cum hipotheca sola solutio-
ne, & satisfactione tollatur *l. si debitor ff. ad S.*
C. trebel. Grat. cons. 86. nu. 24. lib. 2. Negus. ibidem
num. 53. Huic motiuo fuit responsum, quod hæ-
res per aditionem sine benef. leg. & inuent. ef-
4 ficitur Dominus irreuocabiliter* suæ dotis por-
tionis, & sic portionis rerum hipothecatarum
l. cum hæredes in princ. & ibi DD. ff. de acquir.
possess. Bart. in rubr. ff. de acquir. hæred. num. 5.
& 6. & ideò in illis bonis videtur cessare hipo-
theca *l. neque pignus ff. de regulis iuris l. ex sex-*
tanti §. latinus ff. de except. rei iudic. Et hoc
non propriè per viam confusionis, sed quia
inducitur effectus solutionis *l. si debitor ff. de*
fideicomm. l. stichum §. aditio ff. de solut. & liberat.
vbi Bart. num. 1. Castrens. num. 1. Quæ conclusio
quamuis non procedat, quando dominium
5 acquiritur reuocabiliter,* scilicet in casu fidei-
commissi, quia in restitutione grauatus potest
retinere suum creditum secundum opinionem
Cyni; cuius contrarium in ijsdem terminis te-
6 net* *Alex.* & refert *Negus. de pignor. 1. mem. 5.*
partis num. 52. & seqq. prout est casus, de quo
agitur, quia bona sunt subiecta fideicommisso
Patris. Tamen quicquid sit de hac opinione,
certè in hoc casu obstat transactio inter ipsos
fratres inita, vt statim dicetur.

Non obstat, quod prædictæ duæ conclusio-
nes limitentur, quando adest cohæres, prout
in hoc casu, cum creditor pro rata possit age-
7 re contra cohæredem* *l. si adulta 6. C. de hæ-*
red. vel act. vend. Phanuc. de Inuent. par. 7. n. 2.
Grat. cons. 86. num. 19. lib. 2. Bald. cons. 145. pun-
ctus quæstionis num. 2. vers. super secunda lib. 4.
Vbiquod actiones confunduntur pro rata, qua-
propter si quis est hæres pro tertia, vel medie-
tate, confusio actionum fit pro eadem rata,
8 & non vltra, sic in terminis dotis maternæ*
Castr. cons. 120. num. 3. & per tot. lib. 2. vbi cohæ-
res pro medietate deducit dotes maternas con-
tra alium cohæredem pro dimidia, & paria
sunt, vel deducere totam dotem ex hæreditate,
& residuum diuidere, vel totam hæreditatem
absque deductione diuidere. Nam huic fun-
damento fuit responsum, conclusionem in iure
esse verissimam, non tamen applicari ad præ-
sens factum, illa enim procedit, quando alius
cohæres non est ipse concreditor pro eadem
9 causa cum alio cohærede*. Hic autem, cum
dictus Alexander esset côcreditor cum Domino
Curtio pro eadem causa, & eadem summa do-
tis, quilibet ipsorum censetur accepisse portio-
nem suam hæreditatis, & dotis, propterea
dictus Curtius volens agere contra Alexan-
drum, repellitur, vt iura dicunt, exceptione
10 doli, cum intus habeat, quod extra petit* *l.*
vnum ex familia §. sed si vno ff. de legat. Secun-
do vbi fideicommissarius, idemque hæres non
potest petere ab alijs cohæredibus portionem
11 sibi obuentam ratione fideicommissi,* sed do-
li exceptione repellitur ex eadem ratione.

Non obstat, quod cum ex fideicommisso
non fuerit acquisitû ius irreuocabiliter D. Cur-
12 tio potest iuuari ex hypotheca* secundum
opinionem *Cyni*, quam defendit *Negus. lo-*
co citato numer. 53. vers. secundus casus, & la-
tius *num. 54.* vbi quod ex eo casu aditio non
13 habet vim solutionis; Quia, vt dictû est,* quic-
quid sit de hac opinione, obstat laudum, cuius
14 verba cum amplissima sint,* ex illis potest
censeri sublatum illud ius super his bonis,
etiam quod de eo in specie non fuerit habita
mentio *Hond. cons. 49. num. 8. & 24. lib. 1. Surd.*
decis. 217. num. 11. Fuit enim ponderatum pri-
mo, quod Dominus Alexander promittit an-
nuam responsionem, seu præstationem D. Cur-
tio nedum ex causa donationis, renunciatio-
nis, & cessionis bonorum in laudo descripto-
15 rum, sed subditur *pro omni prætensione,* quam*
Dominus Curtius habet, vel habere posset contra
ipsum Dominum Alexandrum, quæ verba stant
ampliatiuè, & indicat omnem prætensionem,
etiam vltra renunciata, & cessa. *Aym. cons.*
227. num. 9. Menoch. cons. 195. num. 7. implican-
16 do casum magis dubium* *Surd. cons. 317. nu.*
17. maximè si ponderaretur verbum vniuersale
(*omni scilicet prætensione*) quod nullam rem
17 prætensam excludit* *l. Iulianus ff. de legat. ter-*
tio Cened. sing. 35. num. 1. iunctis præsertim alijs
verbis *habet, vel habere posset*, quæ sunt adeo
18 generalia,* vt prætensiones etiam nascitu-
ras compræhendant *Soc. cons. 34. numer. 5. lib. 4.*
Surd. cons. 267. num. 25.

Fuit insuper consideratum, quod in laudo
19 annullantur *omnes hinc inde prætensiones,* iura,*
& actiones, quas possent habere fratres quouis mo-
do, & quauis causa, cogitata, aut incogitata, ex-
pressa, aut tacita, præsenti, aut futura, aut etiam
talia, quæ mentione speciali egeret. Quæ verba
ita sunt ampla, & generalia; vt salua recti ser-
monis ratione restrictionem non patiantur, sed
ad omnia iura, etiam non expressa, & diuersa
extendantur *Soc. Iun. cons. 40. num. 6. lib. 3. Curt.*
Iun. cons. 191. numer. 19. lib. 3. Surd. cons. 267.
numer. 12. & seq. Hond. cons. 49. num. 28. lib. 1.
Seraph. decis. 107. num. 2. S. m. Gregor. decis. 286.
num. 7. Hoc enim clarè demonstrant verba il-
20 la *omnes aliæ prætensiones, iura, & actiones,* quæ
sunt apta compræhendere maiora expressis, &
dissimilia *Conar. p. p. cap. 25. sub num. 3.* Et alia
21 verba *quouis modo* continent omnia,* de qui-
bus in genere fuit cogitatum *Cened. sing. 95.*
num. 1. & 4. denique sub verbis *ex quauis causa*
22 veniunt etiam causæ diuersæ* *Natt. cons. 410.*
num. 7. Honded. d. cons. 49. num. 11. Menoch. cons.
156. num. 24. Et videtur cessare omnis diffi-
cultas stante taciturnitate dicti Curtii spatio
23 decem annorum,* ex qua resultat vsus, & ob-
seruantia, quæ inducunt interpretationem vo-
luntatis, si non sunt apta inducere præscriptio-
nem pulchrè *Castr. cons. 348. num. 4. in fine lib. 5.*

Neque dicatur, quod verba generalia de-
24 bent restringi circa expressa,* videlicet circa
bona descripta in laudo, non autem circa
dotem maternam ad *l. si de certa C. de transact.*
Castr. cons. 333. lib. 2. Oldrad. cons. 297. col. 2. in
5. fundamento Roman. cons. 284. in princ. vbi A-
postill. in verbo refragantur. Nam fuit respon-
sum, quod Dominus Curtius ratione dotis
maternæ habebat hypothecam in istis bonis,

circa quam prætendit sibi nullum præiudicium
intulisse propter aditionem, cum aquisiuerit
dominium reuocabiliter stante fideicommisso,
& sic verba generalia non videntur excedere
terminos rei contentæ in laudo, quia super il-
lis bonis, de quibus fuit actum, Dominus Cur-
tius habebat ius hypothecæ, idque magis eli-
citur ex his, quæ adsunt, clausulis amplissimis,
25 quæ possunt operari, etiam vltra specificata. *
vt de clausula *ex quacumque alia causa Angel.
Aret. cons. 2. num. 18. v. quia respondeo*, vbi plu-
ra similia adducit, alias essent superfluæ, &
frustra appositæ *Idem Angel. cons. 105. num. 23.
& seq. Alex. cons. 11. num. 10. & seqq. vers. con-
firmo lib. 2.* & de clausula ex *quacunque causa co-*
26 *gitata, aut incogitata* * *Alex. d. cons. 11. num. 11.
vers. rursus cum seqq. lib. 2.* & iterum *numer. 15.
vers 6. non obstat Angel. Aret. cons. 38. numer. 18.*
& de verbis generalibus signum vniuersalem
27 habentibus * est *text. in l. emptor §. lucius cum
gloss. in verbo in sua causa ff. de pact. Castr. cons.
353. col. 1. in fin. vers. si verò lib. 1.* vbi, quod
28 si plures fratres in communione existentes *
reddiderunt sibi inuicem rationem, & quie-
tarunt, posteaque ex facto conuenerunt, quod
omnia eorum credita, & debita communia
sint, non fit restitutio ad credita, & debita, ha-
bito respectu ad præcedentem societatem, sed
intelligitur de omnibus indistinctè, & ratio est,
quia clausula generalis habet signum vniuer-
sale.

Non obstat, quod laudum sit latum super
bonis in eo descriptis, non autem super hære-
ditate, & ideo dictus Curtius non censetur re-
nunciasse doti maternæ *Bald. in l. liberto liber-
tæque num. 34. vers. attende tamen C. de oper. li-*
29 *bert.* * *Bart. in l. vt iuris iurandi §. liber in fine
num. 7. ff. eod. Angel. in tract. de testam. in v. ius-
sit eam fore cautam num. 6. Capr. cons. 62. num. 1.
Ruin. consil. 79. num. 8. lib. 2. Mantic. de coniectur.
vlt. vol. lib 10. tit. 2. num. 20. & 23. Papien. in
prax. in forma libelli, quo petitur hæreditas ex te-
stamento in v. in omnibus eius bonis in fin. & ibi la-
tissimè Add.* Quia isti *DD.* non faciunt ad rem
nostrãm, disputant dumtaxat, quando Pater
legauit aliquid filiæ, & voluit, quod illa nihil
30 amplius petere possit, * vel ne quid aliud de
hæreditate prætenderet, tunc enim pater cen-
setur voluisse compensare, itaut filia non pos-
sit petere dotem maternam: aut verò Pater di-
31 xit, quod vltra de bonis suis * petere non
posset, & isto casu potest dotem maternam pe-
tere, cum bona non dicantur, nisi deducto
ære alieno, quem casum licet *Mandell. cons. 304.
num. 12. & cons. 015. num. 2. & 3.* applicet ad
renunciationem, tamen conclusio, vt dictum
est, in hoc casu non militat, in quo enumeratis
32 certis bonis hæreditatis, * super quibus com-
petebat hypotheca dicto Curtio pro dote ma-
terna, ipso donauit eadem Domino Alexan-
dro cum prædictis conditionibus, & clausulis
amplissimis, per quas etiam censetur donasse
ius, quod in dictis bonis habebat ratione do-
tis maternæ, vel renunciasse ex prædictis clau-
sulis ius sibi competens ad dictam dotem.

Denique non obstat, quod in laudo fuerint
excepta omnia credita, & iura in illo non ex-
pressa, vt in capite *dichiarando à maggior cau-
tela*. Quia hodie non agitur, an dictus Cur-
tius simpliciter renunciauerit hypothecæ pro
dote materna, itaut non possit se releuare su-
per alijs bonis, si extent, sed dicitur non pos-
se exercere istam hypothecam super bonis do-
natis ex rationibus supra ponderatis, cum
clausulæ adeò amplæ sint, vt benè possint com-
præhendere etiam ius hypothecæ, quod Do-
minus Curtius habebat super bonis cessis, &
donatis.

Et ita conclusum vtraque parte informan-
te &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE VETIA.

Lunæ 5. Maij 1625.

ARGVMENTVM.

Ob non prorogationem fatalium sententia non transit in iudicatum si adsit iusta causa non prorogationis, vtpote quia fuit pluries proposita causa, & non resoluta. Cætera patent ex summario.

SVMMARIVM.

1 *Prorogatis fatalibus sententia non transit in iudicatum.*

2 *Sententia ob lapsum temporis non transit in iudicatum dum causa fuit sæpius proposita, & ob dissentientes opiniones nunquam fuit capta resolutio.*

3 *Transactio parit exceptionem rei indicatæ, & litis finitæ.*

4 *Transactio si est nulla potest agi iure primæuo.*

5 *Transactio facta à maiori parte, cui testator amplissimam facultatem concesserat, valet etiam si interuenerit alter ex Commissarijs.*

6 *Pater vti legitimus administrator filiorum potest approbare transactionem.*

7 *Confessio emissa in commissione probat.*

8 *Sententia non transit in iudicatum ob non prorogationem fatalium si concurrat iusta excusatio.*

9 *Rota non exequitur sententias aliorum Tribunalium nisi prius de iustitia doceatur.*

10 *Sententia vnica minorem habet præsumptionem, quam plures.*

DECISIO MDLXIX.

Auditor Generalis Bononiæ pronunciauit Hieronymum non fuisse illum minorem natu nominatum, sine substitutum hæredem à q. Farrante Vetia in eius testamento, & propterea administrationem bonorum vna cum fructibus perceptis, & ijs, qui verisimiliter percepi potuerunt relaxandum fore, & esse ad commodum vocati futuri hæredis in omnibus,

bus, & per omnia iuxta dispositione illius testamenti. Vndè dubitaui, an constaret de re iudicata, quæ, aut prætenditur antè, vel post transactionem. Si antè transactionem, non adest, quia sententia fuit lata de anno 1608.
1 & semper fuerunt prorogata * fatalia, vt patet ex registro; vltrà quod, cum causa fuerit
2 bis proposita de anno 1609. & totidem de anno 1610. atque hinc inde fuerit acerrimè disputatum, & DD. propter dissentientes opiniones nunquam fuerint concordes, parti nihil est imputandum ex adductis per *Modern. de appellat. lib. 3. cap. 2. quæst. 15. num. 122. cum plur. seqq.* vbi totam materiam declarat: Aut verò prætenditur lapsus fatalium post transactionem factam 19. Septembris 1612. & iste lapsus non est habendus in consideratione, quia tran-
3 sactio parit exceptionem rei iudicatæ, * & litis finitæ *cap. 1. de lit. contest. in 6. l. non minorem l. fratres C. de transact. Lancellott. de attent. par. 2. cap. 4. in præfat. numer. 284. Seraph. decis. 1059. nu. 1. Rota decis. 114. num. 2. & decis. 447. num. 1. ad fin. par. 2. in recent.*

Non obstat, quod transactio fuerit nulla
4 & ideo possit agi de iure primæuo, * & sic vigore dictæ sententiæ *Castr. conf. 343. circa princ. vers. quandocumque igitur lib. 1.* quia fuit responsum, obiectum non subsistere, licet enim in transactione non interuenerit Robertus al-
5 ter ex Commissarijs, * nihil refert, cum interuenerit maior pars, cui testator amplissimam facultatem concesserat *Soc. conf. 11. num. 4. & 8. in fin. lib. 1. Ioseph de sess. dec. Aragon. 51. num. 2. & 3. vers. fat enim lib. 1.* Et respectu Antonij Galeatij vti Patris, & legitimi administra-
6 toris eius filiorum, * cessat omnis difficultas, ipse enim vti talis approbauit transactionem, vt patet ex confessione facta in commissione obtenta super moderatione inhibitionis Rota-
7 lis * ad *l. cum preces C. de liber. caus. l. per tuas de probat.* Denique in omnem euentum prædi-
8 cta probarent instam excusationem, * si fatalia non fuerint prorogata, itaut non intret res iudicata, vt in puncto dicit *Modern. de appellat. lib. 3. cap. 2. quæst. 15. num. 105. & 322.*

Secunda pars dubij licet videatur resoluta ex prædictis, cum non adsit res indicata, nihilominus omnis remouetur difficultas, quia quatenus etiam adesset res indicata Rota non
9 exequitur sententias aliorum Tribunalium, * nisi prius de iustitia doceatur *Seraph. 620. in princ. & num. 1. Cas. de Grass. decis. 10. numer. 12. & 13. de re iudic. Rota decis. 84. nu. 1. & 2. par. 1. S. M. Gregor. decis. 317. num. 1. & 2. Rota in recent. decis. 474. num. 8. par. 2.* Eoque magis, quia ne-
10 dum adest vnica sententia, * quæ minorem habet præsumptionem, quas plurem *Oldrad. conf. 106. num. 3. S. M. Gregor. dec. 361. num. 1. & ibi Adden. num. 4.* Sed etiam quia quater fuit in Rota discussa illius iustitia, & nunquam DD. fuerunt vnanimes.

Et ita conclusum vtraque parte informante &c.

ROMANA OFFICII.

Veneris 9. Maij 1625.

ARGVMENTVM.

Actio spolij non competit ei, qui cecidit à possessione facto proprio. Resignatio officiorum Romanæ Curiæ quando valeat.

SVMMARIVM.

1 *Actio spolij competit hæredi illius, qui spolium passus est.*
2 *Spolio agi non potest ab eo, qui cecidit facto proprio.*
3 *A possessione quis cecidit facto proprio dum rem recuperauit ad fauorem alterius.*
4 *In resignatione officiorum Romanæ Curiæ debet per Summum Pontificem Notarius eligi, qui à Conseruatoribus fuit nominatus iuxta Constitutionem Sixti V. alias est nulla. limita num. 6.*
5 *Existentia talis Constitutionis Sixti V. negatur.*
7 *Conseruatorum Vrbis litteris standum est circa ea, quæ spectant ad eorum officium.*
8 *Possessio solo consensu transfertur licet actus careret alijs solemnitatibus.*
9 *Dementia non præsumitur.*
Dementia debet probari de tempore resignationis ad hoc vt resignatio nulla sit num. 9.
10 *Dementia differt à morbo comitiali.*

DECISIO MDLXX.

Extrema non controuertuntur, neque etiam si Io. Baptista spoliasset, quod Maria soror, & hæres Melchioris, qui prætendebatur
1 spoliatus * posset ex persona ipsius Melchioris agere spolio *Mohed. dec. 3. de rest. spol. Cres. dec. 3. eodem titulo*, sed negatur Io: Baptistam spoliasse, ex quo Melchior cecidit à possessione
2 facto proprio. * Vnde contrà dictum Io. Baptistam spolio minimè agi potest *Soccin. in l. rem, quæ nobis nu. 8. ff. de acquir. possess. Cassad. dec. 4. de restit. spol. Surd. conf. 49. numer. 3.* latè *Menoch. de recuperan. remed. 15. num. 95.*

Quod autem Melchior ceciderit facto proprio à possessione satis patet, ex quo huius-
3 modi officium recuperauit * ad fauorem Io. Baptistæ iuxta notata per *Abb. in cap. accepta num. 3. & 4. de restit. spol. Menoch. de recuper. remed. 1. num. 268. Paris. de resignat. lib. 13. quæst. 5. num. 140. & seqq. Rota decis. 364. num. 4. coram S. M. Gregorio.*

Non obstat, quod resignatio fuit facta non seruata forma Constitutionis Sixti V. in qua
4 prætenditur disponi, * quod is debeat Notarius per Summum Pontificem eligi, qui à Conseruatoribus fuit nominatus, quia de hac Con-
5 stitutione non constat, * nec habetur in Bullario, & si esset vera non releuaret, quia Summus Pontifex non censeretur sibi, & Successo-
6 ribus suis manus voluisse ligare, * & propterea,

ttà; cum resignatio fuisset in manibus Sanctissimi Clem. VIII. facta, & admissa, vt patet ex supplicatione, & Breui expedito cum clausula *non obstante eiusdem officij seu Collegij institutione, seu erectione, si in aliquo obstet, nec non constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis Falin. in c. inquisitionis num. 8. verf. 2. nota de accusat.* & *in c. nonnulli num. 12. verf. ratio differentiæ de rescript. Rota decis. 33. num. 16. de præbend. in antiq. & 32. num. 2. de rescript. in nouis Cresc. decis. 9. numer. 6. de priuileg.*

Et cessat omnis difficultas, quia Melchior cessit hoc officium ad fauorem Octauiani cum assertione, quod post erectionem Sixti V. Io: Baptista soluerat ad computum dicti pretij *scut.* 360. & alia 200. pro residuo Melchior, qui cum illa cæpisset ad societatem officij Io. Baptista in se suscepit onus dictæ societatis quoad sortem, & fructus & alia onera, & postmodum in litteris, & patentibus Côseruatorum Cameræ Almæ Vrbis narratur, quod pariter officium vacabat per resignationem Melchioris ad fauorem Io. Baptistæ Nominamus, eligimus, & deputamus: quare cum postea fuerit signata supplicatio, & expeditum Breue omnia fuerunt obseruata, quæ habentur in præterita Constitutione Clementis, & dictis litteris Conseruatorum est standum, cum aga-
7 tur de re pertinente ad eorum officium * *cap. post cessionem de prob. Ruin. conf. 56. num. 5. lib. 1. Gabr. de testibus conclusione 1. num. 19.*

Et denique cessat omnis amaritudo, quia obiecta opposita non respiciunt consensum, &
8 ideo non impedit translationem possessionis.* quarè, & si omnia obiecta subsisterent, prout non subsistunt, ex prædictis non inde sequeretur, quod Martia posset agere spolio, cum interuenerit consensus Melchioris iuxta *not. in l. 1. §. sicut vxori ff. de acquir. possess.* Nec aliquid releuat allegata dementia Melchioris, quia
9 illa non præsumitur, * nec probatur de tempore resignationis, prout foret necessarius *l. 2. & l. qui testamento §. si .... ff de testam. Rot. decis. 384. num. 10. par. 1. in recent.* neque aliquid deponunt testes, quod releuet, sed solum, quod
10 Melchior laborabat morbo comitiali, * quod differt à dementia.

Et ita conclusum &c.

VALENTINA BENEFICII.

Veneris 9. Maij 1625.

ARGVMENTVM.

Non delatio habitus debet plenè, & concludenter iustificari ab eo, qui obtinuit prouisionem Beneficij ob huiusmodi non delationem. Nedum ius patronatus laicorum, sed nec mixtum cadit sub reseruatione.

SVMMARIVM.

1 *Gratia prouisionis Beneficij obtenta ob non delationem habitus, vt valeat debet plene, & concludenter iustificari non delatio habitus.*
Beneficium remanet reseruatum ob non delationem habitus n. 1.
2 *Narrata in gratia, cuius fundamentum in eis non stat, sunt saltem semiplene iustificanda.*
3 *Iuspatronatus laicorum non cadit sub reseruatione.*
4 *Amplia procedere etiam in Iurepatronatu mixto.*

DECISIO MDLXXI.

Contra Vincentium informantem fuit responsum, scilicet illi non esse auiudicandum beneficium, quod cum impetrauerit tanquam de reseruato Franciscus, ex quo non incessit in habitu iuxta *Constitutionem Sixti V. 92. in §.*
1 *3. in nouo Bullario* * non probat, quod dictus Franciscus in habitu non incesserit, quod tenetur probare, & plene quidem, & concludenter, cum sit fundamentum gratiæ, nec in hoc casu sufficit semiplena probatio iuxta distinctionem, quam in his terminis Rota solet facere *Rota decis. 268. num. 4. par. 1.* cum aliis adductis *coram me in Causa Vlixbonen. Quartanariæ 27. Ianuarij præterit.* Et cessat omnis difficultas, quia nec in reliquis narratis illius gratia est iustificata, quæ saltem semiplene sunt iustificanda, cum in illis non stet funda-
2 menta gratiæ * *Rota dicta decis. 268. num. 4. par. 1.*

Neque obstat, quod Iacobus Aduersarius impetrauit hoc Beneficium ab Illustrissimo D. M. Cardinali Sancti Marcelli nunc Nuntio Hispaniarum cum assertione, quod vacabat ob non delationem habitus D. Francisci, quia fuit responsum Iacobum non produxisse hanc quæstionem: Secundo, quod procedit ad præsentationem Patronorum. Tertio, quod Constitutio Sixti V. licet decernat Beneficium vacare, & illud reseruet, non propterea est intelligen-
3 da quoad beneficia Iurispatronatus laicalis,* quia non comprehenduntur sub reseruationibus, ne Laici retrahantur à fundatione ex late deductis *per Gonzal. super reg. 8. gloss. 18. n. 2. cum seqq.* Et idem est in iure patronatus mix-
4 to * secundum opinionem, quam hodie Rota seruat, vt per eundem *Gonzal. loco citat. n. 12.* In casu autem isto, cum constet de Iurepatronatus Vincentius non docet, an sit Ecclesiasticum ad effectum probet intentionem suam, prout ex hoc posset probare ex add. per *Gonz. d. loco n. 6. & 7.*

Et ita conclusum contra Vincentium informantem &c.

ROMANA FRVCTVVM DOTIS.

Lunæ 12. Martij 1625.

AR-

ARGVMENTVM.

Fructus dotis tam constante, quam soluto Matrimonio an quando, & cui debeantur plenissime examinatur.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis habet exequutionem paratã. Fructus dotis executiuè debentur dum sub obligatione Camerali fuerunt promissi n. 1.*
2 *Clausula* si quid exequendum *operatur, vt constito de iustitia mandati ex eisdem actis procedatur ad vlteriorem exequutionem.*
Stante Clausula si quid exequendum *debet constare de iustitia mandati ex iisdem actis n. 2.*
3 *Fructus dotis constante matrimonio debentur ettamsi dos sit promissa in pecunia.*
4 *Bona fideicommisso subiecta non possunt alienari pro fructibus dotis restituendis. Vide ibi. Contrarium n. 5. Declara n. 6.*
7 *Pro fructibus dotis potest agi in Saluiano contra bona fideicommissaria.*
8 *Bannitus cum confiscatione bonorum remanet liberatus ab omni obligatione, & omnes actiones remanent translatæ in fiscum.*
9 *Contrarium quando fuit restitutus tam ad bona, quàm ad honores.*
10 *Obligatio Cameralis & sic processus exequutiuus impeditur per exceptionem vsurariæ prauitatis in continenti probata.*
11 *Fructus dotis soluto Matrimonio absque vsuraria labe non debentur.*
12 *Amplia etiam si ex matrimonio remanserunt filij. Contrarium num. 20. sed hæc opinio reprobatur num. 21.*
13 *Mulier & illius hæredes tenentur computare in sortem fructus dotis exactos post solutum matrimonium.*
14 *Fructus dotis soluto matrimonia* ex Statuto Vrbis lib. 1. cap. 137. *post interpellationem iudicialem debentur mulieri ad rationem septem eum dimidio; Quod habet locum etiam ad fauorem viri. Contra n. 13.*
15 *Si maritus prohibetur relinquere vxori, e conuerso vxor censetur prohibita relinquere viro Decl. n. 16.*
17 *Vxorem & virum esse corelatina intelligitur ad effectum inclusionis ad nonum casum.*
19 *Onera matrimonij non extinguuntur si filij extent eum consistant nedum in alimentis vxoris, sed etiam filiorum.*
21 Borgnin. dec. 26. sub num. 25. par. 3, & dec 27. num. 18. in fine par. 4. *impugnatur.*
Cæsar Manent. de Contract. liuell. par. 14. num. 80. cum seqq. *reprobatur n. 21.*
22 *Dos extantibus filiis non peruertitur ad patrem, sed remanet penes maritum, & n. 24.*
23 *Alimenta quatenus respicitur onus naturæ debentur à Patre filijs.*
25 Cum. super rit. Magn. Cur. cap. 93. num. 22. *vel loquitur in terminis illius* Ritus *vel loquitur fine ratione.*
26 *Fratribus pluribus extantibus si vnus habet vxorem debet habere dotem patri datam.*
27 *Dos debet esse penes eum, qui sustinet onera matrimonij.*
28 *Filij sunt reliquiæ matrimonij, vt ex dote alendi sint.*
29 *Declara procedere constante matrimonio.*
30 *Vxor constante matrimonio potest petere dotem à marito vergente ad inopiam mortua tamen vxore filij petere non poterunt.*
31 Boer. conf. 6. num. 10. *quomodo sit intelligendus.*
Mandell. conf. 315. num. 6. lib. 2. *quomodo sit intelligendum n. 31.*
Franc. dec. 383. n. 14. *quomodo sit intelligendus n. 31.*
Barbos. in rubr. solut. Matrim. num. 13. *quomodo sit intelligendus n. 31.*
Conrad. de Contract. tract. 2. quæst. 35. concl. 5. num. 150. *quomodo sit intelligendus. num. 31.*
32 *Fructus dotis soluto matrimonio ex præcedenti promissione debentur.*
33 *Contrarium cum promissio interesse non sustineatur constante matrimonio n. 37.*
34 *Vsura omni iure prohibitæ sunt.*
35 *Amplia vt nec per pactum possint sustineri. Amplia secundo vt nec minus per dispensationem num. 35.*
36 *Amplia tertio, vt nec intuitu boni, neque mali euitandi, neque pro redimendis captiuis possit dispensari.*
38 Rota in Romana fructuum dotis 27. Febr. & 12. Iunij 1626. cotam Pœnia *in quibus terminis loquatur.*
Rota in Cæsenaten. fructuum dotis 13. Iunii 1603. *in quibus terminis loquatur n. 38.*
Fructus dotis soluto matrimonio debentur Viduæ non habenti vnde se alat. n. 38. Vide ibi.

DECISIO MDLXXII.

Paulus promisit soluere dotem Eugeniæ sororis Petro Antonio viro intra certum tempus pacto adiecto, quod si in solutione defecerit in terminis expressis teneretur soluere fructus iuxta formam *Statutorum Vrbis*; contracto Matrimonio, illoque per obitum Eugeniæ postea dissoluto, Petrus Antonius vir superstes petijt aduersus Paulum Sororium fructus dotis decursos, & non solutos tam constante matrimonio, quam illo dissoluto, cumque mihi fuisset commissa causa appellationis cum clausula *si quid exequendum* hodie dubitaui, an esset locus executioni, & Domini quoad fructus decursos viuente vxore affirmatiuam secuti sunt sententiam, contrarium ipsa defuncta censuerunt. Ratio primi dicti fuit, quia Paulus se obligauit in forma Cameræ, quæ habet executionem para-
1 tam * *Vesill. ad Afflict. dec. 30. num. 6. in fine, Cagnol. in l. si librarius 93. num. 91. vers. quid de instrumento ff. de reg. iur. Mohed. dec. 2. & 5. de except. Rota dec. 303. num. 6. par. 3.* quæ conclusio procedit etiam quod causa sit commissa cum clausula *si quod exequendum.* quia
2 constito de iustitia mandati * ex eisdem actis, prout constare debet stante hac clausula proceditur ad vlteriorem executionem, vt fuit dictum

ctum in causa *Romana de Crescentijs 4. Iulij 1612. coram R. P. D. meo Pamphilio apud Modern. de oblig. Comer. dec. 12.*

In hoc autem casu satis elucescit iustitia
mandati quoad fructus constante matrimonio
3 decursos ex pacto prædicto * per *tex. in cap. salubriter de vsur.* qui licet loquatur, quãdo datur
pignus, nihilominus eadem est ratio, quando in pecunia dos promittitur, vtrobique enim
consideratur iustum interesse propter onera
matrimonij *Abb. in cap. salubriter num. 3. de vsur. Ambros. de Vign. de vsur. num. 13. vers. secundo casu Dec. in cap. cum venerabilis num. 63. & seq. de except. Bald. in nouell. de dote par. 7. priuil. 3. num. 4. vsque ad fin. Nauarr. in manu. cap. 17. sub. num. 213. vers. & quia retulimus. Couar. var. resolut. lib. 3. c. 1. num. 3. vers. contrarium tamen Conrad. de contract. tract. 2. q. 35. conclus. 5. fol. 158. & conclus. 7. fol. 159 lap. in cap. per vestras §. 8. incipit, octauo infertur num. 2. de donat. inter vir. & vxor. Molin. de Primog. Hispan. lib. 4. c. 5. num. 6. Surd. de alim. tit. 1. q. 42. num. 147. Giurb dec. 72. num. 3. vers. nam valet Azor. instit. moral. par. 3. lib. 7. c. 9. col. 2. post med.* & dixit *Rota in causa Romana dotis 5. Iulij 1599. coram bo. mem. Iusto,* quæ est 129. *post primum vol. cons. Farinac.* & in alia *Romana fructuum dotis 19. Ianuarij 1600. coram eodem, & in alia Romana* pariter *fructuum dotis 10. Nouembris eiusdem anni coram Litta,* nouissimeque in *Tiburtina fructuum 19. Iunij 1623. coram R. P. D. meo Nauarro,* quæ in hac parte non potest impugnari.

Neque obstat, quod agitur de bonis subiectis fideicommisso, quæ non possunt alienari
4 pro fructibus dotis restituendis * *Seraph. dec.*
481. num. 2. quia quicquid sit de hac opinione,
cum *Peregr. de fideicom. art. 42. num. 96. in pri-*
5 *mo notabili* teneat contrarium, * & *Fusar. de subst. quæst. 531. num. 41.* distinguat, quod aut
Martius fuit negligens, & bona non possunt
6 alienari, * aut non fuit negligens, & possunt
alienari, in hoc casu non agitur de fructibus extrahendis ex venditione bonorum fideicomisso subiectorum, sed an Paulus teneatur ad dictos, fructus, quem vtique teneri ambigendum non est etiam quod Petrus Antonius vellet satisfieri ex fructibus bonorum subiectorum fidei-
7 commisso, * vt fuit resolutum in causa *Firmana*
seu Maceraten. dotis 9. Ianuarij 1622. coram R. P. D. meo Pirouano, in qua fuit dictum, quod mulier poterat agere Saluiano pro fructibus dotis etiam contra bona subiecta fideicommisso, cum Saluianum operetur, vt de fructibus satisfiat creditori.

Minus releuat, quod Paulus fuerat bannitus cum confiscatione bonorum, & propte-
8 rea videbatur liberatus ab omni obligatione, *
Rota decis. 575. num. 1. p. 1. in recent. quia cum actiones Petri Antoni non fuerint extinctæ, sed in fiscum trãslatæ per eum postea fuerũt traslatę in Paulũ, cum is fuerit restitutus tam ad bo-
9 na, * quam ad honores *l. 2. & 3. ff. de sent. pass. l. 3. vbi Ang. nu. 1. & 3. C. eod. add. de rest. in integr. q. 97. nu. 9. Farin. qq. crim. q. 97. n. 180.*

Ratio secundi dicti, quod scilicet nõ sit locus
executioni quoad fructus soluto matrimonio
decursos, & fuit quia exceptio vsurariæ
10 prauitatis incontinenti probata impedit * processum executiuum, & sic obligationem Cameralem *Ias. in l. 1. num. 21. & seqq. C. de iur. & fact. ignor. Matth. Coler. de process. execut. par. 4. c. 2. num. 22. Andr. Ranchbar. par. 2. q. 35. num. 102. in fine,* cum aliis adductis per *Matth. Berlich. q. 57. numer. 56. par. 1. Carroc. dec. 133. numer. 4.* Hic autem, vt statim dimostrabitur hi fructus soluto matrimonio abs-
11 que vsuraria labe non debentur, * quando
forte sufficeret, quod articulus iuris in hoc esset saltem dubius, vt voluit *Thes. dec. 26. num. 15. vers. an inquam,* quem sequitur *Math. Berlich. d. conclus. 57. num. 61. par. 1.*

Quod vero promissio, de qua agitur, vbi contineat fructus soluto matrimonio sit vsuraria, ambigi non potest, illo enim soluto deficit requisitum, ex quo solutio fructuum sustinetur, nempe substentatio onerum matrimonialium, quæ præcipuè consistunt in vxore alenda secundum dignitatem generis, & quantitatem dotis *Lup. loco supra allegato numer. 4. vers. ex quo dicebat.* Immo cum titulus dotis extinctus sit, fructus non possunt solui amplius prò interesse matrimonij, sed simpliciter pro vsura, & sic debitum dotis soluendo vsuras vertitur in mutuum palliatum, vt ex *tex. in c. salubriter de vsur. vbi Innoc. num. 1. & 2. Hostien. num. 5. & 6. Io. Andr. num. 4. Abb. num. 4. Io. de Anan. col. penult. circ. med. vers. & ex præfatis, Bart. in l. & qui natura §. vsuras in fine ff. solut. matr. & cons. 128. nu. 2. lib. 1. & cons. 81. lib. 2. Bald. in rubr. C. de vsur. vers. quarto quæro & l. fin. § præterea num. 10. & in l. pro oneribus num. 3. C. de iur. dot. Alex. cons. 74. num. 13. & cons. 141. nu. 2. in princ. lib. 5. Negus. de pignor. 5. par. 5. membr. num. 17. Rolan cons. 55. nu. 1 & seqq.* & præsertim *num. 3. lib. 2. Cumia super rit. magn. Cur. c. 94. num. 1. vsque ad num. 6.* cum alijs per *Cæpoll. cons ciuil. 15. in princ. Manir. decis. 171. num. 4.* & fuit sæpissimè resolutum, & præsertim in *Bonon. dotis 4. Iulij 1597. coram bo. mem. Card. Pamphilio & in eadem 24. Maij 1600. coram bo. mem. Card. Lancellotto, & coram me & in causa Anconitana interesse 28. Iulii 1600.* & nouissime in *Nepesina laudi 10. Martij 1624. coram R. D. meo Caualerio S. D. N. Datario.*

Quæ etiam procedunt licet ex matrimo-
12 nio remanserint filij * *Ioan. de Anan. in d. cap. salubriter & l. pen. circa med. vers. ex præfatis videtur de vsur.* qui loquitur in fructibus pignoris, & sic in fortioribus terminis, quam in pecunia, & ratio est, quia circumscripto, *Statuto Vrbis cap. 137. lib. 1.* de quo statim dicitur de iure communi, si ipsa mulier viueret soluto matrimonio, vel non potuisset exigere fructus, vel si exegisset in sortem computare
13 teneretur * *l. Titia ff. de solut. Bart. in l. in Insulam §. vsuras ff. solut. matr. & in l. si pater in princ. ff. de dol. except.* & concludunt omnes *DD. in d. cap. salubriter de vsur.* & per consequens tenerentur hæredes vxoris, quia cessat ratio *cap. salubriter* scilicet alimentatio vxoris,

in

in quo consistunt principaliter onera matrimo-
nij secundum dignitatem illius,& quantitatem
dotis, eleganter *Lup. in d. c. per vestras num. 4.*
vers. ex quo dicebat Anan. vbi quod hæc opinio
est parum dubitabilis *Alex. cons. 74. num. 15.*
post med. vers. postremo circa tertiam, & numer.
16. *lib. 5. Ruin. cons. 162. num. 3. lib. 5. Peregr.*
cons. 99. numer. 5. cum seqq. lib. 3. & cons. 70.
num. 1. ante med. vers. attamen soluto matr. cons.
71. num. 6. & cons. 73. num. 1. vers. de iure au-
tem libr 4. Cost. de portio. & rata quæst. 51.
ante num. 1. vers. secunda est Giurb. qui testatur
hoc verius visum fuisse Magnæ Curiæ *super con-*
suetudine Messan. par. 1. cap. 3. glos. 5. sub num.
28. ad fin. vers. sed ab his Gratian. discept. Fo-
rens. cap. 427. à num. 4. ad 29. lib. 3. Scacc. de
comerc. & camb. §. 1. quæst. 7. par. 2. ampliat 8.
num. 176. post med. vers. extende 2. bene *Ias. in*
l. de diuisione num. 2. post princ. ff. solut. matr.
vbi quod ad effectum, vt fructus debeantur,
tria requiruntur, promissio dotis, matrimo-
nium, & sustentatio onerum.

Non obstat, quod fructus dotis debeantur
mulieri post iudicialem interpellationem ad
14 rationem *scut. 7. cum dimidio*, * etiam quod
debeat pignus dotale, vt disponitur in *Statut.*
Vrb. cap. 137. lib. 1. & ideo dispositum in
muliere habeat etiam locum in viro, *Ias. cons.*
112. num. 7. lib. 1. & in l. fin. num. 6. C. de ind.
vid. toll. vbi quod si maritus prohibetur relin-
15 quere vxori, * e conuerso vxor censetur pro-
hibita relinquere viro ea ratione, quia sunt
correlatiua *Curt. sen. cons. 12. num. 10.* Quia
quicquid sit de hac opinione, contrarium te-
net *Curt. iun. cons. 6. num. 15. Aym. de antiq.*
16 *temp. par. 4. §. videamus numer. 29. & 30.* *
qui dicunt, quod dispositum in vno correlati-
uo censetur repetitum in alio in effectibus ta-
men indiuiduis, vt puta si vir est prohibitus
relinquere, mulier censetur prohibita recipere,
secùs vero est in actibus separatis, quando vi-
delicet vir est prohibitus relinquere vxori,
vxor non censetur prohibita relinquere viro,
sique in nostris terminis casus essent seiuncti,
res sine difficultate procederet, cum statutum
sit correctorium iuris communis, sed cum vir,
& vxor sint correlatiua, & dispositum in vno
habeat etiam locum in altero, id intelligitur
17 ad effectum inclusionis ad nouum casum, *
Bald. eleganter *cons. 344. in fine lib. 3.* quod est
subscriptum à sex *DD.* quidquid tandem sit de
prædictis, cessat difficultas, quia statutum lo-
18 quitur discretiue de vidua, * & viro, vult
enim quod vidua habeat fructus ad rationem
septem cum dimidio, & admittit hanc taxati-
uam etiam quod habeat pignus dotale, de vi-
ro autem solum disponit, quod si is habeat fi-
lios post obitum vxoris percipiat fructus ex
pignore dotali, quapropter cum statutum
magis faueat vxori, quam viro, disposita in
vxore non vendicant sibi locum in viro *Dec.*
in l. sicut bonis num. 8. vers. & idem in Statuta
Parmensi ff. de in ius vocand.

Non obstant, quod si filij extant onera ma-
19 trimonij non extinguantur,* quæ consistunt,
nedum in alimentis vxoris, sed etiam filiorum.
Bart. in l. post dotem numer. 23. & ibi Roman.
numer. 39. vers. quarto dubitatur solut. matrim.
Cald. cons. 1. col. 1. ad med. de donat. inter vir.
& vxor. Socin. in cons. 35. num. 16. vers. quod
ratione suadetur lib. 1. Bero consil. 143. numer.
22. lib. 2. Socc. sen. cons. 9. num. 11. vers. sexto-
decimo probatur libr. primo. Gabriel. consil. 154.
num. 6. lib. 1. Franc. decis. 283. num. 14. & fuit
dictum in causa *Senogallien. dotis 26. Iunij*
1606. coram R. P. D. meo Pamphilio & in cau-
sa *Cesenaten. dotis 2. Decembris 1586. coram*
R. P. D. meo Remboldo, cum alijs adductis per
Cas. Manent. de iur. contr. liuell. part. 14. num.
80. cum seqq. quibus rationibus motus resoluit,
quod fructus dotis debeantur viro dissoluto
20 matrimonio per mortẽ vxoris,* si extant filij,
quod etiam considerat *Borgnin. dec. 26. sub n. 25.*
par. 3. & dec. 27. num. 18. in fine par. 4. & an-
te omnes hanc sententiam tenuit *Cum. super rit.*
Magn. Cur. cap. 93. num. 22. qui mouetur *ex*
l. si filia 3. 1. & l. si Maritus ff. fam. ercisc. Huic
21 enim motiuo fuit responsum * malè *Cas. Ma-*
nen. & Borgnin. applicare conclusionem prædi-
ctam ad casum, de quo agitur, quia *Doctores*
prædicti loquuntur in terminis consuetudinis
Martini, vt scilicet quod extantibus filijs, dos
22 non reuertatur ad patrem, * sed remaneat pe-
nes maritum, non enim extinguuntur onera
matrimonij, vbi extant filij; nam licet onus
liberorum sit onus naturæ, non matrimonij, ha-
bet tamèn originem à matrimonio, vt conside-
rat *Cald. d. cons. 1. col. 1. in fin.* & sit quatenus respi-
23 ciatur onus naturæ, * alimentatio spectat ad
patrem, qui ideo non potest petere interesse
dotis, vt in his terminis aduertit *Lup. in d.*
cap. per vestras §. octauo infertur num. 4. vers.
cessat etiam hoc casu Grat. discept. forens. 428.
num. 2. & adsunt Iura clara in *l. si quis à libe-*
ris ff. de lib. agnos. & in l. qui liberos §. fin. ff. de
rit. nupt. Dum vero onus liberorum considera-
tur tanquam habens originem a matrimonio
24 debetur dos, * cuius contemplatione fuit pro-
missa; Ita vt non debeat restitui socero, sed
debeat remanere penes generum, & ita lo-
quuntur *decisiones Rotales*; Hinc videtur satis
responsum ad *DD.* per *Gratian.* citatos in *appen.*
ad c. 427. col. 1. ante finem, quorum dicta au-
ctoritate solum soluit, alij verò supra allegati
loquuntur in terminis, de quibus infra dice-
tur.

Ad *Cum. in d. rit.* fuit responsum, vel quod
25 loquatur in terminis illius *ritus*, * vt aduertit
Scacc. de camb. §. 1. quæst. 7. ampl. 8. ante num.
177. vers. nec obstat, vel quod loquatur sine
ratione, quia vt dictum est, mouetur ex *l. si fi-*
lia 20. §. 1. & ex l. si maritus 47. ff. fam. ercisc.
Nam *text. in l. si filia* solum dicit, quod pluri-
26 bus fratribus extantibus, * si vnus habet vxo-
rem debet habere dotem patri datam, quia
ipse sustinet onera matrimonij, quapropter non
applicatur casui nostro *Textus* vero *in l. si ma-*
ritus dicit dumtaxat dotem debere esse apud
27 illum, qui sustinet onera matrimonij,* sed vt
bene aduertit *loco prædicto Lup.* licet filij sint
reliquiæ matrimonij, & ex dote matris sint alen-
28 di * vt in *d. l. si maritus §. fam. ercisc. secundum*
Bald.

Bald. si dotem col. 1. C. de fals. caus. adiecto leg.
29 illud procedit constante matrimonio. * & ita
proprie loquitur *d.l. si Maritus*, & subdit quod
inde est, quod quamuis vxor constante ma-
trimonio possit petere dotem à Marito vergen-
30 te ad inopiam, * mortua tamen vxore filij non
poterunt illam petere *Bart. in l. si constante col.
4. ff. solut. matr.* & ita intelligendus est *Romanus*
& circa per eum adducta *cons. 517. col. 2. post
med. vers. volens*, quod secundum dotis reddi-
tus vbi in specie allegat *text. in d. l. si filia* & in
d. l. si maritus ff. fam. ercisc. & ita etiam intelli-
31 gendi sunt * *Boher. cons. 6. numer. 10. Mandell.
cons. 315. num. 6. lib. 2. Franc. decis 383. num.
14. Barbos. in Rubr. solut. matr. numer. 13. &
Corrad. de contractib. tract. 2. quæst. 35. concl. 5.
num. 158.* omnes per *Gratian. adducti.*

Neque verum est, quod hi fructus ex pro-
32 missione debeãtur, vt voluit * *Gratian in append.
ad discept. 427. col. 2. vers. quamuis tamen, &
discept. 920. num. 30.* & ex cursu calami fuerit
scriptum in dicta *Tiburtina*, quia promissio in-
teresse non sustinetur nisi constante matrimo-
33 nio, * vt patet *ex DD. supra alleg. in prin.* illo
autem dissoluto sicuti nõ debẽtur fructus, quos
soluere esset vsura, ita promissio fructuum non
potest euitare vsuras, cum non solum diuino,
34 sed omni iure prohibitæ sint * *Bald. cons. 2443.
in princ. vsque ad num. 3. lib. 3. Ang. cons. 90.
in princip. Alex. cons. 1. in prin. lib. 2. Cagnol.
in l. curabit num. 3. C. de actio. empt. Clar. in §.
vsura num. 3. vers. secundum*, & prædicta adeo
vera sunt, vt nedum per pactum possint susti-
35 neri, * sed nec etiam quod plus est per dispen-
sationem *Alex. cons. 29. num. 2. & seq. lib. 4.*
vbi quod neque intuitu boni, neque mali eui-
36 tandi, * sed neque pro redimendis captiuis
potest dispensari, quod fiat vsura propter qua-
tuor, quia scilicet contendit Deus audacius,
naturam expressius, scripturas detetius, & iu-
ra diutius.

Vnde, quod merito promissio solutionis fru-
37 ctuum dotis corruat defuncta vxore * dicit
*Anguisc. cons. 16. num. 2. vers. ad hæc & DD.
num. 5. vers. & sic cessante lib. 5. Molin. de rit.
nupt. lib. 3. quæst. 39. num. 14. & seq.* imo si
aliter fuisset expresse conuentum nulliter etiam
esset conuentum *Anguisc. d. cons. 16. per totum
Gabr. cons. 152. à nu. 3. vsque ad 6. lib. 2. Mo-
lin. loco cit. num. 14. & seq. Surd. cons. 149. num.
14. lib. 2.*

Neque rursus verum est immo penitus fal-
sum, quod *Rota* alias admiserit pro validam
istam promissionem fructuum etiam soluto
matrimonio, & ad hoc allegetur *Romana fru-
ctuum dotis 27 Februarij & 12. Iunij 1606. co-
ram pia mẽ. Franc. Penia Rota Decano*, quia illa
38 *decisio* * loquitur in vidua non habente vnde
aliunde se aleret, in quibus terminis loquitur
etiam *decisio in causa Cæsenaten. fructuum dotis
13. Iunij 1603.* Præterea *decisio coram Penia* su-
stinetur ex *Statuto Vrbis*, & resolutio fuit capta
maxima cum difficultate, & causa fuerat plu-
ries proposita, vt optime testatur in princi-
pio, & Ego bene memini cum fuerim præsens
resolutioni.

Et ita vtraque parte informante conclu-
sum, &c.

Præsens decisio fuit confirmata die 28. Nouembris sequentis & 30. Ian. 1626.

REGIEN. VNIONIS.

Lunæ 12. Maij 1625.

ARGVMENTVM.

Erectio Parochialis in Collegiatam à quibus fieri possit. Confirmatio vnionis Ecclesiarum, an & quando valeat.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus potest erigere Parochialem in Collegiatam.*
2 *Amplia procedere tam in Ecclesia Regulari, quam Sæculari,*
Azor. institut. moral. lib. 6. cap. 30. q. 2. *reprobatur num. 1.*
3 *Legatus à latere potest erigere Parochialem in Collegiatam. Amplia num. 2.*
4 *Vnio Parochialis potest fieri ab eo, qui cætera beneficia vnire potest.*
5 *Legatus à latere erigendo dignitatem potest vnire.*
6 *Sub Exarcatu Rauennæ comprehenditur Diœcesis Regiensis.*
7 *Erectiones Parochialium in Collegiatam solent fieri per Papam.*
8 *Et tutius est, quod per Papam fiant.*
9 *Erectio Parochialis in Collegiatam à Papa ad cautelam obtenta non nocet.*
10 *Sed laudabilis est ad tollendam dubitationem.*
11 *Vnionis effectuatio probatur ex ibi deductis.*
12 *Clausula* cedentibus, vel decedentibus *nõ comprehendit resignationem ad fauorem certæ personæ.*
13 *Vnionem non habuisse effectum probatur ex eo, quod fuit simpliciter facta prouisio absque vnionum suspensione.*
Clausula absque vnionum suspensione *solet apponi de stylo Datariæ in prouisionibus de vnitis, cum primum vacauerint num. 13.*
14 *Confirmatio erectionis Parochialis in Collegiatam, & vnionis, non potest de subreptione redargui, ex quo non fuit narratum, vnionem non habuisse effectum.*
15 *Ad subreptionem euitandam generalis scientia suffragatur.*
16 *Confirmatio in forma communi parum, aut nihil operatur.*
17 *Confirmatio in forma communi dicitur si non adfuit causæ cognitio, & sic certa scientia.*
18 *Confirmatio ex certa scientia dicitur facta, quando fuit insertus tenor, & substantia omnium, licet non per verba formalia num. 20.*
19 *Confirmatio ad hoc vt substineatur debet totum factum narrari Principi, nec sufficit narratio generalis. Vide ibi.*
21 *Confirmatio vnionis ex certa scientia nihil operatur*

tur cum Papa ignorauit vnionem fuisse antiqua tam, & subiacere Regulæ reuocatoriæ.

22 *Confirmatio ex certa scientia procedit quoad ea, quæ sunt iuris, non autem quoad factum.*

23 *Confirmatio vnionis, quæ non fuit sortita effectum, & quæ fuit reuocata per Regulas nihil releuat, quia si Papa sciuisset illas reuocatas nunquam concessisset.*

24 Regula antiqua reuocatoria vnionum *non habet locum, dum vnio fuit facta pro dote necessaria & in augumentum cultus Diuini.*

25 *Moderna* Regula reuocatoria vnionum *potest dubitari an reuocet vniones.*

26 Regula reuocatoria vnionum *non operatur, quando vnio in parte habuit effectum.*

27 *Clausula* dumodo in vsu esset *apposita in confirmatione non operatur in casu, de quo ibi.*

28 *Clausula* saluis quoad ius conferendi reseruationibus, & affectionibus Apostolicis *apposita in confirmatione vnionis intelligenda est, quatenus non adesset iuspatronatus; alias secus. Amplia num. 29.*

DECISIO MDLXXIII.

Difficultas huius dubij, an scilicet sit danda immissio Iannoto, consistit in eo, an constet de vnione Parochialis S. Martini, quam ipse vti liberam ex vacatione in mense reseruato à Sede Apostolica impetrauit, vnionem constat esse factam de anno 1508. à Cardinale Papien. Legato Bononiæ, qui erexit prædictam Ecclesiam Parochialem Sancti Querini in Collegiatam, eique inter alia vniuit prædictam Ecclesiam S. Martini, quapropter cum Episcopus possit erigere Parochialem in Collegiatam * quic-
1 quid dicat *Azor. instit. moral. lib. 6. cap. 30. q. 2.* vt est *text. in cap. quoniam de vita, et honest. Cleric. vbi Abb. in antiq. num. 1. Io. Andr. num. 3. Butr. num. 2. in fin. Abb. num. 2. & 6.* de communi *Imol. num. 1.* quæ procedunt nedum in Ecclesia
2 Regulari, prout voluit *gloss. in d. cap. quoniam in verbo qui simul*, sed etiam in Ecclesia sæculari communem testantur *Abb. ibidem dict. num. 6. Imol. in princ.* Ita etiam Legatus à latere potuit
3 facere prædictam erectionem,* vt in puncto dicit *Gamb. de offic. Legat. lib. 5. tit. de potest. legati in erigen. nou. benefic. num. 30.* & bene quidem
4 potuit Parochialem vnire,* qui cætera beneficia vnire potest *Rota decis. 1. & 2. de offic. legat. in nou. Gamb. eodem lib. 5. tit. de potest. leg. in vnien. per totum* cum cumulatis per *Garz. de benefic. par. 12. cap. 2. num. 62.* & in puncto quod
5 Legatus erigendo dignitatem possit vnire,* quia vtrumque est in sua potestate dicit *Gamb. d. loco num. 11.* Nec potest ambigi quin Diœcesis Regien. compræhenderetur sub illius iurisdictione,
6 cum esset legatus Exarcatus Rauennæ, * sub quo compræhenditur Diœcesis Regien. vt patet ex prouinc. omnium Ecclesiarum apud *Rebuff. post praxim.*

Neq; est verum, quod dicta erectio, & vnio nõ habuerit effectum, cum Leo X. anno septimo sui Pontificatus 11. Kal. Ianuarij de nouo erexit Ecclesiam in Collegiatam, & vniuit Parochialem de Fabrico, de alijs nulla prorsus habita mentione, quæ litteræ *in forma rationi congruit* fuerunt expeditæ per Clementem VII. de anno 1527. 6. Kal. Decembris, & vnio ipsa beneficij vsque ad hæc tempora non reperiatur effectuata, nam fuit responsum circa erectionem, quod cum aliqui dicant similes erectiones consueuisse
7 se fieri per Papam, * vt aduertit *Rebuff. tit. de erect. in Colleg. & Fusch. de visit. lib. 2. cap. 1. nu. 6.* vbi notat tutius esse quod illæ per Papam fiãt *
8 *Garz. par. 12. cap. 5. in fine*, ista erectio obtenta à Leone censetur ad cautelam obtenta, quæ cum abundet, non nocet * *l. testamentum*
9 *C. de testam.* & hanc esse iuris regulam dicit *Roman. cons. 347. num. 7.* sed laudabilis est ad
10 tollendam dubietatem * *Guidop. dec. 129. ad finem.*

Circa vnionem vero fuit responsum, quod aut consideratur, illam non habuisse effectum vsque ad tempora Leonis, vel vsque ad præsens, si vsque ad tempora Leonis non probatur, quia de anno 1507. ante litteras Cardinalis Papien. fuerat prouisus de hac Paro-
11 chiali Nicolaus de Corrigia. * qui de anno 1519. resignauit ad fauorem Nicolai de Corrigia iunioris, & demum Dominus Nicolaus de anno 1551. resignauit ad fauorem Leonelli de Corrigia, qui licet appellatur in dictis litteris Nicolaus Leonellus, apparet tamen, quod idem est cum Nicolao iuniore, & sic non potest considerari non effectuatio, cum litteræ Cardinalis legati contineant clau-
12 sulam *cedentibus, vel decedentibus Rectoribus*, * quæ non comprehendit resignationem ad fauorem certæ personæ *Cassad. dec. 3. de renunc. Felyn. in cap. in nostra concl. 5. num. 15. de rescript. Mand. de signat. Grat. tit. de resignat. vers. non obstat.* Nec potest fieri vis in eo, quod Leo X. vniuerit Ecclesiam de Fabrico, & de alijs non fecerat mentionem, quia tunc dicta Ecclesia vacabat per cessationem commendæ ob liberam dimissionem Francisci Cardinalis Ostiensis in manibus Papæ; vnde cum possee dubitari, an gratia Legati tunc posset habere effectũ. Ideo potuit fieri prædicta vnio per Leonem, non autem pernecesse potest inferri quod idcircò fuerit facta, quia litteræ Cardinalis Papien. non habuerunt effectum: Aut vero dicitur vnionem vsque ad hæc tempora non habuisse effectum, & repetendum est, quod litteræ Cardinalis habent clausulam *cedentibus, vel decedentibus*. Et ideo cum excludant resignationes ad fauorem; nunquam dicta clausula fuit iustificata. Fuerunt enim factæ dictæ resignationes ad fauorem, & vltima supra relata fuit de anno 1551. fauore Leonelli de Corrigia, qui pariter de anno 1560. resignauit ad fauorem Antonij de Corrigia, per cuius obitum vacauit Parochialis, & reuocatio dedit causam liti.

Et quamuis replicaretur, quod huiusmodi status, ostendit non effectuationem nec Capitulum possit iuuari litteris San. Mem. Pij V. expeditis per fel. rec. Greg. XIII. *in forma rationi congruit*, licet enim confirmauerit omnia contenta in litteris Cardinalis Papien. & Leonis X. & quæcumque inde secuta. Tamen ad-

addidit clausulam *licita tamen, et honesta, et dummodo in vsu essent*. Vnio autem huius Ecclesiæ S. Martini non habuit effectum, cum simpliciter fuerit prouisa absque vnionum suspensione, * quæ clausula solet apponi de stylo Datariæ in prouisionibus de vnitis, cum priorum vacauerint *Paris. de resig. lib. 2. q. 9. num. 12.* & sic appareat de non effectuatione; Nam fuit iterum replicatum, quod aut adest prædicta clausula cum suspensione vnionum, & cessat omnis difficultas, aut non adest, & litteræ suffragantur S.m. Pauli V. cui cum omnia prædicta fuerint exposita scilicet erectionem, & vnionem Cardinalis Papien. Leonis X. & Pij V. omnia fuerunt confirmata. Nec dictæ litteræ possunt de subreptione redargui, ex quo non fuerit narratum, * vnionem prædictæ Ecclesiæ Sancti Martini nunquam fuisse effectuatam, quod optime iustificatur ex testibus in hac causa examinatis. Nam cum Papa cogitare potuerit, quoad Ecclesiam S. Martini non interuenisse effectũ, sufficit ad euitandã subreptionem, ad hunc enim effectum generalis scientia * optime suffragatur *Cassad. dec. 12. nu. 6. de præben. Aym. cons. 79. nu. 8. Lap. alleg. 89. nu. 6. vers. item licet taciturnitas*, & fuit dictum *coram me in causa Pampilonen. de Ianzi 23. Maij* 1608. & in *Ferrarien. de Tassonis 14. Iunij* 1621. *coram R.P.D. meo Vbaldo Rota decis. 622. num. 13. lib. 3. par. 3. & decis. 210. num. 5. par. 1. in rec.*

13

14

15

Neque dicatur, quod huiusmodi confirmatio fuerit in forma communi, quæ parum, aut nihil operatur * *cap. 1. & cap. examinata de confirm. vtil. vel inutil.* & vtrobique *gloss. & DD. cap. quia diuersitatem vbi Abb. num. 9. de concess. præben. Cassad. decis. vnica num. 2. de confirm. vtil. vel inutil.* Nam fuit responsum, hanc confirmationem fuisse ex certa scientia, cum adsit causæ cognitio; In forma autem communi diceretur, * si prædicta cognitio non adfuisset *gloss. in cap. 1. in verbo de quæstione de confirm. vtil. vel inutil. Afflict. in tit. de iur. suo cur. obser. num. 5. rubr. 4. lib. 3. Alex. cons. 15. num. 2. in fine, & num. 3. lib. 5.* Quod autem adsit causæ cognitio, & sic certa scientia * satis patet, cum fuerit insertus tenor, & substantia quasi de verbo ad verbum litterarum Cardinalis Papien. Leonis X. & Pij V. *gloss. in cap. Pastoralis §. præterea in verbo ex certa scientia de offic. deleg. Felyn. in c. cum inter col. 1. & 2. de except. Dec. in rubr. nu. 9. & in d. cap. 1. num. 4. de except. & in cap. præterea num. 15. de confirm. vtil. vel inutil.* & fuit dictum in causa *Abulen. vnionis 26. Ianuarij 1588. coram Orano*, & in *Toletana admissionis 17. Iunij 1609. coram R.P.D. meo Pamphilio*, & in d. *Ferrarien. de Tassonis coram D. meo Vbaldo*, quapropter cessat dictum * *Abbatis in d. c. quia diuersitatem n. 9. in fine de concess. præben. & Card. cons. 44. n. 6. Aretin. cons. 8. n. 3. vers. 2. Paris. cons. 3. n. 48. & seq. lib. 4.* asserentium deberi totum factum narrari Principi, nec sufficere narrationem generalem quia verè attento etiã istorum vigore cõfirmatio potest dici ex certa scientia, cum hic adsit specialis, * & indiuidua narratio licet per verba formalia tenor ipse non fuerit insertus.

16

17

18

19

20

Non obstat, quod confirmatio ex certa scientia nihil potuerit operari, cum Papa ignorauerit hanc vnionem fuisse antiquatam, * & subiacere *Regulæ reuocatoriæ*, quasi non *Regulam* sed factum ignorauit, scilicet quod vnio subiaceret reuocationi *Regulæ*, confirmatio enim ex certa scientia procedit quoad ea, * quæ sunt iuris, non autem quoad factum *Afflict. in eodem tit. de iure suo Cur. obseru. numer. 6. rub. 4. lib. 3.* & in terminis est *notabile Cancellariæ* his verbis conceptum, *vbi petitur confirmatio vnionis, quæ non est sortita effectum, & quæ fuit reuocata per Regulas*, * *noua Papa signatura confirmationis nihil releuat. Si enim Papa sciuisset illas reuocatas nunquam concessisset*: quæ eo magis procedunt, quia in litteris Pij V. confirmatis adest clausula *dummodo in vsu esset*; nã hoc motiuum facilè tollitur ex eo, quod Papa sciuerit, hanc vnionem non habuisse effectum, cum fuit narrata effectuatio aliarum duarum Parochialium, vt supra dictum est: Et quantum attinet ad reuocationem vnionis ex capite *Regulæ*, hoc non officit, aut enim attenditur tempus antiquarum *Regularum*, & cum Ecclesia fuerit erecta in Collegiatam, & dicti ministri vnio fuit pro dote necessaria, & in augumentum cultus diuini, & ideò *Regula* non habuit locum * *Mohed. decis. 7. de priuil. Crescent. decis. 1. de Paroch.* & fuit pluries resolutum: aut tempus inspicitur modernarum Regularum, & licet posset dubitari, * An istæ reuocent vniones ex deductis in causa *Toletana de Pastrana 23. Ianuarij 1608. & 25. Iunij 1610. coram R.P.D. meo Pamphilio.*

21

22

23

24

25

Tamen cum vnio in parte habuerit effectum, *Regula reuocatoria* non operatur, * vt fuit resolutum in causa *Mediolanen. Canonicatus 18. Decembris 1587. coram Robusterio* per *cons. Oldrad. 283. num. 7.* & si sic, & *Guidop. cons. 134. sub nu. 5. ad fin. & seqq.* Nec consideratione videtur dignum, quod in litteris Pij V. adsit clausula *dummodo in vsu esset*, quia sufficit * quod san. me. Paulus V. confirmauerit etiam litteras Cardinalis Papien. in quibus nulla adest restrictiua,

26

27

Denique non obstat, quod in litteris Pauli V. adsit clausula *saluis quoad ius conferendi reseruationibus, & affectionibus Apostolicis*; quia aduerten. est, quod de duobus fuit actum, de erectione videlicet. * & vnione, vnumque suppositum fuit, nimirum, quod Ecclesia esset de Iurepatronatus nobilissimę familiæ DD. Corrigij, & ideò Papa voluit confirmare erectionem, & vnionem, non autem Iuspatronatus, si non adesset, quapropter illam clausulam apposuit *saluis quoad Ius conferendi reseruationibus, & affectionibus Apostolicis*, quæ verba sunt intelligenda quatenus non adesset Iuspatronatus, alias secus, & iste intellectus suadetur ex verbis in fine litterarum Pauli appositis *Per præsentes autem non intendimus d. Iuspatronatus Domini in temporalibus dicti Oppidi vllo modo reseruatus censeatur*, * *nisi quatenus eis ex fundatione, vel dotatione competat, illudque coram loci Ordinario legitime verificatum fuerit, & alias habeat qualitates à Concilio prædicto requisitas.*

28

29

Ex

Ex quibus Domini recesserunt *à decisione facta 5. Maij 1623.* cum hodie multa deducta fuerint in facto, quæ tunc non fuerant iustificata. Et hoc nisi obstet iustificatio valoris, de quo erit particulariter agendum &c.

ROMANA STAGNI.

Merc. 21. Maij 1625.

ARGVMENTVM.

Patet ex summario.

SVMMARIVM.

1 *Ad possessionem ammittendam requiritur taciturnitas decem annorum.*
2 *Limita quando vltra taciturnitatem concurrit etiam scientia quod scilicet alius possideat, quo casu minus tempus requiritur.*

DECISIO MDLXXIV.

Domini non recesserunt à tribus *decisionibus* in hac causa factis, in quibus fuit resolutum creditoribus de Quinque dandum esse mandatum de manutenendo ex rationibus inibi deductis.

Neque obstat, quod constet de anteriori possessione fratrum de Quinque, qua non fuerunt spoliati per immissionem concessam per Iudicem de anno 1601. cum nulliter processerit, quia quicquid sit, an Iudex rite, & recte processerit, satis est creditoribus, quod fratres de Quinque ab anno 1601. vsque ad annum 1604. tacuerint, & quamuis ad effectum
1 vt censeatur ammissa possessio * requiratur taciturnitas per decennium; Attamen cum fra-
2 tres scirent Creditores possidere, * & petierint alimenta à credatoribus, allegando, quod omnia bona fuerint ab illis occupata, & posuerint in calculo fructus huius Stagni vti prouenientes ex bonis prædictis non vti suos, satis constat de scientia, & acquiescentia, quod quod creditores possiderent, quare requiritur minus tempus decennii ad perdendam possessionem *iuxta cons. Aymon. 235. n. 1.* quod *Rota* passim sequitur, & nouissime fuit resolutum in causa *Bonon. Professionis 14. Martii 1622. coram R P D. meo Merlino.*

Non obstat, quod alimenta fuerunt petita pro lite vertente super bonis subiectis fideicommisso; non autem super portionibus stagni, quas prætenditur deberi ex pacto, & prouidentia. Quia in hoc non fit ius, sed in eo quod fuerit narratum omnia bona occupari à creditoribus; Vnde ex acquiescentia, & ex præfatis actibus constat fratres acquieuisse immissioni concessæ creditoribus. Quapropter ad perdendam possessionem sufficit minus tempus, quàm decennium.

Non obstat, quod calculus fuerit post annum 1611. de quo tempore fratres renouauerant Iudicium, quia quicquid sit de hoc, principale fundamentum non fuit factum in calculo sed consequutiue ad alia, & quod etiam monuit Dominos est, quod fratres de Quinque erant in possessione, & concessa immissione creditoribus, nec reclamarunt, nec aliquid oppofuerunt. Et quamuis prætendatur aliquos ex fratribus non fuisse citatos, non refert, quia hodie non agitur de validitate illius iudicij, & an ex immissione fratres fuerint priuati possessione, sed solum an fuerint priuati ex eorum acquiescentia quod affirmatiue fuit resolutum ex rationibus prædictis.

Et ità conclusum &c.

ROMANA DOTIS.

Marcurij 21. Maij 1625.

ARGVMENTVM.

Positiones tunc pro confessis pronunciari possunt, quando concurrunt illa quinque de quibus *in c. 2. de confess. in 6.* secus è conuerso. Mulier ad cuius fauorem est appositum præcarium pro satisfactione suę dotis in bonis viri potest propria auctoritate ingredi illorum possessionem, & ad hunc effectum præsumitur mutasse causam suæ possessionis iure familiaritatis in ius proprium. Mulier an possit sibi præiudicare accipiendo bona loco pecuniæ pro sua dote.

SVMMARIVM.

1 *Positiones habitę à Iudice pro confessis probant contra partem.*
2 *Declara procedere quando concurrunt illa quinque, de quibus ibi, secus è conuerso.*
3 *Mulier propria auctoritate non potest ingredi bona dotalia, vel pro dote obligata.*
4 *Limita, quando mulier habet præcarium ad sui fauorem pro restitutione dotis, vel alias possessio vera ad ipsam peruenerit.*
5 *Præcarium dicitur concessum, quando fuit data licentia capiendi propria auctoritate possessionem bonorum in genere, & in specie absque vitio spolij &c.*
6 *Mulier, quæ est in possessione bonorum viri iure familiaritatis præsumitur sibi mutasse causam suæ possessionis.*
7 *Mulier habere bona viri loco pignoris constat ex eo, quod ante Iudicis pronunciationem insolutum nullo pacto habere poterat.*
8 *Dos eo modo quo traditur debet restitui, & assignari.*
9 *Mulier non potest sibi præiudicare circa dotem accipiendo bona loco pecuniæ. Vide ibi.*

10 *Idque maxime procedit in Vrbe absque solemnitatibus requisitis in qualibet renunciatione, & pacto de non petendo, vel similibus in quibus potest lædi.*

11 *Mulier pro sua dote accipiendo bona loco pecuniæ potest lædi.*

12 *Mulier potest variare de vno corpore ad aliud pro consecutione suæ dotis, dum non constat de præcedente effectiua satisfactione.*

13 *Pro Paripherno competit mulieri tacita hypotheca in bonis viri.*

DECISIO MDLXXV.

IN iudicio asecurationis dotis, & lucri dotalis, quod mulier intentauit contra virum, & illius creditores AC. pronunciauit asignanda scuta 7. m. in Monte Pietatis inuestienda in tot locis montium, prout fuerunt postea inuestita, & asignata, in hoc partes benè conueniunt. Pro residuo autem dotis, & lucri dotalis pronunciauit immittendam fore in actualem possessionem bonorum per Maritum tentorum, & possessorum, quæ sufficere debeant pro concurrenti quantitate d. residui dotis, & lucri iuxta æstimationem, citatis creditoribus per Peritos faciendam, ac prununciauit fructus dotis deberi ad rationem scutorum septem cum dimidio à die petitæ asecurationis, vsque ad diem actualis immissionis decursis & decurrendis.

Stante hac serie facti, dubitaui an constaret de satisfactione vxoris, itaut teneatur relaxare bona, & quæ, & quoad satisfactionem respectu scut. 7000. non adest controuersia inter partes; difficultas dumtaxat est, an de residuo fuerit satisfacta.

Ad docendum de satisfactione dicebatur,
quod Maritus dedit positiones, quæ continent,
quod mulier nedum habuit d. scuta
7. m. sed etiam domum magnam, apothecas
in prædicta domo, & alia, quæ quidem posi-
1 tiones à Iudice fuerunt habitæ pro confessis, *
& ideò probant contra mulierem *cap. 2 de confess. in 6.* sed Domini dixerunt, quod dd. positiones non continent satisfactionem dotis, de qua agitur, sed possessionem bonorum, quæ non negatur, sed ex ea vere retinuit iure pignoris dotalis, vt statim dicetur, & in omnem
euentum forma d. *cap. 2.* præcisè seruanda
2 erat * propter illius rigorem *Rota decis. 3. de confess. in antiq. Seraph. dec. 408. in fine*, & fuit dictum in causa *Romana pecuniaria 17. Februarij 1599. coram Lancellotto*; forma illius *cap.* est: Primo quod principali cooperto in iudicio positiones sint lectæ & datæ intelligi: Secundo quod in faciem sit monitus à Iudice respondere, non enim sufficeret per nuncium moneri: Tertio quod absque rationabili causa respondere non recuset; Quarto quod fuit accusata contumacia rei in termino non respondentis: Quinto quod fuit secuta interlocutoria iudicialis facti declaratoria *Franch. in d. c. 2. n. 9. Rota Genuen. decis. 162. num. 10.* & fuit dictum in prædictis *decisionibus Seraphini, & Lancellotti*; quia cum non constet, prædictam formam fuisse seruatam, non potuit pronunciari positiones habendas esse pro confessis, & sic firmandum est sententiam AC. quoad secundam, & tertiam partem scilicet residui dotis, & fructuum dotalium non constare habuisse effectum.

Secundo dicebatur, vxorem de anno 1611. aduersus quendam creditorem velle se pro assecuratione suæ dotis, Iuriumque dotalium quæcunque mobilia, & semouentia, & supellectilia domus, vna cum domo, & vinea, & quatenus non sufficiant reliqua bona sui viri pro concurrenti quantitate scut. 12500. dotalium; Punctus ergò difficultatis versatur in duobus; Primo an mulier habuit ista bona, & quatenus sic, an habuit pro satisfactione vel loco pignoris: Ad cuius declarationem aduertendum est, an tunc esset locus assecurationi dotis, quia sententia A. C. fuit lata de anno sequenti post d. actum, videlicet de anno 1612, si enim erat locus assecurationi, licet regulariter mulier propria auctoritate non possit in-
3 gredi bona dotalia, * vel pro dote obligata *l. dotis actione C. solut. matr.* tamen conclusio non
procedit, quando mulier habet precariũ ad sui
4 fauorem pro restitutione dotis * vel alias possessio vera ad ipsam peruenerit *Dec. cons. 332. num. 2. & cons. 671. num. 1.* hic autem aderat præcarium, quia in instrumento dotali maritus
dedit facultatem, licentiam, potestatem vxori,
5 seu quibus d. dos venerit de iure restituenda *
constante, aut soluto matrimonio possessionem bonorũ in genere, & in specie capien. propria authoritate absque alicuius Iudicis licentia, & absque vitio spolij nullitatis, & attentorum, captaque & apprehensa retinendi, illaque vendendi, & alienandi pro concurrenti quantitate, & interim &c. constituit &c. Quare stante prædicta protestatione, cum esset in possessione iure familiaritatis præsumitur sibi
6 mutasse causam possessionis * *Bald. in l. penult. sub n. 1. C. de pignor.* & velle retinere pro sua dote *Dec. cons. 400. num. 5.* ex quibus omnibus, & actis postea subsecutis visum fuit Dominis posse firmari, mulierem habuisse dicta bona.

Circa secundum an habuerit in solutum, vel
loco pignoris fuit responsum de facto habuis-
7 se loco pignoris, * cum ante Iudicis pronunciationem in solutum nullo pacto habere potuerit *Castrens. in l. 2. numer. 3. ff. solut. matr. Thesaur. decis. 207. num. 2.* maximè, quia mulier sibi præiudicauit, accipiendo bona loco pecu-
niæ; cum enim dos fuerit constituta in pecu-
8 nia, * ita etiam erat restituenda, nam dos eo modo, quo traditur debet restitui, vel assignari *l. rei in dotem datæ ff. de iure dot. Rolan. cons. 86. num. 4. vers. veruntamen, & num. 7. in fine lib. 4. Aym. cons. 148. num. 6. vers. quia*, & ideo in pecunia colocari debet *Bart. in l. si constante in 3. quæst. princip. num. . & 37. ff. solut. matr.* & fuit resolutum in *Romana dotis 27. Iunij 1603. coram Penia*, & quamuis quæstio sit, an mulier pos-
9 sit sibi præiudicare circa dotem * ex add. per *Put. 364. num. 2. lib. 3.* ibique Rota videatur inclinare pro negatiua quicquid sit de hoc, in

Vr-

10 Vrbe non poterat fieri absque solemnitatibus
requisitis in qualiber renunciatione, & pacto
de non petendo, vel similibus, quibus mu-
lier potest lædi *Boccacc. de Constit. Aegid. Glos. d.
num. 19. & seqq.* & indubitatum est mulierem
potuisse lędi accipiendo bona loco pecunia-
11 rum, * *Hond. conf. 14. num. 58. & conf. 41. num.
51. lib. 1.* & considerauit Rota d. *Bononien. dotis*
ea ratione, quia cum maiori vtilitate pecunię
inuestiuntur in emptione censuum, & simi-
lium.

Ideò dixerunt Domini non constare de tali
satisfactione quominus mulier potuerit varia-
12 re, * habendam tamen esse ratione fructuum
perceptorum in ponenda ratione fructuum
dotis iuxta sententiam A.C. & quoad quinque
loca montium, quæ mulier habuit pro Para-
ferno videndum de consumptione, nam etiam
pro illo si non comprehenditur sub expressa
hypotheca, de quo si opus fuerit, poterit vi-
deri, saltem competit tacita hypotheca * ad
l. vlt. C. de pact. conuent. & reperitur in *Bonon.
pecuniaria 11. Decembris 1600. coram me.*

Et ita conclusum &c.

BONONIEN. VSVSFRVCTVS.

Veneris 23. Maij 1625.

ARGVMENTVM.

Substitutus in casu quo vxor testatoris se-
cundo nuberet statim admittitur ac con-
uolauit ad secundas nuptias, quod am-
pliatur, vt patet *ex Summario*.

SVMMARIVM.

1 *Legatum vsusfructus relicti per maritum vxori
adiectis verbis* stando però vedoua, casta, &
honesta *non debetur si transiuit ad secundas nu-
ptias, sed admittitur substitutus in eo casu vo-
catus num. 3. Amplia num. 4.*

2 *Amplia etiam si vsusfructus fuerit relictus iure
institutionis.*

3 *Substitutus sub conditione si vxor transierit ad se-
cundas nuptias admittitur statim, ac secunda
vice nupsit.*

4 *Amplia etiamsi vxor obtinuerit gratiam in forma
commissaria directam alicui Iudici, qui arbitrio
suam licentiam contrahendi concederet retento
legato sibi à marito facto, si matrimonium
fuit contractum, antequam gratia præsentare-
tur.*

5 *Regula* de iur. quæst. non toll. *requirit specificam,
& indiuiduam derogationem.*

6 *Nec sufficit derrogatio in genere cum clausula*
quorum tenores.

7 *Gratia subsistit etiam sine derogatione* Regulæ de
iur. quæst. non toll. *quando de sui natura est
præiudicialis, vbi Papa scit quod præiudicatur
Decl. num. 8. & seqq.*

8 Cassad. decis. 1. depriuil. *declaratur.*

9 Corn. cons. 83. num. 16. lib. 4. *declaratur.*
Seraphin. decis. 772. numer. 4. *declaratur
num. 9.*

10 *Gratia, in qua adest clausula de non tollendo ius
quæsitum remanet nulla quando necessario requi-
ritur derrogatio* Regulæ de iur. quæsit. non
toll.

DECISIO MDLXXVI.

FVit resolutum Valeriæ non deberi vsumfru-
ctum, quia ei fuerit relictus per maritum
1 adiectis verbis * *stando però vedoua, casta & ho-
nesta*, & ipsa transiuerit ad secundas nuptias
non adimpleuit conditionem, & sic vsusfructus
non debetur *auth. cui relictum C. de ind. vidut.
Alex cons. 29. in princ. lib. 4. Paris. cons. 95.
num. 44. & seqq. & præsertim 54. lib. 2.* quod
procedit etiam si vsusfructus fuerit relictus iure
2 institutionis * *Fulgos. cons. 98. numer. 2. vers.
sed eum conditio*, idcirco debetur Catharinæ ex-
3 presse substitutæ, * vt legitur in testamento
ibi, *e caso che lei si maritasse* scilicet Valeria
*di che tempo si voglia, all'hora vuole detto Testato-
re, che del tutto pienamente sia vsufructuaria la
detta sua Sorella* scilicet Catherina, *come così in
tal caso instituisce nel tutto herede vsufructua-
ria.*

Non officiunt gratiæ, quas Valeria obtinuit
à S. M. Gregorio XV. quia si nititur prima
gratia, & illa non suffragatur, nam illa non
4 fuit facta in forma gratiosa, * sed in forma
commissaria directa Vicario Bonon. qui arbi-
trio suo licentiam contrahendi concederet re-
tento vsufructu, quapropter cum matrimo-
nium fuerit contractum antequam gratia præ-
sentaretur, & fieret executio, expirauit; Res
enim non erat amplius integra ex deductis in
decisione 167. num. 9. par. 2. recent. Aut nititur
secunda gratia, in quo idem Summus Ponti-
fex voluit primas litteras valere à die datæ se-
cundarum litterarum cum derogatione *Regulæ
de iure quæsito non tollendo*, & hæc pariter non
suffragatur; quia Sanctissimus D. N. modera-
tus fuit istam gratiam, perinde, ac si concessa
fuisset absque derogatione dictæ *Regulę de iur.
5 quæs. non toll.* quæ requirit specificam, * & in-
diuiduam derogationem, nec sufficiunt clau-
sulæ generales *Verall. decis. 30. parte 3.* adeo
vt nec sufficiat derrogatio *Regulæ* in genere,
6 quamuis adiecta sit clausula * *quorum tenores*, ita
fuit resolutum in causa *Oscen. Indulti 10. De-
cembris 1599. coram Illustrissimo Mellino Capu-
taq. decis. 30. par. 3.*

Non obstat, quod hæc secunda gratia sub-
sistat etiam sine derrogatione *Regula de iur.
quæst. non toll.* cum de sui natura sit præiudicia-
7 lis * vbi Papa scit, quod præiudicat *Cassad.
decis. prima de priuil. Corn. cons. 83. numer. 16.
lib 4. Seraph. decis. 772. num. 4.* & fuit pluries
resolutum. Quia Dominis placuit distinctio
alia facta in causa *Cæsaraugustana Iurisdictionis
5. Febr. 1609. coram bo. mem. Cardinali Sacra-
to*, quæ est *decis. 174. num. 3. & 4. part. prima
in rec.*

Quod autem gratia de sui natura est præiu-
dicia-

8 dicialis, aut est talis ex narratis,* si de sui natura talis est, vt puta si eximat à decimis, prout loquitur *Cassad.* vel si eximat ab Episcopo,
9 prout procedit *Corn.* * vel si dismembret prout est intelligenda *decisio*, istis casibus non est opus derogatione *Regulæ*. cum ipsa gratia ex se præiudicium fetat, & Papa illud agnoscat ex natura gratiæ, Aut verò gratia ex narratis fit præiudicialis, non autem simpliciter, vt in casu isto, & tunc requiritur derogatio *Regulæ de iur. quæst. non toll.* data etiam scientia Papæ circa præiudicium *Put.* 288. *lib.* 3. *in nou. Cas. de Graf. decis.* 9. alias 3 *de rescript.* & fuit dictum in causa *Mediolanen. fructuum* 2. *Decembris* 1591. & in *Perugina vnionis* 8. *Martij* 1596. *coram Cardinali Blanchetto*, & in *Cæsaraugnstana exemptionis* 9. *Martij* 1594. *coram Orano*, *&* in *Vlixbonen. Declarationis Concordiæ* 14. *Ian.* 1600. *coram Iusto*, & alibi sæpissime. Quare in casu, de quo agitur derogatio *Regulæ de iur. quæst.*
10 *non toll.* necessario requirebatur, * adeo vt apposita clausula gratia remaneat nulla *Rebuff. in praxi in forma nouæ prouis. in verbo dumodo tempore num.* 5. *Io. à Raccb. super hac Regula num.* 6.

Et ita conclusum vtraque parte informante.

Præsens decisio fuit confirmata die 4. *Augusti seq.*

BALNEOREGIEN. SIMONIAE.

Lunæ 26. *Maij* 1625.

ARGVMENTVM.

Resignatarius, qui reperitur in possessione beneficij debet manuteneri. Exceptio, quod non fuerit abdicatum ius à Resignante, non competit tertio, quando huiusmodi exceptio non est ipso iure exclusiua iuris agentis, sed pendet à voluntate ipsius resignantis.

SVMMARIVM.

1 *Possessor manutenendus est probata possessione.*
2 *Possessio semel capta, præsumitur continuata vsque ad tempus litis motæ.*
3 *Possessio instrumentalis alio non existente in possessione, suffragatur ad quemcumque effectum.*
4 *Confessio emissa in commissione probat contra impetrantem.*
5 *Possessio probatur ex confessione partis, quamuis in ea exprimatur qualitas occupationis.*
6 *Possessio instrumentalis alio possessionem retinente non suffragatur, nisi possidens eijciatur.*
7 *A resignante non censetur ius abdicatum, nec subducta possessio ab ipso donec resignatio non habuerit effectum ad fauorem resignatarij.*
8 *Exceptio de iure tertij non competit, quando non est ipso iure exclusiua iuris agentis, & pendet à voluntate ipsius tertij, qui potest acquiescere.*
9 *Appellatione pendente possessor non est sua possessione priuandus.*
10 *Possessione quis non priuatur per sententiam iniustam.*

DECISIO MDLXXVII.

Petijt Ambrosius manuteneri in possessionem duorum beneficiorum; alterum Santi Leonardi simplex existens in territorio castri Grassignani, alterum S. Siluestri castri Sermignani, quod est Parochiale. Et Domini ipso solo informante (cum Io. Baptista impetrans pluries, & pluries citatus non comparuerit) censuerunt illi concedere manutentionem; nam probata possessione possessor ma-
1 nutendus est * *§. hodie instit. de interd.* Quo enim ad beneficium simplex possessio data est, cum illa capta fuerit die 7. Septembris 1621. vt constat ex instrumento, quod bene probat possessioné, quæ præsumitur continuata vsque
2 ad tēpus litis motæ,* *l. de prædia ff. de acquir. poss Soce. cons.* 207. *num.* 5. *in fin. vol.* 2. *Put. decis.* 350. *numer.* 4. *lib. primo in nou. Surd. cons.* 160. *num.* 1. *lib.* 2. & licet sit instrumentalis alio non existente in possessione suffragatur ad quem-
3 cumque effectum * *Rot. dec.* 202. *&* 506. *par.* 1. *& decis.* 62. *par.* 2. præsertim concurrente confessione ipsius Io. Baptistæ impetrantis in sua
4 commissione, quæ in sui præiudicium probat ad *l. eum præcum C. de liber. car.* & reijcitur
5 illa conditio, quod Ambrosius sit occupator * *Rot. dec.* 802. *num.* 1. *par.* 1. *& dec.* 200. *coram S. M. Greg. XV.*

Quo vero ad possessioné Parrochialis S. Siluestri, pariter constat ex instrumento adeptionis die 18. Iunij 1622. quæ licet alio persona-
6 lem retinente * non suffragetur nisi possidens eijciatur ex adductis per *Surd. d. cons.* 160. *num.* 27. *&* 28. *lib.* 2. fuit etiam responsum, Ambrosium obtinuisse Parochialem per resignationem Horatij, & licet ius non censeatur ab-
7 dicatum, * nec subducta possessio ab ipso Horatio donec resignatio nó habuerit effectum ad fauorem Ambrosij ad *not. in causa Abulen. & Zamoren. beneficiorum* 17. *Iunij* 1594. *coram bo. me. Penia*; attamen cum dictus Horatius non opponat, imo acquiescat, & agatur de probanda possessione ad effectum, vt resignatio possit dici effectuata, non potest Io. Baptista dare de isto iure Horatij, cum non sit ipso iu-
8 re exclusiuum iuris agentis, * sed pendeat á voluntate ipsius Horatij, qui potest acquiescere *l. loci corpus* §. *competit ff. si seru. vend.* cum alijs per *Surd. cons.* 359. *n.* 13. *lib.* 3.

Non obstat sententia lata per A. C. super Simonia, quia illa fuit suspensa per appellationem, qua pendente possessor sua possessio-
9 ne priuandus non est, * & in omnem euentum detegitur iniusta ex *dec. facta* 17. *Maij superioris*, vnde non priuauit Ambrosium sua posses-

possessione Ruin. cons. 17. num. 5. Alber. in c. si decis. num. 5. ff. de iudic. Gabr. de restit. spol. conclus. 1. numer. 124. Rota dec. 802. numer. 7. par. 1.

Et quibus resolutum fuit pro Ambrosio solum informante dandum esse mandatum de manutenen. quoad beneficium simplex tãtum, quia in illo solum habet Io. Baptistam aduersarium qui illum impetrauit, curatum vero non est in lite.

Præsens decisio fuit confirmata die 22. Iunij 1633.

ROMANA DOMVS.

Lunæ 26. Maij 1625.

ARGVMENTVM.

Patet ex summario.

SVMMARIVM.

1 *Executio facta appellatione pendente à mandato de associando est attentats.*

2 *Iudex nulliter, & iniuste procedens non priuat possessione.*

3 *Ægidiana non habet locum, quando agitur de re Ecclesiastica.*

4 *Possessio propria auctoritate vigore pacti non potest capi, quando est dubium, an intret pactum;*

DECISIO MDLXXVIII.

FVit resolutum executionem fuisse attentatam cum illa fuerit capta pendente appella-
1 tione à mandato de associando * *toto titulo nihil.nouan.appell.pend.& c. non solum de appellat. in 6.* itaut isti de Guideronis possint manutenerì, cum probent possessionem, & non probetur ipsos se habuisse pro spoliatis, quia iudex nulliter, & notorie iniustè procedens posses-
2 sione non priuat;* neque hic habenda est ratio Aegidianæ, non enim habet locum, quando
3 agitur de re Ecclesiastica, * prout hæc omnia fuerunt ponderata, & benè discussa in causa *Ariminen. deuolutionis Bonorum 27. Iunij 1608. coram recol.mem. Francesco Cardin. Sacrato tunc Rota Auditore.*

Neque facit, quod fratres egerint vigore obligationis Cameralis, & vigore pacti sub ea contenti, quod scilicet post mortem Tibertij possent capere possessionem propria auctoritate; Nam fuit responsum, quod hæc possent considerari, nisi fuisset factum nouum in-
4 strumentum, * per quod fuerunt concessæ Tiburtio duæ nominationes, cuius vigore ipse nominauit. Sique replicetur illud fuisse nullum obtentum Beneplacitum Apostolicum tamen cum resolutio pendeat ex eo, an id fratres potuerint facere vigore indulti Greg. XIII. non est clarum, quod intret primum pactum, vnde illo non possunt iuuari, prout fuit resolutum in d. causa *Ariminen. deuolutionis bonorum*, in qua allegatur *Corn. cons. 193. nu. 3. lib. 3. Gabriel. cons. 67. num. 17. lib. 2. & dec. in causa Bononien. de Cannalibus 11. Ian. 1602. coram bon. mem. Card. Pamphilio.*

Et ita conclusum constare de attentatis &c.

Præsens decisio fuit confirmaata die 27. Octobris sequentis.

PERVSINA PECVNIARIA.

Veneris 6. Iunij 1625.

ARGVMENTVM.

Pro obtinenda restitutione in integrum aduersus rem iudicatam debet constare de læsione, vel saltem de fumo boni iuris. Sententia lata contra minorem non potest dici nulla, ex quo non fuit indefensus, dum à principio iudicium fuit legitimè intentatum, & constat quod nullum ius defensionis ei competebat.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum aduersus rem indicatam ob non interpositam appellationem, datur etiam si non constet de læsione. Contrarium num 2.*

3 *Pro obtinenda restitutione in integrum aduersus rem iudicatam sufficit quod detur fumus boni iuris.*

4 *Sententia lata aduersus minorem indefensum est nulla.*

5 *Limita quando à principio iudicium fuit legitimè intentatum & constat, quod nullum Ius defensionis ei competebat.*

6 *Minorem fuisse indefensum dici potest, dum omnia iura pro eo competentia à Iudice fuerunt ponderata.*

7 *Per decretum, in quo Iudex mandauit pretium retrahendum ex bonis debitoris deponi in fac. monte Pietatis ad effectum consignandi eius creditoribus, remanet præseueratum ius eorum creditorum, qui de credito docent.*

8 *Etiamsi decretum ad eorum instantiam non fuerit factum, nec mandatum relaxatum, & executum.*

9 *Legitimus contradictor ad impediendam executionem mandati non est is, qui non habet dominium, aut possessionem Bonorum, super quibus vult fieri executio.*

Et Dominium aut possessio debet probari de tempore, quo fuit obtenta inhibitio ad effectum impediendi creditores, nec sufficit si ex post possideat num 11.

10 *Possessio, quæ solo animo perditur non potest solo animo acquiri.*

12 *Mandatum contra formam decreti in aliquibus relaxatum potest reformari, dum contra personas non fuit executum.*

DE-

DECISIO MDLXXIX.

Creditores Iulij Luciarij obtinuerūt relaxari mandata per A. C. ad eorū fauorē, quibus se opposuerunt filij obijcientes fideicommissū, donationem, & credita propria, & causam coram D. Signio introduxerunt, qui firma remanente causa principali fideicommissi, & donationis moderatus fuit inhibitiones quo ad bona Iulij debitoris ad effectum subhastandi, & deliberandi, & ex pretio redigendo consignandi filijs dicti Iulij & q. Vincentiæ sc. 500. & Pauli Sorori flren. 500. deponendique residuum penes Montem Pietatis, vt creditoribus dicti Iulij consignaretur ad omne mandatum Domini, quod decretum, licet per alium Iudicem fuerit reuocatum, tamen postea confirmatum per sententiam Rotalem, quæ transitum fecit in iudicatum, vt patet ex rationibus in hac *causa deductis 9. Februarij anni superioris coram R. P. D. meo Buratto*.

Vnde commissa causa restitutionis in integrum, dubitaui an constaret de causis restitutionis, & Domini pro negatiua responderunt; licet enim agatur de restitutione aduersus rem iudicatam ob non interpositam appellationem,
1 quo casu non desunt DD. * qui tenent, quod aliter non sit docendum de læsione; nihilomi-
2 nus in contrarium stat communis sententia, * vt late per *Odd. de restit. in integr. q. 36. nu. 40.* qui licet *num. 46. vers. aut loquitur* dicat sufficere, quod detur fumus de bono iure petentis
3 restitutionem, * vt dixit etiam *Rota in causa Fanen. Emphiteusis 3. Aprilis 1623. coram me*; Hic tamen non solum nullus datur fumus boni iuris, immò potius contrarium expresse apparet ex *prædicta decis. in hac causa facta 1. Iulij 1622. coram R. P. D. meo Merlino & die 18. Iunij 1623. coram D. meo Nauarro* tunc temporis *Rotæ Auditore*, & denique ex *alia 13. Nouembris præteriti coram R. D. meo Archiepiscopo Seleucien.*

Non aduersatur, quod in causa adsint minores, pro quibus est regula, quod sententia lata contra minores indefensos nullitati subie-
4 cta est, * vt per *DD. in l. cum & minores aduers. non iudic.* Nam huic motiuo fuit responsum, quod si ab initio iudicium legitimè fuit inten-
5 tatum, * licet postea minor non defendatur, dummodo constet, quod nullum ius defensionis illi competebat, sententia valida est, & sustinetur, ita *Bald. in d. l. cum & minores nu. 8.* & ita tenet *Rot. iux. decis. Put. 298. iuncta vltim. addit. lib. 2. in nouis* Hic autem iudicium legitime fuit intentatum, & vtraque parte informante fuit facta *decisio coram D. meo Merlino* & licet in *secunda decisione coram Nauarro* altera tātum informauerit in ea tamē fuerunt ponderata iura denuo producta per minores, * & fa-
6 cto in actis deducto Rota suppleuit quoad ius: cæterum nihil hodie deducitur, quod releuet, aut Iudicis animum possit aliquo modo mouere ad inclinandū quod minores fuerint indefensi, præsertim cum dictæ *decisiones* sint elaboratissimæ, & obiectis qui fieri possent, respondeant ad satietatem.

Nec ex eo læsio potest deduci, ex quo dicti fratres de Luciarijs videntur pro maiori summa creditores, vt dicitur in *Sum. num. 5.* quia quicquid sit de isto credito, quatenus etiam esset verum, nulla tamen læsio resultaret, cum præsens Index, cuius decretum fuit confirmatum, Rota mandauerit deponi residuum pre-
7 tij in monte Pietatis, * vt supra consignaretur creditoribus dicti Iulij, prout D. mandauit; quare certum est fuisse præseruatum ius istis fratribus de Luciaris, si de suo credito docuissent. Nec prodest replicatio, quod scilicet mandatum fuerit executum ad instantiam creditorum, inter quos ipsi non enumerantur; quia
8 mandatum * non fuit relaxatum ad effectum consignandi ipsis creditoribus, sed ad effectum deponendi, & facto deposito, non fuit præclusa via ipsis fratribus, quominus iure suo vterentur, & creditum, & anterioritatē deducerent.

Neque obstat, quod Iudex grauauerit, moderando inhibitionem modo prædicto, & isti fratres essent audiendi super eorū iuribus; nam vt optime respondetur *in 1. & 2. decisione*, hi fratres nullum probant dominium, aut possessionem istorum bonorum, idcirco non erant
9 legitimi contradictores * *l. à Diuo Pio §. super rebus ff. de re iud.* & quamvis hodie ex assertione Iulij prætendant probare possessionem, hoc tamen satis sublatum fuit in *decis. D. mei Nauarri*, cui potest addi, quod asserente Iulio se possessionem dimisisse, non infertur, quod filijs illa fuit acquisita; possessio enim quæ solo animo
10 perditur, * non potest solo animo acquiri *l. licet ff. de acquirend. possess. l. possideri §. in amittenda ff. eod. Hostien. in c. litteras num. 2. de rest. Spol. Butr. in c. ad sedem nu. 25. eod. tit.* neque aliquid prorsus releuant testes, qui hodie dantur, quia non probant possessionem de tempore emanatæ inhibitionis, immo oppositum probatum fuit in *decis. D. mei Merlini*; Hinc parum facit, quod hodie possideant, & in relaxatione mandati Rotalis præsupponātur possessores, non est enim inspiciendum istud tem-
11 pus, * sed probandum esset, quod de tempore, quo inhibitionem obtinuerunt ad impediendos creditores, essent possessores, vel haberent dominium, itaut essent legitimi contradictores, quod nullatenus probatum est.

Ex quibus fuit resolutum non constare de causis restitutionis in integrum, quia tamen fuit relaxatū mandatū in aliquibus præter formā dicti decreti, voluerūt Domini in hac parte, vt re-
12 aformetur, * quod certe fieri potest, cū non fuerit contra personas executum, & quoad bona reseruarūt videre, an cōstet de excessu in executione.

Et ita &c.

ROMANA FRVCTVVM OFFICII IANNIZERATVS.

Lunæ 9. Iunij 1625.

ARGVMENTVM.

Fructus quidem spectant ad Dominum rei; sed non inde excluditur, quod non spectent

ctent etiam ad eum, qui putat rem ad se pertinere, siue esset in facto, siue in iure, & de eis non esse factus locupletior.

SVMMARIVM.

1 *Fructus spectant ad Dominum rei.*
2 *Fructus suos facit is, qui putat rem ad se spectare siue errauerit in facto, siue in iure, & de eis non est factus locupletior. Amplia num. 4. & 5.*
3 *Hæres putatiuus si percipit fructus hæreditatis ad ipsum non pertinentis, non tenetur illos restituere, quando non est effectus locupletior.*
4 *Resspectat ad eum, ex cuius pecunia fuit empta.*
5 *Mala fides ad effectum perceptionis fructuum non potest censeri ex eo quod per decisionem fuit declaratum rem ad alium spectare, dum non constat de scientia huiusmodi decisionis.*
6 *Fructus post motam litem debentur, quia cesset bona fides.*

DECISIO MDLXXX.

FVit resolutum fructus officij, de quo agitur
post mortem Gregorij non spectare ad D.
Marcellum, nisi à die motæ litis contra D. Pir-
rhum, ratio primi dicti fuit, quia licet fru-
1 ctus spectent ad Dominum rei * *l. p. & 2. C. de*
pignor. act. l. Iulian. §. fructus ff. de act. empt. hæc
tamen conclusio non procedit, quando quis
putat non ad se spectare siue errauerit in facto,
siue in iure, & de fructibus non est factus lo-
2 cupletior * *l. sed & si lege §. siue autem ff. de pe-*
tit. hæred. Bart. in cons. 96. in fin. lib. 2. vbi quod
hæres putatiuus si percipit fructus hæreditatis
3 ad ipsum non pertinentis, * non tenetur illos
restituere, quando non est effectus locupletior
vt quia illos consumpsit in suos, vel alios vsus,
ex quibus nihil sibi acquisiuit ad idem *Osasch.*
decis. 160. num. 5. Surd. cons. 115. num. 5. Ne-
que hic dicatur, quod cesset bona fides ex quo
officium fuerat emptum de pecunijs Gregorij,
4 * & ideo officium spectabat ad Gregorium, ex
decisionib. allegatis in hac causa 6. Iunij 1622. co-
ram R. D. meo Caualerio tunc *S. D. N. PP. Da-*
tario & postea *coram me 10. Iunij superius anni.*
Quia non inde potest censeri mala fides Pir-
5 ri, *cum non censeatur habuisse scientiam dicta-
rum *decisionum*, quorum sententia, licet ve-
rissima sit, non desunt etiam qui teneant con-
trarium vt patet. . . . . . . *Modern. Roman.*
discept. Forens. discept. 539. per tot. & pro ista
parte vltimo loco Primarij Aduocati impu-
gnabant prædictas *decisiones* in causa *Romana*
officij militis S. Petri 23. Maij præteriti coram R.
P. D. meo Buratto.
Ratio vero secundi dicti, quod fructus de-
beantur post motam litem fuit, quia sequun-
6 tur rei Dominum, * vt dictum est, & post litem
motam cessat bona fides *Rota decis. 343. num. 7.*
par. 1. in recent. Sarnens. in reg. de annali q. 41.
Et ita resolutum vtraque parte informan-
te &c.

CAESARAVGVSTANA DISTRIBVTIONVM.

Lunæ 9. Iunij 1625.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Possessori de tempore motæ litis debetur manutentio.*

DECISIO MDLXXXI.

VT sæpe dictum fuit in hac causa post secularizationem Ecclesiæ, de qua agitur facta de anno 1605. de mandato S. m. Clementis VIII. fuerunt applicata de anno 1607. die prima Aprilis Bursæ distributionum sc. 3400. quod sane non controuertitur, sed cum postmodum vigore Bullæ secularizationis conditum fuerit statutum, in quo disponitur, quod massæ antiquæ distributionum quantitas necessaria ex nouis iuribus, & bonis Canonicorum taliter addatur, vt quilibet Canonicus lucri faciat regalia sex, & Portionarius tria quolibet die, & singulis horis diuinis, quod statutum ex facultate sibi concessa in prædicta Bulla secularizationis confirmauit Illustrissimus D. Cardinalis Mellinus tunc Hispaniarum Nuncius sub die 17. Iulij 1607.

Stante hac serie facti 3. *Aprilis 1620. coram bo. me. Cardinali Sacrato* fuit dubitatum, An Portionarijs esset dandum mandatum de manutenendo, & difficultas ad duo capita redigebatur; primo an Portionarij essent manutenendi in quasi possessione recipiendi medietatẽ illius, quod ex causa distributionum & existentiæ in choro singulis horis recipiunt Canonici: Secundo an essent manutenendi in possessione cogendi Canonicos administratores distributionum, vt ponant in bursa communi tantam quantitatem ad effectum, vt singulis horis, Portionarij recipiant certam solidorum summam, prout antea se recepisse prætendunt vsque ad tempus motæ litis.

Quoad primum non negabant Canonici, Portionarios esse manutenendos in possessione exigendi medietatem integri illius, quod ipsi Canonici percipiebant, quod etiam fuerat bene probatum per testes, sed omnis difficultas ad secundam difficultatem restringebatur, circa quam Portionarijs fuit responsum.

Vnde Portionarij ommissa tunc disputatione super huiusmodi manutentione obtinuerunt disputari *coram me* vti subrogato in locum *bo. me. Cardinalis* super alia manutentione in quasi possessione percipiẽdi singulis diebus tria regalia iuxta d. statutũ, quod prætendebatur vsu receptum, & primo sub 30. *Aprilis*, deinde sub *die 21. Iunij* 1621. fuit resolutum ad fauorem Portionariorum, sed factis postmodum nouis probationibus, & reproposita causa super ea-

dem manutentione trium tegalium Domini recesserunt à prædictis duabus *decisionibus coram me* factis per duas alias contrarias *decisiones* vna sub 17. *Nouembris* 1623. altera sub 19. *Aprilis* 1624.

Cum autem occasione d. nouæ probationis vnitæ cum antiqua prætenderint Portionarij, se posse probare quasi possessionem primo loco prætensam coram *Cardinali Sacrato* circa receptionem certæ summæ solidorum in qualibet hora instanter supplicarunt pro noua audientia super *decisione* vt supra facta *coram bo. me. Cardinale Sacrato*.

Hodie tandem dubitaui, an Portionarij essent manutenendi in possessione recipiendi ex bursa communi distributionum certam quantitatem solidorum singulis horis, prout antea consueuerunt vsque ad tempus motæ litis, itaut sit recedendum à dicta *decisione coram Cardinali Sacrato sub die 3. Aprilis* 1620. quia totum fundamentum Capituli consistebat in eo, quod onus administrandi spectaret ad seipsum & fructus erant diminuti Domini capiendo temperamentum dixerunt, Portionarios esse manutenendos in statu, in quo erant ante factam diminutionem post prædictam *decisionem Sacrati*, & hoc donec reuideantur computa per Canonicos oblata circa prædictam diminutionem; Ratio resolutionis fuit, quia hodie constat de ista quantitate, de qua non constabat, cum causa *coram bo. me. Cardinali Sacrato* proponeretur, quapropter possessori de tempore
1 motæ litis debet dari manutentio * iuxta §. *hodie instit. de interdic.* Capitulum enim ipsum articulauit, & probauit vt patet in *summario* Portionariorum *num.* 4. quod ponit in bursa distributionum, quæ dicuntur ordinariæ quolibet die pro horis diurnis pro prima scilicet *solidos* 30. pro tertia, & sexta *solidos* 142. *den.* 3. pro nona *solidos* 40. *den.* 2. pro vesperis *solidos* 104. *den.* 2. & pro completorio. *solidos* 30. die vero sabbati *solidos* 34. pro extraordinarijs vltra prædictos diebus videlicet Dominicis cuilibet Portionario, & beneficiato pro prima *den.* 6. pro tertia, & sexta *solidos vnum* pro Vesperis alium fuit articulatū, quod Capitulum nunquam posuit quid pluris exceptis dumtaxat diebus Paschalibus, & solemnibus pro tertia, & sexta *solidum vnum* & *den.* 6. totidemque pro Vesperis pro festis duplicibus *solidum* ad tertiam ad Vesperas alium, & demum in diebus feriatis pro tertia *den.* 6. itidemque pro Vesperis & idem respectu anniuersariorum & eorum, quæ votiua nuncupantur, & specificatur in eisdem articulis.

Quo vero ad horas nocturnas, quæ non exprimuntur in dd. articulis, & de quibus deponūt testes alias examinati pro Portionarijs *summ. num.* 4. visum est Dominis id seruandum, vt manuteneantur Portionarij in perceptione summæ solitæ de tempore dictæ *decisionis bo. me. Cardinalis Sacrati* iuxta quantitatem annotatam in libris Capituli.

Non officit, quod Capitulum sit administrator, & quatenus prædictum cogeretur adimplere de suo soluere teneretur, & Portionarij non sint in hac possessione, vt fuit resolutum in causa *Romana annuæ præstationis 4. Iunij* 1618. *coram R. P. D. meo Verospio*, quia vt postea fuit declaratum *à Rota in eadem causa 22. Maij* 1619. *coram bo. me. Cardinali Sacrato* hoc præcederet, si in continenti de diminutione doceretur, quod eo magis militat in casu isto, cū enim Capitulum prætendat diminutionem ob expulsionem Maurorum ex dd. testibus constat etiam post dictam expulsionem Portionarios percepisse prædictas summas, idque eo magis placuit Dominis, quia fit per modum temperamenti donec oblata à Capitulo computa reuideantur.

Et ita vtraque parte informante conclusum &c.

VLIXBONEN. QVARTANARIAE.

Veneris 13. Iunij 1625.

ARGVMENTVM.

Ad effectum validitatis coadiutoriæ dicitur sufficienter probata infirmitas, & senectus coadiuti per duos testes deponentes de publica voce, & fama, & alium deponentem de vera scientia, iuncta fide medicorum.

SVMMARIVM.

1 *Coadiutoria tunc conceditur quando constat de tali senectute, vel infirmitate coadiuti vt non possit inseruire beneficio.*

2 *Duo testes deponentes de publica voce, & fama faciunt semiplenam probationem n. 3.*

3 *Probatio semiplena potest cum alia semiplena coniungi.*

Coadiuti infirmitas, & grauis ætas probatur ex duobus testibus deponentibus de publica voce, & fama, iuncto alio teste deponente de vera scientia, ac fide medicorum num. 2. & 3.

4 *Ad probandam infirmitatem, & grauem ætatem in coadiuto quando agitur de prima coadiutoria leuiores probationes sufficiunt.*

5 *Coadiutoria substinetur, dum seruitium Ecclesiæ est tale vt non inseruiens nihil lucretur et coadiutus est infirmus, & in graui ætate constitutus.*

6 *Potest simul stare, quod coadiutor lucretur fructus propter malam corporis habitudinem, & coadiutoria propter Ecclesiæ seruitium sustineatur.*

DECISIO MDLXXXII.

IN *decisione facta 27. Januarij præteriti* difficultas fuit restricta vt videretur, An probetur talis senectus, vel infirmitas coadiuti, * ita vt non
1 posset inseruire beneficio, de quo agitur, ex istis enim casibus coadiutoria conceditur. Quantum ergo attinet ad ætatem, & valetudinem secundus testis super primo deponit de

vera

vera sciētia, quod coadiutor ætatis septuagenariæ, & in infirmitatibus à pluribus annis laboret ita vt in lecto assiduè iacere cogatur, & super secundo videtur etiam circa hoc deponere de publica voce, & fama, quæ per duos testes probata facit semiplenam probationem, * quæ
2 potest cum alia semiplena coniugi cum depositione secundi testis, qui super secundo de vera scientia deponit * *Verall. dec.* 300. *par.* 3. con-
3 currente præsertim fide Medicorum. Quæ omnia eo magis videntur sufficere, quia agitur
4 de prima, * & non de secunda coadiutoria, pro qua leuiores probationes sufficiunt *Seraphin. dec.* 262.

Quod autem ista valetudo talis sit, vt Eccle-
5 siæ coadiutæ non possit inseruire, satis patet, * si inspiciatur qualitas beneficij, quod, vt testes vnanimi depositione affirmant, requirit tale seruitium, vt non inseruiens nihil lucretur. Et quia posset replicari, quod si ista fortè non obtineant locum, quando ex infirmitate quis non possit residere. Attamen cessat omnis difficultas, si consideretur seruitium Ecclesiæ, quod non potest coadnctus præstare, idcirco simul stare potest, quod coadiutor possit fructus lucrari propter malam corporis habitudinem, &
6 coadiutoria propter Ecclesiæ seruitium substineatur.

Et ita conclusum est vna tantum parte informante, &c.

MACERATEN. PRAEDII.

Lunæ 16. *Iunij* 1625.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, cuius validitas probatur ex reuolutione actorum, & iustitia constat ex decisionibus emanatis debet confirmari.*

DECISIO MDLXXXIII.

POst binas *decisiones sub die* 19. *Ianuarij, &* 10. *Iunij superioris coram R.p.d. meo Remboldo*, in quibus fuit resolutum Collegium esse reintegrandum, fuit lata sententia Rotalis cōfirmatoria alterius extra Rotam lata super eadem reintegratione, à qua cum fuisset appellatum, & mihi commissa causa appellationis, hodie dubitaui, an sententia Rotalis esset confirmanda, & Domini in nimiam contumaciam alterius partis affirmatiuè responderūt, quia validitas probatur ex reuolutione actorum, * iusti-
1 tia verò ex dictis *decisionibus*, quibus nihil addi potest.

Et ita conclusum.

INTERAMNEN. LEGATORVM.

Lunæ 16. *Iunij* 1625.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Administrator præsumitur sibi satisfecisse de suo credito.*
2 *Rota non exequitur sententias aliorum Tribunalium, nisi docto de iustitia.*
3 *Limita, quando excipitur de re iudicata. Sublimita num.* 4.

DECISIO MDLXXXIV.

ISicratea institutis hæredibus alijs suis filiabus legauit Aureliæ pariter filiæ scuta 300. quæ cum peteret Petrus eius filius, & opponeretur, quod dicta Aurelia post mortem matris administrauerit D.Gliceriæ, & sororum dubitaui, an Petro obstet redditio rationis ad effectum, de quo agitur, qui est, vt Aurelia præsumatur satisfacta de legato, ex quo administrauit bona prædictæ Gliceriæ, & sororem, & 10. Martij 1623. affirmatiuè fuit resolutum, quia administrator præsumitur sibi satisfecisse ex
1 bo is illius * *l. sed si damnum propterea vbi Angel. ff. de pecul. Afflict. dec.* 13. *num.* 16. *&* 18. & fuit resolutum in causa *Bononiensi dotis* 20. *Iunij* 1624. *&* 10. *Nouembris* 1617. *coram bo. me. Cardinali Pamphilio Seraph. decis.* 1455.*n.*5.

Non obstat, quod semel reddita ratio amplius reddi non debeat, maximè in hoc casu, cum redditio rationis fuerit canonizata per sententiam, quę transitum fecit in iudicatum, nam huic motiuo fuit responsum valdè controuerti, an bene fuerit reddita ratio, & an super hoc adsit res iudicata; sed cessat omnis difficultas, quia Rota non exequitur sententias aliorum Tribunalium, nisi docto de iustitia, *
2 *Mohed. dec.* 3. *de testam. & ij de Iudic. Rota decis.* 84. *par.* 1.

Non obstat, quod prædicta conclusio non procedat, quando excipitur de re iudicata* *Ro-*
3 *ta decis.* 143. *par.* 2. *&* 595. *par.* 3. *lib.* 3. quia nec limitatio non procedit, quando excipitur
4 de sententia, * ex qua ius potest condemnari, quia tunc etiam Rota non attendit rem iudicatam, nisi ex actis iustificetur *Mohed. dec.* 3. *de test. Put. dec.* 198. *num.* 2. *lib.* 1. *in nou.* vbi, quod quando Rota agit de exequutione sententiæ de partibus, vel ex ea vult iudicare, vel vult videre acta, vt fuit resolutum in causa *Veneta donationis* 30. *Ianuarij* 1615. *coram R. p. d. meo Burato.*

Ex quibus fuit conclusum secunda vice Petro obstare exceptionem redditionis rationis.

ROMANA PALATII DE FERRATINIS.

Lunæ 16. Iunij 1625.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Pretium rei emptæ soluendum est venditori, & non alijs.*

2 *Motus proprius Papæ debet exequi.*

DECISIO MDLXXXV.

Domina Fælix emit palatium, de quo agitur, & prætendit se soluisse pretium creditoribus fratrum de Ferratinis, emitque quoque R.p.d. Viues, & eum fuerit resolutum hanc emptionem Domini Viues esse præferendam, S.D.N. per suum motum proprium mandauit pretium inuestiri, & staret pro assecuratione palatij, & cũ alijs conditionibus, de quibus in dicto motu proprio, & cum ageretur de consignando pretio depositario, Rota dixit pretium esse inuestiendum sub nomine Ferratinorum, & iuxta formam motus proprij S.D.N.

Ratio primi dicti fuit, quia Dominus Viues emit a Ferratinis, & propterea venditoribus, *&
1 non alijs pretium est soluendum, neque suffragari Dominæ Fælici, quod pretium soluerit eisdem Ferratinis, & pro eis eorum creditoribus, quia nihil ad D. Viues, qui nihil egit cum Domina Fælice, sed ipsa experiatur iura sua contra Ferratinos.

Ratio vero secundi dicti fuit, quia cum motus proprius sit in actis, & S.D.N. mandet certa contenta in dicto motu proprio fieri, *no-
2 strum est mentem eiusdem Sanctitatis exequi, nec vlterius inquirere.

Et ita fuit resolutum sola Domina Fælice informante, &c.

CORDVBEN. REDECIMARVM.

Veneris 20. Iunij 1625.

ARGVMENTVM.

Examinatur ad patres materia Redecimæ. An scilicet sit contra ius; quandò debeatur. Ad illam præscribendam, quæ præscriptio requiratur, & quando ad hunc effectum dicatur probata præscriptio.

SVMMARIVM.

1 *Decima deducitur ex aceruo communi Domini, & Coloni.*

2 *Redecima, quæ habuit initium voluntarium, prout ex diuturna præstatione præsumitur, debetur etiam quod sit contra ius.*

3 *Præsumptio nunquam operatur, quando veritas exaduerso repugnat.*

4 *Redecimæ initium præsumitur voluntarium, quãdo illius præstatio habet aliquam iustam causam.*

5 *Ciuitas* Corduben. *fuit liberata à seruitute Maurorum.*

6 *Verisimilitudo, & opinio cedit veritati.*

7 *Redecima est contra ius, quia ex præcepto vnica tantum decima debetur.*

8 *Præceptum affirmatiuum continet etiam præceptum negatiuum cum quis ad illius obseruantiam ex ratione debiti tenetur.*

9 *Decima vnica tantum potest exigi ab eo, qui solam decimam soluere tenetur.*

Debitor, & creditor sunt correlatiua, itaut dispositum in vno habeat locum in altero num.9.

10 *Si aliquid disponitur in rem, licet verba dirrigantur ad vnum ex correrllatiuis, tamen etiam alter obligatur; secus si prohibitio sonat in solam personam.*

11 *Contra ius non solum dicitur id, quod fit aduersus verba legis.*

12 *Sed etiã quicquid aduersatur mẽti, & rationi legis*

13 *Decima ad hoc vt sit præter ius opus est, quod non sit probibita neq; ex verbis, neq; ex ratione legis.*

14 *Decima soluta ex aceruo communi non debet solui alia decima per Dominum.*

15 *Dominus censetur vendidisse fructus salua decima.*

16 *Fructus sunt decimandi non pensio, & ratio adducitur num.17.*

17 *Merces operarum ex labore hominis procedit, merces verò fructuum venditorum ex terra, siue illius fructibus.*

19 *Portio, quæ spectat ad Dominum siue consistat in quota fructuum puta tertia, vel quarta parte; siue in certa parte, puta in certa mensura, vt tribus, vel quatuor corbibus debet decimari,*

20 *Contrarium est tenendum.*

21 *Donatarius recipiens à Domino certam partem ipsi debitam à Colono puta certos corbes tenetur ad decimas.*

23 *Circa solutionẽ redecimæ standũ est consuetudini.*

24 *Redecima de consuetudine introducta potest tolerari; Declara n.25.*

25 Didac. Perez lib.1. ordin. tit. 5. lib. 1. col. 3. vers. huiusmodi autem decimæ *quomodo sit intelligendus num.25.*

Guttierez pract. qq. lib.1. quæst. 18. numer.8. & 14. vers. & in terminis *quomodo sit intelligendus num.25. & 26.*

26 *Decima tam à dante, quam à recipiente, quando sit soluenda vide ibi.*

27 *Decima debet solui à Dominis molendinorum communium.*

28 *Quod procedit etiam in molendinis, qui vento aguntur.*

Mare, & venti obediunt Deo num.28.

29 *Decima soluenda est ex debito quantitatis frumenti, aut donati extraneo quamuis à donatione ipso ant legante ea bona fuerit decimata.*

30 *Donationes, & legata fiunt contemplatione personæ.*

31 De-

31 *Decima personalis debetur.*
32 *Decima personalis non est portio, quæ obuenit Domino ex aceruo decimato, sed est realis.*
33 *Decima soluitur de pascuis etiam gratis ad pascendum concessis.*
34 *Decima, quæ soluitur da grege ratione pascuorum est decima prædialis.*
35 *Decima quæ soluitur in fœtibus, lanæ, lacte, caseo, & similibus non est prædialis, sed mixta.*
36 *Imponenda ratione decimarum mixtarum computantur fœtus dum lactantur, & imponenda ratione decimarum prædialium, dum pascuntur*
37 *Clerici recipientes decimas tenentur soluere Summo Pontifici decimam harum decimarum.*
38 *Decima Papalis est onus reale Ecclesiarum, non autem prediorum.*
39 *Decima soluitur de pensionibus Domus.*
40 *Decima ex pensionibus est prædialis.*
41 *Decima de iure non debet solui ex contractibus.*
42 *Decimarum exigere volens debet docere de titulo.*
43 *Paria sunt non adesse, vel non apparere.*
44 *Differentia inter consuetudinem, & præscriptionem vide ibi.*
45 *Ad redecimam præscribendam opus est vel immemorabilis, aut quadragenaria cum titulo.*
46 *Ad immemorabilem probandam demendum est tempus litis.*
47 *Ad immemorabilem probandam Testes debent deponere de visu per 40. annos, & sic requiritur ætas aliorum 14. annorum ab initio visus.*
48 *Fama in antiquis probat.*
Immemorabilis per enunciatiuam probatur in antiquis num. 48.
49 *Verum tamen est, quod requirantur duæ enunciatiuæ diuersorum instrumentorum, quæ emanauerint à personis non suspectis.*
50 *Dictio dictis est demonstratiua ad oculum, non augmentatiua.*
51 *Ad quadragenariam probandam demendum est tempus litis.*
52 *Quadragenaria vna cum titulo requiritur ad præscribendum contra ius.*
53 *Qui habet titulum restrictum, & limitatum, non præscribit vltra vel extra ipsum titulum.*
54 *Decima quomodo, & à quo debeatur, quando communis aceruus non fuit decimatus, & quid è conuerso vide ibi.*
55 *Iudex laicus, & Rex non habet facultatem disponendi de Decimis.*
56 *Limita fauore Ecclesiæ ad effectum præbendi titulum putatiuum pro præscriptione. Secus verò fauore laicorum contra Ecclesiam num. 58.*
Titulus putatiuus sufficit ad præscribendum n. 56.
Amplia etiamsi adsit error iuris admixtus num. 62.
57 *Titulus causatus errore iuris non est sufficiens ad præscribendum.*
59 *Iudex laicus non habet iurisdictionem in Clericum, aut Ecclesiasticam personam vel res spirituales.*
60 Cuman cons. 64. *in quibus terminis procedat.* Castr. cons. 70. num. 10. in princ. vers. secunda ratio lib. 1. *in quibus terminis procedat nu. 60.* Aegid. cons. 10. numer. 26. vers. Tertio opponens *in quibus terminis procedat num. 60.*
61 *Princeps secularis non habet iurisdictionem in Ecclesiasticos, aut in res spirituales.*
63 *Titulus super possessorio non est sufficiens ad præscribendum proprietatem.*

DECISIO MDLXXXVI.

EPiscopus, & Capitulum postquam fuit decimatus acceruus cōmunis Domini, & Colo-
1 ni * iuxta terminos *Cap. à nobis de decimis* prætēdunt ex portione Dominica aliam decimam redecimā nuncupatam, quæ an deberetur, dubitaui. Et dubitationis resolutio pendet ex pluribus. Primo, vt videatur, an initium huius redecimæ fuerit coactum, vel voluntarium? quia
2 si voluntarium, * vt ex diuturna præstatione præsumitur, redecima debetur Ecclesiæ etiam, quod sit contra ius *Hostien. in cap. ad Apostolicam num. 2. Io. Andr. num. 5. & cæteri de Simon. Cassad. decis. vnic. num. 6. de consuetud. Roman. cons. 344. num. 2.* Secundo quatenus initium fuerit coactum, an huiusmodi redecima sit contra vel præter ius? Tertio quatenus sit contra ius, an doceatur de titulo? Quarto vbi non doceatur de titulo, an versemur in præscriptione, vel consuetudine? Quinto si versemur in præscriptione, an de illa legitimè doceatur.

Quantum attinet ad primum ex *decisionibus coram me factis 14. Martii 1608. & 10. Maij 1613.* constat initium redecimæ fuisse coactum; ideo cessat fundamentum, quod scilicet ex diuturna præstatione redecimæ fuit voluntariè soluta; illud benè procederet, vbi contrarium non appareret ex deductis in dd. *decisionibus*, quapropter standum est veritati, non præsum-
3 ptioni, quæ nunquam operatur, * quandò veritas exaduerso repugnat *l. in rebus C. de iur. dot. Socin. cons. 104. col. 5. num. 10. versic. Sed ad hanc obiectionem &c. lib. 2. Paris. cons. 29. nu. 44. lib. 2. Roland. cons. 99. num. 11. lib. 1. Surd. cons. 7. num. 61. & cons. 16. num. 22. & cons. 28. nu. 120.* Et quamuis initium eo magis præsumatur voluntarium, quando præstatio habet aliquam
4 iustam causam, * vt per *Roman. cons. 344. nu. 2. vers. hoc autem verum est &c.* & hic allegatur gratitudo, cum Ciuitas Corduben. fuerit li-
5 berata à seruitute Maurorum; * vt in sententia Regis Alphonsi legitur: Dicere tamen, quod redecima fuerit ob istam grātitudinem soluta, est diuinare, & hoc forsan posset allegari, nisi liquidè constaret de initio coacto, ex quo debet cessare verisimilitudo, & opinio cedere veritati * *cap. veritate S. distinct. Roman. cons. 340. num. 9.*

Quantum attinet ad secundum caput. An scilicet redecima sit contra ius satis probatur; quia ex præcepto vnica tantū decima soluen-
7 da est * *Exod. cap. 22. in fin.* ibi *decimas, & primitias non tardabis offerre.* De quo etiam *in c. 1. & cap. cum homines de decim.* Quod præceptum
8 licet sit affirmatiuum, * cum tamen homo ad illius obseruantiam ex ratione debiti teneatur, sub illo continetur præceptum negatiuum, itaut non possit non soluere decimas *S. Thomas 1. 2. q. 100. art. 4. ad secundum, & secunda secundæ q. 12. art. 2. ad tertiam, & q. 44 art.*

art. 3. ad tertium. Et idem dicendum est ex
parte exigere volentis; si quis enim non te-
netur, nisi ad decimam, itaut non possit il-
lam non soluere, sic Episcopus, & Capitulum
non possunt, nisi vnicam exigere decimam;
9 quia debitor, & creditor sunt correlatiua, *
cum vnus absque alio non possit dari *Dec.cons.
71. vol. 2. vers. & pro fundamento &c.* & ideo
dispositum in vno habet locum in altero ex
identitate rationis *l. vltima C. de ind. vid. toll.
Paleott. de in lit. iuran. §. 11. num. 21. & 22.
Calderin. cons. 6. de Relig. domib. Bald. cons. 14.
incip. super legitimam &c. num. 2. vers. quinto
videlicet sic aduertendum &c. lib. 4. Castrens.
cons. 288. incip. videtur quod dicta sententia &c.
col. 1. in fin. vers. nam ad Ciuitatem &c. lib. 2.*
& bene ad propositum *Boer. decis. 58. num. 21.*
vbi si aliquid disponitur in rem, vt quia fa-
ctum prohibetur, sicut in casu nostro præcep-
10 tum de decima soluenda, * licet verba diri-
gantur ad vnum ex correlatiuis, tamen etiam
alter obligatur, secus vero si prohibitio sonat
in solam personam, tunc enim non extenditur
ad aliud correlatiuum, *Fab. de Mont. in tract.
de Empt. q. 2. princ. col. fin. vers. non tamen sta-
tutum compellens &c. & in 3. quæst. princ. vers. 28.
quæro.*

Et prædicta, quod nimirum redecima sit
contra ius, procedunt etiam quod tendat con-
tra mentem, & rationem legis; contra ius
11 enim non solum dicitur id, * quod fit aduer-
sus verba legis vt in *l. contra legem ff. de legib.*
sed quicquid aduersatur menti, & rationi le-
12 gis, * vt in *cap. certum est 88. de Reg. iur. in 6.*
& in *l. neminis & rei §. verbum ex legibus ff. de
reg. iur. Gloss. in cap. vt litigantes in verbo sta-
tuimus de offic. ordin. in 6. Felyn. in cap. statuimus
num. 3. de Maior. & obed. Put. decis. 240. lib. 3.
Seraphin. dec. 439. num. 1. & 645. num. 1.* Et in
his terminis fuit resolutum in hac *Corduben.
redecimarum 16. Nouembris 1607. Martij 1615.
coram me*. Et ad effectum, vt redecima esset
13 præter ius, opus fuisset, * quod non censeretur
prohibita neque ex verbis, neque ex ratione
legis, sed quod nihil esset statutum, vt bene ad
propositum *Bald. cons. 318. numer. 4. in fin.
vers. tunc dicitur fieri &c lib. 3.*

Quodque soluta decima ex aceruo com-
14 muni non debeat solui alia decima * per Do-
minum tenet *Innoc. in cap. cum non sint num. 12
de decim.* ea ratione, quia Dominus intelligitur
15 vendidisse fructus salua decima, * & allegat ad
hoc *cap. Pastoralis de decim.* Vnde dicit, quod
16 fructus sint decimandi non pensio * *Collect.
n. 3. Io. Andr. num. 4.* vbi quod si Dominus dat
colendum suum prædium pro certa pensione,
illam non tenetur decimare, etiam si pen-
sio sit in sui fundi fructibus constituta: quia
salua decima intelligitur vendidisse, quaprop-
ter fructus, non pensio decimantur. Et si quæ-
ratur cur Dominus non decimat pretium fru-
ctuum venditorum, cum colonus detineat
mercedem operarum, *Io. Andr.* respondet illam
esse rationem, quia merces operarum ex la-
17 bore hominis procedit, * merces vero fru-
ctuum venditorum ex terra siue illius fructibus,
in quibus ius habet Dominus, & ante pensio-
nem Domini decimantur, & hi sufficit, quod
semel fuerint decimati argumento *l. bona fides
ff. de Reg. iur. & cap. bona fides eod. tit. in 6.
Hostien. in d. cap. cum non sint numer. 5. & in
summ. tit. de decim. §. Quibus autem &c. propè
finem antè num. 8. vers. vel post &c. Anchar. in
cap. tua nobis num. 10. post princ. de decim. Abb.
num. 14. Collectar. num. 8. Addit. ad Bartol. in
l. interdum 16. §. Quo tres in vers. statutum &c.
vers. & facit &c. ff. de Publ. & vectig. Gregor.
Lopez part. 1. tit. 20 lib. 2. Gloss. 3. in verbo he-
redes Lap alleg. 135. num. 6. & 9. Azeued. ad
reg. constit lib. 1. tit. 5. lib. 7. num. 1.* eleganter
*Alphonsus de Montalu. ad ll. Regni Castellæ lib. 1.
l. 4. in vers. de todos sus arrendamientos. Honthel.
in opusc. de decim. p. 2. præpos. 6. col. 3. Alex.
de Halas par. 3. q. 51. membr. 5. ante fin. vers.
Ad illud vero quod obijcitur &c. Sot. de iust. &
iur. quæst. 4. art. 2. in final. verb. Gig. de Pens.
q. 59. num. 3.* Hinc Rota perpensis prædictis
ore rotundo pluries dixit redecimam esse con-
tra ius, vt in causa *Toletana redecimarum 19.
Nouembris 1584. coram S. m. Clemente VIII.*
& in *eadem 21. Maij 1586. coram bo. me. Car-
dinali Pamphilio*, & in hac causa *Corduben. 25.
Octobris 1593. coram bo. me. Cardinali Seraph.*
quæ est *decisio 1047. nu. 8.* & *coram me 16. No-
uembris 1607. & 17. Martij 1615* & in *eadem
24. Nouembris 1621. coram R. P. D. meo Bu-
ratto, & 31. Martij 1623. coram R. P. D. meo
Pironano*

Neque aduersatur, quod contrarium vi-
detur annuere *Gloss. in cap. tua nobis in verbo
& homines & ibi Vinc. de decim.* vbi quod rede-
18 cima est soluenda ea ratione, * quia pensio illa
quam Dominus recepit per decimatorem ac-
cerui non est decimata, & ideo de pensione
soluenda est. Idemque firmat *Butr. num. 9.
Guttier. pract. quæst lib. 1. quæst. 18. numer. 19.*
Nam huic motiuo respondet ibidem *Ancharan.
num. 10* nempe quod licet *Gloss.* teneat, quod
19 siue Dominus recipiat quotam fructuum, * vt
puta tertiam, vel quartam partem siue certam
partem, vt puta certas mensuras, vt tres vel
quatuor corbes; portio Domini est deciman-
20 da: tamen contrarium est tenendum; * illa
enim portio est tradita Domino ab aceruo
iam semel decimato, vt in *cap. bona fides de
Regul. iur. in 6.* & subdit non procedere illud
simile allatum à *Gloss.* nimirum quod sicuti si
21 aliquos illos corbes donaret, * donatarius te-
neretur ad decimas, ita Dominus de colono
recipiens certos corbes; ea enim ratione Do-
minus non tenetur, quia recipit corbes ratio-
ne terræ, & non titulo lucratiuo, prout dona-
tarius. Subdit præterea, quod *Gloss.* posset
defendi, quando pensio non datur Domino ra-
22 tione dominij ob terram, * quam dat exco-
lendam, sed quando datur ob quamdam ma-
ioritatem, siue ad id vt colonum deffendat, &
custodiat, tunc enim quantumcunque sit deci-
matus aceruus, de tali etiam pensione soluen-
da est, sicut de militia, & de venatione, vt in
*cap. non est de decim. Io. Andr. in d. cap. tua no-
bis num. 12. in princ. Alphons. Montau. ad l. l.*
Castel-

*Castellæ d. l. 1. l. 4. in Gloss. in vers. de todos sus
arrendamientos &c.*

Neque facit, quod DD. in ista discrepantia
23 dicant standum esse consuetudini, * quæ est
optima interpres, vt dicit *Montalu. loco alle-
gato Io. Andr. in d. cap. tua nobis num.* 12. *vers.
sed dicit &c. Innoc. in cap. cum non sit num. 1.
vers. sed certe non videtur,* ibi *nunquam aut &c.
de decim. Didac. Perez. lib. 1. ordin. tit. 5. lib. 1.
col. 3. vers. huiusmodi autem decimæ, & &c. fol 116.
Azeued. loco alleg. num. 1. ante fin. col. vers. Et
hoc autem de consuetud. &c. Abbulen. super Mat-
th. c. 23. q. 168. in fin. Guttier. pract. qq. lib. 1.
q. 18. num. 14. vers. & in tormentis &c.* Est enim
aduertendum, quod hi DD. dicunt, quod si
redecima de consuetudine esset introducta
24 posset tollerari, * ita *Innoc. Io. Andr. Montalu.
& Azued.* Alij loquuntur potius generaliter de
consuetudine soluendi decimas de salario, au-
cupio, & similibus. Quamobrem huic mo-
25 tiuo fuit responsum, * DD. illos esse intelligen-
dos de consuetudine largo modo sumpta pro
præscriptione, & propterea aut loquuntur de
spontanea solutione, de qua modo dictum est,
& non adest, aut loquuntur de præscriptione
alia legitima, & illa pariter non adest ex infra
dicendis.

Neque prædictis resistit *text. in d. c. à nobis
de decim.* ibi *A dantibus, & recipientibus,* quasi
26 ab vtrisque decima soluenda sit * ex *text. in d.
cap. tua nobis,* ibi, *cum de cunctis,* quos in con-
trarium ponderat *Guttier. pract. qq. lib. 1. q. 18.
num.* 8. Quia ipsemet respondet, prædicta iura
loqui, quando totus aceruus non fuit decima-
tus, & ideo merito colonum teneri ad suam
partem fructuum sibi remanentium, & Domi-
num ex portione percepta ratione fundi bene
declarat *Azeued. reg. constit lib. 1. tit. 5. num. 1.*
vbi quod d. iura sunt intelligenda, quoties
non sit decimatus aceruus communis, ante-
quam pars à colono debita ex aceruo tradita
sit, tunc enim à dantibus pariter, & recipien-
tibus decima soluenda est, secus vero si ante
solutionem pensionis domino factam, totus es-
set decimatus aceruus, nam eo casu Domi-
minus ex pensione sua soluere decimam non
tenetur *Gloss. in c. pastoralis, & in c. tua nobis,
vers. sic, & Dominus &c.* & ibi *Abb. num. 14.
vers. aut enim quæritur de decim. Addit. ad Bart.
in l. interdum §. Quoties ff. de public. & Vectigal.
Andr. Hispan. in tract. de decim. vers. 14. nu. 2.
Montalu. loco prædicto Sot. de iust & iur. lib. 9.
quæst. 4. art. 2. in fin. & alijs supra allegatis.*

Non obstant alia argumenta adducta per
*Guttier. pract. quæst. lib. 1. quæst. 18. a numer. 9.
vsque 14. vbi* cum Domini Molendinorum
teneantur soluere decimam de Molendinis
27 communibus, * tenentur etiam illam soluere
28 de Molendinis, qui vento aguntur * *cap. ex
transmissa de decim. Gloss. in d. cap. peruenit in
verbo Molendinorum.* Quia ibi non erat quæ-
stio, an de eodem molendino duplex decima
esset soluenda, sed an illa esset soluenda de
Molendino ad ventum quasi venti per se nas-
cantur, & fuit statutum deberi, quia mare,
& venti obediunt Deo, & terra ipsa, in qua est
Molendinum ad ventum subiacet oneri deci-
marum; Quapropter sicuti Ecclesia è tali
solo perficeret fructus decimarum, si colere-
retur, ita decimam debet consequi ex redditi-
bus ædificij ibi constructi *Abb. ibidem in princ.
Anchar. num. 3. Io. Andr. num 1.*

Neque præterea facit, quod ex debito quã-
titatis frumenti, aut donati extraneo decima
29 soluenda sit, * quamuis à donatore ipso aut
legante ea bona fuerint decimata *S. Anton. in
summ par. 3. tit. 4. cap. 3. §. 3. col. 3. post princ. vers.
de re etiam donata &c. Siluest. in summ. in verbo
Decima num. 12. vers. secundo dico &c.* Nam fuit
responsum, quod in hoc casu duplex decima
non debetur ex eadem re, sed ex re prorsus
diuersa; prima enim soluta ex frumento est
prædialis; nec secunda vice soluitur, quando
soluitur ex legato, vel donatione, sed soluitur
ex ipsa donatione, vel legato, quæ est deci-
ma personalis; donationes enim, & legata fiunt
30 contemplatione personæ * *cap. Ad applican-
dum, & ibi gloss. in verbo Personales de Decim.
cap 16. quæst. 1.* Quæ quidem decima personalis
31 debetur * *Innoc. in cap. fin. num. 2. de Parroc. Abb.
in cap. in aliquibus num. 9. de decim.* Quod certè
non militat in hoc casu; nam portio, quæ
32 obuenit Domino ex aceruo decimato, * non
est decima personalis, sed realis; cum proue-
niat ex ipsa re, vt supra dictum est ex præci-
tatis *DD.*

Et poterat ommitti aliud argumentum,
quod scilicet de pascuis gratis etiam ad pascẽ-
33 dum concessis decima soluitur, * cum res tran-
seat cum onere suo *Innoc. in cap. commissum nu.
1. de Decim. & ibi* etiam *Io. Andr. num. 4. vers.
dicit hic Innoc. &c. Anchar. num. 4. antè fin. vers.
2. quæro &c. Abb. nu. 3.* Et tamen soluitur etiam
decima de ipso grege, & sic non repugnat,
quod duplex decima soluatur: decipitur enim
Guttier. Nam decima, quæ soluitur de grege
34 ratione pascuorum est decima prædialis, *
quæ soluitur in diuersis locis, illis scilicet Pa-
rochialibus, in quibus pascua sita sunt habita
ratione ad totum annum, & secundum tem-
pus, quo animalia pascuntur *Gloss. in §. quia er-
gò in Verbo poscit 23. quæst. 1. Gloss. in cap. ad A-
postolicæ in verbo personales vbi Io. Andreas n. 4.
& 5. de Decim. Hostien. in summ. num. 3. de Decim.
Henr. Boich. in cap. peruenit num. 3. eod. tit. Cardi-
nal. in Clem. 1. quæst. 15. de Decim. Rebuff. eod. tit.
quæst. 8. num. 2* Et fuit dictum in causa *Toleta-
na de Dymel. 20. Iunij 1604. coram bo. me. Card.
Lancellotto.* Aliæ, quæ soluuntur in fætibus, la-
35 na, lactè, caseo, & similibus * non sunt de-
cimæ personales, sed mixtæ *Hostien. in summ.
tit. de Decim. vers. quot sunt eius species &c Re-
buff. de Decim quæst. 3. num. 33. Azor. instit. Mo-
ral. par. 1 lib. 7. cap. 34. quæst. 3. Nauar. cons. 1. n. 8.
de Decim.* & in *Manu. cap. 21. num. 29.* Et fætus
dum lactantur, computantur in ponenda ra-
36 tione decimarum mixtarum, * dum verò pa-
scuntur in ponenda ratione decimarum præ-
lium *Io. Andr. in cap. cum homines num. 2. de De-
cim. vbi etiam Henr. Boich. num. 2. Anchar. sub nu.
4. Oldrad. cons. 236. num. 2. Vin. dec. 4. Rebuff. de
Decim. quæst. 3. Andr. Hispan. de Decim. q. 14. n. 5.*

Pote-

Poterat etiam ommitti, quod Clerici recipientes decimas tenentur soluere Summo
37 Pontifici decimam harum decimarum * *S. Antonin. in summ. par. 2. tit. 4. cap. 3. §. 4.* Quia non inde sequitur, quod de eadem re duplex decima soluatur; huiusmodi enim decima Papalis
38 est onus reale Ecclesiarum, * non autem prædiorum, & imposita est non ipsis rebus, sed Ecclesijs, & personis Ecclesiasticis pro ipsis rebus *Io. Andr. in cap. 1. num. 1. & 2. de immun. Eccles. in 6. Gemin. num. 3. Franch. num. 7. Bellenzan. de Charit. subsid. quæst. 434. Remig. de hon. eodem tract. quæst. 25. & 26.*

Ac denique superuacaneum fuit deducere, quod etiam de pensionibus domus decima de-
39 beatur * *cap. pastoralis de decim. cap. plerique de pact. Io. Andr. in cap. commissum in princ. de Decim.* cum ex illius emptione etiam soluatur: Fuit enim responsum, quod decima ex pensio-
40 nibus est prædialis, * decima verò de iure non
41 debet solui ex contractibus, * & quatenus soluatur ob constitutiones Principum in certis locis, non est decima spiritualis, & solutio iustificatur, quia illi, qui vendunt aut emunt, indigent Iudice, qui iustitiam faciat *Io. à Medin. in C. de restit. quæst. 15. vers. corollaria &c.* vel propter indigentiam Principum prout voluit *Lassart. de Alcalual. cap. 1. num. 43.*

Quantum attinet ad tertium caput. An Episcopus, & Capitulum doceant de titulo? cer-
42 tum est ipsis incũbere onus probandi illum, vt * *in cap. cum persona de priuil. in 6. vbi Io. Andr. num. 6. Anchar. num. 5. Franch. num. 8. Gemin. num. 1.* & in puncto huius redecimæ *fuit in hac causa resolutum 25. Octobris 1593. coram bo. me. Cardinali Seraph.* quæ est *dec. 1047. n. 9.* & cũ de prædicto titulo non constet idem est, ac si non adesset; paria enim sunt, vel non adesse, vel
43 non apparere * *Abb. in consl. 18. in princ. lib. 2. Decian. consl. 1. num. 132. lib. 1. Bald. consl. 431. vers. 3. Ex ista ignorantia &c. lib. 1.*

Quantum ad quartum caput; An scilicet versemur in præscriptione, vel consuetudine? Articulus iste fuit particulariter discussus in *hac causa coram me 14. Martij 1608.* & resolutum, nos versari in præsumptione, non autem in consuetudine. Quia vtilitas licet ex publico tradatur, priuatim tamen acquiritur
44 Episcopo, & Capitulo. * Et hæc est principalis differentia inter præscriptionem, & consuetudinem, quæ consuetudo è conuerso ex cõmuni, & promiscuo casu constituit & acquiritius omnibus illius regionis, aut Populi ciuibus, quibus illud est proportionabile, siue ex publico siue ex priuato trahatur *DD. in c. fin. de consuet. Couarr. in regul. possessor par. 2. §. 3. n. 2.* cum alleg. in *prædicta dec.* quæ alijs etiam obiectionibus respondet.

Quantum denique attinet ad quintum. An scilicet doceatur de legitima præscriptione?
45 Cum redecima sit contra ius ad illam præscribendam opus fuisset, * aut immemorabilis aut quadragenaria cum titulo *cap. 1. de præscription. in 6. Philipp. de Perus. apud Felyn. consl. 2. in princ. Federic. de Sen. consl. 334. num. 3. vers. non obstat &c.* vbi varie exemplificat.

Circa immemorabilem videndum est, an per testes probetur, vel fuerit legitime enunciata, itaut censeatur probata: Circa primum, lis fuit mota de anno 1562. vt firmauit *Rota in hac causa 17. Iunij 1602. coram bo. me. Card. Seraph.* quæ est *dec. 1440.* inter illius dec. & *9. Decembris 1619. coram R. P. D. Buratto* vbi omnia, quæ fieri possunt obiecta refelluntur, & nouissimè *31. Maij 1623. coram R. P. D. meo Pirouano,* quæ reliquas tollit obiectiones; testes verò fuerunt examinati de anno 1596. cum igitur atten-
46 dum sit tempus litis, * testes ad minus debent esse ætatis 88. annorum, de tempore enim litis motæ debuissent esse ætatis 54. annorum, cum sic deponere debeant de visu per 40. annos, quod est vnum ex requisitis ad proban-
47 dam immemorabilem * *Gloss. in cap. 1. in verbo memoria de præscript. in 6.* & ab initio visus ad hunc effectum requisitus ætas 14. annorum; ita vt post hanc ætatem per 40. annos viderint *Lap. Abb. in d. cap. 1. numer. 8. & cæteri de præscription. in 6.* & fuit latè *coram me deductum* disputato articulo ex professo *in hac causa 18. Maij 1618.* vbi etiam respondetur ad testem ætatis 96. annorum, ipsum scilicet non esse sufficientis ætatis, cum dicat, se deponere, quæ cæpit recordari, dum erat annorum suæ ætatis 32. An verò immemorabilis fuerit legitime enunciata, ita vt probetur; licet verum sit in antiquis immemorabilem enunciatam probari ea
48 ratione, quia fama in antiquis probat * *Put. dec. 204. lib. 2. in non.* tamen vt fuit consideratum *in hac causa 18. Maij 1618.* ad hunc effectum requiruntur duæ enunciatiuæ diuerso-
49 rum instrumentorum, * quæ emanauerint à personis non suspectis, vt dicit *ibidem Put.* Hic autem nec vnica adest enunciatiua. Nam in sententia Regis dicitur in narratiua, quod Clerus prætendebat immemorabilem, & in dispositiua quoad decimas enunciatur immemorabilis, quo verò ad redecimam enunciatur à 50. annis dumtaxat, vt fuit in *prædicta dec.* ponderatum. Quicquid hodiè in contrarium asseratur: verba enim dispositiua sententiæ illa sunt. *Fuit inuentum, probatum plenariè quod à 10. 20. 30. 40. & 50. annis citrà, ac etiam à maiori tempore, quod memoria non est in contrarium, semper fuit soluta in dicta Ciuitate &c. per incolas, & habitatores illius integraliter vna decima panis tritici, & ordei, qua colligebantur in quibusuis prædijs &c. & quod præter, & vltrà hanc decimam consueuit solui alia decima vocata redecima ex redditibus, prouentibus aut pensione, vel tributo, quæ redituarij, vel Coloni ex quibuslibet terris, vel prædijs, & pratis non ruptis dederunt, & consueuerunt dare Dominis huiusmodi prædiorum; terrarum, & pratorum quolibet anno, & quod d. redecimam soluerint, & consueuerint soluere à dd. 50. annis.* Quapropter verba illa à *dictis 50. annis citrà* non comprehendunt immemorabilem, quia supra de decima fuerat dictum videlicet. Primo à 50. annis; secundo ac etiam à maiori tempore quod memoria non extat in contrarium; Et propterea dum sententia loquitur de redecima, & subdit *à dd. 50. annis citra &c.* comprehendit tantum

pri-

primum dictum, non autem secundum; im-
50 memorabilis, cum dictio, *dictis*, * sit demon-
stratiua ad oculum, & repetat tantum 40. an-
nos citrà non autem immemorabilem, quæ
continetur in 2. dicto. Et sic sententia in hac
parte debet restringi ad dd. 50. annos citra
*Dec. cons. 273. col. fin. in princ. & cons. 336. num. 2.
in fine Surd. cons. 452. num. 37. in fin. & num. 38.*
itá vt non cõpræhendat aliud tempus, quod in
primo dicto non contineatur *Surd. de aliment.
tit. 9. priuil. 13. num. 32.* est enim dictio simplici-
ter demonstratiua, non augumentatiua *Me-
noch. cons. 177. num. 21.*

Circa quadragenariam cum titulo. Certe
testes quadragenariam possessionem non pro-
51 bant. Cum enim demendum sit tempus litis, *
illo dempto non habent ætatem sufficientem,
vt modo dictum fuit, vbi de immemorabili
actum est. Nàm si non habent ætatem, quæ
sufficiat ad hoc vt de visu probent per 40. an-
nos, quod est vnum ex requisitis ad immemo-
rabilem, nec possunt de ista quadragenaria de-
ponere, quæ requiritur ad effectum præscri-
52 bendi contra ius vna cum titulo *. Et
quamuis ista satis essent, nihilominus fuit ali-
quid amplius circa titulum consideratum.
Nempè quod sententia Regis continet tantum
mandatum de manutenendo, & ideó cum iste
titulus ad tale mandatum restrictum sit, non
potest operari quoad præscriptionem proprie-
tatis ipsius redecimæ, qui enim habet titulum
restrictum, & limitatum, non præscribit vl-
53 tra, * vel extra ipsum titulum *Gemin. cons. 96.
num. 4. vers. quoad secundum &c. Oldrad. cons. 172.
in fine vers. post omnia &c. & num. 7.* & fuit
consideratum in *hac causa 18. Maij coram me, &
21. Martij 1623. coram R. P. D. meo Pirouano.*
Præterea nec potest iuuari pro titulo sententia
Cardinalis SS. Cosmi, & Damiani lata inter Ca-
pitulum, & Ciuitatem de anno 1250. & confir-
mata per fœl. rec. Innocentium IV. Nam illa
disponit tantummodo vt Dominus soluat de
54 portione sua. De possessionibus arrendatis, *
arrendans de parte fructuum, seu pensionis,
quam percipit, & is, cui fit arrendatio de par-
te, quæ ad ipsum contingit decimam sine di-
minutione persoluat &c. quod est de iure,
quando communis accetuus non fuit decima-
tus: secus enim est, quando ex illo detracta
fuit decima *cap. tua nobis de Decim. vbi Gloss.*
distinguendo declarat in *verbo sit Dominus &c.
Ancharan. num. 10. Abb. num. 14. Honcal. in opus-
cul. de Decim. par. 2. propos. 6. col. 3.* & fuit con-
sideratũ in *hac eadem causa 24. Nouembris 1621.
coram R. P. D. meo Burato, & 31. Martij 1623.
coram R. P. D. meo Pirouano.*

Illud tamen in eadem *decisione 31. Martij* non
placuit Dominis, quod scilicet sententia Re-
gis Ioannis non possit deseruire pro titulo,
cum sit sententia laici, cui non est data facul-
55 tas disponendi de decimis * tanquam quid
spirituale concernentibus *cap. tua cap. dudum &
cap. prohibemus de Decim. cap. cum, & plantare
de priuil. cap. 2. de reb. Eccles. non alien.* Isthæc
enim verissima sunt, sed non applicantur vbi
agitur fauore Ecclesiæ ad effectum præbendi ti-
56 tulum putatiuum * ad præscribendum. Nam
cum Ecclesia potuerit cogitare, Regem ha-
bere istam facultatem aduersus laicos, titulus
videtur putatiuus, & hic sufficiens ad præscri-
bendum *l. Celsus ff. de vsucap. gloss. in cap. de quar-
ta in verbo se posse de præscript. Philipp. de Perus.
apud Fælin. cons. 2. num. 14* vbi de titulo vnionis
habito á Capitulo sine consensu Episcopi, vel
ab inferiore Episcopo, qui non potest vnire,
cap. sicut vnire de excess. Prælat. ea ratione; quia
iste est titulus putatiuus.

Neq; aduersaretur in hoc casu (si titulus esset
super proprietate decimarum &c.) quod titu-
57 lus causatus errore * iuris non sit sufficiens ad
præscribendum, vt de eo, qui emit decimas
dicit *Cuman. cons. 64. per tot. num. 2. versic. Dato
quod &c. Castr. cons. 70. num. 10. in princ. vers. se-
cunda ratio &c. lib. 1. Aegid. cons. 10. num. 26. vers.
Tertio opponens &c.* Hoc enim procederet, si
ageretur, quod laici vellent ex sententia Regis
58 præscribere contra Ecclesiam *. Nàm etsi
fortè laici cogitare potuissent hoc Regis face-
re licuisse, iste tamen esset merus error iuris:
nunquam enim Iudex laicus habet iurisdictio-
nem in Clericum aut Ecclesiasticam perso-
59 nam, * vel res spirituales vt sunt *decreta Con-
ciliaria in c. insolita c. placuit. c. si Clericus 11. q. 1.*
& Summorum Pontificum decreta in *cap. nemo
c. si Clericum cap. si quis, cap. Christianis, cap. nullus
Clericum, cap. peruenit, cap. si fratris, cap. Sacer-
dotibus* pariter *11. q. 1. cap. qualiter, & quando
de Iudic, cap. nouit cap. grauem de sent. excomm.*
60 Et in his terminis procedunt * dicta per *Cu-
man.* per *Castren. & Aegid.* In hoc autem casu
cum Rex haberet iurisdictionem in laicos, titu-
lus non est simpliciter, & de per se causatus
errore Iuris, sed errore illius facti, nempè iu-
risdictionis, quam habet Princeps in laicos,
61 quam nunquam habet in Ecclesiasticos, * aut
in res speciales. Et licet in hoc casu neque il-
lam haberet contra laicos, cum de re speciali
ageretur, tamen quia agitur ad effectum præ-
scribendi, & error iuris habet admixtum illud
quod scilicet Ecclesiastici potuerint cogitare,
Prosperum potuisse habere etiam in hoc casu
illam iurisdictionem in laicos, quam regula-
62 riter habet; resultat titulus putatiuus * (licet
adsit error iuris admixtus) qui est aptus ad
præscribendum *Castrens d. cons. 70. num. 10. vers.
nec obstat &c.* & *cons. 408. numer. 6. lib. 1. Alex.
cons. 407. num. 9. lib. 1. & cons. 214 num. 6. lib. 6.*
Et hæc dicta sint ad confutandum prædictum
motiuum, cum Domini aliud amplexi sunt,
cum quo semper in hac causa transierunt, ni-
mirum quod sententia Regis fuerit lata super
63 possessorio redecimæ, * non autem super pro-
prietate, & ideo non præbuit sufficientem ti-
tulum ad prescribendam proprietatem dicta-
rum redecimarum ex supra deductis.

Ex quibus vtraque parte informante fuit cõ-
clusum redecimam non deberi.

*Præsens decisio fuit confirmata die 28. Iunij
1625. coram Card. Vbaldo impress. in rec. decis. 203.
par. 5. tom. 1.*

ARIMINEN. LIQVIDATIONIS FRVCTVVM.

Ven. 20. Iunij 1625.

ARGVMENTVM.

Ad obtinendam restitutionem fructuum lite pendente perceptorum, non est necesse, quod probetur realis perceptio, & quantitas illorum regulatur à consuetis, & in concursu probationum Rota attendit minorem quantitatem, vel mediam. Mandatum speciale requiritur in casibus, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

1 *Fructus lite pendente percepti veniunt restituendi absque eo quod de reali perceptione doceatur, cum sufficiat, quod bona sint de sui natura fructifera, & per partem possessa.*

2 *Et in hoc casu probatur quantitas à consuetis.*

3 *Ac in concursu probationum attenditur secundum stylum Rotæ minor quantitas, vel media via, si probationes tendunt ad diuersas summas.*

4 *Mandatum speciale requiritur ad recusandum Iudicem suspectum.*

5 *Prout requiritur quando petitur, vt Tutor tanquam suspectus remoueatur.*

6 *Ac etiam, vt quis de fuga possit pro debito suspectus iurari.*

DECISIO MDLXXXVII.

FVit actum super restitutione bonorum fideicommisso subiectorum initio anni 1615. & Ginebria obtinuit immissionem in fine anni 1623. & sic agitur de fructibus perceptis spatio nouem annorum lite pendente, qui veniunt re-
1 stituendi * absque eo, quod de reali perceptione doceatur; sufficit enim, quod bona ex sui natura essent fructifera, & per partem aduersā possessa *Negus. de pignor. in secundo memb. 3. partis num. 19. vers. sed in hoc posset dubitari.* Et satis est
2 in hoc casu probare quantitatem à consuetis * *Acchill. dec. 12. de restit. spoliat.* Itaut in concursu
3 probationum attenditur secundū sty'ū Rotæ, * minor quantitas, vel media via, si probationes tendunt ad diuersas summas; Quantum ergò ad triticum Testes *super primo.* Primus videlicet, & secundus pro portione dominica deponunt de star. quatuor cum dimidio annuis, tertius verò, quartus, & quintus star. 5. cum dimidio, quapropter capiendo minorem summam nouē annorum fuere percepta star. 40. cum dimidio, quæ æstimata ad rationem scutorum quatuor per star. prout communiter vendi consueuerunt spacio decem annorum, vt deponunt omnes testes *super tertio* ascendunt ad summam scut. 162.

Quantum attinet ad vinum Testes *super secundo* concordant in salmis 22. quolibet anno pro portione duntaxat dominica, quæ spacio nouem annorum conficiunt salmas 190. & quælibet salma vendi consueuit per id tempus ad rationem *gross.* 20. vt *super tertio* deponunt primus, secundus, & tertius testis. Itaque constituunt *gross.* 3960. & per consequens *libr.* 636. facientes summas scut. 165.

Quantum attinet ad Vinum, quod vulgo Aquaticcio appellant, placuit Dominis inhærere depositionibus primi, & secundi testium *super secundo*, scilicet quot annis pro portione dominica percipiebantur *salm.* 6. & sic in totum *salm.* 54. quæ vt ijdem testes asserunt *super tertio* sunt valoris *Iul* 2. pro vnaquaque salma, & facto computo ascendunt ad summam scut. 12. & bol. 18.

Circa oleum idem primus, & secundus testis deponunt *super secundo* de *libr.* 18. quolibet anno pro portione dominica, licet alij de maiori summa deponant, quæ eorumdem annorum spacio constituunt summam *libr.* 162. & cum *libr.* 100. olei vnciarum 24. pro quælibet libra constituant vnam salmam, & quælibet salma soleat vendi pretio *lib.* 40. monetæ, dictæ *libr.* 162. olei sunt valoris *lib.* 65. *bol.* 16. monetæ, quæ per nouem annos conficiunt summā scut. 15. bol. 56.

Circa ordeum primus, & secundus testis conueniunt, quod à Dominis perceptæ fuerint bernardæ tres annuæ, quæ annorum nouem spacio faciūt bernardæ 27. Cumq; bernardæ 12. ingrediantur pro vnico stario, cuius valor est lib. 7. pro dd. nouem annis sunt computanda *scuta tria, & bol.* 33.

Quantitas lini pro parte dominica præcepta ex depositionibus testium secundi, quarti, & quinti super quinto est manuatarū 35. quæ per id tempus perceptæ fuerint manuatas 270. suntque æstimandæ ad rationem bol. 4. pro libra, & per totum tempus constituunt scut. 13.

Fasces ex vimo habita ratione ad quantitatem per testes depositam possunt æstimari in totum pretio scuti vnius, & bol. 10.

Fasces ex sarmento vitium cum fuerint perceptæ ad numerum 300. quolibet anno per illud tempus ascendunt ad summam 2700. & ad rationem pro centenario sunt valoris sc. 9.

Item deponunt testes de pecoribus nouem, de quibus potest haberi ratio pro pretio sc. vnius pro qualibet, & sic in tot. scut. 9.

Fructus autem earum ad rationem bol. 35. pro vnaquaque singulis annis toto tempore ascendunt ad scut. 33. 63. ita enim deprehenditur ex dd. primi, secundi, & quarti testium.

Quo ad carnem porcinam primus, secundus, & tertius deponunt de lib. 75. singulo quoque anno. Itaque per id tempus ascendit ad lib. 675. habitaque rationem bol. 4. pro libra constituunt scut. 32. 12.

Ligna, querqua ascendunt ad placrstra 10. & facto computo vnius scuti pro plaf. sunt scut. 10. ita primus, & secundus testis.

Quoad arbores extirpatos pro portione dominica sunt 3. ita tertius testis.

Legumina ex dictis secundi, & quarti testium possunt æstimari in totum ad scut. 2. 27.

De

De mobilibus erit particulriter videndum, quia Domini nihil firmarunt. Et sic valor fructuum vna cum pecoribus illarumq; emolumentis potest taxari, vt ascendat pro portione dominica spatio nouem annorum ad scut. 471. & bol. 29.

Non obstat, quod examen testium fuerit factum post recusationē iudicū legitimè interpositā. Nam quicquid sit de hoc, satis est, quod ille, qui recusauit non haberet ad hoc, speciale manda-
4 tum, * vt requiritur *l. non solum in fin. 39. ff. de Procur.* ibi, *sed non facile per Procuratorem, quis suspectus accusabitur, quoniam fama causa est, nisi constet ei à Tutore mandatum nominatum*, prout etiam requiritur, quando petitur, vt Tutor,
5 tanquam suspectus remoueatur * *Anchar. cons.*
6 *36. numer. 8. vers. item est aduertendū*, Ita etiam vt quis de fuga possit pro debito suspectus iurari * *Roman. cons. 241. num. 11. vbi Apostill. in verbo non potuit Socein. cons. 120. num. 6. lib. 1. Felin. in cap. 1. num. 8. & seq. vt lite non constat.* Et ita conclusum, &c.

ROMANA PAROCHIAE.

Ven. 20. Iunij 1625.

ARGVMENTVM.

Quasi possessio exigendi iura Parochialia ad effectum manutentionis, ex quibus actibus dicatur probata.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio in iuribus Parochialibus datur possessori de tempore litis mota.*

2 *Possessori de tempore litis mota datur manutentio.*

3 *Palatium* Columnensium *Romæ non habet annexum viridarium, eum adsit via intermedia & ad viridarium ascendatur per pontem ligneum.*

Palatium Columnensium *Romæ est sub Parochia Sanctorum Apostolorum, non autem viridarium ab eo separatum & ad quod ascenditur per pontem ligneum num. 3.*

4 *Possessione exigendi iura Parochialia à palatio probata non tamen remanet probata possessio quoad hortos ab illo separatos.*

5 *Possessio exigendi iura Parochialia probatur ex testibus deponentibus de actibus Parochialibus, nempe de administratione Sanctissima Eucharistia Sacramenti, Extrema Vnctionis, de asportatione funerum, de benedictione domorum, & de denunciatione matrimonij.*

Amplia etiam si testes sint singulares num. 7.

6 *Testes plures, & verisimilia deponentes sunt praferendi.*

DECISIO MDLXXXVIII.

VErtente controuersia super iuribus Parochialibus inter fratres S. Francisci Conuentualium, qui regunt Parochiam Sanctorum Apostolorum, & inter fratres S. Hieronymi de Ferculo Regentes itidem Parochiam SS. Vincentij, & Anastasij, quæ habet etiam annexam Parochiam S. Hieronymi, cuius Ecclesia existebat in monte Quirinali à Regione Domus Patrum Sancti Syluestri nuper demolita, dubitaui, cui & vsque ad quos fines sit dandum mandatum de manutenendo in iuribus Parochialibus dictis Patribus S. Hieronymi ex Parochia S. Hieronymi, cuius occasione solum erat controuersia in eo, quod prætendebant totam Plateam montis Quirinalis vsque ad S. Siluestrum includendo Domum Monacorum S. Pauli, hodie pro ampliatione plateæ dirutam, hortos Columnensium Palatium Eminentiss. D. Cardinalis Bentiuoli, & totum illius ambitum cum Palazzina, vt dicitur, *del Patriarca Biondo*, & Domini consueurunt prædictis fratribus S. Hieronymi dandam esse ma-
1 nutentionem quoad omnia, * excepta dumtaxat illa parte contigua palatio dicti Cardinalis Bentiuoli, que olim erat domus refugij, vbi nuper habitabat seruitium Eminentissimi Cardinalis Burghesij, de qua reseruata fuit, vt particulariter videretur.

Ratio *decisionis* est, quia possessori de tempo-
2 re litis motæ datur manutentio §. *hodie * instit. de interdict.* & in istis terminis fuit dictum in causa *Cauen. consistium 7. martij 1622. coram bo. me. . . .* Nam dicti fratres S. Hieronymi quoad loca prædicta bene probant suam possessionem, & quantum attinet ad Plateam Montis Quirinalis, de hoc expresse deponunt testes scilicet primus, tertius, sextus, & octauus *super 3.* quoad domum nuperrime dirutam Monacorum S. Pauli deponunt pariter *super 13.* testis secundus & *iuxta 17.* tertius testis, quo ad hortos Columnienses *iuxta 15.* testis quintus, & septimus: Nec fieri potest vis, quod horti sint annexi Palatio, quod absque difficultate est sub Parocchia SS. Apostolorum, quia aut Patres Sancti Fracisci dicunt, viridarium esse coniun-
3 ctum palatio magno, & negatur; * Adest enim via intermedia, & ad hortos ascenditur per Pontem ligneum super via publica extructum, aut dicunt esse coniunctum alteri Palatio, quod olim inhabitabat in minoribus dum erat Cardinalis felic. rec. Leon XI. & pariter negatur, nam cum Palatium sit in subiecta planitie, Viridarium super ruinis montis cum notabili etiam distantia non potest inferri ad talem an-
4 nexionem, * iraut probata per fratres S. Francisci possessione exigendi iura parochialia in Palatijs, ijs sit pariter probata possessio in hortis, tanquam annexis iuxta *not. in l. fin. in princ. vbi glos. in verbo legatum ff. de seruit. Vrban. præd.* Quoad palatium Illustrissimi Cardinalis Bentiuoli cum toto illius ambitu inclusa etiam vt dicitur *la Palazzina* deponunt primus, tertius, quintus, sextus, septimus, octauus testes fuisse constructum partim in loco, vbi aderat Monasterium fratrum Sancti Hieronymi, partim vbi aderat domus, & viridarium aliorum de Cecis, & in vniuerso illo ambitu in dd. domibus, & locis tam ante con-

contractum prædicti Palatij, quam de tempore ædificationis,& post perfectum ędificium fratres S. Hieronymi administrasse curam Animarum.

Neque quicquam obijciatur testibus, qui bene probant possessionem ex actibus Parocchialibus, * aliqui enim deponunt de administratione Sanctissimæ Eucarestiæ Sacramenti,
5
& extremæ Vntionis *c. omnes de panit. & remiss. Clem. dudum §. verum de sepultur.* aliqui vero asportatione funerum *c ex parte il p. & c. in nostra de sepultur. gloss. in rub. Parocch. vbi Abb. num. 2. Roman. cons. 365. num. 3.* & alii de benedictione domorum, vt habetur in *Rituale Romano*, & de denunciatione Matrimonii, vt habetur in *Concilio Tridentino sess. 24 c. p. de reformat. Matrim.*

Non obstant testes in contrarium examinati, quia deponunt de administratione Sacramentorum in dicta domo refugii, de qua particulariter videndum est, quia in contrarium adsunt alii, & quatenus vltra prædictam domum aliquid deponerent non essent attendendi; Tum quia testes fratrum S. Hieronimi sunt plu-
6 res, * & verisimiliora deponentes; Tum etiam quia agitur de domibus, quæ sunt contiguæ Ecclesiæ S. Hieronymi, iam demolitæ, sicquæ prædicti testes si accuratius inspiciantur, deponunt de domo refugii.

Nec demum officit, quod testes fratrum S. Hieronymi sint singulares, quia nihilominus
7 admittuntur, * cum non agatur de probandis illis actibus, sed quod ex iis actibus resultat *Castr. cons. 151. sub num 1. vers. 2. videtur lib. primo:* Neque hic est agendum de priuilegio Ioannis Tertii fratribus S. Francisci præsente & de altero Pii IV. quod prætendunt fratres S. Hieronymi, quia ista reiiciuntur ad petitorium.

Et ita vtraque parte informante resolutum.

ROMANA DE BOMBELLIS.

Lunæ 23. Iunij 1625.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Per aditionem hæreditatis cum beneficio legis, & inuentarij non remanent confusa actiones.*

2 *Vxor hæres mariti cum beneficio legis, & inuentarij si soluit debita, pro quibus non adsint releuatores idonei, & hæreditas non sit soluendo potest retinere bona hæreditaria, & ex illis facere fructus suos.*

DECISIO MDLXXXIX.

Domini perstiterunt in resolutis scilicet quod Helena potuerit in subsidium retinere vineam, etiam quod fuerit data æstimata, itaut faceret emptionem, & venditionem, cum hæreditas non esset soluendo ex iuribus allegatis in alijs *decisionibus*, & præsertim in *decisione facta die 19. Ianuarij superioris anni coram me.* Non enim obstat dictæ Helenæ, quod sit hæres meriti, quia cum adiuerit hæreditatem
1 cum beneficio legis, * & inuentarij non sunt confusæ actiones ex iuribus in prædicta *decisione* allegatis.

Quod autem hæreditas non sit soluendo satis patet ex calculo vltimo loco facto auditis partibus per d. Ioannem Michelinum, qui firmat creditum hæreditaris esse scut. 7097. 79. debitum vero scut. 6812. 66. & reseruat inter alia an sint ponendi ad debitum hæreditatis duo census scut. 350. in sorte principali, quæ fuerunt soluta creditoribus vigore fideiussionis factæ per maritum Helenæ, quæ pro se allegabat fuisse solutum debitum hæreditatis, & sic computatis dictis censibus hæreditatem non soluendo.

Et quamuis pro parte Fuluiæ replicaretur, quod maritus fuerat fideiussor, & quod Helena poterat se releuare contra principales debitores census: Attamen responderunt Do-
2 mini non probari, * quod Helena tanquam hæres cum beneficio leg. & inuent. habeat releuatores idoneos, & sic isti census sunt computandi ad debitum hæreditatis, vnde apparet, quod hæreditas non est soluendo, & sic quod Helena potuerit retinere vineam in subsidium, & ex hoc facere fructus suos.

Et ita conclusum &c.

ROMANA REPETITIONIS DOTIS.

Lunæ 23. Iunij 1625.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Oblata per debitorem reali solutione, si creditor recuset recipere, impeditur omnis processus quamuis executiuus. Ampl. num. 5.*

2 *Et tunc debitor nec tenetur ad reale depositum.*

3 *Fructus dotis ex statuto Vrbis lib. 1. cap. 137. debentur ad rationem septem cum dimidio.*

4 *Liquidatione non facta non potest concedi mandatum.*

5 *Creditor non excusatur à receptione sortis ob non factam solutionem fructuum, dum sunt illiquidi.*

DECISIO MDXC.

Fvit resolutum mandatum de associando pro credito dotis, & fructuum non esse concedendum D. Flaminiæ, quia aut petitur respectu sortis, aut respectu fructuum; si respectu sortis non potest concedi, cum fuerit oblata rea-

1 realis solutio, * & mulier recusauit recipere, vnde impeditur omnis processus, quamuis executiuus *l. Pupilus in fine ff. quib. mod. pign. vel hypoth. soluat.* itaur debitor stante illius re-
2 cusatione nec teneatur ad reale depositum* *Gloss. in l. accepta in verbo acceptam C. de vsur. Surd. decis. 172. num. 2. & 3.*

Aut vero petuntur respectu fructuum ex *Statuto Vrbis cap. 137. lib. 1.* & cum D. Flamiriæ fuerint assignara bona, licet ratione *Statuti*
3 fructus debeantur * ad rationem septem cum dimidio pro quolibet centenario, & anno; nihilominus sunt excomputandi fructus bonorum percepti, & propterea donec fiat liquida-
4 tio * non est concedendum prædictum mandatum de associando etiam in executiuis *Galess. de oblig. cameral. quæst. 34. num. 10.* nec ita fru-
5 ctus licet sint pars sortis principalis * poterunt excusare à non receptione sortis, eum sint illiquidi ex allegatis per *Marescott. var. resol. lib. 1 cap. 17. num. 12. & 13.*

Et ita resolutum vtraque &c.

ROMANA EVACVATIONIS DOMVS.

Lunæ 23. Iunij 1625.

ARGVMENTVM.

Conductor quando censeatur renunciasse Decretis Cameralibus, & alijs Statutis sibi competentibus.

SVMMARIVM.

1 *Locator finito tempore locationis potest agere ad euacuationem contra conductorem.*

2 *Ampliá maximè quando in Instrumento locationis adest promissio de dimittendo rem locatam vacuam, & expeditam finita locatione.*

3 *Quæ promissio licet fuerit tantummodo appositu in primo instrumento locationis, tamen censetur repetita in secundo, in quo fuit habitu relatio ad primum cum omnibus suis qualitatibus.*

4 *Inquilinus non potest impedire euacuationem domus sub prætextu Decretorium Cameralium, Indultorum, &c. dum ipsis renunciauit.*

5 *Inquilinus potest renunciare decretis cameralibus, & alijs priuilegijs sibi competentibus, vel vt se suis iuribus priuet, vel vt locatori prosit.*

6 *Decreto Camerali disponenti de inquilinatu non potest renunciari. Contrarium num. 7. Ampliu num. 10.*

7 *Priuilegio respicienti simpliciter fauorem publicum non potest per priuatum renunciari, secus si principaliter respiciat fauorem publicum, & secundario fauorem priuatum.*

8 Statutum Florentiæ de introitu apothecarum *respicit priuatam vtilitatem, licet fauore publico fuerit introductum.*

9 *Renunciatio generica non trahitur ad incognita etiam quod adsit iuramentum, limita numer. 11.*

10 *Decreta* Cameralia *circa inquilinatum solent fieri in anno sancto.*

11 *Disdicta locationis dicitur facta eo ipso, quod repellitur conductor, qui petit relocutionem.*

DECISIO MDXCI.

Fuit resolutum decretum extra Rotam latum esse reuocandum, quia cum locatio fuerit facta de trienio ad trienium, rectè post dictum
1 tempus Societas * agit ad euacuationem ex remedio *l. si quis conductionis C. locat. Rota decis. 463. numer. 5. part. 3. lib. 3. Verall. dec. 5. lib. primo in manuscriptis Conturd. in l. vnica C. si de moment. possess. in ampliat. num. 73.* eoque magis, quia adest clara promissio in instrumento de dimittenda finita locatione domum vacuam
2 & expeditam, * vt ex dicta *l. si quis conductionis*, & non ab re considerauit *Rota in Romana Euacuationis 20. Decembris 1615. coram R.P.D. meo Vbaldo*, quæ est *decisio 692. par. 1. in rec.* Et quamuis hæc in primo dumtaxat instrumento locationis legantur, tamen perinde est
3 ac si in secundo fuissent apposita, * cum ad primum cum omnibus suis qualitatibus fuerit habita relatio *l. esse toto ff. de hæred. inst. Ostac. dec. 128. num. 2.* & in puncto fuit resolutum in dicta *Romana euacuationis coram R. P.D. meo Vbaldo.*

Non aduersantur decreta cameralia ordinaria, & ea, quæ seruantur occasione anni Iubilei, quia Decius cum iuramento per prædi-
4 ctam relationem renunciauit * quibuscunque Decretis Cameralibus, Statutis, Indultis, Priuilegijs, Gratis, & alijs quibuscunque ad fauorem inquilinorum quomodolibet facientibus, tam æditis, quam faciendis, vnde Decius amisit ius omne, quod ex dictis Decretis poterat habere *l. p. §. qui semel ff. de success. edit. l. p. §. si quis ante ff. à quibus appell. non lic. c. 4. de restit. spol. Aym. cons. 290. col. 2. vers. nos habemus Menoch. cons. 16. numer. 15.* & in terminis renuntiationis horum Decretorum dixit *Rota dec. 692. num. 9. part. 1. in rec. & dec. 540. num. 1. in fine par. 2.* & in *Romana Domus 4. Iuly 1603. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio.*

Et hæc de plano procedunt, nam prædicta renunciatio fuit licita, aut enim censetur facta, vt Decius se tantum suis iuribus priuaret, aut vt prodesset societati, & vtroque casu potest
5 fieri. * De primo est *tex. in l. inuito ff. de reg. iur.* vbi beneficium non confertur in inuitum, & in *l. 1.* iudex circumuento ibi *quia vnicuique ff. de minor.* vbi quod quilque potest contemnere beneficium suum *l. prima & toto titulo ff. pro derelict.* de secundo est *text. in l. re mandatu ff. mandat. l. sit ne inuacuam ff. de acq. poss.* & vtroque casu voluntas renuntiantis semper tendit in bonum saltem apparens, imò contemnens beneficium pro se introductum, eoque non vtens satis dicitur lucrari, atque rendere in bonum, dum suæ voluntati obsequitur *Gloss.*

Gloss. singularis per illum *tex. in l. penultima in verbo acturum ff. de cond. caus. dat. Manth. singul. 327. incip. glos. est Tiraquell. de retract. lign. in præf. num. 25.*

Non obstat, quod decretum camerale circa annum Sanctissimi Iubilei emanauerit fauore
6 publico; * ideò non potuerit renunciari *Cuman. cons. 59. num. final.* Quia conclusio est vera, quando simpliciter fauorem publicum respiceret, secùs verò est, quando principaliter fauorem
7 priuatorum præ oculis habuit, * licet secundario fauoris publici rationem habuerit, prout est casus noster *Roman. cons. 151. in princ.* vbi quod Statutum Florentiæ de introitu apotheca-
8 rum Velleianum ad fauorem Mulierum, * & restitutio in integrum respiciunt priuatam vtilitatem, licet fauore publico fuerint introducta, illisque omnibus quisque potest renunciare *Soc. reg. 8. incipien. renuntiare iuri suo. &c.*

Non obstat, quod generica renuntiatio non trahatur ad incognita etiam quod adsit iura-
9 mentum * *Paris. cons. 95. num. 11. & 12. vol. 3. Menoch. cons. 401. num. 98. Fulgos. in l. 2. num. 5. C. de rescind. vend.* quia fuit responsum, quod
10 cum Decius sit Curialis antiquus * I. V. D. & huiusmodi decreta fieri soleant in anno Sancto, & meminit *Mandos. in tract. de Cas. annal. num. 42. Cas. 143.* qui loquitur de Decreto Cardinalis Sfortiæ emanato sub Paulo III. anno 1549. & postea sub Cardinale Errigo Caetano tempore Clementis VIII. reuocato, & demũ sub S. M. Greg. XV. de anno 1623. ab Illustrissimo D. meo Cardinale Ludouisio tunc Camerario, bene potuit cogitare de illo decreto, præsertim quia locatio facta fuit de anno 1621.
11 vtque censeatur renunciasse sufficit, * quod de hoc in genere potuisset cogitare *Gabriel. de reg. Iur. concl. 4. n. 5.* Cesset præterea omnis difficultas stante verborum vniuersalitate per ea, quæ notat *Corn. cons. 237. n. 16. lib. 4.*

Nec officit, quod intimatio non fuerit facta Decio à legitimo Procuratore, nam fuit postmodum confirmata repellendo Aduersa-
12 rium, * dum petijt relocationem, vt deponunt testes in hac causa examinati. Quamobrem quatenus iste actus non possit operari confirmationem intimationis, ita vt retrahatur in præiudicium Decij, operabitur nihilominus in vim nouæ intimationis ad acquirendam actionem ex notatis per *Grat. cons. 12. num. 28. lib. 1. Roman. Cons. 441. num. 5. vers. primo quia.*

Et ita vtraque parte &c. conclusum &c.

SPOLETANA ABBATIAE

Ven. 27. Iunij 1625.

ARGVMENTVM.

Donatio bonorum monasterij alicui à Papa facta in casu, quo modernus Abbas cedat vel decedat, seu quomodolibet dimittat; si iste ad fauorem alicuius resignet, interim est suspensa gratia Papæ donantis, itaut ad fauorem donatarij non nascatur nec obligatio, nec actio, & per consequens ipse, vel eius successor non poterit ex bonis eiusdem monasterij Ecclesiam dotare, & sub isto prætextu iuspatronatus acquirere.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus cessat, cessante donatione, cuius contemplatione fuit concessum & n. 3.*
2 *Inuestitura pure facta de alieno feudo non valet, cum debeat fieri sub conditione, & conferri in illud tempus, quo possessor sine hærede masculo decedat & n. 4.*
3 *Iurispatronatus concessia facta ex falsa causa corruit.*
5 *Decimas Summus Pontifex concedere potest.*
6 *Requiritur tamen ad effectum validæ concessionis expressa derogatio Concilij lateranensis.*
7 *Concilium generale censetur habere clausulas derogatorias ad sequentes dispositiones.*
8 *Vnio nihil aliud est, quam suppressio, & donatio, ex qua beneficium vnitum efficitur prædium, & alteri loco applicatur.*
9 *In resignationibus ad fauorem passim derogatur vnionibus.*
10 *Per clausulam* non obstantibus *appositam in resignatione censetur derogatum omnibus, quæ possent resignationi obstare.*
11 *Et etiam priuilegio in corpore iuris non clauso.*
12 *Si fuit derogatum Concilio generali, & postea subiunctum, & alijs Concilijs censetur derogatum etiam alijs Concilijs generalibus, quamuis egerent derogatione speciali.*
13 *Fideiussor debet specialiter renunciare beneficijs executionis diuisionis, & cedendarum.*
14 *Limita quando fideiussor renunciat aliquibus beneficijs in specie, & postea subditur clausula generalis,* & omnibus alijs beneficijs.
15 *Clausula generalis,* cæterisque in contrarium facientibus non obstantibus *derogatoria omnium obstantiarum, per quas effectus gratiæ differri vel impediri valeret, non operatur suspensionem vnionis. Declara, vt ibi.*
16 *Identitas personæ probata censetur, quamuis fuerit expressum vnicum tantum nomen eius, qui habet duo nomina, vtpote si vocetur Ioannes Antonius, & fuerit expressus Ioannes vel Antonius.*
17 *Identitas personæ probatur ex expressione solius nominis, vel solius cognominis.*
18 *Error in nomine proprio non vitiat institutionem, si de corpore constet.*
19 *Identitas personæ probatur ex confessione partis emissa in precibus licet ad alium effectum.*
20 *Resignationes ad fauorem præsertim de monasterio alicuius considerationis, non ita de facili fieri solent duabus, maxime in eadem familia, sed melior vt plurimum eligitur.*
21 *Identitas personæ probatur concurrentibus pluribus*

bus demonstrationibus, itaut contrarium asserenti incumbat onus probandi.

21 *Identitas personæ non excluditur, si in legitimatione sit scriptus Titius natus Chelda, licet probetur, Titium natum ex alia muliere, dum concurrunt alia demonstrationes.*

23 *Identitas personæ non excluditur etiam quod fuerit scriptum Præbyter Ioannes quondam fratris Albertini de Venturinis, & fuerit probatum, quod non erat de Venturinis.*

24 *Potest esse, quod descriptus in Instrumento sibi nomen mutasset.*

25 *Instrumentum non reprobatur ex eo quod in eo sunt descripti A. B. expresso eorum cognomine pro testibus, si producantur duo, qui dicant se illis nominibus vocari, sed non fuisse præsentes instrumento.*

26 *Nominis mutatio non præsumitur.*

27 *Clausula* cedente, vel decedente, seu illud quomodolibet dimittente *non comprahendit resignationem ad fauorē, dum in supplicatione alter pro dimissione, alter pro prouisione supplicat.*

28 *Sed continet tantum sub se simplicem dimissionem.*

29 *Mens Principis colligitur ex longissimo, & quotidiano usu.*

30 *Indultum conferendi beneficia etiam quod vacent in Curia per promotionem, amissionem, vel quamuis dimissionem intelligitur de simplici, non autem de cessione ad fauorem in manibus Papæ.*

31 Regulæ de iure quæsito non tollendo *non rei quæritur derogatio, dum gratia non affert præiudicium considerabile.*

32 *Clausulæ suspensiuæ comprahendunt etiam vniones consistoriales, etiam pro dote factas, & sufficit, quod dd. clausulæ legantur in supplicatione, vel in litteris, & è contra.*

33 *Narratiua quod quis pacifice, & licet de facto per quadriennium possederit beneficium spatio 30. annorum præsumitur iustificata. limita vt ibi.*

34 *Per resignationem abdicatur omne ius à resignante.*

35 *Ampliā procedere sine resignatio sit pura, siuè conditionalis.*

36 *Ampliā secundo procedere maximè quando resignatarius est triennalis pacificus possessor.*

37 *Tituli validitas ad effectum* Regulæ Triennalis *post mortem resignantis non est discutienda, cum ab eo solum posset opponi.*

38 *Vigore donationis suspensa non oritur nec obligatio, nec actio.*

39 *Obligationum alia est pura, alia in diem, alia sub conditione.*

40 *In vltimis voluntatibus dies incerta omnino extitura facit conditionem non diem.*

41 *Dies incerta omnino xtitura in contractibus facit diem, qui differt actionem licet non suspendat obligationem.*

42 *Limita primo si vltra diem incertum alia quoque, quæ in promissione deducuntur in certa sunt, quo casu differt obligationem, & actionem.*

Limita secundo quando non solum dies, sed obligationis quoque substantia post mortem cōfertur, tunc enim obligatio post mortem incipit numer. 44.

43 *Ex promissione fructuum ex fundo percipiendorum, interim neque oritur obligatio neque actio.*

45 *Dictio* deinde *comprahēdit tempus post actū, itaut tempus antecedens nullius sit considerationis.*

46 *Participium futuri temporis neque ad præsens, neque ad præteritum potest trahi.*

47 *Dictio* ex nunc *intelligitur sequuto obitu, quando obligatio, & actio sunt collata post obitum & sic aduenient e die postquam oritur obligatio & actio.*

48 *Verba præsentis temporis apposita actui, ex quo oritur obligatio, & actio post mortem alicuius non possunt intelligi ante illius obitum.*

49 *Dictio* tunc *denotat extremitatem temporis. Aduertēquod id non prouenit ex dictione* tunc, *sed ex natura rei num. 49.*

50 *Clausula* cedente, & decedente *importat diem.*

51 *Vnio facta per Papam cedente, vel decedente Rectore, censetur in diem, ante cuius aduentum potest sine præiudicio Rectoris fieri vnio. Decl. n. 53.*

52 *Episcopus stante simili gratia potest facere vnionē.*

53 Oldrad. conf. 233. & conf. 257. num. 1. *in quibus terminis procedat, &* 54.

54 *Vnio de beneficio pleno fit sine tamen præiudicio obtinentis.*

55 *Gratia suppressionis Abbatiæ facta in casu, de quo ibi censetur reuocata per subsequentes* Regulas Cancellariæ super reuocatione vnionum.

56 Regulæ modernæ Cancellariæ *comprahendunt dismembrationes fructuum.*

57 *Regulæ antiquæ cancellariæ non comprehendunt applicationes fructuum nisi fiant per viam vnionis. Decl. num.* 58.

59 Regulæ Cancellariæ super reuocatione vnionum *fuerunt adinuentæ ne per vnionem diminuatur cultus diuinus, & facultas conferendi.*

60 *Cultus diuinus imminuitur, quando ex Ecclesia efficitur Cappella.*

61 Regula reuocatoria vnionum *intrat in casu, quo Cappella regi debeat per Cappellanum ad nutum ammouibilem.*

62 *Suppressio beneficij facta per Papam nihil operatur, dum semper durauit spes, vel aliquis habitus in contrarium.*

Extinctum non dicitur quod pendet num. 62.

63 *Ecclesia, quæ praua suppressione fuit donata, remanet in suo statu ac si nunquam fuisset donata, quotiescumque suppressio fuit reuocata.*

DECISIO MDXCI.

Sixtus IV. donauit bona Monasterij S. Petri de Ferentillo Bartholomæo de Ruuere Nepoti per hæc verba. *Volumus & auctoritate Apostolica decernimus, quod cedente, vel decedente Ancaiano moderno Abbate, seu illud quomodolibet dimittente, dignitas Abbatialis, & Ordo S. Benedicti Conuentualitas in ipso Monasterio extincta sit, & esse censeatur & deindè Monasterium ipsum Cappella sine cura nuncupetur reputetur, & nihilominus omnes decimas, necnon fructus redditus, prouentus possessiones, iurisdictiones cura, & bona mobilia, & immobilia dicti Monasterii ex nunc Tibi præsenti, & recipienti pro te, tuisque hæredibus, & successoribus habenda, & possidenda, ita quod illa vendere, alienare, donare, et de illis pro tua, et hæredum prædictorum voluntatis arbitrio disponere, et ordinare liberè, et licite possis, et valeas, et possint, et valeant ea donatione, quæ dicitur inter viuos tenore præsentium donamus concedimus, et elargimur, etc.* euenit casus, quod sub Iulio II. prædictus Ancaianus re-

resigauit Monasterium ad fauorem Aloysij de
Ancaianis, qui adhuc viuens narrauit Leoni X.
vna cum Ancaianis de anno 1515. se per qua-
driennium licet de facto, pacificè tamen Mona-
sterium possedisse, & hæredes Bartholomei do-
nasse prædicta bona ipsis Ancaianis, prout in
instrumento apparere dixerunt, & obtulerunt
se daturū omnia bona prædicta Ecclesiæ, si ius-
patronatus concederetur. Quapropter Sum-
mus Pontifex postquam fructus, redditus, &
prouentus, decimas, iurisdictiones, iura, &
alia bona in dotem monasterio dederint, &
concesserint iuspatronatus, & præsentandi per-
sonam idoneam ad d. monasterium in forma
commissaria concedi mandauit. Stante hac
serie facti dubitaui, an constaret de iurepatro-
natus, & Domini mei negatiuam sequuti sunt
opinionem. Quia summus Pontifex concessit
iuspatronatus sub prætextu donationis, quæ
1 hic vere non adest,* cum per d. resignationem
Ancaiani fuerit suspensa gratia Sixti IV. Et
interim ad fauorem illorum de Ruuere dona-
tariorum non erat nata obligatio, neque actio,
quamobrem, nec ipsi potuerunt cedere bona
tanquam libera Ancaianis neque Ancaiani
tamquam de bonis liberis potuerunt Eccle-
siam dotare, vt in similis quis de alieno feu-
do pure inuestiatur, inuestitura non va-
2 let,* vt enim valeat fieri debet sub condi-
tione, & conferri in illud tempus, quo posses-
sor sine hærede masculo decedat *Cap. qui suc-
cess. dur. teneant lib. 1. feud. cap. 1. post princ.
verbo vbi vers. de alterius feudo de Cler. qui in-
uest. fec. lib. 2. feud. Rosent. de feu. c. 4. concl. 9. incip.
at hae sufficiant nu. 1. & seqq. Clar. lib. 4. sent. §.
feudum q. 14. num. 1. Hartm. Pist. q. 25. num. 1.
lib. 2. Schrader. de feud. par. 3. cap. 2. num. 59.*
Quare cum concessio iurispatronatus fuit facta
3 ex falsa causa,* nempe titulo dotationis, &
dotatio corruat, corruit quoque concessio,
itaut nulla censeatur *l. & si preces C. de Pręd.
min. Alex. cons. 69. num. 3. lib. 3. Menoch. cons.
314. num. 27. S. m. Greg. dec. 496. numer. 11.*
adeo vt licet alia non obstarent, nihilominus
Ancaiani post mortem Aloysij, per cuius pro-
uisionem eius vita durante fuerat suspensa gra-
tia Sixti IV. non potuerint prætendere iuspa-
tronatus, cum concessio male fuerit facta,
sed possint repelli exceptione nullitatis, vt in
terminis feudi à tertio possessi, de quo quis
4 pure inuestitus fuit,* quod concessio non su-
stineatur, etiam si postea feudum aperiatur
tenent *Rossent. de feud. d. c. 4. concl. 9. num. 1.
Afflict. in c. si quis fecerit inuestituram quo tem-
pore miles num. 15. Hartm. Pist. q. 25. num. 13.
& seqq. lib. 2. Fachin. controu. iur. lib. 7. c. 28.
circa med. vers. quod attinet ad secundam contro-
uersiam.* Et prædicta eo amplius procedunt
respectu decimarum, quas licet Summus Pon-
5 tifex concede potuerit* *Hostien. in summa de
decim. §. 3. quæritur num. 13. Rebuff. de decim.
q. 13. num. 73.* tamen cum circa hanc conces-
sionem adsit prohibitio *Concil. Lateranen. sub
6 Alexandro III. in c. 14. §. prohibemus,** rela-
tum in *c. prohibemus de decim.* ad effectum va-
liditatis huius concessionis requirebatur ex-
pressa derogatio *d. Concilij generalis*, quod cen-
setur habere clausulas derogatorias ad sequen-
7 tes dispositiones,* adeo quod datur defectus
voluntatis in concedente *c. ex parte de Capell.
Monach. c. non nulla §. 1. vbi Fœlin. num. 2. de
rescript. Archidiac. in c. 1. num. 2. ante fin. vers
vel dic planius de constit. in 6.* & fuit dictum in
causa *Imolen. decimarum 21. May, & 9. Iunij
1586. coram Orano* & in causa *Vlixbonen. deci-
marum 24. Nouembris 1583. coram Ortolen.* & in
causa *Valentina decimarum de Ayora 27. No-
uembris 1602. coram bo. me. Pœnin*, vbi aliæ *de-
cisiones* recensentur.

Quod autem gratia Sixti fuerit suspensa
per resignationem Ancaiani non potest con-
trouerti, quia aut gratia Sixti sapit vnio-
nem, prout voluit *Rota* in puncto huius
gratiæ in causa *Spoletana præsenti iurispatro-
natus 14. et 19. Iunij 1581. coram D. de Rubeis*
8 cum vnio nihil aliud sit,* quam suppressio, &
donatio, ex qua beneficium vnitum efficitur
prædium, & alteri loco applicatur *Rota dec.
11. de reb. Eccles. non alien. in antiq. Surnen. in Reg.
de triennal. quæst. 3. num. 2. vers. quia per vnionem
Fely. in c. in nostra num. 30. de rescript. Paris. cons.
30. num. 11. lib. 4.* Et satis expressis verbis vnio-
ni fuit derogatum prout passim fieri consue-
9 uit* in resignationibus ad fauorem *Mandos. in
prax. signat. Grat. in verbo resignationem vers. da-
tur suspensio Paris. de resignat. lib. 2. quæst. 3. nu. 52.*
Aut vero gratia Sixti non est habenda pro v-
nione, & nihilominus illi satis fuit deroga-
tum; Nam Iulius secundus in dicta prouisione
suspendit qualcunque vniones etiam ad instan-
tiam Regum, & aliorum Principum &c. cum
quibusuis clausulis etiam derogatorarium de-
rogatorijs etiam fortioribus, & insolitis, &
de plenitudine potestatis hactenus concessis,
suspenditque quoque coadiutorias, & demum
subditur *Cæterisque in contrarium facientibus non
obstantibus quibuscunque cum clausulis opportunis,
& consuetis*; Vnde ex istis verbis duo fuerunt
ponderata. Primum quod per clausulam
10 *non obstantibus** fuit derogatum omnibus,
quæ possent resignationi obstare *Ias. cons.
110. col. 4. in fin. sub numer. 12. vers. tertio moueor
lib. 4. Bero. cons. 147 numer. 28. vers. & licet lib. 3.
Roland. cons. 67. num. 62. lib. 3.* Etiam priuilegio
11 in corpore iuris non clauso* *Clem. 1. in fin
de sepult. Io. Andr. in cap. 1. num. 4. de excess. Præ-
lat. in 6. Bart. in Extrauag. ad reprimendum vers.
non obstantibus sub num. 11. Ruin. cons. 163. num.
17. & 18. lib. 5.* Secundo fuit ponderatum
quod ista derogatio est apta suspendere etiam
donationem factam per Sixtum IV. cum non
sit minor vnione, quam Papa suspenderat, vt
in simili si fuit derogatum in Concilio gene-
12 rali, & postea dicatur,* *& alijs Concilijs*,
censetur derogatum etiam alijs Concilijs ge-
neralibus etiam quod agerent derogatione
speciali *Dec. cons. 341. numer. 10. in princ. lib. 2.
Prob. ad Monach. in cap. cum in tua num. 23. vers.
& quod necessaria sit de consuetud. in 6. Couar. in
Epitom. de spons. 2. par cap. 8. §. 9. vers. quibus ego
addo.* Et fuit dictum in causa *Conchen. exem-
ptionis decimarum 17. Martij 1589. coram Orano.*

Et

Et in fimili videmus etiam quod licet fideinf-
13 for debeat fpecialiter renunciare beneficijs, *
exequutionis, diuifionis, & cedendarum; vt
notat *Matth. Berlich.par.2.concl.22.* ifta tamen
regula fallit, fi fideiuffor renunciat aliquibus
14 beneficijs in fpecie,* &poftea fubdatur claufu-
la generalis, *& omnibus alijs beneficijs Valent.
Franch. in tract. de fideiuff. cap.5.num.355. ver.
hac tamen adiecta cum feqq. Matth.Coler. tract. de
Proc.execut.par.1.cap.10.num.449. verf. fallit.3.
& dec.226.incip.facti quæftio num.46.verf. tertio
fallit.par.2. Koppen.dec.53. incip. Nihil hodiernis
temporibus num.12.ad fin.verf.2. limitatur iuncto
numer.1.* cum alijs per *Berlieb.loco prædicto n.17.*
& prædictis non refiftit, quod dicta claufula
15 generalis *cæterifque &c.** derogatoria omnium
obftantiarum per quas effectus gratiæ differri
vel impediri valeret, non operetur fufpenfio-
nem vnionis, vt voluit *Rota in Eugubina benefi-
cij Sancti Stephani 10. Decembris 1590. coram
Cardinali Pamphilio* relata apud *Garz.de benefi-
c.par.11. cap.4. num.41. & feqq.* Et fic nec fuf-
penfionem gratiæ Sixti IIII. quia hoc procede-
ret fi folum adeffet ifta claufula, fed cum adfit
fufpenfio vnionum, & poftea fubfequatur ifta
claufula, bene operatur, vt patet ex prædictis,
& optimæ fuffragatur *dec. Caffad.3. de Renunc.*
vbi habetur nulla mentio vnionum, fed folum
aderat claufula omnium gratiarum, & ideò
per illam fuit refolutum, quod vnio cenfeba-
tur fufpenfa, quod admittit etiam prædicta
dec.in caufa Eugubina. Quare iure merito præ-
dicta claufula generalis *cæterifque &c.* fuffraga-
tur in hac facti fpecie.

Neque eft verum, quod non conftet Anca-
ianum refignaffe ad fauorẽ Aloyfii, fed quem-
dam Eufebium, quia ad diffoluendum hanc
difficultatem, prænotandum eft, quod fi præ-
dicti Abbatis Ancaiani nomen fuiffet Eufebius
Ancaianus de Ancaianis licet fuerit appellatus
Ancaianus de Ancaianis folummodo, nihilo-
minus identitas perfonæ fatis probata cenfere-
16 tur, * quamuis in litteris Sixti fuiffet nuncupa-
tus Ancaianus, & in litteris Iulij Eufebius *Io.
de Anan. conf. 17. num.* 10. vbi quod habens
duo nomina puta Io. Antonius poteft vocari
Ioannes diftinctè, & Antonius, quod etiam
procedit in nomine, & cognomine, cum quili-
17 bet poffit ex fola cognatione denominari *
Bartol. conf. 179. in princ. lib. 1. vbi quod Mar-
tinus de Baronijs poteft etiam appellari Baro-
nius, & affert alia exempla *legum* indiftinctè
ponentium nunc nomen, nunc folum cogno-
men ab agnatione pro eadem perfona, prout
Publius Mæuius, quandoque Publius, & ali-
quando Mæuius appellatur, & Claudius Iu-
ftus modo Iufti, modo Claudij cognomento
denominatur, & benè facit *Gloff. in l. fi nomine
in verbo cognomine C. de Teftam.* Immò eft ad-
uertendum, quod error in nomine proprio
18 non vitiat inftitutionem* fi de corpore conftat
*§. fi quis in nomine inftit. de legat. l. fi in nomine
C. de Teftam. l. fi quis in fundi vocabulo ff. de
legat. 1. Bart. dict. conf. 179. num. 1. verf. præ-
terea pofito*. His ergo præmiffis cum ex multis
conftet, Ancaianum de Ancaianis ita nomi-
natum in litteris Sixti fuiffe illum, qui fub no-
mine Eufebij refignauit de tempore Iulij Se-
cundi, dicendum eft, vel quod vocaretur Eu-
febius Ancaianus de Ancaianis, vel quod in
litteris Iulij fuerit appofitum nomen folum
Agnationis, vel quod adfit aliquis error in no-
mine. Cum igitur conftet eamdem effe perfo-
nam Ancaiani, & Eufebij, parum refert præ-
dicta variatio, vt patet ex prædictis. Quod-
que fit eadem perfona clare deprehenditur,
quia ipfimet Ancaiani faffi funt in litteris Leo-
19 nis * ad fupplicationem partis conceffis An-
caianum refignaffe ad fauorem Aloyfij in ma-
nibus Iulij Papæ II. idemq; exprefferuntin litte-
ris emanatis per S.M.Gregoriũ XIII.confirma-
tionis concordiæ initæ inter ipfos Ancaianos,
& Patres Iefuitas, quæ quidem confeffio pro-
bat identitatem perfonæ, etiam quod dici pof-
fet facta ad alium finem *l. cum precum C. de
liber. cauf. Bartol. in l. cum falfa numer. 5. cum
duob. feqq. C. de iur. & fact ignor.*

Neque dicatur, quod ftant fimul, quod
Ancaianus refignauerit ad fauorem Aloyfij,
& quod nihilominus Eufebius non fit ille An-
caianus nominatus in refignatione facta in
manibus Iulij fecundi, cum Ancaianus potue-
rit refignare ad fauorem Eufebij, & Eufebius
ad fauorem Aloyfij, ac demum Ancaianus ad
fauorem Aloyfij, cum forte refignatio ad fa-
uorem Eufebij non habuerit effectum: Et præ-
dicta videntur fufficere cum Reo fufficiat ex-
cludere actorem ex poffibilitate. Quia poteft
refponderi, hanc impofturam effe valdè inue-
rifimilem, cum non ita de facili refignationes
20 ad fauorem * de Monafterio præfertim alicu-
ius confiderationis foleant fieri duobus, maxi-
mè in eadem familia, fed melior vt plurimum
eligatur. Concurrunt præterea plures etiam
demonftrationes nimirum verifimilitudo facti
21 fupra ponderata, * identitas cognominis, &
refignatio fub Iulio fecundo. Quare videtur
dicendum fatis conftare perfonam, quæ refi-
gnauit effe Ancaianum, cum tot de-
monftrationes conueniant, ita vt afferens
contrarium teneatur probare, vt in puncto
identitatis perfonæ confiderat *Alexandr.
conf. 108. numer. 3. libr. 7.* vbi fi in legiti-
matione fit fcriptus Titius natus ex Chelda fo-
22 luta, * licet probetur Titium natum ex alia
muliere, non tamen excluditur identitas per-
fonæ, vbi aliæ demonftrationes concurrant *Iaf.
conf. 13. num. 3. & 4. verf. quia ad hoc poteft ref-
ponderi lib. 3.* vbi non excluditur identitas per-
23 fonæ * etiã quod fuit fcriptũ præsbiter Ioan-
nes quondam fratris Albertini de Venturi-
nis, & fuit probatum, quod non erat de Ven-
turinis, fed de Albritijs, vtque bene confide-
rat *Abb. in cap. cum Ioannes num.* 26. & ante
eum *Card.col. 4. in fine verf.ex his de fid.inftrum.*
potuit effe quod defcriptus in inftrumento fibi
24 nomen mutaffet * argumento *text. in l. 1. C.de
mutat. nomin.* dicunt enim *Card. & Abb.* quod
fi in inftrumento funt defcripti *A. B.* expreffo
25 eorum cognomine * pro teftibus fi producan-
tur duo, qui dicant, fe illis nominibus vocari,
fed non fuiffe præfentes inftrumento, hoc non

ſufficit ad reprobandum inſtrumentum, quia
deſcripti in inſtrumento potuerunt mutare ſibi
nomina ſequitur *Felin. in cap. auditis num. 27.
verſ. & ibi de præſcript.* quod bene applicatur
ad caſum, de quo agitur, vt ſupra pondera-
tum fuit, ſcilicet quod Abb. Ancaianus, vel
vocaretur Euſebius Ancaianus de Ancaianis,
vel vocaretur ex cognomine, vel quod fuerit er-
ratum in nomine & hoc dictum ſequitur etiam
*Alex. conſ. 190. num. 32. in fine in verſ. ſecundo
reſpondeo lib. 6. Iaſ. conſ. 13. num. 2. vol. 3.* qui
licet loquatur ad ſaluandum inſtrumentum à
falſitate, & regulariter mutatio nominis non
26 preſumatur, * tamen bene poſſunt huic caſui
adaptari, in quo nec adeſt probatio in contra-
rium, & concurrunt tot veriſimilitudines, & non
agitur de mutatione nominis, ſed de omiſſio-
ne partis nominis, vt ſupra dictum eſt.

Nec eſt verum, quod cum in litteris Sixti IV.
fuerit dictum *cedente, vel decedente Ancaiano Ab-
bate M naſterij, ſeu illud quomodolibet dimittente,
&c.* videatur compræhendere omnem reſigna-
tionem, quia fuit reſponſum, * hanc fuiſſe reſi-
27 gnationem ad fauorem. In eadem enim ſup-
plicatione alter pro dimiſſione, alter pro proui-
ſione ſupplicat *Caſſador. dec. 3. in fin. de renunc.
Put. dec. 311. lib. 2. in nou.* & fuit dictum in cau-
ſa *Regien iurispatronatus 5. Martij 1625. coram
R. p. d. meo Vbaldo.* Quapropter hæc reſignatio
non compræhenditur ſub verbis *ceſſum, vel de-
ceſſum, ſeu per quamlibet dimiſſionē;* nam hæc ver-
ba continent ſub ſe ſimplicem dumtaxat reſi-
28 gnationem, ſeu ceſſionem * *Caſſad. d. dec. 3. de
renunc.* in qua Papa confirmauerat creationem
in Canonicum prouiden. ex nunc prout ex tunc
quam primum vacaret per ceſſum, vel deceſſum
&c. & ibi concluſum fuit, non intelligi per ceſ-
ſum ad fauorem certæ perſonæ arguendo ab
vſu patris fam., qui nunquam conſueuit ſimiles
reſignationes impedire, & alijs prouidere, quam
Reſignatarijs; ex longiſſimo enim, & quotidia-
no vſu Principis colligitur mens illius * argu-
29 mento *leg. vel vniuerſorum ff. de pignor. act. Fe-
lin. in cap. in noſtram coroll. 5. num. 15. de reſcript.*
& in his terminis loquitur *Put. dec. 347. num. 1.
& 2. par. 1. in nou.* & *dec. 511. par. 2.* vbi quod
indultum conferendi beneficia * etiam quod
30 vacent in Curia per promotionem, ammiſſio-
nem, vel quamuis dimiſſionem intelligitur, de
ſimplici, non autem de ceſſione ad fauorem in
manibus Papæ *Mohad. dec. 36. de renunc. Pa-
leott. dec. 48.* & in puncto huius Abbatiæ dixit
*Rot in cauſa Spoletana Iurispatr. 6. Iunij 1580. corā
D. de Rubeis* eſt *dec. S. m. Gregor. 159. nu. 1.* & fuit
deciſum in *Eugubina Sancti Stephani 15. Martij
1599. coram bo. me. Cardinalis Pamphilio,* & in
cauſa *Gerunden. prioratus 11. Maij 1615. coram
R. p. d. meo Verospio.*

Neque officit, quod in prædicta prouiſione
Alexij non fuerit derogatum *Regulæ de iur. quaſ.
non toll.* Nam cum huiuſmodi gratia contine-
ret ſuſpenſionem gratiæ Sixti IV. non afferebat
præiudicium conſiderabile,* poterat enim fieri,
31 vt Reſignatarius præmoreretur, ità eleganter
conſiderat *Put. d. dec. 347. num. 2. lib. 2. in nou.
Pariſ. de reſign. lib. 9. q. 9. tom. 2.* & fuit animad-
uerſum in prædicta *dec. Spoletana Iurispatrona-
tus 14. & 19. Iunij 1581. coram D. de Rubeis,* &
in præcitatis *Eugubina,* & *Gerunden.* in quibus
fuit reſolutum, clauſulas ſuſpenſiuas compræ-
hendere * etiam vniones conſiſtoriales etiam
32 pro dote factas, & ſufficere, quod dd. clauſulæ
legantur in ſupplicatione, vel in litteris & è
contra.

Neque rurſus refragatur, quod in litteris
Leonis Aloyſius narrauerit, quod pacificè licet
de facto per quadriennium poſſederat Abba-
33 tiam, quæ narratiua ſpatio 30. annorum præ-
ſumitur iuſtificata; narratiua autem in
gratia Iulij nec appareat, nec præſumatur iuſti-
ficata: Quia huic motiuo fuit reſponſum, hoc
caſu non eſſe locum præſumptioni iuſtificatio-
nis gratiæ Leonis; Nam quoad nimirum Aloy-
ſius de facto poſſederit, cum ipſe poſſederit ex
reſignatione ſibi facta ab Euſebio, vel Ancaia-
34 no * per talem reſignationem fuit abdicatum
omne ius à dicto Euſebio Reſignante, itaut nihil
amplius haberet agere in beneficio *Butr. Abb.
& Imol. in cap. accepta de reſtit. ſpoliat. Caſſad.
dec. 4. eod. tit. num. 3. Rota d ciſ. 1. de renunc. in
nou. & dec. 2. eod. tit. in antiq.* Neque hic eſt
conſtituenda differentia inter reſignationem
puram,* & ad fauorem, quia cum Aloyſius ac-
35 quiſiuerit Abbatiam ex reſignatione, quamuis
illa fuit ad fauorem, omne ius fuit abdicatum
ab Euſebio, ſeu ab Ancaiano reſignante *Ac-
chill. dec. 10. num. 1. & 4. de reſtit. ſpoliat. Put.
dec. 158. lib. 3. Rota dec. 4. num. 1. de rer. permut.
in antiq. Iaſ. conſ. 86. in vlt. dub. lib. 3. Pariſ. con-
ſil. 5. num. 7. & ſeqq. lib. 1. Mohed. dec. 25. num. de
renunc. Guidopap. dec. 59. Cotta dec. 318. & 321.
Verall. dec. 2. lib. 1. in manuſcript. Pontan. de ſpol.
lib. 3. num. 72.* & prædicta de plano procedunt
cum Aloyſius fuerit triennalis pacificus poſſeſ-
36 ſor,* vt ſunt verba *Reg. de trienn.* & conſiderat
Vuameſ. conſ. 238. num. 19. lib. 1. cumque
de tempore gratiæ Leonis eſſet defunctus Euſe-
bius ſiuè Ancaianus ad effectum præfatæ *Re-
37 gulæ* non erat diſcutienda validitas tituli *
Aloyſij, de quo ſolum poterat opponere Reſi-
gnans *Sarnen. ſuper Reg. de annal. q. 39. num. 4.
verſ. ſimiliter Seraph. dec. 457. in fine.*

Quod vero de tempore dotationis factæ per
Ancaianos, vt in litteris Leonis non eſſet orta
obligatio, nec actio illis de Ruuere, ſatis depræ-
henditur; Licet enim tunc eſſet mortuus Abb.
Ancaianus, vt tamen dictum eſt, donatio facta
per Sixtum fuerat ſuſpenſa * per reſignationem
factam ad fauorem Aloyſij, & propterea ſicuti
viuente Ancaiano, illi de Ruuere nullam, vel
obligationem, vel actionem habebant, ita nec
durante ſuſpenſionis tempore *Dec. conſ. 497.
num. 2. Caſtrenſ. conſ. 229 col. fin. verſ. 3. proba-
tur lib. 1. & conſ. 390. per tot. eod. lib. 1.* Quod-
que gratia Sixti ante obitum Abb. Ancaia-
ni non tribueret obligationem, vel actionem
pro euidentiori demonſtratione diſtinguendum
39 eſt, quod obligationum alia eſt pura * alia in
diē, alia ſub conditione *l. cedere diem ff. de verb.
ſignif.* in vltimis voluntatibus licet dies incerta
40 omninò exiſtura * faciat conditionem non
diem *l. talis ſcriptura ... ſed etſi ſub conditio-*
ne

ne ff. de legat. 1. secus autem est in contractibus
41 vbi facit diem, qui differt actionem,* licet non
suspendat obligationem l. si Pupillus §. qui sub
conditione ff. de nouat. gloss. vlt. & ibi Ias. in l. sub
conditione num. 2. ff. de condit. indebit. Bartol. in
l. stipulatio ista §. incerta vers. venio ad secunda,
& in l. ita stipulatus num. 41. ff. de condit. & de-
monstr. Oldrad. cons. 114. num. 3. Tamen hæc con-
clusio etiam in contractibus dupliciter fallit, *
42 itaut differat obligationem, & actionem post
obitum Alciat. in l. cedere diem numer. 19. & 20.
ff. de verb. signific. vt primo loco si vltra diem
incertā alia quoque quæ in promissione dedu-
cuntur incerta sunt, videlicet cum quis fructus
ex fundo percipiendos promittit,* isto casu ne-
43 que obligatio interim oritur, neque actio l. 1.
ff. de condit. & demonstr. Secundo loco cum non
44 solum dies, sed obligationis quoque substan-
tia post mortem confertur; * tunc enim obli-
gatio post mortem incipit; Et in casibus, in
quibus datur hæres ab hærede l. 1. C. vt act. ab
hæred.

In propositio autem licet in litteris Sixti di-
catur cedente, vel decedente Ancaiano. & sic ap-
ponatur dies incerta omnino extitura; attamen
vltra hanc diem fuit etiam obligationis sub-
stantia post mortem collata, cum Papa volue-
rit quod cedente, vel decedente Ancaiano
dignitas Abbatialis, ac ordo Sancti Benedicti
conuentualitas in ipso Monasterio extincta sit,
& esse censeatur, & sic certum est, quod ista
hæc fieri non poterant, nisi post obitum Abb.
quod etiam liquido innuunt verba sequentia,
& deinde Cappella sine cura nuncupetur, repute-
45 tur &c. ponderando dictionem illam deinde, *
quæ comprehendit tempus post extinctionem
dignitatis Abbatialis ordinis Sancti Benedicti,
& conuentualitatis, itaut tempus ante dictam
extinctionem, & sic ante obitum Abb. nullius
sit considerationis l. stipulationes non diuiduntur
72. §. primo ff. de verb. oblig. Gloss. in l. qui ante
Cal. 13. in vers. qui ante, & ibi DD. ff. eod. Bart.
in l. 2. §. creditum num. 7. vbi etiam Soccin. sen.
num. 10. ff. si cert. pet. & propterea cum subse-
quatur nihilominus omnes decimas, nec non fru-
ctus, redditus, & prouentus possessiones, iurisdictio-
nes, iura, & bona mobilia, & immobilia dicti
Monasterij ex nunc tibi presenti, & recipienti pro
tuis hæredibus, & successoribus habenda, & pos-
sidenda &c. donamus; & ista sint concessa post
extinctionem dignitatis Abbatialis, sequitur
quod nedum solum dies, sed etiam obligatio-
nis substantia post mortem Abbatis confertur;
maximè quia vtitur illo participio futuri tem-
46 poris * videlicet habenda, & possidenda, quod
neque ad præsens, neque ad præteritum potest
trahi l. 1. ff. quod quisque Iur. Oldrad. cons. 310.
in princ. & num. 1. & 2. Alex. cons. 77. num. 3.
lib. 1. S. M. Gregor. d. 328. num. 5. & dec. 371.
num. 1.

Neque obstat, quod Papa vtatur dictione
ex nunc, & verbis præsentis temporis videlicet
47 possessionis,* & valeas vendere, & alienare &c. &
verbo donamus & concedimus, quia cum obli-
gatio, & actio vt supra probatum est, essent col-
lata post obitum Abb. Ancaiani, dictio ex nunc
intelligitur sequuto obitu, & sic adueniente
die postquam oritur obligatio, & actio Imol.
in Clem. p. num. 10. & 11. ibi post diem, vel con-
ditionem debet dicere ex nunc, & ista excommuni-
catio non operatur nisi adueniente die, vel conditio-
ne idem dicit ibidem Vital. num. 33. vers. & fa-
cit de concess. præben. & de illo tempore sunt in-
48 telligenda verba præsentis temporis, * quia
cum sint apposita actui, ex quo oriebatur obli-
gatio, & actio post obitum Abb. Ancaiani, im-
possibile est, quod intelligantur de tempore
datæ litterarum, & sic ante obitum d. Abb.
Bartol. in l. tutoribus 33. per illum Tex. in princ.
& num. 1. & Bald. num. 1. & 2. ff. de Testam.
tute. & licet in textu adsit dictio tunc, quæ de-
49 notat extremitatem temporis, * nihilominus
dicit Bald. ibidem num. 2. quod DD. dicunt, hoc
non prouenire ex dictione tunc; sed ex natura
rei, quod actus debeant attendi tempore,
quo robur sortiuntur, prout est casus noster,
quia donatio, de qua agitur, & quo ad obli-
gationem, & quo ad actionem non sumebat ro-
bur, nisi post obitum dicti Abbatis.

Neque releuat, quod clausula cedente, vel
decedente de sui natura in istis gratiis importet
50 diem, * & ideo interim potuit per illos de Ru-
vere fieri donatio Ancaianis, & illi potuerunt
dotare Abbatiam, prout vnio facta per Papam
51 cedente, * vel decedente Rectore censetur in
diem, ante cuius aduentū potuit sine præiudicio
Rectoris fieri vnio, vt per Oldrad. cons. 233. per
tot & cons. 257. n. 1. & seq. vbi Episcopus stante
52 simili gratia, potuit facere vnionē* Felyn. in cap.
Capitulum num. 7. vers. 4. conclusio de rescript.
Paris. cons. 36. num. 18. in fin. lib. 4. Staphil. de
litt. grat. tit. de secunda form. Mand. de prouid.
num. 1. & seqq. fol. 62. secundam paruam impres-
sionem; fuit enim responsum, terminos esse lon-
ge diuersos, quia in casu Oldrad. ex verbis ce-
dente, vel decedente &c. erat nata obligatio, li-
53 cet non actio, * nam post obitum erat apposi-
ta solum dies, non autem substantia obliga-
tionis, prout in casu nostro, in quo nedum
dies, sed etiam substantia gratiæ erat adiecta
post obitum, ideo merito illo casu vnio sustine-
batur, potuitque fieri ab Episcopo, cum bene
fiat vnio de beneficio pleno sine tamen præiu-
54 dicio obtinentis, * est ipse met Oldrad. conclu-
dit & Staphil. loc. cit. Quare enim in casu nostro
nec aduenerit dies nec substantia obligationis;
illa enim fuit collata post obitum frustra illi de
Ruuere donarunt Ancaianis, si tamen de hac
donatione constat, frustraque Ancaiani do-
tarunt; Eoque magis præfata procedunt, quia in
casu Oldrad. fuerat suppositū esse ortam obliga-
tionem, & actionē; vnde quatenus ista esset do-
natio simplex in diē adhuc donationon sustine-
retur, cū fuit suppositū diem cessisse, & sic ortam
fuisse actionē & obligationē, quod verū nō est;
& ideo, dotatio omni casu non sustineretur.

Neque verum est, quod post obitum Aloysij
fuit acquisitum ius saltem quoad bona Anca-
ianis Cessionarijs illorum de Ruuere; nam
primo non probatur hæc cessio, & quatenus
probaretur, non releuaret, quia cum Aloij-
55 sius vixerit vsque ad tempora Pauli Tertij, *

ſub quo reſignanit, gratia Sixti IV. videtur
reuocata per ſubſequentes *Regulas ſub num.* 2.
de reuocatione vnionis non obſtante quod *Regulæ*
modernæ compræhendant diſmembrationes fru
56 ctuum * propter verba *eorumue Domibus, Prædijs, & locis*, vt fuit reſolutum in cauſa *Valentina ſubſidij* 14. *Martij* 1616. *coram R.P.D. meo*
Pamphilio. Et in cauſa *Caſaraugnſtana diſmem-*
brationis 16. *Ianuarij* 1623. *coram R. P. D. meo*
Vbaldo. Et *Regulæ antiquæ* non compræhen-
57 dunt applicationes * fructuum niſi fiant per
viam vnionis *Hoied. de incompat. benefic. lib. 2.*
cap. 3. num. 3. Seraph. dec. 982. numer. 1. in fine fuit
enim animaduerſum, quod *Mandoſ. ſuper d. Reg.*
12. *quæſt. 2. num. 6.* dicit, quod de ſubtilitate
iuris *Regulæ antiquæ* non compræhendunt diſ-
58 membrationes fructuum; * ſecus autem ſe-
cundum mentem *Regulæ*, quæ mens *Regulæ*
quicquid dicendum eſſet in alijs caſibus, optimè, & ſine difficultate militat in caſu iſto, cum
59 *Regulæ* fuerint adinuentæ, * ne per vnionem
diminuatur cultus diuinus, & facultas confe-
rendi *Creſcen. dec. 1. in fin. de Paroch. Seraph. di-*
cta dec. 982. in fin. Io. à Koch. ſuper dicta regul. 12.
num. 15. in hoc autem caſu cultus diuinus im-
60 minuitur, * cum Eccleſia effici deberet Capel-
la, & tolleretur dignitas Abbatialis, & con-
uentualitas. Prætere a præiudicium inferebatur iuri conferendi, cum capella regi deberet
per capellanum ammouibilem ad nutum illo-
61 rum de Ruuere, * & propterea cum *Regula*
reuocatoria vnionum intret in hoc caſu, ſu-
preſſio facta per Sixtum IV: nihil fuit opera-
62 ta, * cum ſemper durauerit ſpes, vel aliquis
habitus *Bald. in cap. cum acceſſiſſent num. 45. verſic. porro & num. 48.* vbi dicit extinctum non
dici quod pendet *de conſtit*; Et ſic Eccleſia
63 remanſit ſemper in ſuo ſtatu, * ac ſi bona
nunquam donata fuiſſent *Gloſs. in Clem. litte-*
ras in verſ. creatum in princ. de Reſcript. vbi *Au-*
charan. num. 4. Imol. num. 11. Vital num. 45. Rebuf.
in prax. tit. de reuocat. vnion. num. 38. Petr. de Pe-
ruſ. de vnion. tit. de reuoc. vnion. cap. 7. in princ.
Garz. de Benefic. par. 12. cap. 2. num. 309. Rota dec.
708. *num. 3. par. 2. in rec.*

Demum non dicatur, quod hæc omnia ceſſent poſt conceſſionem iurispatronatus facta per Leonem X. ad fauorem illorum de Ancaianis, quia cum iſta conceſſio non ſuſtineretur, & antè eius effectuationem ſuperuenerint *Regulæ reuocatoriæ* cenſetur etiam d. gratia Sixti IV. reuocata; vt ſupra dictum eſt.

Et ita concluſum negocio pluries propoſito, & maturè diſcuſſo prout etiam alias per quatuor *deciſiones* fuerat deciſum *coram Rubeo*, & lata diffinitiua ſententia contra Ancaianos ſuper iſta conceſſione.

MVTINEN. PLEBIS, SEV IVRISPATRONATVS.

Veneris 27. *Iunij* 1625.

ARGVMENTVM.

Is, qui fuit præſentatus ad beneficium, & inſtetit pro inſtitutione, & poſtea obtinuit prouiſionem Apoſtolicam cum derogatione pro medietate iuriſpatronatus, non exindè faſſus fuit exiſtentiam Iuriſpatronatus, dum narratiua facta fuit per verbum, *vt aſſeritur*. In beneficialibus datur multiplicatio titulorum, ratione quorum poteſt ſe defendere, dum vterque titulus tendit ad eundem effectum.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus fatetur qui inſtat pro inſtitutione.*

2 *Iuſpatronatus fatetur qui obtinet prouiſionem cum derogatione pro medietate Iuriſpatronatus. Declara num. 15.*

3 *In beneficialibus datur multiplicatio titulorum* & *num. 11. Decl. num. 6. & 11.*
Amplia num. 12.

4 *Et ratione illorum ſe defendere poteſt, licet ex vtroque titulo non poſſit agere. Amplia num. 12.*

5 Text. in cap. poſt electionem de conceſs. præbend. *habet locum in gratijs diuerſis, non in contrarijs.*

6 *Eiuſdem* textus *diſpoſitio intrat quotieſcumque, duplex titulus tendit ad eundem effectum vid. ad collationem beneficii, ſecus ſi ad diuerſos, ſeu contrarios effectus in eadem perſona.*

7 *Habens titulum in beneficio conferentem ius in re, ſi poſtea impetret commendam deſinit habere illum primum titulum conferentem ius in re.*

8 *Titulus commendæ confert ſolum detentationem.*
Titulus commendæ, & titulus conferens ius in re dicuntur contrarii num. 8.

9 *Tituli non ſunt contrarii, ſed diuerſi, dum ex vtraque prouiſione poteſt peti collatio.*

10 *Prouiſiones contrariæ quæ dicantur remiſſiuè.*

12 *Sicuti quis ſe defendendo poteſt vti prouiſionibus diuerſis, ita quoque & præſentationibus.*

13 *Confeſſio exiſtentiæ iuriſpatronatus deducta ex eo quod inſtetis pro inſtitutione, cenſetur reuocata ex ſecunda gratia Apoſtolica, prout fieri poteſt, etiam non docto de errore.*

14 Rota in Romana redditionis computorum 7. Febr. 1611. coram Vbaldo *in quibus terminis loquatur.*
Confeſſio emiſſa circa factum proprium non poteſt reuocari num. 14.

DECISIO MDXCII.

SVb die 21. *Febr. prox. præteriti* fuit reſolutum, Co. Alexand. dandam eſſe immiſſionem, quia habet intentionem fundatam in reſeruatione, quæ oritur ex vacatione in menſe reſeruato, probationes enim, quæ adducebãtur circa iuſpatronatus non erant tales, quæ poſſent impedire immiſſionem, quicquid dicendum eſſet in iudicio ordinario. & huic fundamento

plene

plenè satisfacit præfata *decisio*, vnde in eo visum est Dominis vlterius non esse insistendum.

Difficultas in hac positione restingebatur, quia Co: Alexander fuit præsentatus, & instetit pro institutione, vndè videtur fassum fuisse ius-
1 patronatus* prout idem videtur fecisse in gratia
2 Apostolica, dum obtinuit etiam prouisionem *
cũ derogatione pro medietate iurispatronatus,
sed præfata minime obstare censuerunt Domini, nam quantum attinet ad primum verissima est conclusio, quod in beneficialibus da-
3 tur multiplicatio titulorum * *c. post electionem vbi Abb. n. 4. de concess. præbend.* & ratione illorũ
4 se defendere potest,* licet ex vtroq. titulo nõ possit agere, vt in *c. vt quis duas de elect. in 6.* vt bene declarat *Abb. dicto n. 4. lap. allegat. 132. n. 2. Roman. cons. 433. numer. 7. Feliu. in cap. in nostra num 2. Dec. in c. bona num. 11. de appell.* cum alijs per *addent. ad lap. loc. cit. littera H.* ad idem est *tex. in c. constituens il primo de Testib. & in cap. ex litteris de restit. in integr. Cassad. decis. 21. super Reg.*

Non obstat, quod *textus* in dicto c. *post electionem* habeat locum in gratijs diuersis, non
5 autem in contrarijs, * vt per *Feliu. in dicto cap. in nostra numer. 2. vers. 2. intellige de rescript.* hic autem tituli videntur contrarij, non diuersi, cum primus titulus sit tanquam de iurepatronatus, secundus verò tanquam de libero; Nam fuit responsum quoad effectum, vt intret dispositio *d. cap. post electionem* sufficit
6 quod duplex titulus tendat ad eumdem* effectũ
videlicet ad collationem Beneficij, secus si ad diuersos, seu contrarios effectus in eadem persona *Roman cons. 350. numer. 13. vers. quoad secundum* vbi habens titulum in beneficio
7 conferentem ius in re * si postea impetret
commendam, definit habere illum primum titulum conferentem ius in re, quia titulus commendæ non est illi conformis quoad effe-
8 ctum, cum conferat solam detentationem, *
& diferat effectualiter in multis, & in illis terminis tituli dicuntur contrarij, sequitur *Feliu. in dicto c. in nostra num. 2. vers. 2. intellige Sylua de benef. in 3. par. quæst. 20. col. penult. vers. istud est limitandum*, in hoc autem casu tituli non sunt contrarij sed diuersi, quia prouisio-
9 nes sunt diuersæ in titulum à duobus factæ, *
& ex vtraque potest peti collatio, vt considerat *Franc. in c. vt quis duas num. 3. circa fin. de elect. in 6. lap. alleg. 8.* & de prouisionibus con-
10 trarijs affert exemplum * *Paris. cons 77. num. 8. lib. 4.* vbi de vnione, & titulo, quæ sunt pro-
uisiones contrariæ *gloss. antiq. super Reg. 8.* vbi de expeditione in *forma rationi congruit*, quæ est contraria, si in alio Pontificatu litteræ fuerunt expeditæ.

Non obstat, quod ex prædictis non tollitur confessio ex petitione institutionis, quod beneficium sit de iurepatronatus, quia in hoc non faciunt vim iura, & DD. prædicti, & me-
12 rito, * nam si hoc esset attendendum in istis
terminis actum esset de illa conclusione, quod in beneficialibus datur multiplicatio titulorum modo sint diuersi, & non contrarij, vt supra dictum est, & iura, & DD. loquuntur, quando quis habet prouisionem, vel præsentationem à diuersis, vnde si admitteretur conclusio, quod confessio noceat in istis terminis quis se defendendo non posset vti gratijs diuersis, Et
12 prædicta procedunt nedum in prouisionibus, *
sed etiam in præsentationibus, vt per *Franc. in dicto c. si quis duas numer. 2. lap. alleg. 8.* & in omnem euentum quatenus fuisset opus reuocatione præfatæ confessionis illa censetur reuo-
13 cata ex secunda gratia Appostolica, * quæ re-
uocatio de stylo Curiæ potuit fieri etiam non docto de errore iuxta *decis. Aegid. 692. in fin. cum allegatis in alia decisione*, cui non obstat *decisio in causa Romana Reditionis computorum 7.*
14 *February 1611. coram R. P. D. meo Vbaldo*, *
Quia loquitur de confessione, facta circa factum proprium, qui non sunt nostri termini.

Quantum attinet ad secundum caput de confessione facta in gratia Apostolica, de facili cessat motiuum, quia Comes Alexander narrauit iuspatronatus per verbum, *vt asseri-*
15 *tur*,* & vltra gratiam principalẽ obtinuit etiam
quatenus de iurepatronatus cum derogatione pro medietate; Quare cum iuspatronatus fuerit narratum per verbum, *vt asseritur*, inde non resultat aliqua confessio Co: Alexandri, licet secus fuisset si dictũ esset, *vt asserit, Rota decis. 63. & 77. de rescript. in antiq. Dec. in cap. surauit num. 1. de probat. Cassad. decis. 4. numer. 1. eod. tit. & decis. 7. de iurepatronatus Rota decis. 445. numer. 1. par. 1. Achil. decis. 2. numer. 3. & 4. de probat.*

Et ita, &c.

GERVNDEN. IVRISPATRONATVS.

Ven. 27. Iunij 1625.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus potest agere ad decimas negligente Præposito.*

2 *Decimæ omnes non sunt spirituales.*

3 *Beneplacitum Apostolicum præsumitur stante lapsu triginta annorum iuncta obseruantia.*

4 *Ad hoc vt contra Iuspatronatus non sit iudicandum sufficit, quod Episcopus non probet intentionem suam.*

DECISIO MDXCIII.

Quæstio est, an hoc beneficium sit de Iurepatronatus, ita vt non comprehendatur sub reseruatione, & de fundatione, & dotatione fuit resolutum constare *in decisionibus factis 22. Aprilis 1622. & 10. Nouembris 1623. coram me*, sola difficultas consistebat in eo, quia Patronus emerat decimas à Præposito Gerunden.

runden. & ex illis dotauerat prædictum beneficium,& quamuis tunc fuerit responsum,quod non erat persona legitima in causa, quæ de hoc opponere potest. Attamen cum hodie Episcopus venerit ad causam, qui negligente
1 Præposito potest agere ad dd. decimas,* vt fuit
admissum etiam in prędictis *decisionibus*,hodie
fuit data alia responso non probari decimas,
de quibus agitur esse spirituales,cũ non omnes
2 decimæ sint tales * *c. generali super verbo regulari de elect. in 6.* cum alijs deductis in *decis.313, par.1.in recent.*

Et ex hac responsione tollitur motiuum excitatum in vtraque *decis.* ab vno ex Dominis, quod vna Ecclesia non potuerit dotari ex bonis alterius Ecclesiæ, quia si istæ decimæ possunt esse temporales, cum fuerint alienatæ
3 spatio triginta ann. * iuncta obseruantia persumitur Beneplacitum Apostolicum iuxta notis-
4 simas conclusiones, & sufficit in hoc casu, *
quod Episcopus plenè non probet intentionem suam, vt interim non sit iudicandum contra Iuspatronatus, maximè quia si iudicaretur, quod decimæ essent spirituales beneficium remaneret sine dote, & sic prouisus Apostolicus nihil haberet, imò non esset præclusa via Patrono iterum dotandi beneficium.

Et ita conclusum vtraque parte informante &c.

Præsens decisio fuit confirmata die 11. Iunij 1626.

COESENATEN. ET ARIMIMEN. BONORVM ALLODIALIVM.

Veneris 4. Iulij 1625.

ARGVMENTVM.

Executori testamentario qua actione competat immissio in bonis defuncti. Pro consequenda immissione vigore *l. final. C. de adict. Diu. Adr. tol.* quę sint probanda, & quando dicantur probata.

SVMMARIVM.

1 *Executoribus testamentarijs non competit immissio ante erectionem Collegij hæredis Instituti.*
2 *Declara procedere si executores peterent immissionem ex propria persona; secus si agunt tanquam Curatores hæreditatis.*
3 *Executoribus testamentarijs competunt omnia remedia competentia hæredi.*
4 *Executoribus testamentarijs agentibus tanquam Curatoribus hæreditatis debetur immissio ex remedio* leg. final. C. de ædict. Diu. Adr. toll.
5 *Si verò non habentur loco hæredis ad hoc vt exequi possint piam voluntatem defuncti debetur immissio officio iudicis, & conditione ex* l. nulli C. de Episcop. & Cleric.
6 *Immissio debetur vigore testamenti non aboliti, neque cancellati, aut in aliqua parte vitiati.*
7 *Obitus testatoris probatur ex quo pars vti hæres ab intestato se in possessionem intrusit.*
8 *Dictio* quondã *denotat personam ibi enunciatam esse mortuam.*
9 *Mors testatoris ad effectum immissionis non est probanda, si testamentum fuit datum à Notario prænio Iudicis decreto, alias secus.*
10 *Identitas bonorum ad effectum immissionis satis probatur ex eo quod pars aduersa illorum possessionem cæpit vti hæres ab intestato.*
11 *Ad immissionem obtinendam vigore* l. final C. de ædict. Diu. Adr. toll. *non requiritur probatio dominij bonorum, sed solius possessionis defuncti.*
12 *Possessioni capta ab intestato deficit titulus, cum constat de testamento.*
13 *Titulus donationis excludit titulum hæredis.*
14 *Possessorium potest considerari executiuum, & ordinarium.*
15 *Possessorium non efficitur petitorium, quamuis danda sit appellatio, sed remanet possessorium ordinarium.*
16 *Ordinariè non executiuè potest procedi, licet pronuncietur immissionem deberi.*

DECISIO MDXCIV.

Exequutores testamentarij bo. me. Cardinalis Nazareni petebant immissionẽ in bonis allodialibus per d. Cardinalẽ relictis; Vnde difficultas fuit restricta ad quatuor capita. Primo scilicet videretur, an adsit persona legitima, quæ petat immissionem. Secundo quatenus sic ex quo remedio debeatur immissio; Tertio an concurrant incumbentia ad immissionem. Quarto an adsit legitimus contradictor, ita vt non possit procedi exequutiue.

Circa primum difficultas facere videbatur, quia dictus Cardinalis instituit Collegium erigendum, quamobrem videbatur dicendum
1 Exequutoribus ante erectionem * non competere immissionem *Angel. de Perus. cons. 135. n. 1. vers. ad primum Menoch. de Adipisc. remed. 4. n. 271.* nihilominus fuit dictum, quod obiectũ
2 procederet,* si peterent immissionẽ Exequutores ex propria persona, quia non sunt hæredes, secus autem prout in casu isto, vbi agunt tanquam Curatores hæreditatis, quia sunt loco hæredis, quapropter competunt illis omnia
3 remedia competentia hæredi, * vt declarat ipsemet *Angel. in tract. de Acquir. possess. q. 15. art. 7. num. 93. & 94. & d. cons. 135 n. 1. in fin. vers. quando autem.*

Circà secundum ex quo scilicet remedio debeatur immissio, dicendum est, vel ex remedio *l. fin C. de Aedic. Diu. Adr. toll.* quod debetur etiam Exequutori testamentario quando agitur
4 nomine prædicto * *Bartol. in dicta l. fin. num. 12. vers. & idem quaro Ias. num. 13. vers. & idem Sebastian Sap. num. 56.* qui communem dicit *Ziruard. num. 252. & seq. Menoch. de adipisc. remed. 4. num. 667. & seq. Angel. in tract. de acquir. poss. d. q. 15. art. 2. num 22. & seq.* ea nimirum ratione, quia huiusmodi Exequutores substinent vices hæredis *Bartol. in l. hæredit.*

la

la 2. nu. 2. ff. de hered. instit, Alexand. cons. 98.
4 *nu. 10. lib. 2. Rip. in l. Centurio num.* 105. *ff. de*
vulg. & pupill. vel Executoribus debetur im-
5 missio officio iudicis, * & conditione ex *l. nulli*
C. de Episc. & Cler. si non habentur loco hæ-
redis ad hoc vt exequi possint piam volunta-
tem defuncti *Angel. de Perus. d. cons.* 125. *sub*
num 1. verbo quod autem remedium,

Circa tertium an videlicet concurrant in-
cumbentia, ex quibus debeatur immissio af-
firmatiue fuit resolutum; nam fuit exhibitum
6 testamentum in actis * non abolitum, neque
cancellatum aut in aliqua parte vitiatum *Bart,*
in d l. fia. num. 15. Castrens. num. 24. vers. è
conuerso Sapia num. 7. vers. 2. est Mantic, in 1.
lectura num. 197. Bald. num. 42. in fin, vers. ita
considerat; obitus Cardinalis vltra quod satis
clare innotescit; probatur etiam ex confessione
7 partis, * quæ vti hæres ab intestato se in pos-
sessionem intrusit, in cuius instrumento nomi-
8 nat Cardinalem per dictionem *quondam*, *
Bald. cons. 407. num. 9. vers tangis & 4. vol. 1,
præterea est etiam quæstio, an sola exhibitio
testamenti sufficiat ex adductis per *Menoch. de*
9 *adipisc. remed. 4. num. 667. & seq,* * qui *n. 669.*
distinguit, quod si testamentum fuit datum à
Notario prævio iudicis decreto, non sit pro-
banda mors, alias secus, identitas bonorum in
10 quibus petitur immissio satis probatur, * ex
quo eademmet pars aduersa illorum possessio-
nem cœpit vt hæres ab intestato eiusdem Car-
dinalis, & ex donatione illi facta per Cardi-
nalem cum reseruatione vsusfructus, quam do-
nationem postea reuocauit, & quod reuocare
potuerit *Rota* resoluit in causa *Romana donatio-*
nis 6. *Februarij 1622. corā Reueren. D. meo Patri-*
archa, & ex quo pars vigore huius donationis
cepit possessionem, ad quem effectum satis
11 est, quod ipsa possessio Cardinalis probetur
absque eo quod sit opus probare dominium ex
allegatis per *Menoch. de adipisc. remed. 4. n. 268.*
vsque ad 273.

Circa quartum, & postremum caput, an
scilicet adsit legitimus contradictor ad impe-
diendam immissionem, aut nititur possessio-
12 ne capta ab intestato, * & deficit titulus,
cum constet de testamento *l. antequam C. comm.*
de success. l. quam dici la 2. & l. hares 5. fin. ff.
de acquir. hæred. l. quamdiu ff de regul. iur. quare
ex isto capite non potest prætendi titulus: Aut
13 vero nititur titulo donationis, * & maior sur-
git difficultas, licet enim Rota resoluerit, po-
tuisse Cardinalem illam reuocare, nihilominus
adest titulus apparens, qui si verus esset, hæ-
redem excluderet iuxta notata per *Gabriel,*
cons. 45. num. 25. 28. & 29. & cons. 46. num. 6.
lib. 1. sed fuit consideratum, quatenus pars
aduersa legitime se opposuerit duplex adesse
remedium, possessorium nempe, & petitorium
quod attinet ad rem nostram, possessorium
14 potest considerari exequutiuum, * & ordina-
rium, vnde fit, quod dato absque veri præ-
15 iudicio, quod esset danda appellatio, * non
ideo iudicium deberet effici petitorium, sed
remanet possessorium ordinarium, quapropter
non repugnat, quod pronuncietur immissio-
16 nem deberi, * & quod tantum procedatur or-
dinariè, non exequutiue, vt fuit resolutum in
causa *Bergomen. Capellaniæ 28. Februarij 1625,*
coram Reuerendiss. D. meo Patriarcha Hierosoly-
mitano.

Et ita conclusum vna tantum parte infor-
mante.

Præsens decisio fuit confirmata die prima Iu-
lij 1626.

HISPALEN. PRAEEMINENTIA-RVM:

Veneris 4. Iulij 1625.

ARGVMENTVM.

Dum concordia continet pacta licita, & honesta litteræ Apostolicæ illius confirmatoriæ sunt exequendæ absque alia iustificatione. Portionarij an, & quando sint æquales, vel inferiores Canonicis.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ Apostolicæ confirmantes concordiam, pro cuius confirmatione vtraque pars supplicauit sunt exequendæ absque alia iustificatione.*

2 *Concordia, quæ continet pacta licita, & honesta potest substineri absque Beneplacito Apostolico.*

3 *Confirmatio Apostolica concordiæ satis iustificatur ex eo, quod pacta in ea apposita sunt licita, & honesta.*

4 *Clausula* dumodo *non operatur in casu, de quo ibi.*

5 *Portionarij non possunt dici pares Canonicis, cum plura sint, quæ competunt Canonicis quæ non competunt Portionarijs, & num. 10. Limita numer. 9. Amplia num. 16.*

6 *Portionarij non sunt de Capitulo.*
Capitulum à solis Canonicis constituitur num. 6.

7 *Portionarij quamuis admittantur in Capitulo, & ibi habeant vocem non possunt dici de Capitulo.*

8 *Portionarij in sacris constituti precedunt Canonicis non existentibus in sacris.*

11 *Statutum disponens circa personas includit personam omissam, quando eadem est ratio.*

12 *Consuetudo prohibens monachum ad feuda habet locum in Canonica Regulari, & quocumque impedimento ad seruitium præpedito.*

13 *Dispositum in electione habet locum in præsentatione.*

14 *Testamentum factum coram Parocho, & duobus testibus absque Parocho sicuti valet, ita etiam valet si fiat coram quatuor testibus absque Parocho.*

15 Antonius Maria Cotatius *laudatur.*

DE-

DECISIO MDXCV.

FVit resolutum litteras Apostolicas confirmã-tes concordiam initam inter Dignitates, & Canonicos ex vna, & Portionarios ex alia
1 esse exequendas, * quia cum vtraque pars supplicauerit pro d. cõfirmatione,& constet de legitimo mãdato dato in ipsamet concordia etiã absque alia iustificatione possunt exequi *Seraph.dec.1017.num.3. Rota dec.339. num.1. par.1. in recen.* & cessat omnis difficultas; nam cum
2 concordia contineat ex lectura * pacta licita, & honesta, quæ ideò possunt substineri absque Beneplacito Apostolico *cap. quod ex eo 3. de pact. in 6.* & fuit dictum in causa *Cusentina beneficii 8. Iunii 1618. coram Reuerendissimo D. meo Saleucien.* indè satis resultat iustificatio
3 Confirmationis Apostolicæ; * vndè est locus exequutioni *cap. si capitulo, vbi gloss. in verbo excipiatur, & cap. seq. de concess. prabend. in 6. Sarnen.in tract.breu.num.4. Mohædan. dec 13. vt lit.pend. Rota dec.48.num.1. & dec.506. numer.1. par.1.rec.* & in terminis exequutionis confirmationis concordiæ est *dec.338. par.1.*

Non aduersatur, quod in tertio Capitulo concordiæ fuerit dictum, quod cum verteretur lis super modo exequendi quædam capitula Cæremonialis Portionarii consenserunt omnes cæremonias antiquas, & illius Ecclesiæ consuetas obseruandas, prout hue vsque factum fuit, & tamen in confirmatione fuit narratum Dignitates, & Canonicos consensisse, dummodo tamen per Cæremoniale Romanum improbatæ non fuerint, quod non est verum. Nam fuit responsum, quod in hoc
4 casu illa clausula, *dummodò* nihil operatur,* quia non constat aliquas cæremonias antiquas à Cærimoniali Romano improbatas; dum enim dubitaretur, an infrascriptæ repugnarent Cærimoniali prædicto, S. M. Paulus V. præuia relatione Congregationis Sac. Rituum per secundum Breue datum sub 13. Kalend. Decembris 1619. declarauit non esse improbatas, videlicet quod in ingressu Chori Canonici,& Dignitates obtinentes super Portionarijs nullatenus prætendere possint, sed quilibet nulla habita desuper ratione ingrediatur, dummodò tamen insimul ad Chorum non accesserint, & vnusquisque in Capitulo, & loco suo sedebit, etiam si Portionarius, qui Officialis erit inter Canonicos sedeat, loqui debeat, ijdemque Canonici, & Dignitates obtinentes officio Canonici etiam officio Dignitatis obtinentis fungi debeant, dummodo officia ipsa insimul non cõcurrant.itaut per vnum satisfieri non possint, & tunc officio magisnecessario incumbant, omnesque Portionarij integri, & dimidij habitum suum ordinarium prout moris est, & hactenus demiserunt, deferre debeant.

Neque releuat, quod probetur, Portionarios esse Canonicos æquales, & ideo cum per Ceremoniale disponantur sequentia, quæ solis Canonicis videntur debita, non sunt à Portionarijs auferenda, qui sunt Canonicis æquales dummodo Cęremoniali Romano non sint contraria, tunc enim ex *cap. 3.* concordiæ seruandæ sunt, quæ autem per Ceremoniale disponuntur, sunt hæc, quod scilicet Episcopo assistat dignior Presbyter Ecclesiæ, qui sit ex Presbyteris tam Canonicis quamDignitatibus vt in *lib. 1.cap. 7.* Secundo quod Episcopo vel Missam, vel Vesperas celebranti duo Canonici assistant, vt in eodem *lib. cap. 8.* Tertio quod Diaconus ministraturus Episcopo sit Canonicus,vt in dicto *lib. cap. 9.* quod etiam disponitur de Subdiacono *cap. 10.* Quarto quod ante aduentum Episcopi ornentur subsellia pro Prælatis, & Canonicis, vt in *cap. 12.* Quinto quod Canonici accedant in eorum habitu clericali ad Episcopum celebraturum,vt in *cap. 15* Sexto quod Canonico superueniente in chorum inchoato officio cæteri Canonici assurgant,superueniente vero mansionario, non Canonici, sed ipsi tantum mansionarij, & Clerici eorum æquales assurgant vt in *cap. 17.* Septimo disponitur in *cap.16. 18.& 21. lib. 2.* quod Canonici parati stantes cæteri vero genuflexi recipiant in die Purificationis candelas grandiores,reliqui autem minores in die Cineris cinerem, & in die Palmarum palmam.

Nam huic motiuo fuit responsum, Portio-
5 narios vere non esse Canonicis æquales, * licet enim habeant multas prærogatiuas, & præeminentias, quas habent Canonici,non tamen possunt dici pares, nec desinunt esse inferiores, cum plura sint, quæ competunt Canonicis,quæ non competunt Portionarijs *Gloss. in l. omnia 2. verbo Apostolica. C. de sacr.* ex dispositione enim iuris Portionarij non sunt de
6 Capitulo, * quod à solis Canonicis constituitur *Compostell. in cap. 1. num. 4. vers. nunquid portionarij de elect. Caputaquen. decis. 84. par. 1.* Nec ex eo quod admittantur in Capitulo, &
7 ibi habeant vocem possunt dici de Capitulo * *Gemin. in cap. fin. num. 5. versic. aut quærimus de preben. in 6.* quia non possunt dici diuersi ordinis, & sic de ordine Canonicorum,nam ista, & similes qualitates non mutant eorum speciem iuxta notata in *l. proponebatur ff. de iudic.* & in *l. eum quæritur ff. de except. rei iudic.* & fuit in hac causa consideratum ante concordiam *4. Iunij 1612. sub numer. 5. & 6. & 17. Iunij sub num. 4. 1613. coram R.P.D. meo Pamphilio*, quæ sunt 416. & 506. *par. 1. in rec.* in quarum prima *sub num.7.* dicitur, non obstat, quod Portionarij in sacris constituti præce-
8 dant * Canonicos non existentes in sacris, hoc enim non competit illis ratione maioris, vel æqualis dignitatis, sed ratione statuti conditi in odium non existentium in sacris, & sic ratione ordinis, non autem dignitatis, nam cum postea Canonicus initiatur ascendit super omnes Portinarios.

Et in omnem euentum si Portionarij huius
9 Ecclesiæ propter multas prærogatiuas, * quas obtinent cum Canonicis communes, non possunt dici simpliciter, & absolute Canonicis in-
10 feriores, prout sunt Portionarij, * de quibus loquitur *Gloss. et DD. in cap. pen. in verbo assisios de cleric.non residen.* prout alias prætendebant, & patet ex dicta *decisione 410. num. 8.* tamen

tamen aut non sunt omnino æquales & intrant prædicta, aut sunt omnino æquales, itaut nulla prorsus adsit differentia, & frustra sit obiectum, quia Cæremoniale esset etiam intelligendum de Portionatijs, cum statutum dispo-
11 nens circa personas includat * personam ommissam, quando eadem est ratio *Fulgos. in cons. 77. num. 2. et 3. per tot. Castrens. cons. 251. versic. circa personas lib.* 1. Et hinc consuetudo
12 prohibens monachum ad fæuda, * quia non potest seruire Domino, habet locum in Canonico Regulari, & quocunque impedimento ad seruitium præpedito *Castr. d. cons. 251. n. 3. lib. 1.* hinc etiam *text. in cap. 1. vt lit. pend. in 6.* loquens in electione habet locum etiam in
13 præsentatione, * quia militat eadem ratio *Calderin. cons. vnico, vt lit. penden.* dispositio pariter *cap. cum esses de testam.* quod scilicet
14 testamentum factum coram Parocho,* & duobus testibus valeat, habet locum, si fiat coram quatuor testibus siue Parocho, duo namque testes non sunt minoris fidei, quam Parochus, & tamen de hoc nihil dicitur in *textu Calderin. cons. 8. circa med. vers. sed posito de testam.*

Probationes factæ vigore remissoriæ non releuant, quia huiusmodi remissoria fuit concessa per Rotam, dum lis penderet super exequutione Breuium f. m. Clementis VIII. quæ fuit postea per d. concordiam extincta, & in *cap. 5.* concordiæ fuit conuentum, quod cum Portionarij haberent remissoriam ad faciendas probationes circa lites, quæ tunc fuerunt compositæ, illam prosequerentur, & factæ probationes remitterentur in tertium de consensu, ita tamen quod exequuta concordia ab vtraque parte dicta probatio censeretur consumpta, & propterea *Rota* deputauit D. Antonium Mariam Co-
15 tatium * virum primatium, qui huiusmodi remissoriam inspiceret, & retulit, Portionarios articulasse. Primo quod in separationibus hebdomadæ pro seruitio, Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi sint æquales Canonici, & Portionarij, adeò vt aliquando eueniat, vt Canonici Portionarijs deficiant, circa quod articulatum quidquid fuerit probatum non est insistendum; nam super his prætensionibus fuit concordatum, vt in *cap. 1.* concordiæ, in qua fuit decretum, quod veniente turno Canonicus ministret Portionario, sique Canonicus ministrare noluerit, incurrat penam vnius ducati, & sic successiuè donec perueniatur ad Canonicum moderniorem, qui omninò ministrare teneatur Portionario.

Secundo fuit articulatum illos esse æquales in omnibus ritibus, & cæremonijs, sed Capitulum dedit intertogatoria ad probandum suam superioritatem, & in specie super secundo articulo dedit interrogatorium, si adest ista superioritas, quomodo esse potest, vt adsit æqualitas prout articulus refert, ideò quidquid fuerit probatum satis est, quod licet sint æquales in omnibus ritibus, & cæremoniis, sunt tamen Canonicis inferiores, vt fuit ponderatum in *dec. D. mei Pamphilij*, vt supra dictum est.

Tertio fuit articulatum, quod Portionarij iterata vice sicut Canonici thurificatur, * hoc ta-
16 men nihil refert, quamuis fuerit probatum ad inducendam æqualitatem cum Canonicis itaut in omnibus, & per omnia pares sint.

Hinc sequitur non comprahendi sub cæremoniali de Canonicis disponente, & per consequens clausula illa *dummodo Cæremoniali Romano non sint contraria* perindè habetur, ac si non fuisset apposita.

Quare non est retardanda exequutio litterarum Apostolicarum.

Præsens decisio fuit confirmata die 16. Februarii 1626.

PERVSINA PECVNIARIA.

Veneris 4. Iuly 1625.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Executio non potest dici excessiua, quando non probatur rem, super qua fuit facta executio ad alium, quam ad debitorem spectare.*

2 *Pro executore præsumitur.*

DECISIO MDXCVI.

CVm fuerit moderata inhibitio quoad bona Iulij tantum prætendebatur excessus, ex quo executio fuerat facta in bonis Bernabei, & Alexandri, qui fecerunt fideicommissum ad fauorem filiorum Iulij; Cæterum contrarium visum fuit Dominis, quia licet per fratres de Luciarijs fuerint descripta 42. corpora, vt in *summario num.* 11. tamen cum executio fuerit facta solum super corporibus 23. non probant, quod dicta corpora sint de subiectis fideicommissi Bernabei, & Alexandri; Imo ex testibus clare probatur, quod corpora descripta in sequentibus numeris, fuerunt acquisita per Iulium videlicet descripta sub *num.* 3. 4. 5. 7. 10. 11. 12. 19. 21. 22. 23. 31. & 34. & quoad aliqua corpora, super quibus etiam fuit facta exequutio licet testes ignorent, cuius fuerint, nempe descripta sub *num.* 6. 7. 18. 37. 39. &
1 40. tamen cum non probetur, * quod fuerint Bernabei, aut Alexandri, non est dicendum constare de excessu, quia præsumitur pro exe-
2 quutore * *l. à diuo Pio §. si super rebus vbi Alex. num. 17. ff. de re iud. Rot. dec. 45. num. 1. de appellat. in nou. Seraph. decis. 1189. num. 2.* & fuit late deductum in causa *Bonon. de Armis 3. Iulij 1623. coram R. P. D. meo Vbaldo.*

Non obstant alia deducta, quia sunt extra dubium, cum non contineant caput excessus, de quo hodie quæritur.

Et ideo ita conclusum vtraque parte informante, &c.

RECANATEN. IVRISPATRONATVS.

Veneris 4. Iulij 1625.

ARGVMENTVM.

Debet constare non solum de proprietate Patronorum, sed etiam de eorum quasi possessione præsentandi, quando in gratia fuit narratum, quod fuit facta præsentatio à Patronis existentibus in quasi possessione præsentandi. Dispositio *cap. consultationibus de iure patr*, habet locum, quamuis exaduerso doceatur de titulo, quando constat de possessione octuaginta annorum.

SVMMARIVM.

1 *Narratiua, quod beneficium sit de iurepatronatus alicuius iustificatur ex instrumento locationis, & fundationis.*

2 *In gratia concessa cum narratiua quod quis sit præsentatus à Patronis existentibus in quasi possessione præsentandi Papa duo considerauit, nempe quod sint Patroni, & quod sint in quasi possessione, & vide ibi.*

3 *Ad effectum institutionis in iurepatronatus non est necesse docere de titulo Patroni, sed sufficit, quod doceatur de quasi possessione præsentandi.*

4 *Sola possessio præsentandi non attenditur ad effectum institutionis, vbi adest titulus; cum in concursu attendatur proprietas probata per rem iudicatam, aut publicum instrumentum.*

5 *Declara procedere vbi agitur de simplici quasi possessione; secus autem si de possessione octuaginta annorum.*

Instrumentum fundationis iurispatronatus non est tale vt ex illo possit dici constare de proprietate, vt non sit locus cap. consultationibus de iurepatr. *num.* 5.

DECISIO MDXCVII.

NOn adest difficultas, quod narratiua illa,
quod beneficium est de iurepatronatus
Priorum Confraternitatis Sancti Iacobi sit iu-
stificata, quia de hoc apertè constat ex instru-
1 strumento dotationis, * & fundationis *Rot.
dec. 374. num. 5. part. 1. in rec.* sed difficultas
consistit in eo, quod fuit narratum videlicet
Martium fuisse præsentatum à modernis Pa-
2 tronis existentibus in pacifica possessione, *
seu quasi præsentandi, & non constat, quod
ab anno 1641. & sic spatio 80. annorum clarum
mutationis effectum sortitæ ad præsentatio-
nem Priorum, & Confraternitatis, vnde ex
istis scripturis probatur, quod Priores sunt in
quasi possessione præsentandi, cum non ipsi
soli, sed vna cum Confratribus, quare etsi ista
gratia posset saluari ex ista narratiua à subre-
ptione, non tamen ex eo potest dici iustificata,
quia intentio Papæ fuit concedere gratiam ex
eo quod Martius fuit præsentatus à Patronis
existentibus in quasi possessione præsentandi,
& sic duo considerauit, nempe quod sint Pa-
troni, & in quasi possessione præsentandi,
quod secundum non est verum simpliciter, cum
Confratres non sint in quasi possessione præ-
sentandi, ad quod non aduertit Papa, nec po-
tuit aduertere, cum non fuit narratum, & si
aduertisset huiusmodi gratiam non concessisset,
etsi concessisset, cum derogatione iurispatro-
natus, quia ad effectum institutionis non erat
opus, quod Confratres docerent de titulo
3 suo, * sed sufficiebat, quod essent in quasi
possessione præsentandi, vt in *c. consultationibus
de iurepatr. cap. querelam de electionibus*, & *vtro-
bique* notant *DD. Calderinus conf. 312. nu-
mer. 2.*

Non obstat, quod cum ex instrumẽto funda-
tionis, & dotationis constet de iurepatronatus
cessat quasi possessio Cõfraternitatis & remanet
4 etiã ad effectũ institutionis * sola possessio Prio-
rum, qui habent titulum, quia in concursu
attenditur proprietas probata per rem iudica-
tam cum consensu partis, aut publicum in-
strumentum, non autem quasi possessio *Rot. d.
decis. 374. num. 6. part.* 1. quia hoc esset verum
si ageretur de simplici quasi possessione, sed
5 cum agatur * de possessione octuaginta anno-
rum, ex illa non potest deduci alius titulus vbi
saltem inseruit pro interpretatione fundatio-
nis, & ideo instrumentum fundationis non est
tale, vt ex illo possit dici constare de proprie-
tate, vt non sit locus *cap. consultationibus de iure-
patronat.*

Quare, &c.

ROMANA SPOLII.

Ven. 4. Iulij 1625.

ARGVMENTVM.

Aegidiana circa appellationem non habet locum, vbi in causa adest Confraternitas Laicorum, quæ exercet opera pietatis.

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana non admittit appellationem secundum ius ciuile.*

2 *Cardinalis* Aegidius, *qui fuit conditor Constitutionis Aegidianæ non habebat auctoritatem, nisi in rebus prophanis.*

3 *Aegidianæ non est locus vbi in causa adsunt Clerici, & bona Ecclesiæ, vel causa pia.*

Clerici, & bona Ecclesiæ sunt penitus exempta à iurisdictione Laicorum num. 3.

4 *In possessorio datur appellatio ad vtrumque effectum secundum ius Canonicum.*

5 *Pia causa fruitur iisdem priuilegijs, quibus Ecclesia.*

6 *Ecclesia, & pia causa æquiparantur.*

Con-

7 *Confraternitates Laicorum an dicantur loca pia remissiuè.*
8 *Confraternitas* Sancti Spiritus Vrbis *tanquam exercens opera pietatis non subiacet dispositioni Aegidianæ.*
Priuilegium non datur loco, sed causæ piæ num. 8.
9 *Confraternitas Laicorum exercens opera pietatis gaudet priuilegio, & sic non subiacet dispositioni Aegidianæ.*
10 *Confraternitas, quæ habet Ecclesiam dicitur pia causa.*
11 *Amplia eo magis quando habet annexum Hospitale.*
12 *Confraternitas, quæ habet anexam Ecclesiam, vel Hospitale præsumitur auctoritate Ordinarij erecta.*
13 *Ecclesia non potest ædificari absque facultate Ordinarij.*
14 *Episcopus locum ædificationis Ecclesiæ assignat, Crucem figit, & lapidem primariam ponit.*
15 *Ad cognoscendam naturam causæ inspicitur persona actoris, à qua ius metitur.*
16 *Aegidiana non habet locum si sententia ferratur pro Ecclesia actiuè contra Laicum.*
17 *Nec ad hunc effectum est discutienda Iustitia sententiæ, sed solum prætensio Ecclesiæ.*

DECISIO MDXCVIII.

FVit resolutum non esse locum Aegidianæ; quę
non admittit appellationem secundum ius
ciuile, * vt in *l. vnica C. de moment. possess.* cum
Card. Aegidius conditor illius *Constitutionis* non
1 haberet auctoritatem nisi in rebus prophanis*
2 *Boccac. in annot. ad d. Constit. Aegid. seu ad l. vnic.*
C. de moment. possess. adit. 15. *num.* 162. *et seqq.* &
pluries resoluit *Rot.* vt in *decis.* cumulatis per
Honded. cons. 20. *num.* 8. *lib.* 1. propterea non est
3 locus Aegidianæ,* cum Clerici, & bona Ecclesiæ
à iurisdictione Laicorum sint penitus exempta
c. Ecclesia S. Mariæ de constit. vbi DD. communiter,
& de communi etiam *Alciat. in c. cum non ab homine num.* 18. *de iudic. Couarr. part.* 1.
c. 31. *num.* 4. *cum seq.* prout sunt bona, de quibus
agitur, & ideò non est seruandum ius Ciuile, sed
Canonicum, secundum quod etiam in
4 possessorio datur appellatio* *Clem.* 1. *de sequest.*
possess. et fruct. & *ibi Card. in cap ad sedem in verbo interdictum ad fin. de rest. spol.* & datur appellatio
ad vtrumque effectum deuolutiuum scilicet, & suspensiuum
Abb. in d. cap. cum ad sedem num. 30. *per totum*, & præsertim in *vers. ad hoc
c.* vbi de communi testatur *Bero. q.* 52. *num.* 3.
Couar. pract. cap. 23. *num.* 13. vbi etiam de communi
testatur *Comard.* alios congerens *de moment. poss. limit.* 3. *ratione iuris Canonici num.* 2.
& seq. et num. 5. *et seq. Ludouic dec. Perus.* 20.
num. 19. *par.* 1.

Quod autem hic agatur de bonis, quæ gaudent
priuilegio Ecclesiæ satis patet, quia pia
causa iisdem penè priuilegiis fruitur, quibus
5 Ecclesia* *Io. Andr. in c* 2. *num.* 1. *vers. appellatione Ecclesf. de restit. in integr. in* 6. vbi *Gemin.
num.* 6. *vers. quaro quid comprahendatur Abbas in
c. relatum il primo post Innoc.* quem allegat *nu.* 7.
& 8. *de testam.* ea scilicet ratione, quia vtraque
sua priuilegia habet per animam, & contemplationem
Dei *Abb. in c. nulli num.* 14. *de rebu. Eccles. non alien.* vbi quod hæc duo Ecclesia ni.
6 mirum, & pia causa æquiparatur in iure * *c. requisisti* §. *secus autem de testam. c. Zenedochijs, &
c. seq. de Relig. domib. idem Abb. in c.* 1. *num.* 5.
vers. sed ego allego de in integr. restit. & in *c. accedentibus n.* 3. *vers. vnde priuilegia de priuil.* & *cons.*
102. *col. vlt. vers. & idem dicendum lib.* 2. *Ancar. in
clem. dispendiosam num.* 3. *vers. sed in dispositionibus de Iudic. Barbos. in c. de his num.* 6. *de testam. Francus in cap.* 1. *col.* 2. *num.* 6. *vers. imo
voluit de reb. Eccles. non alien. in* 6. & latè prosequitur
Tiraquell. de priuil. pia causa priuil. 140.
per totum, & quicquid dicendum esset, an Con-
7 fraternitates Laicorum possint dici loca pia*
Gabr. de pia causa conclus. 1. satis est ad hunc
effectum, quod hæc Confraternitas Spiritus
8 Sancti exerceat opera pietatis,* nam priuilegium
non datur loco, sed causæ *Castr. cons.* 167.
num. 2. *lib.* 2. *Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.* 4.
tit. 5. *art.* 6. *num.* 5. *Gab. de pia causa conclus.* 2.
num. 15. *Peregr. de fideicom. art.* 3. *num.* 63. *vers.
& nota*, & fuit dictum *coram me in causa Aesina
fideicom.* 3. *Decembris* 1604.

Et in terminis Confraternitatum Laicorum,
quæ exercent opera pietatis non habita di-
9 stinctione an fuerint approbatæ ab Ordinario*
tenent *Petr. de Vbald. in tract. de quarta Canon.* §.
quoad secundum quæst. num. 10. *vers. in contrarium. Abbas cons.* 31. *col.* 2. *vers. venio ad secundum librum, & cons.* 32. *col.* 2. *vers. substitutio vero lib.* 2. *Castrens. cons.* 5. *in princ. & cons.*
12. *ad finem lib.* 2. & ita sensit *Specul. in tit. de
statu Monach. vers. & fratres Ioannes Andr. in
cap. Ioannes num.* 6. *de testam.* dum loquuntur
generaliter de quibusuis locis, in quibus exercentur
opera pietatis *Bart. in l.* 1. §. *sed religio
num.* 1. *ff. de colleg. illic. Capr. cons.* 97. *num.* 2.
*Tiraquel. de priuil. piæ causæ in præfat. vers. item
relictum fraternitatibus*, qui licet in *seq. vers.*
contrarium asserat; hodie tamen cessat omnis
difficultas stante dispositione *Concil. Trid. sess.*
22. *cap.* 8. *&* 9. *de reformat.* dum auctoritate
Episcoporum conduntur vt considerat *Fuscus de
visitat.* & alij mox allegandi, vltra quos potest
addi *Menoch. de recup. remed.* 15. *num.* 36.
Odd. de restit. in integr. p. 1. *q.* 3. *art.* 6. *Guttier.
Can. Lib.* 1. *c.* 35. *num.* 23. *& seq. Castill. de
vsufruct. c.* 54. *num.* 24. *Flores Diez. var. lib.* 2.
q. 21. *nu.* 190. *Garz. de benef. p.* 5. *c.* 1. *nu.* 606.
Bened. Egid. Lusitan. in l. 1. *C. de Sacros. Eccles.
in* 1. *p. initio num.* 54. *fol.* 24.

Omnis demum ambiguitas renouetur ex eo,
quia hæc Confraternitas habet Ecclesiam, &
per consequens fuit auctoritate Ordinarij con-
10 firmata,* quapropter non potest negari, quin
sit pia causa *Lambert. de Iurep. lib.* 1. *q.* 1. *art.*
19. *nu.* 6. *Redoan. de reb. Eccles. non alien. in rub.
de aut. Præl. in alienat. interpon.* quæ est *rub.*
17. *num.* 16. *Fuscus de visit. lib.* 2. *c.* 14. *num.* 4.
& 5. *Azeued. lib.* 4. *recompil. lib* 10. *tit.* 1. *nu.*
26. *& lib.* 1. *tit.* 15. *lib.* 9. *num.* 1. *Solis. de cons.
c.* 3. *num.* 11. *A. Rocch. de visit. verb. Laic. pag.*
77. *Perett. in extrauag. ambitiosa in V. præterquam num.* 26. *& seq. fol.* 181. Eoque magis ista

11 procederent, si haberet annexum Hospitale *
ex congestis per *Tiraq. loc. cit. vers. item reli-
ctum Hospitali*, qui licet *vers. id quod pleriq.* refe-
rat *DD* hoc sentientes de Hospitali auctorita-
te ordinaria erecto, tamen *seq. vers.* adducit eos,
qui indistincte id asserunt siue sit auctoritate
ordinaria erectum, siue non, quæ opinio cer-
tè hodie reuocanda in dubitationem non est ex
dispositione *Conc. Trid:* Prætetea auctoritas or-
12 dinaria præsumitur,* vbi Confraternitas habet
annexam Ecclesiam, sicque adesset Hospitale
pariter annexum, omnia enim inter se con-
nexa censentur Ecclesiæ, quæ non potest abs-
13 quæ facultate Ordinariorum ædificari * *cap.
nemo & cap. placuit de consecrat. dist. prima &
cap. ad hæc de relig. domibus c. cum olim 14. de
priuil.* quod etiam statuit ius Ciuile vt in *au-
thent. de Eccl. §. si quis autem collat. 9. & auth.
de Monach. vers. illud dicitur collat. 1.* ipseque
14 Episcopus locum ædificationis assignat,* cru-
cem figit, lapidemque ponit primariam *glos.
in verbo veniat in dicto cap. nemo Azor. instit mo-
ral. part. 2. lib. 9. cap. 3. q. 4.*

Non obstat, quod sententia sit lata pro Lai-
co, quia ad causæ naturam dignoscendam ins-
15 picitur persona actoris, * à qua ius metitur *l.
1. in princ. ff. si pars. hæredit. petatur Bal. cons.
331. in fin. lib. 1. Cassad. decis. 3. nu. 2. de Iud.
Bellam. decis. 617.* & in fortioribus terminis si
sententia feratur pro Ecclesia actiue contra lai-
16 cum,* quod nihilominus cesset Ægidiana re-
soluit *Rot.* in *prædict. decis.* relatis per *Honded. d.
cons. 20. num. 8. lib. 1.* quod ponderat etiam
17 *num. 13.* nec est discutienda iustitia,* sed solum
prætensio Ecclesiæ prout fit in omnibus iudi-
cijs, dum lis pendet.

Et ita vtraque parte informante conclusum.

BONONIEN. VSVSFRVCTVS.

Lunæ 4. Augusti 1625.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Clausula* sicque per quoscunque Iudices *iudi-
cari*, & definiri debere, irritumque & ina-
ne si secus super his à quoquam quauis au-
ctoritate scienter, vel ignoranter contigerit
attentari *quid operetur & num. 5.*

2 *Oris aperitio censetur concessa, quando Pontifici
fuit narratum totum factum, & ipse super præ-
missis commisit causam.*

3 *De obreptione ex defectu intentionis dari potest
ante executionem gratia obtenta ad supplicatio-
nem partis etiam quod adsit clausula sublata, dum
non fuit apposita clausula quod de subreptione,
& obreptione, ac de defectu intentionis dari non
possit.*

4 *Gratia, in qua adsit derogatio* Regulæ de iure quæ-
sito non tollendo *quamuis fuerit executa, tamen
non habetur pro executa, quando Papa postea
concessit aliam gratiam cum clausula* perinde
ac si illa gratia fuisset signata absque dero-
gatione Regulæ de iure quæsito non tollen-
do.

DECISIO MDXCIX.

IN relationibus causarum feci verbum super
expeditione huius causæ iuxta resolutionem
factam sub *die 23. præteriti*, in qua fuit dictum
Valeriæ vsumfructum non deberi. Hodie au-
tem ad impediendam expeditionem dicebatur,
quod in prima gratia sa. me. Gregorij XV. adest
clausula *sicque per quoscunque Iudices &c. iudica-
1 ri,* & deffiniri debere, irritumque, & inane si
secus super his à quoquam quauis auctoritate
scienter, vel ignoranter contigerit attentari &c.*
quæ quidem gratia licet non potuerit suffraga-
ri Valeriæ, tamen obtinuit secundam gratiam,
in qua idem Summus Pontifex voluit, quod
prima gratia à data secundæ gratiæ valeret
cum derogatione *Regulæ de iure quæsito non tol-
lendo*, vnde inferrebatur, quod cum non fue-
rit apertum os aduersus istas gratias sa. mem.
Gregorij pars non poterat audiri: Cæterum
contrarium visum fuit Dominis in hac facti
2 specie, quia narrato toto isto facto S. D. N. *
commisit causam, in Rota conficiendo com-
missioni secundam partem per hæc verba *vel
si magis placet committatur causa super præmissis
alicui ex Auditoribus Rotæ, qui procedat perinde
ac si præinserta signata fuisset absque derogatione
Regulæ de iure quæsito non tollendo, & cum facul-
tate exequendi prædictas litteras Apostolicas.*

Ex quibus resultat, quod cum totum factum
fuerit narratum S.D.N. & commiserit causam
super præmissis censeatur concessa aperitio
oris, vt fuit resolutum in causa *Pampilonen. Ma-
trimonij 16. Ianuarij 1583. coram Orano*, quam
affert *Seraphin. decis. 1020. num. 3.* vbi solum
dicit illam *decisionem* non procedere quando
factum non fuit narratum Papæ, quod non
est in casu isto, cum totum factum fuerit nar-
ratum Papæ, qui rescripsit iuxta prædictum
tenorem.

Vlterius fuit consideratum, quod non adest
clausula, *quod de subreptione, & obreptione, ac
3 de defectu intentionis dari non possit,** & ideo in-
trat conclusio, quod ante executionem gra-
tiæ obtentæ ad supplicationem partis etiam
quod adsit clausula sublata, possit dari de ob-
reptione ex defectu intentionis *Dec. cons. 142.
num. 9. Paris. cons. 3. num. 84. lib. 4. Put. decis. 208.
lib. 2. in nou* & fuit resolutum in *Calaguritana
iurisdictionis 30. Maij 1580. coram Rubeo*, quæ
est apud *Marchesan. fol. 429. par. 2.* & alias sæ-
pissimè.

Neque obstat, quod gratia sa. me. Grego-
rij fuerat executa, quia postquam S. D. N. re-
scripsit *perinde ac si illa gratia fuisset signata abs-
4 que derogatione Regulæ de iure quæs. non tollen.* *
concessit facultatem exequendi supradictas
litteras Apostolicas, & sic postquam voluit
gratiam censeri concessam absque derogatio-
ne *Regulæ de iure quæsito non tollendo*, noluit, quod
gra-

gratia haberetur prò executa, & merito, quia fuerat executa cum derogatione dictæ *Regulæ*, & ideo sublata dicta derogatione, deueniendum erat ad nouam executionem, quare potuit opponi de defectu intentionis ob non derogationem dictæ *Regulæ*.

Tandem aliqui ex Dominis considerabant, quòd adest clausula *sicque per quoscunque Iudi-*
5 *ces iudicari debere*, * quæ cum sit concepta per verba affirmatiua nō habet vim clausulæ sublatæ, & ideò intelligitur quatenus gratia alias de iure subsistat, vt fuit resolutum in causa *Hispalen. beneficij de Xeres 6. Nouembris 1602. coram bo. me. Litta*, & quamuis hoc verum sit, nisi adsit clausula sublata, vel alia æquipollens, vt in dicta *Hispalen.* & in hoc casu adsit decretum irritans, ideò cum posset dubitari, an haberet vim clausulæ sublatæ, & hinc inde plura fuerint adducta circa hoc motiuum Domini non fuerunt concordes.

ROMANA DOMVS.

Lunæ 27. Octobris 1625.

ARGVMENTVM.

Cum à mandato de associando detur appellatio nō potest propterea appellatione pendente executioni demandari. Sententia declaratoria deuolutionis an requiratur.

SVMMARIVM.

1 *A mandato de associando datur appellatio, prout etiam seruat Signatura.*

2 *Mandatum de associando absque vitio attentatorum non potest exequi appellatione pendente.*

3 *Aegidiana non intrat dum agitur de bonis Ecclesiasticis.*

4 *Pactum secundum, in quo non adest obligatio cameralis attenditur.*

5 *Loco Beneplaciti Apostolici sufficit consensus Patris Generalis Ordinis in contractu per Monasterium celebrato.*

6 *Contractus primus non innouatur per secundum nullum.*

7 *Nullitas contractus tunc obstat, quando fuit canonizatus per rem iudicatam.*

8 *Deuolutio dum intentatur ob canonem non solutum an requiratur sententia super deuolutione remissiue. vid. n. 9. & 10.*

11 *Dominium transfertur etiam ex contractu nullo.*

12 *Contractus cum Ecclesia nulliter gestus habet implicitum statum validitatis ipsa volente, nec reclamante.*

13 *Beneplacitum Apostolicum etiam post contractum potest obtineri.*

Beneplacitum Patris Generalis potest obtineri post contractum cum conuentu celebratum n. 13.

14 *In gradu appellationis non deducta deduci, & non probata probari non prohibentur.*

DECISIO MDC.

Domini perstiterunt in resolutis nimirum quod constet de attentatis, quia cum à man-
1 dato de associando detur appellatio * *c. cum ad sedem de restit. spol. Clem. 1. de seq. poss. & fruct. & in Clementina vnica de caus. possess. & propr.* & sufficit, quod ita censuerit Signatura vt in puncto dixit *Rota in causa Romana Vineæ de Rauonibus 17. Maij 1621. R. P. D. meo Vbaldo.*

Non potuit absque vitio attentatorum pro-
2 cedi ad executionem * *toto tit. nihil innou. appell. pend. Lancellot. in præf. num. 83. & c. 20. de attent. post. inhib. num. 48. & seqq.* non enim est habenda in hoc casu ratio Aegidianæ, cum
3 agatur de bonis Ecclesiæ * *Lancellott. de attent. appell. pend. Rot. dec. 238. apud modern. de Salvian. & dec. 682. par. 1. in rec.*

Neque obstat quod adsit obligatio Cameralis, quia Tiburtius duos fecit contractus; Primus est ad vitam suam tantum, in quo adest talis obligatio, Secundus est prorogationis ad alias duas nominationes, in quo non est illa
4 obligatio, * & hic in isto casu est attendendus iuxta *l. pacta nouissima ff. de pact. l. 3. & l. fin. de nouat.* & quamuis fuerit replicatum, quod secundus est nullus ex defectu consensus Apo-
5 stolici, vel saltem Generalis Ordinis, * qui tunc sufficiebat ex Constit. Greg. XIII. *Rodriq. inter illius Pont. Constitutiones sub. num. 9.* & ideò primus non fuerit innouatus per secundum
6 nullum * *Roman. cons. 441. num. 9. vers. quoniam.* Huic tamen motiuo fuit responsum, quod non procedat in nostris terminis, tunc
7 enim locum haberet, * quando nullitas fuisset canonizata per rem iudicatam. Nam licet vbi
8 intentatur deuolutio ob canonem nō solutum* quæstio sit, an requiratur sententia super deuolutione ex illo capite per ea, quæ adducit *Asin. in prax. §. 7. num. 3. limit. 48. & Rota te-*
9 *neat negatiuam* * apud *Cassad. dec. 2. num. 1. de locat.* Attamen quando deuolutio intentatur ob
10 alienationem irrequisito Domino requisiuit * sententiam vt per *Asin. d. loco num. 4. ante fin.* & ratio est, quia primo casu non transfertur dominium in aliquem, quod secus est in secundo casu scilicet alienationis; nam ex contra-
11 ctu nullo transfertur dominium * *l. eligantur ff. de pignor. & act. Sign. cons. 145. n. 4. & seq.*

Applicando igitur prædicta ad nostrum casum, cum secundus contractus contineat prorogationem ad alias nominationes non potest controuerti, quin dominium sit translatum vigore nominationis in nominatum ex rationibus prædictis. Vnde quatenus etiam nominatio esset nulla ex eo quod instrumentum concessionis non subsisteret, non potest tamen operari, quin ex illius auctoritate dominium translatum sit; quapropter requiritur sententia super nullitate d. contractus. Eoque magis cum habeat implicitum statum validitatis
12 Ecclesia volente, * nec reclamante *DD. in cap.*

cap. 1. de his, quæ fiunt à Prælato sine consens. Cap. Gabr. de rer. alienat. concl. 1. Tiraquell. de legibus connub. glos. 8. num. 7. & in tract. le mort. Saisit. leuis. par. 7. declar. 1. n. 70.

Quæ ob hæc etiam placuerunt DD. quia Beneplacitum Apostolicum, vel Generalis potest
13 obtineri,* pront etiam quotidie experientia docet extra contractum, & stat simul, quod illud fuerit obtentum, & de illo non appareat ex ipso contractu, de quo in gradu appellatio-
14 nis possit videri vbi nō deducta deduci,* & nō probata probari non prohibentur *cap. significauit, vbi Afflict. in vlt. not. de Appell. Bald. in authent. hodie 5. Cautione n. 6. C de appell.*

Et ita vtraque.

BERGOMEN. PENSIONIS.

Ven. 7. Nouembris 1625.

ARGVMENTVM.

Integra solutio pensionis reseruatæ beneficio pleno cum clausula *dummodò realiter, & cum effectu persoluerit alias reseruatio nulla sit eo ipso* debet plene, & concludenter in petitorio à pensionario probari.

SVMMARIVM.

1 *Pensio sine causa dicitur, quæ fuit reseruata beneficio pleno.*

2 *Pensionarius in petitorio tenetur concludenter probare integram solutionem pensionis, dum in reseruatione fuit apposita clausula, quod si titularis realiter, & cum effectu non persoluerit reseruatio nulla sit eo ipso, nec sufficit probatio dubia n. 4.*

3 *Verbā apposita in reseruatione pensionis, quod ipsa reseruatio nulla sit habent vim decreti irritantis.*

DECISIO MDCI.

HAec pensio fuit reseruata beneficio pleno,
1 quæ propterea dicitur pensio sine causa * sub die 12. Maij 1619. & titularis, qui consensit reseruationi pensionis obijt 19. Februarij 1625. quæ quidem pensio cum debuisset solui in duobus terminis, scilicet in festo Sancti Ioannis, & Natiuitatis Domini, de tempore obitus titularis erant lapsi tres termini, & tamen non ostenduntur quietantiæ nisi pro duobus vltimis terminis, non autem pro primo: Quare dubitaui, an huiusmodi reseruatio suffragaretur Pensionario, & negatiuè fuit resolutum, stante decreto apposito in reserua-
2 tione d. pensionis,* videlicet, quod si Barzazius titularis in eius vita, & quandiu Canonicatum obtinuerit pensionem realiter, & cum effectu non persoluerit, reseruatio nulla sit eo ipso, quarè onus probandi pensionem integre fuisse solutam, vt possit se iuuare in petitorio, spectat ad pensionarium, vt fuit resolutum in *Lucana pensionis 26. Nouembris 1617. coram R.P.D. meo Pirouano*, & in causa *Spoletana pensionis 24. Ianuarij 1622. coram R.P.D. meo Vbaldo*, & propterea cum non doceat de integrali solutionne intrat decretum appositum in reseruatione, quod ipsa re-
3 seruatio sit nulla,* quæ verba habent vim decreti irritantis, & annullant actum *Salas de leg. disputat. 16. sect. 1.*

Neque est verum, quod primus terminus fuerit excomputatus in expeditione Bullarum, quia hoc non probat pensionarius, prout te-
4 netur probare.* Dum enim id conatur deducere in epistola cuiusdam Francisci Magninati sollicitatoris directa ad titularem vna cum computo expensarum. Primo non probatur huiusmodi litteras esse in forma probanti, secundo sollicitator refert se recepisse *scut.* 50. à quodam Francho pro expeditione Bullarum, cumque non constet quo nomine soluerit Fräcus, ista probatio tanquam dubia non releuat *cap. in præsentia de probat.*

Neque etiam releuant coniecturæ adductæ, videlicet verisimilitudo, quod scilicet, si primus terminus non fuisset excomputatus in expeditione Bullarum fuisset solutus sicuti secundus, & tertius præsertim cum pensionarius habitaret cum titulari. Quia fuit responsum huiusmodi coniecturas non concludere, & in omnem euentum illas tolli. ex quo primus terminus erat *scut.* 15. & sic non sufficiens ad expeditionem Bullarum, cuius impensa ascendebat ad *scut.* 58. & propterea si ad huiusmodi computum fuisset retentus primus terminus, vtique, & alij pro integra solutione fuissent retenti; Vlterius fuit animaduersum, quod pensionarius erat creditor titularis *sc.* 200. occasione officiaturarum prædicto titulari factarum, vt patet ex computis solidatis cum hæredibus, & sic apparet, quod aderant alia computa inter titularem, & pensionarium, quapropter pet necesse nōn potest coniecturari, quod solutio expensarum fuerit facta per titularem ad computationem primi termini.

Ex quibus cum nec probatio plena solutionis pensionis, nec coniecturalis sufficiens afferatur, fuit resolutum non constare de reseruatione pensionis, quæ suffragetur.

VLIXBONEN. QVARTANARIAE.

Veneris 14. Nouembris 1625.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Gratia coadiutoriæ cum futura successione, quæ est iustificata, debet sortiri effectum suum.*

DECISIO MDCII.

Dubitaui an constaret de valida coadiutoria cum futura successione,& Domini affirmatiue responderunt, quia cum gratia sit iustifi-
1 cata * vt ex tribus *decisionibus* in hac causa factis facile demonstratur, vid. sub *diebus* 15. *Ianuarij* 1624. & 25. *Ianuarij*, & 13. *Iunij huius anni* satis operatur gratia Papæ, quæ cum non possit impugnari ex defectu intentionis, cum sit iustificata,neque aliquid ab extra doceatur, quod potuit difficiliorem illum reddere ad concessionem, debet sortiri effectum suum c. *cum super de off. legat.*

Et ita vna tantum parte informante conclusum, &c.

FOROSEMPRONIEN. SEV NVLLIVS PAROCHIALIS.

Lunæ 17. *Nouembris* 1625.

ARGVMENTVM.

Ad elidendam præsumptionem vsurpationis iurispatronatus in Communitate,seu Vniuersitate,& ad effectum probandi illius intentionem pro eo, quæ requirantur.

SVMMARIVM.

1 *Præsumptio vsurpationis iurispatronatus intrat in communitate, & vniuersitate.*
2 *Amplia procedere etiamsi vniuersitas pauca sit.*
3 *Communitas, vel vniuersitas, quæ non ostendit verum titulum fundationis, vel dotationis iurispatronatus ad hoc, vt fundet intentionem suam, tenetur probare immemorabilem per authenticas scripturas, & præsentationes effectum sortitas spatio 50. annorum.*
4 *Itaut non sufficiat vnica præsentatio effectum sortita spatio 50. annorum.*
5 *Nec minus probatio per testes, aut scripturas minus authenticas.*
6 *Præsentationes ad iuspatronatus dicuntur sortitæ effectum, cum per obitum præsentati fuit facta alia præsentatio. Amplia vt ibi.*
7 *Per resignationem ad fauorem non abdicatur ius à resignante.*
8 *Remissoria denegatur Communitati, seu vniuersitati, quæ solum intendit probare immemorabilem ad effectum probandi iuspatronatus, cum sine præsentationibus spatio 50. annorum effectum sortitis non suffragetur.*

DECISIO MDCIII.

Agitur de prætenso iurepatronatus à communitate Terræ Fractarum, quamobrem
1 dubitari minime potest, * quin intret præsumptio vsurpationis *Put. dec.* 55. & *dec.*199. *lib.* 1. *Mohedan. decis.* 2. *de iurepatronatus Chisanen. decis.* 67. *Io. Paul. dec.* 87. & fuit sæpissime resolutum,& præsertim in *hac causa coram Cardin. Mantica decis.* 234 & 253. & *coram bo. me. Cardinali Pamphilio* 17. *Iunij* 1594. In quibus locis firmatur conclusionem procedere
2 etiam quod vniuersitas parua sit, * & fuerat sæpius resolutum in *nullius Archipresbyteratus* 2. *Maij* & 1. *Iulij* 1588. *coram eodem Cardinali Pamphilio*, & postea pluries, & signanter in causa *Cremonen. Cappellaniæ* 2. *Aprilis* 1601. *coram me.*

Quapropter adhoc vt Communitas fundet intentionem suam, cum non ostendat verum
3 titulum fundationis, * vel dotationis ex dispositione *Concilij Tridentini* tenetur probare immemorabilē per authenticas scripturas,& præsentationes effectum sortitas spatio 50. annorum, vt fuit pluries conclusum per *Sac. Congr. Concilij*, & per *Rotam*, & præcipue in causa *Neapolitana Cappellaniæ* 29. *Ianuarij* 1571. *coram Cardinale Lancellotto Seniore.* Itaut nec sufficiat vnica præsentatio effectum sortita spatio
4 50. annorum, * quia *Concilium* requirit plures præsentationes, vt fuit resolutum in causa *Britinorien. iurspatronatus* 24. *Ianuarij* 1601. *coram bo. me. Cardinali Lancellotto Iuniore*, & in *Sorana iurispatronatus* 28. *Aprilis* 1603. *coram bo. me. Cardinali Pamphilio*,cumque iste modus probandi per scripturas sit inductus à *Concilio*
5 pro forma, probatio per testes, * aut per scripturas minus authenticas minime suffragatur, vt sæpe numero resoluit *Sacra Congregatio*, & *Rota* in dicta causa *Sorana iurispatronatus.*

Quantum attinet ad immemorabilem de ea non docet Communitas; non enim fuit datum tempus ad probandum, cum causa non sit commissa in Rota, sed extraiudicialiter videatur articulus de mandato Sanctiss. D. N. dato in Signatura Gratiæ R.P.D. meo Pirouano me præsente.

De præsentationibus autem effectum sortitis spatio 50. annorum satis docetur, quia de anno 1537. Communitas præsentauit Alexan-
6 drum Guiduccinum, * & de anno 1541. per illius obitum fuit præsentatus Malatesta Clarus de anno 1542. per illius obitum Robertus Clarus, & de anno 1557. ob culpam, & defectum Roberti Victorius Signorettus, quare dubitari minime potest, quin dd. præsentationes habuerint effectum, cum per obitum præsentati fuerit facta alia præsentatio iuxta *cons. Oldrad.* 229. *Seraph. dec.*229. *n.* 5. *Rota dec.*254. *n.* 4. *par.* 2. *in rec.*

Et quamuis de anno 1558. Robertus Clarus commiserit causā, & ex confessione constet ipsum resignasse ad fauorem Ioannis Benedicti Clari, & sic non posset dici, quod præsentatio Victorij Signoretti habuerit effectum, hoc tamen non refert, quia non fit fundamentum in

dicta

dicta præsentatione Signoretti, sed illa deducitur, vt habeatur tota series facti, & sufficit, quod de eodem anno 1558. ob priuationem dicti Benedicti Clari fuerit præsentatus Com. Petrus Floridus, qui cepit possessionem, & de anno 1562. resignauit ad fauorem Horatij Stonghi, vnde satis etiam ex isto capite resignationis probatur effectuatio *Seraphin. decis. 337. num. 1. Rota decis. 167. num. 1. p. 1.* & in *rec. dec. 423. num. 2. p. 2.* & de eodem anno Communitas approbauit d.renunciationem,& D. Horatium præsentauit, qui de anno 1590. obijt, ob cuius obitum Gregorius XIV. prouidit de hac Parochiali. Quare satis apparet, quod ab anno 1537. vsque ad annum 1590. quo contingit vltima vacatio interuenerunt præsentationes effectum sortitæ spatio 53. annorum.

Neque obstat, quod si standum est confessioni Roberti Clari facta in commissione, quod scilicet resignauerat ad fauorem Ioannis Benedicti fatetur resignasse 20. Octobris 1552. & sic demendum esset tempus sex annorum, quia Comes Petrus Floridus fuit præsentatus per priuationem dicti Io. Benedicti Resignatarij de anno 1558. Huic motiuo fuit responsum, quod de eodem anno 1558. Robertus Clarus resignans obtinuit mandatum de manutenendo à bo. me. Paulo Æmilio Verallo, & sic possedit vsque ad tempus, quo Comes Petrus Floridus fuit præsentatus per priuationem prædicti Io. Benedicti & de hoc nil mirum, quia cum resi-
7 natio fuerit ad fauorem * non fuit obdicatum ius a Roberto resignante, antequam Io. Benedictus Resignatarius obierit.

Non obstat, quod Rota denegauerit remissoriam in hac causa 17. Iunij 1594. coram bo. me. Cardinali Pamphilio, quia tunc poteba-
8 tur ad probandam immemorabilem,* & ideò erat irreleuans, cum etiam debuerint probari præsentationes effectum sortitæ spatio 50. annorum per authenticas scripturas, quæ cum tunc temporis non essent probatę frustra petebatur remissoria ad probandam immemorabilem, cum vnum absque alio non suffragetur.

Et ita conclusum vtraque parte informante.

VLIXBONEN. MATRIMONII,

Mercurij 19. Nouembris 1625.

A R G V M E N T V M.

Vigore priuilegiorũ per Pontifices concessorum fratribus minoribus circa gubernium & obedientiam monialium Sanctæ Claræ non potest nec eorum Commissarius Generalis nec Generalis, nec tota Religio absque licentia Summi Pontificis eas à Religione dimittere,& eijcere.

S V M M A R I V M.

1 *Commissio ea in Rota attenditur, quæ primo fuit præsentata, licet pro alia fuerit præuentum in citando.*

2 *Papa per memoriale etiam rescribit Rotæ, vt procedat in causa seruatis seruandis.*

3 *Moniales* Sanctæ Claræ *non possunt dimitti à Religione nec à Commissario Generali, nec à Generali, nec à tota Religione Fratrum minorum absque licentia Pontificis & nu. 6. & 8. Amplia num 13.*

4 *Moniales* Sanctæ Claræ *sunt exemptæ à iurisdictione Ordinariorum, & Sanctæ Apostolicæ Sedi immediate subiectæ & num. 8.*

5 *Et fuerunt positæ sub gubernio, & obedientia Generalis, & Prouincialium fratrum minorum sublatis Protectoribus, quorum auctoritate regebantur.*

6 *Pontificis auctoritas est immensa.*

7 *Pontifex est Summus Prælatus cuiuscunque Religionis.*

9 *Administratores Apostolici non possunt præiudicare Summo Pontifici, cum ipsi sint Subditi,& eis immineat sola necessitas parendi.*

10 *Quisque fauori suo renunciare potest.*

11 *Sedi Apostolicæ interest multos habere immediate subiectos.*

12 *Quis non potest renunciare priuilegio in præiudicium tertij.*

14 *Non est mutabilis in libello mutatio actionis, nec substantia facti, sed solum augmentum, vel diminutio condemnationis firma remanente actione, & substantia.*

15 *Facultas intelligitur concessa secundum leges, non autem secundum voluntatem superiorum.*

16 *Monachus incorrigibilis potest eijci a monasterio.*

17 *Declara tamen procedere, quando vltra incorrigibilitatem innotescit non solum fratribus, sed etiam sæcularibus, & ex ijs de facili possunt corrumpi.*

18 *Moniales propter incorrigibilitatem non sunt simpliciter eijciendæ à monasterio, sed nisi ibi puniantur, possunt ad aliud trasferri.*

19 *Religiosi omnes non possunt eijci à Conuentu.*

20 *Sed si omnes delinquerunt succurritur per mutationem Superiorum.*

21 *Exemptus à iurisdictione Ordinarij non potest sine licentia Summi Pontificis renunciare exemptioni, & num. 23. 27. & 33.*

22 *Pontificis interest subditos suos ab alio non iudicari & num. 33.*

24 *Exemptionis priuilegium à iurisdictione alterius censetur concessum, ex quo ille sit nimis infestus exempto.*

25 *Exemptionis priuilegio potest renunciari in præiudicium exempti, secus vero eximentis. Vide num. 32.*

26 *Priuilegio specialis exemptionis potest renunciari, quando motu proprio non fuit concessum.*

27 *Contrarium tamen est verius.*

28 *Iurisdictio in non Ecclesiasticis potest dari in præiudicium eorum, qui se submittunt, non tamen in præiudicium Superiorum; vide ibi & num. 32.*

29 *Prælatus potest conditionem Ecclesiæ facere meliorem,*

liorem, non autem deteriorem.
30 *Priuilegio, & fauori Ecclesiæ non censetur renunciatum per vnum, vel plures actus.*
31 *Vnus solus potest contradicere, si omnes volunt facere contra Priuilegium Ecclesiæ.*

DECISIO MDCIV.

POst commissionem mihi directam, alia pars præsentauit commissionem *R. P.D. meo Buratto* in forma, & præuenit in citando valde
1 solers, * vt causa per ipsum cognosceretur,
sed certè decipiebatur, quia in Rota attenditur præsentatio commissionis, ità nempè vsque ab anno 1375. mandauit *Vicecancell.* vt habetur in *dec. de const. in antiq.* & passim seruatur, vt in *decis. 6. de rescript.* pariter in *antiq.* quod etiam disponit Constitutio Innocentij, de qua *Cassad. decis. 5. de rescript. Vestr. in prax. lib. 3. cap. 11. num. 1. Mandos. in commiss. 10. audiat qui præuenit vers. 3. pro intellectu Put. decis. 470. lib. 2. Thom. de Tan. decis. 57. A. A. in tit. de rescript. §. 16.* sed ad tollen. omnes difficultates cum *R. P.D. meus Burattus* valetudine præpeditus non esset tam cito venturus ad Rotam, pars altera recursum habuit ad S.D.N. qui per memoria-
2 le mihi rescripsit, * vt procederem in causa
seruatis seruandis, hoc est parte legitimè citata, quæ cum nisi moras quæreret, & citasset etiam ad dicendum contra articulos coram eodem D. meo Infirmo, & posteà accesserit ad me, vt tanquam Decanus ob malam habitudinem D. mei articulos admitterem, id facere recusaui, cum causa esset mea, ideoque appellationi interpositæ refutatorios dedi, cum ex ista serie facti cognouerim, partem nihil aliud quærere præter fugam. Quapropter ælapso die citationis ad informandum proposui dubium, an esset recedendum à *decisione R.P.D. mei Remboldi sub die 2. Iunij huius anni.* Quod dubium pendet ex duobus primo scilicet, vt videatur; an Commissarius Generalis potuerit dimittere has Moniales. Secundò, an dd. Moniales potuerint se subijcere obedientiæ Ordinarij.

Ad primam partem fuit dictum, quod quicquid sit de iurisdictione Commissarij Genera-
3 lis, * etiam quod in Religione ipsa haberet
amplissimam facultatem, nihilominus nec ipse, immo neque ipsemet Generalis, ac tota Religio has Moniales poterat dimittere, cum agatur de Monialibus S. Claræ, quæ sunt ex-
4 emptæ à iurisdictione Ordinariorum, * & S.
Sedi Apostolicæ immediatè subiectæ, vt patet ex Bulla Eugenij IV. sub datum Florentiæ anno 1439. Idem Augusti anno Pont. 9. quæ est apud
5 *Rodriq.* & fuerunt positæ sub gubernio, * & o-
bedientia Generalis, & Prouincialium Minorum sublatis Protectoribus, quorum auctoritate regebantur, vt in Constitutione eiusdē Eugenij sub datum Bononiæ anno 1427. 8. idem Decembris anno 7. apud eundem *Rodriq. Const. 27.* quæ licet anterior, non tamen fuit per sequentem reuocata, cum in posteriori expresse dicatur, quod Sum. Pont. non intendit per illam præiudicare gubernio, quod Generales Ministri, alijque officiales dictarum Monialium habent. Quarè cum Summus Pontifex has Moniales subiecerit curæ Regularium, & postmodum à iurisdictione Ordinariorum exemerit, & immediatè Sedi Apostolicæ subiecerit, non potuit Commissarius eas di-
6 mittere sine licentia Pontificis, * cuius au-
ctoritas immensa est *Cap. ad honorem de auth. & vt Pal. Gemin. cons. 14. in princip. num. 2. Rom. cons. 369. col. 2. in princ.* & in specie subiectio Religiosorum erga suos Prælatos à Summo Pōtifice dependet, sine cuius Ministerio, & intentione Prælati Regulares nullam haberent iurisdictionē *Medin. de Indul. cap. 24. Sot. de Iustitia, & iur. lib. 10. quæst. 1. art. 4. & lib. 8. quæst. 3. art. 1. Victor. in relect. de potest. Ecclef. quæst. 2. num. 28. Alph. de Castr. lib. 2. de Iust. hæret. punit. cap. 24. & contra hæreses in verbo Episcopus.* Ipse nimirum Summus Pontifex est summus
7 Prælatus cuiuscumque Religionis, * vt benè
aduertit *Suar. de relig. tom. 4. lib. 3. cap. 17. num 1. & lib. 6. cap. 4. num. 21. ante fin.*

Quapropter cum Papa gubernium dictarum Monialium fratribus demandasset, &
8 illas ab Ordinariorum iurisdictione exemerit, *
& immediatè Sedi Apostolicæ supposuerit, cuius nomine Fratres gubernant, non potuerunt illas, inconsulta Sede Apostolica, dimittere, *Ang. cons. 369. num. 7.* vbi quod administratores Apostolici non possunt præiudicare Summo
9 Pontifici, * nec poterant dimittendos, dictas
Moniales ponere os in Cælum, & Summi Pontificis coarctare potestatem, cum ipsi sint subditi, quibus imminet necessitas sola parendi, vt pulchrè dicit *Bald. cons. 331. ante med. vers. nec possunt lib. 4.*

Non aduersatur, quod Commissarius potuerit renunciare huic priuilegio, vt quisque po-
10 test iuri suo renunciare * ad *l. si quis in conscribendo C. de pact.* quia motiuum posset considerari, si priuilegium simpliciter fuisset concessum fauore Fratrum, sed cum Pontifex sub protectione Sedis Apostolicæ eas receperit, & ea occasione gubernium confirmauerit, hoc fuit actum non solum fauore Fratrum, sed ipsius etiam Sedis, cuius interest multos ha-
11 bere immediatè subiectos * *Clem. Pastoralis de re iudic. Rebuff. cons. 142.* Ideo non potuerunt
12. dicto priuilegio renunciare * *Felin. in cap.
cum accessisset num. 29. de constit. & ibi Dec. col. penult. vers. 2. prædicta conclusio, & num. 18. col. vlt. concl. 6.* & generaliter de renunciatione *Gallerat. tom. 1. lib. 3. cap. 1. num. 4. vers. & ideo, & num. 63. ex l. non videtur ff. de reg. iur. & l. si quæramus ff. de testam. Bald. tit. qualiter feud. alien. poss. §. porrò num. 1. Cast. in l. penult. col. fin. & ibi Ias. numer. 14. C. de pact.*

Non obstat Constitutio Bonifacij VIII. apud *Rodriq. 4.* quam etiam refert *tom. 1. qq. Regul. quæst. 17. art. 8.* quia & si Bonifacius concedat facultatem Ministris per se, vel alios visitandi,
13 corrigendi, * & reformandi tàm in capite,
quàm in membris, ea, quæ correctionis, & reformationis indigent, nihilominus ista facultas procedit quoad visitationem, & cor-

rectionem morum, non autem quoad mutationem status, renunciando gubernio, vt
benè ad propositum *Bart. in l. ædicta numer. 8.*
14 *C. de æden.* vbi quod nec mutatio actionis, *
nec substantia facti est mutabilis in libello, sed
solum augumentum, vel diminutio condemnationis, firma remanente actione, & substan-
tia, namque facultas intelligitur concessa se-
15 cundum leges, * non autem secundum volun-
tatem Superiorum *Dec. conf. 146. numer. 9.* & in
terminis clausulæ *facultatis addendi, vel minuendi*
fuit dictũ *coram me in Causa montis Regalis Iurisdictionis 4. Maij, & 15. Nouembris 1604.*

Non obstat, quod Monachus incorrigibilis
16 potest eijci à Monasterio * *Natta conf. 80. n. 1.*
quod motiuum fuit deductum in alia positione, cui Domini nihil responderunt, quia non
meretur allegari, sed quoniã hodie vociferabatur hoc tollere omnem difficultatem ideo fuit
responsum hic non applicari materiam eiectionis. Primo quia agitur de Monialibus, licet enim Monachus incorrigibilis possit eijci
à Monasterio, & habitu priuari, ad hunc tamen effectum requiritur vltra incorrigibilitatem, quod defectus non solum innotescant
17 Fratribus, * sed etiam secularibus, & quod ex
his alij de facili possint corrumpi, vt est originale dictum *Sancti Bonauenturæ quæst. 14. super
reg. Sancti Francisci*, quod certè non militat in
Monialibus, quæ propter incorrigibilitatem
18 non sunt eijciendæ simpliciter à Monasterio *
sed nisi ibi puniantur possunt ad aliud transferri, vt est Constitutio Vrbani IV. quæ loquitur in puncto de Monialibus Sanctæ Claræ,
quam refert *Rodriq. qq. reg. tom. 1. quæst. 49.
art. 1. post princip. & Mirand. de Monial. qu. 3.
art. 2.* quæ Constitutio in hac parte neque
per Constitutionem Pij V. neque per *Concil.
Trid.* licet strictoria sint censetur reuocata, vt
per *Rodriq. ibid. art. 5. ver. 2. non fertur* & *Miranda loco citato vers. quartus casus*; 2. fuit dictum hic non applicari, quia agitur de toto
Conuentu eijciendo, & iure non reperitur cau-
19 tum, * neque aliquis est, qui dicat integrum
Conuentum posse eijci, sed quando Monasterium delinquit in casu, quo Monachus parti-
20 cularis eijceretur Monasterio * prouidetur per
mutationem Superiorum *cap. quoniam de Simon.* vbi quod si forte propter nimiam multitudinem alibi nequiuerint commodè collocari
ne damnabiliter in sæculo euagentur, recipiantur in eisdem Monasterijs, mutatis Prioribus locis, & inferioribus assignatis.

Quantum attinet ad secundum caput, An
Moniales potuerint se submittere obedientiæ
Ordinarij; negatiuè fuit resolutum, quia exem-
21 ptus * sine licentia Summis Pontificis non potest renunciare exemptioni, vt est *text.* rotundus in *c. cum tempore 5. de arbitr. vbi Abb. n. 2.
vers & per istum tex glos fin. in clem. penult. de
sent. excom.* quam *Abbas ibid. in d. c. cum tempore* dicit singularem, ratio est, quia interest
Romani Pontificis, qui est superior, subditos
22 suos ab alio non iudicari * *Id. Abb. in c. 1. n. 10.
de re iud.* & in *cap. si de terra num. 5. de priuil.
& in c. significasti 17. num. 8. in fin. & n. seq. de
for. comp. Io: Andr. in cap. scienti 27. in fin. vers.
si verò reperitur & ibi Franch. nu. 4. de reg. iur.
in 6. felin. in cap. cum olim num. 3. de præscript.
Armill. in summ. in verbo exemptio num. 8. Gail.
obseruat. 40. num. 2. lib. 1. Galerat. de renunc.
tom. 2. cent. 2. renunciat. 140. num. 18. Erasmus
à Kocchier de iurisdict. ordin. in exempt. lib. 2.
q. 7. & lib. 3. cap. 34. per tot. & per dictum text.
in cap. cum tempore* & per alias rationes in terminis exemptionis Regularium est *conf. Castr.
432. incip. videtur dicendum num. 3. lib. 1. vbi in
vers. quod autem* pondecat, quod per priuilegium exemptionis effecti sint immediate subie-
23 cti D. Papę, * & Ecclesiæ Romanæ, quamobrem sine illius licentia in alium consentire
possunt, hoc nempe tenderet in derogationem
iurisdictionis Pontificiæ. Considerat vlterius,
quod priuilegium videtur concessum in odium
Ordinariorum, qui dd. religiosis erant nimis
infesti, eosque nimium grauabant, & concludit, quod ideò non possunt se subiacere iurisdictioni Ordinariorum, & quamuis in casu
Cast. legeretur in priuilegio, quod ipsi Ordinarij erant nimis infesti, hæc tamen est vna
24 ex rationibus, * ex quibus Papa censetur cõcedere priuilegium exemptionis, vt dicit *Bald.
de priuil. in tract. exempt. cap. 1. numer. 4. Rebuff.
conf. 142. col. 2. in princ Erasm. à Koch. de iurisd.
ordin. in exempt. lib. 1. cap. 1. num. 17. & lib. 2. q. 7.
num. 3. in fin. & lib. 3. quæst. 34.* & in terminis Regularium *Rom. conf. 369. num. 18.* quem vltra
Castr. loco citato num. 5. sequitur *Felin cap. cum
olim. num. 3. de præscript.*

Non obstat, quod priuilegio possit renunciari in præiudicium exempti; secus verò exi-
25 mentis * *glos. fin. in d. cap. cum tempore de arbitr.*
quia vt dicit *Abb. ibid. num. 7.* non potest considerari aliquis effectus quantum ad exemptũ,
nam ius libertatis est ita coniunctum inter exemptum, & superiorem, vt commodè separatio fieri non possit, neque est verum, quod
ait *Alberic. in l. si quis in conscribendo 36. num. 6.
C. de Episc. & Cleric.* quod scilicet possit re-
26 nonciari priuilegio specialis exemptionis, *
quando motu proprio non fuit concessum;
quia *Silu. in summ. in verbo exemptio § decimo* di-
27 cit contrarium esse verius, * euidentissima
ratione, scilicet quia exemptio fit gratia exemptionis, quod dictum sequitur *Armid. in
eod. verbo numer. 8. Rebuff d. conf. 142. col. 2. vers.
exempta Kochier. loco prædicto num. 17. lib. 1.* &
licet in alijs non Ecclesiasticis possit dari iu-
28 risdictio in præiudicium eorum, * qui se submittunt, non tamen in præiudicium superiorum *Archid. in cap. conquestus sub num. 4. quæst. 3.
Bald. in l. si quis ex consensu numer. 8. C. de Episc.
aud. afflict. de prohib. feud. alien. per Foeder. § præterea inter duos num. 23. cum alleg. per Surd. conf. 47.
num. 25. lib. 1.* nihilominus vt aduertit *Abb. in
d. cap. cum tempore in fin.* hoc indistinctè non
procedit in Ecclesia, seque remittit ad not.
per *Innoc. in cap. accedentibus de priuil.* & perscritum in *cap. Veniens de præscrip. vbi num. 21.* dicit, quod Prælatus potest conditionem Eccle-
29 siæ facere meliorem, * non autem deteriorem, vt in *cap. Fraternitatem de donat.* & subdit

post

post *Innoc.* quod per vnum, vel plures actus non censetur renunciatum fauori Ecclesiæ,
30 cum etiam expresse non possit renunciari, * & rursus addit, quod si omnes vellent facere contra priuilegium, vnus solus posset contra-
31 dicere, * prout euenit in casu isto, vbi magna pars Monialium, licet non maior contradixit *Suarez de ll.lib.8. cap.33. n.2.* Et quamuis idem *Abb. num.22.* dicat prædicta non pro-
32 cedere, * quando per renunciationem reuertitur ad ius commune. Hoc tamen dictum quatenus verum in hac facti specie non officit propter præiudicium Sedis Apostolicæ, cuius
33 interest habere exemptos, * vt supra dictum est, & bene *Gail.obseruat.40.num.2.lib.1.* qua propter merito Ordinarius noluit simpliciter recipere dictas moniales, sed reseruato beneplacito.

Et ita per Dominos causa per binas vices mature discussa fuit vnanimiter conclusũ,perpẽsis etiam omnibus in alia positione allegatis, & his,quæ vlterius obijci possent,cũ causa ægeat celeri expeditione ob magna scandala,quæ in ijs partibus hac de causa quotidie nascuntur, &c.

ROMANA DE BOMBELLIS.

Lunæ 24. Nouembris 1625.

ARGVMENTVM.

Creditor habens hypothecam præfertur Legatario. Licet hæres cum beneficio legis,& inuentarij non faciat fructus suos in præiudicium creditorum hæreditariorum; tamen id non procedit, quando vlterius est & ipse creditor, & bona fide retinet bona.

SVMMARIVM.

1 *Mulieri competit in subsidium regressus ad bona data in dotem æstimata.*
2 *Legatarius non præfertur creditori habenti hypothecam.*
3 *Amplia itaut nec possit impediri per testatorem.*
4 *Vestes à sponso sponsæ data dum non sunt pretiosa censentur donatæ.*
5 *Fructus pendentes bonorum, quæ æstimata fuerunt data in dotem spectant ad maritum.*
6 *Fructus bona fide consumpti non sunt restituendi.*
7 *Heres cum beneficio leg. & inuent. non facit fructus suos in præiudicium creditorum hæreditariorum.*
8 *Limita, quando est etiam creditor,& bona fide retinet bona.*

DECISIO MDCV.

Domini dixerunt conclusionem firmatam in alijs *decisionibus* esse veram, videlicet, quod competebat in subsidium regressus ad vineam datam in dotem æstimatam, * quia licet isto
1 casu fecerit emptionem, & venditionem,tamen si hæreditas non est soluendo, in subsidium datur regressus ad vineam. Propterea, vt videretur de veritate huius facti, fuit deputatus calculator D. Ioannes Michelinus, qui firmauit creditum hæreditatis ascendere ad scut. 7097. debitum verò ad summam scut.6812.& sic creditum remanebat in scut.285.

Prætendebat tamen Fuluia, quod ex debito hæreditatis aliquæ essent demendæ, & aliquæ ad creditum addendæ. Helena exaduerso prætendit aliquas partitas esse addendas ad debitum hæreditatis, & sic Fuluia prætendit augere creditum vltra summam prædictam. Helena verò debitum, adeo vt legitimè absorberet dictam summam scut. 285. in quibus hæreditas fuit declarata creditrix.

Incipiendo à prætensionibus Fuluiæ; prima deducebatur, quod cum fuerit datum debitum hæreditatis in scut. 256. 48. quæ sibi restituit Hyppolitus Ceccarellus pro suis vtilibus erat demenda ista partita, sed hoc non placuit Dominis in totum, sed esse reformandum in sc.38. 15.& sic computandum solum esse pro sc.218. 33. Quia bo. me. Macchiauellus constituit per suam sententiam illum creditorem in scut. 171. 27. pro salario,& in 47. pro totidem ab eo solutis.

Secundo prætendit esse demendam ex debito hæreditatis partitam scut. 175. solutorum Paulæ Picciolottæ, quæ de anno 2575. vendiderat cannetum, de cuius hæreditate agitur; pro scut. 350. prætenditur enim quod actio ad petendum creditum fuerit præscripta per Dominos,tamen fuit consideratum,quod prædicta venditio fuit facta de anno 1575. obitus verò Bernardini fuit de anno 1590. & sic à die venditionis vsque ad obitum interuenerunt tãtum anni 15. quare non adest legitima præscriptio nec præsũptio satisfactionis,quæ ex *Statuto Vrbis* spatio 16. annorum induci ur

Tertio dicebatur ex debito hæreditatis esse demenda scuta 20. quæ Bernardinus legauit Cognatæ suæ. Hæc prætensio placuit Dominis, quia nunquam Legatarius præfertur creditori habenti hypothecam * *l. creditor ff.de distr.pign.*
2 *Surd.dec.44. n.6.*neque ius istud potest impediri
3 per testatorẽ * *l.1.C. de bon.pign.imped. non poss.* & fuit late deductum *coram me in causa Asculana domus 2.Iunij* 1602.

Quarto dicebatur, quod ad creditum hæreditatis erant ponendæ vestes, quas Helena retinuit, sed videbatur calculator habuisse de his rationem, cum posuerit ad creditum hæreditatis partitam scut. 42. pro mobilibus, quæ re-
4 manserunt in manibus Helenæ, & in omnem euentum, * cum non sint vestes prætiosæ censetur donatæ *Surd. decis. 166. num. 4. Ladech.consil.* 118.

Quare firmatum fuit demptis duabus partitis,vna scilicet scut.38. 15. altera verò sc.30. debitum hæreditatis esse iuxta calculum Michelini computandum in scutis 6744.

Circa prætensiones Helenæ. Prima dicebatur

esse addendum ad debitum hæreditatis duos
census, alterum scut. 200. alterum scut. 50. pro
quibus Bernardinus fideiussit vti principalis,
principaliter, & insolidum, sed respondebatur,
illum habuisse releuatorem, & non constare,
quod hæreditas aliquid soluerit.

Secundo prætendebatur ad debitum hæredi-
tatis esse ponenda scuta 200. debita Helenæ,
cum enim dedit vineam, fructus erant pen-
dentes, * sed quoniam vinea ita, & taliter fuit
5 data, vt faceret emptionem, & vẽditionem, fru-
ctus pendentes spectabant ad maritum empto-
rem *l. fructus ff. de reiuendic. l. Iulianus §. si fru-
ctibus ff. de act. empt. Bart. in l. fin. §. fin vers. & ideò dic. ff. de iur. fisc. Apostill. ad Rom. cons. 10.*

Ex quibus apparet, quod creditum hæredi-
tatis excedebat in scutis 353. sed cum credi-
tum Helenæ esset scut. 1200. pro sua dote, cer-
tum est, quod in subsidium poterat agere ad
vineam saltem pro rata, & medio tempore fecit
fructus suos; licet enim in totum hæreditas non
esset soluendo, tamen vt constat ex prædictis, ne-
gocium erat adeò implicitum, vt dicendum sit
ex tota serie facti, Helenam bona fide perce-
6 pisse, * & consumpsisse fructus, & ideo non te-
neri ad illorum restitutionem *Abb. cons. 6. in fin. lib. 2.* vbi de communi *Alex. cons. 154. num. 2. & 5. vers. regula enim lib. 6.*

Neque obstat, quod Helena tanquam hæres
cum beneficio legis, & inuentarij non fecerit
7 fructus suos, * in præiudicium creditorum hæ-
reditariorum *Guidopap. de confect. inuent. nu. 17. Ph. mucc. eod. tract. part. 3. n. 25. Laderch. cons. 8. n. 1. Peregr. de fideic. art. 49. num 77. Surd. decis. 92. num. 5. Caball. cons. 144. lib. 2.* Quia conclusio
procederet, si Helena esset simplex hæres cum
beneficio legis, & inuentarij, sed cum esset etiam
8 creditrix * suę dotis, & bona fide vineam in sub-
sidium retinuerit, vtique fecit fructus suos.

Et ita, &c.

ROMANA FRVCTVVM DOTIS.

Veneris 28. Nouembris 1625.

ARGVMENTVM.

Fiscus quando teneatur ad debita banniti, cuius bona fuerunt confiscata, & quid si gratiose fuit restitutus ad famam, honores, & bona propria.

SVMMARIVM.

1 *In Fiscum transeunt omnia iura actiue, & passiue super bonis confiscatis.*

Fiscus tenetur ad debita Banniti, cuius Bona fuerunt confiscata nu. 1.

2 *Amplia procedere etiamsi bannitus perueniat ad pinguiorem fortunam.*

3 *Limita quando Bannitus fuit gratiose restitutus ad famam, honores, & bona propria.*

4 *Bannitus gratiose restitutus si bona recuperauit non à Fisco, sed vigore fideicommissi paterni non tenetur ad debita.*

5 *Dispositio facta à testatore, quod in euentum delicti vnius, vocetur alter, & si deinde delinquens fuerit restitutus, censeatur etiam restitutus & reintegratus ab bona, quæ prius obtinuerat, operatur, vt bona non possint confiscari.*

9 *Incorporatio bonorum banniti facta à fisco debet probari mediante actuali apprehensione & possessione & num. 8.*

7 *Sententia condemnatoria sola non transfert possessionem absque apprehensione.*

8 *Bona dicuntur Fisco incorporata, quando sunt descripta, adnotata, sequestrata, & consignata in depositum.*

DECISIO MDCVI.

Hodie non controuertebatur, quod fructus
decursi dotis non solutæ post dissolutum
Matrimonium non debeantur ex rationibus in
decisione deductis, nec minus de decursis con-
stante matrimonio, sed dicebatur non deberi
per Paulum, quia licet ad illos se obligauerit,
1 nihilhominus cum fuerit bannitus, * & eius bo-
na confiscata, in fiscum fuerunt translata om-
nia iura actiuè, & passiuè *l. seruus 29. ff. de act. & oblig. Bart. in l. vbicumque numer. 5. vers. 1. exemplum in deportato ff. de fideiuss. Io. de Amic. cons. 68. num. 2. & 3. DD. in l. si Marito ff. sol. matr. Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 59. nu. 9. vers. & in tantum Peregr. de iure fisci lib. 5. tit 1. nu. 54. vers. ideo quia Fiscus Farin. q. 25. n. 177 & seq. Rota decis. 575. num. 1. par. 1. in recent.*
Subdebatur præterea hanc conclusionem pro-
cedere etiam quod postea venerit ad pinguio-
2 rem fortunam * acquirendo bona per obitum
fratris ex fideicommisso Paterno *l. 4. C. de sent. pass. vbi Ang. num. 14. Odd. de restit. in integr. q. 97. art. 2. num. 13. vers. sed breuiter Farin. loco citato num. 179. Rota d. decis. 575. num. 1. in fine vers. & eo perueneto.*

Cæterum Domini attenta qualitate facti cen-
suerunt, Paulum teneri ad fructus durante ma-
trimonio decursos, licet quia prædicta verissi-
ma sint, non videntur tamen admittenda in
hoc casu, vbi ipse fuit gratiose restitutus ad fa-
3 mam, * honores, & bona propria, quod ille-
met actiones fuerunt á fisco in ipsum retro-
translatæ *l. 2. & 3. ff. de sent. pass. l. in quæstione vbi Ang. num. 3. C. eodem*, & propterea de-
nuo remansit obligatus Petro Antonio pro fru-
ctibus, constante Matrimonio elapsis *Bart. in d. l. si Marito num. 3. Ang. num. 1. vers. & licet Alex. num. 4. & 5. ff. solut. matr. Nell. in tract. de Bann. tempor. 3. par. 1. nu. 21. q. 21. late Farin. dicta q. 25. nu. 180. Odd. d. quæst. 97. nu. 9. & seq. Peregr. de iure fisci lib. 5. tit. 2. num. 63.*

Non obstat, quod Paulus fuerit restitutus
quoad bona, non tamen fisco incorporata, &
bona fuerint cessa fratri mediãte solutione scu-
4 torum 800. * quæ ipse postea recuperauit, non
à fisco, sed vigore fideicommissi paterni per
obitum fratris, & ideo non tenetur *d. l. 4. C. de sent. pass. Io. de Amic. dicto cons. 68. numer. 3. vers. Plus dico Nell. in tract. de Bann. num. 2. par. 3. tempor. num. 21. vers. 21. Farin. dicta q. 25. num. 180.* huic fundamento fuit responsum,
quod

5 quod in testamento pater disposuit, * quod in euentu delictiuocauit alium; & si deinde delinquens fuerit restitutus, censeatur etiã restitutus, & reintegratus ad bona, quę prius obtinuerat, quæ dispositio operatur, vt bona non possent confiscari *Rolan. conf. 56. num. 11. & 12. lib. 1. Pheus inter conf. Farin. 153. num. 2. cum seqq. lib. 2. Boss. de public. bonor. num. 3. Peregr. de iure fisc. lib. 5. tit. 1. num. 103. & seq. Menoch. conf. 91. num. 6. Gabr. conf. 122. num. 12. lib. 1. Odd. conf. 53.* vbi de communi *Farin. dicta q. 25. num. 22. Fusar. de substit q. 442. num. 11.* & propterea compositio facta per fiscum censetur facta ex aliqua prætensione Pauli super dictis bonis, non autem ex quo possent simpliciter confiscari, eoque magis cum valor bonorum patris ascenderet ad valorem scut. 15450. vt patet ex confessione Pauli, non est credendum, quod fiscus voluerit concordare ad tam magnum interesse Pauli pro tam parua summa.

Fuit insuper ex abundanti consideratum, quod incorporatio deberet probari, mediante
6 actuali possessione, * & appræhensione, quod non probatur *Soc. Iun. conf. 126. num. 1. lib. 2.* sola enim sententia condemnatoria non transfert
7 absque appræhensione possessionem * *Boss. in prax. de public. bonorum num. 26. Honded. conf. 42. num. 29. lib. 1. Ruin. conf. 25. num. 1. & seq. lib. 9. Eug. conf 2. num. 30.* vbi quod
8 bona dicuntur fisco incorporata, * quando sunt descripta, annotata, sequestrata, & consignata in depositum latiss me *Farinac.* qui alios cumulat *Fragment. vers bona num. 116.* vbi declarans hanc clausulam *præterquam fisco incorporata* asserit non sufficere, quod fuerint confiscata, sed requiri, quod fuerit etiam capta possessio, præcedente declaratoria, & inter Principes bona descripta.

Et ita vtraque parte informante conclusum &c.

Præsens decisio fuit confirmata die 30. Ianuarij 1606.

ROMANA PALATII DE FERRATINIS.

Veneris 29. Nouembris 1625.

ARGVMENTVM.

Restitutio debet fieri ad formam solutionis. Cætera patent ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Promissio de restituendo pretium est reciproca ad solutionem itaut restitutio debeat fieri libera, & nullo vinculo adstricta, sicut solutio.*
2 *Contractus claudicare non possunt, nisi in casibus à iure expressis.*
3 *A mala fide quis excusatur si obtinuit decisionem fauorabilem, licet ab ea postea fuerit recessum.*
4 *Mala fides allegari non potest ab eo, qui est ipse quoque in mala fide.*
5 *Creditor, qui distulit recipere creditum non sentit damnum si aliquod impedimentum superuenerit.*
6 *Creditor non tenetur recipere pretium vinculatum.*

DECISIO MDCVII.

Per binas resolutiones fuit conclusum relaxandum esse mandatum ad fauorem D. Fęlicis contra DD. de Ferratinis, qui cum postea prætenderent d. D. Fęlicem teneri recipere pretium Palatij prius depositatum, & postea inuestitum ex motu proprio S. D. N. cum conditione, quod stet pro euictione Palatij. Dubitaui ad hunc effectum, cui esset consignandum pretium prædictum, & DD. dixerunt D. Fęlicem nullatenus teneri recipere d. pretium vinculatum. Nam clara est conuentio inter ipsam Empticem, & Ferratinos venditores, quod in euentum, in quem esset præferenda venditio facta D. Viues ipsi tenerentur in forma Cameræ restituere pretium, quod cum
1 fuerit liberum, * & nullo vinculo adstrictum ita debet liberum, & nullo vinculo obligatum restitui, cum promissio de restituendo sit reciproca ad solutionem, & cum ipsa solutione fraternizat *Gut. Plac. de contract. Iurat. cap. 3. num. 27. tract. tom. 6. par. 2. fol. 56.* & contra-
2 ctus claudicare non possunt, * nisi in casibus specialiter expressis *Aymon. conf. 279. num. 6.*

Non obstat, quod D. Fęlix mala fide emerit, & distulerit recipere depositum, quapropter sibi debet imputare, si postea dictus motus proprius superuenerit. Nam fuit responsum non esse verum, quod emerit mala fide cum
3 primo loco reportauerit * decisionẽ ad sui fauorem licet postmodum ab ea fuerit recessum, quod certe sufficit ad excusandam malam fi-
4 dem. Vltra quod nec mala fides hoc casu esset consideranda, * nam & ipsi Ferratini mala fide etiam vendidissent, sed satis est, quod D. Fęlix voluerit prouidere rebus suis, & quod
5 distulerit recipere depositum, non facit * quia non reperitur simpliciter iure cautum, quod si creditor differt recipere creditum, & impedimentum aliquod superuenerit damno suo cedat, immo cessat omnis difficultas, quia nec depositum fuit liberum, sed cum conditione, quod recipientes dent cautionem de restituendo &c. quapropter neque tunc temporis recipere tenebatur, nec postea, cum superuenerit dictus motus proprius.

Neque rursus verum est, quod motus proprius nullum iniiciat vinculum Palatio, non enim exiguum vinculum est pretium stare loco palatij, quamobrem d. Fęlix nunquam præ-
6 tium liberum haberet, * sed vinculatum, & ideo nullo pacto illud teneretur recipere vinculo aliquo subiectum.

Et ita vtraque parte informante conclusum. Non esse scilicet cogendam D. Fœlicem ad recipiendum pretium vinculatum, & sic standum in bis decisis.

VRBI-

VRBINATEN BENEFICII.

Veneris 5. Decembris 1625.

ARGVMENTVM.

Commissa causa super possessorio beneficij cum clausula *quam, & quas* lis dicitur pendere super beneficio, & ideo illud efficitur litigiosum.

SVMMARIVM.

1 *Gratia si neutri non est iustificata, quando lis non est super titulo beneficij sed super possessione.*
2 *Lis dicitur super beneficio si causa fuit commissa super possessorio cum clausula* quam, & quas *& ideo efficitur litigiosum & num.*6.
3 *Clausula* quam, & quas *apposita in commissione super possessorio continet causam proprietatis, non tamen principaliter, sed in quandam consequentiam possessionis. Declarata num.* 5.
4 *An res sit litigiosa debet attendi id, quod principaliter agitur.*

DECISIO MDCVIII.

Lata sententia in hac causa per *R.P.D. meum Merlinum*, quod gratia *si neutri* Antonij Plebici est iustificata, fuit exaduerso prætentum non esse iustificatam, * ex quo lis non
1 erat super titulo beneficij, sed super possessione, & sic quod tantum possessio fuit litigiosa, non autem proprietas ex *Gloss. cum ibi notatis per DD. in cap. 1. de confirmat. util., vel inutil. Natt. conf. 145. numer. 16. Nauarr. conf. 3. numer. 1. in fine de præscript. lib. 2. vol. 1.*

Sed contrarium est verius, nempe litem etiam fuisse super beneficio, ex quo fuit causa
2 commissa cum clausula * *quam, & quas*, & sic cum toto negotio principali *Rota decis. 125. numer. 15. coram Gregor. XV.* & in *rec. decis. 342. numer. 2. Aschill. decis. 22. de appell. num. 2.*

Neque obstat si dicatur, quòd principaliter agebatur de possessorio ante dictam commissionem, nempe super exequutione Breuis de capienda possessione, ex quo videtur, quod licet dicta clausula *quam, & quas* dictæ commis-
3 sionis * committat etiam causam proprietatis, non tamen principaliter, sed in quamdam consequentiam possessionis, de qua principaliter agebatur, & super qua lis pendebat, quo
4 casu attendi debet id, * de quo principaliter agitur ad dignoscendum, An res sit litigiosa, nec ne *Bartol. in l. prima §. primo ff. de litig.* quia respondetur, hoc esse verum, quando illud, quod venit in consequentiam, non est
5 dominium, * sed aliquod ius annexum dominio *l. quamquam § 1. de Aqu. pluu. arcen. Roman. conf. 270. num. 2. Archidiac. in cap. fin. 11. quæst. prima Abb. conf. 270. propè fin. lib. 2.* Cum itaque hic siue principaliter, siue in con-
6 sequentiam agatur de proprietate * virtute dictæ clausulæ erit beneficium litigiosum.

Præsens decisio fuit reuocata die 23. Martij 1626.

BVRGEN. EXPENSARVM.

Veneris 5. Decembris 1625.

ARGVMENTVM.

Decima, pro qua stat immemorabilis debetur etiam ex beneficio vnito, maximè quando concurrit obseruantia bene probata.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo exigendi decimas habet vim legis, & priuilegij.*
Immemorabilis habet vim priuilegij, & legis numer. 1.
2 *Obseruantia est optima interpres.*
3 *Priuilegium percipiendi fructus anni cum dimidio in qualibet vacatione non habet locum in beneficijs vnitis. Vid. num.* 4.
4 Seraph. decis. 1410. *in quibus terminis procedat.*
5 *Decima debetur quamuis beneficium sit vnitum, cum vnio censeatur facta sine præiudicio habentium iura super beneficio vnito. Ampliа numer* 8.
6 *Vnio non tollit ius percipiendi partem fructuum.*
7 *Vnio non tollit ius exigendi portionem.*
Prout nec alia iura incompatibilia cum vnione num. 7.

DECISIO MDCIX.

Resolutio dubij circa confirmationem sententiæ Rotalis pendet ex eo, an scilicet Abbas, & Conuentus Monasterij de la Vid teneātur soluere decimas Capitulo Burgen. quas nuncupant necessarias expensas pro duobus Præstimonijs videlicet de Mata Iudios, & Villadiego vsque ab anno 1539. vnitis d. Abbati, & Conuentui, seu illius Hospitali; Et Domini affirmatiue responderunt. Capitulum enim habet immemorabilem ad sui fauorem canonizatam, & confirmatam in litteris Martini
1 V. Quæ consuetudo habet * vim priuilegij, & legis, seu Constitutionis *l. hoc vnic. §. ductus aquæ de aqu. quotid. & æstl. l. si §. fin. de Aqu. pluu. arcen. Soccin. conf. 297. col. 2. lib. 2. cap. cum dilectus & cap. consuetudinis de consuetud.*

Neque est verum, quod litteræ Martini videantur restrictæ ad personas Cathedralis, nā dictæ litteræ habent duas partes. In prima generaliter loquuntur de Præstimonijs Ciuitatis, & Diocesis Burgen. ibi *Nec non præstimonialium Portionum ciuitatis, & Diœcesis.* In secunda in *versic. Quibus ea obtinentes*, inducunt

cunt modificationem ad personas Cathedralis: Neque ex eo, quod litteræ Martini excipiant in Cathedrali beneficia illorum, qui per sex menses residentiam fecerint dici potest, quod litteræ loquuntur tantum de beneficiis aut personis Cathedralis. Quia (vt modo ponderatum est) generaliter loquuntur de omnibus licet quoad personas Cathedralis habeant istam modificationem, vt fuit ponderatum in *dec. in hac causa 31. Ianuarij huius anni coram R.P.D. meo Merlino*, iuncta præsertim ob-
2 seruantia, quæ est optima interpres * *Rimin. cons. 328. num. 5. vers. 3. idem Soccin. cons. 111. in fin. lib. 1. Bartol. cons. 9. num. 6. lib. 1.*

Non obstat, quod huiusmodi Præstimonia fuerint per Paulum III. vnita, & propterea litteræ Martini non videantur habere locum in
3 vnitis * ad *dec. Seraph. 1410.* vbi quod priuilegium percipiendi fructus anni cum dimidio in qualibet vacatione non habet locum in benefi-
ciis vnitis, quia non est par ratio de vno
4 casu ad alium: nam *dec. Seraph.* loquitur, * quando priuilegium concedit perceptionem fructuum beneficii vacantis, quod quidem non vacat, cum sit vnitum, & ideo fructus non debentur. In causa autem nostra immemorabilis, & litteræ Martini concedunt, vt quolibet anno percipiatur decima, quæ pro-
5 pterea debetur, * etiam quod beneficium sit vnitum, cum vnio censeatur facta sine præiudicio habentium iura super beneficio vnito *c. 2. de Religios. Dom. Federic. de Sen. cons. 195. nu. 4. Rebuff. super reg. de vnion. gloss. 11. num. 13.* &
6 optime in puncto, quod vnio * non tollat ius percipiendi partem fructuum dicit *Io. Andr. in cap. pen. num. 2. vers. Nec puta, vbi Cardin. in 2. opposit. versic. Quæro an hac indulgentia Butr. num 15. vers. quærunt DD. de verb. signific. Rota dec. vnic. vers. in contrarium facit de sepultur. in antiq. Seraphin. dec. 1410.* vbi quod vnio non
7 tollit ius exigendi pensionem, * prout nec alia iura incompatibilia cum vnione, vt fuit ponderatum in dicta *dec. coram D. meo Merlin.* ex alia *Burgen. Quindenniorum 4. Martij 1603. coram bo. m. Penia*, quæ est 690. *par. 4. diuers.* ac-
8 cedente præsertim obseruantia bene probata * in puncto *Cardinalis Mantic. dec. 322. numer. 5. & 6.*

Ex quibus atque ex aliis elegantissime deductis in prædicta *dec. coram R. P. D. meo Merlino* vna tantum parte informante fuit resolutum sententiam Rotalem esse confirmandam, vt pote iustam, & ex inspectione actorum validam, cum omnia interuenerint requisita.

CARTHAGINEN. PRAESTIMONII.

Lunæ 12. Decembris 1625.

ARGVMENTVM.

Familiaritas ad effectum reseruationis beneficij probatur ex testibus deponentibus vt in decisione. Cœtera circa reseruationem beneficij ob familiaritatem Cardinalis.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia vacantia per obitum familiarium Cardinalis sunt reseruata.*
2 *Familiaritas ad effectum reseruationis probatur ex testibus, & attestatione Cardinalis deponentibus vt ibi, & num. 3. ac 4.*
3 *Familiaritas probatur ex testibus deponentibus de continua familiaritate, & comensalitate.*
5 *Ad familiaritatem probandam valde confert attestatio Cardinalis Domini.*
6 *Familiaritas probatur ex testibus singularibus.*
7 *Beneficia siue ante, siue post familiaritatem cum Cardinali obtenta sunt reseruata.*

DECISIO MDCX.

Fvit resolutum constare de reseruatione, quia cum beneficium vacauerit per obitum Martinez familiaris Illustrissimi Domini Cardinalis ab Auria reseruatio est indubitata * per *Regulam Cancellariæ*, vt ex illis verbis manifestissi-
2 mè liquet; familiaritas vero bene probatur ex tribus testibus, * & attestatione ipsiusmet Cardinalis, quod scilicet d. Franciscus spatio 20. annorum fuit seruus creatus, vt aiunt, eumque concurrerit præterea pes, scilicet seruitium, dens, & mens, nimirum æstimatio pro tali, familiaritas clarè probatur ad effectum reseruationis *Doctores in c. fin. de verb. signific. in 6. Sarnen. in Regula de impetr. benef. per obitum familiaris Cardinalis q. 13. in princ. Menoch. de arbitr. cas. 552. num. 2. & 5. Rota dec. 584. num. 3. p. 1. in recent* & fuit dictum in *Vlixbonen. beneficij de Arantue. 7. Februarij 1618. coram R.p.d meo Pamphilio.*

Quod autem dd. testes probent familiaritatem iuncta etiam d. Cardinalis attestatione satis patet, quia ipsi deponunt de propria scien-
3 tia, * & publica voce, & fama, & de communi reputatione *Put. dec. 134. lib. 3. fan. mem. Greg. dec. 166 num. 2.* Neque potest dici, quod testes deficiant in ratione; nam secundus expressè dicit se tanquam Parafrenarium vt vulgo nominatur cognouisse illum inseruientem Illustrissimo Cardinali à cubiculo, & à secretis, & alij duo testes reddunt rationem, quod scilicet illũ cognouerint, & cũ supra deposuerint de cõtinua cõmensalitate, & familiaritate sequitur vt concludenter probata sit familiaritas, * quia ex
4 causis propinquis per sensum percipitur, ideo satis est, quod deponant illum cognouisse; ex ista enim cognitione illa causa proxima scilicet familiaritas, & assidua commensalitas cognoscitur *Bart. cons. 110. lib. 1. cum ibidem alleg. in apostilla in verbo fieri credit Alexander cons. 76. lib. 1. Flor. à S. Petro cons. 23. numer. 10. Dec. cons. 54. num. 5. & cons. 27. num. 3.*

Multum prætereà confert dicta attestatio
5 Cardinalis per ea, quæ ponderat * *Rota dec. 656. num. 2. par. 2. in rec.*

Ne-

Neque obstat, quod dd. testes videantur singulares, & constet beneficium fuisse obtentum, durãte familiaritate, quia ad hunc effectũ testes
6 singulares etiã admittuntur, * cũ non agatur de probando actus singulares, sed id, quod resultat ex ijs, vt per regulas communes fuit in puncto resolutum in causa *Regien. Cappellania 2. Decembris 1619. coram Reuerendissimo D. meo Caualerio nunc S.D.N. Datario*. Nec rursus suffragatur, quod beneficium non constet, fuisse obtentum ante, vel post familiaritatem, quia
7 etiam obtenta ante familiaritatẽ, * sunt referuata *Accoramb. dec. 11. lib. 2. Garz. de benef. par. 5. cap. 1. num. 175.* & hodiè cessat omnis difficultas ex *Regul. moderna* propter verba ibi *quæ obtinent, & impofterum obtinebunt* vt aduertit *Rota in dec. 166. num. 4. coram san. mem. Greg.*

Et sic vna parte informante conclusum, &c.

Præsens decisio fuit confirmata die prima Iulij 1626.

HISPANIARVM MANDATI.

Lunæ 15. *Decembris* 1625.

ARGVMENTVM.

Procurator collegialiter constitutus ab vniuersitate Cleri non potest reuocari à solo Capitulo.

SVMMARIVM.

1 *Procurator constitutus à Congregatione Clerici non potest reuocari à Capitulo cum eodem modo debeat reuocari, quo fuit constitutus.*
Amplia n. 4.

2 *Procurator constitutus à Collegio reuocari non potest per paucos, imò nec per maiorem partem, nisi collegialiter.*

3 *Ratificatio particulariter est facienda, quando requiritur, quod actus fiat capitulariter.*

5 *Concessa facultate constituendi Procuratorem non censetur concessa facultas illum reuocandi.*

6 *Data facultate duobus copulatiue constituendi Procuratorem, non potest vnus sine alio eum constituere.*

7 *Data facultate constituendi alium Procuratorem in certis casibus non potest reuocari primus Procurator, nisi in eisdem casibus.*

8 *Procurator collegialiter constitutus ab Vniuersitate Cleri nedum à minori parte non potest reuocari, sed nec etiam à maiori nisi fiat collegialiter reuocatio.*

DECISIO MDCXI.

FVit resolutum Capitulum S. Ecclesiæ Toletanæ non potuisse reuocare D. Aloysium de las Infantas Procuratorem constitutum à Con-
1 gregatione Cleri Regnorum Castellæ, * & Legionis, cum eodem modo debuisset reuocari, quo processit constitutio *c. 1. de iur. iurand.* & benè ad propositum *Compostel. in c. bonæ il 2. num. 5. Innoc. num. 7. in verbo temere de postulat. Prælat.* & in puncto *Federic. de Senis conf. 100. numer. 5. vers. vbi autem esset constitutus*, vbi quod Procurator constitutus à Collegio
2 reuocari non potest per paucos, * quamuis nec per maiorem partem, nisi Collegialiter benè etiam *Bero. in c. cum omnes num. 35. de constit.* vbi quod actus requirit, quod capitulariter sit
3 factus, * ita & ratificatio capitulariter facienda est. Qua propter non est curandum, quod aliquæ Ecclesiæ assenserint reuocationi
4 factæ * per Toletanam, cum hoc singulariter, non collegialiter factum fuerit; vltra quod contrarium censuerunt aliæ Ecclesiæ, vt statim dicetur, & benè facit *decisio Scrap. 1247. num. 2. & Rodriq. quæst. regular. tom. 3. qu. 38. art. 1. circa medium vers. vnde infertur.*

Neque aduersatur facultas, quam Ecclesia habet ex Breui Sanctæ mem. Clementis VIII. & ex ipsa Congregatione generali. Nam si attendamus Breue, in quo adest facultas eligendi Procuratorem habet hæc verba formalia *Per vos seu maiorem vestrum partem, aut generali Congregatione huiusmodi absoluta per Ecclesiam Toletanam, & commissarios à vobis deputatos, seu deputandos eligendum.* Quare cum in illa facultate comprehendatur sola consti-
5 tutio Procuratoris, non censetur * comprehensa illius reuocatio *c. 3. de procurat. in 6.* Præterea cum Breue loquatur de Capitulo, &
6 Commissarijs, & sic copulet vtrumque * non sufficit vnum sine altero *c. si duo vbi Gloss. & Doct. de Procurat. in 6. Gloss. in c. cum plures verbo vno eorum de offic. delegat. in 6.*

Si verò attendamus facultatem Congregationis generalis, hæc verba continet *si en esse quinquennio, ò quando acertaren à faltar* los dichos procuradores generales por muerte ausentia, ò alguna otra causa la Santa Yglesia de Toledo nombrarà *en su lugar otros prebendados.*

Et neque in hoc casu datur vlla facultas reuocandi, sed tantum constituendi alium Procuratorem in dictis casibus deficientiæ per obi-
7 tum, * aut absentiam, aut aliquam aliam causam, quæ non euenit, quia D. Aloysius viuit sanus, & præsens in Curia, & nulla alia causa allegatur, imo de illius fidelitate, & diligentia in negotijs Cleri constat ex litteris Congregationis generalis, & ipsiusmet Capituli Toletanæ parum ante reuocationem datis, & ex litteris viginti aliarum Ecclesiarum Metropolitanarum, & Cathedralium, quarum copia data fuit, & in Rota ostensa originalia. Vnde cum facultas non sit data libere constituendi alium Procuratorem, nisi concurrat vnus ex dictis casibus non potest reuocari, & alius constitui ad *Tex. in l. post litem* ibi *causa tamen cognita ff. de procurat. Gloss. vnica in l. iam suspectus ff. eod. tit.*

Non obstat, quod Ecclesia Toletana potuit facere dictam reuocationem ratione solius primatiæ. Quia *Doct.* in contrarium allegati in *c. cum deputati de Iudic.* loquuntur de Episco-

po,

po, qui non simpliciter potest hoc facere, sed pro suo interesse vt bene declarat *Federic. de sen. dicto conf.* 100. *num.* 5. *vers. sed quæritur an in faciendis &c.* vbi est casus *consilij*, sed nos non versamur in his terminis, sed in casu, quo vniuersitas Cleri constituit Procuratorem colle-
8 gialiter, * qui propterea nedum à minori parte non potuit reuocari, sed nec etiam à maiori, nisi collegialiter reuocetur, vt supra probatum est.

Et ita per omnes Dominos visa causa vnanimiter fuit resolutum &c.

Præsens decisio fuit confirmata die 2. *Martij* 1626.

VITERBIEN. CASTRORVM.

Lunæ 15, *Decembris* 1625.

A R G V M E N T V M.

Patet ex Summario.

S V M M A R I V M.

1 *Non docto de interesse non potest quis cogi ad exhibendum scripturas.*

2 *Hæres soluens diuersa legata paterna cum protestatione, quod vult adimplere testamentum patris & quicquid in eo continetur videtur velle adire absque beneficio leg. & inue t.*

3 *Inventarium si fuisset confectum per hæredem facilius reperiretur quam illius mentio in libercuło memoriarum. Ampliа vt ibi.*

4 *Coniecturæ tolluntur ex alijs coniecturis fortioribus.*

DECISIO MDCXII.

POst obitum Honuphrij fuerunt consignati libri illius hæreditatis D. Bruto, tutori D. Valerij, quorum exhibitionem petebat Excellentissimus D. Dux, cumque duo libri deficerent inscripti in inuentario sub his verbis *vn libro in quarto intitolato Giornale segnato A e non cartolato, vn libro in foglio del* 1591. *memoriale di diuerse cose, che occorrono alla giornata, & non cartolato* dubitaui die 4. Iulij præteriti, an D. Brutus teneretur exhibere dictos libros, & Domini non fuerunt concordes, cum vero postmodum fuerit exibitus quidam liber, & per illius exhibitionem satisfactum quo ad primum, & remaneret tantum secundus exhibendus; Hodie stricte quo ad secundum dubitaui, an ad illius exhibitionem dictus Brutus teneretur, & Domini negatiuè resoluerunt, quia admisso sine veri præiudicio, quod lis fuerit mota ante consignationem dictorum librorum, nihilominus cessat interesse Excellentissimi D. Ducis
1 sine quo non potest quis cogi ad exhibendum * *Serafin. decis.* 1224. *Caputaq. decis.* 194. *p.* 1. & latissime *Adden. ad decis.* 129. *Sa. Me. Greg.*

Quod autem cesset interesse prædicti D. Ducis satis deprehenditur, cum is prætendat Honuphrium adiuisse hæreditatem Gregorij Patris cum beneficio legis, & inuentarij, & quod possit in isto libro reperiri aliqua memoria huius inuentarij, & tamen Georgius obijt de mense Augusti dicti anni 1591. vnde apparet, quod liber memoriæ fuit potius confectus de tempore vitæ Georgij, quam post illius obitum, fuit præterea consideratum, quod de anno 1591. Honuphrius hæres Georgij solue-
2 rat diuersa legata paterna cum protestatione, * quod volebat adimplere testamentum patris, & quicquid in eo continebatur, quapropter ex vicinitate actuum satis videtur probari non existentia inuentarij, videtur enim quodamodo repugnare, velle adimplere testamentum paternum, & contenta in eo, & conficere inuentarium, quo casu hæres non tenetur vltra vires hæreditarias: Fuit insuper consideratum, quod de inuentario fit instrumentum publicum cum decreto Iudicis, & testibus, & esse propemodum impossibile, posito quod fuerit confectum inuentarium, facilius reperire
3 mentionem illius in tali libello, * quam ipsum inuentarium; præsertim, quia cum agatur de bonis existentibus in Curia, & districtu, inuentarium pernecesse debuisset fieri vel ex auctoritate A. C. vel Iudicis Curiæ Capitolij.

Ex quibus fuit resolutum D. Brutum non teneri ad exhibendum; nam pretensa possibilitas quod aliquid ibi fuerit descriptum circa inuentarium ex contrarijs coniecturis facile eliditur,
4 & his tanquam fortioribus standum * *Menoch. lib.* 1. *præsumpt.* 9. *num.* 7.

Et ita vtraque parte informante conclusum.

SPOLETANA ABBATIAE.

Veneris 19. *Decembris* 1625.

S V M M A R I V M.

Iuspatronatus non ex dotatione, sed ex priuilegio dicitur acquisitum, si mediante solutione alicuius summæ fuit à Pontifice obtenta dissolutio vnionis, & concessum Iuspatronatus cum clausula *ac si summa soluta pro eiusdem beneficij dotatione concessa, & donata essent*, ita vt cadat sub reseruatione *Regulæ octauæ*.

S V M M A R I V M.

1 *Concordiæ seu transactionis modus inter prouisum à Sede Apostolica, & præsentatum ad Iuspatronatus.*

2 *Iuspatronatus ex dotatione non comprehenditur sub reseruatione* Reg. 8. *benè tamen comprehenditur illud, quod est ex priuilegio.*

3 Regula 8. *comprehendit cessationem commendarum in mensibus reseruatis.*

4 *Iuspatronatus de iure communi non acquiritur, nisi*

nisi ex fundatione, vel dotatione, aut ex constructione.

5 In Vnionum dissolutionibus datur remotio obstaculi.

6 Beneficium, seu Abbatia ante remotionem obstaculi vnionis dormiuit & illo remoto, quasi expergefacta, recuperauit bona sua ex iure primeuo & n.14.

7 Dignitate resurgente resurgit etiam illius confirmatio, nec est necessaria noua confirmatio.

8 Ligatus manibus, & pedibus non recuperat potestatem ambulandi à soluente, sed habet à natura per remotionem obstaculi.

9 Collatio Ordinarij habentis indultum conferendi beneficia reseruata fit ex potestate sua ordinaria, non ex indulto.

10 Indultum conferendi beneficia concessum Ordinario remouet obstacula reseruationum, & ius commune præseruat.

11 Iuspatronatus non dicitur acquisitum ex dotatione per remotionem obstaculi, per quam beneficium sua bona recuperauit, & n.54.

12 Iuspatronatus acquiritur dotatori Ecclesiæ, nō ei, qui fuit author, vt Ecclesia dotaretur & n.72.

13 Per vnionem non dicitur extinctus habitus, & figura Abbatiæ, seu beneficij.

15 Vnione dissoluta remanet idem beneficium si vnio est temporalis; Si vero est perpetua nouum creatur. Contrarium n.19. Declara n.22.

16 Vnio non dicitur perpetua eo ipso, quod remanet spes dissolutionis illius.

17 Beneficium de nouo creatum non compræhenditur sub gratia de vacaturo.

18 Vnione perpetua dissoluta beneficium non compræhenditur sub gratia de vacaturo.

19 Creator de nouo non dicitur quod olim fuit.

20 Remotio obstaculi vnionis non importat nouam creationem beneficij.

21 Vnio facit cessare solum effectum beneficij, non autem extinguit illud ipso iure.

22 Damnatus ad mortem in integrum restitutus dicitur nouus homo, nec reassumit legatum.

24 Declara procedere, quando Princeps indulsit respectu status, non autem vbi concedit plenam restitutionem quoad statum, & bona.

25 Damnatus ad mortem si restituatur æquiparatur postliminio reuersis.

26 Vnio reportata absque expressione, quod inter partes adesset pactum iuratum, quod vna pars absque consensu alterius non posset nec simpliciter, nec ad effectum permutationis beneficium vnitum cedere, est ipso iure nulla.

27 Amplia maximè si huiusmodi pactum fuit à Papa confirmatum.

28 Amplia secundo etiamsi de concordia fuerit facta mentio, sed non de qualitatibus ipsius concordiæ, & n.34.

29 Vnionis dissolutio ob nullitatem importat nudam remotionem obstaculi, non autem creationem noui beneficij.

30 Vnio nulla nullum parit effectum, neque nullum præstat impedimentum.

31 Principis intentio est nullum inferre præiuditium iuri tertij nisi de eo specialem fecerit mentionem.

32 Vnio est nulla ipso iure stante subreptione.

33 Subreptio causatur ex taciturnitate concordiæ, vel transactionis.

34 Gratia remanet subreptitia, etiamsi fuerit narratum pactum inter partes initum, dum non fuit facta expressio iuramenti in eo appositi. Amplia n.35.

35 Subreptio gratiæ intrat non facta mentione iuramenti tertij.

36 Ignorantia non excusat à subreptione, quæ prouenit ex intentione concedentis.

37 Prouisio beneficij non censetur subreptitia non facta mentione alterius beneficij prouiso ignoranti collati.

38 Oppositio resultans ex pacto debet fieri ab eo, ad cuius fauorem fuit appositum pactum.

39 Vnionem ratificasse dicitur, qui consentit dissolutioni illius.

40 Subreptio consideratur de tempore datæ.

41 Gratia subreptitia non conualescit ex voluntate partis postea superuenicnte.

42 Vnio subreptitia potest conualidari per consensum partis in præiudicium beneficij, secùs in sui præiudicium.

43 Titularis non excipiens de reseruatione pensionis subreptitia praiudicat sibi, sed non Ecclesiæ.

44 Vnio facta sine consensu Capituli habet implicitum statum validitatis, si Capitulum non opponat de nullitate.

Alienatio rerum Ecclesiæ sine solemnitate facta est in statu validitatis, donec de nullitate opponitur n.44.

45 Clausula litis statum &c. operatur sufficientem mentionem litis ad euitandam subreptionem.

46 Sed non operatur, vt censeatur facta mentio aliorum pactorum, nec tollit alios litis effectus.

47 Prout nec operatur, quod possessio capta pendente lite non dicatur attentata.

48 Litis expressio est necessaria ad validitatem gratiæ.

49 Rota in Policastren. Pensionis 27.Febr.1587. corã Card. Platto. in quibus terminis procedat.

50 Scientiæ gestorum præsumptio cessat in Papa ob rerum multiplicitatem & molem. Amplia num.51.

52 De subreptione gratiæ dari non potest, quando in ea habetur, quod de subreptione, aut defectu intentionis dari non possit cum clausula sublata, & decreto irritanti.

53 Declara procedere respectu tertij, non autem respectu Datariæ, quando non adest clausula etiam per nos.

55 Iuspatronatus ex priuilegio dicitur quotiescumque gratia præponderat.

56 Augumentum scutorum mille non est sufficiens pro datione beneficij annui redditus scutorum centum.

57 Si vnionis validitas pendet ab euentu litis, tunc remanet aliqua spes, vel inditium dissolutionis.

58 Ad effectum acquirendi Iuspatronatus attenditur quod minus est.

59 Ad acquirendum Iuspatronatus pars dotis non sufficit, sed congrua requiritur.

60 Iuspatronatus ex priuilegio dicitur acquisitum non ex dotatione per augumentum partis dotis. Amplia n.67.

61 Lo-

61 *Locatio regulariter non probat verum valorem, & n. 63.*
62 *Limita quando fuit sortita effectum, & concurrunt adminicula, & n. 65.*
64 *In collationibus beneficiorum considerantur fructus deductis oneribus.*
66 *Valor beneficij non probatur ex descriptione facta in libris Cameræ.*
67 *Iuspatronatus non dicitur acquisitum ex dotatione; sed ex priuilegio per solutionem alicuius quantitatis, licet Papa concesserit iuspatronatus ac si summa soluta pro beneficij dotatione concessa, & donata esset.*
68 *Dictio* ac si *fingit quodamodo ea, quæ vere facta non sunt.*
69 *Et fingit per similitudinem, non per veritatem, cum non sit fictio legalis.*
70 *Dictio* perinde *denotat improprietatem, & fictionem.*
71 *Per unionis dissolutionem beneficium unitum ipso iure recuperat suam dotem.*
73 *Verba* & non alias aliter &c. *apposita in reseruatione Beneplaciti Apostolici inducunt cõditionẽ*
74 *Dominium non acquiritur conditione pendente.*
75 *Ad Dominium acquirendum requiritur traditio.*
76 *Momentanea non habentur in consideratione.*
Ius momentaneum non habetur in consideratione. num. 76.

DECISIO MDCXIII.

Vacante Abbatia, de qua agitur, S. M. Gregorius XIII. illam commendauit Ludouico Blanchetto, inter quem, & Ancaianos prætensos Patronos, & ab his præsentatum orta lite in *Rota coram Rubeo* post primam resolutionem pro libertate Ecclesiæ factam aduersus assertum priuilegium Leonis X. deuentum fuit ad concordiam per eundem
1 Pontificem confirmatam; * in qua præsentatus cessit ius suum Blanchetto, & ipse consensit reseruationi pensionis *ducat.* 200. ad fauorem certarum personarum, firma remanente lite super iurepatronatus; ita vt si Blanchettus obtinuisset, teneretur ad solutionem dictæ pensionis, si verò succumbuisset, teneretur vlterius impetrare nouam prouisionem ad præsentationem Ancaianorum, ac conuenerunt ne dictus Blanchettus commendam dicti Monasterij simpliciter, vel etiam ex causa permutationis cedere posset; alias nullius esset roboris, & valoris: eaque non obstante ipsi Ancaiani alium præsentare possent. Iudicio prosequuto, & tribus alijs *decisionibus* pro libertate aduersus dictum priuilegium Leonis emanatis, fuit lata sententia pro libertate Ecclesiæ, à qua Ancaiani appellarunt, & causa appellationis pendente, Blanchettus cessit ius suum ad fauorem domus probationis societatis Iesu de Vrbe, cui idem Gregorius Abbatiam vniuit, vt clarè deprehenditur ex supplicationis libello, per quem Blanchettus pro cessione, & Domus pro vnione supplicarunt *Cassad. decis. 5. in fin. de renunc. cum allegat. in vlt. decis.* Postmodum dicta Domus stante promissione Ancaianorum de soluendis intra sex mẽses *scut.* 4300. promisit cedere illis omnia iura sibi competentia super bonis Abbatiæ, & consentire dissolutioni vnionis iuxta formam supplicationis desuper signandæ, *& non alias, aliter &c.* Et Summus Pontifex postquam Ancaiani dictam summam soluerint, dissoluit vnionem, & ipsis concessit iuspatronatus cum clausula *Ac si dicta scut. 4300. pro eiusdem Monasterij dotatione concessa, & donata essent.* Stante hac serie facti, cuñ commenda dictæ Abbatiæ in mense reseruato cessauerit. Primo loco dubitaui, an constaret de iurepatronatus ex concessione Leonis, & negatiuè fuit resolutum, vt in *decis. sub die 27. Iunij huius anni,* quod etiã fuerat prius firmatum per quatuor *decisiones coram D. de Rubeis,* hodie vero secundo loco dubitaui, an priuilegium Gregorij XIII. obstet, quominus Abbatia cadat sub reseruatione *Regulæ VIII.* Quo articulo maxima cum maturitate discusso, & per omnes DD. diligenter perpenso, vnanimi consensu fuit resolutum Abbatiam cadere sub dicta reseruatione *Regulæ VIII.* Quia licet illa Regula nõ comprehendat beneficia iurispatronatus ex dota-
2 tione, * comprehendit tamen illa, quæ sunt ex priuilegio *Rot. dec. 58. & dec. 88. par. 1. in rec.* & in *Cæsaraug. Parochialis de Maella 31. Ianuarij 1618. coram me,* quæ quidem *Regula* propter
3 generalitatem verborum * comprehendit etiã cessationem commendarum in mensibus reseruatis *Rot. dec. 141. & 194. ead. par. 1. in rec.* Quia omnia concurrunt in casu, de quo agitur, cessatio enim commodæ in mense reseruato indubitata est, cum illa cessauerit de mense Augusti 1617. per obitum Ioannis Baptistæ Ancaiani.

Ius autem patronatus ex priuilegio satis deprehenditur, quia illud de iure communi non
4 acquiritur, * nisi ex fundatione, vel dotatione, aut ex constructione, vt per *DD. in cap. 3. de iurep. gloss. in cap. piæ mentis 16. q. 7. Innoc. in Rub. de iurep. num. 2. Abb. num. 6. & cons. 54. num. 1. & cons. 59. num. 2. par. 1.* vbi quod de iure non reperitur alius modus expressus, & *cons. 106. num. 1. par. 2.* Hoc autem iuspatronatus prætenditur ex dotatione ob solutionem *scut.* 4300. factam per Ancaianos Domui probationis, propter quam fuit dissoluta vnio, cuius validitas ab euentu litis pendebat, &
5 fuit in hoc casu simplex remotio obstaculi, * qui terminus datur etiam in dissolutionibus vnionum *DD. in Clem. fin. de rescrip. Anchar. n. 4. Barbat. 22.* quãobrem ante dictã remotionẽ obstaculi Abbatia dormiuit, *& illo remoto, quasi
6 expergefacta recuperauit bona sua ex iure primæuo, vt benè per *Bald. in c. cum accessissent n. 43.*
7 *de constit.* vbi quod resurgente dignitate, * resurgit confirmatio dignitatis, cum ex dispositione iuris communis illa resurgat, nec sit opus quod de nouo Papa confirmet statutum Ecclesiæ, ex quo non videtur noua creatio, sed censetur quodammodo ad suam naturam redire, ad *l. deferre §. fin. ff. de iur. fisc. & l. vlt. ff. de minor.* & de ligato manibus, & pedibus, quod non recuperet potestatem ambulandi à sol-
8 uente, * sed habeat à natura per remotionem obsta-

obstaculi exemplificat Monachus in c. cum aliqnibus de rescript. in 6. & bene etiam ad punctum Geminian. ibidem num. 4. Et de collatione Ordinarij habentis indultum conferendi bene-
9 ficia reseruata, * quod illa fiat ex potestate sua ordinaria, non ex indulto, quod solum remouet
10 obstacula reseruationum, * & ius commune præseruat, dicunt Cassad. dec. 8. num. 6. & dec. 10. de prabend. & dec. 7. num. 2. & dec. 4. num. 2. de priuileg. Put. in non. decis. 20. num. 1. lib. 1. & dec. 93. num. 3. & dec. 589. num. 2. lib. 3. Caputaq. decis. 214. par. 2. Mohed. dec. 12. in fin. de prabend. & dec. 1. & 8. de priuil. Quapropter cum Abbatia ex iure primæuo per solam remo-
11 tionem obstaculi sua bona recuperauit, * non potuit acquiri ius patronatus Ancaianis ex dotatione, cum bona essent ipsiusmet Abbatiæ. Rota decis. 658. num. 4. par. 1. in recent. S. M. Gregor. decis. 397. Iuspatronatus namque acquiritur dotatori Ecclesiæ, non ei, * qui fuit author, vt
12 Ecclesia dotaretur, prout in casu isto, vbi Ancaiani non fuerunt dotatores, sed in causa vt mediante solutione prædicta remoueretur obstaculum prætensæ vnionis Abb. in c. ad audientiam il 3. num. 10. per illum textum de Eccl. ædif. & cons. 57. circa finem vers. ius autem patronatus lib. 1. vbi quod iuspatronatus acquiritur illis, ex quorum bonis Ecclesia fuit dotata, non autem his, qui fuerunt dotationis authores, & idē repetit Felin. in cap. venerabilis num. 32. & 33. de excep. Lambert. de iurep. lib. 1. par. 1. q. 8. art. 7. num. 2. & per tot. Roch. de iurep. in verb. Ecclesiam fundanit n. 8. & in verb. dotanit num. 26.

Quod veró in hoc casu dissolutio vnionis operata fuerit tantummodo remotionem obstaculi, non autem noui beneficij creationem, triplici fundamento probatur. Primo quia, cum fuit factum prædictum pactum inter Blanchettum, & Ancaianos, confirmatum à Papa, vt duraret lis super iurepatronatus, & domus probationis fuit subrogata etiam quoad litem in literis vnionis, & remanebat quidam habitus, & figura Abbatiæ, * ex qua per vnionē nō diceba-
13 tur omnino extincta Bald. in d. c. cum accessissent num. 38. vers. sed si pristinam faciem, & n. 45. vers. porrò de constit. ibi Fælin. num 33. col. final. in princ. vers. & rationes eorum Cassad. dec 2. nu. 2. vers. pro quo etiam Baldus de vnion. Et ideo Abbatia censetur redijsse ad pristinā suā naturam ex se per remotionem obstaculi tantum, * non
14 ex quo de nouo fuit creata, & sic retrotraslata ad sua principia aractiua, vt supra dictū est, & benè facit Bald. in l. qui ea lege 3. in fin. C. de pact. int. empt. & vend. & fuit excitata tanquā à sōno nō suscitata tāquā à morte Bald. in l. 1. n. 36. in fin. vers. attēde hic C. quand. nō pet. par. Franch. dec. 64. n. 11. & 12. & in terminis vnionis nō perpetuæ, sed ad vitam fuit sententia Io. de Lignan. quem referunt, & sequuntur Imol. in Clem. fin. num. 12. de rescript. Barb. num. 22. Card. num. 6. Abb. in princ. Cassad. dec. 2. n. 2. de vnion. quorū rationes optimè applicantur huic casui, in quo validitas vnionis pendebat à litis euentu.

Neque aduersatur, quod si vnio est tempo-
15 ralis, illa dissoluta remanet idem beneficium * si vero est perpetua, nouum creatur iuxta distinctionem Io. de Lignan. per dictos DD. relatam; Nam obiectum posset forsan considerari, si vnio fuisset simpliciter facta, sed cum adesset pactum prædictum inter Blanchettum,
16 & Ancaianos, * vt scilicet duraret lis super iurepatronatus, & ad litem fuerit subrogata domus probationis, vnio non censetur simpliciter facta, & perpetuo, sed remanebat spes dissolutionis propter litem, ideo per dissolutionem vnionis non censetur creata noua Abbatia, sed censetur eadem per remotionem obstaculi; Immo aliqui ex Dominis considerabant vlterius, quod Cassad. perfunctoriè loquatur, & alij in terminis illius Clement. in qua disponitur, quod beneficium de nouo
17 creatum, * non comprehendantur sub gratia de vacaturo. Quapropter si vnio fuit perpe-
18 tua, * & dissoluatur beneficium non comprehenditur sub gratia de vacaturo, quia de nouo creatur, qui non sunt nostri termini, & prædicta ad alium effectum considerantur à
19 DD. vltra quod contrarium asserunt * post Zenzelin. quem allegat, & sequitur Glos. in d. Clem. fin. in verbo creatum in princ. vbi quod non dicitur de nouo creatum, quod olim fuit, idemque tenuit Stephan. Prouin. & Paul. de Eleaz. relati per Barbat. ibid. num. 21. in fin. Guglielm. de Montelaudun. in fin. Anchar. nu. 4. Vbi quod aliud est de nouo facere, aliud remouere obstaculum, nec potest induci ad
20 dicendum, quod remotio obstaculi importet * nouam creationem beneficij Bened. Capr. ibid. num. 12. in fin. vers. in glossa, & num. 13. & 14. Vitalin. numer. 45. Butr. in cap. cum accessissent num. 10. de constit. Et quod vnio faciat cessare
21 solum effectum beneficij, * non autem extinguat illud ipso iure, fuit sententia Butr. quem refert in d. Clem. Barbat. num. 22. Imol. num. 12. vers. Dom. Ant. Petr. de Perus. de vnion. cap. 2. num. 11. vers. 2. quaritur, vbi per quatuor fundamenta asserit, dominium bonorum non amoueri ab Ecclesia vnita.

Præterea addebant prædicti Domini cum Bald. in d. cap. cum accessissent numer. 44. iuncto num. 38. quod aut dissolutio vnionis est ple-
22 nissima * quoad statum, & bona, & censetur idem beneficium, aut quoad statū tantū, & non censetur idem, qui Bald. num. 44. declarat ad hunc propositum tex. in l. intercedit ff. de cond. & demonst. num. 38. allegatus, vt probaret, quod dissolutio vnionis importet creationem noui beneficij, quia in illo text. dicitur, quod damnatus ad mortem in integrum resti-
23 tutus dicitur nouus homo, * nec reasumit legatum, quod nimirum procedat, quando
24 Princeps indulsit respectu status, * non autem vbi concedit plenam restitutionem quoad statum, & bona, hoc enim casu resuscitatur testamentum, vt in l. si quis exhered. uo §. pen. ff. de iniust. testam. & affert rationem, quia talis, vt patet ex dicto tex. & secundum opinio-
25 nem Iacob. de Arena * æquiparatur postliminio reuersis.

Secundo principaliter, quod dissolutio vnionis prædictæ operetur dumtaxat remotionem obstaculi, & non censeatur creata noua Abbatia

tia

tia satis probatur. Nam in concordia inter
Blanchettum, & Ancaianos adest pactum ex-
26 pressum iuratum, * à Papa confirmatum,
quod Blanchettus commendam monasterij ad
fauorem alicuius simpliciter, vel etiam ad ef-
fectum permutationis absque consensu An-
chaianorum cedere non possit, & nihilominus si
ipse sine consensu huiusmodi cederet, etiam
ex causa permutationis, prouisio, seu com-
menda, quæ de monasterio fieret, nullius es-
set roboris, & momenti &c. Quare cum hu-
ius pacti nulla fuerit facta mentio, dum Blan-
chettus cessit ius suum ad fauorem Domus pro-
bationis, cui Papa vnionem fecit, vnio præ-
dicta fuit ipso iure nulla, tanquam subrepetitia;
Forsan enim Papa non concessisset, vel saltem
difficilius concessisset *Abb. cons.* 101. *num.* 4.
vers. & idem, & num. 7. *vers. ego nescio par.* 1.
Felin. in cap. postulasti 27. *nu.* 3. *de rescript. Rip.*
lib. 2. *resp.* 10. *Milis. in repert. in verbo vnio* 1.
Rebuff. in prax. in 3. *par. sign. in clausula cum de-*
rogatione statutorum num. 20. *& in reg. de vnion.*
glos. 5. *in verbo & subreptio, Sanct. me. Greg.*
dec. 450. *num.* 1. *Rota coram Illustr. Mellino in*
Taruisina Plebis 2. *Iunij* 1593. stante præsertim
pacto nullitatem inducente, & à Papa confir-
27 mato * *Rol. cons.* 62. *num.* 17. *& seq. lib.* 2. *Rot.*
decis. 110. *num.* 3. *par.* 2. Et ista procedunt,
licet enim de concordia fuerit facta mentio in
28 vnione, * cum non fuerit facta mentio de
qualitatibus ipsius concordiæ, & sic de dicto
pacto, idem enim est iuditium de toto quoad
totum, ac de parte quoad partem *Put. decis.*
234. *circa med. lib.* 1. *in nou.* latissimè *Rodriq.*
qq. reg. tom. 1. *q.* 13. *art* 17. *per tot.* Vnde stante
nullitate vnionis dissolutio indubitanter im-
29 portat nudam remotionem obstaculi, * non
autem creationem nouæ Abbatiæ, cum titulus
per vnionem nullam non esset extinctus, quia
30 quod nullum est nullum parit effectum *
l. eius qui in prouincia ff. si cert. pet. l. 4. *§. con-*
demnatum ff. de re iudic. neque vllum præstat
impedimentum *cap. non præst. de reg. iur.*
in 6.

Quod vero, facta mentione illius pacti Pa-
pa non concessisset, vel saltem difficilius, non
31 debet ambigi; quia intentio Principis est, *
nullum vnquam inferre præiudicium iuri tertij,
nisi de eo specialem fecerit mentionem *c. super*
eo, de off. deleg. l. 2. *§. si quis à Principe ff. ne quid*
in loc. publ. & in terminis vnionis, quod, data
32 subreptione, sit nulla ipso iure, * & talis cen-
seatur, non facta mentione de præiudicio ter-
tij, vt in casu nostro, stante pacto, cuius nul-
la fuit habita ratio, concludit *Abb. d. cons.*
101. *num.* 7. *vers. ergo necessario, lib.* 1. *& cons.*
102. *num.* 2. *col.* 3. *ante fin. vers. sed. ijs non ob-*
stantibus; Rot. in d. causa Taruisina modo alle-
33 gata, quodque ex taciturnitate concordiæ, * vel
transactionis causetur subreptio est *tex. in cap.*
ex multiplici de decim. Abb. cons. 41. *in fin. vers.*
tamen quia illa renocatio lib. 1. Quæ fortius pro-
cedunt ob iuramentum in pacto appositum,
34 quo tacito, licet fuisset facta mentio pacti, *
adhuc gratia vitio subreptionis laboraret, &
per consequens nullitati subiaceret *Rom. cons.*
379. *num.* 11. *&* 12. *vers. cæterum, vbi Apostil.*
in verbo constitutus, Aegid. cons. 34. *in princ. in*
1. *dub. num.* 1. Nec iuuat, quod domus proba-
tionis non interuenerit dicto pacto, & iura-
mento, illudque ignorauerit; quia satis est,
quod Blanchettus, qui interuenit pacto, &
iuramento, supplicauerit pro dimissione, &
& cessat omnis difficultas; quia etiam de iura-
35 mento tertij est facienda mentio, * alias sem-
per intrat subreptio *c. constitutus de rescript.*
Rom. d. cons. 370. *num.* 12. vbi *Apostil.* & igno-
rantia non excusat, cum subreptio proueniat
36 ex intentione concedentis, * qui alias non con-
cessisset, vel difficilius concessisset *Calder. cons.*
14. *num.* 3. *vers. non obstat de rescript. Gemin.*
cons. 105. *in fine verb. ex his patet* & est tex. cla-
rus in *c. super litteris de rescript.* cui non obstat
alius *tex. in c. gratia eod. tit. in* 6. vbi prouisio
37 beneficij non censetur subreptitia, * non facta
mentione alterius beneficij prouiso ignoranti
collati *Lap. alleg.* 89. *ante num.* 3. *vers. respon-*
deo, quia hoc est speciale in impetratione bene-
ficij ex dispositione *d. c. gratia;* si enim non ad-
esset dictus *text.* etiam in impetratione benefi-
cii contrarium esset dicendum *per tex. in d. cap.*
super litteris, vt aduertit *Io Andr. in d. c. gratia*
num. 2. *vers. sic quod primum dictum Butr. nu.* 8.
Gem. nu. 4. *post. princ. vers. Io. Andr. dicit Abb.*
in d. c. super litteris n. 5. *vers. ad idem Io. Andr.*

Non obstat, quod pactum prædictum, & iu-
ramentum esset ad fauorem Ancaianorum, qui
38 non opponunt de isto defectu, ad quorum *
arbitrium debet fieri oppositio *Fulg. in l.* 2. *C.*
de iur. emph. Soc. cons. 78. *num.* 8. *lib.* 4. Immo
39 potius videantur ratificasse vnionem * consen-
tiendo dissolutioni iuxta notata per *Castr.*
cons. 95. *in princ. lib.* 1.

Nam huic motiuo dupliciter respondetur.
Primo quod subreptio consideratur de tem-
40 pore datæ * *c. si eo tempore de Resig. in* 6. &
propterea cum non agatur in prophanis, & de
41 re, quæ pendeat à sola voluntate * partis, sed
principaliter à gratia Papæ, gratia non conua-
lescit ex voluntate partis postea superuenien-
te, deficit enim consensus Papæ per subreptio-
nem, vt dicit *Calderin. d. cons.* 14. *num.* 3. *vers.*
non obstat de rescript. Seraph. dec. 398. *num.* 4.
& ideo consensus Ancaianorum superueniens
non potest gratiam conualidare *Innoc. in c. cum*
olim num. 2. *de re iud. vbi Butr. num.* 9. *Soccin.*
cons. 120. *num.* 10. *vol.* 4. qui loquitur in puncto
de gratia subreptitia, ex quo non fuerit facta
mentio pacti *Cassad. dec.* 3. *nu.* 7. *de Pens. Mo-*
hed. dec. 12. *num.* 4. *de renunc. Achil. dec.* 12.
num. 3. *&* 4. *de pens. Seraph.* 398. *num.* 15. *&*
fuit dictum in *Sabinen. Castrorum* 1. *Aprilis* 1588.
coram Bubalo.

Secundo fuit responsũ, quod quatenus preten-
sus Ancaianorũ consensus posset aliquid operari
quo ad ipsos Ancaianos, non tamẽ in pręiudiciũ
42 Abbatiæ, * nam cum vnio fuisset subreptitia,
& sic non attendenda, non potuit consensus
Ancaianorum operari, vt esset valida in præ-
iuditium Abbatiæ, quicquid dicendum esset in
præiudiciũ ipsorum consentientiũ *Cassad. d. de-*
cis. num. 7. *de pens.* vbi quod reseruatio pensio-
nis

nis fuit ſubreptitia ſi titularis noluit excipere
43 * & illam ſoluere, licet poſſet ſibi præiudicare
ſoluendo, non tamen Eccleſiæ, & beneficio
præiudicat, vt ſcilicet remaneat onus, & be-
neficium dicatur eſſe ſeruum, cũ non ſit Domi-
nus, & adducit alia exempla bene ad rẽ facien-
tia. Neque applicatur hic quod vnio facta ſine
conſenſu Capituli habeat implicitum ſtatum
44 validitatis, * ſi Capitulum non opponat de
nullitate, & ſic idem dicitur de alienatione
rerum Eccleſiæ ſine ſolemnitate *Rot. dec. 133. num. 10. & 11. p. 2.* quia caſus ſunt longe di-
uerſi; nam in caſu noſtro deficit conſenſus Pa-
pæ, ſine quo actus non ſuſtinetur; quod non
eſt in caſu vnionis, & alienationis, licet enim
deficiat conſenſus illius, cuius intereſt, non tamẽ
deficit authoritas ſuprema, prout in caſu iſto,
ſtante ſubreptione, & reſpectu iuris tertij, quę
ab initio operatur deficientiam conſenſus
Papæ.

Minus obſtat, quod in vnione fuerit facta
mentio litis per clauſulam *litis ſtatum, &c.* quia
45 hæc clauſula * operatur ſufficientem mentio-
nem litis, ad euitandam ſubreptionem *Gemin. conſ. 120 num. 6. Achill. dec. 9. de reſcr. Put. dec. 2. de reſcr. Felyn in cap. ex litteris col. fin. de off.*
46 *deleg.* Sed non operatur * vt cenſeatur facta
mentio aliorum pactorum; & ſic pacti, de quo
agitur, nec tollit aliorum litis effectus, ideò nec
operatur quominus poſſeſſio capta pendente
47 lite * vigore prouiſionis obtentæ cum tali
clauſula dicatur attentata, quia eſt neceſſaria
litis expreſſio quoad validitatem gratiæ, qua
48 pendente non licet Principi ſupplicare, * & re-
ſcriptum obtinere, non facta mentione litis
Franch. in c. vt debitus num. 34. de appell. Aegid. dec. 48. Caſſad. deciſ. 18. num. 6. de priuil. & fuit
reſolutum in *Aquilana Cappellaniæ 1. Iulij 1588. coram Orano, & in Toletana beneficij 14. Nouembris 1605. coram bo. me. Iuſto.*

Neque poteſt iuuari pars, ex eo quod omnia
geſta fuerint per eumdem Summum Pontifi-
49 cem Greg. XIII. vt fuit reſolutum in cauſa * *Policaſtren. penſionis 27. Februarij 1587. coram Card. Platto,* quia in caſu illo ſcientia fuerat proba-
ta per teſtes, quæ in hoc caſu non poteſt præ-
ſumi ex breuitate temporis inter concordiam,
& vnionem; nam iſta præſumptio ceſſat in Pa-
pa ob rerum multiplicitatem, & molem * *Socin.*
50 *Sen. conſ. 260. num. 3. lib. 2. Vital. in Clem. 1. n. 67. de Prob. Creſc. deciſ. 85. de præben.* & fuit dictum
in cauſa *Parmen. penſionis 15. Ianuarij 1616. coram R. p. d. meo Remboldo.* Prætereà concor-
51 dia fuit anno Pontificatus octauo, * & vnio vn-
decimo, & ſic poſt longum temporis tractum.
Neque poteſt iuuari ex eo, quod in dicta gra-
tia habeatur, quod de ſubſcriptione, aut defectu
52 intentionis * dari non poſſit, cum clauſula
ſublata, & decreto irritanti. Hæc nimirum
53 procedunt reſpectu tertij, non autem reſpe-
ctu Datariæ, quæ hodiè agit, & repræſentat
Principem, cum non adſit clauſula *etiam per nos, &c.* vt latè *Gonzal. ſuper reg. 8. gloſ. 97. n. 24. verſ. in contrarium Put. dec. 408. lib. 2. n. 2.* & fuit re-
ſolutum in cauſa *Leodien. Canonicatus 2. Nouẽbris 1573. coram Cardin. Lancell. ſen. & in Meten. Canonicatus 8. Nouembris 1577. coram D. de Rubeis*
vbi quod ita ſeruat Rota, quod veriſſimum meo
tempore, & indubitatum ſemper expertus ſum.

Tertio principaliter probatur diſſolutionem
vnionis importare tantũ in hoc caſu remotio-
nem obſtaculi, ex quo, vt ſupra dictum eſt, An-
caiani ſoluerũt ſcut. 4300. Domui probationis,
54 & ideo non fuerunt dotatores, * licet amouen-
do obſtacula fuerint authores, vt dotatio reui-
uiſceret, quamobrem non poterit eis iuſpa-
tronatus ex dotatione acquiri, vt fuſius proba-
tum eſt ſupra per *Abb. Felyn. Lambert. & alios.*
Et hæc eo magis vigent, quia quatenus prædi-
cta diſſolutio eſſet conſideranda ad fauorem
Abbatiæ cum illa eſſet redditus ſcut. 620. ſolu-
tio ſc. 4300. non eſt commenſurata ad conceſ-
ſionem iuriſpatronatus, & gratia longè præ-
55 ponderat, * ideo illud ex priuilegio debet cen-
ſeri, nec priuilegij nomen ammittit *Soc. conſ. 4. num. 5. & ſeqq. lib. 3. Aret. in c. nouit num. 28. Felyn. num. 8. verſ. dicitur autem de iudic. Oſaſch. dec. 139. num. 10. Boſſ. in prax. crimin. tit. de priuil. num. 152. & 153. Peregrin. de iur. fiſc. lib. 1. tit. 3. num. 29.* & in terminis iuriſpatronatus fuit re-
ſolutum in cauſa *Cæſarauguſtana Parochialis de Maella 31. Ianuarij 1618. coram me Rot. dec. 55. num. 5. dec. 88. num. 4. par. 1. in rec.* vbi aliæ cu-
mulantur, in quibus firmatur, quod augumen-
56 tum ſc. 1000. * non eſt ſufficiens pro dotatione
beneficij annui redditus ſc. 100. Neq; in hoc ca-
ſu dicendũ eſt, non eſſe conſiderandum quantũ
impenderint Ancaiani in recuperatione bono-
rum, ſed quantum acquiſiuerint Eccleſiæ, quia
hoc forſan poſſet animaduerti, quando domi-
nium bonorum fuiſſet acquiſitum Ancaianis, de
quo ſtatim dicetur, & ſi ex bonis acquiſitis do-
taſſent Abbatiam, & vnio fuiſſet perfecta, itaut
diſſolutio importaret nouam beneficij creatio-
nem, quod fundamentum certè corruit, quia
prædicta ſolutio nihil aliud operata eſt, quam-
quod remoueretur obſtaculum vnionis, vel ex
quo fuerat ſubreptitia, & ipſo iure nulla, vel ſal-
tem ex quo Abbatia per vnionem non erat om-
ninò extincta, & validitas vnionis pendebat ab
57 euentu litis, * quæ operabatur, vt remaneret
aliqua ſpes, vel inditium diſſolutionis, vt per
Bald. Fel. & alios ſupra relatos, & ideò quate-
nus d. ſumma ſcut. 4300. eſſet computanda
ad fauorem Abbatiæ, deberet ad hunc effectum
58 attendi, * quod minus eſt, ſcilicet impenſa, non
autem valor bonorum Abbatiæ *l. in fundo, vbi gloſ. in verbo Pluſquam ff. de rei vendic. & Bart. num. 1. verſ. 2. oppono Alberic. num. 5. Fulgoſ. n. 3.* Et propterea cum ad acquirendum Iuſpa-
59 tronatus pars dotis non ſufficiat, * ſed con-
grua requiratur *gloſ. in c. quicumque 2. 16. q. 7. Abb. conſ. 106. num. 2. verſ. ad hoc gloſ. ſingularis lib. 2.* hoc non poteſt intelligi Iuſpatronatus ex
60 dotatione, ſed ex priuilegio, * vt in ſimili re-
ſpondit *Pariſ. conſ. 114. num. 14. & 15. lib. 4.* benè *Mantic. deciſ. 320. num. 3.*

Nõ obſtat, quod valor Abbatiæ nõ probetur,
niſi per locationem, quæ regulariter non probat
61 verũ valorem * *Caſſad. dec. 20 ſuper reg.* Nã fuit
reſponſum valorem ſatis clarè deduci ex loca-
62 tione effectum ſortita, * vt fuit probatum ex

quie-

quietantijs, cum quibus alia concurrunt ad-
minicula, vt fuit resolutum in causa *Veronen.*
pensionis 23. Maij 1607. coram bo. me. Card. Sa-
crato. Hic autem considerabatur, quod ex
duplici causa locationes non probant verum
63 valorem. * Primo quia onera sunt deducen-
da. Secundo propter affectionem conducto-
ris, vt ex eodem *Cassad.* colligitur *Ferret. cons.*
354. num. 16. lib. 2. Felyn. in cap. ad aures num. 13.
de rescr. Sarnen. in reg. de valor. quæst. vlt. Pri-
mum caput hic non est considerandum, cum
non agatur de valore narrato in gratia impe-
trationis beneficij, sed de valore simpliciter
Abbatiæ, ad effectum cognoscendi, an augu-
mentum dotis sit inferius, æquiualens, vel ex-
cessiuum valoris Abbatiæ, quo casu non est
habenda ratio onerum; cum & augumentum
dotis pro parte debeat illis oneribus subesse,
nec onerum in recollatione fructuum; cum
in collationibus considerentur fructus deductis
64 oneribus * *Ferret. d. cons. 354. numer. 25. in fin.*
vers. non obstant instrumenta. Quapropter at-
tento isto primo capite, in hoc casu licet lo-
catio non probet verum valorem, satis tamen
probat illum vsque ad quantitatem expressam;
quando non obstat secundum caput affectio-
nis conductoris, quod verè hic non obstat ex
coniecturis, nam in concordia inita inter Blā-
chettum, & Ancaianos fuit narratum, Mona-
sterium non excedere *scut.* 600. de Camera,
quæ narratiua licet sit per non excessum, &
propterea possit verificari in minori summa:
istud tamen obiectum tollitur ex eo; quia in
eadem concordia Blanchettus consensit reser-
uationi pensionis *ducat. auri* 200. de Camera
quæ secundum valorem illius temporis pote-
rant ascendere ad *scut.* 250. monetæ. Nec
erat verisimile Blanchettum noluisse retinere
etiam pro se notabilem summam, si conside-
remus, quod Abbatia habeat sua onera, &
quod concordia fuit facta postquam Rota
declarauerat pro libertate sensum suum, cum
post primam decisionem concordia prædicta
fuerit inita. Demum omnis difficultas remo-
uetur, ex quo conducentis affectio non po-
tuit adeo pensionem augere, vt dicendum sit
solutionem *scut.* 4300. fuisse æquiualentem red-
ditibus Abbatiæ, immò dato etiam, quod af-
fectio potuerit aliquam accessionem facere,
non tamen firmandum est tantum auxisse, vt
augumentum *scut.* 4300. debeat censeri æqui-
ualens; vt enim aduertitur in *d. decis. Cardinali*
65 *Sacrati*, * homines non solent esse fatui, ad
conducendum res multo pluris, quam possint
percipere. Neque aliqua vis potest fieri in
taxatione facta in descriptione, quæ legitur in
66 libris * Cameræ, quia illa descriptio præ se
fert antiqui temporis consuetudinem, & no-
tum est, quod aliquæ Ecclesiæ magni valoris,
parum, aliæ verò minores multum taxatæ sunt,
& propterea quod d. taxa non probet verum
valorem dicunt *Cassad. decis. 19. numer. 1.*
Sarn. super reg. de valore quæst. 10. Achil. dec. 402.
Rot. dec. 159. numer. 6. par. 1. & fuit sæpissimè
dictum.

Denique non obstat, quod mediante dicta
solutione Papa concesserit iuspatronatus, ac si
dicta summa pro eiusdem Monasterij dotatio-
ne concessa, ac donata esset; quia cum Ec-
67 clesia non fuerit dotata, * verba illa, *ac si di-*
cta summa &c. non importaut veram dotatio-
nem, sed priuilegium, perinde ac si illa pro
dotatione data fuisset, & sic per fictionem.
68 Dictio enim *ac si* * fingit quodammodo ea,
quæ verè facta non sunt *l. si alterius ff. de hæ-*
red. instit. glos. in l. quamuis in ver. Perinde ff. de bo.
auth. vid. poss. Paul. Montan. de tutel. & Cur. cap.
69 *37. num. 54.* & fingit per similitudinem, * non
per veritatem, cum non si fictio legis *l. si defun-*
ct. 1 ff. quib. mod. pig. vel. hypoth. solu. & in pun-
cto priuilegij iurispatronatus *Rot. dec. 58. nu. 6.*
& dec. 38. num. 2. par. 1. in rec. vbi quod ex di-
cta dictione eo magis dignoscitur iuspatrona-
tus esse ex priuilegio. Quodque dictio *perin-*
70 *de*, * quæ quidem prorsus significat, denotet
improprietatem, & fictionem est *text. in l. sed*
etsi lege §. perinde ff. de pet. hæred. l. sacrilegij, vbi
glos. in ver. condemnatus ff. ad l. Iul. peoul. Surd.
cons. 375. num. 42.

Postremo fuit consideratum, quod admisso
sine veri præiudicio, quod vnio fuerit perfe-
cta, adhuc Ancaianis non fuit acquisitum iu-
spatronatus ex dotatione; quia mediante
dicta solutione *scut.* 4300. solum fuerunt in
causa, vt vnio dissolueretur, ex qua dissolutio-
71 ne Abbatia ipso iure * suam dotem recupera-
uit, vt supra dictum est *Rebuff. in prax. tit. de*
reuoc. vnion. Dec. cons. 19. in princ. lib. 5. Garz.
de benef. par. 12. cap. 2. num. 309. quasi iure
postliminii *cap. 1. circa med. vers. vt vnione*
penitus dissoluta, ne sed. vac. Soc. in cap. sicut
vnire n. 150. de excess. præl. Caccialup. de vnion.
art. 10. Quare non inde sequitur, quod fuerint
dotatores * cum iuspatronatus acquiratur illi,
72 de cuius bonis Ecclesia dotatur, * non autem
ei, qui fuit in causa, vt illa dotaretur, prout
dictum est, & sic licet Ancaiani fuerint in cau-
sa, vt vnio dissolueretur, & per consequens,
vt Abbatia recuperarèt suam dotem non pro-
pterea fuerunt dotatores, nec illis fuit acqui-
situm iuspatronatus ex dotatione, sed ex mero
priuilegio.

Neque obstat, quod in concordia adsit sti-
pulatio bonorum pro se, & hæredibus, quia
non inde bona fuerunt acquisita Ancaianis, &
tradita Abbatiæ, cum postea stipulatio fuerit
facta, reseruato Beneplacito Apostolico, &
73 non alias, aliter &c. * quæ verba inducunt
conditionem *Bald. in Auth. ingressi num. 7. ver.*
idem si Protector. C. de Sacros. Eccles. Abb. in c.
insinuante numer. 6 ver. item si fiat qui cler. vel
74 *voc.* & ideo illa conditione pendente, * non
fuit acquisitum dominium *l. eadem § Caio ff.*
de verb. oblig. l. si quis sub conditione ff. si quis
omiss. cau. test. l. pecunia ff. si cert. pet. Bart. in
l. ita stipulatus num. 49. ff. de verb. oblig. Maxi-
75 mè cum non interuenerit aliqua traditio, *
quæ in hoc casu erat necessaria *l. traditionibus*
C. de pact. Nec demum fuit acquisitum post si-
gnatam supplicationem, quia dissolutio vnio-
nis, & reseruatio iuspatronatus fuit facta post-
quam Ancaiani soluerint dicta summam, qua

folu-

solutione sequuta, Abbatia ipso iure sua bona recuperauit, & si admittatur absque veri præiudicio, quod aliquid fuerit acquisitum Ancaianis, non est habendum in consideratione, quia fuit tanquam necessarium antecedens ad ipsam dissolutionem vnionis, sique aliquam induxit acquisitionem, fuit tantummodo ad effectum vt Abbatia suam dotem recuperaret, nõ ad effectum dotationis. Ergo si aliquod ius
76 fuit acquisitum * tanquã momentaneũ nullius debet esse considerationis, cum momentanea non habeantur in consideratione *Soc. sen. cons. 53. num. 27. lib. 4. Natt. cons. 441. num. 20. lib. 2. Rol. cons. 15. numer. 34. lib. 1. Vinc. de Franc. dec. 14. numer. 25. & seq. Put. decis. 507. lib. 2. in nouis* cum alijs adductis *coram bo. me. D. Paceu. in Romana Portinis hæreditatis 5. Maij 1603.*

CRACCOVIEN. PLEBANIAE.

Veneris 19. Decembris 1625.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Sententia ob non prorogationem fatalium transit in iudicatum.*
2 *Contumacia debet plene, & concludenter probari ad hoc vt non competat restitutio in integrum aduersus sententiam in iudicatum transactam ob non prorogationem fatalium.*
3 *Contumacia excluditur, dum citatio facta fuit infirmo num. 7.*
4 *Infirmitas probatur ex relatione Nuncij attestantis vidisse in lecto procumbentem citatum.*
Infirmitas ex solo aspectu probatur num. 4.
5 *Infirmitas per totum annum præsumitur continuata.*
6 *Citatus durante eius infirmitate non tenetur comparere.*

DECISIO MDCXIV.

SEntentia lata contra Ioannem, in qua fuit excommunicatus ob contumaciam, transitum fecit in iudicatum, ex quo non fuerunt proro-
1 gata fatalia. * Quare cum denuo mihi fuerit commissa causa per viam restitutionis in integrum; Dubitaui an esset restituendus, & affirmatiue fuit resolutum, quia non constat de
2 contumacia, * quæ ad hunc effectum debet plene, & concludenter probari *Cassador. decis. 12. in fine de rescript. Felin. in cap. contingat num. 8. eodem tit. Achill. decis. 7. num. 2. de dol. & contumac.* & fuit dictum in causa *Iannen. census 10. Ianuarij 1614. coram R. P. D. meo Pireuano;* Imo potius constat de contrario, cum Ioannes fuerit citatus ad comparendum
3 6. Martij eiusdem anni 1619. * qui respondit, quod morbo erat depressus, & nuncius retulit, quod ipsemet viderat illum in lecto procumbentem, ex quo satis probatur infirmi-
4 tas, * quæ etiam ex solo aspectu probari potest *Barb. conf. 35. num. 15. vol. 3.* & sententia fuit lata 17. Aprilis eiusdem anni, & sic durante infirmitate, quæ pro totum annum
5 præsumitur continuata * *Mandos. super reg. de infirm. gloss. 7. num. 2. Sebastian. Medic. de cas. fortuit. quæst. 6. num. 7. & 8.* Quamobrem stante dicta infirmitate citatus non tenebatur
6 comparere * *cap. si ægrotans 5. quæst. 3. cap. si Episcopus 18. distinct.* & per consequens excu-
7 satur à contumacia * *c. querelam de procur. Abb. in cap. tenor num. 1. de sent. & re iud.* latè *Sebastian. Medic. d. tract. q. 6. n. 15.*

Et ita conclusum vna parte informante.

ARIMINEN. LIQVIDATIONIS FRVCTVVM.

Ven. 16. Ianuarij 1626.

ARGVMENTVM.

Patet ex summario.

SVMMARIVM.

1 *Processus fabricatus, seu examen factum contra Iudice recusato, est validum, quando non fuit ab vlteriori processu appellatum.*
2 *Amplia etiam si fuerit appellatum à non habente mandatum procurę licet ex post de eo doceatur.*
Appellatio interposita à non habente mandatum, non valet, licet postmodum de eo doceatur. num. 2.

DECISIO MDCXV.

FVit resolutum examen factum à Iudice recusato fuisse validum, cum non fuerit ab vlte-
1 riori processu * appellatum *Innoc. in c. vel speciali num. 6. de appellat. Rota decis. 3. n. 7. par. 2. & decis. 563. par. 1.*

Non obstat, quod quidam Paulus Albertinus appellauerit, & hodie constet de illius man-
2 dato dato à Francisco patre, * qui potuit pro filijs agere, quia licet hodie doceatur de mandato, non tamen de eo fuit doctum, quando fuit interposita appellatio, prout debuit fieri *Bellamer. d. loco n. 2.* & late prosequitur *Scaccia de appell. lib. 3. & 2. q. 6. num. 34.* vbi contrarij omnibus respondet.

Et ita vna parte informante resolutum.

ASCVLANA PLEBANIAE.

Veneris 23. Ian. 1626.

AR-

ARGVMENTVM.

Ad probandam Collegialitatem Ecclesiæ, quæ requirantur, & quando dicatur probata, vel non ex visitatione Apostolica, & enunciatiuis.

SVMMARIVM.

1 *Immissio vigore subrogationis gratiosæ non datur, nisi constet de reseruatione, aut lite.*

2 *Prima dignitas in Collegiata est reseruata per* Regulam 3.

3 *In indicanda qualitate beneficij attenditur erectio.*

4 *In probanda qualitate beneficij in dubio attenditur vltimus status.*

5 *Prouisiones Apostolicæ prout prouisiones Ordinarij non mutant statum beneficij.*

6 *Declara procedere, quando constat de anteriori statu, secus quando de eo non constat.*

7 *Collegialitas Ecclesiæ non probatur ex visitatione Apostolica, in qua enunciatur Collegiata asserta.*

8 *Per verba* vt dicitur *apposita in oratione nihil firmatur.*

9 *Dictio* prædictæ *est repetitiua præcedentium cum omnibus qualitatibus suis.*

10 *Collegialitas non probatur ex quo Ecclesia appellatur matrix, & Rectores aliarum Ecclesiarum Canonici.*

11 *Sola determinatio Capituli non sufficit ad probationem Collegij.*

12 *Collegialitas ad hoc, vt dicatur probata debet constare, quod Canonici faciant Capitulum, & habeant archam, & massam communem, & quod sunt soliti congregari Capitulariter, & quod habent sigillum aliaque signa Ecclesiæ Collegiatæ, de quibus ibi remissiue.*

13 *Enunciatiua moderna non probat.*

14 *Enunciatiua regulariter non probat, dum principaliter quæritur super enunciato.*

15 *Enunciatiua, quæ non est antiqua, non probat contra tertium.*

16 *Enunciatiua vt probet Collegialitatem Ecclesiæ debet esse centum annorum.*

17 *Et deberent esse duæ enunciatiuæ enunciatæ in duobus instrumentis, & quæ originem haberent à diuersis personis non suspectis.*

DECISIO MDCXVI.

Dionisius petebat immissionẽ vigore subrogationis gratiosæ, & tota difficultas pendebat ex eo, an ipse doceret de reseruatione, si-
1 ne qua, * aut lite non conceditur immissio vigore subrogationis gratiosæ vt in *decisionibus* cumulatis per *Garz. de benef. p. 6. c. 4. num.* 21. *cum. seqq.* hic autem cum prætendatur reseruatio, ex quo Plebania sit prima dignitas in Col-
2 legiata, * & sic reseruata iuxta *Regulam tertiam Cancellariæ*, quia & si in indicãda qualitate be-
3 neficij attendatur erectio * *à porta de priuil. Caput. dec.* 233. *Clem.* 7. *lib.* 1. *in manuscript.* & fuit dictum in causa *Ripana Oratorij* 10. *Maij*
1591. *coram Gipsio*. Tamen in dubio in proban-
4 da eius qualitate, attenditur vltimus status * iuxta not. in *c. cum. de beneff. de preben. in* 6. *Dec. cons.* 126. *num.* 1. *Rot. dec.* 2. *de preben. in nou.* & fuit dictum in causa *Regien. Prioratus* 5. *Maij* 1586. *coram bo. mem. Card. Pamph.* & in alia *Ciuitatis Castelli iurisp.* 28. *Maij* 1593. *coram eodem* & in causa *Aretina Cappellaniæ* 10. *Maij* 1595. *coram bo. mem. Card. Seraph.* & alias sæpissime. Hic autem adest prouisio Apostolica, vti de simplici Parochiali facta de anno 1577. cui & si respondetur, quod prouisiones Apostolicæ non mutant statum bene-
5 ficij, * prout nec prouisiones Ordinarij *Dec. d. cons.* 176. *in fin. Accbil. dec.* 13. *de insup.* cum
6 alijs. Hoc tamen est verum, * quando constat de cõtrario anteriori statu, secus autem quando de eo non constat, nam vltimus status, & quasi possessio attenditur, & præsumitur continuatus *c. cum de beneficio de preben. in* 6. *Dec. d. cons.* 126. *nu.* 1. *cum seqq. Faden. de sen. cons.* 240. *num.* 1. & fuit resolutum in causa *Tudertina Prioratus* 5. *Maij* 1595. *coram Orano* & in *Parmen. Prioratus* 1. *Decembris eiusdẽ anni coram eodem.* Hic autem tantum abest, quod constet de contrario statu anteriori, quod immo constat de eodem statu Parochialis ex prouisionibus factis de annis 1560. 1558. & 1520.

Non obstant probationes in contrarium adductæ pro Collegiata, quæ consistunt in scripturis, & testibus, nõ enim releuãt; nõ primũ scripturæ quia visitatio Apostolica de anno 1573. non enunciat simpliciter Ecclesiam Collegia-
7 tam, sed dicitur Collegiata asserta, * & sic non probat Collegialitatem iuxta not. per *Rot. in dec.* 60. & 77. *de rescript. in antiq.* & per *Dec. in c. curauit num.* 1. *de probat.* & dum subditur in eadem visitatione, *cui dicuntur annexæ rurales Ecclesiæ Sancti Fortunati, S. Petri, & S. Laurentij* dicitur habere tres præbendatus Canonicatus, quorum duo inseruiunt duabus ex prædictis Ecclesijs ibidem personaliter inseruiendo, nec aliter prædictæ Ecclesiæ Collegiatæ inseruiunt, & sunt quodammodo coadiutores participantes insimul cum Plebano concurrente pro duabus tertijs partibus fructuũ dd. Ecclesiarum, de quo non aliter constat, quam per inueteratam consuetudinem. Est aduertendum quod nihil firmatur, quia dum visitatio loquitur de Canonicatibus, ex quibus licet posset desumi aliquod signum Collegialitatis, tamen, vltra responsiones, de quibus mox
8 dicitur, loquitur per verba *vt dicitur*, * & ideo nihil firmat per superius allegata, & deinde subditur, nec aliter prædictæ Ecclesiæ Collegiatæ inseruiunt, non enunciat simpliciter Ecclesiam
9 Collegiatam, sed stante dictione * *prædictæ* verba non sunt intelligenda Collegiatæ assertæ, quæ sic supra fuerat nuncupata, dictio enim *prædictæ* est repetitiua precedentium cum omnibus qualitatibus suis.

Neque etiam literæ Congregationis de anno 1579. aliquid releuant, quia in illis solum dicitur *se bene li Canonici dell' Amatrice deueuano contentarsi di andare senz' altra replica à seruire le Chiese loro Curate; questi Sig. hanno risoluto li trè*

Canonici risedino ciascheduno in quella, che V. S. gli assignarà cò hauer cura di quelle anime, & inferius ordinatur, quod Canonici, *in regnitione della superiorità, che deuono alla Chiesa Matrice, doueranno in certe Feste solenni dopo che hauerano officiato le proprie Chiese aiutare anco il Pieuano capo loro, come soleuano per l'adietro*. Ex his litteris potius constat de non Collegialitate; quia isti Canonici nuncupati tenentur residere in proprijs Ecclesijs non potest deduci argumentum Collegialitatis, ex quo Ecclesia appellatur Ma-
10 trix, * quia ex quo sit Matrix, non resultat pernecesse, quod sit Collegiata, & ex eo quod Rectores aliarum Ecclesiarum appellantur Canonici, non ideo sequitur, quod tales sint, vt constituant Collegiatam, cum nec sola determinatio Capituli sufficiat ad probationem
11 Collegij * *Acchil dec. 10. de probat. Gloss. in pragmat. sanction. tit. de elect. in verbo collegiatis*, & in omnem euentum deberet probari, quod isti Canonici facerent Capitulum, & haberent
12 archam, * & massam communem, & quod sunt soliti congregari Capitulariter, & quod habeant sigillum, & alia signa Ecclesiæ Collegiatæ, de quibus per *Abb. in cap. nobis n. 8. de iurep. Felin. in c. accedentes num. 2. de præscript. Feder. de sen. cons. 61. Alex. cons. 75. num. 2. lib. 4. Rota in causa Romana Census 2. Decembris 1609. coram Reuerendiss. D. meo Patriarcha Hierosolymitano*, quæ est *decisio 201. p. 1. in recent.* quæ optime facit ad punctum, prout etiam facit alia *decisio in causa Parrochialis S. Laurentij 20. Maij 1585. coram Orano*, & eodem modo respondetur ad secundas litteras eiusdem Sac. Congregationis sub dat. 29. Nouembris 1579.

Non enim aliquid releuat enunciatiua in litteris Vicarij Episcopi Asculani de anno
13 1578. quia ista est enunciatiua moderna, * cui resistunt tot supra ponderata, vltra quod
14 enunciatiua regulariter non probat, * quando principaliter quæritur super enunciato *Butr. in c. illud num. 3. vers. nota 4. de præsumpt. Alex. cons. 136 num. 11. lib. 1. Aym. cons. 29. num. 5. vers. sic respondeo*, vltra quod cum ista non sit enunciatiua antiqua non probat contra ter-
15 tium * *l. non nudus l. non epistolis C. de probat. Rota dec. 31. de probat. in antiq.* Nec in litteris maioris Pœnitentiarij potest fieri vis, quia licet in ipsis Ecclesia ista enuncietur Collegiata, tamen ista enunciatiua est vnica, & non est antiqua cum emanauerit anno 7. Pontificatus Pauli Tertij, & ad hunc effectum debe-
16 ret esse centum annorum * *Ias. in l. cum aliquis numer. 7. vers. limitatur Alex. num. 6. C. de iur. deliber.* & saltim deberent esse in duobus instrumentis, quæ originem haberent à diuersis personis non suspectis *Felin. in c. cum causam, vbi Aretin. numer. 2. de probat. Aym. de antiq. temp. par. 1. sect. 4. numer. 14. 19. & seqq.* quæ hic non concurrunt.

Nec secundo principaliter releuant testes examinati, quia nihil deponunt de hac Ecclesia S. Fortunati de Amatrice, sed S. Fortunati de Pinaco, quæ est Ecclesia diuersa, & ideo in eis nullum potest fieri fundamentum. Ac tandem non potest fieri vis super vnione istarum Ecclesiarum ad effectum, de quo agitur, quia quidquid dicendum sit circa istam vnionem, satis est, quod omnes Ecclesiæ habeant suum Rectorem particularem, neque ex hoc potest inferri, quod Ecclesia S. Fortunati de Amatrice sit Collegiata.

Et sic fuit conclusum, vtraque parte informante, non constare Ecclesiam S. Fortunati Amatricis esse Collegiatam, & propterea standum in vltimo loco *decisis*.

FVLGINATEN. FIDEICOMMISSI.

Veneris 23. Ianuarij 1626.

ARGVMENTVM.

A vulgato *cons. 21. Oldrad.* firmantis, quod substitutio ordinata in euentum, in quem hæres institutus moriatur sine filijs expirat si cum filijs decedat, an, & quando recedatur.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio ordinata in euentum, in quem hæres institutus moriatur sine filijs expirat, si cum filijs decedat.*

Limita quando fideicommissum est reale num. 9. vide ibi.

2 *Limita concurrentibus coniecturis.*

3 *Sublimita procedere, quando coniecturæ sunt necessaria, & concludentes, & quæ ex verbis testamenti deducuntur.*

4 *Amplia etiam si testator substituit superuiuentes, ac filios, & filiorum filios in infinitum in stirpes.*

5 *Amplia secundo etiã si adsit prohibitio detractionis Trebellianicæ.*

6 *Amplia tertio quamuis à testatore fuerit prohibita alienatio, & ordinatum, quod portio non obseruantis accrescat alijs.*

Trebellianicæ prohibitio inducitur ex verbis pleno iure & sine diminutione *num. 5.*

7 *Prohibitio alienationis accessoria, & consecutiua non extendit vlterius fideicommissum.*

8 *Substitutio cessat non eueniente casu in substitutione expresso.*

9 Oldrad. cons. 21. *non intrat vbi fideicommissum est reale.*

10 *Fideicommissum consecutiuum non extenditur nisi ad casus, & personas expressas, & necesse est, vt purificetur conditio, sub qua fuit ordinatum.*

DECISIO MDCXVII.

VIncentius testator instituit Iacobam Raimundinam filiam, necnon Beltinum ex alia filia prædefuncta Nepotem, qui decessit relicto Petro Paulo filio, qui etiam obijt instituta Iacoba Amica, vnde dubitaui, An constet de fideicommisso Vincentij, quod suffragetur Rai-

Raimundinæ, & Domini negatiuè responderunt, quia substitutio est facta in euentum, in
1 quem aliquis ex prædictis institutis * sine filijs moreretur; Quare cum Bellinus obierit relicto Petro Paulo filio fideicommissum expirauit iuxta vulgare *cons. Oldrad.* 21. quod magis communiter recipitur, & passim canonizatur *à Rota*, vt in *decis.* 486. *num.* 1. *par.* 1. *recent.* & fuit latè deductum in causa *Meleuitana fideicommissi* 14. *Martij* 1618. *&* 13. *Nouembris* 1610. *corã Illustrissimo Domino meo Cardinali S. Eusebij.*

Neque obstat, quod à *cons. Oldrad.* recedi-
2 tur ex coniecturis, vt patet * ex dicta *decis.* 486. *num.* 6. quia hoc est verum, quando con-
3 iecturæ sunt necessariæ, & concludentes, * & quæ ex verbis testamenti deducuntur ex allegatis in dicta *decis. num.* 2. *vers. vnum est certum*, & fuit ponderatum in causa *Tudertina fideicommissi* 13. *Aprilis* 1587. *coram Gypsio & in causa fideicommissi de Gallijs* 16. *Nouembris* 1587. *coram bo. me. Cardinali Pamphilio*, & in prædicta *Meleuitana fideicommissi*. Hic autem possunt considerari duæ coniecturæ.

Prima ex perpetuitate substitutionis, secunda ex prohibitione alienationis, quæ in hoc casu non suffragantur.

Non suffragatur prima, quia, & si testator substituerit superuiuentes, ac filios, & filio-
4 rum filios in infinitum, * nihilominus cum non esset certus, quando posset verificari conditio ex vocatione eo modo facta non potest pernecesse inferri, quod voluerit vocare prædictos, etiam quod instituti obierint cum filijs, vt benè per *Oldrad. dicto cons.* 21. qui consuluit in casu, in quo erant vocati descendentes, & *Rota* resoluit in puncto in dicta *Meleuitana fideicommissi*, *vers. nec dicatur Rota dicta decis.* 486. *num.* 6. *in fin. & numer.* 8. *&* 9. vbi latè; Nec potest etiam fieri vis, quod vltra verbum *in infinitum* fuerit appositum aliud verbum *in stirpes*, quia eadem responsio militat, cum testator ignoraret tempus, quo posset conditio purificari, & tunc esse potuisset, quod adessent filij ex duobus filijs, & quod propterea esset discutiendum, an successio spectaret in stirpes, vel in capita, vt respondit *Rot. in dicta Tudertina vers. nec successio*, & ad prohibitio-
5 nem detractionis trebellianicæ, * quæ infertur ex verbis illis *pleno iure, & sine diminutione*, quia hoc quoque intelligitur si eueniret casus, in quo substitutio deberet sortiri effectum, vt si instituti decederent sine filijs, vt in ead. *decis. Tudertina vers. non obstat quod consideratur.*

Nec suffragatur secunda coniectura deducta ex prohibitione alienationis, quę licet fuerit facta non solum hæredibus, sed etiam eorum filijs
6 in infinitum, * & ordinatum, quod portio non obseruantis pleno iure, ac sine alia diminutione accrescat alijs, tamen illa prohibitio est restricta ad terminos fideicommissi antecedèn-
7 tis, & sic vei accessoria, * & consequentia, fideicommissum vlterius non extenditur *Dec. cons.* 636. *num.* 7. *& seqq. Alex. cons.* 59 *col. fin.* 2. *cons. non obstat quod illa verba vol.* 3. *Surd. cons.* 96. *numer.* 10. *&* 11. *Veral. decis.* 123. *par.* 2. *Pars III.*

& fuit dictum in causa *Perusina de Fumaiolis* 5. *Decembris* 1597. *&* 21. *Aprilis* 1598. *coram Lutta*, & in *Firmana fideicommissi de Fulchis* 2. *Aprilis &* 3. *Decembris* 1631. *coram bo. me. Card. Pamphilio*, & alias sæpissimè, & prædicta debent intelligi eueniente casu per eum
8 in substitutione expresso, * qui cum non euenit, sequentia cessant *Rota dicta decis.* 486. vbi infinitos congerit *num.* 6. *&* 7. Nec potest dici
9 hoc fideicommissum reale esse, * & propterea non intrare *cons. Oldrad.* vt admissum videtur in dicta *Romana fideicommissi de Gallis*, *& in dicta decis.* 480. *num.* 13. quia cum sit consecu-
10 tiuum, vt probatum est, * non extenditur, nisi ad casus, & personas expressas, & necesse est, vt habeat locum, vt purificetur conditio si sine liberis, ita declarauit *Rota in dicta Meleuitana fideicommissi* 13. *Nouembris* 1619. *coram Illustrissimo D. meo Card. S. Eusebij.*

Et ita, vtraque parte informante, conclusum, &c.

ROMANA FRVCTVVM DOTIS.

Ven. 30. Ianuarij 1626.

ARGVMENTVM.

Stante recuperatione bonorum banniti à Fisco ad quid teneatur creditoribus.

SVMMARIVM.

1 *Recuperans bona à fisco per viam quotæ tenetur creditoribus banniti pro rata.*
2 *In bannitum gratiosè restitutum ad famam, honores, & bona omnes actiones censentur retrò translatæ à fisco.*
3 *Ad incorporationem bonorum banniti in fiscum debet constare de actuali possessione, & apprehensione.*
4 *Confiscatio fieri non potest stante vocatione facta à testatore in euentum delicti.*
5 *Legitimè prohibitio facta in casum delicti tenet.*

DECISIO MDCXVIII.

IN hac tertia propositione difficultas fuit restricta ad id quod restitutio bonorum fuit facta præterquam quoad bona fisco incorporata. Vnde cum frater Pauli soluerit *scuta* 800. fi-
1 sco dicendum, * quod Paulus pro illa rata *scut.* 800. minimè teneatur ex *l.* 3. *C. de sent. pass.* vbi quod recuperans bona per viam quotæ tenetur creditoribus pro rata, quarè cum non recuperauerit dicta *scuta* 800. non tenetur pro illa rata.

Contrarium fuit resolutum, quia vt fuit firmatum in *vltima decisione*, Paulus gratiosè fuit restitutus ad famam, honores, & bona,
2 quare actiones* à fisco in ipsum fuerunt retrò translatæ *l.* 2. *&* 3. *C. de senten. pass.* nec probatur aliqua incorporatio facta fisco, cum de-

beat probari mediante actuali possessione, &
3 apprehensione, * quæ non probatur, immò
nec confiscatio poterat fieri, stante vocatione
4 facta in euentum delicti, * vt in eadem *decisio-
ne* dictum.

Nec placuit replicatio, quod illa solutio
*scut.*800. potuit fieri pro legitima Pauli, quia
etiam in euentum delicti erat prohibita legiti-
5 ma, & debebat testitui vocato, * quod
grauamen tenet, cum respiciat fauorem filij,
ex cumulatis per *Surd.cons.*570.*numer.*9. *lib.*4.
& per *Farin.cons.*173.*num.*7.*&* 8 *lib.*2. Vndè si
frater Pauli aliquid voluit soluere ad redimen-
dam vexationem, non ideo requiritur; quod
bona fuerint fisco incorporata, & quod Pau-
lus minimè omnia bona recuperauerit.

Neque probatur, quod Paulus haberet alia
bona, pro quibus dicta solutio fuit facta, quia
hoc gratis dicitur.

Et ita conclusum vtraque parte informante
&c.

CAESARAVGVSTANA SYNODI.

Veneris 13. *Februarij* 1626.

ARGVMENTVM.

In Synodo præcedere debet Ecclesia Ca-
thedralis Metropolitana Ecclesiæ Colle-
giatæ.

SVMMARIVM.

1 *Cathedralis Ecclesia Metropolitana est dignior Ecclesia Collegiata.*
2 *Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Metropolitanæ debet præcedere in Synodo Ecclesiæ Collegiatæ.*
3 *Canonici Ecclesiæ Cathedralis dicuntur fratres Episcopi.*
4 *Episcopus est caput Capituli.*
*Membra non debent à capite separari nu.*4.*&* 6.
5 *Vicarius non potest interponi inter Episcopum, & Capitulum.*
7 *Exceptuatio, in qua nihil fauorabile disponitur non suffragatur.*
8 *Obseruantia comprobat laudum.*
*Obseruantia in materia præcedentiæ plurimi ponderis est num.*3.
9 *Possessio, quæ habet iuris assistentiam pro se in materia præcedentiæ extenditur ad omnes actus, in quibus pars non habet specialem dispositionem ad sui fauorem.*
10 *In Synodo non potest ab Episcopo fieri Constitutio contra ius.*
11 *Confirmatio Apostolica ex cursu temporis non præsumitur nisi adsit obseruantia.*
12 *Constitutio Synodalis, quæ à principio detegitur vitiosa non potest præsumi vsu recepta, ex quo reperitur impressa in alia constitutione.*
13 *Possessio quo ad vnum actum non suffragatur quoad reliqua illi, qui non habet assistentiam iuris, & sic titulum vniuersalem.*
14 *Declaratio mandati attenditur non ipsum mandatum.*

DECISIO MDCXIX.

CVm causa super negotio principali inter Ec-
clesiam S. Saluatoris Cathedralem Metro-
politanam, & Ecclesiam B. Virginis del Pilar
Collegiatam, quæ antiquitus prætendit fuisse
Cathedralem pendeat in Rota; placuit *Sac.*
Congregationi Concilij reijcere ad Rotam discu-
tiendum hoc dubium. Quis scilicet locus de-
beat assignari in Synodo Diœcesana Capitulo
B. Virginis del Pilar, & per me proposito du-
bio Domini censuerunt locum digniorem assi-
gnandum esse Capitulo Ecclesiæ S. Saluatoris,
1 quia cum tanquam Cathedralis sit dignior, *
c. venerabilis in fine, vbi *gloss. in princ. de verb si-
gnif. c. cum Canonicis, & ibi Abb. in primo notab.
de censib. & in c. ex parte il* 2. *num.* 1. *de rescript.*
2 meritò sublimior locus ei assignandus est * *cap.
statuimus de maior. & obed. l.*1. *ff. de alb. scriben.
l. fin. C. vt Dignit. Ordin. Seru. Felyn. in c. Pasto-
ralis num.* 4. *vers. fallit* 4. *de rescript. Gemin. in
c. quamuis* §. *quanquam num.*3. *de præb. in* 6. *Boer.
de author. mag. consil. num.*78. & in puncto, quod
Capitulum Ecclesiæ Cathedralis in Synodo de-
beat præcedere dicunt *Henr. Botter. de Synod.
par.*3. *num.*27. *Ioan. Franc. Leo in Thesaur. for.
Eccles. par.*1. *de Synod. cap.*9. *num.*4.

Et hac sententia fundatur optima ratione,
quia Canonici Ecclesiæ Cathedralis dicuntur
3 Fratres Episcopi * *Abb. in c. nouit de his, quæ
4 fiunt à Ptal.* & cum Episcopus sit caput Capi-
tuli, * membra non debent à capite separari
*cap.*1. *distinct.*12. *Felyn. in cap. Pastoralis nu.*10.
*de off. deleg. sanct. me. Greg. decis.*284. *nu.*2. *&* 3.
& ibi Adden. hinc consuluit *Menoch. cons.*51. *per
tot, & cons.*257. quod Vicarius non potest in-
5 terponi inter Episcopum, * & Capitulum,
ea ratione, quia inter Episcopum, & Ca-
nonicos nulla potest dari intermedia persona,
hoc prohibente iure naturali; ne membra sepa-
6 rentur à capite * per tex. clarum in *c. nouit de
de his, quæ fiunt à Prælat. sine consensu Capituli
Monach. in cap. Romana num.*9. *de sent. excom. in*
6. Quæ ratio est verissima, & quicquid sit an
applicetur, quando Vicarius interponitur inter
Episcopum, & Capitulum, certè bene applica-
tur, quando alius se vult interponere, vt in casu,
de quo agitur.

Et vltra prædictam iuris assistentiam Capi-
tulum Cathedralis iuuatur ex laudo lato de
anno 1513. per Archiepiscopum Alphonsum
de Aragonia postea etiam emologaro, in quo
die 24. Octobris omnimoda præcedentia de-
claratur pro Ecclesia S. Saluatoris, vt patet ibi,
*Ecclesiam Beatæ Mariæ de Pilari teneri, & obli-
gatam fore ad recognoscendum, habendum, & te-
nendum Ecclesiam Cathedralem S. Saluatoris in
matrem, superiorem, & Magistram, honorem, &
reuerentiam eidem (pro vt de iure tenetur, & obli-
gatur) præstando, &c.* Et rursus die 30. Nouem-
bris eiusdem anni assumendo alias pensiones
declaratur circa præcedentiam Prioris vtrius-
que Ecclesiæ in Choro Ecclesiæ S. Saluatoris,
& eius

& eius Processionibus seruandas esse sententias Sanctij, & Dalmatij Episcoporum, in alijs autem casibus extra illos, omninò præferri Priorem Cathedralis ibi *in alijs verò congregationibus, & actibus, & extra casus sententiarum Sanctij, & Dalmatij, tam Ecclesiasticis, quam sæcularibus, in quibus prædicti Priores suarum nomine dignitatum interuenerint, seu vocati fuerint: Prior sedis, tanquam maior, & prima dignitas post Pontificalem præcedat Priorem de Pilar, & honorabiliorem locum teneat &c.* & propterea cum agatur de Synodo, istud laudum fauet Capitulum Cathedralis S. Saluatoris, cum sententia Sanctij de anno 1221. & sententia Dalmatij de anno 1448. loquantur tantum de præcedentia in Choro, & processionibus, quando in certis festiuitatibus Ecclesia de Pilar ad processiones accedit, & propterea cum non
7 loquatur de synodo, * exceptuatio in laudo quoad contenta in dictis sententijs respectu synodi non suffragatur *Bart. in l. quæsitum §. denique ff. de fund. instruct. Alex. in l. fin. n. 4. ff. quod quis iur. Aretin cons. 30. num. 9.* & cum sententia Vicarij Archiepiscopi lata de anno 1535. contineat idem, quod continent sententiæ Sanctij, & Dalmatij circa illam non est immorandum.

Præterea subsequuta obseruantia laudum hoc comprobauit, cum tam in Comitijs Regni
8 Aragonum, * Cortes nuncupatis fuit datus dignior locus Capitulo S. Saluatoris, vt patet ex *decis. S. Me. Gregorij 284.* Quam etiam in concilijs Prouincialibus; ex actis enim anni 1565. apparet Priores Capituli Ecclesiæ S. Saluatoris primum locum tenuisse, vt constat ex notula extracta; prout etiam in Concilio Prouinciali nouissime celebrato de anno 1615. quæ obseruantia plurimi ponderis est, quia cum Capitulum S. Saluatoris habeat iuris assistentiam
9 pro se, vt dictum est * ista possessio extenditur ad omnes actus, in quibus Capitulum B. Mariæ de Pilar non habet specialem dispositionem ad sui fauorem *Oldr. cons. 287. num. 10. Aym. cons. 55. num. 1. vers. sed respondeo, & de antiquit. temp. p. 4. vers. licet primo n. 57. & seq. Rota dec. 17. n. 3. p. 2. diuers.*

Non aduersatur Constitutio synodalis de anno 1520. in qua per hæc verba disponitur. *In eisdem autem publicis sessionibus sedeant primo Abbates, & post eos promiscuè ad vtrumque latus nimirum Priores, Canonici, & alij in dignitate constituti Ecclesiæ nostræ Cathedralis, & B. Mariæ del Pilar ordine quo in Choro sedere, & in processionibus incedere consueuerunt.* Nam fuit responsum quod Archiepiscopus etiam in synodo non po-
10 tuit facere prædictam Constitutionem, * cum sit contra ius *c. cum inferior & c. super his, vbi Abb. num. 1. Felyn. num. 2. de maior. & obed. Anchar. cons. 13. num. 4. Calder. cons. 5. de constitut. Henriq. Bott. de synodo par. 3. art. 1. concl. 7. num. 26.* nec potest allegari præsumpta con-
11 firmatio Apostolica ex cursu temporis, * cum tempus non sufficiat, nisi adsit obseruantia, *Abb. in cap. Albericus sub num. 6. & Adden ad Felin. ibidem num. 3. de test. Alex. cons. 12. num. 7. & cons. 17. num. 9. lib. 4. & cons. 218, num. 10. lib. 6.* Quæ obseruantia tantum abest, quod adsit, vt potius constet de contraria iuxta laudũ Archiepiscopi Alphonsi de Aragonia de anno 1513. vt supra deduximus. Imo in dicto Concilio Prouinciali de anno 1565. post sententiam diffinitiuam fuit declaratum, Capitula Collegiatarum, & Monasteriorum non esse vocanda ad prædicta Concilia, non obstante, quod in dicta Constitutione contrarium fuerit dispositum, & in Concilio vltimo de anno 1615. fuit diffinitum non potuisse prædictam Constitutionem synodalem derogare iuri competenti Decano Ecclesiæ Cathedralis S. Saluatoris, nec ex eodem Constitutio Synodalis debet præsumi vsu recepta, ex quo reperiatur impressa inter alias Constitutio-
12 nes, * cum à sui principio detegatur vitiosa, *Rota decis. 775. num. 1. par. 1. diuers.*

Non refragatur mandatum concessum à Rota vsque de anno 1557. quia non agitur de ordine in Choro sedendi, aut in processionibus, in quibus terminis loquitur mandatum, Cumque Capitulum de Pilar non habeat assi-
13 stentiam iuris, * & sic titulum vniuersalem, possessio quoad reliqua non suffragatur, *Felyn. in c. auditis num. 10. & 19. Abb. num. 9. de præscript.* & fuit in simili resolutum in causa *Tolosana iurisdictionis 17. Decembris* 1617. *coram Reuerendiss. Attrebaten.* & in causa *Calcien. iuris conferendi 6. Martij 1617. coram R. P. D. meo Verospio,* & *coram me in causa Maioricen. Sacristiæ 18. Maij 1622. & in Cremonen. Canonicatus 9. Decembris 1624.* Nec allegatur quod in dicto mandato de manutenendo subdatur: *& alijs quibuscunque actibus,* quia sufficit respondere, quod postmodum dictum manda-
14 tum fuit declaratum, * & in declaratione non leguntur prædicta verba, *& alijs quibuscunque actibus;* sed declaratio est restricta ad chorum, & processiones solum, quia in illis tantum consistit de prædicta quasi possessione, vt in eadem declaratione dicitur, quæ facta fuit præuia propositione in Rota sub die 9. Decembris 1558. Vbi pro Ecclesia Cathedrali allegabatur, quod Ecclesia de Pilar non probabat quasi possessionem, nisi in duobus tantum actibus, & nihilominus Notarius expediuerat mandatum generaliter, quod Rota corrigendum mandauit, vt habetur adnotatum in libris *D. de Rubeis,* qui erat causæ Ponens, per hæc formalia verba: *Domini dixerunt mandatum esse corrigendum, vel reformandum quatenus opus sit, nec non, & declarandum quatenus non sit conforme dictis testium.* & ideo Ego volui, quod disputaretur particulariter de omnibus capitibus dicti mandati.

Nec releuant testes pro parte Capituli del Pilar examinati, & illud, quod dicitur hanc Ecclesiam antiquitus fuisse Cathedralem. Quicquid enim asserant testes, circa synodum nihil deponunt, & quod antiquitus Cathedralis prærogatiua gauderet, non adhuc liquet. Et tamen obtinuit remissoriam à Rota, vt suam intentionem probaret. Et licet etiam hoc probaretur non deberet inferri præiudicium Ecclesiæ, quæ hodie est Cathedralis, ex

ratio-

rationibus supra deductis, cum membra non sint à capite sciungenda.

Et ita conclusum vtraque parte informante &c.

Præsens decisio fuit confirmata die 22. Iunij sequentis.

HISPALEN. PRAEEMINENTIARVM.

Lunæ 16. Februarij 1626.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Gratia non remanet in suspenso per conditionem.*

2 *Cæremoniale non tollit consuetudinem immemorabilem.*

3 Antonius Maria Coratius *laudatur.*

4 *Ridiculum est allegare ea, quæ sæpius fuerunt reiecta.*

DECISIO MDCXX.

PEndente lite in Rota inter Canonicos, & Portionarios Ecclesiæ Hispalen. super eo, quod Canonici non tenerentur inseruire Portionarijs pro Diacono, & Subdiacono, superque alijs quibusdam prætensionibus, fuit concessa remissoria Portionarijs ad probandum, quod in omnibus sunt æquales Canonicis, qua pendente deuentum fuit ad concordiam, in qua Portionarij esserunt seruitium Diaconi, & Subdiaconi Canonicis prout in dicta concordia, pacto apposito, quod omnes antiquæ & consuetæ cæremoniæ Ecclesiæ continuentur, & obseruentur, quodque Summo Pontifici supplicaretur pro confirmatione, prout supplicatum fuit, sed quia in supplicatione fuerat dictum, quod fuit actum inter partes, vt dictę cœremoniæ seruarentur, dummodo non repugnent Ceremoniali Romano. Hinc orta est controuersia, an dicta concordia debeat exequi, & *Rota die 4. Iulij superioris anni* affirmatiue respondit ex rationibus ibi adductis, quæ hodie etiam placuerunt Dominis.

Nec exequutioni obstat, quod verum non sit fuisse actum inter partes, vt antiquæ cœremoniæ seruarentur dummodo Cæremoniali Romano non dissentiant, & improbatæ non sint, quia veritas est, quod perpensis cæremonijs antiquis nulla adest, quæ Romano Cæremoniali repugnet, vt in *eadem decisione* dicitur, quapropter ista conditio non debet impedire exequutionem concordiæ, cum enim sit de

1 actu præterito, * satis est, quod cæremoniæ illæ non sint improbatæ, ad hoc vt gratia non remaneat in suspenso *l. cum ad præsens ff. si cert. pet.* nec debuit allegari consuetudo immemorabilis, quia non fuit probata, sicque probaretur non deberet impedire exequutionem concordiæ, cum Cæremoniale non tollat con-

2 suetudinem immemorabilem, vt sæpe censuit *Congregatio Rituum, & Rota.*

Non obstat, quod aliquid videatur detrahi Portionarijs, qui cum sint Canonicis æquales in hoc stat præiudicium Portionariorum, cum Cæremoniale Romanum repugnet.

Nam fuit responsum, quod vt in *eadem decisione* dicitur ex remissoria, quam Domini viden-

3 dam tradiderunt probo, * & docto viro D. Antonio Mariæ Coratio, ne lis extincta per concordiam denuo reuiuisceret, ista æqualitas non fuit probata, & propterea licet aliquæ cæremoniæ vigore Cæremonialis sint faciendæ per Canonicos, non autem per Portionarios, non inde infertur aliquod præiudicium Portionariis, cum de illa æqualitate non constet, & visum fuit DD. ridiculum illam allegare, quæ sæ-

4 pius fuit reiecta, * vt consideratur in *dec.* & apparet ex *decisionibus Reuerendiss. D. mei Patriarchæ Antiocheni 416. & 506. p. 1. in rec.* quas sufficit inspicere ad hanc prætensionem reijciendam.

Ex quibus vtraque parte informante Domini perstiterunt in *resolutis die 4. Iulij superioris.*

HISPANIARVM MANDATI.

Lunæ 2. Martij 1626.

ARGVMENTVM.

Capitulum, cui non fuit simpliciter concessa facultas constituendi Procuratorem, sed in casibus dumtaxat expressis, non potest reuocare Procuratorem constitutum à Congregatione generali Cleri.

SVMMARIVM.

1 *Confessio partis superat omnem probationem.*

2 *Procurator constitutus à Congregatione generali Cleri non potest à Capitulo reuocari.*

3 *Concessa facultate constituendi Procuratorem in casibus duntaxat expressis non censetur data facultas reuocandi Procuratorem constitutum à mandante, & num. 11.*

4 *Habens mandatum ad id, quod est consequens non censetur habere mandatum ad id, quod est antecedens vbi ipsũ consequens sine antecedente commodè explicari potest.*

Contrarium, quando consequens non potest commode explicari num. 7.

5 *Habens mandatum ad exigendam pensionem non censetur habere mandatum ad locandum.*

6 *Mandati fines sunt diligenter custodiendi etiam circa omnes qualitates.*

8 *Mandata tanquam stricti iuris potius debent restringi, quam extendi.*

9 *Vicarius Episcopi habens potestatem recipiendi resignationes beneficiorum causa permutationis resignandorum non per hoc habet facultatem ip-*

sa

sa beneficia volentibus permutare, conferendi.
10 *Mandatum speciale requiritur in collatione beneficiorum.*
11 *In generali mandato non venit, vt quis possit retrahere quod per mandantem specialiter fuit statutum.*
13 *Alternatiua posita inter testamentum, & codicillos ab intestate relictos operatur, vt valeat primum iure testamenti si potest, si non iure codicillorum.*
14 *Capitulum non potest eligere Procuratorem durante electione facta à Congregatione generali Cleri, si ei solum fuit data facultas in casu quo Congregatio Generalis, cui prius fuit concessa facultas, dissolueretur.*

DECISIO MDCXXI.

FVit resolutum D. Aloysio de las Infantas dandum esse mandatum de manutenendo, ita vt sit standum in *decisis*, nam ex cōfessione Capituli, & Procuratorum ab eo constitutorum cōstat de illius possessione in exercitio Prioris Cleri, in reuocatione enim mandati facta per Capitulum Toletanum habentur hæc verba *ha beco y haze officio da tale agente general &c.* Et interpellatione facta à dictis Prioribus habetur *monet ipsum, vt amplius non tractet negotia dicti Cleri, & restituat scriptuñas ad hoc affectum pertinentes &c.* Et propterea cum confes-
1 sio partis superet omnem probationem * *l. cum te C. de transact.* non potest denegari manutentio ad vulg. *§. hodie instit. de interd.*

Quod autem sit standum in decisis Domini non dubitarunt, quia, cum dictus Aloisius fuerit constitutus Procurator à Congre-
2 gatione generali, * non potuit à Capitulo reuocari ex deductis in *dec.* in qua respondetur ad contraria. Sola igitur difficultas consistit in facultate, quam Capitulum prætendit, & propterea aut nititur facultate sibi à Clero concessa; aut authoritate, quam habet ex Breui S. m. Clementis VIII., & neutra suffragatur.

Non facultas, quam habet à Clero, illa enim continet hæc verba formalia *Si en este quinquennio, ò quando accettarar ò faltar. los dictos procuradores generales pro muerte, ausentica, ò alcuna otra causa la santa Inglesia de Toledo nombrarà en sù lugar otros Prebendadas.* Quare cum nō sit concessa simpliciter facultas cōsti-
3 tuendi Procuratorem, * sed in casibus duntaxat expressis, non inde sequitur, quod ex facultate constituendi Procuratorem sit data etiam facultas reuocandi Procuratorem constitutum à mandante; habens enim mandatum
4 ad id, quod est consequens * non censetur habere mandatum ad id, quod est antecedens, vbi ipsum consequens sine antecedente commodè explicari potest est *textus* notabilis in *l. 1. §. igitur proposito vers. quare si eum ff. de exercit. act.* vbi dicitur habentem mandatū ad
5 exigendum pensionem, * quæ est ipsius locationis consequens, non censeri habere mandatum ad rem locandam, quod est locationis antecedens, & hoc non est ex alio, nisi quia vnum sine altero commodè stare potest, vt ex se patet, quemadmodum in casu isto, in quo non est data facultas simpliciter constituendi Procuratorem, sed in quibusdam casibus ergo consequens, scilicet cōstitutio Procuratoris stare potest sine antecedentis reuocatione, cum mandatum sit restrictum ad prædictos casus,
6 & illius fines sunt diligenter seruandi * etiam circa omnes qualitates, & sic in hac facti specie in casibus, in quibus est data facultas constituendi Procuratorem *cap. cum venissent vbi Bald. de eo, qui mitt. in poss. & in cap. Pisanis in 3. notab. de restitut. spoliat. Ias. in l. transactio in princ. C. de transactione Dec. cons. 493 n. 9. vers. non solū Paris. cons. 47. n. 42. & 43. l. 1.*

Et quamuis ista conclusio non habeat locum, quando consequens commode non potest ex-
7 plicari sine antecedente * *l. finali in fine ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. l. 2. ff. de iurisd. omn. iud. cap. præterea de offic. deleg.* attamen cū in hoc casu facultas constituendi Procuratorem sit restricta ad quosdam casus, nec sit concessa simpliciter, sequitur, quod non intrat facultas Capituli, cū mādata sint stricti iu-
8 ris, * & in dubio potius restringi debeant, quā extendi *cap. si cui §. fin. de præb. in 6. Io. Andr. in cap. prudentiā in verb. circa de offi. deleg. Felin. in cap cum dilecta in prima ampl. n. 41. de rescript.*

Et prædicta omnia corroborantur ex *decisione prima de renunciatione in antiq.* vbi dicitur quod Vicarius Episcopi habens potestatem
9 recipiendi resignationem * beneficiorum causa permutationis resignandorum (quæ resignatio est ipsius permutationis præparatoriū) non propter hoc debet censeri habere facultatem ipsa beneficia volentibus permutare conferendi (quæ quidē collatio est ipsius permutationis explicatio) eo quia in collatione be-
10 neficiorum requiritur mandatum speciale * *c. fin. de off. vic. in 6. Felin. in c. cum dilectis nu. 23. vers. sicut etiam dicit de præscript. Staph. de lit. grat. tit. de var. mod. vacat. vers. quapropter retenta latè Roman. cons. 230. n. 5. & seq.* vbi contraria refellit; ita in proposito, cum mandatum sit datū ad constituendū Procuratorem in quibusdam
11 casibus, * & nullus ex prædictis euenerit, non potest extendi ad reuocationem Procuratoris, antea per mandantem constituti, vt pulchrè probat *Text. in l. si hominem 20. ff. mand.* in generali mandato non venit vt quis possit retractare, quod per mandantem specialiter fuit
12 statutum, * & sic cū Clerus constituerit Procuratorem D. Aloysium, nec euenerit aliquis casus, de quo in mandato Capituli, ideò in illo mandato in his terminis non comprehenditur facultas reuocandi D. Aloysium.

Aut verò Capitulum Toletanum nititur facultate concessa in Breui S. M. Clementis, & illa non suffragatur. Nam vltra responsionem datam in alia *decisione*, quæ placuit Dominis, est directū Congregationi Ecclesiarum Regnorum firmæ Castellæ, & Legionis in Oppido de Madrid cōgregata, vel alibi, & in illo datur facultas eligendi Procuratores comorari debentes pro negotijs apud hanc S. Sedem, & Sacrā Catholicam Maiestatem, & facultas per hæc verba conceditur *per vos, seu maiorem vestrum* par-

partem, aut generali Cõgregatione absolutæ per Ecclesiam Toletanã, & Commissarios à nobis deputatus, vel deputandus eligendum. Quamobrem cum ipsa Congregatio deputauerit Procuratorem, qui extat, & laudatur ab omnibus ferè Ecclesijs in suo munere vt in alia *decisione* deductum est, non est locus electioni per Capitulum Toletanum facienda; Illa enim alternatiua, *aut*, non electionẽ significat, sed ordinem, vt in simili habetur in *l. fin. C. de Codic.* & in *l. t. ff. eodem* & in *l. cum pater §. per ff. de leg. 2.*
13 vbi alternatiua posita inter testamentum, * & codicillos ab intestato relictos, quæ sunt incõpatibilia cum testamento est nota ordinis, & sensus, quod si valeat primum iure testamenti si potest, si nõ, iure codicillorum, sic in propo-
14 sito S.M. Clemens voluit, * Procuratorem cõstitui à Congregatione, & ea dissoluta à Capitulo Toletano, & sic implicatur, & non sunt compatibilia, quod Capitulum eligat, vbi Cõgregatio prius eligit. Quare durante, ac permanente ista electione, non est locus nouæ electioni, quia Capitulum non probat euenisse casum, in quo ei fuit data facultas *l. quibus diebus §. fin. ff. de condit. & demon. l. 1. ff. de literis quæ sub mod.*

Quodque ita fuerit interpretatum Breue, non est ambigendi locus ex deputatione facta per Cõgregationem generalem, in qua prædicto modo fuit data facultas Capitulo eligendi Procuratorem. Accedat ex abundanti, vt iam dictum est, & latè fuit in alia *decisione* deductum, quod ferè omnes Ecclesiæ laudarũt personam D. Aloysij etiam post istam reuocationem, quare resolutio ista in iure fundata maximæ etiam æquitati, & conuenientiæ innititur.

Et quibus quidquid dicẽdum sit circa prætensam administrationem Capituli Toletani, super qua informantes insistebant, satis est, quod circa Procuratorem constituendi facultas sit restricta in casibus prædictis, vt supra ponderatum est. Vnde non est insistendum super veritate facultatis administrandi, cum non sit præsentis inspectionis, ex quo in articulo, de quo agitur habemus claras dispositiones; Vnde meritò quicquid in contrarium opponatur, *Rota* resedit in *decis. facta Decembris superioris anni,* in qua etiam plenè respondetur obiectis, quæ hodiè repetuntur, & sublata videntur ex supradictis.

Et ita conclusum, &c.

MARSICANA PENSIONIS.

Veneris 2. Martij 1626

ARGVMENTVM.

Est speciale in materia pensionis, quod in possessorio retinendæ doceatur de titulo saltem ex supplicatione signata. Solutio facta ab administratore quando præiudicet Domino. Quasi possessio exigendi pensionem acquisita contra antecessorem an, & quando præiudicet successori.

SVMMARIVM.

1 *De supplicatione signata pensionis debet doceri etiam in possessorio retinendæ.*
2 *Libri Hospitalis Sancti Spiritus contra ipsum probant.*
Possessio exigendi pensionem probatur ex libris Hospitalis Sancti Spiritus contra eum num. 2.
3 *Administrator soluendo non præiudicat Domino.* Declara num. 4.
5 *Solutio pensionis facta à reseruatario fructum præiudicat titulari.*
6 *In continuanda possessione metitur ius ex parte possessoris.*
Possessio exigendi pensionẽ acquisita contra antecessorem suffragatur contra successorem num. 6.
7 *Declara procedere, quando successor impetrauit per obitum defuncti, aut ex resignatione; alias secus.*
8 Rot. in rec. decis. 599. num. 3. par. 2. *in quibus terminis loquatur.*

DECISIO MDCXXII.

Fvit resolutum Nicolao dandum esse mandatum de manutenendo in quasi possessione exigendi pensionem. Non controuertebatur enim reseruatio pensionis, de qua est speciale
1 in hac materia pensionis, * quod in possessorio retinendæ doceatur de titulo saltem ex supplicatione signata, nam possessio exigendi clare apparet ex libris Venerabilis Hospitalis Sancti
2 Spiritus, * qui contra ipsum Hospitale bene probant *Caputaq. dec. 756. p. 2.* & de his libris *Rot. dec. 287. numer. 1. p. 2. in recent.* & ideo non potest denegari manutentio *§. hodie Instit. de interdict.*

Non obstat, quod solutio fuerit facta ab Ad-
3 ministratore, * qui nõ potuit præiudicare Domino, & sic Hospitali *Rot. decis. 184. par. 1.* quia ille administrator nõ erat simplex admi-
4 nistrator nomine Hospitalis * sed Hospitale illi concesserat Prioratum in administrationem, vnde resultat libera administratio *c. 15. cui 42. de elect.* in 6. & de solutione facta à reseruata-
5 rio fructuũ, * quod præiudicet titulari fuit resolutum in causa *Sypontina, seu nullius pensionis 24. Ianuarij 1614. coram R.P.D. meo Pirovano,* quæ est *decisio 508. p. 2. in rec.*

Non obstat, quod non constet de solutione facta ab Hospitali, quia in continuanda pos-
6 sessione* metimur ius ex parte possessoris *Guidopap. dec. 629.* quam passim *Rota* seruata est.

Et licet diceretur, hoc esse verum, quando
7 successor impetrauit per obitum defuncti, * aut ex resignatione, alias secus *Rot. decis. 599. num. 3. par. 2. in rec.* hic autem Hospitale non habet per obitum defuncti, vel ex resignatio-
8 ne, quia Rota loquitur * quando antecessor non habet titulum legitimum, & quis obtineret

neret ex alia vacatione quod non est in hoc casu, nam & si Hospitale noluerit amplius concedere Prioratum, super quo est reseruata pensio in administratione, sed pro se retinere, nihilominus retinet per obitum illius, qui soluit pensionem. & ideo intrat regula, quod metimur Ius ex parte possessoris.

Et ita conclusum vtraque parte informante.

Præsens decisio fuit in parte confirmata die 11. Maij sequentis.

VITERBIEN. CASTRORVM.

Merc. 11. Martij 1626r

ARGVMENTVM.

Filius adeundo sine beneficio legis, & inuentarij hæreditatem patris, qui prelegauit rem ex fideicommisso auito eidem hæredi spectantem sibi præiudicat, & tenetur actione personali ad illius præstationem etiam si ignoraret fideicommissο: Pro legato, & fideicomisso particulari competit hypothecaria, & Saluianum in bonis, quæ à testatore transiuerunt in hæredem, quamuis titulo fideicommissi spectarent ad hæredem.

SVMMARIVM.

1 *Testator potest legare rem hæredis vti propriam.*
2 *Pro legato, seu particulari fideicomisso competit hypothecaria, & saluianum in bonis, quæ à testatore transiuerunt in hæredem, & num. 32. Amplia n. 27. & seqq.*
3 *Hæres per aditionem hæreditatis remanet obligatus actione personali ad præstationem legati, seu fideicommissi particularis. Amplia n. 8. 13. 15. 16. & 20. limita n. 25.*
4 *Dominium bonorum fideicomisso subiectorum transit ipso iure in fideicomissarium etiam ignorantem. Vide n. 27. limita n. 30.*
5 *Testator potest legando disponere de rebus hæredis, prout de proprijs.*
6 *Hæres adeundo hæreditatem simpliciter obligatur actione personali ex quasi contractu aditionis ad obseruantiam dispositionis testatoris factæ de re propria: Amplia num. 8. 13. 15. & 16. 20. limita n. 25.*
7 *Scientia iuris super quo quis sibi infert præiudicium requiritur ad effectum præiudicij. limita num. 8.*
9 *Dubius, & ignorans æquiparantur.*
Dubietas excludit scientiam n. 9.
10 *Hæres non potest bona ex institutione, & prælegato obuenta retinere, & dispositionem testatoris impugnare.*
11 Text. in l. de his ff. de transact. *habet locum in omnibus dispositionibus.*
12 *Habet locum in illis actibus, qui directè inferunt præiudicium non autem in ijs, in quibus præiudicium resultat de natura actus in necessarium consequentiam.*
14 *Ignorantia non excusat à pena legali.*
16 *Pupillus adeundo hæreditatem sine inuentario obligatur ad onera hæreditaria, licet in eo cadat ignorantia.*
17 *Hæres maior ignorans fideicommissum sibi debitum super re particulariter legata obligatur ad illius præstationem.*
Se.. us non excusat in ijs, quæ sunt inducta ad iuris rigorem conseruandum n. 17.
18 *Restitutio in integrum aduersus aditionem hæreditatis simpliciter necessaria est vbi conuenit enormis læsio, & alia requisita.*
19 *Aditionis hæreditatis actum faciens censetur voluisse se obligare legibus de illo actu loquentibus etiam quod ignoret.*
21 *Titulus hæreditarius sui natura indicatur lucratiuus etiam si ex illo resultet damnum.*
22 *Ignorantia non excusat, dum damnum incipit à lucro, & n. 24.*
23 *Scire, & scire debere quando sit idem.*
24 Ruin. cons. 117. num. 21. lib. 2. *in quibus terminis loquatur.*
25 Menoch. cons. 707. *in quibus terminis loquatur.*
26 *In filio præsumitur ignorantia testamenti.*
Alciat. cons. 33. num. 23. lib. 9. *quid firmet num. 26.*
Soc. cons. 18. lib. 4. *in quibus terminis loquatur. num. 26.*
28 *Hypotheca in bonis hæredis non datur pro legato. Dominium rei legatæ quod transit in legatarium est nudum, & tamquam non quæsitum n. 28.*
29 *Dominium autem verum remanet in hæreditate testatoris vsquequo sit adita hæreditas, & agnitum legatum.*
30 *Hæres adeundo hæreditatem testatoris cum acceptatione prælegati, in quo fuit dispositum de bonis ad ipsum ex fideicommisso alteri ii pertinentibus sibi præiudicat Amplia n. 33.*
31 *Fideicommissarius adeundo hæreditatem hæredis grauati non capit fideicommissum à fideicommittente, sed bona de grauato transeunt in ipsum fideicomissarium.*
33 *Hæres non potest variando circa titulum adeundi tollere ius quæsitum tertio per priorem aditionem. Amplia vt ibi.*

DECISIO MDCXXIII.

Cum Georgius de Sancta Cruce instituisset hæredes vniuersales Honuphrium, & Paulum eius filios, & Honuphrio prælegasset bona, quæ pro magna parte erant sibi debita post mortem patris ex fideicommisso auito, super quibus illum grauauit onere particularis fideicommissi ad fauorem primogeniti de familia, & Honuphrius adiuerit hæreditatem patrnam sine beneficio inuentarij, *Rota sub die 7. Aprilis 1617. coram bo. me. Cardinali Sacrato* resoluit, vt in *dec. 11. in fasciculo decis. in hac causa impress. num. 4.* potuisse grauari in illis bonis proprijs, cum Testator legare possit

1 rem hæredis * vt propriam *l. vnum ex familia §. si rem ff. de legat. 1. §. non solum Instit. eod. tit.* & in his terminis *Decian. cons. 57. num. 9. & 22.*

& 22. lib. 1. cum alijs in *d. decis.* allegatis, &
abunde fuit etiam deductum in *decis. facta co-
ram me* 10. *May* 1624. Pro quo legato seu par-
2 ticulari fideicommisso * fuit per quatuor re-
solutiones nempe *sub die* 11. *Martij* 1622. *in d.
fasciculo decis.* 17. *num.* 6. *&* 11. *sub die* 10. *Iu-
nij* 1622. *decis.* 18. *num.* 15. *sub die* 12. *Iunij*
1623. *decis.* 19. *num.* 27. *& d. decis.* 10. *Maij*
1624. *coram me* firmatum competere hipothe-
cariam, & Salutanum, cum per aditionem hæ-
reditatis Honuphrius remanserit obligatus
3 actione personali ad illius præstationem, * &
ex persona Georgij vltimi domini, & possesso-
ris stante dicta aditione bona ista transiuissent
in eundem Honuphrium hæredem, itaut in-
tret hypotheca legalis ex dispositione *l. primæ
C. comm. de leg.* vt patet ex *DD.* cumulatis in *d.
decis,* 10. *Maij* 1624. *sub num.* 16. in qua vltra
opinionem *Rotæ*, enumerantur vltra 21. *DD.*
hanc opinionem secuti, sed quia in alia huius
causæ propositione dicebatur, Honuphrium
de tempore aditæ hæreditatis ignorasse fidei-
commissum auitum, & propterea sibi ex dicta
aditione minime præiudicasse in acceptatione
oneris adiecti in prælegato, & consequenter
nec dari hypothecariam, quæ non datur in
bonis hæredis, prout prætendebatur, quod es-
4 sent ista; cum dominium bonorum ipso Iure *
transiuisset in eum etiam ignorantem mortuo
patre ex d. fideicommisso Auito *l. cum pater §.
surdo ff. de legat.* 2. propterea *in d. decis.* 10. *May*
1624. fuit reseruatum vt videretur, An dicta
scientia esset necessaria ad vtrumque effectum.
Vnde suppositis *decisionibus*, in quibus fuit fir-
matum non requiri scientiam ad effectum va-
liditatis aditionis, & quod legatum supradi-
ctum ad fauorem primogeniti de familia per
Georgium factum, sit particulare, dedi du-
bium; An requiratur scientia Honuphrii de
fideicommisso auito in aditione hæreditatis pa-
tris ad effectum præiudicii, & hipothecæ lega-
lis, itaut sit standum, vel recedendum à *decisis*.
& ter proposita causa, tandem fuit resolutum
non requiri scientiam ad effectum præiudicij,
& hypothecæ legalis, & sic standum in *de-
cisis*.

Quantum enim ad præiudicium certa est
5 iuris conclusio, quod cum Testator posset *
legando disponere de rebus hæredis prout de
proprijs, hæres adeundo hæreditatem simpli-
citer sine beneficio inuentarij obligatur actio-
6 ne personali * ex quasi contractu dictæ aditio-
nis ad obseruantiam dictæ dispositionis Testa-
toris factæ de re propria, cui minime contra-
uenire potest *Tiber. Decian. d. cons.* 57. *n.* 22.
& seqq. Soccin. iunior, qui loquitur in eo, qui
fuit hæres, & prælegatarius *cons.* 107. *num.* 51.
cum pluribus seqq. lib. 3. *Roland. cons.* 30. *n.* 29.
cum seqq. lib. 4. *Alba cons.* 73. *in dub. Menoch.
cons.* 89. *nu.* 29. *cum pluribus seqq. lib.* 1. *Phanunc.
de Inuent. par.* 7. *num.* 137. *&* 138. *Surd. cons.*
108. *num.* 30. *&* 31. qui alios cumulat.

Et quamuis regulariter ad effectum præiu-
dicij requiratur scientia iuris, super quo in-
7 fert quis sibi præiudicium, * tamen id non
8 procedit in præiudicio resultante ex aditione *
hæreditatis sine beneficio Inuentarij vbi lega-
tum, seu fideicommissum est particulare *l. fin.
in princ. vers. sin autem dubius C. de Iure deliber.*
iuncto *text. in Auth. de hæred. & falcid. §. si ve-
rò non fecerit Soccin. Iun. d. cons.* 57. *num.* 58.
considerans id multo magis procedere in præ-
iudicio resultante ex dispositione Testatoris
facta in eodem Testamento, ex quo hæredita-
tem adiuit, si enim hæres, qui est dubius adeun-
do hæreditatem sine Inuentario sibi præiudi-
cat, & tenetur de proprio ad fauorem legata-
riorum particularium, sequitur, quod non re-
quiritur scientia: cum dubietas excludat scien-
9 tiam; dubius enim, * & ignorans æquiparan-
tur prout ex *d. §. sin autem dubius* arguit *Ias.
l.* 1. *num.* 25. *ff. de cond. indeb.* quia repugnat,
quod Honuphrius sit hæres Georgii patris, &
bona sibi obuenta ex institutione, & prælega-
10 to retineat, * & emolumentum sentiat, & ta-
men eiusdem dispositionem impugnet, vt pro-
bat *Text. in l. cum pater ff. de leg.* 2. & facit re-
gula ex eo *de reg. Iur. in* 6.

Non obstat, quod videatur necessaria scien-
tia ex *l. de his ff. de transact.* quia videtur habe-
11 re locum in omnibus dispositionibus * ex addu-
ctis per *Menoch. in cons.* 707. *cum simil.* quia fuit
responsum illum *Textum* procedere in illis acti-
12 bus, qui directè inferunt præiudicium, * non
autem in iis, in quibus præiudicium resultat de
natura actus in necessariam consequentiam, vt
fuit responsum in *decis.* 1. *Feb.* 1619. *coram Card.
Sacrato decis.* 13. *num.* 19. *&* 11. *Martij* 1622.
decis. 17. *coram me num.* 10. vt deducitur ex *Text.
in §. si verò non fecerit auth. de hæred. & falcid.
ibi, sed dabit pœnam ei exactio suæ malignitatis
cum transcenderit leges ex quibus cautè omnia
agens nihil poterat damnificari*, & propterea
in *l. finali C. de Iure delib.* iuncta *d. Auth.* ob
suspicionem subtractionis bonorum contra hæ-
13 redem * non conficientem inuentarium quasi
in pœnam præsumpti criminis occultationis
bonorum fuit inducta hæc obligatio, quod
teneatur ignoranter etiam de proprio. quia
lex præsumit æqualem compensationem ex re
hæreditaria potuisse deducere, & propterea ista
est pœna legalis, à qua non excusat ignoran-
14 tia * *Bald. cons.* 67. *lib.* 4. *Angel. l.* 1. *§. stipu-
latu num.* 5. *ff. si cui plusquam per legem falcidiam
Alex. in rubr. ff. de acq. hæred. num* 6. *vers. item
lex præsumit Natt. cons.* 199. *num.* 12. *Rota p.* 1.
recent. decis. 301. *num.* 23.

Prout etiam ignorantia non excusat, quia
vel sciebat, vel scire debebat, quod non con-
15 ficiendo Inuentarium tenebatur subire pœnã, *
vt ex proprio posset astringi ad seruandam vo-
luntatem Georgij patris, vt considerat *Paris.
cons.* 2. *num.* 29. *& seqq. lib.* 3. *qui num.* 40. *pon-
derat Tex. in l. si duo ff. de acq. hæred.* vbi quod
in istis terminis paria sunt scire, & scire debe-
re, & quamuis ista videatur quædam tacita
renunciatio proprij iuris competentis ex fidei-
commisso eidem Honuphrio, tamen vt dictum
est, non prouenit principaliter, sed in conse-
quentiam ex natura actus ipsius aditionis sine
inuentario, & in pœnam non conficientis il-
lud, ideò pupillus adeundo hæreditatem sine

In-

16 Inuentario, * licet in eo cadat ignorantia; ta-
men obligatur ad onera hæreditaria , ergo
ignorantia non attenditur §. *pupillus Auth. de
hæred. & falcid. Menoch. d. conſ. 89. num. 39.
Phanuc. de Inuent. p. 2. num. 20. & 24.* aſſignans
rationem, quod in his, quæ ſunt inducta ad Iu-
17 ris rigorem conſeruandum ſexus non excuſat,
ergò multo magis maior ignorans * fideicom-
miſſum ſibi debitum ſuper re particulariter le-
gata obligatur ad illius præſtationem, & pro-
18 pterea neceſſaria eſt reſtitutio , * vbi concur-
rent enormis læſio , & alia requiſita pro illa
obtinenda *Phanuc. vbi ſupra cum alijs per Odd. de
reſtit. q. 62. num 13. & 133. Rota coram Gregorio
deciſ. 181.*

Qui enim facit actum aditionis cenſetur vo-
luiſſe ſe obligare legibus de illo actu loquenti-
19 bus * etiam quod ignoret *Bald. d. l. ſi duo
num. 1. Caſtrenſ. num. 2. Aretin. num. 1. Cuman.
num. 2. Surd. conſ. 198. num. 10. & 11. lib. 2.*
Et iſta eſt ignorantia iuris ſi negatur ignorari
effectum reſultantem ex aditione hæreditatis
20 ſine inuentario , * quæ ſicuti obligat ad ſolu-
tionem ſolidi legati de proprio relicti à teſta-
tore ita , & obligat ad non petendum legatum
ſibi debitum , ex qua obligatione conſecutiua
reſultat potius illius non acquiſitio, quam re-
nunciatio , cum id fiat in lumine acquiſitionis
veri dominij , & propterea tenent *DD. in d. l.
ſi duo* , quod cum titulus hæreditarius ſui na-
21 tura iudicetur lucratiuus, * etiamſi ex illo re-
ſultet damnum , tamen quando damnum in-
22 cipit à lucro ignorantia non excuſat, * vt poſt
gloſ. ibi *verbo ſcire Bartol. in princ. Paul. de Caſtr.
num. 3.* qui bene id declarat *Cuman. numer. 2.
verſ. à lucro Imol. num. 2. & 3. Aretin. num. 3.
ſuper gloſ. in verbo ſcire*; Vnde non licet arguere
ab expreſſa repudiatione , vel renunciatione ,
qua pro eorum fundamento requirunt ſcien-
tiam iuris delati à tacita reſultante ex actu
poſitiuo , qui ſui natura ignorantem obligat,
quia tunc intrat ſupradicta regula, quod ſci-
23 re , * & ſcire debere eſt idem , prout etiam
in iſtis terminis probat *Roman. infra allegan-
dus.*

Neque contrarium dicit *Ruin. conſ. 117. nu-
mer. 21. lib. 2.* quia non loquitur in eo, qui adi-
24 uit hæreditatem , * vt expreſſe ſe declarat, ſed
in agnitione fideicommiſſi vniuerſalis , quod
multum differt à caſu , de quo agitur , vbi ver-
ſamur in eo , qui fuit hæres , & adeundo hæ-
reditatem agnouit dictũ fideicommiſſum par-
ticulare continens etiam bona propria Geor-
gij , quæ agnitio incipit à lucro , merito obli-
gatur ſine ſcientia ex ſupradictis: Prout nec of-
25 ficiunt deducta * per *Menoch. d. conſ. 707.* quia
loquitur de aditione inualida ob defectum
ſcientiæ , quod non eſt in iſto caſu , & præſup-
pouit , quod in caſu ſuo ageretur de hæredita-
te multum oneroſa *Phanuc. vero de inuent. p. 7.
num. 139.* in ſubſtantia videtur velle hæredem,
qui fuit Honuphrius , teneri probare ignoran-
tiam , vnde non applicatur , & dictum ſuum ,
nec ratione , nec auctoritate probat cum *Al-
ciat. conſ. 33. num. 23. lib. 9.* dicat ſolum, quod
26 in filio præſumitur ignorantia teſtamenti, * &
Soccin. conſ. 18. lib. 4. loquatur de approba-
tione teſtamenti, & legati non viſo teſtamento
& quicquid dicant *Ruin. Menoch. & Phanuc.*
viſæ ſunt DD. magis præponderare rationes
ſupra deductæ , quam auctoritates dictorum
Doctorum.

Quo vero ad effectum hypothecæ legatis
minus requiritur ſcientia , enim iſta non eſſent
bona Honuphrij hæredis , ſed Georgij teſta-
toris tempore teſtamenti, cuius hæreditatem
ipſe non repudiauit , prout tunc illa acquiſiuiſ-
ſet ex fideicommiſſo auito , ſed illam adeundo
vt ſupra fuit dictum , bona iſta accepit ex te-
ſtamento patris , & ſic de Georgio tranſiue-
runt in Honuphrium , quod licet ignoranter
fecerit, tamen ſufficit ad illum effectum, quod
27 non agnouerit fideicommiſſum Auitum, *
quæ cognitio eſt neceſſaria, vt acquiratur ve-
rum dominium , & irreuocabiliter *Ferdinand.
Vaſquez. p. 2. de ſucceſſ. progreſſ. in præfatio. lib. 1.
num. 98. verſ. ſimilimum eſt lib. 3. §. 27. nu. 5.
conſ. 25. Socin. iun. lib. 1. num. 407. cum ſeqq. de
legat. 1. Surd. conſ. 300. num. 16. nouiſſimè Peregr.
conſ. 86. num. 26. lib. 6.*

Non poteſt igitur dici, quod ſtatim mortuo
Georgio iſta eſſent bona Honuphrij ex fidei-
commiſſo auito , non agnito , ſed ignorato ,
itaut obſtet *d. l. 1. commun. de legat.* in ea parte
dum prohibet dari hypothecam in bonis hæ-
28 redis , * cum dominium rei legatæ quod tran-
ſit in legatarium ignorantem, ſit nudum , &
tanquam non quæſitum , vt inquit *gloſ. in l. ſi
quis ita hæreditatem in verb. acquiri ff. condit.
inſtit.* Nam huic motiuo fuit pleniſſimè ſatisfa-
ctum *in deciſ. facta 11. Maij 1624. num. 37. cum
ſeqq.* nihilominus ex abundanti fuit reſpon-
ſum , quod dominium verum remanet in
29 hæreditate teſtatoris * vſquequo ſit adita
hæreditas , & agnitum legatum , per quam
aditionem tantum abeſt , quod Honu-
phrius acquiſiuit illud dominium , vt immo
adeundo ipſemet hæreditatem Georgij cum
30 acceptatione dicti prælegati , * vt ſupra fuit
dictum, illa habuit ex teſtamento patris, quan-
do enim fideicommiſſarius adiuit hæredita-
31 tem hæredis grauati, * tunc non capit fidei-
commiſſum à fideicommittente , ſed bona de
grauato tranſeunt in ipſum fideicommiſſarium
vt eleganter declarat *Ruin. conſ. 113. num. 6.
lib. 2.* aſſignans rationem quod per iſtam adi-
tionem actiones reales , & perſonales confun-
duntur, & propterea de teſtatore grauato tran-
ſeunt in ipſum fideicommiſſarium hæredem
grauati *Menoch. conſ. 89. num. 153. lib. 1. Alba.
conſ. 17. in princ. Afflict. deciſ. 237. numer. 3.
vſque ad fin. Theſaur. lib. 3. quæſt. forenſ. cap. 44.
num. 3. Vincent. Franc. deciſ. 80. num. 5. & 6.
Gratian. lib. 2. diſcept. cap. 204. num. 26. cum
ſeqq.* & ſi aliqua actio forſan non confunditur
remanet inefficax ad agendum, quod eſt idem
*Alba. conſ. 247. num. 13. & conſ. 365. numer. 3.
Menoch. conſ. 89. nu. 153. Vinc. Franc. d. deciſ. 80.
num. 7.*

Cum igitur totum id proueniat ex illa adi-
tione hæreditatis , quæ vt ſupra fuit dictum ,
obligat Honuphrium ignorantem , ſequitur ,

quod ista non erant bona Honuphrij ex fideicommisso Auito non agnito, sed de Georgio testatore transiuerunt in Honuphrium eius hæredem, vt per *Rum. vbi supra*, & ideo intret altera pars *d. l. prima*, quæ concedit hypothe-
32 cam in bonis, * quæ à testatore transiuerunt in hæredem,& licet dudum postea Honuphrius agnouerit fideicommissum, tamen quidquid sit, An ista posterior agnitio potuerit sibi pro-
33 desse, * nihilominus non sustulit effectum iam causatum ex præcedenti aditione hæreditatis Georgij,quamuis ignoranter facta,quia semel hæres non potest desinere esse hæres, & post acceptatam hæreditatem paternam, & prælegatum habens onus fideicommissi particularis, ex qua aditione, & acceptatione fuit acquisita actio personalis, & hypothecaria vocatis ex dicto fideicommisso non potuit variare, & tollere ius quæsitum eisdem fideicommissarijs per aditionem hæreditatis *l. fin ff. de pactis*, & benè in proposito *Roman. conf.* 125. *numer.* 1. *&* 2. vbi ad id ponderat *Tex. supra alleg. in l. si duo ff. de acquir. hæred.* & propterea concludit non obstante ignorantia sibi præiudicasse, dum adiuit hæreditatem ex vno modo succedendi *Socin. Iun. conf.* 122. *nu.* 9. *& seqq. & num.* 16. *lib.* 1. *Molin. de primogenit. lib.* 2. *cap.*4. *num.*37.

Ad alia non fuit responsum,quia sunt sublata ex alijs *decisionibus*, & sic vtraque parte informante fuit decisum &c.

CREMONEN. CANONICATVS.

Mercurij 11. *Martij* 1625.

ARGVMENTVM.

Obtinens commissionem iactationis, & iactationum cum clausula *quam*, *& quas* quando dicatur actor, & quando reus, & quæ sententia isto casu sit ferenda.

SVMMARIVM.

1 *Clausula* perinde ac si N. commissione vsus esset *apposita in rescripto operatur, quoad effectum iuris, vt idem N. sit vsus commissione, eaque sit effecta communis.*

2 *Sententia absolutoria datur tantummodo reo, & possessori.*

3 *Intentans iudicium iactationis, & iactationum est reus, non actor postquam ostendit molestationes. limita n.* 9. *&* 11. *&* 13.

4 *Molestationes probantur ex eo, quod pars aduersa comparauit in iudicio.*

5 *Sententia absolutoria potest dari possessori, dum pars nihil probauit etiam si agatur de materia beneficiali, & gratiam non iustificauerit.*

6 *Sententiam absolutoriam non potest obtinere is, qui intentauit iudicium iactationis, & iactationum, dum non est possessor.*

7 *Nec sententiam adiudicatoriam vtendo beneficio clausulæ, quam & quas quando non constet de illius bono iure.*

8 *Vigore clausulæ* quam & quas *apposita in commissione iactationis, & iactationum effecta communi potest possessor,contra quem fuit obtenta,petere absolutoriam, & num.* 14.

10 *Clausula* quam & quas *apposita in commissione non immutat naturam iudicij.*

12 *Reus, contra quem fuit obtenta commissio effecta communis si vtendo clausula* quam & quas *in ea apposita, reconueniat eum, qui commissionem impetrauit, efficitur actor.*

DECISIO MDCXXIV.

IOannes Paulus obtinuit commissionem iactationis, & iactationum, hoc est intentauit remedium *l. diffamari C. de ingen. & manum.* contra Io. Baptistam obtinuit aliam commissionem mihi directam, in qua fuit rescriptum; vt procederem perinde ac si Io. Paulus dicta com-
1 missione fuisset vsus, * illaque esset effecta communis. Quare cum dictio *perinde ac si* operetur quoad effectum iuris, vt Ioannes sit vsus dicta commissione, & illa sit effecta communis *l.* 1. *C. de error. aduoc. Decian. conf.* 116. *n.* 19. *lib.*1. ideo potest Io. Baptista ea vti.

Stante hac facti serie, dubitaui an Io. Baptistæ possessori dari possit absolutoria, & prima facie videbatur dicendū quod non, quia so-
2 let tantummodo dari reo, * & possessori *l. qui accusare C. de eden.* & Io. Baptista non est reus, sed actor, cum Ioannes Paulus commiserit causam iactationis postquam ostenderit mole-
3 stationes, * fit reus, non actor *Couarr. var. lib.* 1. *cap.*18. *num.*2. *vers. illud satis, & num.*3.
4 *& seqq.* & molestationes satis ostendit, * ex quo Ioannes Baptista comparuerit in iudicio *Couar. ibidem.*

His tamen non obstantibus fuit resolutum Io. Baptistæ absolutoriam posse dari,quia cum
5 ipse possideat, * & Io. Paulus nihil probauerit, potest tanquam possessor petere absolutionem, etiam quod agatur de materia beneficiali, & gratiam non iustificauerit *Rota decis.* 7. *de except. in antiq. Bisign. decis. eod. tit. Rota decis.* 6. *de re iud. in antiq. & decis.* 1. *&* 2. *in nou. Gemin. conf.* 38. *in princ. & conf.* 91. *&* 92. *in princ.* vbi de communi *Anchar. conf.* 233. *in princ.*

Non obstat motiuum in contrarium adductum, quia prædicta regulariter sunt vera, sed non officiunt in casu, de quo agitur, in quo ipse Ioannes Paulus non potest obtinere abso-
6 lutionem tanquam possessor, * cum non sit talis, neque adiudicatoriam vtendo beneficio
7 clausulæ *quam, & quas,* * cum non constet de illius iure, imo constet de non iure illius ex *decisionibus in hac causa factis*, vt bene in puncto *Rot. decis.* 801. *par.* 1. & propterea cum commissio sit effecta communis vigore prædictæ clausulæ, sicuti Io. Paulus cum ista clausula posset agere contra Io. Baptistam possessorem,
8 * ita Io. Baptista eadem potest se iuuare, & tanquam possessor petere absolutoriam *Rot. decis.* 254. *num.* 1. *par.* 1. Nam si Ioannes Paulus

lus vellet vti hac clausula petendo adiudicato-
9 riam, censetur actor,* vt fuit in puncto resolutum in causa *Siracusana quarta* 16. *Nouembris* 1588. *coram bo. me. Episcopo Perusino*.

Neque obstat, quod clausula *quam*, *& quas*
10 non immutet naturam Iudicij, * *Rot. dec.* 34. *vbi adden. de restr.* sed non applicatur ad rem prædictam. Si enim Io. Paulus vellet stare in puris terminis iactationis, est reus, si vellet
11 vti clausula *quam*, *& quas* efficeretur actor, * sicuti si quis commisisset causam contra Tirium cum clausula *quam*, *& quas* postquam com-
12 missio esset effecta communis, si * Titius reus vellet vti clausula illa reconueniendo, vel aliquid petendo in illo iudicio, tunc efficeretur actor, vt optime per *Seraph. decis.* 1327. *nu.* 2. & propterea sicuti si Ioannes Paulus vellet agere ex illa clausula contra possessorem pe-
13 tendo sibi beneficium adiudicari, * quod fuerit commissa causa iactationum efficeretur actor, & Ioannes Baptista reus ex supradictis, ita Io. Baptista vtendo dicta clausula *quam*, *& quas*, & docendo de sua possessione
14 * potest petere absolutoriam *Rot. decis.* 254. *num.* 1. *p.* 1. *diuers.*

Et ita vna parte informante conclusum &c.

CRACOVIEN PLEBANIAE.

Veneris 13. *Martij* 1626.

ARGVMEMTVM.

Possessio instrumentalis alio non possidente suffragatur ad omnes effectus, itaut etiam sufficiat ad obtinendam manutentionem in gradu restitutionis in integrum.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum facit probationem probatam.*
Possessio probatur ex instrumento adeptionis, num. 1.
2 *Possessio instrumentalis suffragatur ad omnes effectus, cum alius non possidet.*
3 *Sententia nulla non priuat quem sua possessione.*
4 *Manutentio non potest peti aduersus sententiam in iudicatum transactam.*
5 *Causa non remanet deserta ob non prorogationem fatalium, quando id processit potius ex ignorantia, quam ex voluntate.*
6 *Manutentio potest peti in gradu restitutionis in integrum.*

DECISIO MDCXXV.

FVit resolutum Ioanni dandum esse mandatum de manutenendo, quia de eius possessione constat ex instrumento adeptionis, quod facit
1 probationem probatam, * & illa possessio quāuis instrumentalis suffragatur ad omnes iuris
2 effectus, cum alius non possideret * *Rota decis.* 202. *&* 506. *par.* 1. *&* 602. *par.* 2. *& coram me in causa Camplen. beneficij* 28. *Decembris* 1600. *& in Brixien. Cappellaniæ* 12. *Martij* 1601.

Non obstat, quod Ioannes fuerit per Iudicem priuatus, quia cum sententia fuerit nulla,
3 vt patet ex *decisione* in hac causa facta ipsum non priuauit * sua possessione *Abb. in c. conquerente num.* 8. *de restit. spol. Greg. decis.* 96. *num.* 5. *& decis* 69. *num.* 3. & fuit dictum in causa *Leodien. beneficij sancti Martini* 3. *Iunij* 1624. *coram Merlino*.

Non obstat, quod sententia transiuerit in iudicatum, & ideo Ioannes censeatur acquieuisse sententiæ, itaut non possit petere manutentio-
4 nem, vt in causa *Camerinen. pensionis relata in decis.* 662. *in fin. par.* 1. *in recent. coram Gipsio*.
5 Quia fuit responsum, Ioannem appellasse, & accessisse ad Curiam, vt causam prosequeretur,* & licet dum hic esset, non prorogauerit fatalia, claré constat hæc fecisse ex ignorantia, non quia voluerit causam deserere.

Hocque suadet, tum quia iste est forensis Polonus, tum quia frustra accessisset ad Curiam, vt in simili declarando dictam *decisionem* dixit *Rot. in Anconitana Florum* 4. *Martij* 1622. *coram R.P.D. Buratto*, & propterea cum in hoc casu ex circumstantijs dictæ sententiæ non ac-
6 quieuerit, sed commiserit causam restitutionis in integrum,* poterat petere manutentionem, vt dicitur in dicta *Anconitana Florum*.

Et ita conclusum.

Præsens decisio fuit confirmata die 26. *Iunij sequentis.*

PERVSINA SEV ROMANA SOCIETATIS.

Lunæ 16. *Martij* 1626.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Clausula* refectis expensis hactenus factis Auditor procedat cum facultatibus A. C. etiam executiuè arbitrio Rotæ *soletapponi*.
2 *Arbitrium intelligitur prout de iure.*
3 *Clausula* refectis expensis, *dat iurisdictionem conditionalem, qua non competit ante solutionem.*

DECISIO MDCXXVI.

POstquam Rota censuit de causis restitutionis in integrum ad fauorem Vrbani contra Cicciarellum, eidemque mandatum de manutenendo concessit, prædictus Cicciarellus obtinuit rescribi, quod *refectis per ipsū expensis hactenus fa-*
1 *ctis* * *Auditor procedat cum facultatibus A. C. ac etiam executiuè arbitrio Rotæ.*

Informantes pro Cicciarello dicebant, arbitrium cadere nedum super processu executiuo, sed

fed etiam super refectione expeusarum, sed cõtrarium censuerunt Domini ex tenore rescripti, quod duas videtur habere partes. Prima est, quod reficiantur expensæ. Secunda est, quod Anditor procedat cum facultatibus A.C. etiam executiuè, & non simpliciter, sed arbitrio Rotæ, & meritò, quia erat vulnerata via executiua, cnm fuerit resolutum ad fauorem Vrbani constare de causis restitutionis in integrum, & propterea cum clausula *arbitrio* stet consecutiuè, & qualificatiuè ad verba *etiam executiue*, ad alia non debet extendi *l. fin. §. Titia vbi Bart. ff. de lib. leg. Falin. in c. causam quæ limit. 3. & 4. de rescript. Capic. dec. 108. num. 12.*

Sed dato fine veri præiudicio, quod clausula
arbitrio referetur etiam ad expensas, nihilomi-
nus non intrat arbitrium, nam cum expensæ
in hoc iudicio debeant refici, & constet senten-
tiam fuisse iniustam, non est locus arbitrio, *
2 quod intelligitur prout de iure, & ideo dixerũt
Domini, quod antequam procedatur in causa
Cicciarellus reficiat expensas, quia alias Rota
non habet iurisdictionem, clausula enim *refectis*
3 *expensis* dat iurisdictionem conditionalè, *quæ
non cõpetit ante solutionẽ *Paris. cons. 180. n. 15.
lib. 4. Put. decis. 114. in fin. & dec. 419. lib. 1.
in nou.*

Et ita conclusnm vtraque parte informante, &c.

ALERIEN. PENSIONIS.

Ven. 20. Martij 1626.

ARGVMENTVM.

Translatio pensionis facta in Bigamum ad hoc vt valeat, quæ dispensatio requiratur.

SVMMARIVM.

1 *De translatione valida pensionis apparet, dum constat de voluntate Papæ, & transferentis, ac clericatu translatarij.*
2 *Pensione motu proprio Papa reseruata, ac per 30. annos exacta non requiritur vlterior iustificatio.*
3 *Bigamus remanet exutus omni priuilegio Clericali.*
4 *Intellige quod non fuerit deletus caracter Clericatus, sed solum nudatus omni priuilegio elericatus.*
5 *Papa vocans Bigamum Clericum censetur illum vocasse ratione charatteris, non autem quod eo tanquam Bigamus posset vti.*
6 *Dispensatio obtenta à Bigamo remouet omne impedimentum pro capacitate pensionis. Decl. num. 8.*
7 Abb. *distinctio* in cap. 1. num. 5. de sponsal. *non admittitur.*
8 *In dispensatione obtenta à Bigamo ad effectum capacitatis pensionis non requiritur derrogatio* cap. 1. de Bigam. in 6.
9 *Pensionis, quæ non confertur in titulum de iure communi etiam mere laici sunt capaces, & numer. 13.*
10 *Licet de stylo curia solum Clericis reseruetur.*
11 *Dispensatio concessa Bigamo retinendi pensionem est minor dispensatione super derogatione* cap. 1. de Bigam. in 6. & num. 14.
12 *Pensio quæ non datur in titulum, sed pro alimentis est quid temporale.*
15 *Concilijs generalibus debet specifice derogari.*
16 *Et sufficienter censetur derogatum ex eo quod Papa derogauit Concilijs generalibus.*
17 *In dispensatione obtenta super vna re non debet fieri mentio alterius dispensationis super alia re omnino diuersa.*
18 *Dispensatio prima non tollitur nec confunditur à secunda.*

DECISIO MDCXXVII.

FÆl. rec. Gregorius XIV. motu proprio Kal.
Augusti anni 1591. reseruauit pensionem sc.
1000. super fructibus mensæ Episcopalis Ale-
rien. ad fauorem bo. me. Cardinalis Sauli, qua
S. M. Gregorius XV. anni 1621. ab Incarna-
tione scilicet nonis Martij, hoc est à Natiuita-
te anno 1622. Pontificatus sui anno 2. trans-
tulit in D. Antonium eiusdem Cardinalis
familiarem, qui præstitit d. translationi consen-
sum. Quare dubitaui, an constaret de valida
translatione, & Domini affirmatiue responde-
1 runt, cum constet de voluntate Papæ, * & Car-
dinalis, & de clericatu D. Antonij ex litteris pa-
tentibus, nec alia iustificatio est necessaria,
cum pensio translata fuerit reseruata motu
2 proprio, * ac etiam per 30. annos fuerit exa-
cta *S. m. Greg. dec. 57.* vbi *Adden. Rota dec. 122.
num. 5. par. 1. rec.*

Non obstat, quod pensio fuit translata in
D. Antonium tanquam Clericum ibi *dilecto fi-
lio &c. Clerico coniugato*, & tamen cum esset
3 Bigamus erat exutus * omni priuilegio Cleri-
cali *cap. 1. de Bigam. in 6.* quia licet hoc sit ve-
rum, non ideò fuit deletus character Clerica-
4 tus, * sed solum nudatus omni priuilegio Cle-
ricatus *Butr. in cap. cum Ioannes num. 18. Imol.
num. 18. in fine de Cleric. coniug.*, & fuit dictum
in causa *Veronen. Pensionis 27. Februarij* 1600.
coram bo. me. Cardinal. Lancell. & in *Cæsaraugu-
stana Pensionis 1. Iulij 1611. coram S. M. Gregorio,*
& in alia *Cæsaraugustana Pẽsionis 18. Iunij* 1610.
coram bo. me. Cardinali Lancellotto, & propterea
cum Papa vocet illum Clericum censetur il-
5 lum vocare ratione characteris, * non autem
quod eo tanquam Bigamus posset vti, obstan-
te dispositione *cap. 1. de Bigam. in 6.* maximè
quia Papa fecit dictam translationem dispen-
sando etiam super Bigamia, super qua etiam
ab eodem Summo Pontifice per prius obtinue-
rat dispensationem videlicet 22. Octobris
1621. à Natiuitate anno 1. sui Pontificatus, quę
6 quidem dispensatio substulit * omne impedi-
mentum ad effectum capacitatis Pensionis *Co-
uarr. de matrim. 2. par. cap. 6. §. 9. num. 1. vers. dis-
pensare post med.* ibi *Nos vero passim dispensare
pro soluere dicimus*, & *num. 2. vers. dispensat ve-*

ro

ro Suarez de leg.lib.6.cap.11. num.1. ad fin. vers. frequentius vero Sanch.de matrim. lib 8. disputat. 1.num.1.vers dispensare.

Neque obstat, quod Papa non derogauerit
in specie *Concilio generali Lugdunen.* de quo in
dicto *cap.1.de Bigam. in 6.* quam esse Constitu-
tionem generalem non est ambigendum, cum
7 Rota non admittant distinctionem * *Abb. in
cap.1.num. 5.de sponsal.* de Constitutione Papæ
in Concilio, aut de Constitutione ipsius Con-
cilij, vt in *dec.123. par.1.div.* nam fuit respon-
sum, quod D. Antonius non prætendit, se
fuisse restitutum ad priuilegium Clericatus,
quo casu fuit necessaria derogatio dicti *Con-
cilij generalis,* sed solum fuisse factum capacem
8 Pensionis, ad quem effectum non fuit opus,
quod esset restitutus ad priuilegium Clerica-
9 tus, cum inspecto iure communi, * si pensio
non conferatur in titulum, etiam merè layci
sunt capaces *Gig.de pens.quæst.21.* licet de sty-
10 lo Curiæ solum Clericis reseruatur * idem *Gig.
quæst.22 num.14.*

Et ista solutio non est spernenda, quia mi-
nus est, quod Papa concesserit dispensatio-
nem, vt non obstante bigamia posset retinere
11 pensionem, quam quod voluerit derogare
super dispositis in dicto *cap.1.de Bigam. in 6.*
& ratio est, quia concedere, vt non obstante
bigamia esset capax pensionis est solum dis-
pensare super stylo Curiæ, quando enim pen-
12 sio non datur in titulum, * sed pro alimentis
est quid temporale *Capic.dec.200.Sarnen. super
Reg.de infirm.quæst.16.num.4. & seq.* cuius etiā
13 laicus est capax * vt supra dictum est, dis-
pensare autem aduersus disposita in d.*cap.1.*
& sic aduersus bigamiam est dispensare super
14 defectu Sacramenti, in quo fundatur biga-
mia *Suarez.de cens.disput.49.sect.6. num.2.* quæ
dispensatio est difficilior; quam dispensatio
super crimine *Io. de Montagn. de Bigamia quæst.
7.num.19.*

Secundo fuit responsum, quod quatenus
fuisset opus derogatione dicti Concilij, prout
specificè derogari debet Concilijs generali-
15 bus * *cap.ex parte de Capell.Monac.Felyn.in cap.
nonnulli num.2.de constit.de rescript. Archidiac. in
cap.1.vers.noscatur num.2. de constit. in 6.* Papa
censetur sufficienter derogasse, ex quo dero-
16 gauit Concilijs generalibus * *Prob.ad Monach.
in cap. in una num. 24. de consuetud. in 6. Dec.
cons.341. numer.10.Couarr.in Epitom.ad sponsal.
par.2.cap.8.§.9.num.7.vers.quibus ego addo Garz.
de benefic.par.4.cap.5.num.38.& seq.*

Non obstat, quod in d. dispensatione non
fuerit facta mentio de alia dispensatione ob-
tenta à S.M. Paulo V. super impedimento af-
finitatis in primo gradu, quia de ea non erat
17 facienda mentio, cum esset super re omnino
diuersa *Abb.in cap.veniens 19.num.13. & 14. de
præscript. Ancharan. cons.131. in fin.* cum alijs
per Sanch.de matrim.lib.8.disput.22. numer.5. &
quatenus illud impedimentum affinitatis æge-
ret dispensatione ad hunc effectum, quod om-
nino negatur, satis adest dispensatio in litte-
ris translationis, in quibus etiam dispensatur
super bigamia, quæ etiam quod non suffraga-
retur, nihilominus suffragatur prima dispen
18 satio, * quæ nec tollitur, nec confunditur
ab ista secunda *Bart.in cap. fin.num.2.de prepo-
sit. Agen.in reb.dubb. Abb in cap. cum olim il 1. n.
17.de priuil. Rip.in cap.1.nu.48.in 1. & 2. Ampl.
de præscript.Dec.in l.1oto iure num. 20.de reg. iur.
Caputaqu.dec. 300.num.2.par. 1.dec.377.num 1.
par.2.Cresc dec.15.de priuil.* ad effectum validi-
tatis dispensationis super affinitate quatenus
fuisset necessaria non fuit opus mentione dis-
pensationis super bigamia, cum dispensatio
esset super re diuersa.

Quæ dicebantur circa interesse Illustrissimi
D.mei Cardinalis Burghesij non sunt præsentis
inspectionis, quia hodie cum eo non agitur,
sed cum titulari.

Et ita conclusum &c.

ADIACEN. BENEFICII.

Lunæ 23. Martij 1626.

ARGVMENTVM.

Valor per non excessum non probatur ex testibus, de quibus in decisione, nec ex arrendamentis etiam geminatis.

SVMMARIVM.

1 *Valor per non excessum non probatur ex testibus deponentibus prout ibi.*
2 *Locatio non probat valorem.*
Arrendamenta non probant valorem num. 2.
3 *Amplia etiam si sint geminata.*
4 *Valoris probatio debet percutere tempus gratiæ alioquin non suffragatur.*

DECISIO MDCXXVIII.

MVlta deducebantur contra gratiam *si neutri,*
ob quæ Domini non fuerūt concordes, in
eo autem conuenerunt, quod non sit iustifica-
ta quoad valorem, nam cum fuerit expressum
1 non excedere *ducatos* 100. auri * de Camera,
probatio sufficiens non affertur, cum primus
testis non deponat per non excessum; secundus
vero dicit *che non passa la somma di sc.* 160. ò
175. nec constat, de quibus scutis loquatur,
tertius verò deponit, quod excedit summam
scut. 200. & instrumentum locationis non po-
2 test opitulari in hoc casu, cum certum sit *
arrendamenta non probare valorem *Cassad.
decis. 20. num. 2. super regula* etiam quod sint
3 geminata * *Sarnen. in reg. de valore quæstione
vltima in fine,* & fuit dictum in causa *Oppeden.
pensionis 2. Iunij 1585. coram bo. me. Cardinale
Pamphilio.*

Neque potest fieri vis in testibus examinatis
pro parte seminarij, quia quicquid dicant illi
4 testes, sufficit, quod non percutiant tempus *
gratiæ *si neutri,* de quo tempore est proban-
dus valor *Oldrad. cons. 58. numer. 1. & 168.*

num.

num. 2. Rota decis. 10. de concess. praeben. in antiq. Felin. in cap. ad aures num. 17. de rescript. Caput. decis. 320. p. 3. Cotta decis. 283. Seraph. dec. 1470. num. 1.

Et ita conclusum vtraque parte informante.

VRBINATEN. BENEFICII.

Lunae 23. Martij 1626.

ARGVMENTVM.

Ad validitatem Gratiae *si neutri* nedum est probandum, quod beneficium vacet, & & neutri ius competat, sed etiam est iustificanda lis, & quidem de tempore datae litterarum. Nec ad hunc effectum sufficit impetratio cõmissionis, nisi etiam fuerit executa, & reproducta citatio.

SVMMARIVM.

1 *Gratia* si neutri *habet duas conditiones nempe quod beneficium vacet, & neutri ius competat.*
2 *Ad validitatem gratiae* si neutri *est iustificanda lis, & quidem de tempore datae litterarum, quia sine ea est tanquam piscis sine aqua num. 9.*
3 *Commissio non valet litteris non expeditis. Vide num. 6.*
4 *Gratia* si neutri *non suffragatur cessante iurisdictione Iudicis.*
5 *Litterarum Apostolicarum appellatione veniunt Breuia. Dec. num. 6.*
7 *Lis ad effectum validitatis gratiae* si neutri *non dicitur inducta per impetrationem commissionis, si solum eadem die, qua fuit impetrata gratia, fuit etiam decretata citatio. Amplia num. 9.*
8 *Commissio de per se non inducit litem, sed requiritur citatio & illius reproductio.*
10 *Citationis reproductio est necessaria ad inducendam litem respectu rei.*
11 *Lis super possessorio adipiscendae non facit beneficium litigiosum.*

DECISIO MDCXXIX.

Domini recesserunt à *decisione facta 5. Decembris praeteriti*, & resoluerunt gratiam *si neutri* non esse iustificatam, quae licet habeat duas
1 conditiones, vt scilicet beneficium vacet, * & neutri ius competat, prout Rota seruat, & videre est per *decis. alleg. per Garz. de benef. par. 6. cap. 22. nu. 211.* est etiam iustificandum
2 quoad litem * quia sine illa, vt dici solet, est tanquam piscis sine aqua. *Rebuff. in prax. cit. de rescript. si neutri nu. 15. Mandos. in prax. Signat. grat. tit. si neutri, & in Reg. de ann. q. 28. vers. praeterea Caputaquen. decis. 34. & 42. & per alleg. per Garz. ibid.*

In hoc autem casu ex duplici capite deficit lis; primo quia commissio fuit impetrata litteris non expeditis, & ideo obstat *Reg. Cancellariae*
3 quod nõ valeat cõmissio * litteris nõ expeditis, quapropter gratia *si neutri* non potest suffraga-
4 ri * cum cesset iurisdictio *Mandos. super de Reg.* quam legit *sub num. 81. q. 15. num. 2. vers. contrarium Rebuf. loco sup. cit. num. 12. Veral. decis. 162. p. 2.*

Non obstat, quod fuerat expeditum Breue de capienda possessione nomine Camerae, quod videtur sufficere, cum litterarum Apostolica-
5 rum * appellatione veniant Breuia *Put decis. 23. de fid. Instr. Mandos. super hoc regul. q. 1. col. pen. vers. contraria opinio, & Reg. 27. num. 8.* nam fuit responsum quod obiectum procederet
6 si super gratia fuisset expeditum Breue * prout loquitur *Mandos.* sed cum fuisset expeditum Breue de capien. possessione nomine Camerae per talem expeditionem non satisfit Regulae, quae loquitur de litteris expeditis super beneficio.

Secundo ex alio capite defecit lis, quia eadẽ die qua fuit decretata citatio eadẽ die fuit impetrata gratia *si neutri* videlicet 7. mensis Nouẽ-
7 bris, * neq; potest suffragari, quod commissio per prius esset impetrata, quia cõmissio non inducit litem aduersus illum, contra quem impetratur,
8 sed requiritur vlterius citatio, * & reproductio ipsius citationis *Clem. fin. & ibi DD. vt lit. pend. Rot. decis. 4. in fin. eodem tit. in antiq. Dec. cons 460. num. 28. decis. 4. num. 1. vt lit. pend. S. D. Greg. XV. decis. 94. num. 2.* & praefata adeo vera sunt, vt respiciatur lis de tempore datae litterarum gratiae *si neutri*, vt si tunc esset
9 citatio executa * & non reproducta, & post datam gratiae reproducta sit non suffragatur, cum
10 reproductio sit necessaria ad inducendã litem * respectu rei, vt fuit resolutum in causa *Legionen. Parochialis 16. May 1603. coram Illustrissimo Attrebaten.*

Non obstat lis, quae pendebat in partibus, & postea coram A. C. quia vt fuit dictum in *vl-*
11 *tima decisione* erat in possessorio adipiscendae * quae propterea non facit beneficium litigiosum *Cassad. decis. 4. vt lit. pend.*

Quoad aliqua deducta pro Hieronymo scilicet non probari ius suum DD. habuerunt difficultatem, nam quicquid dicendum esset circa existentiam iurispatronatus, pertinentia non probatur, quod est necessarium.

Et ita conclusum vtraque parte informante &c.

BVRGEN. EXPENSARVM.

Veneris 27. Martij 1626.

ARGVMENTVM.

Quotiescunque materia articulata est calumniosa, & inuerisimilis denegatur remissoria.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Decimæ debentur Capitulo habenti pro se immemorabilem canonizatam per litteras Apostolicas.*
2 *Remissoria denegatur dum materia articulata est calumniosa, & inuerisimilis.*
3 *Immemorabilis non solutionis decimarum tollitur per immemorabilem contrariã canonizatam per litteras Apostolicas.*
4 *Obseruantia interpretatiua non intrat, vbi verba sunt clara.*
5 *Immemorabilis non datur vbi constat de initio.*

DECISIO MDCXXX.

Fuerat resolutum, & per sententiam Rotalem confirmatum, quod Monasterium della Vid tenebatur soluere per decimas Capitulo Burgen. expensas necessarias nuncupatas pro duobus præstimoniis vnitis, quæ vocant *de Matalndos, & de Villa Diego*, quia Capitulum habet
1 immemorabilem pro se canonizatam * in litteris Martini Quinti, quæ non sunt restricta ad personas Cathedralis prout prætendebatur, sed generaliter loquitur, excipiendo solum in Cathedrali beneficia illorum, qui per sex menses residentiam fecerint, vt fuit consideratum in *vltima decisione coram me.*

Ad euitanda prædicta fuit petita remissoria, & ad probandum, quod ab immemorabili tempore prædictæ decimæ non fuerunt solutæ nisi à præbendatis Ecclesiæ Burgen. præstimonia obtinentibus, non autem ab aliis, & hoc in pœnam, & mulctã eorundem præbendatorum residentiam personalem, ad quam tenebatur non facientium, vtq; probaretur consuetudinem soluendi dictas decimas fuisse introductum ex legitima causa, vt augeantur distributiones, quæ erant adeò tenues, vt spernerentur, ac demum prætendebatur probare decimas ab immemorabili tempore non fuisse solutas de præstimoniis Monasterio de la Vid vnitis, ex quibus deducebarur releuantia, ex qua remissoria petebatur.

Domini tamen concluserunt remissoriam esse denegandam, quia in substantia releuantia probationis reducitur ad id, quod ab immemorabili tempore decimæ non fuerint solutæ, nisi à præbendatis Ecclesiæ Burgen. nec ab immemorabili fuit soluta decima ab Ecclesijs Monasterio vnitis. Hæc petitio visa fuit valdè
2 calumniosa, * & inuerisimilis, quare non est danda remissoria, vt alias de calumnia sæpissimè dixit *Rota* & præsertim in *Caurien. iurisdictionis 26. Februarij 1587. coram Robusterio*, & de inuerisimili *decis. 23. de testibus in antiquis.* Vehemens autem calumnia, & inuerisimilitudo satis deducitur, quia immemorabilis enunciatur ad
3 fauorem * Capituli in litteris Martini Quinti, & sic videtur exclusa immemorabilis exaduerso prætensa, cum semper deficiat probatio illa, quod nihil in contrarium fuit auditum. Atgunnt præterea inuerisimilitudinem, & calumniam verba priuilegij Martini Quinti, quæ
4 adeo clara sunt * sicuti ex duabus *decisionibus Rotalibus* constat, vt cesset omnis etiam obseruantia interpretatiua *Castr. in l. heres palam §. quid ff. de test. ment. Aretin. cons. 115. num. 2. Sarnen. in reg. de infr. quæsit. non tollen. quæst. 5. num. 7. & seq.* & fuit resolutum in causa *Toletana Decimarum 22. Maij 1592. coram bo: mo. Cardinali Arigonio.*

Valde etiam calumniosa, ac inuerisimilis videtur illa probatio, qua prætenditur, quod de vnitis Monasterio ab immemorabili tempore non fuit soluta decima, cum vnio, de qua agitur fuerit facta per Paulum Tertium; Vnde non potest dari immemorabilis, cum constet de ini-
5 tio, * eoque magis, quia, vt fuit consideratum in *decisionibus* in hac causa factis. Vnio censetur facta sine præiudicio habentium iura super beneficio, & propterea cum immemorabilis sit improbabilis etiam inde quoque probatio redatur inuerisimilis, & valdè calumniosa, ideò fuit vtraque parte informante denegata remissoria.

Et ita conclusum, &c.

PERVSINA DE ALPHANIS.

Veneris 27. Martij 1626.

ARGVMENTVM.

Tunc trebellianica censetur prohibita, quando in dispositione testatoris adsunt verba denotantia omnium bonorum restitutionem, quia sufficiunt verba æquipollentia, nec est necessaria expressa prohibitio. Trebellianica per prohibitionem alienationis quando censeatur prohibita.

SVMMARIVM.

1 *Trebellianica potest prohiberi filijs primi gradus.*
2 *Trebellianica ad hoc vt dicatur prohibita filijs, non sufficit prohibitio tacita, sed requiritur expressa.*
3 *Contrarium, quod imo sufficiant verba æquipollentia, quæ significent prohibitionem Trebellianica nec possint ad aliud referri.*
4 Rot. in rec. decis. 155. part. 2. *in quibus terminis loquatur.*
Trebellianica censetur prohibita per prohibitionem alienationis etiam in parte minima num. 4. Decl. num. 10.
Rot. coram Ludouis. 421. *in quibus terminis loquatur num. 5.*
Rot. in rec. decis. 259. par. 2. *in quibus terminis loquatur num. 5.*
5 *Trebellianica censetur prohibita ex quo testator mandauit bona pleno iure restitui, vel adsunt alia verba denotantia restitutionem omnium bonorum.*
6 *Ias.* conf. 84. n. 27. & ibi Adden. in verbo Trebellian. vol primo *in quibus terminis loquatur.*
Gabr. de Trebellianic. conclus. prima nu-

numer. 18. in quibus terminis loquatur num. 6.

Mantic. decis. 340. *in quibus terminis loquatur num. 6.*

7 *Trebellianica non censetur prohibita per prohibitionem alienationis ad certum tempus.*

8 *Trebellianica non censetur prohibita ex eo quod testator mandauit in casum delicti bona sine diminutione applicari ad alios.*

Trebellianicæ prohibitio facta in vno casu, vel vni personæ non censetur facta in altero casu, vel alteri personæ num. 8.

9 *Trebellianica per prohibitionem alienationis tunc dicitur prohibita, quando prohibitio adiungitur substitutis, secus si solum hæredi grauato.*

10 *Prohibitio alienationis debet esse realis ad hoc vt per eam censeatur prohibita Trebellianica.*

DECISIO MDCXXXI.

AGebatur in disputatione huius dubij, an
Trebellianica censeretur prohibita filijs pri-
mi gradus, certum est enim receptissimam es-
1 se sententiam, quod possit prohiberi * ex de-
ductis per *Intrigliol. de substit. cent. 3. quæst. 71.*
num. 93. cui etiam sententiæ pluries assensit
Rota, vt videre est *in dec. S. M. Gregorij 421.*
num. 11, & ibi Adden. in litera D. & apud *Man-*
tic. dec. 340. sed dicebatur non fuisse prohibi-
tam, quia cum agatur de prohibitione facien-
2 da filijs non sufficit tacita, * sed requiritur ex-
pressa *Curt. Iun. cons. 54. num. 14. in fine, &*
num. 15. Bero. cons. 79. num. 44. post med. vers.
& posito, & cons. 91. num. 12. in fine lib. 2. Ga-
br. de Trebell. concl. 1. num. 18. Petr. de fideico-
miss. quæst. 55. num. 191. vers. nihil Intrigliol. d.
cent. 3. quæst. 71. num. 94. Decian. respon. 69.
num. 19 lib. 4. Odd. de fideicomm. quæst. 35. num.
49. & 51. Caball. cons 116. num. 5. lib. 2. Hoc
motiuum simpliciter sumptum, cum sit con-
tra *decisiones Rotales* nullatenus placuit DD. quia
3 sufficiunt verba æquipollentia, * vt per *Gabriel.*
de Trebell. concl. 3. dummodo verba significent
prohibitionem Trebellianicæ, nec possint ad
aliud referri *Rota decis. 67. num. 2. part. 1. in*
rec. & fuit dictum in causa *Viterbien. fideicom-*
missi 11. Ianuarij 1606. coram Reuerendissimo D.
meo Patriarcha Antiocheno, & decisiones, quæ im-
pugnabantur verè loquuntur in istis terminis,
illa enim in causa *Fulginaten. fideicommissi 5. De-*
4 *cembris 1605. coram me*, * quæ est *dec. 155. par.*
2. in rec. loquitur in casu, quo erat prohibita
alienatio, etiam in parte minima. Alia in *Ci-*
uitatis Castelli fideicommissi 17. Iunij 1609 coram
5 *S. M. Gregorio*, * quæ est *dec. 421. & par. 2. in*
rec. 259. loquitur, quando nedum adsunt verba
pleno iure, sed etiam alia denotantia testato-
rem voluisse omnia bona restitui, in quibus
etiam terminis loquitur *Ias.* in contrarium al-
6 legatus * *in cons. 84. num. 27. & ibi Adden. in*
verbo Trebellianica vol. 1. & *Gabr. de Trebellian.*
concl. 1. num. 18. verè habet hunc sensum, &
in istis terminis procedit quoque *dec. Card.*
Mantic. quamobrem firmandum est secundum
opinionem *Rotæ*, Trebellianicam nedum posse
prohiberi filijs primi gradus, sed non esse opus
quod expresse prohibetur, & sufficere quod
prohibeatur per æquipollens.

In hoc autem casu nō adest talis prohibitio,
quæ suffragetur, illa namque restricta est vsque
7 ad ætatem 30. annorum, * quod clarissimè patet
ex eo, quod reliquit administrationem vxori,
donec Baldassar, & fratres peruenerint ad æta-
tem 30. annorum, & in casu, quo vxor decede-
ret, aut transiret ad secundas nuptias reliquit
certos Commissarios, & voluit, quod Baldas-
sar, & fratres non possent alienare, nec vltra
certam summam fideiubere sine consensu
matris, aut Commissariorum.

Vndè per necesse cum ista stent consequuti-
uè ad primam dispositionem non excedunt de-
metam 30. annorum *Dec. cons. 65. Rota dec. 303.*
num. 2. par. 1. in rec. quare cum clare constet,
hanc prohibitionem fuisse factam vsque ad
certum tempus, & sic ad certum effectum,
non concurrunt illa requisita, de quibus su-
pra, ità vt dici possit Trebellianicam censeri
prohibitam, & in puncto de prohibitione a-
lienationis facta ad tempus dicit *Bero. cons. 79.*
num. 45. vers. item loquitur lib. 2.

Neque obstat, quod in casum delicti volue-
rit, bona applicari sine diminutione ad alios,
quia ex hoc non potest inferri ad simplicem
8 prohibitionem * Trebellianicæ, cum regula sit,
quod prohibitio Trebellianicæ facta in vno ca-
su vel vni personæ non censeatur facta in al-
tero casu vel alteri personæ *Rip. in l. Centurio n.*
132. ff. de Vulg. & Pupill. Peregr. de fideicom. art.
3. num 122. & fuit resolutum in causa *Rom. he-*
reditatis del Conte coram Illustrissimo D. meo
Cardinali Sancti Eusebij, & benè ad propositum
Farinac. cons. 159. num. 7. & seq. lib 2. qui alios
allegat. Vlterius fuit consideratum, quod
hæc prohibitio fuit facta Baldassari, & fratri-
bus, non autem alijs; vndè Trebellanica
9 non censetur prohibita, * quia tunc demum di-
citur prohibita, quando prohibitio adiungitur
substitutis, illi enim dicuntur alienare, cum
permittant hæredi grauato vel eius hæredibus
fieri detractionem *Franc. Aret. cons. 19. num. 10.*
Alciat. cons. 113. num. 85. & seq. Pereg. cons. 68.
num. 4. lib. 2. Mantu. de Coniect. lib. 7. titulo 12. nu.
20. in princ. & nu. 21. quæ eo magis procedunt,
quoniam nec prædicta prohibitio alienationis
10 est restricta vt latè per *Fusar. quæst. 685.* * nec
est realis prout loquitur *text.* ex quo deduci-
tur, quod ex prohibitione alienationis cense-
tur prohibita Trebellanica in *Auth. vt sponsal.*
largit. §. si quando vbi *si quis Testamentum faciat,*
& aliquam rem immobilem suæ familiæ, aut alte-
ri cuicunque personæ nomine legati reliquerit, &
specialiter dixerit nullo tempore hanc rem alienare
&c & in *Auth. sed & in ea C. ad l. falcid.* dicitur,
sed & in ea re cessat falcidia, quæ ita relicta est, nè
alienetur, sed remaneat apud successores eius; cui
relicta est, satis patet, quod prædicta iura
loquuntur de prohibitione alienationis con-
cepta in rem, & sic intelligitur à DD. quos
refert *Peregr. de fideicomm. art. 3. num. 91. vers. 2.*
limitant.

Et ita vtraque parte informante conclusum.

FER-

FERRARIEN. CANONICATVS.

Lunæ 30. Martij 1626.

ARGVMENTVM.

Prouisio Canonicatus vacantis per obitum familiaris Cardinalis viuentis, absentis tamen a Curia tanquam reseruati spectat ad Papam, non autem ad Cardinalem Episcopum, quamuis habeat indultum amplissimis verbis conceptum: Hac occasione examinantur *Regula 3. 4. 32. & 33. Cancellariæ.*

SVMMARIVM.

1 *Canonicatus dicitur electiuus dum electio spectat ad Capitulum, & confirmatio ab Episcopum.*
2 Regula 33. Cancellariæ *fauet Cardinali Ordinario collatori. Contrarium num. 23.*
3 *Amplia etiam si ad ipsum solummodò spectet confirmatio.*
4 Regula 33. *qua loquitur etiam de beneficijs spectantibus ad prouisionem Cardinalium, comprehendit etiam confirmationem.*
5 *Et fauet etiam Capitulo ratione communionis.*
6 *Viam retinet is, qui habet fundum communem cum pupillo, licet vterque non vtatur.*
7 *Indultum concessum Ordinario Collatori suffragatur etiam Capitulo, quando ad ipsum spectat electio, confirmatio verò ad Episcopum.*
8 Regula 33. *non suffragatur Cardinali Ordinario Collatori, cui non suffragatur indultum.*
9 Regula 3. *comprehendit etiam beneficia, quæ spectant ad Collationem Cardinalis Ordinarij Collatoris.*
10 *Cardinales comprehenduntur sub* Regulis Cancellariæ, *nisi ratio Regulæ illos comprahendat, vel alias sint exceptuati. Vide ibi.*
11 *In indultis antiquis concedebatur facultas Ordinarys conferendi beneficia vacantia per obitum familiarium Cardinalium.*
12 *Licentia, seu facultas est collatio libertatis concessa ei, qui eam non habet ex seipso.*
13 *Licentia, seu facultas præsupponit prohibitionem.*
14 Regula 4. *non reseruat beneficia, quæ vacant per obitum Cardinalium familiarium Papæ.*
15 Regula 4. *comprehendit beneficia vacantia per obitum familiarium Cardinalium, ad hoc vt Papa de consensu Cardinalium Patronorum si sunt præsentes in Curia prouideat, & num. 19. & numer. 33.*
16 *Amplia etiam si Ordinarius Collator sit Cardinalis, & num. 28. & 34.*
17 Regula 33. *non modificat* Regulam quartam.
18 Regula 33. *fuit ædita ad tollendas dissensiones inter Cardinalem Ordinarium Collatorem, & Cardinalem Patronum per cuius familiaris obitum beneficium vacauit ad tollendam reseruationem* Regulæ quartæ *& num. 20. & 25.*
20 Regula 33. *operatur solum quando Cardinalis Ordinarius Collator habet indultum, quod sufficit, nec dicatur superflua num. 37.*
21 Regula 32. *requirit consensum Cardinalis Patroni.*
22 Regula 33. *nihil disponit, sed præsupponit, & examinantur ibi eius verba, & num. 28.*
23 Aeneas de Falcon. de reseru. quæst. 23. effect. 17. vers. sextum est, *quod firmet, & num. 27.* Sarn. in Regul. de impetr. benef. vac. per obit. famil. Card. quæst. 19. *reprobatur, & declaratur num. 23. & 26.*
Votum Robusterij, & Seraphini *reprobatur, & declaratur num. 23. & 27.*
24 *Collatio beneficij vacantis per obitum familiaris Cardinalis, & siti in Ecclesia, vel Diœcesi alterius Cardinalis ad illum spectat non ad Patronum.*
25 *Contrarium hodie procedit.*
Regula 33. *non aderat temporibus Sixti IV. & Innocentij VIII. num. 25. sed solum tunc aderat* Regula 4. *& 32. & num. 28.*
28 Regula 32. *comprehendit Cardinales Ordinarios Collatores.*
29 Regula 4. *comprehendit Cardinalem Ordinarium Collatorem, & num. 31.*
30 *Concessio præsupponit priuationem.*
31 Regulæ Cancellariæ, *de quibus ibi, non tollunt reseruationem, sed solum aperiunt viam conferendi reseruata ratione familiaritatis, ac si talia non forent.*
32 Regula 32. *fuit declarata, & quid importet declaratio vide ibi.*
33 *Beneficia vacantia per obitum familiarium Cardinalium, siue in Curia, siue extra Curiam etiam si ad alterius Cardinalis collationem pertinere deberent sunt reseruata Papæ.*
34 *Itaut in prouisionibus talium beneficiorum super expeditionibus litterarum, illius Cardinalis, cuius familiaris defunctus existit consensus requiri omnino debeat.*
Amplia etiam si Cardinalis Ordinarius Collator habeat indultum amplissimis verbis conceptum num. 38. & 42.
35 Regula 33. *fuit moderata, & reducta.*
36 Regulæ Cancellariæ *censentur innouatæ per Summos Pontifices cum conditionibus inflatis per antecedentes Constitutiones.*
39 *Verbum* ad vnguem *præcisum est, & habet vim, & effectum clausulæ derrogatoriæ.*
40 *Clausula,* & non alias *habet præcisam naturam, & non recipit aliquam modificationem, vel interpretationem separatam à verbis.*
41 *Imò importat necessitatem, & inducit solemnitatem.*

DECISIO MDCXXXII.

Canonicatus, de quo agitur, vacauit per obitum familiaris Cardinalis nunc viuentis absentis tamen à Curia, & Summus Pontifex de illo prouidit tanquam de reseruato ex *Reg. la hodie quarta*, Capitulum vero Cathedralis prætendens electionem ad se spectare, * confirmationem vero ad Cardinalem Episcopum, & sic
1 Canonicatum esse electiuum *glos. in verf. electionem in Clem. quia contingit, §. vt autem de relig. domib.* alium elegit, qui prætendebat immissio-

missionem sub prætextu, quod *Regula* hodie
2 33* faueat Cardinali ordinario Collatori, vt
videtur voluisse *Eneas de Falconibus de resu.*
quæst. 23. *eff.* 17. *vers. sextum est*, quem sequi-
tur *Sarnen. in Regul. de impetr. benef. vac. per*
obitum fam. Card. quæst. 19. & sequendo præ-
dictos in *quodam suo voto bo. me. Robusterius*, &
Card. Seraph. tunc Rotæ Auditores, & propterea
dicta *Regula* 33. fauet Cardinali Ordinario
3 collatori, etiam quod sola confirmatio * spe-
ctet ad ipsum, ex quo *Regula* loquitur etiam de
beneficijs spectantibus ad prouisionem Car-
4 dinalium,* quod verbum comprehendit etiam
confirmationem *Gonz. ad Reg.* 8. *glos.* 20. fauet
quoque Capitulo ratione communionis, cum
5 habeat electionem,* Episcopus vero confirma-
tionem ad *l. si communem fundum ff. quemadmo-*
dum ser. amitt. vbi si communem fundum ego,
6 & Pupillus habeamus,* licet vterque non vta-
tur propter pupillum ego etiam viam reti-
neo, per quem *textum*, quod indultum conces-
7 sum Ordinario * collatori suffragetur etiam
Capitulo, quando ad ipsum spectat electio,
confirmatio vero ad Episcopum dixit *Rota in*
alia Ferrarien. Canonicatus 26. *Aprilis superioris*
anni coram R. P. D. Pirouano meo Remboldo, &
11. *Decembris præteriti coram bo. me. Vbaldo*, &
pariter *eadem die* 26. *coram me in causa Cremo-*
nen. Canonicatus.

His tamen non obstantibus Domini censue-
runt non esse dandam immissionem, quia
cum indultum non suffragetur Cardinali Or-
8 dinario collatori, * nec ei *Regula* 33. suffra-
gatur, & sic neque Capitulo; primo ex natura
sua; secundo ex Constitutione moderatoria in-
dultorum Gregorij XIV. & sanct. me. Pauli V.
sed remanet in suo robore reseruatio *Regulæ* 3.
quæ quidem *Regula* comprehendit etiam bene-
9 ficia, * quæ spectant ad collationem Cardina-
lis Ordinarij collatoris, quia, & Cardinales
10 ipsi comprehenduntur sub *Regulis Cancellariæ*
nisi ratio *Regulæ* illos non comprehendat, vel
alias sint exceptuati *Felyn. in cap. ad aures nu-*
mer. 11. *per tot.* & præsertim *in fin. de rescript.*
vbi refert, quod *Ioannes Panuinus Rotæ Auditor*
attestatur, quod ita tempore suo sæpe fuit iu-
dicatum in Rota *Silu. de benef. quæst.* 12. *nu.* 31.
Cassad. decis. 38. *super Reg.* vbi testatur de
communi opinione prout etiam *Sarnen. in ad-*
dit. ad Regul. Cancel. decis. 66. *in manuscript. in-*
cipien. in quæst. 12. *de præbend.* & ista opinio
coadiuuatur duplici fundamento. Primo quia
Regula hodie 10. disponit, quod Cardinales
non comprehendantur sub *Regulis* prout post
primam additionem facientis, ergo admittit
quod comprehendantur sub *Regulis* æditis, vt
dicunt *Mohedan. decis.* 23. *in fin. de renunc. Cas-*
sad. d. decis. 38. *sup. Regulis*. Secundo quia
hoc clare ostendunt nedum *Regulæ* antiquæ,
quæ concedebant facultatem conferendi bene-
ficia ista vacantia per obitum famil. Card. non
obstante *Regula* hodie, de quibus statim dice-
tur, sed etiam verba indultorum nedum mo-
dernorum, sed etiam antiquorum, in quibus
11 tunc etiam concedebantur facultas* conferen-
di beneficia vacantia per obitum famil. Card.
ibi *Dignum, quin potius debitum reputamus ea*
tibi fauorabiliter concedere, per quæ sublatis im-
pedimentis quibuslibet possis de beneficijs tuæ
dispositioni commissis salubriter prouidere, licentia
12 enim, seu facultas nihil aliud est,* quam col-
latio libertatis concessæ ei, qui eam non habet
ex se ipso *cap. licet de regul. Bald. cons.* 290.
ante fin. lib. 3. ergo ista facultas præsupponit
13 probationem * ex *Regulis Cancellariæ l. fin. C.*
de iur. emphit. & expresse fuit dictum in causa
Vrbinaten. iuris eligendi 19. *Martij* 1586. *coram*
Cantuccio, de qua statim dicetur: Neque con-
trarium dicit *glos. antiquus super Reg.* 3. hodie
4. *in fin.* cum solum dicat, quod *Regula* non
14 censetur reseruare beneficia,* quæ vacant per
obitum Cardinalium familiarium Papæ, cum
de eis *Regula* nullam faciat mentionem, non
autem quod *Regula* non comprehendat bene-
15 ficia per obitum familiarium Cardinalium,*
quæ ad collationem Cardinalis Ordinarij spe-
ctare deberent, prout etiam sentit ibidem *in*
fine Ioannes à Kochier.

Cum igitur *Regula* 4. comprehendat bene-
ficia vacantia per obitum familiarium Cardi-
nalium, etiam quod Ordinarius collator sit
16 Cardinalis,* eidem non suffragatur *Regula* 33.
primo vt dictum est ex natura sua, quia nullam
17 mentionem de dicta *Regula** 4. vnde non po-
test considerari aliqua modificatio *Cassad. d.*
decis. 38. *num.* 11. *super Regula*, & clare ap-
paret ex eo, quia ista *Regula* ædita fuit ad tol-
lendas dissensiones inter Cardinalem Ordina-
18 rium collatorem,* & Cardinalem Patronum,
per cuius familiaris obitum beneficium va-
cauit, non autem ad tollendam reseruationem
Regula 4. quod deprehenditur, quia *Regula*
hodie 4. reseruat ad istum finem, vt Papa de
consensu Cardinalium Patronorum si sunt
19 præsentes in Curia prouideat,* & beneficium
est reseruatum Papę per *Regul. quartam* ad istum
finem, vt Ordinarij, & expectantes non pos-
sint capere, & ita reseruatio declaratur per
Regulam hodie 32. in cuius principio omnia
beneficia compræhenduntur, vt Pontifex de
illis tanquam de reseruatis possit disponere de
consensu tamen Cardinalis Patroni, si esset
præsens in Curia *Achil.* in puncto *decis. vnic.*
num. 3. *super Regul. de impetr. benef. per obitum*
famil. Cardin. & ita obiectio etiam in puncto
per dicta verba formalia respondet *Rota in d.*
causa Vrbinaten. iuris eligendi 19. *Martij* 1586.
20 *coram Cantuccio*, sed dicta *Regul.* 33. operatur*
solum quando Cardinalis Ordinarius colla-
tor habet indultum, quod ostenditur tam ex
causa, ex qua emanauit, quam ex verbis; cau-
sa enim *Regulæ* est ad tollendas lites, quæ ex
præcedenti Constitutione exoriri possent, quod
colligitur ex eo, quia est expressa in proœmio
& ideo denotat mentem disponentis, vt in ter-
minis Regularum dicit *Sarnen. de verosimil. not.*
in proœm. num. 2. & *quæst.* 3. *num.* 6. huiusmodi
autem lites non potuissent exoriri, nisi Cardi-
nalis haberet indultum stante *Regula* hodie 4.
quæ vt dictum est, reseruat, & *Regula* hodie
32 quæ requirit consensum Cardinalis Patro-
21 ni,* ex verbis etiam hoc clare colligitur, quia
præ-

22 prædicta *Regula* 33. nihil disponit * sed præ-
supponit ibi *cessantibus Apostolicis reseruationibus*
ad alterius Cardinalis collationem pertinere debe-
rent, quæ verba sunt quodammodo enuncia-
tiua pertinentiæ collationis *Rom. cons.* 191.
num. 5. & ideo non disponunt; nec potest de-
duci aliqua dispositio ex verbis sequentibus
sed beneficia huiusmodi collationem Cardinalis Or-
dinarij collatoris, vt præfertur, libere spectare
censeantur, quia sunt intelligenda, quate-
nus cessantibus Apostolicis reseruationibus
collatio spectare deberet ad Ordinarium
Collatorem, quod esse non potest, nisi habeat
indultum, quia semper ei obstabit *Regula* 4. vt
est de mente *Rebuff. super d. Regul.* 33. dum di-
cit, quod Cardinalis priuilegiatus, nempè Pa-
tronus, non debet vti priuilegio contra alium
Cardinalem priuilegiatum, nempè Ordina-
rium, quarè præsupponit Cardinalem Ordina-
rium habere indultum, quia aliàs non esset pri-
uilegiatus, & prædicta probantur etiam autho-
ritate *Sarnen. super Reg. de impetr. benef. poti-*
tum famil. Cardin. d. quæst. 19. *num.* 1. *in fin.* vbi
disputando similem cõclusionem dicit expres-
sè, quod *Regula* indulto deseruit, & famulatur,
& sic clarè sentit Cardinalem Ordinarium de-
bere habere indultum, nec *Regula* posse iuuare
alios indultum minimè habentes, & ita fuit re-
solutum in *Assisien. beneficiorum* 8. *Iunij* 1607.
coram bo. me. Card. Sacrato, & in puncto consul-
ti pro veritate à Dataria temporibus sanct. me.
Pauli V. in causa *Romana Canonicatus S. Mariæ*
Transtyberim responsum fuit *ex nostro voto*, &
eiusdem sententiæ fuit *bo. me. Cardinalis Pam-*
philius nuper nostri ordinis Auditor insignis, & Ro-
tæ Decanus, qui consultus pro veritate in causa
Ripana beneficij, dum esset Cardinalis, ita re-
spondit, vt patet in *illius voto*, de quo rationem
habuimus *bo. me. Cardinalis Lancellotus, & ego in*
prædicta causa Romana Sanctæ Mariæ in Trastybe-
rim, & in hoc casu cessat prorsus omnis diffi-
cultas, quia verba illa *ad collationem liberè spe-*
ctare censeantur sunt illigenda in casu præmisso,
scilicet quando concurrit Patronus iuxta not.
per *Oldrad. in cons.* 5. *num.* 2. *& per Bald. in con-*
sil. 454. *per tot. lib.* 4. qui quidem Patronus in
hoc casu non concurrit, cum esset absens à Cu-
ria, & propterea cum non sit par ratio patrono
præsente, & patrono absente, verba illa *liberè*
spectare censeantur non possunt determinare
verba præcedentia, sed ipsa verba *liberè specta-*
re censeantur debent determinari à verbis præ-
cedentibus, scilicet *Patrono existente in Curia*
Rayn. de for. liu. cons. 68. *num.* 16. *vers. sed*
respondeo inter consilia Signoroli.

Neque obstat *Æneas de Falconibus Sarn. &*
23 *votum prædictum*, quia quoad * *votum* cum fun-
detur in dicto *Ænea, & Sarn.* quod non obstat in
hoc casu, vt statim dicetur, & per consequens
nec *votum* prædictum. Nam quantum attinet
ad dictum *Ænea de reseruat.* 17. *eff. vers. sextum*
est, dicit decem vtilia resurgere ex reseruatione
ratione familiaritatis, sextum vtile est, quod si
vacat beneficium familiaris vnius Cardinalis, *
24 quod sit ad collationem alterius Cardinalis,
quia est situm in sua Ecclesia, vel Diœcesi, isto
casu hic vltimus Cardinalis habet illud cõferre,
non obstante familiaritate prædicta, & subdit,
quod ita seruatur, & affert rationem, quia ma-
gis attenditur facultas ordinaria ipsius Cardi-
nalis, qui habet iure ordinario conferre, quam
extraordinaria reseruatio respectu familiarita-
tis. Hoc dictum præsupponit casum, in quo re-
seruatio *Regulæ* hodie 4. non comprædendit
Cardinalem Ordinarium collatorem, & in hoc
stat quæstio, an isto casu debeat præferri Patro-
nus, an Ordinarius Collator, & hodiè est subla-
25 ta ista difficultas ex *Regula* hodie 33. * quæ
non aderat nec temporibus Sixti IV. & Inno-
cẽtij VIII. vt videre est in illius *Regulis*, & *Sarnen.*
in Regul. de impetran. quæst. 19. *super allegat. in*
fin. dicit quod Iulius, Adrianus, & Moderni
Pontifices, vt hoc dubium tollerent in suis *Re-*
gulis expresserunt, sed *Sarnen.* loquitur, * quan-
26 do Ordinarius collator habet indultum, cum
supra dixerit, quod hæc *Regula* hodie 33. inser-
uit, & famulatur indulto, & idem *Sarnen.* in-
telligit dictum *Æneæ de Falconibus*, vt procedat,
27 quando Ordinarius collator habet indultum, *
quia *in principio quæstionis* semper præsuppo-
nit indultum, & refert opiniones, & in fine *vers.*
tamen tenenda est prima opinio dicit, quod tenen-
da est opinio, quam *Moderni Scriben.* dicunt in
Curia seruari, quæ prima opinio supra per eum
relata est, quod Ordinarius præferatur Patro-
no, & præsupponit, quod Ordinarius habet in-
dultum, cum igitur in hoc casu nõ adsit indul-
tum vt infra dicetur, neque *Æneas*, neque *Sar-*
nen. ac *votũ* prædictũ applicãtur ad hunc casum.

Et quod prædicta verissima sint clarissimè
deprehenditur, quia, vt dictum est, nec tem-
poribus Sixti Quarti, nec Innocentij Octaui,
huiusmodi *Regula* hodie 33. sed tantummodò
28 *Regula* hodie 4. * & 32. quæ indubitatum est,
quod comprehendebant Cardinales Ordina-
rios collatores, nisi aliter illis fuerit conces-
sum ex supra deductis, quibus additur, quod
Sixtus Quartus immediatè post *Regulam* 32.
ita per aliam *Regulam* disposuit *S. D. N. conce-*
dit Cardinalibus plenam, & liberam dispositionem
omnium beneficiorum ad collationem &c. disposi-
tionem suam &c. spectan. &c. ac voluit, quod ex-
pectatiua &c. Regula Cancellariæ dignitatum &c.
aliorumque beneficiorum etiam familiarium Car-
dinalium, Romanorum Pontificum &c. ad dicta
beneficia nullatenus extendantur &c. ergo stante
d. *Regula* apparet, quod Cardinalis Ordi-
29 narius collator * comprehendebatur sub *Re-*
gula hodiè 4. quia alias non fuisset opus ex-
pressione, de qua in verbis illis conceditur,
30 quæ concessio præsupponit priuationem * iux-
ta *not. in cap. fin. de verb. signific.* huiusmodi au-
tem priuatio non proueniebat aliunde, quam
ex *Regula* hodie 4. *Æneas de falconibus eff.* 17. *in*
4. *vtili vers. & hoc*, quia nullo iure probatur, &
hoc etiam manifestissimè deprehenditur ex a-
lia *Regula* Clementis Septimi, & ex alia Pauli
Quarti, in quibus dabatur facultas Cardina-
libus tunc viuentibus conferendi beneficia va-
cantia per obitum famil. Cardin. quæ conces-
siones fuissent superuacaneæ, si Cardinales Or-
dinarij collatores non fuissent comprehensi
31 sub

31 sub *Regula* hodie 4. & prædictas esse *Regulas Cancellariæ*, non autem constitutiones satis fuit deductum in præcitato *voto Cardinalis Lãcellotti*, *& meo*, quæ quidem *Regulæ* in istis terminis nõ videbantur tollere reseruationem, sed solum aperire viam conferendi reseruata ratione familiaritatis, ac si talia non forent, vt in simili dicit *Cassad.decis.*8. *num.*10. *de præben.* cum non fuerit facta specialis mentio *Regulæ* hodie 4. *Cassad.decis.*38.*num.*11. *super Regul.* & hanc postremam *Regulam* non fecit Innocentius Octauus immediate successor Sixti, vel alij subsequentes Romani Pontifices exceptis Clem.VII. & Paulo IV.sed vt videri potest ex *Regulis* antiquis Adrianus VI. ex mente nonnullorum Prædecessorum suorum *Regulam* hodie
32 die 32. declarauit, * prout in *Regula* hodie 33. & dicit *Sarnen. super regul. de impetr. benef. fam.Card.quæst.*19 *in prem.* quæ quidem declaratio, vt patet ex prædictis non dat facultatem conferendi, sed inseruit, & famulatur indulto, vt per *Sarnen.in d.quæst.*19.*num.*2.

Secundò principaliter *Regula* 33. non suffragatur Cardinali Ordinario Collatori, & per consequens Capitulo ex Constitutione moderatoria indultorum Gregorij XIV. & sanct. me. Pauli V. quas Rota semper habuit pro perpetuis, & in terminis Constitutionis Gregorij Rota habuit hunc sensum in causa *Ripana beneficiorum* 7.*&* 14.*Februarij* 1608. proponente primo *bo. me. Francisco Peuia*, *tunc Rotæ Decano*, e secundo loco *Illustriss. Millino Rotæ Auditore*, licet tunc non fuerit facta *decis.* & expresse fuit dictum in causa *Assisien. beneficiorum* 7.*Maij &* 18.*Iunij* 1607.*coram bo.me.Card. Sacrato.*

In secunda enim parte dd. Constitutionum dicitur, quod beneficia vacantia per obitum
33 famil.Cardin. * siuè in Curia, siue extra Curiam, etiam si ad alterius Cardinalis collationem, vel aliam dispositionem pertinere deberent, etiam si tunc essent aliæ Apostolicæ reseruationes hactenus æditæ; nihilominus imposterum dispositioni sanctitatis suæ reseruata censeantur, ita vt in prouisionibus talium beneficiorum super expeditionibus literarum
34 illius Cardinalis, * cuius familiaris defunctus existit, si ipse Cardinalis tunc præsens in Curia fuerit, consensus requiri omninò debeat, non autem beneficia huiusmodi ad collationem, seu quamuis aliam dispositionem Cardinalis Ordinarij collatoris, etiamsi in Romana Curia præsens fuerit, consensus quo quomodo requiratur, easdemque Constitutiones, & *Regulas Cancellariæ*, etiam declaratorias super beneficijs familiarium prædictorum Cardinalium æditas, & vt additur in Constitutione sanct. me. Pauli V. ædendas, tam quo ad Cardinales indulta huiusmodi habentes, quam non habentes, atque ideò indulta ipsa ad terminos præsentis Constitutionis reduxit, & moderatus, & prædictæ Constitutiones habent clausulam sublatam, & decretum irritans.

Ex quibus clare patet, quod Summi Pontifices reseruant sibi talia beneficia, siue Cardinales habeant indultum, siue non habeant, & indulta, & *Regulas Cancellariæ* ad terminos huius Constitutionis reduxerunt, & moderati fuerunt, quare etiam quod *Regula* 33. aliquid tribueret Ordinario collatori, nihilminus mode-
35 rata, * & reducta fuit ad terminos huius Constitutionis, & propterea Ordinarius collator Cardinalis ea iuuari minime potest. Neque huic modificationi obstat, quod *Regulæ Cancell.* per mortem Papæ expirent, & cum Sanctiss. D. N. nouas *Regulas* fecerit, inter quas hæc *Regula* 33. videtur ea posse iuuari Cardinalis Ordinarius Collator, & sic Capitulo etiam suffragatur, quia *Regula* moderna censetur inno-
36 uata * cum conditionibus inflatis per dd. Constitutiones perpetuas Gregorij XIV. & sanct. me. Pauli V. cum in illis fuit constituta certa regula circa collationem beneficiorum vacantium per obitum fam. Card. *Rom. cons.* 345. *num.* 22. *vers. cæterum potest vbi Apostill. in verbo doctrinam* ponit concordantes, & in terminis *Regulæ Cancellariæ* idem *Roman. cons.* 379. *num.* 13. *in fin. & num.* 14. allegans *Bart. in l. prætor* §. *eritque differentia ff. de vi bonorum raptorum*, & subdit *in fine* hæc procedere, etiam si secunda *Regula* videretur superflua, quia sufficit, quod aliquid operetur, vel operari possit
37 * prout in casu isto, quia satis hæc *Regula* 33. operaretur vel operari possit prout in casu isto quia satis hæc *Regula* 33. operaretur si Summus Pontifex vellet concedere indultum conferendi beneficia etiam vacantia per obitum fam. Cardin. vt *Rota* considerauit, dum proponeretur prædicta causa *Ripana beneficij*, & quamuis hæc *Regula* 33. sit inserta in volumine aliarum *Regularum*, hoc non operatur, quin non recipiat modificationem de qua in dictis Constitutionibus Gregorij, & Pauli, etiam quod sint *extrauagantes* vt per *Castrens.in cons.* 278. *in prin. lib.* 2.

Quod vero indultum non suffragetur est indubitatum, quia licet illius verba amplissima
38 sint, * nihilominus restringitur per verba in fine posita, scilicet *& quoad beneficia vacantia per obitum familiarium Cardin. iuxta formam Constitutionis fel. rec. Gregorij XIV. Prædecessoris nostri, & nostræ*, scilicet Pauli V. qui indultum concesserat, *moderatoria indultorum eisdem Cardinalibus concessorum*. Nec ista verba possunt recipere interpretationem, quod censeatur data facultas seruata forma indulti, quia Papa prosequitur *quam ad vnguem seruari*, *& custodiri volumus*, *& non alias* quod verbum *ad vnguem*
39 præcisum est, * & habet vim, & effectũ clausulæ derogatoriæ *Abb. in c.* 2. *numer.* 5. *de rescript. Grott. in l. stipulatio hoc modo num.* 34. *ff. de verb. oblig.* & maxime adiuncta alia clausula, *& non*
40 *alias*, quæ habet præcisam naturam, * & non recipit aliquam modificationem, vel interpretationem separatam à verbis *Dec. cons.* 61. *nu.* 2. & importat necessitatem, ex quo negatiue po-
41 nitur, * & inducit solemnitatem, & formam late *Paris cons.* 19. *num.* 15. *lib.* 2. quod eo ma-
42 gis ostenditur ex verbis subsequentibus, * *non obstantibus Regulis nostris in Cancellaria Apostolica publicatis videlicet de impetr. benef. per obit. fam. Cardin.*

Cardin. quas ad hanc effectum ad terminos supradictæ Constitutionis reducemus, ex quibus omnibus satis apparet, Papam voluisse recedere à dicta declaratione Gregorij XIV. & sua, & per illa verba nihil dedisse Cardinali, sed solum declarasse, quod suæ, & Gregorij declaratoriæ non obstabat indultum.

Et ita conclusum &c.

ROMANA SCVT. 30000.

Lunæ 27. Aprilis 1626.

ARGVMENTVM.

Citatio ad dicendum contra non requiritur ad hoc vt calculus factus à Calculatore, vel Perito à Iudice parte citata deputatis, & qui præuia citatione suam fecit relationem in actis dicatur de actis.

SVMMARIVM.

1 *Citatio ad dicendum contra operatur, vt iura efficiantur de actis.*

2 *Alias etiam quod sint exhibita in actis non sunt de actis. decl. num. 3.*

3 *Calculus factus à Calculatore parte citata à Iudice electo, qui præuia citatione suam fecit relationem in actis vt dicatur de actis non requiritur citatio ad dicendum contra. & n. 8.*

4 *Citatio ad dicendum contra non requiritur, dum examen testium fuit factum parte citata.*

5 *In relatione Periti parte citata deputati, non requiritur alia citatio.*

6 *In relatione Mensuratoris missi à Iudice ad mensurandum agrum, vel aliquam differentiam parte citata non requiritur citatio.*

7 *In relatione Auditoris Rotæ deputati ad referendum Papæ, non requiritur citatio, licet super illa sententia feratur.*

DECISIO MDCXXXIII.

Qvantum fuit apud me super integra transportatione actorum disputatum cum deficerit calculus factus super statu bonorum donantis, pars dicebat ex hoc non posse dici, acta non fuisse transportata, cum non reperiatur
1 citatio ad dicen. contra * istum calculum, quæ operatur, vt iura efficiantur de actis, alias,
2 etiam quod sint exhibita in actis, * non sunt de actis *Sarnen. in Reg. de Annal q. 4. num. 5. Cassad. decis. 5. num. 5. de except. Caputaqu. n. decis. 99. par. 2.*

Cæterum dicebant Domini, hoc procedere, quando iura producuntur, quæ sunt omninò
3 extra factum Iudicis, in hoc autem casu Iudex * parte citata elegit Calculatorem, & præuia citatione suam fecit relationem in actis. Vnde nulla requirebatur citatio partis ad dicen. contra, cum ille sit actus, qui prouenit à decreto Iudicis, & Peritus censetur subdelegatus à Iudice ad ponendas illas rationes, quas Iudex propter suas occupationes ponere nequaquam posset: & hinc videmus, quod cum examen
4 testium sit factum parte citata, * non requiritur alia citatio ad dicendum contra.

Hinc etiam fit, vt quando Peritus deputatur
5 parte citata in illius relatione * non requiratur alia citatio, quæ tamen non deest in hoc casu *Bart. in l. Theopompus num. 11. ff. de dot. præleg.* vbi. quod quando Iudex mittit expertos ad
6 mensurandum agrum, * vel aliquam differentiam parte citata, in relatione non requiritur citatio *Maran. in prax. par. 6. in verbo rectè concipiatur num. 23. q. 16. Add. ad decis. 2. n. 63. & 64. de rescript. in nou.* Vbi si Auditor Rotæ
7 deputatur ad referendum Papæ * in relatione non requiritur citatio, licet super illa sententia feratur, & in terminis Calculatorum ad li-
8 bros Mercatorum viden. * & super illis calculan. dixit *Ang. in l. 1. §. Marcellus. in 2. ff. si cui plusque per l. falcid.*

Et ita conclusum &c.

ROMANA, SEV NEAPOLITANA DE PROIDA.

Mercurij 29. Aprilis 1626.

ARGVMENTVM.

Per illa verba testatoris *lenata la legitima nel resto sottopone al fideicommisso tutti i monti* non censetur prohibita Trebellianica.

SVMMARIVM.

1 *Trebellianica debetur ex fideicommisso vniuersali.*

2 *Trebellianica non deducta ab hærede grauato, debetur illius hæredibus.*

3 *Fructus computantur in Trebellianicam hæredibus extraneis secus autem filijs primi gradus.*

4 *Trebellianica videtur prohibita ex verbis testatoris* leuata la legittima nel resto sottopone al fideicommisso tutti i monti, *&c. Contrarium num. 7.*

5 *Trebellianica potest tacite, & expresse prohiberi etiam filijs primi gradus.*

6 *Trebellianica vt tacite censeatur prohibita verba testatoris debent esse talia, quæ necessario concludant prohibitionem aliudque importare non possint.*

8 *Trebellianica non censetur prohibita ex quo testator mandauit bona pleno iure restitui, nisi adsint alia, quæ importent restitutionem omnium bonorum.*

DECISIO MDCXXXIV.

Domini dixerunt, Trebellianicam deberi etiã filio grauato vltra legitimam, cum ex fideicom-

1 commisso vniuersali Trebellianica debeatur* c,
Rainaldus, *& cap. Rainutius de testam.* & late
aduersus improbos impugnatores defendit
Fachin. contr. iur. lib. 5. cap. 2. & per consequens
cum Franciscus filius grauatus illam non di-
2 straxerit,* debetur Patribus Clericis regularibus
illius hæredibus *l. quamquam C. ad l. Falcid. Pe-
regr. de Fideic. art. 3. num. 8. vers. item hæres*

Neque in hoc casu agendum est de fructuum
computatione in dictam Trebellianicam, quia
3 licet computentur hæredibus extraneis,* non
idem militat in filijs primi gradus etiam quod
duæ quartæ sint detrahendæ *Bald. in l. quid de
bonis §. quod auus num. 1. Alex. num. 3. ff. ad l. fal-
cid. Peregr. art. 3. num. 112.*

Non obstat, quod hic Trebellianica videa-
4 tur prohibita ex illis verbis, * *leuata la legitima,
nel resto sottopone al fideicommisso tutti i Monti, &c.*
Potest enim, & expressè, & tacitè prohiberi
5 etiam filijs primi gradus * vt fuit nuper firma-
tum *coram me in causa Perusina de Alphanis 27.
Martij* 1626. nam fuit responsum, quod quando
agitur de tacita prohibitione verba testatoris
6 debent esse talia, * quæ necessariò concludant
prohibitionem, aliudque importare non possint
*Castr. cons. 38. num. 4. lib. 2. Dec. cons. 39. num. 44.
lib. 1. Bellon. cons. 65. num. 3. Clar. in §. testamentum
q. 62. num. 3. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 17.
num. 16. Gabr. concl. 2. num. 7. vers. contrarium, &
num. 3. de Trebellian. Mantic. de coniect. lib. 7.
tit. 12. num. 10. Honded. cons. 45. num. 22. & seq.
lib. 2. Petr. de fide c. q. 1. num. 154. & 156. Boer.
decis. 44. num. 33. Odd. cons. 11. num. 22.*

In proposito autem verba illa *leuata la legiti-
7 ma nel resto sottopone al fideicommisso tutti i Mon-
ti*, non æquipollent expressæ prohibitioni, nec
pernecesse inducunt prohibitionem Trebellia-
nicæ, quia exceptio legitimæ nihil aliud facit,
quam expressionem illius, quod de iure inerat,
cum de iure legitima esset excepta *l. quoniam in
prioribus, C. de inoffic. testam.* & sic ista expressio
pernecessè, aut per æquipollens non importat
prohibitionem Trebellianicæ, vt in puncto fuit
resolutum in causa *Viterbien. fideicommissi 11.
Ianuary 1606. coram Reuerendissimo D. meo Pa-
triarcha Hierosolymitano.*

Nec releuat, quod verba illa videntur im-
portare, quod dempta legitima totum restitua-
tur, quia hoc non est verum, sed solum voluit
declarare, quod non intendebat compræhende-
re legitimam sub fideicommisso; non autem,
& Trebellianicam; Nam & si bona subijciantur
fideicommisso, nihilominus ex hoc non resultat
tacita prohibitio Trebellianicæ, immò & si
adessent verba quod pleno iure bona restitue-
8 rentur, * nisi adessent alia, quæ importarent,
quod testator voluerit omnia bona restitui,
non censeretur prohibita Trebellianica, vt per
*Ias. cons. 84. num. 27. & ibi adden. in verbo Tre-
bellianica lib. 1.* & satis exemplificatur in *d. Pe-
rusina coram me.*

Et ita conclusum vna tantum parte infor-
mante, &c.

*Præsens decisio fuit reuocata die 19. Ianuarij
1633.*

CARTHAGINEN. SPONSALIVM.

Mercurij 29. Aprilis 1626.

ARGVMENTVM.

Sponsa dicente Sponso *alius non erit meus vir quam tu* & Sponso respondente *altera non est futura Vxor mea quam tu* censentur contracta sponsalia de futuro. Vnde renuente sponsa contrahere matrimonium per verba de præsenti potest cogi per censuras.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia per verba de futuro censentur contracta ex quo sponsa dixit* alius non erit meus vir quam tu, *& sponsus respondit* altera non est futura vxor mea, quam tu *Ampl n. 5.*

2 *Contrarium. Amplia numer. 5. tenent aly. Limita num. 4.*

3 *Promittens non ducturum in matrimonium aliã, nisi Bertam non tenetur Bertam ducere, sed solum tenetur aliam non ducere.*

6 *Matrimonium non sponsalia inducitur ex verbis sponse, que dixit* alius non erit meus vir, quam tu, *& sponsus respondit* altera non est futura Vxor mea quam tu *dum tunc tractaretur de matrimonio. declara num. 7.*

8 *Sponsalibus probatis potest cogi sponsa non præcisè, sed per censuras ad contrahendum matrimonium per verba de præsenti.*

DECISIO MDCXXXV.

HOc dubium, an Petronilla sit cogenda ad contrahendum Matrimonium, quod vna tantum parte informante fuit disputatum, habet præexistentem cognitionem scilicet an constet de sponsalibus, quod primo quidem inspiciendum est, & dicta testium ad hunc effectum ponderanda, qui conueniunt, quod cum Petronilla esset in curru, & ascenderet ad Ecclesiam pro contrahendo per verba de præsenti, hocque frater, & consanguinei animaduertissent, & ipsi etiam ascenderent, primus testis deponit, quod Petronilla dixit Alphonso *bene scis, quod es meus Maritus, constitue me in loco tuto, & attende tua vita, quia tibi affirmo & do fidem, & manum, quod alius non erit meus maritus, nisi tu*, & Alphonsus respondit *Votum facio Christo, quod alia non est futura vxor mea, nisi tu*, & secundus testis deponit Petronillam dixisse *ponas te in tuto, quia futurus es meus maritus*, & Alphonsus respondisse *solam Petronillam sibi futuram vxorem, seque illius maritum.* Tertius verò testis, quod Petronilla dixit, *futurus es meus*, & hæc verba acceptauerit vterque illa sæpius repetendo. Quartus deponit, quod Petronilla dixit illum suum esse coniugem, seque illius vxorem, ideoque posse illam adducere quoquo vellet, hæcque verba pluries repetita fuisse confirmat.

Stante

Stante hac serie facti fundamentum non po-
test fieri, nisi in dictis duorum testium prio-
rum, qui conueniunt in eo, quod Petronilla
1 dixit, * *alius non erit meus vir, quam tu*, & Al-
phonsus è contra respondit, *altera non est fu-
tura vxor mea, quam tu*. Quæ quidem verba
aliqui voluerunt importare sponsalia per ver-
ba de futuro, quia dictio, *nisi*, cum sequatur
negatiua affirmat, & ideò censentur sponsa-
lia de futuro, vt tenent quamplures relati per
Sanch. de matrim. lib. 1. disput. 19. num. 3. contra-
2 rium tamen asserunt alij * per eundem *Sanch.*
relati vbi supra ea ratione, quia promittere
3 non ducturum aliam nisi Bertam, * quod te-
neatur ducere Bertam non importat, sed tan-
tum teneri aliam non ducere.

Cæterum dixerunt Domini hanc postremã
sententiam, licet forte veriorem non proce-
4 dere * quando ex coniecturis apparet contra-
hentes matrimonium, vel sponsalia contrahe-
re *Specul. in tit. de sponsal. in princ. num. 3. Alex.
de Nen. in cap. ex parte num. 31. de sponsal. Cepoll.
cons. 1. in ciuili lib. 6. Peregr. Lopez. l. 2. verbo y pro
meto tit. 1. par. 4. Guttier. qq. Canon. lib. 1. cap. 21.
num. 13. Sanch. de matri. lib. 1. cap. 19. num. 7.* In
proposito autem dum Alphonsus, & Petro-
5 nilla irent ad contrahendum matrimonium, * &
superuenerit impedimentum, intrat clara co-
niectura, quod illa verba importent sponsa-
lia de futuro, quia cum tunc impedirentur,
indicant, quod cessante impedimento, con-
trahere promittebant, adeò, vt nemo sanæ
mentis hoc neget.

Neque est verum, quod in hac facti specie,
6 cum tunc tractaretur de matrimonio, * ver-
ba importent matrimonium, non sponsalia,
vt dicunt *DD.* prædicti, & *Sanch. num. 7.* cum
præsertim Petronilla, *tu scis*, dixerit, *quod es
meus maritus*. Quia hoc procederet, si simpli-
citer tunc fuisset actum de matrimonio cõtra-
7 hendo, sed de contrahendo in Ecclesia, & su-
peruenerit impedimentum fratris, & consan-
guineorum, ideò verba *tu scis, quod es meus
maritus*, non fuerunt prolata vt matrimonium
per verba de præsenti contraheretur, sed
ad indicandum voluntatem determinatam, &
verba sequentia *non alius meus maritus, quam tu*,
important quod cessantibus impedimentis fiet
matrimonium.

Cum igitur ex prædictis constet de sponsa-
libus resultat resolutio dubij, quod Petronil-
8 la est cogenda * non præcisè, sed per censu-
ras, vt denolente fiat volens, & ad contrahendũ
per verba de præsenti disponatur *cap. requisiuit
de sponsal. Conar. de spons. par. 1. cap. 4. num. 4. &
5. Landen. inter cons. matrim. cons. 15. numer. 11.
Abb. Io. Andr. & cæteri in cap. ex litteris de spon-
sal. Boer. cons. 40. num. 22. Seraph. decis. 1092. &
decis. 1112 numer. 1. & 2. Sanch. de matrim. lib. 1.
disput. 29. num. 8. Ferret. cons. 171. per tot. Fachin.
cons. 53. lib. 1.*

Et ita conclusum &c.

Præses decisio fuit reuocata corã Durano dec. 242

MARSICANA PENSIONIS.

Lunæ 11. Maij 1626.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de manutenendo pro pensione non po-
test dari contra bona propria, & eum, qui re-
tinet Prioratum manualem, super quo est impo-
sita pensio, & sit in administrationem.*
2 *Sed solum quo ad fructus eiusdem Prioratus.*

DECISIO MDCXXXVI.

Die *secunda Martij præteriti* fuit resolutum Ni-
colao, scilicet dandum esse mandatum de
manutenendo contra Archiospitale San. Spi-
ritus, quia de eius possessione constabat, &
possessio contra Antecessorem suffragabatur
contra successorem, quæ conclusiones, neque
in iure, neque in facto impugnabantur pro
parte Archiospitalis, sed dicebatur, quod
Prioratus super quorum fructibus Nicolaus
1 pensionem exegit est manualis, * & Archi-
ospitale illum retinet in administrationem, ex
quo vacat *Aretin. cons. 63. num. 5. vers. literis
breuiter*, vnde contra ipsum Hospitale, & eius
bona non poterat dari manutentio, cum bona
dicti Prioratus sint separata a bonis Hospita-
lis *Ancharan. cons. 332. num. 5. vers. .... dixi-
mus Seraph. dec. 1469. num. 4.*

Domini dixerunt resolutionem huius dubij
pendere ab his, quæ notant *Doctores in c. cum
deputati de iudic.* præcipue *Abbas num. 7. Inno-
cent. n. 2.* qui *Doctores* cum videantur distinguere;
nisi prius dilucidetur factum circa naturam
horum Prioratum, & circa modum retentio-
nis, quem facit Reuerendissimus Commenda-
tarius, non potest rectè responderi, an dictum
mandatum sit relaxandum contra Archiospi-
tale, & eius bona, & propterea pro nunc Do-
mini firmarunt dandum esse mandatum de
2 manutenendo * quoad fructus Prioratus tan-
tum, & de reliquis esse videndum.

Et ita conclusum &c.

GERVNDEN. IVRISPATRONATVS.

Lunæ 11. Maij 1626.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus non perdit patronus, si ex illis de-
cimis pro dote Ecclesiæ assignatis velit resarcire
dotem.*

2 *Decimæ in dubio præsumuntur spirituales, non temporales.*

DECISIO MDCXXXVII.

IN *decisione in hac causa facta 22. Aprilis 1622.* & confirmata 10. *Nouembris anni sequentis & 27. Iunij superioris anni* difficultas fuit restricta ad tria capita, primum est, an beneficium posset institui in Altare iam constituto, secundum an constaret de dotatione; tertium an potuerit dotari ex Decimis emptis ad effectum acquisitionis iurispatronatus: quantum ad duo prima capita affirmatiue fuit resolutum, nec fuerunt vlterius impugnatæ d. conclusiones, quare dubietas omnis ad tertium duntaxat caput reducebatur, an scilicet potuerit dotari ex decimis emptis,& ad hoc impugnandum etiam Episcopus venit ad causam, sed dixerunt Domini, quod deducta in informatione pro eo, quod decimæ non possint alienari, procederet si hodie de hoc principaliter quæreretur? Verum cum agatur ad effectum iurispatronatus satis est, quod Ecclesia reperiatur dotata, sique Episcopus velit, decimas vendicare agat iure suo, & interim non potest dici, quod non constet de dotatione, quatenus enim de-
1 cimæ euincerentur, * si Patronus vellet resarcire dotem adhuc Patronus duraret, & ideo donec Ecclesia reperitur dotata non est dicendum cessare iuspatronatus.

Non placuit tamen Dominis has decimas esse temporales, quia in dubio præsumuntur
2 spirituales * *Alciat. cons. 32. num. 2. & 3. lib. 1.* & ex instrumento assignationis dotis clare constat, quod sunt spirituales.

Et ita, &c.

CREMONEN. PENSIONIS.

Veneris 15. Maij 1626.

ARGVMENTVM.

Pro firmando valore beneficij examinantur particulariter redditus illius in præsenti decisione.

SVMMARIVM.

1 *Negatiua non existentiæ aliorum bonorum probatur ex testibus informatis coarctantibus negatiuam.*

2 *Bona, quæ deseruiunt pro Cappellano laboratoribus, & similibus non debent computari in fructibus ad augendum valorem beneficij.*

3 *Testibus bene informatis standum est in discrepantia aliorum. & num. 5.*

4 *Testes in summa minori sunt concordes, cum in maiori insit minor.*

6 *Regalia, quæ à colonis soluuntur Domino non computentur in firmando valore beneficij, cum sint quodamodo incerta.*

DECISIO MDCXXXVIII.

CVm in *decisione facta 23. Maij superioris anni coram bo. me. Vbaldo* fuerit reseruatum, vt videretur de quantitate bonorum, & fructuum, ideò super ista reseruatione hodiè consului Dominos, qui vtraque parte informante quoad primam partem dubij censuerunt quantitatem bonorum esse illam, de qua deponunt testes vltimo loco examinati pro parte Illust. D. Hieronymi Columnæ, qui benè deponunt, & coarctant negatiuam, cum fuerint Coloni, & sint versati in loco, & subdant, quod stan-
1 te prædicta particulari practica, * & cognitione, esse non potest, quod si Prioratus haberet alia bona, ipsi hoc non scirent *Pinel. in l. 2. C. de rescind. vend. par. 3. cap. 4. num. 11. vers. sic etiam Cas. de Gras. decis. 10. num. 4. de testib. & latè fuit deductum in causa Aquen. Pensionis. 19. Decembris 1608. coram bo. me. Horatio Cardin. Lancellotto.*

Neque obstat, quod videntur adesse alia bona vltra specificata per dictos testes, videlicet domum cum viridario, saliceta, & quatuor prædia terræ in teritorio Castri Leonis, vt patet ex Instrumento adeptionis possessionis præfati Domini Hieronymi, quia, quoad domum non negatur, sed cum inser-
2 uiat pro Capellano, * vt in eodem Instrumento dicitur, non debet computari in fructibus, vt illorum valor augeatur, & non negatur etiam adesse alias domos pro Colonis, sed nec illæ sunt computandæ in fructibus ad illorum valorem augendum, cum inseruiant pro laborantibus, & Massarijs, & testes etiam de istis domibus satis ad hunc effectum deponunt, dum dicunt *Santa Marta grande hà sei Massarie habitate, e coltiuate à talibus, & talibus Massarys, & Santa Marta piccola non hà habitatione alcuna.* Quo vero ad dicta prædia etiam non negatur adesse, sed de illis deponunt implicitè testes, cum ista bona soleant locari cum pretio magno, vt in eodem Instrumento dicitur, & testes deponunt *Il Priorato hà vn corpo di possessione, quale consiste in diuersi pezzi di terra, che tutti hoggi sono vniti, se bene altre volte era diuiso in diuersi pezzi.*

Quantum atinet ad secundam partem dubij circa quantitatem fructuum in sequentibus partitis testes vtriusque partis conueniunt videlicet quoad formentatam, vt dicunt & siliginem in salmis . 210.

Milium 200.

Legumina 12.

Fenum in Curribus 50.

Conueniunt etiam testes quod bona, ex quibus pecuniæ percipiuntur videlicet quoad.

Guzza fame pertiche 12. ad rationem lib. 8. pro pertica ducatones incirca 10.

Valles pertiche 9. ad rationem lib. 14. pro pertica habent in reditibus duc. 9.

Campazzo pertiche 50. ad rationem lib. 2. Pro pertica habet in redditibus ducatones 8.

Difficultas est circa alios fructus, nam quoad triticum siue frumentum testes Ill. D. Hieronymi deponunt de *salmis* 70. videlicet septi-

thus

tuus, & octauus *super tertio articulo*, cum quibus videtur concordare etiam tertius testis, qui deponit de frumento, frumentata, & siligine il *Salmis* 280. Vnde si quoad frumentatam, & siliginem demantur *Sal.*210. de quibus supra dictum est, vt concordet cum alijs testibus eius depositio circa frumentũ remanebit in *Sal.*70. sed difficultas est, quia quintus testis Ill.D.Hier. deponit super tertio de Salmis centum frumenti, secundus Testis *super eodem 3. articulo de Salmis centum*, & quartus *super nono* pariter de *Sal.*100. In ista discrepantia Testium, cum testes allegati pro par-
3 te Ill.D. Hier. sint bene informati * cum fuerint spatio 16. annorum Massarij, videretur in dubio standum eorum depositionibus, sed cum dictus quintus testis, qui est etiam ipse bene informatus deponat de *Salm.* 100. cum quo alijs duo testes concordant, de hoc habebitur ratio, cum agetur de valore fructuum.

Quoad vinum primus testis super tertio deponit de *flariis* 130. vini cum quo concordat
4 quartus cum deponat de *flariis* 150. * in summa enim maiori inest minor; Cæterum cum tertius, quintus, septimus, & octauus testes *super eodem tertio* deponant de *flariis* 50. vini, visum fuit Dominis standum esse istis testibus, tum quia sunt numero plures, tum etiam quia sunt melius informati.

Quoad linum testes sequentes D. Hier. deponunt de quantitate terrarum, quæ ad linum coluntur, videlicet de *perticis* 350. nempe septimus *super tertio*, & ibidem etiam octauus ac etiam tertius, qui omnes super hoc bene deponunt, sed quintus testis eiusdem D. Hier. deponit alio modo videlicet *de pesi settecento di lino in Balze*, & alij testes vltra hanc summam deponunt etiam de linosa, ex qua oleum conficitur, sed dixerunt Domini, quod de hoc erit agendum, cum de valore tractabitur, & tunc erit considerandum, an sit habenda ratio quantum perticæ locantur, vel sit habenda ratio fructuum, & in hoc articulo
5 cum testes D.Hier. deponant de *perticis* 350.* alij vero testes de *perticis* 360. visum fuit attendendam esse depositionem testium D. Hier. quia videntur melius informati.

Quantum attinet ad pascua septimus, & octauus testes D.Hier.deponunt de *perticis* 120. tertius testis deponit de *perticis* 130. aut 140. quintus vero testis eiusdem deponit de *perticis* 150. habebitur ratio de his quando agetur de valore fructuum.

Quoad bona S.Mariæ paruę, quæ consistunt in *perticis* 59. non controuertitur adesse ista bona, de quibus explicitè deponunt aliqui testes, sed respondetur, & benè, quod etiam alij deponunt de istis bonis, & propterea dum deponunt circa quantitatem fructuum, quæ ex dictis bonis percipitur vtique comprehendunt in necessariam consequentiam etiam fructus dictorum bonorum, quare circa hoc non est insistendum.

Quoad regalia, quæ soluuntur per Colonos, vnicus tantum testis deponit, quod Coloni soliti sint soluere quolibet anno quinque

6 paria capponum, * oua quinquaginta, duo pondera casei, vnum suem, & nonnulla opera rusticalia, sed cum ista sint quodammodo incerta, quæ regulariter non computantur in firmando valore *Rebuff.de Congr.port. quaest.11.num.88.Perez.de anniuers. lib. 2. cap 1.* & fuit dictum in causa *Romana pensionis 2. Nouemb.1618.& 6. Nouemb.1619. coram R. P.D. meo Buratto*. Ideo habita ratione ad qualitatem probationis, & ad naturam rei, an sint computanda, habebitur ratio, dum de fructuum valore agetur.

Et ita conclusum vtraque parte informante.

Præsens decisio fuit confirmata die 27.Ianuarii 1627.

TVDEN. PAROCHIALIS.

Veneris 22. Maij 1626.

ARGVMENTVM.

In impetratione secundi beneficij est facienda mentio primi etiamsi illud per assecutionem secundi vacet ipso iure secundum magis communem opinionem.

SVMMARIVM.

1 *Impetrans beneficium facere debet mentionem, nedum beneficij quod obtinet,*

2 *Sed etiam de iure sibi quomodolibet competente ad aliud beneficium. Decl. n. 5. contra declarationem n. 6.*

3 *Amplia primo etiam possessione non subsequuta.*

4 *Amplia secundo etiam, quod ius sit controuersum.*

7 Mohedan decis. 14. de præbend. *quid firmet, & n. 9.*

8 Gonzal. ad Reg. 8. Gloss. 15. §. 2. nu. 67. & 68. *de errore reprehenditur.*

9 Tex. in cap. si motu proprio de præben. in 6. declaratur.

Beneficij primi in impetratione secundi non est facienda mentio, dum illud vacat ipso iure per assecutionem secundi num.5. 9. & 10. Contrarium num. 11. vide tamen ibi.

10 Abb. in cap. cum teneamur num. 3. in fine de præben. *in quibus terminis loquatur.*

12 *Sententia transit in iudicatum ob desertionem appellationis, dum citatio fuit decreta, sed tamen intra annum non fuit executa.*

13 *Mandatum ad cedendum ius, quod habet mandans in beneficio non habetur in consideratione, si die sequenti reuocauit cessionem,*

14 *Valor per assensum expressus debet plene, & concludenter probari.*

15 *Confessio emmissa in gratia nocet, licet gratia non suffragaretur.*

DECISIO MDCXXXIX.

HOc dubium an gratia Aluari sit iustificata
habet duas inspectiones; prima est, vt videatur, an prouisio Iosephi fuerit nulla, ex
quo in impetratione Parochialis nullam fecit
mentionem de iure, quod ex resignatione in
Thaesauraria habebat, ex quo capite impetrauit Aluarez; secunda inspectio est, vt videatur, an gratia d. Aluari sit iustificata quoad
valorem.

Circa primam difficultatem non dubitarunt
Domini, quin impetrans teneatur facere men-
1 tionem oedum beneficij, quod obtinet * *cap.
ad audientiam il secondo cap. in nostra de rescript.*
2 sed etiam de iure * quomodolibet sibi competenti ad aliud beneficium *cap. si motu proprio de
3 praben. in 6.* etiam possessione non subsecuta *
*Cardin. in Clem. 2. num. 8. in fin vers. 12. quaero
de off. ordin. Silua de benef. par. 3. quaest. 11. n. 1.
Garz. de benef. par. 1. cap. 2. num. 12. Menoch.
de arbitrar. casu 21. num. 43. Paris. de resignat.
lib. 10. quaest. 2. nu. 73. & seqq.* & etiam quod
4 ius sit controuersum, * quia non obstante lite
Papa solet se reddere difficiliorem in noua
prouisione facienda *Abb. in cap. cum teneamur
num. 3. in fin. de praben.* dicens, quod si Papa
illud sciuisset forsan secundum non contulisset,
sed dixisset, quod suum repeteret beneficium.

Sed quia circa hanc primam difficultatem
poterat dubitari, an in hoc casu esset facienda
5 mentio Thaesautariae, cum ipso iure vacaret *
per assecutionem Parochialis, in quo articulo
Mohedan. dec. 14. de praben. tenet, quod quando beneficium vacat ipso iure, non sit facienda
mentio obtenti, licet secus sit, quando ipso
iure non vacat sequitur *Gonzal. ad Reg. 8. glos.
15. §. 2. num. 67. & 68. Moneta de commutatione vltim. volunt. cap. 6. numer. 253. &
seqq.*

Huic motiuo respondetur primo, quod est
6 contra *text. in cap si motu proprio,* * & *cap. non
potest vers. cum de praben. in 6.* & contra stylum
7 & quod *decisio Mohedani* hoc non dicit, * sed
quod non est opus facere mentionem de qualitate, quod sit simile sub eodem tecto, & sic
8 *Gonzal.* errasse * vt dicit *Garz. de benef. par. 1.
cap. 2. num. 126.* Caeterum poterat considerari,
9 quod affertur declaratio ad praedictum * *text.
in cap. si motu proprio,* vt non habet locum,
quando beneficium primum vacat ipso iure
per assecutionem secundi, vt aduertit *Moneta
loco citato num. 267.* & *decisionem Mohedani* bene
applicari, cum litteris rotundis dicat non esse
faciendam mentionem alterius Canonicatus,
quem quis obtinet sub eodem tecto, cum vacet ipso iure per assecutionem secundi. Nec
10 huic responsioni opitulatur dictum *Abbatis in
d. cap. cum teneamur loco supra citato;* * quia loquitur, quando vtrumque potest retineri, &
non vacat ipso iure, quia tunc si Papa sciuisset primum, diceret, sufficit tibi illud, etiam
quod sit litigiosum, nec duo volo concedere,
sed quando primum vacat ipso iure taciturnitas non videtur vitiare, cum primum vacet
ipso iure, vt sentit *Mohedan. loco citato.*

Secundo respondebatur, quod *Rota* expresse
tenet, quod debeat fieri mentio beneficij pri-
11 mi,* etiam quod ipso iure vacet ex *decisione Seraphini 445.* in qua allegantur *dua alia decisiones in eadem causa coram Cardinali Blanchetto,* sed
vere illae *decisiones* non loquuntur in casu, quo
primum beneficium vacat ipso iure, vt patet
ex illarum lectura.

His consideratis Domini dixerunt magis
communem opinionem esse, quod debeat fieri
mentio de beneficio, etiam quod ipso iure sit
vacaturum, vt in *decis. 650. par. 1. diuers.* quae
est *decisio Seraphin. 483.* & idem tenet *Gonzal. in
non. impress.* & ad *decis. Mohedan.* respondit *d. decis. Seraphini,* sed fuit consideratum per aliquos
ex Dominis, quod Ioseph stante praedicta contrarietate opinionum veniat excusandus, quam
excusationem admittunt praedictae *decisiones
Blanchetti, & Seraphini.*

Sed omnes Domini in eo fuerunt concordes,
quod de tempore impetrationis Parochialis
fuerat lata sententia contra Iosephũ, à qua licet
12 fuerit appellatum, * & commissa causa appellationis in Rota, decretaque citatio per asser.
tum procuratorem nomine Iosephi, tamen cum
intra annum non fuerit executa sententia transiuit in iudicatum ob desertionem appellationis *Fastol. dub. 37. Put. dec. 311. lib. 2. in nou. Rota dec. 156. par. 2. in recent.* Non placuit tamen
aliud motiuum, quod resignatio fuerit nulla
ob non seruatam formam mandati, quia quicquid sit de hoc, satis fuisset, quod Ioseph litigauerit, & praetenderit ius habere. Vnde transeundum est cum re iudicata.

Non obstat, quod post impetrationem Parochialis Ioseph constituit procuratorem ad ce-
13 dendum ius, * quod habebat in Thaesauraria ad
fauorem certae personae, quia die sequenti reuocauit cessionem, & post obitum resignantis
constituit procuratorem ad impetrandum dictam Thaesaurariam per obitum; Vnde clarè
patet, quod non habuit cessionem pro legitima, quia alias praedicta omnia tractu temporis
non gessissent.

Circa secundam difficultatem, quoad valorem visum fuit gratiam non esse iustificatam,
quia fuit expressum non excedere duc. 130. &
tamen contrarium probatur ex gratia *per inde
valere,* in qua fuit expressum ascendere ad duc.
170. & ideò etiam iste valor per assensum de-
14 bet plenè, * & concludenter probari *Rota dec.
444. num. 1. par. 2. in recent.* & ista confessio
nocet, licet gratia ei non possit suffragari, * cum
15 non fuerit in ea facta mentio litis *cap. fin. vt
lit. pend.* & fuit resolutum in causa *Placentina
Cappellaniae 10. Iunij 1596. coram bo. me. Pania
apud Marches. par. 1. fol. 135.* in qua sub die
24. eiusdem mensis, & anni fuit etiam dictum
non suffragari clausulam *de processibus habitis, &
habendis.*

Et ita conclusum, &c.

Praesens decisio fuit confirmata die 20. Nouembris sequentis.

MA-

MACERATEN. SALVIANI.

Ven. 22. Maij 1626.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Attentata turbida sunt reseruanda in fine litis.*

2 *Sententia lata in possessorio stante Aegidiana potest exequi.*

DECISIO MDCXL.

DVbitaui, an intraret arbitrium pro reseruatione attentatorum in fine litis, & subministratione alimentorum. Quoad secundam partem dubii Domini dixerunt quod de ea particulariter videatur cum facultate impugnandi *decisionem* in causa factam quoad creditum: Quoad primam partem dubii fuit resolutum
intrare arbitrium pro reseruatione attentato-
1 rum * ad finem litis, stante illorum turbiditate,
vt fuit resolutum in causa *Caesaraugustana dismembrationis 26. Ianuarij 1610. coram bon. mem. Cardinale Sacrato.* Turbiditas autem ex eo satis deducitur, quia sententia fuit lata in possessorio, & ideò cum esset locus Aegidianae pote-
2 rat procedi ad executionem *; Sola difficultas
igitur reducitur ad id, an executio fuerit facta post inhibitionem A. C. de quo cum non constet, aut cessant attentata, aut sunt turbida, ita vt arbitrium possit operari.

Et ita conclusum vtraque parte informante.

ROMANA REDDITIONIS RATIONIS.

Lunae 25. Maij 1626.

ARGVMENTVM.

Assignatio bonorũ pro dote, donatione propter nuptias, & fructibus dotalibus facta à filio Matri tutrici, ad cuius manus peruenit pingue patrimonium, ex cuius fructibus potuit satisfieri, non valet absque solemnitatibus requisitis *à Statuto Vrbis cap. 113. lib. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Assignatio bonorum pro dote, donatione propter nuptias, fructibus dotalibus, & alijs facta à filio matri tutrici absque deputatione alterius tutoris, seu curatoris non valet num. 3. Amplia num. 5. & seqq.*

2 Statutum Vrbis cap. 113. lib. 1. *in alienationibus minorum requirit auctoritatem tutoris, seu curatoris, & interuentum duorum proximiorum, quibus deficientibus requirit interuentum alterius legitimi curatoris alias contractus est nullus & num. 3.*

Limita in debito necessario, & obligatione pro re necessaria n. 5. sublim. n. 7. & 8.

In alienatione rerum minoris requiritur authoritas tutoris seu curatoris n. 2.

3 *In contractu facto à minore cum curatore requiritur deputatio, & interuentus alterius curatoris, & num. 1.*

4 *Casus de quo non disponit statutum, remanet sub dispositione iuris communis.*

6 *Dotis restitutio non retardatur per exceptionem administrationis.*

7 *Limita, quando ad manus mulieris peruenit pingue patrimonium, ex cuius fructibus potuit satisfieri.*

8 *Quae limitatio procedit non solum respectu dotis, sed etiam donationis propter nuptias, & fructuum dotalium.*

9 *Fructus dotis soluto matrimonio amplius non debentur.*

10 *Limita, quando mulier fecit diligentias pro dote habenda & non habet vnde se alat.*

11 *Legatum vsusfructus relictum mulieri restringitur ad alimenta.*

DECISIO MDCXLI.

FVit resolutum, assignationem locorum Montium pro dote, donatione propter nuptias,
1 fructibus dotalibus, * & alijs factam de mense
Septembris 1617. non sustineri, quia cum alienatio fuerit facta ad fauorem matris tutricis, requirebatur ad hunc effectum datio alterius tutoris, seu curatoris, vt illa datio posset sustineri, quod cum non fuerit factum, contractus corruit *Bald. cons. 200. incip. vobis spectabili in fin. vers. tamen considerandum, lib. 3. Ang. cons. 96. num. 2. vers. & vbi emeret Roman. cons. 413. num. 14. & 15. vers. quoad sextum.*

Neque suffragatur, quod curator fuerit datus, quia est aduertendum, quod *Statutum Vrbis cap. 113. lib.* 1. quod agit de alienationibus re-
2 rum minoris, * requirit in talibus alienationi-
bus auctoritatem tutoris, seu curatoris, quod est conforme dispositioni iuris communis ex allegatis per *Simoncell. de decret. lib. 1. tit. 1.* & insuper requirit interuentum duorum proximiorum, & illis deficientibus interuentum alterius legitimi curatoris, quare cum non interuenerint dicti proximiores, curator fuit datus loco ipsorum; Vnde vlterius requirebatur
3 interuentus alterius curatoris * de iure requi-
situs, cum minor contraheret cum Tutrice, vt fuit resolutum bis *apud Rotam*, vt in *decis. 49. num. 8. & decis. 59. num. 3. vers. quicquid sit apud Picum super statut. Vrbis,* & 2. *decis.* est repetita *par. 1. in recent. decis. 153. num. 4.*

Et praedicta probantur optima ratione, quia statutum requirit authoritatem tutoris, & curatoris, ac duorum proximiorum, & in eorum defectum alterius Curatoris; Vnde si minor contrahit cũ Tutore, aut Curatore nihil dispo-
4 suit statutũ, * sed casus remanet in dispositione
iuris

iuris communis *l. commodissimè ff. de lib. & po-
sthum.* ergo debet dari Curator, vel Tutor per
supradicta, in reliquis firmo remante statuto,
quod debeant interuenire duo proximiores, &
illis deficientibus debeat dari Curator, vel Tu-
tor, quare in casu isto duo Curatores debuis-
sent dari, vnus ex dispositione iuris commu-
nis, ex quo minor contrahebat cum tutrice,
Alter vigore statuti, ex quo non aderantur
proximiores, & ideo erat locus Curatori.

Neque dicatur, quod restitutio dotis, &
donationis propter nuptias, necnon & solu-
5 lutio fructuum erant debita necessaria, * &
ideo non intrabat statutum *Caputaquen. decis.
199. in fin. lib. 3. Roman. cons. 394. n. 3. vsque
ad finem*: Nam fuit responsum, quod prædicta
procedunt in obligatione pro re necessaria, &
sic intrarent si ageretur iuxta formam *Statuti
lib. 1. cap.* 151. & propterea quidquid dicen-
dũ sit an habeant locũ, quando agitur de alie-
natione, & sic iuxta terminos *d. cap.* 113.
fuit responsum, prædicta non applicari ad ca-
sum, de quo agitur; Nam & si quando agitur
de dote restituenda exceptio administratio-
6 nis non possit opponi *Negus. de pignor. in* 1.
membr. 5. par. numer. 36. & seqq. tamen hæc
conclusio non procedit, quando ad manus
7 mulieris * peruenit pingue patrimonium,
prout in casu isto, ex cuius fructibus potuit
satisfieri *l. si damnum §. preterea, vbi Argel.
in §. peculium num. 3. ff. de peculio Afflict. decis.
13. numer. 16. & 18.* & fuit dictum in causa
Romana hereditatis de Beuilaqua 13. Maij 1591.
coram Orano, & in alia causa *Romana admini-
strationis tutelæ 2. Aprilis & 1. Iunij* 1590. *co-
ram bo. me. Penia, Seraph. decis. 1455. num.* 5.
& fuit etiam dictum in causa *Bononien. dotis* 20.
Iunij 1614. *coram Reuerendissimo D. meo Patriar-
cha Antiocheno*, quæ si procedunt respectu do-
tis, eo magis debent procedere respectu do-
8 nationis propter nuptias, * & fructuum dota-
lium, quare debitum non erat absolutè neces-
sarium, sed pendebat ex eo, an ex administra-
tione mulier præsumeretur satisfacta, quod re-
quirebat causæ cognitionem, & ideo erant
seruandæ solemnitates statuti.

Præterea fuit consideratum, quod respectu
fructuum dotalium decretum corruit ex falsa
causa, quia soluto matrimonio non debentur
9 amplius fructus dotis, * cum illius titulus sit
extinctus *Doct. in cap. salubriter de vsur.* &
tunc demum debentur, quando duo concur-
10 runt, * scilicet quod mulier fecerit diligentias
pro dote habenda, & non habeat, vnde aliun-
de se alat *Afflict. decis. 284. num. 4. Thesaur.
decis. 43.* & fuit resolutum in causa *Spoletana
vsusfructus 18. Maij* 1599. *coram bo. me. Card.
Mantica*, & in causa *Caseuaten. fructuum dotis
15. Iunij 1603. & 16. Ianuarij 1606. coram bo.
me. Litta*, in qua fuit dictum quod onus pro-
bandi, quod non habuerit aliunde incumbit
mulieri *Pontan. de aliment. cap. 15. numer.* 13.
Hic autem non docetur de aliqua diligentia,
& tantum abest, quod probetur, quod mulier
non haberet aliunde; imó clare constat de con-
trario, ex quo ista mulier fuit relicta vsufru-
ctuaria à marito, quod legatum licet restrin-
11 gatur ad alimenta * iuxta *consuetudinem Bul-
gari*, non refert, cum nihilominus haberet
alimenta, & sic vltra dotem vnde se aleret.

Et ita conclusum vtraque parte informante
&c.

*Præsens decisio fuit confirmata die 10. Iunij
& 2. Decembris seq.*

LEODIEN. CANONICATVS.

Veneris 29. Maij 1626.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *In iudicio spolij debet doceri de titulo colo-
rato.*
2 *Reintegrationis iudicium non potest intentare is,
qui facto proprio cecidit à possessione.*
3 *Resignans beneficium dicitur facto proprio cadere
ab illius possessione. Amplia num. 4.*
5 *Metus non probatur, dum allegatur reuerentia
eius, qui talem metum reuerentialem inferre
non potest, vt actus dicatur gestus absque con-
sensu.*

DECISIO MDCXLII.

EX dupplici capite fuit responsum contra in-
formantem, primo cum ipse agat spolio
non docet de titulo colorato, qui requiritur
1 in hoc iudicio, * ne detur vitiosus ingressus
Put. decis. 7. de rest. spoliat. 2. quia Hermanus
2 cecidit á possessione facto suo proprio, * ideo
debet agere alio iudicio, non autem iudicio
reintegrandæ *Rot. decis. 2. de rer. permutat.
in nouis Verall. decis. 172. par. 3.* latè *Menoch.
de recuperand. remed. 15. num.* 95. quod autem
3 cæciderit facto proprio * satis patet, cum Ca-
nonicatum resignauerit.

Neque obstat, quod resignatio fuerit nulla,
ex quo fuit ordinatus ad titulum Canonica-
4 tus, * & fuit cum metu procurata; quia fuit
responsum de primo non esse agendum in hoc
iudicio, quia satis est, quod sua voluntate re-
signauerit, vt non possit agere spolio ex su-
pradictis; & quoad secundum fuit dictum, me-
tum non probari, cum allegetur reuerentia
5 Decani, * quam certum est non inferre ta-
lem metum reuerentialem, vt dicendum
sit, Hermanum non consensisse, & spolium in-
trare.

Ex quibus conclusum contra informantem
vid. spolium non intrare.

REGIEN. VNIONIS.

Veneris 5. Iunij 1626.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Valor beneficij probatur ex testibus.*
2 *Testis, qui sit creditor non reijcitur.*
Testis, qui sperat Canonicatum probat pro Capitulo num. 2.
3 *Testibus specifice deponentibus magis standum est quam alijs deponentibus in confuso.*

DECISIO MDCXLIII.

Dubitatum, an gratia esset iustificata quoad valorem, & quatenus non. An Obstet in casu, & ad effectum, de quo agitur; verba gratiæ san. me. Pauli V. sunt ista *asserentium illius mensæ Capitularis centum & supra Marcm. 75. ac SS. Geruasi, & Prothasi 50. nec non de... aliorum 50. & de fabrica Ecclesiarum prædictarum 85. ducatorum auri de Camera fructus, &c. secundum communem æstimationem valorem annuum non excedunt* ommissis alijs, de quibus particulariter erit agendum, quod fructus mensæ Capitularis non excedunt *ducatos* 100. benè probant
1 *super secundo* quatuor testes Capituli, * qui fuerunt dati in *summario num.* 2. qui deponunt primus, & quartus de vera scientia, & alter de comuni æstimatione ac publica voce, & fama, prout etiam de comuni reputatione, & publica voce, & fama deponunt secundus, & tertius testis.

Non obstat, quod primus Testis sit Creditor Capituli, ex quo fuit Curatus, & quod speret Canonicatum, quia illud vltimum est vanitas
2 & primum non reiicit testem, * maximè cum coadiuuaretur ex alijs, secundus vero Testis solum deponit, quod diu inseruiuit Ecclesiæ, & ideo ex hoc videtur magis informatus; Et prædictis non obstant testes, quia deponunt in confuso, nec specialiter deponunt de valore
3 mensæ Capitularis, * proue deponunt testes ipsius Capituli, quibus propterea in concursu est standum, reseruato vt de valore annexorum videatur.

PARMEN. STATVS.

Lunæ 8. Iunij 1626.

ARGVMENTVM.

Quasi possessio legitimitatis ex vero, & legitimo matrimonio quando dicatur probata ad effectum successionis.

SVMMARIVM.

1 *Filij legitimi nascuntur vbi est matrimonium etiam si concubinatus præcesserit.*
2 *Quasi possessio legitimitatis probatur ex vnico teste deponente de vera scientia, iunctis alijs duobus deponentibus de publica voce, & fama, & num. 9.*
3 *Testis vnicus cum fama plenè probat.*
Amplia etiam in criminalibus si concurrant adminicula num. 9.
4 *Testis deponens, quod ita publicè dicitur deponit de publica voce, & fama.*
5 *Filiatione probata eius, qui primo natus est, remanet etiam probata respectu eorum, qui successiue nati sunt.*
6 *Fama publica filiationis probatur ex testibus deponentibus, pront ibi, & num. 4.*
7 *Fama probatur ex teste deponente, quod aliquid fuit communitèr dictum etiam, quod non dicat audiuisse communiter dici.*
8 *Filiationis adminiculum probatur ex testibus deponentibus de auditu.*
10 *Legitimitas probatur ex sola fama cum communi reputatione concurrentibus adminiculis.*
11 *Matrimonium præsumitur contractum secundum leges, & prout licitum est, dum non constat de impedimentis.*
12 *Contrahentes in dubio præsumuntur se conformasse dispositioni iuris communis, non autem per illicitum, & inconcessum modum.*
13 *Filiatio non excluditur ex verbis ab Auo irato prolatis* l'animo mio è di torgli ciò, che hanno, perche sono bastardi, che sua madre è stata rapita, *quotiescumque in contrarium concurrunt plenæ probationes.*
14 *Verba ab homine irato prolata non sunt attendenda.*
15 *Raptus ante* Concilium Tridentinum *non dirimebat matrimonium, secus autem post.*
16 *Testes explicitè deponentes declarant, & supplent alios implicitè deponentes.*
17 *Filij legitimi, & naturales secundum communem vsum loquendi vocantur illi, qui sunt nati ex legitimo matrimonio.*
18 *Confessio patris multum prodest ad effectum probandi legitimitatem.*
19 *Maximè si fuit emissa in vltimá voluntate.*
20 *Et in actu institutionis, qui est proportionabilis filio.*
21 *Enunciatiuæ emanatæ tempore non suspecto multum faciunt ad effectum probandi legitimitatem.*
22 *Legitimitas quasi possessio probatur ex quo quis fuit admissus ad successionem bonorũ iurisdictionaliũ in quibus Pater exercebat iurisdictionem.*
23 *Ad probandam quasi possessionem legitimitatis requiruntur tria nempè quod quis sit in possessione filiationis, quod possideat bona paterna, & quod sit natus ex ea, quæ vxor credebatur.*
24 *Verius tamen est quod vnumquodque alternatiuè sufficit.*
25 *Testes deponentes de bona præferuntur illis deponentibus de mala fama.*
26 *Quasi possessio legitimitatis suffragatur ad effectum successionis, ita vt dicenti contrarium incumbat onus probandi.*

Qua-

27 *Quasi possessio legitimitatis probatur levioribus probationibus dum non agitur de fœdere matrimonij, sed ad effectum successionis secundum communiorem opinionem.*

DECISIO MDCXLIV.

FVit resolutum DD. Alexandrum, Cyrum ex persona Pallauicini Aui, & Sigismundi patrui magni esse in sufficienti quasi possessione legitimatis requisitæ à Ioanne Francisco Marchione Pallauicino fideicommittente, hoc est tanquam procreatorum, & natorum de legitimo matrimonio vere & non ficte. Ratio DD. fuit, quia satis probatur natiuitas dd. Pallauicini, & Sigismundi post matrimonium inter Bernardinum, & Catherinam, de quo constare iam Rota ter censuit, licet sine coarctatione temporis; vbi enim est matrimonium, * ibi filij legitimi nascuntur, etiam quod concubinatus præcesserit *l. cum quis* §. 1. *C. de natur. liber.* vbi appellantur iusti filij, qui post concubinæ nuptias sunt procreati *Bertaz. cons. ciuil.* 52. *num.* 6.

1 (margin)

Quod autem procreatio, & natiuitas dictorum probetur post matrimonium, satis constat cum præsbyter Baptista testis Rangonorum examinatus in curia de annno 1533. qui fuit præsens matrimonio, vt ipse deponit ad 17. interrogatorium, prout sæpe Rota firmauit, deponat, quod Bernardinus, & Catherina per plures annos steterunt simul reputantes se pro

2 legitimis coniugibus, * & procrearunt articulatos filios, videlicet inter alios præfatum Pallauicinum, & Sigismundum, & quod plures reputabant eos pro veris, & legitimis coniugibus, & sic iste testis deponit de vera scientia de procreatione dd. Pallauicini, & Sigismundi, cum quo, cum duo alij testes de publica voce, & fama concurrant, nedum circa matrimonium, sed etiam circa procreationem post ipsum, satis probatur quasi possessio legitimatis requisitæ, cum hic non agatur in concursu cum altero matrimonio Bernardini legitime probato, aut cum alijs filijs ex eodem natis *Abb. in c.* 2. *num.* 6. *vers. sed hoc dicitur. Buto. num.* 9. *Pisapos. num.* 4. *vers. quærit hic Vincentini de clandestin. desponsf.* Et ratio est, quia vnus

3 testis * cum fama plene probat *glos. in cap.* 1. *in ver. fama de appell. & in c. veniens il* 1. *in verb. illorum, & ibi Innoc. de test. Bart. in l. de minore* §. *plurimum num.* 30. *ff. de quæst. Verall. decis.* 300. *par.* 3.

Famam vero satis probat Bernardinus de Franzosijs testis DD. de Rangonibus examinatus Cremonæ de anno 1531. in hoc interrogatorio, incipiente *si sciunt, &c.* qui etiam distinguit filios natos ante, & post matrimonium, & in hoc concordat cum assertione Bernardini facta in ipsius testamentis, de qua inferius dicetur, inquit enim, quod publice

4 dicebatur *: & sic deponit de publica voce, & fama *iuxta decis. Verall.* 7. *par.* 2.) in loco Zibelli, Bernardum cum desponsasse Catherinam, & eam in vxorem accepisse, & ab inde citra Bernardinum ex ea suscepisse Vbertum, Pallauicinum, Sigismundum, Io. Franciscum, Iacobam, & Isabellam, &c. Vnde si suscepit post matrimonium Vbertum, negari non potest, quin procreauerit, & susceperit etiam prædi-

5 ctos Pallauicinum, & Sigismundum, * qui successiue sunt nati. Et quamuis in *decisione facta* 27. *Aprilis* 1622. æquiuocando fuerit iste testis etiam ponderatus super alio interrogat. tamen illum ponderando super hoc interrogat. negari non potest, quin probet famam, vt dictum est.

Eandem famam probat Ioannes de Magistris pariter testis DD. de Rangonibus examinatus Parmæ de anno 1544. qui super 13. *interrogat.*

6 deponit, quod Bernardinus * ex Catherina antequam esset eius vxor, habuit vnum filium nominatum Fœdericum, & postquam fuit nupta, habuit Vbertum, Pallauicinum, Sigismundum, Io. Franciscum, Iacobam, &c. Et ita dici audiuit, & intellexit, ac vidit ipsum D. Bernardinum, ac Catherinam ipsos filios, & filias pro talibus sic natis habere, tenere, & reputare, ac nominare, & ab aliis teneri, haberi, & reputari palam, & publice in terra Zibelli. Vnde si publice, & palam tenebantur habebantur, & reputabantur pro natis post matrimonium, vtique dicendum est, etiam hunc testem probare famam *Alex. cons.* 101. *nu.* 19. *vers. non obstat lib.* 7. Vbi quod si testis depo-

7 nat quod aliquid fuit communiter dictum, * & reputatum, etiam quod non dicat audiuisse communiter dici, probat famam secundum magis communem opinionem *Doctorum*.

Et prædictis depositionibus potest addi depositio Barocelj de Burgo testis pariter Rangonorum examinati Parmæ de anno 1544. qui

8 super 13. *interrogat.* dicit, * quod Bernardinus ex Catherina, vt dici audiuit, suscepit in figura veri matrimonij Vbertum, Sigismundum, & nonnullos alios filios, & filias, qui testis licet deponat de auditu, negari tamen non potest, quin faciat aliquod adminiculum; & de auditu pariter etiam deponit Raymundus del Pizzo examinatus Cremonæ de anno 1531. qui eo magis præstat adminiculum, quia distinguit filios natos ante, & post matrimonium, & in hoc concordat cum Bernardino de Franzosijs, & cum assertione præfati Bernardini, quam fecit in testamentis.

Adminiculum præbet etiam depositio Damiani Cornazzani examinati pro DD. de Pallauicinis contra Fiscum de anno 1537. qui expresse deponit, quod ex Bernardino, & ex vxore sua legitima nati sunt Vbertus, Pallauicinus, Sigismundus, & Io. Franciscus; & hic testis optime deponit, & plene probaret, si esset examinatus inter easdem partes.

Et quibus vt dictum est, cum adsit vnus testis, qui fuit præsens matrimonio, & sic depo-

9 nat de vera scientia Pallauicinum, * & Sigismundum natos, & procreatos post matrimonium, & alij sint, qui probant famam, inficiari non potest, quin habeatur plena probatio, maxime cum alia adminicula concurrant, quæ operantur, vt etiã in criminalibus vnicus testis cũ fama plene probet, & sic in fortioribus terminis

Verall.

Verall. d. 288. *p.* 3. Immo ex sola fama cū cō-
10 muni reputatione,* concurrentibus adminicu-
lis, probatur legitimitas *Abb. in cap. transmissæ n.* 10. *qui fil. sint legit. Dec. in cap. per tuas n.* 8. *de probat. & conf.* 54. *num.* 1. *Paris. conf.* 13. *nu.* 9. *lib.* 2. & dixit *Rot. in causa Cæsaraugustana Status de Morata* 7. *Iunij* 1585. *coram Bubalo.* Quæ quidem fama, & communis reputatio hic adsunt: Nam de fama satis dictum est superius; Communem vero reputationem, quod dd. Pallauicinus, & Sigismundus essent nati post matrimonium, expresse probat d. Ioannes de Magistris supra relatus, vt patet ex clara illius depositione supra relata, & idem deponit præsbyter Baptista, qui fuit præsens matrimonio, dum dicit, quod post ipsum matrimonium prædicti procreati fuerunt. Et subdit, & plures reputabant eos pro legitimis coniugibus, & licet subdat; Et etiam aliqui dicebant, quod inter eos non potuit esse matrimonium; Attamen de illis non est curandum, cum non negent matrimonium, sed dicant non potuisse esse, & sic præsupponebant impedimenta, de quibus cum non constet, matrimonium præsumitur contractum se-
11 cundum leges,* & prout licitum est *cap. ad audientiam de præscript. Ias. post Bald. in l.* 1. *nu.* 24. *C. de seru. fugit. Alciat. reg.* 2. *præsumpt.* 1. *nu.* 2. *&* 3. & in dubio contrahentes præsumuntur se conformasse dispositioni iuris commu-
12 nis * *l. si dno, vbi Bald. Castr. & alij, ff. de acquir. hæred. l. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebell.* Non autem per illicitum, & in concessum modum *Soccin. conf.* 19. *num.* 6. *vol.* 1. *Corn. conf.* 190. *in princip. vol.* 3. *Rot. dec.* 434. *num.* 5. *part.* 1. *in recent.*

Et hæc communis reputatio coadiuuatur ex depositione aliorum duorum testium DD. de Rangonibus examinatorum Cremonæ de anno 1531. super interrogatorijs 9. cap. adscriptis, videlicet Stephani de Caballis, qui postquam deposuit, quod Bernardinus, & Catherina reputabant prædictos filios pro legitimis, & naturalibus, subdit, quod ita etiam reputabantur à vassallis, & subditis, & quod Rolandus eos pro nepotibus nominabat, tenebat, & reputabat, & quod ita tenti reputati fuerunt post obitum Bernardini. Et Raymundi del Pizzo, qui idem deponit; & subdit, vidente, sciente, & patiente, & non contradicente Rolando, qui testis licet subdat, quod cum aliquando Rolandus irasceretur cum di-
13 ctis filijs,* quia ab eis non honorabatur prout volebat, dixisse: *L'animo mio è di torgli ciò che hanno, perche son bastardi, che sua madre è stata rapita*: Attamen in istis verbis ab homine
14 irato prolatis non potest fieri fundamentum,* *Ias. in l. si filiam suam num.* 5. *ff. de inoff. testam.* Et cessat omnis difficultas, quia cum agatur de matrimonio contracto ante *Concilium Tri-*
15 *dentinum*, * raptus non dirimebat matrimonium *cap. fin. de rapt. Sanch. de matrim. lib.* 7. *disput.* 12. *num.* 41. *in fin.* Sed illud impedimentum fuit inductum per *Concilium Tridentinum sess.* 24. *cap.* 6. *de reformat.*

Concurrunt etiam in ista probatione communis reputationis tres testes D. Eufrosinæ examinati contra Dominos de Rangonibus de anno 1558. qui licet sint examinati ad instantiam alterius personæ, negari tamen non potest, quin faciant aliquod adminiculum.

Et quamuis etiam replicaretur, quod isti vltimi testes deponunt de communi reputatione, quod Vbertus, qui est maior natu Pallauicini, & Sigismundi, esset alius legitimus, & naturalis, quæ probatio concludit etiam ad legitimatos per subsequens matrimonium, quos respuit testator, cum vocauerit natos, & procreatos ex legitimo matrimonio verè, & non fictè, vt fuit semper admissum in causa; Attamen cum duo testes supra ponderati probent de communi reputatione, tanquam de natis, & procreatis de legitimo matrimonio, & vnus ex dictis testibus fuerit præsens ma-
16 trimonio, isti testes debent declarare,* & supplere alios qui implicite deponunt *Bald. in l.* 2 *num.* 5. *C. de bon. possess. secun. Tab. Verall. decision.* 206. *num.* 5. *par.* 2. Vltra quod prædicti testes dicunt dd. filios esse legitimos, & naturales, vnde cum secundum communem vsum
17 loquendi,* & vulgi intelligentiam tales vocentur illi, qui sunt procreati, & nati ex legitimo matrimonio, ita in istis terminis debent illorum dicta intelligi, non autem secundum subtilitatem, vt pulchre tradit *Felin. conf.* 2. *num.* 36. *Alex. conf.* 82. *num.* 1. *lib.* 1. *Roman. conf.* 301. *num.* 14. 15. *&* 16. *vbi etiam Apostilla adducit concordantes.*

Adminicula vero in hac facti specie fortissima sunt visa. Et primo mandatum de dispensando, quod fuit obtentum de anno 1508. & (vt prætendunt DD. Rangoni) procurata executio petita de mense Ianuarij anni 1510. Et ideo cū colligatur ex duobus instrumentis anni 1526. & 1530. quinimò etiam ex depositione Raphaelis de Ferrarijs testis Rangonorum, examinati de anno 1533. Pallauicinum, & Sigismundum successiuè natos fuisse anno 1511. & 1512. respectiuè concurrit euidens adminiculum, quod sint nati post matrimonium. Concurrit insuper testamentum Bernardini conditum 6. Decembris d. anni 1511. in quo diuidendo filios natos ante, & post matrimonium, inter natos post matrimonium connumerat Pallauicinum, nulla facta mentione Sigismundi, qui tunc non erat natus, quæ confessio pa-
18 tris multum prodest * *Auth. si quis liberos, in ver. sine testamento C. de natur. liber. & notant Bald. & Doct. communiter in l. filium ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. Lanfranc. in c. quoniam, ver. confessiones in fin. de probat. glos in l.* 1. §. *Iulianus in verb. pro filio ff. de lib. agnos. bene Soccin. Iun. in conf.* 89. *num.* 9. *lib.* 2. *Mandell. conf.* 180. *num.* 2. Et præsertim cum agatur ad effectum legitimitatis *Mohed. decis.* 3. *in fin. qui fil. sint legit. & fuit dictum in causa Papien. matrimonij* 1. *Iunij* 1594. *coram Illustriss. Millino.* Eoque magis hæc confessio prodest, cum fuerit facta
19 in vltima voluntate,* nemo enim præsumitur esse immemor salutis æternæ *l. sancimus* 6. *in fin. C. ad leg. Iul. repet. Hippol. de Marsil. in*

repetition. rubr. de fideiuss. numer. 44.
Insuper ista confessio tanto magis attenden-
da, quia idem Bernardinus, cum superuixisset
de anno 1519. aliud condidit testamentum, &
cum tunc esset mortuus Io. Franciscus illegiti-
mus, & natus ex matrimonio Sigismundus, &
Io. Franciscus, illos pro legitimis nominauit,
& hæredes vniuersales instituit, vna cum Vbetto
& Pallauicino, & mentionem fecit de solo Fœ-
derico illegitimo tunc superstite, cui certa bo-
na, prout in primo testamento, reliquit. Et val-
dè prædicta corroborantur, cum dicta confessio
20 fuerit facta in actu institutionis, * qui est
proportionabilis filio *Rot. decis. 472. n. 8. par. 1.*
in re cent. quæ loquitur in puncto.
Concurrit etiam, quod in instrumento quic-
tantiæ celebrato 9. Iunij 1510. in Terra Varani,
cuius erat Dominus Marchio Bernardinus,
à Notario Vassallo, & coram tribus testibus
vassallis, inter quos præsbyter Baptista, de quo
supra, qui erat Parochus, Catherina enunciatur
vxor in secundo matrimonio Bernardini Mar-
chionis Pallauicini, prout etiam enunciatur in
alio instrumento mandati procuræ 9. Martij
1512. & appellatur Illustr. & Marchion. Pal-
21 lauicina, * & idem habetur in alio instrumen-
to quietantiæ anni 1513. 16. Ianuarij. Vndè
cum ex supra deductis constet Pallauicinum,
& Sigismundum successiuè fuisse natos anno
1511. & 1512. & Catherina fuerit enunciata
vxor 9. Iunij 1510. & successiuè in sequentibus
annis etiam talis fuerit enunciata, sequitur eui-
dentissima coniectura, quod Pallauicinus, & Si-
gismundus sint procreati post dictum matri-
monium, & cum istæ enunciatiuæ emanauerint
viuente Bernardino, & sic tempore non suspe-
cto, multum faciunt *c. super eo de eo qui cognou.*
consang. vxor. suæ, vbi Abb. num. 5. vers. secundo
casu Roman. sing. 620. num. 2 Curt. Iun. cons. 27.
num. 2. lib. 1. & dixit Rot. in hac causa in decis.
247. num 16. coram S.m. Greg. XV. & dec. 1000.
coram bo. me. Card. Seraphino.
Potest præterea considerari successio dd.
fratrum in Castris, & iurisdictionibus fidei-
commisso subiectis, de qua deponunt ijdem-
22 met testes DD. de Rangonibus, * nempe Ste-
phanus de Caballis, & Raymundus del Pizzo,
tam in Castro Zibelli, quam alijs locis, in
quibus Bernardinus pater iurisdictionem exer-
cebat, per quam successionem, ad quam non
fuissent admissi, nisi habuissent qualitates re-
quisitas à testatore, indubitanter probatur
quasi possessio legitimitatis requisitæ à testa-
tore *Rot. dec. 434. num. 7. part. 1. in recent. & fuit*
dictum in causa Vrbeuetana Fideicommissi de Cor-
baria 5. Nouemb. 1603. coram bo. me. Card. Pam-
23 *philio.* Et dicitur indubitanter, quia licet *
glos. in cap. lator in verb. probare, qui fil. sint le-
git. copulatiuè requirat tria ad probandam
istam quasi possessionem, videlicet, quod
quis sit in possessione filiationis, quod possi-
dear bona paterna, & quod sit natus ex ea, quæ
24 vxor credebatur, tamen verius est, * quod
vnumquodque alternatiue sufficit *Palcot. de*
Noth. & spur. cap. 22. num. 2. vers. dicemus.
Tandem plurimum suffragatur relatio, quam
Cardinalis Simonetta fecit Paulo III. conti-
nens ex actis sibi constitisse illos DD. Pallaui-
cinos legitimos, & ad paternam hæreditatem
succedibiles, & capaces, vt in confessione
DD. de Rangonibus, de qua in commissione
ad l. cum pr. num C. de liber. caus. Accedunt insuper
attestatio Potestatis Parmæ, sententiæ latæ in
partibus, & alia huiusmodi per prius ponde-
rata.
Neque obstant testes, qui deponunt super
illegitimitate, quia cum, & ipsi deponant de
fama, magis sunt attendendi testes deponen-
25 tes de bona, * quam de mala fama *Put. dec.*
2. lib. 3. Eoque magis in hoc articulo, cum
agatur de quasi possessione legitimitatis, quæ
26 suffragatur ad effectum successionis, * itaut
dicenti contrarium incumbat onus probandi
cap. lator, vbi glos. in verb. probare qui fil. sint le-
git. Dec. cons. 54 num. 3. vbi de communi, Felin.
in cap. per tuas, in fin. de probat. Abb. in cap. trans-
missæ num. 4. qui fil. sint legit. Palcot. de noth. &
spur. d. cap. 22. num. 5. Et inficiari non potest,
quin probationes pro hac parte præualeant,
eoque magis cum ter fuerit resolutum consta-
re de matrimonio, videlicet *coram Robusterio*
2. Decemb. 1573. & coram bo. me. Card. Seraphino
23. Octobris 1592. & coram S.M. Greg. XV. 10. A-
prilis 1606. quia cum non agatur de fœdere
27 matrimonij, * sed ad effectum successionis,
sufficiunt etiam leuiores probationes *Salye.*
in l. non nudis num. 6. C. de probat. Gemin. cons.
27. num. 8. Paris. cons. 57. num. 41. Et quamuis
Bald. quem refert Dec. in d. cons. 54. in princ. te-
neat contrarium, illum tamen reprobat, &
de communi in contrarium testatur idem *Dec.*
in d. cons. 54. num. 3. Ferret. cons. 49. numer. 1. Al-
ciat. præsumpt. 38. num. 5. cum seqq. in vltim. par.
Et hanc conclusionem pluries tenuit *Rota apud*
Cæsarem de Grassis decis. 18. num 9. de probat. &
decis. 34. num 19. par. 2. & decis. 79. num. 2. &
decis. 357. num. 1. par. 1. diuers. & in causa Nea-
politana legitimitatis 14. Aprilis 1598, coram bo.
mem. Penia, & coram eodem in causa Veneta le-
gitimitatis 3. Decembris 1599. & in alia Veneta
30. Ianuarij 1606. & alias sæpissime, & in
terminis similis fideicommissi, in quo voca-
bantur procreati, & nati de legitimo matrimo-
nio verè, & non fictè dixit *Rot. in causa Me-*
diolanen. legitimitatis 2. Maij, & 28. Nouembris
1558. coram bon. mem. D. de Rubeis relata *apud*
Cottam decis. 22.
No inficiari potest, quin ista probatio ma-
trimonij optime conferat, quia licet fuerit
admissa sine coarctatione temporis, nihil fa-
cit, quoniam satis est, quod ex prædictis suffi-
cienter constet ad effectum, de quo agitur,
prædictos Pallauicinum, & Sigismundum
fuisse procreatos, & natos post matrimonium.
Nec ista probatio eliditur, ex quo Bernardi-
nus de anno 1526. in commissione Clementis
VII. fateatur non extare probationes circa
matrimonium, quia vltra alias responsiones,
quæ ad eandem commissionem afferuntur,
ibidem asseritur matrimonium, sed negatur
probatio, quæ postea superuenit.
Neque obstant oppositiones alias factæ cō-
tra

tra personam Vberti, nam omissis alijs responsionibus in alijs decisionibus ponderatis, cessat omnis difficultas, quia non reuideutur hodiè decisiones factæ circa illum articulum, sed agitur de persona Pallauicini, & Sigismũdi, circa quas non militant prædictæ exceptiones.

Alia vero deducta cum partim sint fundata in testibus per Rotam reiectis; partim verò conuincantur ex quatuor testibus Dominorum de Rangonibus, deponentibus March. Bernardinum fuisse probum virum, & bonum dominum, & fidelem Christianum, ideò per Dominos consulto fuerunt omissa, &c.

Et ita conclusum vtraque parte informante.

Præsens decisio fuit confirmata die 24. Martij 1625. & 26. Iunij sequentis.

ARIMINEN. BONORVM.

Lunæ 8. Iunij 1626.

ARGVMENTVM.

Libellus quando dicatur restrictus ad Saluianum, & quando etiam extendatur ad hypotecariam, non obstante quod in eo non adsit clausula *non se adstringens*.

SVMMARIVM.

1 *Clausula* non se adstringens *apposita in libello operatur, vt potius probata quam petita sint attendenda*.

2 *Possessorium potest cumulari cum possessorio adipiscendæ*.

3 *Saluianum interdictum ex quo censeatur intentatum*.

4 *Saluianum, & hypothecaria, quando simul dicantur intentata*.

5 *Saluiani proprium est vt creditor ex fructibus sibi satisfiat*.

6 *Libellus si concludat ad actionem hypothecariam petitio non potest dici restricta tantum ad fructuum petitionem*.

7 *Bona capta vigore hypotecæ possunt vendi, quod non procedit in Saluiano*.

8 *Dictio* insuper *denotat diuersitatem supra relatorum*.

9 *Libelli restrictio ex quo euitetur*.

DECISIO MDCXXXXV.

Domini dixerunt iudicium nõ esse restrictum ad Saluianum tantum, quid autem ex hoc postea sequatur erit videndum. Nam & si reperiantur dati ab eadem parte duo libelli quorum vnus habeat clausulam *non se adstringens*; alter verò nequaquam; nihilominus si attendatur libellus habens clausulam, res transit sine

1 ne difficultate, illa enim operatur * vt potius probata, quam petita sint attendenda *Bartol. in l. extra num. 3. ff. de Probation. & in l. Diuus n. 6. vbi Adden. ff. de re iudic. Falin. in cap. licet causam num. 42. in fine de probat. Pract. Papien. in forma libelli in act. real. in Gloss. non astringens, vbi Adden.*

Si vero attendatur alius libellus, idem dicendum est, cum Saluianum interdictum cum hypotheca fuit intentatum, ex quo fuit expressum, quod bona, contra quæ experitur remedium Saluianum possidebatur à debitore, petitorium namque potest cumulari cum pos-

2 sessorio adipiscendæ * *Castr. in l. rem alienam nu. 10. ff. de Pignor. act. Negusant. de Pignor. in 3. memb. 3. par. sub num. 26. vers. si autem in libello, Menoch. de adipisc. remed. 3. num. 160. Pacifie. de Salu. inspect. 1. cap. 3. num. 77. & seqq.*

Quod autem fuerit expositum, quod bona, contra quæ experiebatur iudicium Saluiani fuerint possessa à debitore, satis patet, cum dixerit, quod pro credito suo habebat omnia bona debitoris hypothecata, ex hoc enim cense-

3 tur intentatũ Saluianum, *prout aduertit Pacific. loc. cit num. 8. & propterea dum subditur,

4 quod debitor tenebat, & possidebat bona, * contra quæ experitur remedium Saluiani, & sic, & Saluianum, & hypotheca censentur intentata.

Non obstat, quod concludatur per verba *quare eam, reductis omnia sint vera petit immitti, & associari in realem, & corporalem posse ssionem bonorum detinendorũ quousque fuerit satisfacta de tot damnis, & interesse*, quia ista conclusio non est restricta ad Saluianum; nam debuisset dici

5 vt de fructibus pignoris, sibi satisfiat, * quod est proprium Saluiani *Bellon. in §. Item Saluianum sub num. 4. vers. debeat scire, & ibi Zacch. num. 40. Roland. consil. 54. num. 13. lib. 3.* & clarius modo ostenderet, & ideo cum conclusio libelli concludat etiam ad actionem hypoteca-

6 riam * petitio non est restricta ad fructus, &

7 propterea bona capta vigore hypothecæ * possunt etiam vendi, quod non est sic in Saluiano *Negusan. de Pignor. in 1. memb. 6. par. per tot.* & præcipuè *num. 40. Rota decis. 43. num. 2. par. 1. vers. non obstat.*

Neque releuat, quod in vltima conclusione dicatur, *& insuper præmissis omnibus, & singulis per D. V. & eius officium &c. deducens &c. intentans vtile Saluianum interdictum offerens &c.* quia vt supra dictum est, hæc clausula magis declarat alia non fuisse restricta ad Saluianum remedium cum dictio *& insuper* diuersi-

8 tatẽ denotet * ab alijs supra petitis *Gem. consil. 21. in princ. & consil. 44. num. 4. vers. hoc probat primo* & sic vltra alia petita intentat etiam Saluia-

9 num, * vnde cessat restrictio libelli.

Et ita &c.

IMOLEN. SALVIANI.

Merc. 10. Iunij 1626.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca censetur remissa, & res liberata à nexu pignoris quotiescumque creditor conuenit cum debitore, vt rei pignorata ad ipsum debitorem spectet, seu illi restituatur.*
2 *Saluiano non est locus cum deficit hypotheca.*
3 *Ob non adimplementum quis non potest redire ad primaeua iura, dum contractus est nominatus, sed agendum est vt adimpleatur.*
4 *Praescriptio non currit contra minores.*

DECISIO MDCXLVI.

IO: Baptista pater, & Hieronymus filius vendiderunt censum scut. mille bo. me. D. Maluasiae, & pro illis fideiussit Eques Iulius Pantaleo, quem indemnem releuare promiserunt, cumque illius filius Io: soluerit diuersas pecunias pro fructibus egit Saluiano contra praedictum censuatum, & ab A. C. obtinuit; quare dubitatum fuit, an verè Saluianum competeret, & DD. negatiuè resoluerunt, ea ratione, quia de anno 1594. Laura vxor Hieronymi praedicti dedit in solutum praedicto Equiti Iulio vnam domum pro pecunijs per ipsum solutis occasione fideiussionum, & praedictus Iulius restituit eidem Laurae nomine Io: Baptistae bona capta, ita, & taliter, quod Io. Baptista ad sui libitum de illis disponere posset; Vnde censetur remissa hypotheca, quotiescumque enim creditor conuenit
1 cum debitore, * vt res pignorata ad ipsum debitorem spectet, seu illi restituatur censetur res liberata à nexu pignoris *Negusan. de pig. or. 2. membr. 6. par. num. 20. 22. Bero cons. 57. nu. 36. lib. 3. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 31. num. 36.* & hinc sequitur, quod non sit locus
2 Saluiano, * cum deficiat hypotheca ex adductis per *Modern. de Salu. interd. inspect. 1. cap. 4. numer. 107.*

Non obstat, quod praedicta Laura promiserit liberare Equitem Iulium ab omnibus fideiussoribus cum hypotheca omniū suorum bonorum, quia Io: non egit ista via, nec sub dicto praetextu, quod nō fuerit adimpletū potuit redire ad pri-
3 maeua iura, * quia cum contractus sit nominatus, maximè accedente stipulatione *Bart. in l. 2. n. 11. C. de cond. ob caus.* & Laura non agat, sed excipiat, non potest Ioannes redire ad primaeua iura, vel dicere, quod Laura non adimpleuerit, sed agere, vt ibi impleatur *Bart. in d. l. 2. num. 7.* & in *l. ciuile in princ. C. de rei vendic.* & fuit dictum coram me in causa *Romana de Carauagiis 19. Ianuarij 1607.* sed cum ageret ex obligatione primaeua obstat extinctio hypothecae facta per partem, vt supra dictum est.

Non displicebat etiam DD. motiuum praescriptionis, & anterioritatis crediti Laurae, sed consulto praedicta ommiserunt, cum dicatur ad-
4 fuisse minores, * & ideo cessare praescriptionem, & Laurae quo ad secundum obstare quod de sua dote fuit satisfacta, quam tradidit secundo viro, de quibus si opus esset posset maturius agi. Et ita conclusum, &c.

ROMANA DOTIS.

Mercurij 10. Iunij 1626.

ARGVMENTVM.

In omni alienatione bonorum facta à minore requiritur solemnitas, & causa, quod procedit etiam in alienatione seu assignatione bonorum facta pro dote: Curatoris consensus requiritur expressus in obligatione minoris, itaut non sufficiat, quod in clausulis executiuis videatur explicitus nisi etiam in dispositiua constet, quod Curator interuenerit contemplatione officij.

SVMMARIVM.

1 *In alienatione rei minoris copulatiuè requiritur solemnitas & causa. Ampliа etiam in dote n. 5. Declara ampliationem n. 7.*
2 *In qua solemnitate requiritur auctoritas Tutoris, seu Curatoris.*
3 *Restitutione non eget minor, qui ipso iure remanet illaesus à contractu nulliter gesto.*
4 Statutum Vrbis cap. 113. lib. 1. *disponit quod in alienatione rerum minorum requiratur consensus Curatoris.*
5 *Ampliа etiam quando bona immobilia dantur in dotem. Declara n. 7.*
6 *Statutum recipit interpretationem à iure.*
7 Put. decis. 100. lib. 3. *in quibus terminis loquatur.*
Obligatio seu promissio simplex pro dote potest fieri à minore absque solemnitatibus; secus autem alienatio n. 7.
8 *Curatoris consensus requiritur expressus in obligatione minoris. limita num. 12. Declara limitationem n. 14.*
9 *Mutus tutor dari non potest.*
10 *Tutor, & Curator in authorando necesse est loqui, nec sufficit illius praesentia, nisi loquatur, & interueniat contemplatione officij.*
11 *Curator se obligans non facta mentione officij curae censetur proprio nomine se obligasse. Ampliа n. 15.*
12 *Curatoris tacitus consensus sufficit in actibus iudicialibus. Declara procedere in iudicio contentiosae iurisdictionis, secus in iudicio voluntariae iurisdictionis num. 14.*
13 *Minoris obligatio non valet etiamsi is, qui est Curator illius insolidum nomine expresso se obligauerit cum minore.*
15 *Ampliа etiamsi in clausulis executiuis Curator curatorio nomine se obligauerit, & num. 17.*
Clausulae executiuae non ampliant, alterant, aut mutant principalem dispositionem numer 15.

16 Ex

16 *Ex clausulis executiuis colligitur, & declaratur mens disponentis.*

18 *Clausulæ executiuæ regulantur secundum dispositionem, cui adijciuntur.*

19 *Tutor, & Curator non potest tutricio, & curatorio nomine obligare bona minoris, & eius hæredum in contractu lesiuo.*

20 *Decretum iudicis interpositum in contractu minoris corruit, si cessat causa.*

21 *Tam in contractu minoris, quam in contractu facto ab ipso Curatore nomine minoris, requiritur causa, & decretum iudicis.*

22 *Contractus Curatoris, in quo obligat bona minoris, & hæredum pro constituenda dote exorbitanti illius sorori, est lesiuus, & sic sine causa.*

23 *Iuramentum facit sustinere contractum nullum.*

24 *Contrarium ex dispositione* statuti Vrbis cap. 151. lib. 1. *in quo disponitur, quod Sacramentum alias præstitum censeatur dolo, & metu extortum, & nihil operetur*

25 *Itaut ratificatio neque expressa neque tacita valideт huiusmodi contractum.*

26 *Statutum debet suppleri per ius commune.*

- *In contractu minoris vltra requisita à statuto debent etiam interuenire requisita à iure communi num. 26.*

27 Statutum Vrbis lib. 1. cap. 151. *loquitur in obligatione minorum, & mulierum, non autem in venditione stabilium.*

28 Statutum Vrbis cap. 113. lib. 1. *suppletur per* cap. 151. eodem lib. 1.

29 *Statutum debet suppleri ab alijs statutis.*

30 Statutum Vrbis cap. 151. lib. 1. *licet loquatur tantum in quatuor casibus, tamen extenditur ad omnes contractus lesiuos*

DECISIO MDCXLVII.

QVæsitum fuit, an assignatio bonorum immobilium facta D. Hypolito marito pro dote D. Lucretiæ vxoris substineatur. Hoc dubium habet plures inspectiones. Prima est an D. Bartholomeus minor potuerit constituere dictam dotem absq; interuentu Curatricis. Secunda quatenus non, An constet de tali consensu Curatricis, vt assignatio sustineatur. Tertia quatenus non, An adsit talis contractus Curatricis, qui obliget D. Bartholomeum. Quarta quatenus non, An assignatio sustineatur propter iuramentum.

Et circa primam fuit dictum, quod Bartolomeus non potuit constituere d. dotem sine interuentu Curatricis, quia regula est certa, quod in alienatione rei minoris duo copulatiuè
1 requiruntur solemnitas * & causa, in qua quidem solemnitate requiritur auctoritas Tu-
2 toris, seu Curatoris * *l. non est, & l. si is C. de Præd. min. l. magis puto §. non parum ff. de reb. cor. Bald. in l. 1. num. 12. in fin. C. de fid. Instrum. & iur. hast. fisc. lib. 10. Roderic. Suar. alleg. 2. num. 7. Roland. cons. 33. num. 9. lib. 1.* vbi latè, ita vt minor non egeat restitutione, cum stante
3 nullitate * seruetur ipso iure illæsus *l. in causa l. 2. §. Pomponius ff. de minor. Guttier. de Tutel. par. 2. cap. 5. num. 8.* Et in *statut. Vrbis cap. 113. lib. 1.* expressè disponitur, quod in alie-
4 natione rerum minorum * requiratur consensus Curatoris. Et hæc conclusio habet locum etiam quando bona immobilia dantur in do-
5 tem, * quia tunc etiam requiritur decretum Iudicis, & auctoritas Tutoris, vel Curatoris *l. lex quæ Tutores & ibi Gloss. in verbo vel dotem, & Bart. in 2. notab. num. 2. Salycet. num. 3. circa fin. C. de administr. Tut. l. prædia, & ibi Gloss. in verbo potuerit & DD. C. de Præd. min. Azz. in summ. C. de Iur. dot. num. 19. vers. potest autem* & tacitissimè comprobat *Lambertengh. de contract. gl. 21. numer. 11. Guttier. de Tutel. & Cur. par. 2. cap. 5. numer. 51. & seqq.* & ita etiam intelligendum est *Stat. d. cap. 113. lib. 1.*
6 cum recipiat interpretationem à iure * *Ias. in Auth. nouiss. num. 24. C. de Inoffic. testam.* Non
7 enim agitur de simplici obligatione pro dote,* in quibus terminis loquitur *Put. dec. 100. lib. 3.* in quo casu vult promissionem dotis non comprehendi sub statuto, sed agitur de alienatione bonorum pro dote, qui casus comprehenditur sub statuto, vt dictum est.

Circa secundam inspectionem; an constet de tali consensu Curatricis, ita vt assignatio prædicta sustineatur; negatiuè fuit resolutum, cum non adsit expressus consensus dictæ Curatricis
8 in obligatione * Bartholomæi minoris, prout de iure requiritur ad *l. 1. §. mutus ff. de tutel.*
9 vbi mutus dari Tutor non potest, * quia vt ibi dicitur, authoritatem præstare non potest & post *Dyn.* in nostris terminis dicit *Bald. in l. si pater naturalis 29. in addit. verbo sed Tutor ff. de Adopt.* vbi quod Tutor in authorando ne-
10 cesse habet loqui, * & ibi etiam *Angel Aretin. num. 3. Signorol. cons. 190. numer. 2.* vbi quod præsentia Curatoris non sufficit in authoritate præstanda, nisi loquatur, dicendo approbo, vel agnosco, aut æquipollens ia;s *Montan. de tutel. cap. 30. num. 31. & seqq & præsertim num. 40. 42. & 43.* Quod autem non adsit expressus consensus dictæ Curatricis satis patet, siue attendamus capitula matrimonialia, siue instrumentum factum coram Iudice; nam quantum ad pacta matrimonialia dicitur *Patti, & conuentioni matrimoniali fatti trà la Signora Lucretia Bonadies, e la Signora Laura Aquilani de Bonadies, & il Signor Bartholomeo Bonadies figliolo, & herede del quondam Sig. Baldassare e fratello di essa Signora Lucretia da vna parte, e dall' altra parte il Signor Ippolito Vittelleschi &c.* Et in fine capitulorum dicitur. *Et in fede per detta Signora Lucretia si sottoscriuerà detta Signora Laura sua Madre Tutrice, e Curatrice delli figli & heredi della bo. me. del Sig. Baldassare, e similmente il Sig. Bartolomeo fratello di detta Signora Lucretia.* Et in subscriptione habetur *Io Laura Aquilani Bonadies afferno quanto di sopra mano propria,* & sequitur alia subscriptio vltima *Io. Bartholomeo Bonadies afferno quanto di sopra mano propria,* & postea subsequitur alia subscriptio D. Hippoliti futuri Mariti. Vnde manifestissime apparet, quod non adest expressus consensus Curatricis circa obligationem D. Bartholomei, prout de iure requiritur ex supra dedu-

deductis, cùm nullibi legatur, quod D. Lau-
ra interuenerit tanquam Curatrix Bartholomęi
& ideo non videtur interuenisse, vt Curatrix
Bartholomei, nec contemplatione officij cu-
ræ, vtbene in puncto *Signorol. d. conf. 190.
num. 4.*

Si vero attendamus instrumentum confe-
ctum coram Iudice, super quo interposuit de-
cretum habentur hæc verba *coram D. &c. exi-
sten. D. Laura Aquilana de Bonadies mater tu-
trix, & Curatrix D. Lucretiæ ex bo. mem. D.
Baldassare Bonadies filiæ, & D. Bartholomeus eius-
dem D. Lauræ ex se, & d. q. bo. mem. Balda-
ssare etiam filius & hæres, & prædicta Lucre-
tiæ frater, qui DD. Laura, & Bartholomeus
tam coniunctum, quam diuisim ac simul, & in-
simul eid. D. Iudici exposuerunt inter ipses dd. res-
pectiue nominibus, ac etiam vice & nomine eius-
dem D. Lucretia &c. ex vna, & D. Hyppolitum
ex altera fuisse tractatum, & conclusum matrimo-
niū &c.* & subsequitur *indēdantq. hodie Instrumen-
tum matrimoniale &c. super contentis & expressis
in Apoca matrimoniali conficere. sed cum sint ipsa
D. Laura Mulier, & D. Bartholomeus minor,
cum id facere non possint, neque valeant, nisi cum
decreto, & auctoritate D. Iudicis, ac consensu
& interuentu duorum proximiorum &c. & Iudex
in defectum vnius proximioris vtrique videlicet
Lauræ, & Bartholomæo Curatorem deputauit cum
solitis clausulis, & cautelis & hoc factum D. Lu-
cretia, & D. Bartholomeus cum decreto &
auctoritate Iudicis, & interuentus proximioris
& Curatoris renunciantes D. Laura auxilio Sen.
Conf. Vell. Auth si quæ Mulier l. Iuliæ de fund.
dot. & D. Bartholomæus beneficio suæ minoris
ætatis stat. Vrb. aliisque legibus, legumque & sta-
tutorum auxilijs &c. ex vna parte, & D. Hippo-
litus ex altera cum eorum iuramentis affirmaueruut
gesta in capitulis matrimonialibus &c.* & subdit
*Et in executione præmissorum dd. D. Laura &
Bartholomęus in dotē & pro fundo dotali d. D. Lu-
cretiæ eorum filiæ, & sororis respectiue eidē D. Hip-
polito dederunt domum positam &c.* Vnde clare
pa et ex tota ista serie facti, quod non adest
expressus consensus Curatricis circa alienationē
factā per Bartholomæum, qui vt dictum est
requiritur de iure, nam cum solum nomen D.
Lauræ fuerit expressum, non est attendenda
qualitas inhærens personæ (videlicet curatricis)
11 immo non facta mentione officij curæ, * D.
Laura censeatur proprio nomine se obligasse,
vt bene in puncto *Signorol. d. conf. 190. num. 4.
& 5.*

Neque obstat, quod Mater Curatrix obliga-
uerit se vna cum filio, & in omnem euentum,
quod in actibus iudicialibus sufficit tacitus con-
12 sensus Curatoris, * nec requiritur expressus,
vt per *text. in l. minorū C. de Præd. & al. reb.* di-
cunt *Bald. & Angel. Aretin. in d. l. si pater natu-
ralis locis supra allegatis*: nam ad primum fuit
responsum, quod non sufficit, quod Mater se
obligauerit vna cum filio ad effectum, quod
dicatur interuenisse expressus consensus, vt col-
ligitur ex prædictis, & in puncto dicit *Signo-
rol. d. conf. 190. per tot.* Vbi quod nō valet obli-
13 gatio * minoris etiam si is, qui est Curator il-
lius in solidum nomine expresso se obligauerit
cum minore, quia non propterea validatur obli-
gatio minoris, quasi consensisse videatur Cura-
tor, quando nullum verbum est habitum, quod
tanquam Curator se obligauerit, quia licet obli-
gati insolidum videantur, & vnus, & alter
consentire, tamen in Curatore requiritur ex-
pressio, vt tanquam Curator se obliget. Ad
secundam vero quod in iudicijs sufficiat tacitus
consensus, hoc est verum, quando agitur in iu-
14 dicio contentiosæ Iurisditionis, * secus vero
quando agitur in iudicio voluntariæ iurisdi-
ctionis, prout est decretum Iudicis in istis con-
tractibus, cum fiat sine contradictore *Calderin.
conf. 2. nu. 2. vers. in contrarium de elect.* quod
duplicatur *conf. 8. de Iudic. Franc. in c. fin. nu. 9.
vers. quæritur de Elect. in 6.* & ita quod in iu-
dicio voluntariæ iurisdictionis requiratur ex-
pressus consensus dicit *Angel. Aretin. in d. l. si
Pater naturalis num. 3. vers. in actibus vero iu-
dicialibus.*

Minus obstat, quod in clausulis executiuis
ibi *pro quibus &c. D. Laura tutricio, & curatri-
15 cio nomine * d. Bartholomæum, eiusque hæredes
&c. obligauerint*, quia clausulæ executiuę nō am-
pliant, alterant, aut mutant principalem dis-
positionem *Clem. 1. vbi DD. de preben. Dec.
conf. 195. col. 3. vers. 2. diligenter, & conf. 305.
num. 6. & seqq. Natt. conf. 263. num. 3. Couarr.
in rubr. de testam. p. 2. num. 13.* & quamuis ex
16 clausulis executiuis declaretur, * & colligatur
mens disponentis *Bald. in l. eam quam num. 37.
C. de fideicomm. Dec. conf. 423. in fine*; tamen
hæc non possunt procedere in materia, de qua
agitur, in qua, vt dictum est, requirebatur ex-
pressus consensus Curatoris, nec sufficit taci-
17 tus. * id autem quod colligitur ex clausulis
executiuis resultat ex præsumpta mente, vt di-
cunt *DD.* prædicti, quare in hoc casu non po-
test inseruire pro consensu expresso, qui requi-
ritur, vt dictum est.

Circa tertiam inspectionem, an adsit talis
contractus Curatricis, qui obliget D. Bartho-
lomæum, ex supra deductis apparet, quod D.
Laura se obligauit nomine proprio; vnde so-
la difficultas consistit in eo, quod in dicta clau-
sula executiua *pro quibus &c. D. Laura tutri-
cio, & curatricio nomine D. Bartholomeum eiusque
heredes &c. & bona &c. & seipsam hæredes &c.
bona &c. obligauit.* Et subsequitur etiam obli-
gatio Bartholomei per hec verba, *& dictus
Bartholomæus se &c. hæredes &c. & bona &c.
obligauit.* Vnde cum ista clausula stet consequu-
tiuè ad prius disposita, dicendum est, quod
D. Laura pro obligatione sua facta in disposi-
tiua obligauerit bona Bartholomæi, & hære-
dum, ac etiam bona propria, & hæredum,
ipsius Lauræ. Et Bartholomæus pro obli-
gatione sua facta in dispositiua bona propria
& hæredum, quia clausulæ executiuæ regulan-
18 tur * secundum dispositionem cui adiciiuntur
*Gloss. in l. si patronum vers. Faniana in fin. ff.
si quid in fraud. patr. Gabr. de clauf. conclus.
10. Put dec. 1. num. 2. lib. 1.* Vnde videndum est,
an Tutrix pro sua obligatione potuerit obliga-
19 re tutricio, * & Curatricio nomine bona Bar-
tolo-

tolomæi, & *ipsius* hæredum. Et dicendum
est; quod non, quia iste contractus de sui na-
tura est læsiuus *l.1.C.de fil.fam.min.* Et sic defi-
cit causa, ex qua obligatio minoris sustinetur,
vt per *Roland.d.cons.33.num.1.lib.1.* cum alijs
supra allegatis, & propterea licet interuenerit
20 decretum Iudicis, * cum tamen cesset causa,
corruit d.decretum ex deductis in causa *Roma-
na Argentorum 27. Iunij 1607. coram S.m.Greg.*
quæ est *dec.325.* clarum est enim, quod ne-
21 dum in contractu minoris, * sed etiam in
contractu facto ab ipso Curatore nomine mi-
noris requiritur causa, & decretum Iudicis *l.si
prędia 11. ff. de Reb. cor.*& latè *Montan. de tutel.
cap.33.numer.*65. Nec dicatur contractum non
fuisse læsiuum, ex quo Bartholomæus se obli-
gauerat, & ex quo Sororem dotare tenebatur,
quia quoad obligationem Bartolomæi illa
fuit nulla, vt supra dictum est, & ideò non
est habenda in consideratione, nec in ea vis
potest fieri, quare ex isto capite non potest
euitari læsio, prout nec etiam potest euitari
ex secundo capite, ex quo tenebatur dotare,
22 quia hoc est verum, sed congruenter, * pro-
ut etiam disposuerat testator, & ideò non in
constituenda tam exorbitanti dote sc. 24 mil.
nullo pacto potest inficiari læsio. Et sic obli-
gatione Lauræ Curatricis quoad bona Bartho-
lomæi, & hæredum pro tuenda obligatione
propria fuisse sine causa, & sic læsiuam mani-
festè apparet.

Denique circa quartam, & vltimam inspe-
ctionem, an scilicet obligatio D.Bartholomæi
sustineatur propter iuramentum fuit con-
clusum pro negatiua, quia licet sit regula pro
23 affirmatiua,* vt in *Auth.Sacramenta puberũ C.si
ad.vend.Gut.de tutel.d.c.2.p.2 n.72. Montan de
tut.c.33.n.575.*tamẽ fuit responsũ huic regulæ
24 obstare *Stat.Vrb.c.151.lib.1.* in quo disponitur,*
quod Sacramentum alias præstitum censeatur
dolo, & metu extortum, & quod nihil ope-
retur, vnde totus contractus censetur dolosus
25 *Caputaq. decis.202. lib.3.* ita vt ratificatio,*
neque expressa, neque tacita validet huiusmo-
di contractum *Caputaquen. decis. 1. lib. 3.*
quare d. iuramentum nihil operatur *Hipp.
Riminal. ad princ.tit. Quib.alien.licet numer.293.*
& ad hoc sunt clarissima verba dicti *Statuti in
fine*, quod quidem statutum licet non loqua-
tur de consensu Tutoris, aut Curatoris tamen
cum iste consensus requiratur de iure, vt su-
26 pra probatum est, sane debet suppleri * per
ius commune, ita vt vltra requisita à *Stat.*de-
beant etiam interuenire requisita à iure com-
muni *Castr. in cons.106. num.2. verbo plus dico
lib.2.* quem sequitur *Tiraquell. post ll. connub.
gloss.8.num.40.Montan. de tutel. cap.33. num.38.*
Et quamuis hoc statutum non loquatur in
27 venditione stabilium, * sed in obligatione
minorum, & mulierum, tamen d. *Statutum*
28 *cap.113.lib.1.* suppletur * per hoc statutum
cap.151.eodem lib.1. Ea ratione, quia si statu-
tum debet suppleri à iure communi à fortiori
29 debet suppleri * per alia statuta *Roman. cons.
399.num.7.* dicens, quod statutum præsumitur
velle potius conseruare alia statuta, quæ ab
eodem fonte, & ab iisdem statuentibus pro-
cesserunt, quam ius* commune *Montan. de
tutel. cap.33 num.40. & seqq.* & cessat omnis
difficultas, quia dictum *Statutum cap.151.lib.*
30 1. licet loquatur tantum in quatuor casibus,*
tamen extenditur ad omnes contractus læsi-
uos *Rota dec.529.num.4.in fin.par.1.* & fuit sæ-
pissimè resolutum, vt in *decisionibus* congestis
per *D.Pu.Episc.Amerin add stat.cap.151.gloss.
7.num.6.*

Et eo magis DD. venerunt in hanc senten-
tiam, quia agitur de dote *scut.24.mil.* quæ vi-
detur satis excessiua, & absorbere meliorem
partem bonorum testatoris; præsertim cum
testator solum disposuerit, quod fœminæ con-
gruenter dotarentur.

Et sic conclusum vtraque parte informante
&c.

*Præsens decisio fuit confirmata die 2. Decem-
bris seq.*

VITERBEN. CASTRORVM.

Ven. 19. *Iunij* 1626.

ARGVMENTVM.

Si hæres grauatus à testatore per fideicom-
missum particulare in bonis proprijs, si-
ne beneficio legis, & inuentarij accep-
tauerit hæreditatem non potest sub præ-
textu retentionis impedire restitutio-
nem fideicommissi vniuersalis.

SVMMARIVM.

1 *Testator potest disponere de re hæredis uti de re propria num.12.*

2 *Hæres, vel alius oneratus in quantitate non potest vltra grauari, quam sit quantitas, & eius vsuræ.*

3 *Declara procedere, quando grauatur in re aliena, secus autem si in re propria.*

4 *Hæres, qui adiuit hæreditatem, & non fecit inuentarium tenetur soluere legatum factum de re propria.*

5 *Hæres, quia à testatore per fideicomissum particulare fuit in plus grauatus, si hæreditatem adiuit, & inuentarium non confecit potest retinere ex fideicomisso generali, quantum importat particulare. Declara num.6*

7 *Hæres grauatus in tota, vel quota hæreditatis, in qua prius fuit honoratus si non conficiat inuentarium, tenetur restituere solum quantitatem relicti, habendo rationem ad fructus perceptos. Declara num.15.*

8 *Hæres grauatus fideicomisso particulari si adiuit hæreditatem sine beneficio legis, & inuentarij, tenetur vltra vires hæreditarias.*

9 *Hæres grauatus restituere rem propriam cum cæteris bonis fideicomisso subiectis, & sine inuentario acceptauit hæreditatẽ videtur simul onus*

impo-

impositum acceptasse, & non detrahit, & numer. 21.

11 *Hæres adeundo efficit vnicum patrimonium, & quasi contrahit cum fideicommissarijs agnoscendo, & acceptando grauamen.*

12 Ludouicus Morotius laudatur.

13 *Hæres grauatus fideicomisso particulari de re sua, & fideicomisso vniuersali de bonis testatoris nisi ex fructibus bonorum eiusdem fideicomissi vniuersalis perceperit tot fructus, qui æquiualeant æstimationi legati particularis, illud potest retinere, & sibi de dicta æstimatione pro rata satisfacere. Decl. num. 15. Vide n. 24. & 25.*

14 *Immissio vigore Saluiani in fideicomissum particulare non impeditur per exceptionem requirentem altiorem indaginem.*

16 *Vxore à marito instituta ex triente, & pluribus ei fideicommissis datis, dotem quoque prælegauit, & iussit, vt partem hæreditatis relictam, quæcumque ei legasset filio restitueret, in restitutione non venit dos:*

17 *Nisi fuerit approbatum, quod testator etiam de dote restituenda senserit.*

18 *Vxori de iure antiquo licebat legare vsumfructum tertiæ partis bonorum, & cum liberos habuerit eiusdem partis proprietatem.*

19 *Debitam compensare velle videtur debitor instituendo creditorem.*

20 *Si testator id; quod debet legauit, aut expressè dixit compensationem fieri, illa fit vsque ad quantitatem falcidiæ, vel Trebellianicæ.*

22 *Rogatus manumittere seruos suos, & eisdem hæreditatem restituere, detracto pretio seruorum, hæreditatem restituere debet.*

23 Bellon. iun. cons. 99. num. 24. *reprobatur.*

24 Peregr. de fideicom. art. 33. num. 48. *in quibus terminis loquatur.*

25 *Hæredi à semetipso neque legatum, neque fideicomissum particulare relinqui potest.*

DECISIO MDCXLVIII.

GEorgius testator fecit fideicommissum particulare ad fauorem Honuphrij iunioris filij, & omnium primogenitorum de familia, in quo magna ex parte supposuit bona subiecta fideicommisso Honuphrij senioris Aui facti ad fauorem ipsius Honuphrij iunioris, quod potuisse facere fuit latè probatum in *decisione facta coram me* 10. *Maij* 1624. & hoc non controuertitur, fecit etiam in eodem testamento fideicommissum vniuersale ad fauorem omniũ descendentium, & cum venerit casus, quod vtrumque fideicommissum euentualiter deuolutum fuerit ad D. Valerium, & ipse petierit vtrumque, & quater fuerit resolutum posse agere Saluiano ad dictum fideicommissum particulare contra Excellentiss. Ducem Brachiani, qui possidet vtrumque fideicommissum, Dubitaui, an dicta petitio vniuersalis fideicommissi facta per D. Valerium ei obstaret in casu, & ad effectum, de quo agitur, qui est, quod Excellentiss. D. Dux successor dicti Honuphrij iunioris prætendebat posse detrahere dicta bona subiecta fideicommisso Honuphrij senioris, vel saltem illa retinere donec discutiatur: An ex dicto fideicommisso vniuersali Georgij, & illius fructibus possit prouideri ipsi Excellentiss. D. Duci pro æstimatione dd. bonorum fideicommissi Honuphrij senioris in fideicommisso particulari contentorum ex adductis per *Bellon. iuniorem in cons.* 99. *num.* 22. & 23. Et DD. causa bis proposita negatiuè resoluerunt, quia testator potuit disponere de re ipsius Honu-
1 phrij hæredis * *l. vnum ex familia 69. §. si rem l. cum pater 79. §. cum pater ff. de leg. 2. latè Gomez. var. resol. lib. 1. cap. 12. num. 14.* Et quamuis regula sit; quod, oneratus in quanti-
2 tate, * non potest vltra grauari, quàm sit quantitas, & eius vsuræ *l. si cui 7. ff. de fideicommiss. libert.* hoc tamen est verum, quando
3 grauatur in re aliena, * secus autem quando grauatur in re propria, quia si grauatus simpliciter acceptat legatum, prout in casu isto,
4 quia Honuphrius adiuit hæreditatem, * & non fecit inuentarium vtique tenetur, etiam quod suum plus valeat, vt sunt iura clara *in l. Imperator 27. in princ. vers. si centum legatis, ibi enim verò &c. ff. de leg. 2. & est bonus textus in l. generaliter 24. §. si quis alienam, & in l. si debitor 45. in princ & §. in fideicommissaria ff. de fideicomm. libert.* & hanc distinctionem agnoscit, sequitur *Greg. Lopez. partita 6. tit. 9. lib. 3. gloss. 5.* & sic ista iura loquuntur in proprijs terminis, quando testator disponit de re hæredis.

Non obstat, quod omnia prædicta procedunt ad effectum, quod Honuphrius debeat acquiescere dispositioni patris etiam quod in
5 plus fuerit grauatus, non autem ad effectum, * quod non possit retinere ex fideicommisso generali quantum importat particulare: Quia fuit responsum hoc regulariter procedere, non
6 autem in casu isto, in quo testator, * vt dictum est, duo fideicommissa fecit, vnum vniuersale, quod hæredes Honuphrij absque dubio tenentur restituere, & aliud particulare ex magna parte ex bonis, & castris sebiectis fideicommisso ad fauorem ipsius Honuphrij, quod etiam pariter debet restitui, etiam quod excedat valorem hæreditatis, cum Honuphrius non fecerit inuentarium, quia etsi verum sit, quod
7 hæres grauatus in tota, * vel quota hæreditatis, in qua prius fuit honoratus, si non conficiat inuentarium tenetur restituere solum ad quantitatem relicti, habendo rationem ad fructus perceptos, & cum fiat de ipsa hæreditate non potest fieri vltra vires hæreditatis, & ex iure nouo ommissio inuentarij non grauat hæredem adeuntem vltra dispositionem iuris antiqui. Attamen in casu isto cum agatur de fi-
8 deicommisso particulari, * vt pluries fuit firmatum, & Honuphrius adiuerit hæreditatem sine beneficio legis & inuentarij, ius nouum, de quo in *l. fin. C. de iur. delib & auth. de hæred. & falcid. §. hinc nobis vers. si verò non fecerit Inuentarium* grauat hæredem quoad legata, & fideicommissa particularia vltra vires hæreditarias, & de proprio, cum singularia relicta non fiant de ipsa hæreditate, sed de alijs bonis *l. cohæredi §. cum filia ff. de vulg. & pupill.*

pill. l. arrogatur ff. de adopt. & hanc distinctio-
nem facit *Castren. in l. ab omnibus §. fin. num.* 2.
ff. de leg. 2. *& in l. ita tamen §. si ex Trebelliano*
num. 2. *ff. ad Trebell.* cum allegatis in *decisione*
facta in hac eadem causa 10. *May* 1624. quibus
potest addi *gloss. in d. l. fin. §. si verò postquam*
in vers. censuerunt C. de iur. deliber. Soc. iun.
cons. 7. *num.* 15. *vol.* 4. *Boer. cons.* 53. *numer.* 3.
Franc. Marc. decis. 433. *in* 2. *par.* 1. *Magon. dec.*
Florent. 130. *num.* 4. *& decis. Lucan.* 6. *num.* 40.
Menoch. cons. 207. *num.* 17. *& cons.* 272. *num.* 6.
Laderh. cons. 141. *num.* 5. *Valasch. decis.* 52.
num. 15. *Peregr. de fideicomm. art.* 33. *num.* 13.
& cons. 64. *numer.* 28. *vol.* 3. *Surd. cons.* 459.
num. 16. & benè in proprijs terminis *Gaspar.*
Ant. Thes. quæst. 66. *num.* 3. *& seq. lib.* 2. dum
dicit, quod quando hæres grauatur restituere
9 rem propriam * cum cæteris bonis fideicom-
misso suppositis, & sine inuentario acceptauit
hæreditatem, videtur simul onus impositum
acceptasse, & non detrahit ea ratione, quia
petitur ex iuris principijs, quibus cauetur te-
10 statorem liberam habere facultatem * legandi
res hæredis vti proprias, etiamsi putaret hæ-
redis esse, & essent propriæ, & subdit *numer.* 4.
quod quando hæres adit, efficitur vnicum pa-
11 trimonium, * & quasi contrahit cum fideicom-
missarijs agnoscendo, & acceptando graua-
men, qui etiam in fine quæstionis refert *Lu-*
douicum Morotium Senatorem fuisse huius opi-
12 nionis, * qui, vt notum est, non est Doctor
vulgaris existimationis.

Non obstat, quod hæres grauatus fideicom-
misso particulari de re sua, & fideicommisso
13 vniuersali de bonis testatoris, * nisi ex fructi-
bus bonorum dicti fideicommissi vniuersalis
perceperit tot fructus, qui æquiualeant æsti-
mationi legati particularis illud possit retine-
re, & sibi de dicta æstimatione pro rata satis-
facere ad *textum in l. cum pater* 79. *§. Titio ff.*
de leg. 2. *l. quod de bonis* 15. *§. quod autus ff. ad l.*
falcid. l. ita tamen 27. *§. hæres ex asse ff. ad Tre-*
bell. quæ iura considerat *Bellonus iunior in cons.*
99. *n.* 15. Nam ommisso, quod in dictis iuribus
præsupponitur perceptio fructuum, quæ hic nō
adest, cum ad hunc effectum requiratur restitu-
tio facti, per quam etiam possessio transfera-
tur, nec sufficiat restitutio verbalis *Peregr. de*
fideicommiss. art. 2. *numer.* 54. & propterea ex
hoc capite Excellentiss. Dux Brachiani non po-
test retinere legatum particulare, aut illud
pro rata diminuere; Immò cum huiusmodi ex-
ceptio pendeat à calculo perceptorum ex d. fi-
deicommisso vniuersali, quod non potest fieri
nisi in actu restitutionis dicti fideicommissi
14 vniuersalis, ista exceptio compensationis, * vt
potè requirens altiorem indaginem non est ad-
mittenda ad impediendam immissionem vigo-
re Saluiani in fideicommissum particulare *Ca-*
stren. in l. fin. in princ. C. de compensat. & fuit
resolutum in causa *Romana Saluiani interdicti*
17. *Ianuarij* 1633. & in *Bononien. Dotis* 3. *Iunij*
eiusdem anni coram bo. me. Litta, cessat difficultas,
quia illa iura loquuntur, quando quis fuit gra-
15 uatus in quota hæreditatis, * & tunc compu-
tatis fructibus perceptis non potest grauari vl-
tra valorem quotæ, qui non est casus noster,
cum agatur de legato rei singularis, non autem
quotæ hæreditatis, nec est verum, quod idem
sit, quando quis grauatur in restitutione rei
singularis ex *text. in l. Lucius* 7. *§. maritus ff. ad*
Trebell. quem ponderat *Bellon. loco citato*, vbi
16 maritus instituta vxore ex triente, * & pluribus
ei fideicommissis datis dotem quoque prælega-
uit, & iussit, vt partem hæreditatis relictam,
quæcumque ei legasset filio restitueret, & dici-
tur, quod in restitutione non venit dos nisi fue-
17 rit approbatum, * quod Testator etiam de do-
te restituenda senserit, & ita demum si vxor tan-
tum ex hæreditate Testatoris percepit quanti-
tatem æquiualentem nomine Falcidiæ, quan-
tum est ipsa dos, hoc est Trebellianicæ, vt ibi
exponunt *Vivian. Bart. Odofred. & alij*; circa
quem *tex.* dicit *Cuiac. obseru. lib.* 18. *cap.* 16. *in*
fine, obseruandum esse vestigium iuris antiqui,
18 quo vxori non habenti solidi capacitatem, * li-
cebat legare vsumfructum tertiæ partis bono-
rum, & cum liberos habuerit eiusdem partis
proprietatem *Vulpian. lib. regul. tit. de decimis.*

Ad intelligentiam istius *textus*, qui nihil fa-
cit ad casum nostrum, est notandum, quod si
Creditorem instituit debitor per hoc videtur
19 velle, quod debitum compensetur * *l. quod de*
bonis 15. *§. quod autus ff. ad l. Falcid.* & declarat
Gregor. Lopez partita 6. *tit.* 9. *l.* 3. *gloss. supra in*
20 *fine*, si verò Testator, id quod debet legauit, *
aut expresse dixerit, compensationem fieri, illa
fit vsque ad quantitatem Falcidiæ, vel Trebel-
lianicæ, vt in *d. §. maritus*, & sic in terminis *d. §.*
maritus cum fuisset legatum debitum proprium
intrabat compensatio cum Trebellianica, &
optimè hoc declarat *text. in l. cum quis* 3. *ff. de*
dot. prælat. & possent allegare alia iura, quæ ad-
ducit *Gregor. Lopez loco supra allegato*, qui di-
cit illa procedere, quando agitur de compensa-
tione, sed hic non agitur de compensatione, sed
de re hæredis, de qua disposuit Testator, & cum
21 Honuphrius acceptauerit * sine beneficio le-
gis, & inuentarij sibi præiudicauit, nec est locus
compensationi cum fideicommisso vniuersali
ex rationibus supra deductis, quod quidem fi-
deicommissum vniuersale nec tangitur in ter-
minis *d. §. maritus*, sed solum habetur ratio Tre-
bellianicæ ad sustentandam substitutionem fa-
ctam de credito hæredis, videlicet de dote, & in
hoc casu nulla est habenda ratio Trebellianicæ
pro substentatione fideicommissi particularis
de bonis grauati, cum Honuphrius hæres, &
prælegatarius non confecerit inuentarium, sed
simpliciter tenetur restituere dictum fideicom-
missum particulare, vt supra dictum est.

Non obstat etiam *tex. in d. l. ita tamen* 22.
§ fin. ff. ad Trebellian. vbi qui seruos suos ro-
22 gatus est manumittere, * & eisdem hæredita-
tem restituere, detracto pretio seruorum hære-
ditatem restituere debet, ex quo inducitur,
quod pretium prælegati ex bonis hæredis
possit retineri; quia fuit responsum, quod in
casu *d. §. fin.* detrahitur prius pretium seruo-
rum, tamquam æs alienum, quia onus intrin-
secum, nempè fideicommissum relictum seruis
impeditur per extrinsecum seruitutis, cum hæ-

reditas ante libertatem datam seruo existenti non posset dari, nec fundus, nec hæreditatis restitui *l. si cui pure 31. ff. ad Trebell.* & notat *Goffred. in d. §. fin. num. 3. & 4.* & propterea cum in casu illius *textus* agatur de simplici fideicommissaria, quæ non potest habere locum nisi serui manumittantur, ideò pretium seruorũ detrahitur tamquam æs alienum hæreditatis, quod non est in casu isto, vltra quod *Bart.* ibidem dicit, quod in casu illius *textus* quis fuit rogatus seruos manumittere, & eis restituere hæreditatem deducto pretio seruorum, & subdit hoc fuisse expressum, quod dictum si esset verum, tolleret omnem difficultatem.

Non obstat tandem, quod dictus *Bellon. numer. 24.* videatur dicere, quod ius antiquum
23 non est correctum* etiam quoad fideicommissa particularia; nam est aduertendum, quod quatenus hoc diceret, loqueretur contra iura expressa, nec *Peregrin. de fideicom. art. 33. num. 48.*
24 per ipsum allegatus hoc dicit, * sed solum facit distinctionem, quod aut agitur de hæreditate, vel quota, & iura antiqua non sunt correcta, aut vero agitur de fideicommissis particularibus, & iura antiqua sunt correcta, itaut hæres non conficiendo inuentarium teneatur de proprio, sed coniugenda sunt dicta per ipsum *num. 33. & 34. cum seqq.* vbi firmat, quod quando idem est hæres, & legatarius fideicommissum particulare, quod relinquitur eidem fideicommissario vniuersali, non habet naturam aliorum fideicommissorum particularium, sed potius naturam fideicommissi vniuersalis, vnde cardo difficultatis consistit in eo, An hoc sit verum, mouetur ex eo *Bellonus*, quia hæredi à se-
25 metipso neque legatum; * neque fideicommissum particulare relinqui potest *l. legatum 119. §. 1. ff. de legat. 1.* Ne idem remaneat sibi obligatus contra *l. cum filio familias 11. ff. de legat. 1.* Ex quibus infert, quod neque à semetipso fideicommissario vniuersali potest relinqui, qui loco hæredis est, & quemadmodum quod hæredi à semetipso relinquitur non capitur iure legati, & sic titulo particulari, sed iure hæreditario & sic titulo vniuersali, ita etiam particulare fideicommissum relictum fideicommissario vniuersali non censetur capi iure fideicommissi particularis, sed potius iure vniuersalis, & per consequens eodem iure censebitur, quo censetur vniuersale. Huic motiuo fuit responsum, verum esse, quod legatum, & fideicommissum particulare ab ipso hærede relinqui non potest, sed non valet consequentia, quod à fideicommissario vniuersali à semetipso fideicommissum particulare relinquatur, quia fideicommissarius capit de manu hæredis, cui, & si à semetipso legari non possit, tamen bona prælegata remanent apud ipsum hæredem cum onere suo *Bald.* in terminis *cons. 158. num. 1. lib. 5. Surd. dec. 269. num. 3. Zaneh. in l. hæredes mei §. cum ita par. 5. num. 8. ff. ad Trebell. Soccin. Iun. cons. 8. nu. 26. lib. 2.* & fuit dictum in hac causa 10. *Maij* 1624. & in puncto videtur *decis. Bald. in cons. 464. n. 3. lib. 2.* Vbi quando fit locus substitutioni in hæreditate ad fauorem legatarij, fideicommissum particulare non alteratur, & formalis substitutio particularis non mutatur,

Et ita conclusum &c.

Præsens decisio fuit confirmata die 23. Ianuarij 1627.

FLORENTINA HABITVS CANONICALIS.

Veneris 19. Iunij 1626.

ARGVMENTVM.

Commissa causa à Papa cum clausula *Constito tamen priùs de denegata iustitia, & nõ alias*, tunc non censetur auocata causa à Iudice, nisi vbi de dicto grauamine constat, cuius cognitio spectat ad Iudicem appellationis.

SVMMARIVM.

1 *Executio facta pendente appellatione est nulla.*
2 *Dum propter negligentiam Iudicis aditur superior, qui commisit causam tunc non potest Iudex recusatus etiam si eum pœniteat aliam partem ad viam ordinariam reuocare. Declara numer. 3.*
4 *Commissa causa cum clausula* constito prius de denegata iustitia, & non alias *non censetur auocata causa à Iudice, nisi constito de grauamine, quod à Iudice debet videri.*
5 *Iudex si intulit grauamen, & postea illud reuocat pars potest procedere coram illo Iudice, etiam quod alia pars appellauerit. Declara numer. 6.*
6 Tex. in c. si à Iudice in fine de appellat. in 6. *in quibus terminis procedat.*

DECISIO MDCXLIX.

PRior, & Canonici Sancti Nicolai trans Arnum obtinuerunt indultum deferendi Rocchettum, & Cappas, quod fuit directum Archiepiscopo Florentino, & sub prętextu, quod differret exequtionem illius, appellarunt ad Sanctissimum a denegata iustitia, qui commisit causam appellationis Ordinario Burgi Sancti Sepulchri, siue eius Vicario cum clausula *constito tamen prius de denegata Iustitia, & non alias auctoritate nostra audias, & cognoscas &c.* Quare cum dictus Ordinarius pronunciauerit super denegata iustitia, & appellatione pendente processerit ad exequutionem indulti; Dubitaui, an ista exequutio esset attentata, & Rota in maximam contumaciam alterius par-
1 tis affirmatiuè respondit, * cum appellatione pendente nihil sit innouandum *tot. tit. nihil innouar. appellat. pend.*

Neque dicatur, quod non erat admittenda appellatio, quia quando propter negligen-
2 tiam Iudicis aditur superior, * qui commisit causam

causam, tunc non potest iudex recusatus etiam
si eum peniteat aliam partem ad viam ordina-
riam reuocare *Bart. in l. quamuis nu. 8. Roman.*
num. 3. ff. de Damn. infec. Parif. de Put. de sin-
dic. in verbo quo modo fol. mihi 240. col. 3. Nam
fuit responsum, quod hoc dictum procede-
3 ret, * si Sanctissimus cognouisset simpliciter de
grauamine in non faciendo, & causam com-
misisset, in hoc autem casu non cognouit de
4 grauamine, sed voluit, * quod Iudex videret
de illo, commisit causam appellationis *con-*
flito &c. & sic noluit auocare causam ab Ordi-
nario Florentino, nisi vbi de dicto grauamine
constitisset *c. si à Iudice in fin. de appellat. in 6.*
vbi si Iudex intulit grauamen, & postea illud
5 reuocat, * pars potest procedere coram illo Iu-
dice, etiam quod alia pars appellauerit ad su-
periorem *Angel. in d. l. quamuis num. 2.* Ergo
in simili apparet Sanctissimus D. N. non volu-
isse auocare causam, nisi Ordinarius Floren-
tinus intulisset grauamen, & ideo erat admit-
tenda appellatio.

Neque releuat, quod *tex.* ille loquatur,
6 quando Iudex intulit grauamen in faciendo, *
hęc autē intulit in non faciendo, vt declarat *Ro-*
man. loco cit. qui ità defendit opinionem *Bartol.*
impugnatam ab *Angel.* ex illo *textu*, nam fuit
responsum, quod in casu, de quò agitur, quic-
quid sit in abstracto, nulla adest diuersitatis
ratio; si enim Iudex, qui fecit grauamen in
faciendo post illud reuocare, & legitime ipse
potest adiri, tanto magis procedit, si nullum
intulit grauamen, nec etiam in non faciendo,
ita nempe videtur sensisse Sanctissimus D. N. in
præfato rescripto, cum voluerit, quod Iudex
prius deberet cognoscere super denegata insti-
tia.

Et ita conclusum in maximam contuma-
ciam alterius partis &c.

CRACOVIEN. IVRIS LEGENDI.

Veneris 19. Iunij 1626.

ARGVMENTVM.

Patres Iesuitæ possunt legere in eorum
Collegijs lectiones publicas, non obstan-
te, quod Vniuersitates inibi existentes
prætendant esse in quasi possessione le-
gendi priuatiue, dum non docent de
prohibitione cum acquiescentia.

SVMMARIVM.

1 *Quasi possessio legendi priuatiuè quoad alium,*
quem constat tam de iure, quam ex priuilegio
posse legere ad hoc vt suffragetur ad effectum
obtinendi manutentionem debet doceri de prohi-
bitione cum acquiescentia.
2 *Legere in studijs cuilibet licet.*
3 *Patres Iesuitæ possunt legere in eorum Collegijs*
lectiones publicas etiam in ijs locis, vbi vni-
uersitates existunt & n. 8.
4 *Lex semper loquitur. Amplia n. 7.*
5 Tex. in cap. vnic. num 1. de excess. Prælat. in
6. *quomodo intelligatur.*
6 *Florentiæ adest lex, quæ mandat omnes Ciuitates*
subiectas soluere certum quid.
Quæ lex habet locum in Ciuitate Pisarum effecta
subdita post eam n. 6.
9 Rot. in Oriolen. Decimarum 19. Iunij 1592.
coram Gipsio *in quibus terminis loquatur.*
10 *Decretum irritans non tollit insistentiam facti:*
limita n. 11.
Manutentio datur vigore insistentiæ facti n. 10.

DECISIO MDCL.

FVit vnanimi omnium Dominorum consensu
resolutum Vniuersitati studij Cracouien. non
esse dandum mandatum de manutenendo in
possessione legendi priuatiue ad Patres Colle-
gij Cracouiensis Societatis Iesu, quia licet præ-
supponatur, Vniuersitatem esse in quasi posses-
1 sione legendi priuatiuè * ad ipsos Patres So-
cietatis, quod est necessarium in hoc iudicio
ad effectum prohibendi, ne ipsi Patres legant:
cum tam de iure, quam ex priuilegijs constet,
dictam Societatem posse legere, vt statim dice-
tur, & propterea deberet Vniuersitas ad hunc
effectum docere de prohibitione cum acquie-
scentia *Gloss. in l. qui luminibus in verbo for-*
mam, & ibi Bart. & Bald. ff de seruit. Vrb. Præd.
Bellaper. in l. 1. in 6. q. C. de seruit. & Aqu. Af-
flict. dec. 67. n. 2. Rota dec. 245. n. 2. par. 1.

Quod autem tam de iure communi, quam
ex priuilegijs Societatis possit legere. Quo ad
2 primum satis patet * *ex cap. 1. §. pro licentia*
& ex cap. quanto 3. de magistr. ibi, *Vt quicun-*
que viri idonei, & litterati voluerint regere studia
litterarum, sine molestia, & exactione qualibet
scholas regere permittantur. Quod verò ad se-
cundum, satis etiam patet: nam ommissis
3 priuilegijs * Pauli III. Iulij III. Pii IV. & aliorum
Summorum Pontificum, adest Breue S. M. Pij
V. in cuius dispositione habetur. *Decernimus,*
& declaramus, quod Præceptores huiusmodi Socie-
tatis tam litterarum humaniorum, quam libera-
lium artium Theologiæ, vel cuiusvis earum fa-
cultatum in suis Collegijs etiam in locis vbi vni-
uersitates extiterint suas lectiones etiam publicas
legere &c. licitè & libere possint.

Neque obstat, quod d. Collegium fuit fun-
datum post dictum Breue, quod videtur loqui
de Collegijs iam fundatis, vt patet in prohe-
mio ibi, *licet ipsa Societas in Collegijs tam extra,*
quam intra studiorum generalium Vniuersitates
constitutos varios Philosophiæ, & Theologiæ pro-
fessores manutenere studuerit. Quia hic Papa
narrat occasionem Priuilegii, sed cum dispo-
sitiua generaliter loquatur, nec videatur re-
stricta comprehendit etiam Collegia postea
4 ædificata: cum lex semper loquatur * *l. Ariani*
C. de hæretic. & quatenus attendendum esset
solum prohęmium nō obstaret ex deductis per
Franc. in cap. vn. num. 1. & ibi Gemin. num. 8.
de excess. Prel. in 6. vbi in fortioribus terminis

refert aliquos contra *Lap.* tenere, quod licet
5 ille text. * loquatur de monasterijs hactenus
ædificatis, est intelligendus de monasterijs
ædificandis, quia cum lex semper loquatur,
illa dictio *hactenus* est intelligenda, vt ope-
retur semper quando casus euenerit bene
Castr. in cons. 235. *sub num.* 1. *post med. vers.*
restat respondere lib. 1. vbi lex Florentiæ man-
6 dans, * quod omnes Ciuitates subiectæ sol-
uant certum quid, habet locum in Ciuitate
Pisarum effecta subdita post legem, quia lex
7 semper loquitur, Et hæc conclusio procedit*
etiam in priuilegijs concessis fauore Ecclesiæ,
vt latè per *Modern. de extens. leg. tit. de extens.*
priuil. num. 123. *fol.* 148. & dixit *Rota* in *Comen.*
Capella 7. *Febr* 1620. *coram R.P. D. meo Rem-*
boldo. Et cessat omnis difficultas, quia ipsamet
Sedes Apostolica ita intellexit. Nam S. M.
Paulus Quintus in sua Constitione 84. narrans
Præpositum Societatis in vim priuilegiorum
8 sibi ab Apostolica Sede concessorum * in Ciui-
tate Paderbornen. Collegium erigi, atque in-
stitui curauisse, & sic intellexit, quod priuile-
gia non tantum loquantur de Collegijs erectis,
sed etiam erigendis, quod quidem Collegium
idem Summus Pontifex erexit in studium ge-
nerale, quod prius de Collegio Vilnensi in
Littuania fecerat Gregorius XIII. vt *in nouo*
Bullar. in Appendice fol. 35. *Const.* 3. alias 102.
& postea de Collegio Græcensi Salzburgensis
Diœcesis fecit Sixtus V. vt in Constitutione 2.
in dicta *Appendice* alias *Constit.* 107.

Et prædicta eo magis procedere in casu, de
quo agitur, in quo priuilegia habent clausu-
lam sublata cum decreto irritanti, & expressa
derogatione quorumcunque priuilegiorum, &
iurium aliarum Vniuersitatum, cum prohibi-
tione sub pœna excommunicationis, & alijs,
ne audeant, vel præsumant molestare Societa-
tem quin libere, & licite legat in eorum Col-
legijs; Vnde ista priuilegia obstant Vniuersi-
tati Cracouiensis, vt non debeat audiri ad ef-
fectum impugnandi dicta priuilegia etiam in
possessorio, cum ipsa non sit in possessione
legendi priuatiue ad Patres Societatis, vt di-
ctum est *Gloss. in cap. in Nomine Domini v. ac-*
cedentia 23. *distinct. Bart. in l. fin. num.* 1. *vers.*
sed ego C. de Canon. frument. Vrb. Rom. lib. 11.
& fuit dictum in causa *Vlixbonen. declarationis*
concordiæ 1. *Maij* 1599. & 14. *Ianuarij* 1600.
coram bon. mem. Iusto & aliàs sæpius.

Neque obstat *decisio in causa Oriolen. decima-*
rum 19. *Iunij* 1592. *coram Gypsio*, quia non
applicatur. Ibi enim Capitulum erat in pos-
9 sessione exigendi decimas, * & cum opponere-
tur de priuilegijs cum decreto irritanti, fuit
dictum, quod erat dubium, an priuilegia in-
trarent, & ideo decretum irritans positum in
10 dd. priuilegijs* non tollebat insistentiam facti,
ex qua datur manutentio, vt etiam declaruit
Rota in causa Tudertina assigna 18. *Iunij* 1607.
coram me, in hoc autem casu Vniuersitas Cra-
couiensis non est in possessione legendi priua-
tiuè ad Patres Iesuitas, & ideo non potest op-
ponere, quod decretum irritans non sit iustifi-
catum; E conuerso autem Societas Vniuersi-
tati non existenti in quasi possessione prohi-
bendi potest opponere de dd. priuilegijs cum
decreto irritanti, & clausula sublata, vt patet
ex prædictis: Vltra quod quando decretum
11 est clarum, * & contra illud nihil potest op-
poni, prout videtur in casu isto, tollit etiam
insistentiam facti, vt dixit *Rota in causa Adrien.*
decimarum 14. *Decembris* 1607. *coram Reuerendissimo D. meo Patriarcha Hierosolymitano*.

Et ita resolutum causa maturè discussa, &
vtraque parte informante.

Præsens decisio fuit confirmata die 6. *Nouembris, &* 18. *Decembris seq. vbi notantur aliæ confirmatoria.*

CAESARAVGVSTANA SYNODI.

Lunæ 22. *Iunij* 1626.

ARGVMENTVM.

Capitulo Ecclesiæ Cathedralis in Synodo assignandus est locus dignior.

SVMMARIVM.

Capitulum Ecclesiæ Cathedralis præcedit cuicunque alio num. 1. *Amplia num.* 4.

1 *Clerici Capituli Cathedralis dicuntur clerici primi gradus.*

2 *Episcopus est verum caput Capituli Cathedralis, & Clerici illius propria membra.*

3 *Membra non debent disiungi à capite.*

4 *Constitutio Synodalis contra ius non potest ab Episcopo fieri.*

6 *Procurator in Synodo non debet habere eundem locum, quem principalis si interueniret esset habiturus.*

7 *Episcopus potest statuere secundum consuetudinem, quæ est contra ius.*

DECISIO MDCLI.

AGitur de ordine *Sac. Congregationis Concilij*,
quis locus debeat assignari in Synodo Capi-
tulo Ecclesiæ S. Saluatoris, & Capitulo Eccle-
siæ del Pilar. Et *die* 13. *Febr. præteriti* fuit re-
solutum, locum digniorem esse assignandum
Capitulo Sancti Saluatoris, quia cum sit Capitu-
1 lum Cathedralis, * illius clerici dicuntur Cle-
rici primi gradus *Innoc. in cap. fraternitatem*
vers. & maior de sepult. Boer. de Author. mag. cons.
in addit. ad Io. Montaign. in d. tract. part. 1. *num.*
24. & ideo debent præcedere *c. statuimus de ma-*
iorit. & obed. l. honores vbi Gloss. & Bartol. C.
de Decurion. l. vnicuique C. de Prox. sacr. scrin.
lib. 12. & cum faciunt vnum corpus simul cum
2 Episcopo, qui est verum caput, * & ipsi pro-
pria membra *c. nouit de his quæ fiunt à Prel.*
Monac. in c. à collatione de appellat. in 6. conue-
niens est, immo contra ordinem naturalem,
3 quod membra disiunganturà capite * prout
dicit *Text. in c.* 1. 12. *distinc.* & latè fuit com-

pro-

probatum in alia *decisione*, quæ coadiuuantur ex laudo facto, lato de anno 1513. & ex obseruantia subsequuta, vt fuit probatum in alia *decisione*.

Neque obstat, quod antiquitus Ecclesia del Pilar erat Cathedralis, quia quicquid sit de hoc, adhuc lis est sub Iudice, & pendet remissoria, cum Capitulum Ecclesiæ Sancti Saluatoris absque controuersia hodie sit Capitu-
4 lum Cathedralis, & sub ista prætensione * Capituli del Pilar ei non sunt denegandæ suæ præheminentiæ, sed si Capitulum del Pilar probabit, antiquitus fuisse Capitulum Cathedralis, hoc probato coram suo Iudice videbitur, quid hoc importet, sed interim non debet retardare, quin Capitulum Sancti Saluatoris habeat suas præheminentias iuxta notata per *Bald. in cons.* 152. *in fine lib.* 3. & per. *Socin. sen. in cons.* 24. *num.* 36. *lib.* 1.

Minus obstat, quod Capitulū del Pilar habuit mandatum generale quoad præheminentias; quia, vt dicitur in alia *decisione*, fuit moderatum: & quamuis hodie replicetur, quod non fuit moderatio, sed ampliatio, est aduertendum, quod omnia contenta in declaratione concernunt præcedentia in Choro, & in processionibus prout in mandato de manutenendo, de quibus hodie non quæritur, quæ præcedentia non suffragatur quoad alios actus, vt late deducitur in alia *dec.* & ita est intelligendum huiusmodi mandatum, quando res haberit aliquam dubietatem, cum fuerit moderatum, & declaratum præuia *dec. Rotali* relata ad verbum in alia *dec.*

Non obstat Constitutio Synodalis de anno
5 1520. quia vt fuit responsum in alia *dec.* * est contra ius, & ideo non potuit per Episcopum fieri, nec assensus Apostolicus potest præsumi, cum non adsit obseruantia, quæ ex eo non potest allegari, ex quo in Concilio Prouinciali de anno 1565. Prior del Pilar habuit præheminentiam, quia de hoc non liquet, cum federit in septimo loco in manu sinistra, Procurator Sancti Saluatoris in loco septimo in manu dextera: sed quicquid de hoc, non potest allegari pro obseruantia, cum procurator in Syno-
6 do * non debeat habere eumdem locum, quem principalis si interueniret, esset habiturus *l. si d si hac lege* §. *fin. num.* 2. *ff. de in ius vocan. vbi Alex. num* 7. *Ias num.* 6. *Dec. in cap. sane numer.* 2. *vers. & resoluendum Barbat. num.* 7. *de offic. delegat.* Et quamuis etiam inculcetur, quod Episcopus potuit statuere secundum consuetudi-
7 nem, quæ est contra ius * & *Felin. in cap. quod super his num.* 10. *de maior. & obed. Butr. in cap. dilectus num.* 4. *vers. ex quibus de consuetud.* tamen ille non est casus noster, quia non probatur illa consuetudo, immo ex testibus potius constat de contrario, & gratis dicitur, quod ista Constitutio fuit facta de consensu Capituli, cum nullibi probetur; vltra quod posset dubitari, an potuisset successoribus præiudicare.

Ex quibus, & alijs deductis in priori *dec.* censuerunt ab illa non esse recedendum &c.

ROMANA DE MAZZATOSTIS.

Lunæ 22. *Iunij* 1626.

ARGVMENTVM.

Facta donatione omnium bonorum præsentium, & futurorum, ac illorum obligatione cum successiua promissione non contraueniendi instrumento donationis munita pariter obligatione bonorum præsentium, & futurorum, si donans alia bona acquirat, & pure cum traditione possessionis aliam donationem bonorum præsentium, & futurorum faciat, ea bona medio tempore quæsita veniunt sub hypoteca primæ donationis.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio ad bona futura intelligitur sub conditione si acquirantur.*
2 *Obligatio ad bona futura conualescit, dum bona acquiruntur.*
3 *Hypotheca generalis comprehendit etiam bona futura.*
Bona ad hoc vt veniant sub hypotheca generali contenta in donatione omnium bonorum præsentium futurorum sufficit, quod aliquando fuerint in dominio donantis n. 3.
4 Tex. in l. qui Balneum §. Titia ff. qui pot. in pign. hab. *quid disponat, & n.* 8. *& quomodo intelligatur n.* 30.
5 Fulgos. in l. qui Balneum §. Titia ff. qui pot. in pign. hab. *reprobatur.*
6 *Bona hypothecata si alienentur transeunt cum sua causa & n.* 21.
7 *Alienatio debitoris non potest facere conditionem creditoris deteriorem.*
8 Bero. conf. 46. num. 7. 8. & 15. lib. 1. *in quibus terminis loquatur.*
9 *Dolo malo facta non præiudicant.*
10 Accursius *reprehenditur.*
11 *Hypotheca generalis anterior præfertur posteriori speciali.*
12 *Hypoteca contenta in obligatione conditionali adueniente conditione retrotrahitur ad diem conuentionis. Decl. n.* 34. *&* 36. *Amplia n.* 39.
13 *Declara procedere in conditione causali, vel mixta, secus autem in potestatiua, & n.* 16. *& num.* 29.
14 *Creditor prior, & antiquior, ac conditionalis, præfertur posteriori puro.*
15 *Ex dispositione conditionali causali ius quæsitum dicitur licet conditionaliter, & ideo adueniente conditione retrotrahitur, & n.* 16.
16 *Alienatio rei hypothecatæ habet suam causam annexam.*
17 *Beneficium si fuerit concessum cum conditione dumodo consensus alicuius accesserit, si deinde antè præstationem consensus illud fuerit concessum alteri simpliciter, tunc iste vltimus est potior, licet postea illius accesserit consensus n.* 18. *&* 19.

18 Con-

18 *Conditio causalis, vel mixta trahitur retro ad tempus concessionis actus, secus autem conditio potestatiua.*

20 *Donatario secundo, cui simpliciter fuit facta donatio cum traditione possessionis, acquiritur dominium bonorum donatorum.*

Non tamen praeiudicatur hypothecæ primi donatarij n. 21 & 25.

21 *Hypotheca semper sequitur rem, & n. 26.*

22 Neguſ. de pign. par. 5. membr. 2. num. 40. & 41. *in quibus terminis loquatur, & n. 42.*

Magon decis. Florent. 21. n. 13. *in quibus terminis loquatur n. 22.*

Tiraquell. de iure constit. ampliat. 17. num. 6. *in quibus terminis loquatur n. 22. & 27.*

Surd cons. 43. num. 40. & 41. lib. 2. *& cons. 382. n. 79. & 79. in quibus terminis loquatur n. 22.*

23 *Constitutum conditionale non retrotrahitur purificata conditione, quando medio tempore fuit facta realis traditio alteri.*

24 *Declara procedere, quando de possessione, & dominio tractatur, secus autem respectu hypothecæ & n. 29. Contrarium n. 28.*

27 Signorol. cons. 217. num. 1. *in quibus terminis loquatur.*

Dec. cons. 247. num. 3. vers. *non obstat, & in* l. contractus de reg. Iur. *in quibus terminis loquatur n. 27.*

Rip. cons. 8. tit. de donat. *in quibus terminis loquatur n. 27.*

Gozadin cons. 58. num. 37. & 38. *in quibus terminis loquatur n. 27.*

Grat. cons. 69. num. 11. *in quibus terminis loquatur n. 27. & 43.*

Mandell. cons. 103. lib. 1. *in quibus terminis loquatur n. 27.*

Monterent ad stat. Bonon. tit. de pact. præcar. §. ita demum vers. solutio in fine *in quibus terminis loquatur n. 27.*

Honded. cons. 18. num. 67. vol. 2. *in quibus terminis loquatur n. 27.*

Marcabrun. cons. 31. per tot. *in quibus terminis loquatur n. 27.*

31 Bart. in l. qui Balneum §. Titia qui pot. in pign. hab. *declaratur.*

32 *Pignus à principio inualidum confirmatur per subsequens dominium si in bonis debitoris tempore confirmationis inueniatur.*

33 Bald. in l. qui Balneum §. Titia ff. qui pot. in pign. hab. *declaratur.*

35 Bart. in l. non solum liberationis n. 7. & ibi Adden. ff de libert. legat. *quomodo sit intelligendus.*

37 *Verba* sub casu vel conditione, *quomodo sint intelligenda.*

38 *Hypotheca dũ conualescit retinet primum locum.*

40 *Pignus in re aliena contractum non potest confirmari si tempore, quo causa confirmationem superuenit non fuerit in bonis debitoris.*

41 *Solutione facta primo creditori ita demum pignus secundi creditoris confirmatur, cum res pignorata in bonis debitoris inueniatur. Decl. vt ibi.*

42 Rip. in l. priuilegia n. 42. ff. de priuil. credit *intellectus.*

Asin. de execut. §. 7. cap. 33. *quomodo sit intelligendus n. 42.*

Bursatt. cons. 45. num. 17. lib. 1. *quomodo sit intelligendus n. 42.*

44 *Sicuti in legatis tempus existentis conditionis inspicitur, ita & in donationibus causa mortis.*

45 Constant. Roger. de potest. §. 3. n. 4. *in quo casu loquatur.*

Donatio inter viuos post mortem donantis est pura & statim valet stipulatio quoad substantiam, licet secusque ad effectum cum dies mortis certa sit extitura n. 45.

46 *Contrarium si addita fuit conditio si decesserit sine filijs.*

47 *Donatio facta post mortem licet in dubio dicatur donatio causa mortis, tamen secus dicendum, quando exprimitur, quod sit inter viuos.*

48 *Vigore clausulæ* pro quibus omnibus obligauerint sese, & bona &c. *loco damnorum, & interesse potest agi ad bona medio tempore quæsita.*

49 *In obligatione censetur repetita conditio, de qua in donatione principali. Decl. n. 50.*

51 *Hypothecæ exercitium potest esse suspensum, & tamen ipsa hypotheca non sit suspensa.*

DECISIO MDCLII.

IVlius Mazzatostus sub conditione si decesserit sine filijs donauit omnia bona sua præsentia, & futura D. Carolo de Castro, pro cuius donationis validitate obligauit bona præsentia, & futura, ac promisit non contrauenire dicto instrumento donationis, & pariter etiam in hoc casu obligauit bona præsentia, & futura.

Postmodum verò acquisiuit alia bona, &
pure cum traditione possessionis aliam dona-
tionem de bonis præsentibus, & futuris fecit
bo: me: R. P. D. Bonauenturæ; Vnde fuit du-
bitatum, An dicta bona medio tempore quę-
sita veniant sub hypotheca primæ donationis
ad effectum, de quo agitur, scilicet prælationis,
& bis affirmatiue fuit resolutũ *coram Reuerend.*
D. meo Patriarcha Hierosolymitano videlicet 27.
Iunij 1622. & 23. *Ianuarij* 1623. Quæ sententia
hodie per me reproposito dubio tertia vice
placuit Dominis ex duplici fundamento. Pri-
mo quia & si obligatio ad bona futura intelli-
1 gatur sub conditione, * si acquirantur *l. si fun-*
dus §. *Aliena de Pignor. Bero. cons. 46. numer. 12.*
lib. 1. tamen post acquisitionem factam per Iu-
2 lium conualuit pignus * Caroli de Castro *Bar-*
tol. in l. licet num. 20. C. qui pot. in pign. hab. Bald.
in l. hac edictali §. *is illud C. de secund. nupt.* Ad
3 effectum enim hypotheca generalis, * quæ
comprehendit etiam bona futura, sufficicit,
quod res aliquando fuerit in dominio donan-
tis siuè de tempore contractus, siue post *l.*
& quæ nondum § 1. *ff. de Pignor. Bart. in l. rem a-*
lienam num. 5. vers. si vero ex generali ff. de Pi-
gnorat. act. Neguſ. de Pignor. 8. par. 3. memb num. 6.
& in puncto videtur *text.* expressus, qui in
4 contrarium allegatur, in *l. qui Balneum* * §. *Ti-*
tia ff. qui potior. in pign. hab. Vbi inquit *Africa-*
nus, quod Titia prædium alienum pignori de-
dit, post Mæuio, deinde Domina eiusdem
pigno-

pignotis facta marito in dotem æstimatam
dedit, si Titio soluta sit pecunia, non ideo
magis Mæuis pignus conualescere placebat,
tunc enim priore demisso sequentis pignus
confirmatur, cum res in bonis debitoris inue-
niatur; in proposito autem maritus empto-
ris loco est, atque ideò quia neque tunc cum
Mæuio obligaretur; neque cum Titio solnere-
tur in bonis mulieris fuerit nullum tempus in-
ueniri, quo Mæuij pignus conualescere pos-
sit, hactenus *Africanus*, qui claris verbis con-
cedit pignus post acquisitionem bonorum ad
fauorem Titij conualuisse, & nil mirum, si
nunquam ad fauorem Mæuij conualuit, quia
dum bona obligauit ad fauorem Mæuij, bona
non erant in bonis Titiæ, quæ obligationem
fecerat, dum verò soluit Titio, qui habebat
priorem hypothecam, bona erant alienata,
& sic nullum tempus inuenitue, quo pignus
Mæuij conualescere possit, quæ est ratio deci-
sionis *text.* quia non inde sequitur, quod
etiam si tempore contractus fuisset pignus in
bonis debitoris id fuisset obligatum, cum ad-
5 esset Titius anterior Mæuio, quicquid dicat *
Fulgos. in dicto §. Titia, cum pignus non esset
tale, vt ex eo vtrique posset satisfieei, semper
enim requiritur, quod in bonis debitoris ee-
periatur pignus in tempore, in quo potuerit
conualescere. Et ideò *text.* dicit de vtroque
tempore, in quo potuerit conualescere: quia
eo casu nullo tempore respectu hypothecæ Mæ
uij fuit in bonis debitoris, & ideo illius hy-
potheca nunquam conualuit, qui non est ca-
sus noster, sed casus Titij, qui habebat prio-
rem hypothecam, quæ statim facta aequisi-
tione conualuit. Et licet postea fuerint alie-
6 nata, * tamen transeunt cum sua causa, scili-
cet affecta hypotheca, cum alienatio debito-
7 ris * non potuit facere conditionem creditoris
deteeiorem *l. debitorem C. de Pignor. l. res pigno-
ris C de Remiss. pign.* eleganter *Gabr. cons.* 141.
num. 8. *lib.* 1. & in nostris terminis dicit etiam
8 *Bero. cons.* 46. *num.* 15. iuncto *num.* 7. & 8. * Ex
quibus numeris colligitur, quod loquitue in
casu nostro *lib.* 1. & ita intelligit hunc *text.*
Cuiac. in comment. ad Africanum tract. 8. expo-
nendo illam *legem fol. mihi* 1171. Inquit enim,
quod non est quærenda alia eatio, quam quæ
ab Africano redditur, nullum scilicet tempus
inueniri posse, quod pignus datum Mæuio
valuerit, aut conualuerit, non valuit quo tem-
pore contractum est, nec conualuit quo tem-
pore dimissus est Titius, quia, & hoc, & illo tē-
pore res fuit aliena. Res est sumpta ab enu-
meratione partium, quia certe verius est, nec
medio tempore conualuisse pignus Mæuij,
quia ei obstabat Titius, qui eum præcedebat,
nec poterat vtrumque pignus implere, ac pro-
inde infirmum erat Mæuij pignus ex duabus
causis, quod res aliena erat, & quod Titius
prior erat, quarum vna tamen efficit, quan-
tum altera, ex vna quidem causa conualuit,
pignus medio tempore Domino acquisito nu
fieri; altera non conualuit, quia medio tem-
pore dimissus Titius non est, sed quo ad æsti-
mationem demum aut venditionem rei in ma-
ritum factam, nullo igitur tempore plenè con-
ualuit, & ideo nec agitur hypothecaria in
maritum ignorantem, in scientem agit, quia
9 id egit dolo malo cum muliere, * vt res æsti-
maretur fraudandi Mæuij causa, quæ sunt vl-
tima verba *text.* quæ non faciunt ad casum
nostrum, & subsequitur *Cuiac.* quod cum *Ac-
10 curs.* hæc non perciperet, * multa commiseet
in hunc §.

Hinc sequitue, quod cum hipotheca ad
fauorem Caroli conualuerit, etiam quod sit
11 generalis, * cum sit anterior præferatur hy-
pothecæ speciali Bonauenturæ *l. si generaliter
C. qui pot. in pign. hab.* Et hæc conclusio proce-
dit etiam, quod Carolo sub conditione bona
fuerint obligata, * cum postea fuerint obli-
12 gata, * Bonauenturæ. Nam adueniente
conditione prout euenit in casu isto retro-
trahitur obligatio ad initium conuentio-
13 nis hypothecæ, cum conditio sit casualis, *
non autem potestatiua, ita vt dictus Caro-
14 lus inueniatur prior, & antiquior creditor, *
ac præferatur Bonauenturæ posteriori cre-
ditori puro ex dispositione *dict. leg. qui bal-
neum §. Titia, & l. potior §. Videamus ff. qui pot.
in pign. hab.* quando enim dispositio est sub
conditione casuali dicitur ius quæsitum licet
15 conditionaliter, * & ideo adueniente condi-
tione retrotrahitur, & peimus ille creditor
præfertue secundo posteriori, vt in præcitatis
iuribus, quæ in puncto allegat *Menoch. cons.*
852. *numer.* 38. *in vers. ratio differentiæ.* Et nil
mirum cum nulla detur inhabilitas extremi a
quo, quia inhabilitas solum consideratur,
quando persona vel res perijt, aut fuit inte-
rempta, non quando non est in bonis debito-
16 ris facto suo, qui illam alienauit, * cum alie-
natio habeat suam causam annexam videlicet
hypothecam anteriorem *l. debitorem C. de Pi-
gnor. l. res pignoris C. de remiss. pign.* Et ita habi-
litatem extremi declarat *Negusan. de Pignor.
mem.* 2. 5 *par. num.* 41. Et hanc sententiam ex
*text. in d. l. qui balneum §. titia in d. l. potior §. Vi-
deamus* tenent ferè omnes infrascripti *DD.* vi-
delicet *Bart. in l. si quis pro emptore n.* 46. & 47.
ff. de vsucap. & ibidem Ias num. 311. idem etiam
*Bart. Ang. Alex. & reliqui in l. filius ff. de verb.
oblig. Dyn. cons.* 4. quem sequitur *Io. Andr. in
addit. ad Speculat. in tit. de testib. §. nunc tractamus
vers.* 18. *in addit. magna Albericus in d. l. potior
per tot. ff. qui pot. in pign. hab. & ibidem Fulgos. nu.*
2. *Soccin. Sen. cons.* 41. *num.* 19. *lib.* 4. *Gabr. cons.*
141. *num.* 8. *lib.* 1. iterum *Alberic. in d. l. qui bal-
neum §. Titia* ibi *in bonis Mulieris fuerit*, & *ful-
gos num.* 1. & 5. *Oldrad. cons.* 114. *num.* 4. *Paris.
cons.* 11. *num* 83. & *seqq. lib.* 1. *Aleiat. resp.* 131.
num. 4. elegantee *Menoch.* qui ponit eationem
diuersitatis inter conditionem potestatiuam,
& casualem in d. *cons.* 852. *num.* 37. & 38. *Re-
buff. in tract. de constit. redd. tit.* 1 *gloss.* 8. *numer.* 9.
*Roderic. Suar. in l. post rem. iudicatam in declara-
tione l. Regni limit.* 7. *num.* 4. *ad fin. Guttier. alleg.*
4. *num.* 16. *Negusant. de Pignor. mem.* 2. *par.* 5. *nu.*
12. *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 11. *tit.* 23. *num.*
29. & *lib.* 4. *tit.* 46. *num.* 19. & de communi te-
statur *Bero. cons.* 46. *num.* 15. & *seqq. lib.* 1. cum

in

in finitis, qui possent allegari, & hanc etiam sententiam tenuit *Rota apud Mohedan. dec. 1. de Pignor.* & alias etiam tenuisse testatur *Mantic. loc. citat.* & *bis in hac causa in prædictis duabus decisionibus coram Reuerendissimo D. meo Patriarcha Hierasolymitano*, & prius *coram bo. me. D. meo Verospio 25. Iunij 1617.*

Neque est verum, quod huic opinioni videatur resistere *text. in cap. si pro te de Restript. in 6.* & in *Clem. 1. de concession. Præben.* vbi si 17 concessum fuerit beneficium, * si alicuius consensus accesserit, deinde ante præstationem consensus illud alteri fuit concessum simpliciter iste vltimus est potior, quamuis postea superuenisset, consensus illius tertij, quia iste consensus non trahitur retro in præiudicium illius, qui medio tempore ius quæsiuit, prout dicta iura ponderat *Giouagn. modern. I. C. Bonon. in cons. 35. num. 30. & cons. 98. num. 11. vers. & pro hac opinione* vbi conatur etiam probare *num. 25.* & 27. quod hæc sententia habeat multos contradictores. Nam huic motiuo fuit responsum nullatenus prædicta iura officere, quia ibi non 18 agitur de conditione casuali * prout in casu nostro, sed de conditione potestatiua, quæ licet dependeat à voluntate tertij, non tamen trahitur retrò ad tempus concessionis actus, sed vires assumit tãtum tempore, quo adest conditio, quæ cum non dependeat neque à Papa, neque à prouiso, sed à tertio absque iniuria primi medio tempore Papa conferre potuit *Io. Andr. in d. cap. si pro te num. 3. Io. Monach. num. 2. Gemin. num. 5. Franc. num. 3. Anchar. num. 1. Gulielm. de Monte Lauduro col. 1. vers. vnde hæc conditio.* At secus est in conditione mixta, vel casuali, qualis est ista, vt dicunt DD. præcitati, & in terminis d. *Clem. 1.* conditio erat merè potestatiua à voluntate prouisi, cum Papa prouiderit cum conditione, nisi beneficium minoris valoris duxerit acceptandum. Vndè ante declarationem potuit Episcopus vtrumque beneficium conferre, quia illa conditio potestatiua non retrotrahitur *Vital. in d. Clem. num. 4. Cardinal. numer 9. vers. secundo oppono Ancharan. numer. 21. Abb. colum 1. Io. de Imol. num. 3. & seqq.* Et ratio est, quia quando conditio est potestatiua nullum ius dicitur parti acquisitum, ex quo pendet à voluntate alicuius, quod actus perficiatur; non enim ante impletam conditionem contractus dicitur initus, sed ineundus, & ob id non traditur retrò. At secus est, quando conditio est casualis, quia hoc casu dicitur ius quæsitum licet conditionaliter, & ideò veniente conditione retrotrahitur, & ille prior creditor præfertur secundo posteriori, prout est casus noster, vt post *Io. de Lignan. Paul. de Eleazar. Io. de Fantucc. Gemin. & alios* distinguit *Menoch. d. cons. 852. num. 39. cum pluribus seqq.* & optimè *Soccin. Sen. in cons. 41. in prin c. lib. 4.*

Alia etiam fuit per Dominos data responsio, videlicet quod etiam si conditio, de qua in iuribus illis fuisset casualis, vel mixta ad effe-19 ctum acquisitionis dominij * gratia prima ad fauorem secundi faciendo illi collationem potuit reuocari, itaut dominium acquiratur secundo *l. quoties de rei vendic. Bart. in l. si quis ius iurandum num. 1. C. de reb. credit. Afflic. in c. 1. mihi num. 31. de Vassall. qui contra constit. Lotar.* & latè *Menoch. cons. 388. num. 34. lib. 4. Surd. cons. 382. num. 79. & 80. lib. 3.* Quod etiam fuit admissum in hac causa ad effectum acquisitio-20 nis dominij per Bonauenturam, * cui simpliciter fuit facta donatio cum traditione possessionis, vt in *dec. sub die 28. Aprilis 1617. & 7. Maij 1618. coram R.P.D. meo Verospio.* At secus est respectu hypothecæ, quæ non poterat considerari in casibus prædictorum iurium, quæ qui-21 dem hypotheca * semper sequitur rem, quæ dicitur transire cum sua causa, vt supra probatum est, & eleganter distinguit *Gabr. d. cons. 141. num. 8. lib. 1.*

Ad *DD.* verò allegatos per *Giouagnon.* fuit responsum, quod aliqui loquuntur, quando extremum à quo non reperitur habile, quod non est in casu nostro, cum sit habile, vt supra pro-22 batum est, & ita loquitur *Neguf. * de pignor. d. par 5. memb. 2. num. 40. & 41. Magon. dec. Florent. 21. num. 13. Tiraquell. de iur. const. ampliat. 17. num. 6.* & in hunc sensum loquitur *Surd. consil. 43. num. 40. & 41. lib. 2.* dum agit de restitutione facta à Principe & in *cons. 382. nu. 79.* & 80. dum loquitur respectu dominij; alij verò *DD.* dicunt, quod constitutum conditionale 23 non retrotrahitur purificata cõditione, * quando medio tempore fuit facta realis traditio al-24 teri, quod est verum, cum de possessione, * & dominio tractatur ea ratione, quia donatio præcedens conditionalis impedire nequit, quin dominium & possessio in alium transferratur, ideo is, in quem antea translata sunt fit potior; quasi is, qui donauit efficere possit, ne dominium, & possessio primo donatario acquiratur illam in alium ante purificatam conditionem transferendo vt in *d. l. quoties C. de rei vendic.* quia purificato constituto extrema non sunt amplius habilia: At secus est respectu hypo-25 thecæ, * cum extrema sint habilia, cum hypo-26 theca semper sequatur rem, * vt supra dictum est, & ita respondet *Gabr. d. cons. 141. num. 8. lib. 1.* & in istis terminis, qui non faciunt ad propositum loquuntur *DD.* allegati per *Giouagn.* 27 nempè *Signorol. * cons. 217. nu. 1. Dec. cons. 247. num. 3. vers. non obstat, quod supra dictum* & in *l. contractus 23. num. 22. vers. sexto limitatur ff. de reg. iur. Rip. cons. 8. tit. de donat. & ad Trebellian. fol mihi 76. Gozadin. cons. 58. num. 37. & 38. Grat. cons. 69. num. 11. Mandell. cons. 103. lib. 1. Monterent. ad stat. Bonon. tit. de pact. prac. 5. ita demum vers. solutio in fin. Tiraquell. de iur. constitut. ampliat. 17. num. 5. & seqq. Honded. cons. 18. num. 67. vol. 2. Marcabrun. cons. 31. per tot.*

Non obstat, quod in omnem euentum prædicta possent procedere, si hypotheca fuisset 28 purificata * ante alienationem, vel fuisset ab initio pura, secus autem quando purificatur post alienationem, quia isto casu nulla adest lex, aut *doctor*, qui hoc dicant immo multi *DD.* tenent expresse contrarium, vt dicit *Giouagnon. d. cons. 35. numer. 33.* quod tuetur *cons. 98.* sed certè ex prædictis apparet de contrario, quia verissima est conclusio, quod hypotheca condi-

29 ditionalis * conditione caufali, vel mixta re-
troahitur ad diem contractus, vt fupra proba-
tum eft, quod habet etiam locum, quando
bona futura fuerint obligata, fi poftea acqui-
rantur, & poteft confiderari tempus, quo bo-
na fint affecta, vt etiam fupra probatum eft
Text. in *d. l. qui balneum* §. *Titia*, fupra indu-
ctum, quem *DD.* fupra citati paffim allegant
ad probandam prædictam conclufionem vt ha-
beat hunc intellectum. Et propterea ex eo non
poteft firmari conclufio, quod ad hunc effe-
ctum requiratur, quod bona fint in bonis, vel
de tempore contractus, vel de tempore purifi-
30 catæ conditionis, quia ifte non eft verus * in-
tellectus iftius *Text.* vt fupra ex *Cuiac.* proba-
tum eft, fed fufficit, quod aliquando pignus
conualuerit prout in cafu noftro, quo ftatim
acquifitis bonis conualuit, vt iam dictum eft.
Nec *DD.* per ipfum *Giouagnon.* allegati
31 contrarium dicunt, nam *Bart.* * quem primo
allegat in *d. l qui balneum* §. *Titia in princ.* po-
nens cafum ibi. Primo obligaui Titio rem alie-
nam, fecundo obligaui etiam Caio, tertio emi
rem alienam, quarto illam rem Semptonio
vendidi, & pretium folui primo creditori,
quamuis dicat, quod fecundus non poteft auo-
care à primo poffeffore, quia nunquam fuit
illa res fibi obligata, quod eft veriffimum, &
non negatur, non tamen dicit, quod non con-
ualuerit hypotheca Titij, cui res fuit primo
obligata, ita vt fi non fuiffet fatisfactus non
potuiffet agere contra pignus, quod admittit
Text. vt fupra ponderatum fuit, & bene facit
Angel. in contrarium per *Giouagnon.* allegatus,
qui ponit vtrumque cafum, videlicet Titij pri-
mi, & Mœuij fecundi Creditoris in fumm. *legis*
cafum Titij ponit hoc modo. *Conditio exiftens
retrotrahitur fi habet extrema habilia* & infra po-
nit cafum Meuij ibi *fecundo nota regulam auream
huius §. quod tunc demum per fubfequens domi-*
32 *nium confirmatur pignus * à principio inualidum
fi in bonis debitoris tempore confirmationis inuenia-
tur*, ergo non fufficit fola acquifitio dominij,
nifi perfeueret tempore confirmationis, quia
tempore, quo fuit confirmatum pignus Mæuij
perfolutionem factam Titio pignus non erat
amplius in bonis, fecus fi fuiffet in bonis prout
in cafu noftro.
Ad doctrinam *Bald.* in qua *Giouagn.* facit ma-
ximum fundamentum in dicto §. *Titia in lectura*
33 *antiqua* refpondetur, quod primo loco * *Bald.*
nihil aliud facit, quam redigere in fummarium
Text. in facti contingentia, vt patet ibi *in §.
Titia prædium in re, quæ non eft in bonis Debito-
ris tempore contractus non tempore conditionis exi-
ftentis, licet fit medio tempore non trahitur hypo-
theca* hactenus *Bald.* cuius fenfus eft, dum dicit
34 fi bona non reperiuntur in bonis * tempore
conditionis exiftentis non trahitur hypotheca
licet medio tempore fuerint, quod fi non re-
periantur in bonis, quando hypotheca conua-
lefcit fi non fuerint alienata in tertium, qui eft
cafus dicti §. *Titia*, quem in compendium re-
digit *Bald.* fecundum quod propterea eft intel-
35 ligendus *Bartol. in l. non folum liberationis * ver-
bo num. 7. & ibi Adden. ff. de liberat. legat.* qui
non eft cafus nofter. Quia conualuit hypothe-
ca Caroli de Caftro ftatim quando bona fue-
runt acquifita, & fic erant in bonis, quando
dicta hypotheca conualuit, vt fupra proba-
tum eft. Et in hunc fenfum loquitur in *fecun-
da lectura* dum dicit. *Nota quod dominium fuper-*
36 *ueniens Debitori, * qui obligauit rem bona fide
Creditori fub cafu, vel conditione de futuro, non
confirmat pignus nifi tempore confirmationis res fit
in bonis Debitoris, quia requiruntur quædam habi-
litas tempore confirmationis;* verba enim illa *fub*
37 *cafu, vel conditione* * debent intelligi fecundum
Text. in d. §. Titia. videlicet fi bona mea
erunt, vel fi Dominus confenferit, & fic *Bald.*
explicando illum *Text.* loquitur fub cafu vel
conditione de futuro, quæ refpiciunt ipfum
pignus, non autem res, & bona, pro quibus
conditionaliter fuit datum pignus, quia hoc
38 cafu fufficit, quod hypotheca conualefcat, *
hoc eft, quod teneat primum locum, & non
excludatur ab alio, quo cafu etiam quod fit
conditionalis conditione cafuali, vel mixta *
39 purificata conditione retrahitur in præiudi-
cium tertij, cui medio tempore fuit dominium
quæfitum, vt fupra eft probatum.
Et ex prædictis tollitur faciliime dictum
Fulgof. dum redigit in *fumm. §. Titia* ibi *pignus in
re aliena contractum non poteft confirmari * fi tem-*
40 *pore, quo caufa confirmationem fuperuenit non
fuerit in bonis debitoris*, hoc eft, quia cum pi-
gnus Mæuij effet exclufum per anterius pignus
Titij, cum bona fuerint alienata, & poftea
fatisfactum Titio, licet fuerit per talem fatif-
factionē Titij confirmatum pignus Mæuij, non
tamen fuffragatur, cum bona non effent am-
plius in bonis debitoris, quod clarius ipfe
Fulgof. declarat hoc modo *num. 1.* in loco in
contrarium per *Giouagn.* allegato, dum dicit,
nota quod folutione facta primo creditori, *
41 ita demum pignus fecundi creditoris confir-
matur, cum res pignorata in bonis debitoris
inuenitur, quod ita verum puto, fi tempore
ipfius pignoris fecundi res non fuerit in bonis
debitoris.
Et fecundum terminos dicti §. *Titia* funt in-
telligendi *Rip. in l. priuilegia num. 41. ff. de*
42 *priuileg. credit.* * *Afin. de execut.* §. *7. cap. 33.
Negufan. de pignor. par. 5. memb. 2. num. 41.
& Burfatt. conf. 45. num. 17. lib. 1.* qui allegan-
tur per *Giouagnon.* qui omnes cum allegant
text. in dicto §. *Titia* iuxta illius terminos funt
intelligendi ex doctrina *Bartol. in d. l. non folum
§. liberationis verbo fupra allegato*. Nec eft cu-
43 randum de *Grat. conf. 69. num. 11. lib. 2.* *
quia loquitur in conftituto, & huic obiectioni
late fuit fupra fatisfactum.
Non obftat tandem, quod ifta videatur do-
natio caufa mortis ex adductis per *Conftan.
Roger. de poteftat.* §. *3. num. 4.* & ideo ficuti in
legatis tempus exiftentis conditionis infpici-
44 tur, * ità & in donationibus caufa mortis
*Mantic. de tacit. & ambig. conuention. lib. 14.
tit. 46. num. 11. & 12.* Quia fuit refponfum,
45 quod *Rogerius* ponit cafum, * quando quis
donat bona fua inter viuos poft mortem fuam,
quæ dies mortis cum certo fit extitura, dicit

hanc donationem esse puram, & dicit statim
valere stipulationem, quo ad substantiam, licet
secus quoad effectum exactionis. Et subdit
46 secus esse si quis donat pure inter viuos * cum
protestatione, quod habeat locum post mortem,
si decesserit sine filijs propter repugnantiam,
quia primo dixit pure, & deinde si decesserit
sine liberis, quæ repugnatia non potest
saluari, & ideo dictum huius *Doct.* non officit
in casu nostro. Quia Iulius donauit pure
inter viuos quatenus ipse Iulius moreretur sine
filijs, & sic optime saluatur ista donatio, quod
sit pura inter viuos ad exclusionem donationis
causa mortis, quatenus tamen ipse Iulius moreretur
sine filijs, non autem simpliciter pura,
quia erat facta sub conditione quatenus moreretur
sine filijs *Alex. conf. 14. num. 1. vers. & dicit Bart. lib. 1.* vbi si dono post mortem, *
47 quamuis in dubio dicatur donatio causa mortis,
tamen secus dicendum, quando exprimitur,
quod sit inter viuos prout in casu nostro,
& dicit *Alex.* hanc esse communem opinionem,
maxime cum fuerit promissum de non
contraueniendo donationi, vt statim dicitur
loco prædicto.

Secundum principale fundamentum *decisionis*
fuit, quia in instrumento donationis factæ
per Iulium Mazzatollum Carolo de Castro
duæ sunt obligationes: Prima de qua supra
dictum est, secunda vero est de non contraueniendo
dicto instrumento, & donationi, nec
faciendo actum ipsi contrarium, & hæc obligatio,
& promissio habet etiam suam particularem
hypothecam ibi *pro quibus omnibus*
48 *obligarunt sese, & bona &c.* * vnde Carolus loco
damnorum, & interesse potest agere ad bona
medio tempore quæsita, quia cadunt sub hypotheca
ex supra ponderatis.

Neque obstat, quod in dicta obligatione
censeatur repetita conditio, de qua in dona-
49 tione principali * ex *Castren. in conf. 225. in princ. vers. nam omnia verba p. 2.* quia hoc est
verum ad effectum quod donatio non tene-
50 ret, * si conditio deficeret, non autem ad effe-
ctum, quod si fuisset contrauentum obligatio
non censeretur pura, itaut ex ea Carolus
posset iuuari, vt per eumdem *Castrens. loco citato num. 1.* ibi, sicut enim ad hæredem defuncti
transisset onus soluendi, si assignatio prædicta,
vel solutio facta non fuisset, & conditio
fuisset impleta; Ita, & deficiente conditione
debet ad hæredem eius transire emolumentum,
& sic exercitium huius hypothecæ
51 videbatur tantummodo suspensum, * non autem
ipsa hypotheca videbatur in hoc casu
simpliciter conditionalis, vt inuit *Castrens. loco allegato Bellamer. conf. 39. num. 17. & 18. cum seqq.*

Et ita fuit conclusum causa his proposita,
ac mature discussa &c.

ROMANA SPOLII.

Lunæ 22. Iunij 1626.

A R G V M E M T V M.

Constitutum appositum in contractu valido probat possessionem, secus si inualido, *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 147.* de continuanda possessione in hæredes non intrat vbi ante aditam hæreditatem, quis cepit possessionem.

S V M M A R I V M.

1 *Constitutum probat possessionem contra constituentem.*
2 *Declara procedere, quando fuit appositum in contractu valido, secus si in inualido.*
3 *Ratificatio societatis ex quibus præsumatur.*
4 *Alienatio rerum Ecclesiæ habet implicitum statum validitatis non obstante defectu Beneplaciti Apostolici.*
5 *Constitutum saltim operatur insistentiam facti.* *Constitutum operatur ad effectum obtinendi manutentionem num. 5.*
6 *Reintegrationem petit qui agit spolio.*
7 *Spolium intrat probatis solum duobus extremis.*
8 Statutum Vrbis lib. 1. cap. 147. *de continuanda possessione non intrat vbi ante aditam hæreditatem quis cepit possessionem. limita num. 9. contra limitationem num. 10.*
9 *Aditio hæreditatis non est necessaria in hærede suo. Contrarium num. 10.*
10 *Possessio nunquam continuatur ipso iure.*
11 *Vsucapio continuatur, & perficitur hæreditate iacente.* Tex. in l. miles ff. ex quibus causis maiores *in quo casu loquatur num. 11.*

DECISIO MDCLIII.

FVit resolutum, si intrat *statutum lib. 1. cap. 147.*
intrare spolium, quia de possessione Io. Mariæ
non potest dubitari ex constituto apposito ad
1 suum fauorem * in transactione inita cum societate,
quod quidem constitutum possessionem
probat contra constituentem ex allegatis
in *decis. sanct. mem. Greg. 436. num. 1.* & quamuis
hæc conclusio sit vera, quando fuit appositum
2 in contractu valido, * secus si in inualido *Rota decis. 224. num. 1. par. 2.* attamen cum inualiditas
prætendatur, ex quo Custodes, qui transactionem
fecerunt non haberent legitimum
mandatũ, attamen cum Io: Maria esset tantum
vsufructuarius, & mediante cessione seu r. 900.
fuerit facta trãsactio, & ipse possederit ab anno
1588. vsque ad obitum, ex tota ista serie fa-
3 cti * satis videtur inducta ratificatio societatis,
quæ & si passim non sunt admittenda, nihilominus
in hac facti specie ex omnibus simul
iunctis potest deduci ista coniectura, & quo ad
Beneplacitum Apostolicum non potest dubi-
4 tari, * quin alienatio prædicta habeat implicitum
statum validitatis, etiam quod non
constet de beneplacito, & quod constitutum
5 saltim in hoc casu operetur insistentiam facti, *
quæ potest inseruire pro primo extremo, cum
etiam

etiam operetur ad effectum manutentionis, vt sæpe dixit *Rota* ex quo fit, quod si intrat dictum Statutum de continuanda possessione in hæredem, Angelus cum sit filius Io Mariæ, vt
6 probant testes, potest petere reintegrationem,* cum expredictis probet primum extremum, &
7 de secundo satis constat * ex possessione capta per Confraternitatem, maximè etiam cum concurrat sustentatio litis *sanct. me. Greg. decis.* 105. *num.* 3.

Ex eo autem resetuarunt Domini videre, an in hoc casu sit locus d. *Statuto*, quia statim defuncto Io: Maria societas cæpit possessionem, & statutum de cōtinuanda possessione in hære-
8 dem non habet locum, * quando ante aditam hæreditatem possessio à tertio fuit occupata ex allegatis per *Ant. Gabriel. de acq. poss. conclus. vlt. num.* 55. & *Tiraq. in tract. le mortsaisit* 5. *par. declar.* 3. *num.* 1. & *seqq.* & sæpe dixit *Rota in decisionibus allegatis in causa Romana vineæ, & hospitij* 13. *Martij* 1606. *coram bo. me. Penia*.

Et quamuis dicebatur, hanc limitationem non procedere in suo hærede, quia aditione
9 opus non habet, * vt dicit *Gabr. cons.* 36. *num.* 13. *lib.* 1. & fuit opinio aliquorum antiquorum vt refert *glos. in l. cum Miles* 30. *in prin. in verbo quasi coniunctim ff. ex quibus caus. maiores*, quæ nihil determinat, tamen *Bart. ibidem in*
10 *princ.* reprobat hanc opinionem, & dicit, * quod possessio nunquam continuatur ipso iure, & quod ille *text.* loquitur in vsucapione, quæ
11 continuatur, & perficitur hæreditate iacente,* vt conferunt notata per *Cuman. in l. quæsitum num.* 1. *ff. de acq. poss.* de quibus suo tempore agetur, &c.

CRACOVIEN. PAROCHIALIS.

Veneris 26. *Iunij* 1626.

ARGVMENTVM.

Manutentio debetur ei, qui docet de sua possessione instrumentali, dum nullus alius existeret in possessione, quando fuit capta, cætera patent ex summario.

SVMMARIVM.

1 *Possessio ex Instrumento publico probatur.*
2 *Possessio instrumentalis alio non possidente suffragatur ad effectum manutentionis.*
3 *Possessio semel capta præsumitur continuata vsque ad tempus motæ litis.*
4 *Possessio iunior præsumitur clandestina, & turbatiua.*
5 *Sententia non priuat possessione.*
6 *Immissio concessa vigore Sententiæ, quæ fuit suspensa, est nulla non reuocata prius suspensione.*
7 *Iudex nulliter procedens non priuat possessione.*
8 *Sententia lata præsente, & contradicente parte valet absque alia citatione.*

DECISIO MDCLIV.

Fuit per Dominos iterum resolutum Ioanni Modzecorofchi dandum esse mandatum de manutenendo, quia de eius possessione capta de anno 1617. constat per instrumentum pu-
1 blicum * *l. prædia vbi Bartol. ff. de acquir. possess. l. non idcirco vbi Bald. C. de fid. instrum.* quæ
2 quidem possessio instrumentalis, * cum alius non existeret in possessione optime suffragatur *Rota dec.* 21. *de restit. spoliat. in Antiq.* & præsumitur continuata vsque ad tempus motæ litis
3 * cum allegaretur ab ipso possessore *Alciat. de præsumt. reg.* 2. *præsumptione* 21. *numer.* 2. & 3. & ideo præfato Ioanni non potest denegari manutentio §. *hodie instit. de interdict.*

Non obstat possessio Ioannis Clitefchi, quia
4 tanquam iunior præsumitur clandestin., * & turbatiua *l. licet causam & ibi DD. de probat.* nec ista possessio potest iustificari ex sententia contra Ioannem Modzelorofchi, & immissione per alterum Ioannem, quia aut attenditur sententia & clarum est, quod cum illa sit actus
5 Iuris non priuat possessione * *l.* 1. §. *si cur ff. de Acquir. possess. Oldrad. cons.* 229. *num.* 5. *Honded. cons.* 44. *num.* 29 *lib.* 1 aut attenditur im-
6 missio, & cum sententia contineat hæc verba * *exequutionem tamen huius decreti ex dd. causis suspendit* non potuit Iudex absque vitio nullitatis procedere ad immissionem, non reuocata prius hac suspensione ex allegatis per *Lancellott. de Attent. p.* 2. *cap.* 7. *per tot.* & ideo Iu-
7 dex non priuauit * Ioannem sua possessione, vt per *Doct. in l. clam possidere* §. *quo ad Nundinas ff. de acquir. possess.*

Motiuum autem, quod sententia fuerit lata Ioanne Modzorolofcho non citato, non placuit Dominis, quia indubitanter constat fuis-
8 se latam ipso præsente, & contradicente * oppositionibus instigatoris, & ideo sustinetur absque alia citatione, vt est magis communis opinio, de qua *Gabr. de Citat. concl.* 1. *num.* 11. *limit.* 52.

Et ita conclusum vtraque parte informante.
Præsens decisio fuit confirmata die 21° *Aprilis* 1627.

ROMANA SOCIETATIS OFFICII

Ven. 26. *Iunij* 1626.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Oris aperitio est necessaria, quotiescumque in contrarium adest decretum irritans, & clausula sublata.*
2 *Clausula sublata coniuncta cum alia, quod de subreptione dari non possit quid operetur.*
3 *Fideiussor comprehenditur sub Indulto, in quo* exi-

eximitur ab omnibus, & quibuscunque obligationibus etiam Cameralibus, & iuramento vallatis.

DECISIO MDCLV.

Dubitaui, An D. Marius egeatoris aperitione, quod dubium pendet ex duobus, Primo vt videatur, an Indultum claudat os. Secudo an afficiat D. Marium. Quantum attinet ad primum cum adimplenerint Ferratini illa, ad quæ ex prædicto Indulto tenebantur, quod penitus sint liberi, & exempti ab alijs debitis, & quod eorum prætextu non possint molestari, inquietari, aut perturbari ab aliquo sine oris aperi-
1 tione stante decreto irritanti, * & clausula sublata posita in dicto Indulto *Bartol. in l. final. circa finem C. de Canon. frum. Vrb. Rom. lib. 11. Put. dec. 50. n. 5. lib. 1.* quicquid clausula *sublata*
2 cum sit coniuncta cum alia, * quod de subreptione dari non possit, operatur, quod non sit discutiendum, an vera sint narrata, prout posset fieri, nisi adesset clausula, *quod de subreptione &c. Dec. cons. 142. numer. 9. Paris. cons. 3. n. 84. lib. 4. Put. dec. 208. lib. 2. in nou.* & fuetir pluries resolutum.

Quantum attinet ad secundum, An Istud Indultum obstet D. Mario, pendet est duplici inspectione. Prima est, an obstet D. Mario, ex quo in illius concessione non fuit vocatus: Secunda An comprehendat debita, in quibus Ferratini non sunt principales debitores, sed fideiussores, prout in casu isto. Circa primam inspectionem fuit dictum obiectum tolli, ex clausula indulti, ibi, *neque presentes literas &c.* etiam ex eo, quod quicumque ius & Interesse in præmissis vel eorum aliqui ex quacunque causa habenda, vel habere prætenden. eisdem præmissis non consenserint, neque ad ea vocati nec solemnitates, ac quævis alia seruanda adimplendaque seruata & adimpleta non fuerint, ac quouis alio capite, seu prætextu, aut causa, & occasione etiam quantumuis iusta, & rationabili, & priuilegiata etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda fuerint, & adest derogario *Regula de iure quæsito non tollen.* Quamobrem ex isto capite D. Marius non potest erueiati. Circa secundam inspectionē an indultum comprehendat debita, in quibus Ferratini sunt fideiussores, & visum fuit comprehendi ex claris verbis dicti indulti, * nam nedum compre-
3 henduntur debita, in quibus sunt principales, sed etiam in quibus sunt fideiussores, cum eximantur ab omnibus, & quibuscunque obligationibus etiam Cameralibus, ac iuramento vallatis etiam ad fauorem Viduarum, & Pupillorum, & quarumuis aliarum personarum quantumuis priuilegiatarum &c. Certum est enim, quod fideiussor est obligatus; Vnde si eximuntur ab omnibus, & quibuscunque obligationibus, eximuntur à fideiussionibus, quæ sub obligationibus comprehenduntur; Eoque magis quia fideiussores ipsi dicuntur debitores vt per *Albert. Brun. de stat. q. 178. num. 2. vsque ad finem.*

Et ita conclusum vtraque Parte informante &c.

CAESENATEN. ET ARIMINEN. BONORVM ALLODIALIVM.

Mercurij 1. Iulij 1626.

ARGVMENTVM.

Vigore testamenti ex remedio *l. final.* an, & quando possit procedi executiuè contra donatarium. In concedenda immissione in iudicio ordinario, quomodo pronuncietur, & quomodo in executiuo.

SVMMARIVM.

1 *Titulus apparens licet impediat processum executiuum non tamen impedit ordinarium.*
2 *Ordinariè non autem executiuè procedendum est contra legitimum contradictorem.*
3 *Executiuè ex remedio* l. final. *proceditur in vim testamenti, quamuis in contrarium adsit præcedens donatio, quando illa fuit reuocata in testamento per aduersarium acceptato.*
4 *Titulus donationis, quæ fuit reuocata in testamento à parte acceptato, remanet extinctus.*
5 *Successionem prætendere non possunt secundo loco vocati, dum extant primo vocati.*
6 *Immissio in iudicio executiuo conceditur, & in iudicio ordinario pronunciatur, immissionem esse debitam.*
7 *Iudex executiuè procedens non condemnat, sed præcipit debitori, vt soluat.*
Debitor habetur pro condemnato quotiescumque instrumentum, vel aliud creditum habet executionem paratam num. 7.
8 *In ordinarijs præcedit cognitio, & sequitur executio.*
In executiuis præuia executione subsequitur cognitio num. 8.
9 *In executiuis requiritur declaratio facti, non autem iuris.*

DECISIO MDCLVI.

In *decisione in hac causa facta 4. Iulij superioris anni* difficultas super petita immissione reducebatur ad quatuor capita, Quoad prima tria non impugnabantur, prout verè non poterant impugnari, & patet ex deductis in illa *decisione*, solum igitur controuertebatur quartum caput, circa quod dicebatur, quod licet illa pars debe-retur titulo donationis, tamen cum illa fuerit reuocata titulus non erat nisi apparens, qui quamuis impediret processum executiuum,
1 * nihilominus non poterat impedire quominus ordinariè posset super immissione pronunciari *ex remed. l. fin. C. de Æd. D. Adr. tollen.* Ratio impugnationis erat, quia prædictus titulus impugnabatur vt adesset legitimus contra-

2 traditor, * contra quem est procedendum ordinariè, non executiuè *Bart. in d. l. fin. num. 21. vers. aut comparet aliquis, & vers. 2. casu Dec. num. 40. & aly*, & fuit dictum in causa *Ciuitatis Castelli hereditatis* 10. *Decembris* 1618. *coram Illustrissimo D. meo Card. S. Eusebij*.

Hodie vero ex iuribus de nouo deductis fuit,
3 resolutum procedendum esse executiuè * ex remedio d. *l. fin.* imò quatenus esset ordinariè procedendum; nihilominus pronunciandum esse, & fore immittendum prout in alia *decisione* dictum. Ratio primi dicti fuit, quia Cassandra soror Cardinalis, & Francisci nepos mediante persona suorum procuratorum acceptauit, & emologait testamentum eiusdem Cardinalis, in quo reuocatur prædicta donatio, & sic titulus donationis non solum in effectu ex-
4 tinctus est, * cum *Rota* resoluerit *coram Reuer. D. meo Hierosolymitano* Cardinalem potuisse reuocare illam donationem, sed etiam titulus apparens mediante dicta acceptatione testamenti euanuit, vnde ex isto titulo non potest impediri via executiua.

Non obstat, quod Laurentius, & Antonius secundo, & tertio geniti dictæ Cassandræ non acceptauerint dictum testamentum. Quia Cardinalis Cassandram, & post illius mortem vocauit Franciscum primogenitum, & successiuè primogenitum Francisci. Quamobrem ad effectum, de quo agitur non refert, quod Laurentius, & Antonius non acceptauerint testamentum, cum petatur immissio aduersus Cassandram, & Franciscum, quibus extanti-
5 bus * alij non possunt succe sionem prætendere *Peregr. conf.* 52. *num.* 26. *& seq. & conf.* 53. *in fin. lib.* 1. *& de fideicom. art.* 41 *nu.* 4. latè *Fusar. de subst. quæst.* 607. *num.* 2. *& seq.*

Ratio vero secundi dicti, quatenus esset procedendum ordinariè, esset etiam super immissione procedendum, illa est, quia controuersia est super immissione, & in Iudicio ordina-
6 rio pronunciatur, * immissionem esset debitam, in executiuo vero conceditur *l.* 1. *C. de exec. rei iud. Afflict. decis.* 345. *num.* 8. *cum seqq.* & præsertim 11. *vers. & forma executionis* vbi quod Iudex executiuè procedens non condem-
7 nat, * sed præcipit debitori, vt soluat ea ratione, quia quando instrumentum, vel aliud creditum habet executionem paratam debitor habetur pro condemnato *Alex. conf.* 72. *num.* 6. *lib.* 2. *Castr. conf.* 319. *col.* 1 *vers. Et hoc ideo lib.* 1.
8 vbi quod in ordinarijs præcedit cognitio, * sequitur executio; in executiuis autē præuia executione subsequitur cognitio vel, vt dicit *Felin. cap.* 2. *num.* 2. *de sponsal.* in executiuis requi-
9 ritur declaratio facti, * non autem iuris, prout in ordinarijs videlicet quod illud sit factum, per quod resultat prouisio legis ipso iure.

Et ita conclusum vtraque parte informante &c.

CARTAGINEN. PRAESTIMONII,

Merc. 1. Iulij 1626.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium vacans per obitum familiaris Cardinalis est reseruatum.*

2 *Narrata in gratia probantur per semiplenam probationem quando fundamentum gratiæ est concludenter probatum.*

DECISIO MDCLVII.

Quoad reseruationem non potest ambigi, quin gratia sit iustificata, vt patet ex *decis. facta die* 12. *Decembris præteriti*, ex ea enim
1 constat, quod Præstimonium, * de quo agitur vacauit per obitum familiaris Cardinalis, prout etiam satis videtur iustificatum, quod Hieronymus sit Clericus oriundus ex Diocesi Placentina Prouinciæ Compostellanæ, de hoc namque satis deponunt duo testes *super primo*, qui etiam *super tertio* benè deponunt ad effectum iustificationis gratiæ, Præstimonium non excedere valorem *duc.* 80. de Camera, & *super* 3. quod obtenta non excedant *duc.* 160. de Camera. Cum enim deponant de publica
2 voce, & fama clare probant, * quia ad effectum narratorum in gratia sufficit semiplena probatio, cum fundamentum gratiæ, hoc est reseruatio, sit plenè, & concludenter probata, vt in dicta *dec.* 3. *Decembris præteriti*.

Quia tamen eodem die fuit prouisus de alijs beneficijs, quæ in eadem gratia narratum non excedere *duc.* 60. cumque fuerit etiam narratum, præstimonium, de quo agitur, vacasse de mense Septembris hæc sunt iustificāda. Quia circa primum nulla habetur probatio, & minus circa secundum; cum testes *super* 3. deponant solum de prouisione facta de mense Decembris, non autem de vacatione in mense Septembris.

Et ita conclusum vna tantum parte informante &c.

MACERATEN. IVRISPATRONATVS.

Lunæ 14. Decembris 1625. & prima Iulij 1626.

ARGVMENTVM.

Gratia non dicitur iustificata eo ipso, quod non constat eum, qui præsentauit tanquam institutum in re certa, alio existente hærede vniuersali non esse Patronum iurispatronatus, nec de illius quasi possessione præsentandi apparet, prout fuerat narratum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Gratia, quæ non est iustificata non potest canoni-
zari.*
2 *Iuspatronatus spectat ad hæredem vniuersalem,
non autem ad institutum in re certa.*
3 *Successorum appellatione veniunt filij sororis sub-
stitutæ.*
4 *Iuspatronatus transit per successionem in hære-
dem vniuersalem, non autem in fideicommis-
sarium.*
5 *Declara procedere in terminis simplicis fideicom-
missi facti à testatore super eius hæreditate.*
6 *Domus appellatione venit pronepos testatoris ex
fratre. Vid. num. 7.*
8 *Quasi possessio præsentandi in iurepatronatus de-
bet probari ab eo, qui fuit præsentatus, alias
gratia non dicitur iustificata.*

DECISIO MDCLVIII.

FVit resolutum sententiam de partibus esse in-
iustam, & sic non constare de re iudicata,
nam gratia Valentini non poterat canonizari,
1 cum non fuerit iustificata, * prout de iure
requiritur *Verall. decis. 27. num. 3. par. 1.* Primo
quoad iuspatronatus cum non constet Iulium,
qui illum præsentauit esse Patronum, cum
testator solum legauerit scut. 500. Antonio
eius Patri, in quibus illum instituit mandans,
vt de suis bonis, & super illis, nec aliquid
amplius petere, aut habere possit. Sed con-
stat, alios fuisse Patronos, videlicet Archie-
piscopum Amalphytanum fratrem testatoris,
2 qui fuit hæres institutus, * & cum ipso obierit
prædefuncta Ginebria eius sorore, & super-
stite Octania alia sorore, quæ dicto Archie-
piscopo fuerunt substitutæ, filij Octauiæ sunt
Patroni, non autem prædictus Iulius, cum
testator voluerit, quod Altare erigendum sit
de iurepatronatus dicti Testatoris, & suorum
hæredum, ac successorum in perpetuum; Et sic
cum Archiepiscopus fuerit hæres vniuersalis
ad ipsum spectabat Iuspatronatus, non autem
ad Antonium institutum in re certa *Lamber-
tin. de Iurepatr. lib. 1. p. 2. q. art. 16. n. 6. seqq.*
& per consequens cum sint vocati hæredes, &
successores, veniunt filij dictæ Octauiæ sub-
stitutæ, qui in hoc casu veniunt appellatione
3 successorum, * cum testator filios non haberet;
Nam & si verum sit, quod Iuspatronatus tran-
seat per successionem in hæredem vniuersa-
4 lem, * non autem in fideicommissarium *Bart.
in l. quia perinde verb. Restitura per illum textum
ff. ad Trebellian. Bald. in l. fin. num. 48. vers. si
hæreditatem C. de Edict. di Ad. toll.* tamen hæc
conclusio procedit in terminis simplicis fi-
5 deicommissi * facti à Testatore super eius hæ-
reditate, & bonis ex præsumpta illius volun-
tate, vt apud primum hæredem honorificum
Iuspatronatus remaneat, vt explicat *Couar.
var. lib. 2. c. 18. num. 8. post medium vers. posterio-
ri autem rationi*, quæ præsumpta mens fundato-
ris cessat in casu isto, ex quo voluit, quod Ca-
pellanus in perpetuum præsentetur ab hæredi-
bus, & successoribus ipsius testatoris, qui suc-
cessores in hoc casu sunt dicti instituti, vt su-
pra dictum est.

Non obstat, quod Testator vsus fuerit præ-
dictis verbis, scilicet, quod sit de Iurepatro-
natus domus dicti testatoris, & suorum hære-
dem, ac successorum, & sic appellatione do-
6 mus veniat dictus Iulius, * cum sit pronepos
Testatoris ex fratre; quia secus dicendum in
hoc casu, in quo nomine Domus venit ipse
Archiepiscopus frater, ac etiam venire possunt
secundum mentem testatoris sorores substitu-
tæ, cum verba non repugnent, & mens clara
alibi in fundatione colligatur; cum loquens de
Capellano præsentando dixerit fundator,
*qui Capellanus tam in primo loco, quam alijs in
perpetuum nominatus sit ab hæredibus, & succes-
soribus ipsius testatoris nulla habita ratione Do-
mus.* Et rursus cum voluerit aliquem nomi-
nari de domo in dignitate Ecclesiastica con-
stitutum, & si ille non adfuerit, Religiosum,
& subdit: *Si recusasset tale onus acceptare, tunc
deputari debeat Capellanus ab hærede & hæredibus,
ac successoribus ipsius testatoris.*

Secundo principaliter gratia non fuit iu-
stificata in eo, quo fuit narratum, Valenti-
num esse præsentatū à medietate Patronorum
7 existentium in quasi possessione præsentandi, *
quæ possessio non iustificatur, prout debet iu-
stificari, vt in puncto fuit resolutum in causa
*Asculana Iurispatronatus 18. Martij 1616. coram
bon. mem. Card. Sacrato.*

Et ita conclusum *coram bon. mem. Vbaldo die
15. Decembris 1625.* qui morte præuentus *deci-
sionem* non extendit. Et Ego in eius locum suf-
fectus, facto verbo cum DD. dicta die 1. Iulij
præfatam resolutionem extendi.

CRACOVIEN. IVRIS LEGENDI.

Veneris 6. Nouembris 1626.

ARGVMENTVM.

Patres Iesuitæ in eorum Collegijs præter
humaniores litteras possunt etiam lege-
re liberales artes, Theologiam, & alias
facultates, non obstante, quod inibi ad-
sit studium generale, & illos impedientes
incurrunt pœnas, de quibus in decisione.
Patres Iesuitæ in docendo sunt alijs præ-
ferendi cum gratis doceant, & sint Re-
ligiosi probatæ vitæ, ac simul cum scien-
tijs vitam, & mores Christianos sedulo
instruere non desinant.

SVMMARIVM.

1 *Patres Præceptores societatis Iesu in eorum Col-
legijs vltra humaniores litteras possunt absque
alia approbatione legere etiam liberales artes,
Theologiam, & alias facultates non obstante,*

quod ibi adsit studium Generale, & impedientes incurrunt pænas, de quibus num. 8.

2 *Cuilibet licet sine molestia studia litterarum, & scholas regere, & molestantes incurrunt pænas, de quibus num. 8.*

3 *Magistri, seu lectores in studijs Romanæ Curiæ, Parisiensis Oxomensis, Bononiensis, & Salamantinæ debent esse Catholici scholas regentes in linguis Hæbraica, Arabica, & Caldæa.*

4 *Magistri amor, & acceptabilis modus legendi multum valet in addiscendo.*

5 *Patres Soc. Iesu gratis docent, & sunt Religiosi probatæ vitæ, ac simul cum scientijs vitam, & mores Christianos sedulo instruere non desinunt. Et ideo melius est illos in Cathedra ponere, quam alios num. 5.*

6 *Iulianus Apostata vt legem Christi radicitus euelleret illud primo curauit, ne Christianorum pueri litteris erudirentur.*

7 *Ante vita, quam doctrina querenda est, vita bona sine doctrina gratiam habet doctrina sine vita integritatem non habet.*

DECISIO MDCLIX.

FVit iterum vnanimiter resolutum, quod Præ-
ceptoribus Societatis Iesu liceat in eorum
1 Collegio * Cracouiensi vltra humaniores lit-
teras legere etiam liberales artes Theologiam,
& alias facultates, licet in eadem Ciuitate Cra-
couiensi adsit studium generale; quia hoc est
eis expresse indultum ex Apostolicis Constitu-
tionibus, & præsertim f. m. Pij Quinti sub da-
tum Romæ 10. Martij 1571. ibi, *quod Præcepto-
res huiusmodi Societatis tam litterarum humanio-
rum, quā liberalium artium, Theologiæ, vel cuiusuis
earum facultatum in suis Collegijs etiam in locis
vbi Vniuersitates extiterint suas lectiones etiam
publicas legere, &c. liberè, & licitè possint*. Quod
priuilegiū nihil aliud facit, quam reputare præ-
dictos Præceptores pro idoneis, ita vt non pos-
sint refelli quouis prætextu, quia in reliquis cō-
2 cordat cum dispositione iuris cōmunis, de qua*
in *Concilio Lateranen.* registrato *in cap. 1. §. pro
licentia de Magistris*, ibi, *nec docere quemquam,
qui sit idoneus petita licentia*, quam specialem vl-
tra alios Pontifices expressis verbis idem Pius
Quintus ibidem concessisse legitur, interdicit, &
cap. quanto eodem tit. ibi, *mandamus, vt quicumque
viri idonei, & litterati voluerint regere studia lit-
terarum sine molestia scholas regere permittantur*,
& in simili videmus, quod Clemens V. in Con-
cil. Viennen. statuit, quod in studijs Romanæ
3 Curiæ, Parisien. * Oxomen. Bononien. & Sa-
lamantino deberent esse Magistri Catholici,
scholas regentes in linguis Hæbraica, Arabica,
& Caldæa. Et ratio potissima est, quia talis
communio non proficeret, si posset cum alio
proficere; nam in addiscendo multum valet
4 amor Magistri, * & acceptabilis modus legendi,
& propterea non debet tali prætextu Ecclesia-
sticus impediri profectus, vt ait *Hostien. d. c. quan-
to num. 3. de magistr.* dicens, quod qui istud ex-
pertus est hoc testatur.

Quod priuilegium eo magis debet attendi,
& conseruari in omnibus Orbis terrarum par-
tibus, & in quamplurimis, ac præcipuis Ciuita-
tibus ipsius Regni Poloniæ obseruetur tan-
quam Reipublicæ Christianæ vtilissimum, præ-
5 sertim cum Patres Societatis gratis doceant, *
vt in simili considerat *Hostien. in summ. tit. de
Magistr. num. 3. ante med. vers. si secundum*, & sint
Religiosi probatæ vitæ: quamobrem melius
est illos in Cathedra ponere, quam alios, vt ex
sententia *SS. Chrysostomi, & Ambrosij*, de qua in
*c. multi Sacerdotes distinc. 40. & in cap. doctos, &
in c. seq. 16. q. 1.* dicit *Hostien. loco proximè citato
vers. item si Monachus idoneus est*. Eaque potis-
simum ratione, quia simul cum scientiis vitam,
& mores Christianos sedulò instruere non de-
sinunt, quod est maximi quidem momenti,
cum Iulianus Apostata vt legem Christi radi-
6 citus euelleret, * illud primo curauisset, ne Chri-
stianorum pueri litteris erudirentur, quemad-
modum testantur historiæ. Quare si iuuenes
cum litteris vitam, & mores Christianæ pietatis
addiscant, insignes Ecclesiæ Dei, ac Christianæ
Reipublicæ defensores, & promotores euadunt
ideo meritò monet *S. Ambros. in psalm.* 118. an-
7 te vita quam doctrina quærenda est, * vita bo-
na sine doctrina gratiam habet; doctrina sinè
vita integritatem non habet

Cessat demum omnis difficultas, quoniam
constat de enixa voluntate Papæ, vt nimirum
8 prædictæ Socïetatis Patres legere possint, * cum
priuilegia illa munita sint decreto irritanti, &
clausula sublata cum prohibitione sub pœna
excommunicationis maioris, & alijs pœnis, ne
quis audeat, aut præsumat molestare Societa-
tem, quin liberè, & licitè in Collegijs legant, vt
fuit consideratum in *decisione facta 19. Iunij su-
perioris*, quæ in hoc casu etiam conueniunt cum
dispositione iuris communis alias pœnas im-
ponente, videlicet in *d. c. 1.* vt qui contrauenire
præsumpserit ab Ecclesiastico beneficio fiat
alienus, & in *c. quanto* contrauenientes officijs,
& dignitatibus spolientur.

Ex quibus ita conclusum, cum Vniuersitas Cracouien. sæpius citata, & satis expectata, nihil releuans deduxerit.

Præsens decisio fuit confirmata die 18. Decembris sequentis, & 21. Maij 1627. & coram Card. Vbaldo die 30. Martij 1629. & coram Ghislerio die 3. Decembris 1629. vt in rec. decis. 265. & 325. par. 5. tom. 1.

ROMANA REDDITIONIS RATIONIS.

Ven. 6. Nouembris 1626.

ARGVMENTVM.

Pupillus potest agere spolio ad effectum reintegrandi ad possessionem naturalem, quam amisit mediante contractu per ipsum gæsto absquè Tutore, secus autem quan-

quando contractus fuit gæstus cum auctoritate Tutoris.

SVMMARIVM.

1 *Possessio probatur ex sustentatione litis iunctis adminiculis.*
2 *Spolii actio non datur vbi contractus pupilli, in quo transtulit possessionem, redditur nullus non ex defectu consensus, sed solemnitatum statuti.*
3 *Declara procedere vbi pupillus cum Tutore tradit possessionem, secus quando non interuenit Tutor. Pupillus per contractum ab ipso gestum absque Tutore perdit tantum naturalem possessionem, non autem ciuilem n.3.*
4 *Mater non potest tanquam Tutrix filij interuenire in contractu ad illius fauorem gesti.*
5 *Pupillus aduersus contractum ab ipso nulliter gestum potest petere restitutionem in integrum, & implorare officium Iudicis.*
6 *Pro dote mulieri competit retentio, quotiescumque eius creditum est clarum, & liquidum & n. 7. secus è conuerso.*
7 *Dotis restitutio impeditur mulieri per exceptionem administrationis pinguis patrimonij, ex cuius fructibus potuit satisfieri.*
8 *Fructus dotis soluto matrimonio non debentur nisi concurrant ad hoc necessaria.*

DECISIO MDCLX.

HOc dubium an D. Bartholomæus sit reintegrandus, vel restituendus ad possessionem locorum montium, & aliorum die 23. Septembris 1617. D. Lauræ assignatorum habet tres inspectiones.

Prima est an constet de extremis. Secunda quatenus sic, an D. Bartholomæus possit agere spolio. Tertia an nihilominus D. Lauræ debetur retentio. Quantum attinet ad primam, extrema visa sunt clara, quod enim D. Bartholomæus possederit satis constat ex ipsa assignatione facta D. Lauræ, & ex confessione eiusdem vltimo loco in actis data. Secundum vero extremum probatur etiam ex ipsamet assi-
1 gnatione, & ex sustentatione litis, * quæ concurrentibus adminiculis probat secundum extremum *Caputaq. decis. 369. par. 2. S. M. Greg. XV. decis. 15. n.7.& decis.105.n.3.*

Circa secundam inspectionem difficultas consistit in eo, quia vbi contractus redditur nullus, non ex defectu consensus, sed solemnitatum statuti vt fuit ex hoc capite iudicatus nullus 25. Maij huius anni, transfertur posses-
2 sio, * nec datur actio spolij *Rot. decis. 93. n. 1. par. 2.* Cæterum fuit dictum, hanc conclusionem procedere, quando pupillus cum Tutore
3 tradidit possessionem, * secus quando non interuenit Tutor, quia tunc perdit tantum naturalem, non autem Ciuilem possessionem *l. pupillus vbi gloss. in verbo nec quidem ff. de acquir. rer. dom. Bart. in l. 1. §. si Vir Vxori n. 3. vbi Alex. num. 4. ff. de acquir. possess. Tiraq. de legib. Connub. gloss. 5. num. 170. vers. Cæterum Rot. d. decis. 93. num. 7. par. 2.* vbi de magis communi.

Neque obstat, quod in hoc casu interuenerit consensus, & auctoritas Matris Tutricis quia eum assignatio fieret ad fauorem ipsius-
4 met Matris Tutricis, * non poterat tanquam Tutrix interuenire *l. pr. ff. de auctor. & consens. tut. & Curat. Grassus de success. §. donatio causa mortis q. 3. n. 2. par. 1.* & ita eo magis periudicat cum pupillus possit petere restitutionem
5 in integrum, * & implorare officium Iudicis *specul. tit. de reb. Eccles. alien. vel &c. in princ. Castr. cons. 105. num. 2. lib. 2. Socc. Iun. cons. 52. lib. 2. Natt. cons. 162. num. 34. lib. 1. Surd. cons. 28. n. 9. lib. 1. Menoch. de recuper. Rem. 15. n. 138. vers. hoc de primo.*

Circa tertiam inspectionem, an D. Laura possit retinere pro sua dote, regula videtur esse pro affirmatiua, quando creditum est cla-
6 rũ* *Surd. dec. 46. n. 7.* nihilominus cõtrarium fuit dictum in hac facti specie, quia cum D. Laura administrauerit pingue patrimonium, ex
7 cuius fructibus potuit sibi satisfieri * exceptio administrationis in dote restituenda potest opponi, vt late fuit firmatum in *decis. in hac causa facta 25. Maij preteriti*, & idem *Surd. in d. decis. 46. in fin.* fatetur, quod si creditum non est liquidum, non datur retentio; & idem repetit in *decis. 184. n. 6. Seraph. decis. 1455. n. 7.* & fuit resolutum in causa *Romana spolij domus de ximenes 4. Maij 1620. Coram Illustrissimo D. Meo Cardinali S. Eusebij*, & hæc de plano, & sine scrupulo procedunt quoad assignationem factam pro fructibus dotis soluto Matrimonio, qui soluto matrimonio non debentur, nisi probetur illa cõcurrere ex quibus soluto matrimonio debentur prout, fuit ponderatum in *dec. præd. sub die 25. Maij huius labentis anni.*

Ex quibus resolutum pro restitutione D. Bartholomæi in maximam contumaciam alterius partis, quæ expectata per totum mensem Octobris adhuc non curauit informare &c.

MILETEN. BENEFICII.

Lunæ 16. Nouembris 1626.

ARGVMENTVM.

Manutentio debetur ei, qui docet de sua possessione instrumentali, quæ ad hunc effectum suffragatur alio non existente in possessione. Sententia non priuat possessione saltem ciuili, etiam si fuerit executioni demandata, dum ab ea fuit appellatum.

SVMMARIVM.

1 *Possessor de tempore motæ litis est manutenendus.*
2 *Possessio probatur ex instrumento.*
3 *Possessio instrumentalis alio non existente in possessione suffragatur ad effectum manutentionis.*

4 Pos-

4 *Possessione quis non priuatur per sententiam, quæ non fuit executioni demandata.*
5 *Possessione saltem ciuili quis non priuatur per sententiam executioni demandatam, si per appellationem fuit suspensa.*
6 *Possessio ciuilis panes duos esse non potest.*
7 *Possessionis naturalis recuperatio potest peti in vim ciuilis retentæ.*
8 *Remedio magis proficuo potest quis vti non obstante sententia, dum ab ea fuit appellatum.*

DECISIO MDCLXI.

Illustrissimus D. Cardinalis Asculanus de anno 1613. existens Episcopus Mileten. ex bonis Confraternitatis Sanctissimi Sacramenti destitutæ in Ecclesia S. Phili erexit beneficium simplex, quod contulit Petro Riccio, qui illud possedit, vt clarè probant testes, quod quidem beneficium vltimo loco fuit collatum Io: Thomæ Rassæ, qui illius possessionem cæpit 5. Febr. 1624. ex qua petit manutentionem seu reintegrationem, & illam non esse denegandam visum est Dominis, cum possessor
1 de tempore motæ litis sit manutenendus* *§. hodie Instit. de interd.* de possessione satis constat
2 ex instrumento * *l. prædia, vbi Bart. num. 1. ff. de acq. poss. l. non ideircò, vbi Bald. in princ. C. de*
3 *fid. instrum.* licet enim illa instrumentalis sit, * alio tamen non existente in possessione suffragatur *Rot. dec. 92. num. 1. & dec. 106. num. 4. par. 2. in recent. f. m. Greg. decis. 267. num. 1.*

Non obstat, quod prius possidente Petro Riccio beneficium Episcopus Nicoteren. cui ad instantiam Alexandri Fuda Rectoris Parochialis S. Leonis, omniumque bonorum prout prædecessores sui potiti sunt, & speciali bonorum descriptorum in 7. & 9. articulis, & d. Riccium tanquam in d. possessione intrusum esse remouendũ decreuerit, quia ex hac sententia Petrus Riccius non fuit sua possessione pri-
4 uatus, * cum non constet executioni fuisse demandatam *Add. ad Rot dec. 3. nu. 6. de restit. spoliat. in nou.* & fuit dictum *coram me in causa Nibien. Rectoriæ 17. Iunii 1604.*

Sed quatenus constaret de d. executione, cum dicta sententia fuerit suspensa per appellationem, quia Petrus à die habitæ notitiæ
5 appellauit, * & causam in Rota commisit, videtur dicendum non habuisse se pro spoliato, & Ecclesiam propterea retinuisse possessionem saltem ciuilem, quæ non potest esse pæ-
6 nes duos * *gl. in l. si vt certo si duobus vehiculum in verbo dominum ff. commodat. & ibi Castr. n. 7.* & illius nomine Ioannes Thomas potest pete-
7 re * recuperationem naturalis *Castr. in l. clam possidere §. qui ad nundinas num. 8. de acq. poss.* & in simili fuit resolutum *coram bo. me. Litta in Hispalen. & Corduben. Prestimoniorũ 16. Iunii 1606.* per cuius obitum Ego decisionem extendi.

Non obstat sententia Iudicis, quia stan. d. appellatione non impedit quominus dictus Ioan. Thomas vtatur remedio sibi magis pro-
8 ficuo* *Butr. in cap. cum dilectus in fin. de caus. poss. & propr. Menoch. de retin. poss. rem. 3. n. 849. & seq.* & fuit dictum in *allegata causa Nibien. Rectoriæ; Pari III.*

Et ita conclusum solo Ioanne Thoma informante &c.

TVDEN. PAROCHIALIS.

Veneris 20. Nouembris 1626.

ARGVMENTVM.

Verior opinio est, quod in impetratione beneficij sit facienda mentio alterius beneficij, quod est ipso iure vacaturum per assecutionem secundi. Causa nullitatis quando non impediat executionem rei iudicatæ. Cætera patent ex summario.

SVMMARIVM.

1 *In impetratione beneficij est facienda mentio alterius beneficij, quod est ipso iure vacaturum per assecutionem secundi, & num. 8. Contrarium num. 9.*
2 *Sententia lata ad fauorem rei si fecit transitum in iudicatum extinguit litem.*
3 *Contrarium procedit in sententia lata ad fauorem actoris, quia ante executionem remanent reliquiæ litis.*
4 *In Impetratione beneficij non est facienda mentio iuris extincti per rem iudicatam, & litem finitam.*
5 *Deserta causa appellationis remanet causa nullitatis.*
Nullitatis causa durat per 30. annos num. 5.
6 *Nullitatis causa non impedit executionem rei iudicatæ in negotio principali, quando non allegatur nullitas, quæ probatione non egeat, aut si eget incontinenti sit probata.*
7 *Ignorantia iuris mixta cum facto semper excusat.*
10 *Valor per ascensum debet plene, & concludenter probari.*

DECISIO MDCLXII.

Domini non dubitarunt, quin vera sit conclusio, quod in impetratione beneficij est
1 facienda mentio alterius beneficij, * quod est ipso iure vacaturum per assecutionem secundi *Seraph. decis. 453.* Sed fuit dictum, quod cum sententia fuisset lata contra Iosephum ad fauorem Petri possessoris, & transitum fecerit
2 in iudicatum, * lis fuit extincta *Feder. de sen. cons. 93. num. 4. glos. in Clem. 2. in verbo postquam vt lit. pend. vbi Card. q. 2. Rota decis. 13. vt lit. penden. in nouis Cassad. decis. 5. num. 3. eod. tit.* licet secus esset, si fuisset lata ad fauo-
3 rem actoris, * quia ante executionem remanerent reliquiæ litis *Sarnen. in Reg. de ann. q. 44. in fin. § postremo*, Vnde de isto iure extincto per
4 rem iudicatam, * & litem finitam non erat facienda mentio *Gemin. cons. 8. num. 7. Anchar. cons.*

conf. 16. num. 1. Aym. conf. 182. nu. 4. Seraph. decis. 445. num. 3.

Neque obstat, quod fuerat commissa æquè principaliter cum appellatione causa nullita-
5 tis, quare deserta causa appellationis * remanet causa nullitatis, quæ durat per 30. annos *Franc. in c. dilecto q. 58 de appellat. Conar. de communi pract. c. 24. in fin.* nam fuit responsum, quod causa nullitatis non impediebat
6 executionem rei iudicatæ * in negotio principali, cum non allegaretur nullitas, quæ probatione non egeret, aut si egeret incontinenti esset probata *Bart. in l. 4. §. condemnatum num. 2. & 3. ff. de re iudic.* & *in l. fin C. si ex fals. instr. Lancell. de attent. nullit. pend. cap. 17 n. 17. & seq.* & præsertim *num. 27. usque ad 69.* & fuit resolutum *coram me in causa Cæsaraugusta ia pensionis 11. Martij 1619. Rot. decis. 556. nu. 8. p. 2. in recent.*

Et cessat omnis difficultas, quia in omnem casum resultat ignorantia iuris mixta cum
7 facto, * quæ semper excusat *Rota decis. 3. de præscr. in nou. Ægid. decis. 704. num. 1.* & fuit dictum *coram me in causa Pampilonen. de Ianzi 23. Maij 1608.* Error autem iuris resultat ex
8 eo, quia licet sit vera illa opinio, * quod sit facienda mentio etiam de beneficio, quod ipso
9 iure vacat, tamen contrarium tenet * *Mohed. decis. 14. de prob. Gonz. ad Reg. 8. glos. 15. § 2. num. 67. Monet. de commutat. ult. vol. cap. 6. num. 253. & seq.* Error vero facti, & iuris simul deducitur ex ipsa sententia, quæ licet quoad causam nullitatis non transierit in iudicatum, secus tamen est quoad causam appellationis, vnde ex omnibus simul iunctis resultat ignorantia iuris mixta cum facto.

Quoad secundam inspectionem circa valorem narratum, cum in gratia principali fuerit expositum, non excedere ducatos 130. & in gratia *perinde valere* narretur ascendere ad du-
10 catos 170. nulla habetur sufficiens probatio, * quæ in probando valore per ascensum requiritur plena, & concludens *Rot. dec. 444. num. 1. par. 2. recent.*

Ex quibus in contumaciam alterius partis Domini præstiterunt in resolutis *die 22. Maij praeteriti &c.*

CARTAGINEN. PRAESTIMONII.

Veneris 27. Nouembris 1626.

ARGVMENTVM.

Qualis qualis probatio sufficit ad effectum probandi valorem beneficij iam obtenti: Gratiæ plures in eadem supplicatione impetratæ dicuntur diuersæ, ita vt si vna est subreptitia adhuc aliæ remanent.

SVMMARIVM.

1 *Valor beneficij obtenti probatur ex quali quali probatione.*

2 *Valore vnius beneficij probato sustinetur in hac parte gratia quamuis in eadem supplicatione plures gratiæ fuerint concessæ.*

Quando in eadem supplicatione plures gratiæ fuerint concessæ si vna est subreptitia, cæteræ remanent validæ si sunt iustificatæ num. 2.

Gratia dicuntur diuersæ, quamuis in eadem supplicatione fuerint impetratæ num. 2.

3 *Obitus in mense reseruato non debet plene, & concludenter probari, quando non agitur ad effectum reseruationis, sed sufficit semiplena probatio.*

DECISIO MDCLXIII.

Fvit dictũ, quod valor beneficiorum obtentatorum non excedere *ducatos 60.* de Camera satis probatur per duos testes nouiter examinatos, qui sufficienter videntur deponere, cum ad effectum probandi valorem beneficij obten-
1 ti qualis qualis probatio sufficiat, * iuxta notata per *Ægid. dec. 682. in princip.* & fuit dictum *coram me in Curia Tullen. Canonicatus 27. Martij 1619.* Vltra quod dicebant aliqui ex Dominis, quod cum beneficia plura fuerint impetrata eodem contextu, & in eadem supplica-
2 tione, & sic gratiæ sint diuersæ, * cum Hieronymus prosequatur tantum illud beneficium ad effectum validitatis impetrationis non tenetur iustificare valorem aliorum, dato enim quod valor non posset iustificari adhuc gratia in illa parte sustineretur, quia cum in eadem supplicatione plures gratiæ fuerint concessæ, si vna est subreptitia ceteræ remanent validæ, si sunt iustificatæ vt laté per *Gonzal. reg. 8. gloss. 5. 9. num. 59. cum antecedentibus & seqq.*

Quoad obitum in mense Septembris, cum fuerit narratus debet iustificari, non tamen
3 plene, * & concludenter, cum non agatur ad effectum reseruationis, nam ex alio capite præstimonium est reseruatum, & ideo sufficit semiplena probatio *Put. decis. 265. in nouis lib. 3.* & fuit sepissimè resolutum, quæ quidem probatio hic adest, cum vni. us testis hoc expresse deponat, cuius dictum coadiuuatur ex attestatione Cardinalis, & ex dicto alterius testis, qui deponit de mense Augusti, vel Septembris, ex quibus colligitur sufficiens probatio.

Et ita conclusum vna tantum parte informante, &c.

ROMANA REDDITIONIS RATIONIS.

Mercurij 2. Decembris 1626.

ARGVMENTVM.

Pro sustinendo contractu à minore vel pupillo gesto cum tutore vel curatore, quę requirantur. Tutor creditor pupilli an & quando possit propria auctoritate sibi soluere.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *In contractu facto à minore ad fauorem curatoris debet interuenire alius curator loco proximiorum.*

2 Statutum Vrbis lib.1.cap.113. *loquitur in rem, & num.9.*

3 *Et comprahendit casum, quando alienatio fiat in tutorem, vel quemlibet alium.*

4 *Alienatio rerum pupilli non potest fieri ad commodum tutoris.*

5 *Quando minor contrahit cum tutore, vel curatore debet dari alius curator, & num.7.*

6 *Statutum à iure communi suppletur, & recipit interpretationem.*

8 *Casus ommissus à statuto debet remanere sub dispositione iuris communis.*

9 Statutum Vrbis lib.1. cap.143. *comprahendit etiam alienationes factas in ipsos tutores, & curatores, & num.11.*

10 Statutum Vrbis lib.1.cap.113. *non restringitur ad illos quatuor casus ibi expressos.*

11 Statutum Vrbis lib.1.c.113 *comprahendit omnem personam in quam alienatio fiat.*

12 *Statutum si quid non sit, perinde tamen est, ac si statutum esset, si verisimile sit statutum fuisse, si hoc fuisset quæsitum.*

13 *Verba cuiuscumque dispositionis sunt amplianda; vel restringenda secundum mentem disponentis.*

14 *Mens disponentis colligitur ex ratione expressa in dispositione num.13.*

In obligatione necessaria facta à minore nempè pro dote non est seruanda forma statuti num. 14. declara num. 15.

15 Put. decis.160. lib.3. *in quibus terminis loquatur.*

17 *Tutor creditor pupilli potest sibi soluere propria auctoritate.*

18 *Declara procedere si sit verus creditor Patris pupilli, & sibi soluat de pecunia reperta in patrimonio illius.*

19 *Mater tutrix non potest sibi propria auctoritate satisfacere de bonis immobilibus pupilli pro dote, sed necessaria est auctoritas Iudicis, nimirum, & secundum decretum, & iudicialis causæ cognitio.*

20 *Text.* in l. fistulas §.1. ff. de contrha. empt. *in quibus terminis loquatur & num.22.*

21 *Tutor creditor pupilli in pecunia non potest pratium propria auctoritate capere pro quantitate.*

23 Crass. tit. de success. §. donatio causa mortis quæst.3 num.2.in fine *declaratur, & num 26.*

24 *Filius vt possit donare causa mortis Patri sufficit auctoritas Iudicis.*

25 *Tutoris auctoritas an suffragetur ad integrandam personam pupilli ad sui fauorem, & resoluitur negatiuè.*

27 Statutum Vrbis lib.1. cap.151. *præsumit iuramentum dolo, & metu extortum.*

DECISIO MDCLXIV.

Visa per omnes Dominos ista causa sine discrepantia fuit conclusum standum in *decisis sub die 25. Maij præteriti* scilicet assignatio-
nem locorum Montium pro dote donatione
1 propter nuptias,* fructibus dotalibus, & fru-
ctibus factam de Mense Septembris 1617. non
substineri ex quo interuenit vnus tantum Cu-
rator loco proximiorum, & tamen debuisset
etiam alius interuenire, ex quo Minor con-
trahebat cum Tutrice, quia cum *Statutum Vr-
bis cap.113. lib.1.* respectu illius, in quem fit
2 alienatio loquatur in rem, * ibi, *si aliquam a-
lienationem bonorum immobilium, seu iurium pu-
pillarium, seu minorum per eos cum auctoritate
tutorum, vt curatorum ipsorum, seu ab iisdem tu-
toribus, vel curatoribus fieri contingat* compræ-
3 hendit etiam casum, quod alienatio * fit in
tutorem, & quemlibet alium, vt est casus in
*l.hac verba vbi Bart.num.1.ff. ad l. Iul. de adult.
l.si seruum §.prætor ait ff.de acq. hered. Bart. in l.
autem, qui alter §.fin.num.3.vers. nota distinctio-
nem ff. quod vi aut clam*, & ideo dum fiebat a-
lienatio in tutorem quæ non poterat fieri ad
4 sui commodum * *l.1. l. pupillus l. quid dicimus
col.fin.ff.de auth.tutor.§.si inter tutorem Instit. eod.
5 tit.* debuit dari alius curator, * qui requirat
quando minor contrahit cum tutore, vel cu-
ratore d. §. *si inter tutorem vers. sed curator l.3.
§.si pupillus ff.de tutell.l.1.C.de inlit. dan. tut. vel
curat.* notat in *l.cum ipse C.de contr.empt.* in hac
6 enim parte statutum à iure cõmuni suppletur*
*Castr.cons.106.incip.d 2.num.2.& vers.plus dico
lib.2 Tiraq post leg.connub. glos.8. num 49. Mon-
tan. de tut. & curat. cap.33. num.38.* & fuit di-
ctum in causa *Romana dotis 15. Iunii præteriti
coram me*, & quod hoc casu debeat dari alius
7 curator * resoluit *Rota in decis.49.num.8.& 59.
num.3. vers. quicquid si apud Pic. super stat. Vrb.*
quę fuerunt allegatæ in alia *decisione.*

Non obstat, quod prædictus intellectus non
possit subsistere, cum statutum loquatur de alie-
nationibus pupillorum, & minorum factis cum
auctoritate Tutorum, vel Curatorum, seu de
alienationibus, & ideò iste casus tanquam om-
8 missus * à statuto debeat remanere in disposi-
tione iuris communis *l. commodissime ff. de lib.
& posthum. cum vulg.* vndè sufficit datio Cura-
toris, & decretum Iudicis *Bald. cons. 200.incip.
vobis spectabile num. 2. vers. ita quia lib. 3. Ro-
man. cons.413 num.14.& 15.vers. quoad sextum:*
Nam fuit responsum ommisso, quod fuit actum
vigore statuti, non autem ex dispositione iuris
communis, statutum comprehendit etiam alie-
9 nationes factas in ipsos Tutores,* & Curatores
cum loquatur in rem, vt dictum est & licet vi-
deatur restrictum ad dictas alienationes, hoc
euenit, quia primo casus alienationis frequen-
10 tius contingunt, * non autem quod statutum
voluerit restringere ad illos casus *gloss.in l.2.ver-
bo filio præcedente* ibi, *sed hoc frequentius contingit
ff. de vulg. & pup.* & latissimè post alios *Sylu.
Aldobrand. cons.9. num.17.18. & 19. lib. 1. Rol.
cons. 39. num. 5. vol. 3. Bella. cons. 52. num. 6.
& seq. Tiraq. de retract. lignag. §.20.gloss.2. n.4.
& seqq. Mandos. super reg. 33. q. 6. num. 4. cum
seqq.*

Et hæc conclusio, quod statutum censeatur posuisse casus, qui frequentius contingant, ita vt non ideo intelligendum sit, quod voluerit se ad

ad illos solummmodo restringere procedit de
plano in hac facti specie, cum statutum ex parte
illius, in quem fit alienatio loquatur in rem,
ideoqne vt dictum est, comprehendat omnem
11 personam,* in quam alienatio fiat, vnde à ma-
ioritate rationis comprehendir ipsum tuto-
rem, & curatorem argumento *l. si totas faculta-
tes C. de inoff. donat. gloss. final. in l. tale pactum
ff. de pact.* dicens item nota id esse de iure ser-
12 uandum, licet non sit statutum, * quod verisi-
mile est statutum fuisse, si hoc fuisset quæsitum
hanc *gloss.* pro notabili allegant *Rom. cons. 105.
num. 2. vers. 2. quia semper, & cons. 392. in fine
vers. 3. ertum Aug. Aretin. in rubr. institut. de
hæred. qua ab intest. defer. num. 3. vers. præterea
Abb. in cap. 2. requirit num. 2. de appell.* vbi in-
quit *nota primo verba cuiuscunque dispositionis*
13 *sunt amplianda,* vel restringenda secūdum mentem
disponentis, quæ quidem mens colligitur ex ratione
expressa in dispositione, idem si non sit expressa
dummodo potuit rationabiliter coniecturari.*

Non aduersatur, quod sumus in obligatione
14 necessaria scilicet pro restitutione dotis,* ideò
non erat seruanda forma illius statuti *Put. dec.
160. lib. 3.* Nam fuit responsum, quod aut agi-
15 tur de simplici promissione pro dote, * & non
est seruanda forma statuti, vt loquitur *Put.* aut
agitur de alienatione bonorū pro dote restituē-
da vel constituenda, & forma statuti est seruan-
da *l. lex quæ Tutores & ibi gloss. in verbo vel do-
tem, & DD. C. de admin. tutel.* latè *Lamberteng.
de contract. gloss. 21. num. 11. Guttier. de tut. &
curat. par. 2. c. 5 num. 51. & seq.* quæ iura, &
Doct. licet loquantur de iure communi, tamen
ita intelligendum est dictum statutum, cum à iu-
re communi passiuam recipiat interpretatio-
15 nem * *l. 1. §. lex Falcidia ff. ad l. Falcid. Bart. in
l. omnes populi num. 60. vers aut sunt decisi ff. de
iust. & iur.* Nec facit, quod Tutor creditor pu-
17 pilli potuit sibi soluere propria auctoritate,*
l. quoties §. sicut autem ff de admin. tut. quia
fuit responsum, hoc procedere duobus concur-
rentibus. Primo quod Tutor sit verus creditor
18 patris pupilli.* Secundo quod sibi soluat de pe-
cunia reperta in patrimonio illius veluti ex ad-
uerso dicitur sicut conditionaliter loquendo
obseruant *Laur. de Pinu cons. 60. nu 14. vers. 1.
quia Guttier. de tut. par. 2. c. 9. num. 48.* Vnde se-
quitur matrem Tutricem non potuisse sibi pro-
pria auctoritate satisfacere de bonis immobi-
19 libus pupilli pro dote, * sed necessariam fuisse
auctoritatem Iudicis primum, & secundum
decretum, & iudicialem causæ cognitionem, vt
in puncto inquit *Bald. in d. l. cum ipse num. 174.
C. de contrahen. empt.* quem sequitur *Laur. de Pi-
nu d. cons. 14. vers. item pecunia cum seq. Guttier.
loc. cit. num. 49.*

Nec prædicto intellectui obstat *text. in l. fi-
nalis §. 1. ff. de contrahen. empt.* quia loquitur
20 in tutore, * qui à patre pupilli emerat fun-
dum, & propterea potest exequi prædictam
venditionem tradendo sibi fundum, ideo pro-
cedit in casu, quo res immobilis tutori de-
beatur, secus quando ille est creditor pecu-
21 niæ, * quia tunc non potest prædium propria
auctoritate capere pro quantitate, & ita de-
clarat d. *text. Bald. loco citato num. 14. vers. non
obstat & laur. de Pinu loco alleg. num. 20. vers.
cui minus obstat*, & alios quos allegat *Guttier.
vbi supra num 59.* & vt inquit *Bart. in l. 2. sub
num. 6. vers. aut ex necessitate ff. de stipal. seru.* tex-
32 prædictus procedit * cum traditio fit ex ne-
cessitate præcedentis contractus, in quibus e-
tiam terminis loquuntur allegata per *Surd.
cons. 281. num. 14. lib. 2.*

Neq; etiam obstat cautela relata per *Crass. tit. de
success. §. donatio causa mortis quæst. 3. num. 1. in
23 fine*, * quod ad hoc vt filius possit patri do-
24 nare causa mortis sufficiat auctoritas Iudicis*
arguendo de patre ad matrem, quia ommis-
so, an huiusmodi argumentum subsistat fuit
responsum, nos versari in terminis valdè di-
uersis, in hoc enim casu agitur, an auctori-
25 tas * tutoris suffragetur ad integrandam per-
sonam pupilli ad sui fauorem, quod non est
de iure permissum, vt patet ex supra deductis,
& in puncto de matre tutrice est *decis. Rota 492.
num. 9. par. 1. in recent.* casus autem *Crassi* con-
tinet duplicem promissionem, & consensum
26 patris, * & ideo sufficit decretum Iudicis, vt
agnoscit *Bart. in l. 1. sub num. 4. vers. & aduerte
ff. de auct. tut.* ille enim potest à suspicione vin-
dicari per auctoritatem Iudicis, quia hæc vl-
terius non requiruntur pro forma, & validi-
tate actus, prout in nostris terminis.

Tandem non obstat iuramentum interposi-
tum per minorem, quia *Statutum cap. 151. lib. 1.*
27 præsumit iuramentum dolo extortum * per
quod statutum d. *Statutum cap. 151.* suppletur
Rom. cons. 390. num. 7. & in puncto horum statu-
torum fuit resolutum in causa *Bononien. census
17. Martij 1608. coram bo. me. Cardinali Marco-
montio*, quæ est *decisio 153. num. 13. par. 1. rec.*
vbi fuit dictum, quod *Rota* hoc montiuum non
reijcit in causa *Romana fideicommissi de Sancta
Cruce 3. Decembris 1607. coram bo. me. Cardinali
Sacrato*, & in puncto dixit etiam *Rota* allegan-
do *Rom.* in dicta *Romana dotis 10. Iunij præteri-
ti coram me.*

Et ita conclusum ex prædictis, & ex alio
capite, quia vltimum decretum corruit re-
spectu fructuum ex falsa causa, cum constan-
te Matrimonio non deberentur, vt latè fuit
deductum in alia *decisione &c.*

ROMANA PECVNIARIA.

Veneris 4. Decembris 1626.

A R G V M E N T V M.

Socius ex contractu consocij an quando, & pro qua summa teneatur.

S V M M A R I V M.

1 *Socius ad hoc vt possit obligare societatem requiri-
tur quod ex capitulis societatis possit nomine so-
cie-*

cietatis contrahere cessante versione.

2 *Extraneus contrahens cum socio si vult agere contra consocium non sufficit, quod probet societatem, sed debet etiam probare formam societatis, cuius causa contractus fuit initus.*

3 *Socij remanent obligati ex contractu consocij, dum probatur versio in societatem.*

4 *Socius potest institui institor, nedum expresse, sed etiam tacitè.*

5 *Ex contractu socij institoris instituti omnes socij tenentur.*

6 *Socium fuisse institorem deputatum probatur ex ibi deductis.*

7 *Socius tenetur in solidum pro debitis contractis à consocio usque ad summam sortis positæ in societate.*

DECISIO MDCLXV.

FVit inita societas Drogariæ inter Alexandrum Fundatum, Hieronymum Rolandum, & Sebastianum Roehum, vt probatur ex dissolutione d. societatis & ex alijs iuribus, de quibus infra dicam; Sebastianus prædictus constituit se debitorem Religionis Hierosolymitanæ *scutorum* 834.637. pro residuo saponis habiti à Ministris eiusdem Religionis, ad cuius fauorem obligauit sese &c. hæredes, & bona, & in specie rationem Drogariæ sub nomine dd. Sebastiani Hieronymi, & Alexandri. Vndè dubitatū, an societas Drogariæ sit obligata ad d. summam in casu, & ad effectum, de quo agitur, qui est, vt Religio possit obtinere contra solum Alexandrum, cum præsupponatur Hieronymum obijsse, & Sebastianum non esse soluendo, quod quidem dubium habet duas inspectiones principales; prima an Sebastianus potuisset obligare societatem, secunda quatenus sic, an omnes socij teneantur in solidum, & quamuis sola Religio informaret, articulus tamen per Dominos fuit benè discussus.

Et quantum attinet ad primam difficultatem pro opinione negatiua considerabatur primo au constaret, quod Sebastianus ex capitulis societatis posset nomine societatis con-
1 trahere.* quod necessariū cessante versione ad effectum, quod potuisset obligare *Bald. cons.* 123. *num.* 2. *vers. Vnde melior ratio libro quinto*, quem sequitur *Petrus de Vbald. de duobus par.* 9. *num.* 5. vbi dicit, quod quando societas respicit certam causam ad hoc, vt extraneus pos-
2 sit agere contra alios, * quorum nomine etiam contractus fuit initus, non sufficit, quod probetur societas, sed etiam debet probari forma ipsius societatis, cuius causa contractus initus fuit inspiciendū est quam auctoritatē socius habeat contrahendi *Castren. in l.* 1. *§. non autem numer.* 1. *& 4. seqq. ff. de exercit. Rota Genuen. dec.* 14. *num.* 31. *& dec.* 171. *num.* 7. nec etiam probatur versio in societatem, quæ sine alio
3 mandato sufficeret * *Natt. cons.* 567. *num.* 7.

Hoc tamen non obstante contrarium censuerunt Domini, quia socius potest institui
4 institor nedum expresse, sed etiam tacitè * *Rot. Ianuen. dec.* 14. *num.* 39. *&* 41. *cum sequen.* & ex eius contractu hoc casu omnes socij te-
5 nentur * *l.* 1. *in fin. cum l. seq. ff. de exercit. act. l. habeat in fin. cum l. sequen. de instit. Bart. in l. eandem num.* 9. *ff. de duob. reis. Rot. Ianuen. d. dec.* 14. *num.* 5. *&* 6. in hoc autem casu constat, quod saltem tacitè Sebastianus erat vnus ex institoribus
6 societatis, * cum die 13. Octobris 1621. nomine societatis subscripserit obligationem ad fauorem bo. me. Iulij Magalotti, & postmodum 8. Iulij 1624. Alexander vnus ex dd. cessit dicto Iulio easdem societates officiorū pro extinctione d. crediti. Vnde satis cōstat ex taliter actis, quod dd. socij adinuicem præpositi, & constituti censebantur, ita vt quilibet pro gestis ab alio teneatur *Bald. in l. cum te in fin. C. si certum petatur Petrus de Vbald. vbi supra num.* 1. *&* 3.

Quantum attinet ad secundam difficultatem, an omnes socij teneantur in solidum, affirmatiuè fuit resolutum, sed non simpliciter pro toto debito, cum non sit societas omnium
7 bonorum, sed Drogariæ, * in qua quilibet posuit portionem suam, & ideò vsque ad summam sortis positæ in societate, ita vt omnes socij non teneantur vltra corpus societatis, sed vnus fuisset insolidum pro quantitate, quam habet in societate, in lucro, & non in alijs bonis, quia obligatio repræsentatur ex corpore societatis, contrahentes hoc debent considerare *Ancar. cons.* 332. *col.* 1. *in fine vers. postremo* iuncto principio *Bal. cons.* 93. *numer.* 31. & *cons.* 9. *numer.* 13. *lib.* 1. *Dec. in c. socius num.* 4. *ff. si certum petat. Tiraq. in tit. de contract. merc. numer.* 115. *Ossasc.* qui de communi testatur *in dec.* 150. *num.* 8. *Rota Ianuen. dec.* 14. *num.* 111. vbi pariter de communi. Quare cum Alexander posuerit in societate scut. 2088. vt patet ex confessione facta in eius Epistola, in qua ordinat, societatem finiri, ista summa est sufficiens pro credito Religionis, ita vt incret obligatio in solidum, cum creditum Religionis sit scut. 834. vt dictum est. Quamuis admittimus, quod sunt computanda ad illius fauorem scut. 600. soluta Magalotto.

Et ita conclusum vna tantum parte informante &c.

PALENTINA ANNIVERSARII.

Merc. 9. Decembris 1626.

ARGVMENTVM.

Agnatio contemplata quando censeatur, vel non. Proximitas grauantis, vel potius grauati quando attendatur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Agnati, & cognati censetur contẽplati ex verbis, de quibus in principio decisionis.*

2 *Agnati tantum censentur contemplati, dum testator vocauit personas de linea paterna.*

3 *Agnati tantum censentur contemplati, dum testator vocauit, qui sunt de eius cippo.*

4 *Nomen* Cippi *non est nomen legale.*

5 *Cognati veniunt deficientibus agnatis in casu, de quo ibi.*

6 *Domus appellatione veniunt etiam fœminæ deficientibus agnatis:*

7 *Cippi appellatione de consuetudine Hispaniæ veniunt tam masculi, quam fœminæ.*

8 *Cippi appellatione, dum testator non respexit ad agnationem veniunt nedum agnati, sed cognati, vide n. 15.*

9 *Agnatio censetur contemplata ex vocatione cippi. Decl. vt ibi.*

10 *Agnatio non censetur contemplata, dum primo vocati sunt cognati.*

11 *Agnatio si non fuit contemplata in prima vocatione oritur coniectura, quod neque in vocatione aliorum censetur contemplata.*

12 *Agnatio non censetur contemplata à Sacerdote, qui non potest habere legitimos agnatus ex linea effectiua.*

13 *Fœminæ licet non sint de trunco, tamen procedunt ex trunco.*

14 *Casus annexus vocationi non dicitur casus principalis de per se.*

16 *Grauati, vel potius grauantis proximitas an attendatur est articulus controuersus.*

17 *Grauati proximitas attenditur secundum crebriorem opinionem, dum non repugnant testatoris verba, neque in contrarium adsit aliqua coniectura.*

DECISIO MDCLXVI.

Didaeus sacerdos fundator Anniuersarij, de quo agitur, primo loco vocauit Sebastianum Franciscum Hermosa, & Franciscum de Castro, qui ex sorore, & ex duobus Nepotibus ex Francisco erant cognati, & per obitum vltimi prædictorũ, qui euenit in Sebastiano disposuit per hæc verba *volo, & est mea voluntas, quod succedat in omnibus meis bonis consanguineus maior ætatis, & magis propinquus, qui sit de meo Cippo vulgo trunco, qui sit Clericus, si qui fuerint duo, vel tres, aut plures consanguinei Clerici, seu scholares in æquali gradu parentelæ vltimo possessori qui procedant de Cippo, his præferatur qui fuerit Diaconus, & Diaconus Subdiacono.*

Stante hac serie facti Alphonsus Barba cognatus tanquam proximior vltimi defuncti prætendit Aniuersarium, quod etiam prætendit Ioannes Perezagnatus, & proximior fundatori. Vnde dubitaui, cui esset adiudicandum Anniuersarium, quod dubium habet duas Inspectiones principales, prima est vt videatur. An fundator respexerit tãtum agnationem. Secundo quatenus non. An sit attendenda proximitas grauati, vel grauantis.

Quantum attinet ad primum si considere-mus verba consanguinei posita in vocatione non adest difficultas, quod comprehendunt
1 nedum agnatos. * sed etiam cognatos, vt ex *leg. 6. tit. 15. part. 2.* probat *Mier. de maior. par. 2. quæst. 6. num. 299.* vbi dicit hoc procedere de iure communi, si verò consideramus verba magis propinqua idem dicendum est comprehendere tam agnatos, quam cognatos *Bald. consil. 115. super 1. puncto in princip. lib. 4. Tiraq. lib. 1. de retract. §. 1. gloss. 9. num. 201. Aug. cons. 283. num. 3. & 4.* cum alijs congestis per *Mier. loco citato n. 4. & 5.*

Non obstat, quod prædicta non procedant, quando Testator addiderit verba *de linea pa-*
2 *terno* * vt ex mente *DD. dicit Mier loco cit.* & hic testator addiderit verba, *qui sunt de meo Cippo,*
3 quod perinde est, ac si dixisset de milinaie * quod verbum comprehendit tantum agnatos vt per *l. 3. tit. 21. p. 2. probat Mier. ibid. nu. 424.* vt dixit *Rota in Toletana Cappellaniæ de Xerafe 10. Maij 1606. coram bo. me. Iusto*, nomen enim
4 *cippi* nõ est nomen legale * *Corn. cons. 273. n. 5. lib. 4.* & propterea tunc de stylo Hispaniæ venirent
5 cognati, * quãdo deficerẽt agnati, prout expresse dixit *Mol. de primog. Hispan. lib. 3. c. 4. n. 16.*

Huic motiuo, in quo vertitur cardo difficultatis fuit responsum, quod *Mol. dixit* appellatione domus venire etiam fœminas deficientibus
6 agnatis, * sed infra dicit simpliciter, quod ap-
7 pellatione cippi de consuetudine Hispaniæ * veniant tam masculi, quam fœminæ post *Burg. de Paz in prohem. l. Tauri num. 118.* sed quicquid sit de hoc firmiter fuit responsum, quod quando Testator non respexerit ad agnationẽ appellatione cippi veniant nedũ agnati, sed
8 cognati * *Mant. decis. 351. num. 3.* qui alias allegat *Fusar. de subst. q. 348. num. 6. & seqq.* vbi hoc firmat *num. 11.* & licet *num. 12. vsque ad finem* dicat ex eo quod Testator vocauit Cip-
9 pum satis respexit ad agnationem, * hoc tamen procederet si non adessent coniecturæ.

Quod autem fundator ad dictam agnationem non respexerit, satis probatur, quia cum
10 primo vocauerit cognatos tantum, * repugnat quod agnationem respexerit *Bald. in l. maximum vitium num. 4. vers. præterea C. de liber. præter.* & cum in prima vocatione non respexerit ad agnationem, oritur efficax conie-
11 ctura, * quod neq; in vocatione aliorũ respexerit ad dictam agnationẽ; præsertim cum fundator
12 esset sacerdos, * & propterea non posset habere legitimos agnatos ex linea effectiua, & quando ista non sufficerent deprehenditur clarè ex verbis illis, *quod si fuerint duo, vel tres &c. qui procedant de cippo vulgo tronco*, vbi non se restrinxit ad truncum, sed fuit contentus, quod procederent ex trunco, prout indubitatum est
13 descendentes ex fœminis, * licet non sint de truno, procedere ex trunco.

Nec placuit DD. quod ista videatur quædam vocatio, quæ non euenit, quia versamur in secunda vocatione, & iste casus non continet secundam vocationem, sed est annexus se-
14 cundæ, * & ad illam ordinatus, & ideo non dicitur casus principalis de per se, sed annexus & connexus secundæ vocationi principali *Aym. cons.*

conf. 818. *num.* 30. ideo cum isto casu fundator
15 non vocet cippum, sed procedentes ab ipso, * & vocatio sit indubitata, clare apparet, quod intellexerit illos de cippo *Aym. conf.* 275. *nu.* 4. & 5. & *conf.* 461. *num.* 5. *conf.* 936. *num.* 27. & *seq. Anchar. conf.* 160. *num.* 2.

Quantum attinet ad secundam difficultatem, an sit attendenda proximitas grauati, vel grauantis, licet articulus sit controuer-
16 sus * ex adductis per *Fusar. de subst. q.* 444. tamen cum verba fundatoris non repugnent, neque aliqua coniectura adsit in contrarium, crebrior opinio est, quod attendatur proximitas grauati ex adductis per eundem *Fusar. ibid. num.* 10. quam sententiam confirmarunt plures Senatus, vt ipse recenset *ibidem* vbi idem asserit de hoc nostro Tribunali, & allegat *decis.* 78. *par.* 1. & 100. *p.* 2. *diuers.* & *decis.* 681. & 693. *p.* 2. & recensent etiam alias.

Quamobrem cum fundator non respexit ad agnationem, & Alphonsus Barba sit proximior vltimo loco grauato, licet non sit agnatus, & proximior fundatori, esset ad iudicandum aniuersarium.

Et ita conclusum, &c.

Præsens decisio fuit confirmata coram Durano decis. 115. & 152.

PERVSINA SOCIETATIS.

Mercurij 9. *Decembris* 1626.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Sententia continens vnam summam si non valet in totum non valet in parte. Contrarium de æquitate num.* 3.

2 *Clausula* arbitrio *operatur vt ab vtroque extremo rigoroso sit recedendum, & sit seruanda æquitas.*

3 *Executio sententiæ conceditur pro ea parte, pro qua constat de credito.*

4 *Via executiua intentata non mutat naturam, ex quo Iudex voluit per sententiam pronunciare.*

DECISIO MDCLXVII.

Die 16. *Martij huius anni* proposui hoc dubium an intraret arbitrium, & cum non dubitaretur, quod sententia Rotalis esset exequenda in duabus partitis, altera scut. 310. in quibus fuerunt æstimatæ merces, & altera scut. 40. in quibus fuerunt æstimatæ aliæ merces per Constantinum, prout in *decisione bo.me. Vbaldi* fuit firmatum, ideo Domini tunc ordinarunt, quod prius reficerentur expensæ, & cum vtraque pars fateatur expensas fuisse refectas, reassumpsi idem dubium, an intraret arbitrium pro exequutione pro summa debita, & Domini affirmatiuè responderunt, quia licet de ri-
1 gore sententia continens vnam summam * si non valet in totū non valet in parte vt *constat* in casu *Puc. decis.* 315. *lib.* 1. *in nouis*, tamen, cum stante clausula *arbitrio* sit recedendum ab
2 vtroque extremo rigoroso, * ita vt sit seruanda æquitas iux. *decisionem* 4. *Crescent. de testibus* omnis æquitas suadet, quod cum constet de
3 vero credito* in parte procedatur in illa parte ad executionem.

Neque est verum, quod Constantinus egit
4 via ordinaria, quia immo egit via executiua, * & quamuis Iudex voluerit proferre sententiam, hoc non est imputandum Constantino, *Roman. cons.* 135. immo post sententiam fuit petitum, & obtentum mandatum executiuum. Vnde ex his omnibus merito fuit resolutum intrare arbitrium pro summa verè debita.

ROMANA DOMVS.

Veneris 11. *Decembris* 1626.

ARGVMENTVM.

Si secunda concessio emphiteusis est nulla tanquam facta ex falsa causa, vtpote, quia prætendebatur deuolutio ob non solutum canonem, quæ tamen non intrabat, tunc prima concessio attenditur. Cætera circa deuolutionem ob non solutum canonem.

SVMMARIVM.

1 *Concessio prima attenditur, dum secunda non sustinetur.*

2 *A deuolutione ob canonem non solutum intrat excusatio quotiescunque res fuit detenta à creditoribus emphyteutæ.*

3 *Caducitas non incurritur nisi Ecclesia volente. Caducitas ob non solutum canonem non potest dici incursa dum emphyteuta se constituit debitorem canonum Domini directi num.* 3.

4 *Simulationis causa requiritur ad probandam simulationem.*

5 *Res emphyteutica deuoluta reuertitur sine onere ad Ecclesiam.*

DECISIO MDCLXVIII.

Domus, de qua agitur est de directo dominio Ecclesiæ Sancti Saluatoris apud plateam Iudæam, & de anno 1531. fuit locata Sillæ de Torellis de Romagnano pro se, & suis hæredibus, & successoribus quibuscunque in perpetuum cum responsione *ducatorum* 30. de Carolenis ad rationem *Carolenorum decem* pro quolibet ducato. Postmodum de anno 1562. cum domus peruenerit ad Franciscum sub prætextu, quod esset deuoluta ob non solutum canonem

nouem. Iterum fuit locata per Procuratorem bo. m. Dominici Pinelli postmodum Cardinalis Sillanio Antonio, & Cæsari eiusdem Francisci filijs, eorumque hæredibus, & successoribus in perpetuum dicto Francisco pro eis stipulante, quam locationem prædictus Dominus existens in studio Patauino 7. Iulij 1562. ratificauit, & summus Pontifex hanc locationem confirmauit, & cum hæc Domus fuerit alienata per dictum Franciscum, & tandem deuenerit ad manus Dominorum de Manecceslis duæ instabant difficultates, prima erat, an Cœsar posset agere vigore primæ, vel secundæ concessionis, secunda difficultas quatenus posset agere vigore primæ, & pro qua parte: Et Domini omissa secunda difficultate steterunt in decisis sub die 4. Februarij 1615. posse agere tantum vigore primæ, non autem vigore secundæ concessionis; Ratio Dominorum fuit,
1 quia cum secunda concessio corruat, * nec sustineatur, prima, & non secunda est attendenda *l. ab Anastasio C. mandati Paris. conf. 54. nu. 26. & 27. lib. 1, Soccin. conf. 65. num. 14. lib. 1. & conf. 264. num. 4 lib. 2. Ias. conf. 170. num. 3. lib. 2.*

Quod autem secunda concessio fuerit factaà ex falsa causa satis deprehenditur, quia deuolutio prætendebatur ob non solutum canonem,
2 & tamen non poterat ex hoc capite prætendi, * tum quia cum domus detineretur à creditoribus Francisci intrabat excusatio, quatenus Canon non fuisset solutus *Anchar. conf. 44. num. 9. vers. præterea Riminald. iun. conf. 94. num. 25.* & vlterius tum etiam quia die 13. Februarij 1560. Franciscus Sillanus prædictus constituit se debitorem Io. Baptistæ Lomellini tunc Rectoris mediante persona Nicolai Duricæ eius Procuratoris in scut. 60. & iul. 7. vsque & per totum annum 1559. & sic vsque ad illud tempus nulla potuit considerari caducitas, cum
3 non incurratur, nisi Ecclesia volente * *Corbul. de caus. priuat. ab non solutum Canonem limit. 20. num 6.* & cum postmodum 7. Septembris 1560. idem Procurator nomine Rectoris petierit scuta 105. pro canone, seu responsione dictæ domus, & die 8. obtinuerit immitti in dictam domum pro credito prædicto sine præiudicio deuolutionis eiusdem domus, & non alias, clarè constat, quod præseruabat ius agendi ad dissolutionem, non autem egit, ideò noua inuestitura fuit facta ex falsa causa, cum nunquam Ecclesia ante illum nouum contractum de anno 1562. egerit ad deuolutionem.

Neque obstat, quod postmodum bo. me. Dominicus Pinellus prædictus commiserit causam super nullitate beneplaciti obtenti super dicta secunda concessione, & plures fecerit actus, vt in summario num. 6. & de anno 1567. recepit Canones à Nicolao de Marchianis, qui tamquam creditor domum possidebat sine præiudicio deuolutionis, quia tamen nunquam Dominicus prædictus obtinuit declarari deuolutionem, sed Franciscus recuperauit domum, Nicolao, sed quia adhuc iura Ecclesiæ super dicta noua inuestitura vigebant de anno 1579. existente Rettore Cardinale Montalto, qui postea fuit Sixtus Quintus fuit inita concordia inter ipsum, & Franciscum prædictum in qua fuit conuentum, quod staretur primæ locationi, ex qua concordia deducitur maximum adminiculum circa veritatem facti.

Et ex hac serie facti dicebatur constare, & in ipsa concordia negatur, quod fuerit facta collusio inter procuratorem Rectoris, & prædictum Franciscum; coniecturæ enim non deficiunt, vt patet ex prædictis, causa autem
4 quæ est necessaria * *Bart. in conf. 65. num. 2. vers. ns præmissis lib. 1.* est euidens. vt scilicet filij Francisci possent recuperare domum à creditoribus, quia si erat deuoluta reuerteba-
5 tur sine onere ad Ecclesiam * *Tiraquell. de retract. conuent. §. 3. glos. vnica num. 10.* & filij Francisci ex iure Ecclesiæ poterant illam recuperare.

Et ità conclusum reseruato, vt videatur de secunda difficultate.

ROMANA PECVNIARIA.

Lunæ 14. Decembris 1626.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Mandato dato ad exigendum cessante, cessat quoque promisio correspectiua ad idem mandatum.*
2 *Compensatio statim inducitur, dum hinc inde adest debitum, & creditum.*
3 *Amplia procedere, quamuis ad fauorem vnius pro suo credito competat via executiua, & ad fauorem alterius tantum via ordinaria, dum tamen id æquitas suadet.*

DECISIO MDCLXIX.

CVm DD. Farnesij soluerint rationi Bancharia *sc.* 900. per prouisione octo annorum, intra quod tempus census erant extinguendi, cum dicta ratio post duos annos cessauerit, non adest difficultas, quod DD. Farnesij dempta rata duorum annorum, pro residuo remanent creditores, quia statim secuta dicta cessatione cessauit mandatum datum mercatoribus
1 ad exigendum, * & consequenter promisio correspectiua ad dictum mandatum *Soc. conf. 273. num. 4. lib. 2.*

Hoc stante, licet Domini Farnesij essent ex alio capite debitores rationis Banchariæ *scut.* 500. nihilominus cũ essent creditores ex capi-
2 te prædicto, * statim fuit secuta compensatio, quæ conclusio procedit etiam quando com-
3 petit via executiua * si suadente aliqua æquitate hoc expedire Religioni Iudicis videbitur, non enim est æquum, vt quis velit agere executiuè, & soluere post tres conformes, quando creditum est liquidum, & clarum *Bar. in Lam.*

l.amplius non peti vel.vlt.ff. rem ratam haberi cuius dictum licet non semper recipiatur, tamen recipitur, quando hæc æquitas suadet *Osaschus decis.92. nu.35. vers.non ommitto Gales. de obligat.Camer.quæstione 18.num.7.cum ibi congestis per addentes num.17.*

Non obstat, quod ratio Banchariæ fideiussit pro DD.Farnesijs, & ideo cum D. Ottauius successerit in dicta ratione, & fuerit coactus soluere census potest retinere dicta *scut.900.* ita vt non sit locus compensationi. Nam fuit responsum, quod ratio Bancharia in personam D.Ottauij non durat, nisi quoad obligationes factas per dictam rationem, concordauit enim dictus Dominus Ottauius cum dictis creditoribus, & quamuis remaneat in fideiussione, non tamen *scut.*900. fuerunt promissa pro fideiussione, sed pro prouisione, quæ cessauit ex prædictis, nec hodie quæritur, an D. Ottauio debeatur noua prouisio, sed an promissio prouisionis sit extincta, ita vt intret compensatio cum debito particulari, quod D.Farnesij contraxerant cum dicta ratione,

Ex quibus fuit conclusum intrare compensationem, & sic standum esse in *decisis 2. Decembris 1624.*

FERRARIEN. CANONICATVS.

Ven. 18. Decembris 1626.

ARGVMENTVM.

Prouisio Canonicatus ad quem spectet, dum Cardinalis Ordinarius habet indultum.

SVMMARIVM.

1 *Ius conferendi dum est litigiosum prouisiones factæ non sustinentur.*
Declara num. 2.
3 *Electio facienda est intra sex menses.*
4 *An prouisio sit Papæ, distinguendi sunt septem casus, de quibus remissiuè.*
5 *Ius eligendi vt dicatur litigiosum lis debet esse introducta principaliter super iure eligendi, non autem super electione iam facta.*
6 *Collegium non comprehenditur sub clausulis generalibus.*
Capitulum vt comprehendatur in commissione debet de eo fieri specialis mentio num. 6.
7 *Existens in quasi possessione eligendi lite pendente potest eligere.*

DECISIO MDCLXX.

Cum vacasset Canonicatus Ecclesiæ Ferrariensis in mense reseruato, Illustrissimus D. Cardinalis Ordinarius collator vnum prouidit, Capitulum cum Canonicatus sint electiui, prouidit alium; vnde orta fuit lis inter istos prouisos super eo quis esset præferendus, cum prouisus à Capitulo prætenderet quod indultum Cardinalis, & exceptio *Regula octaua* suffragaretur Capitulo per *Tex. in l. si communem ff. quemad. seruit. ammittat.* & interim cum alius Canonicatus vacasset, fuit facta similis prouisio duorum, vnde Iulius impetrauit hunc Canonicatum prætendens, quod cum
1 ius conferendi esset litigiosum * neutra prouisio sustineretur *Probus ad Monachum in practica de Iure Patronatus* post *Io. And. in c. accolatione num. 3. Franc. num. 1. Gemin. num. 4. Federic. de Senis cons. 1. sub num. 10. vers. solutio de appellat. in 6. Rot. decis. 702. num. 1. part. 4.*

Cæterum fuit dictum, quod prædicta pro-
2 cederent si lis penderet* super iure eligendi inter Episcopum, & Capitulum, quo casu videndum etiam esset, an lis fuisset terminata intra sex menses, intra quod tempus est faci-
3 enda electio * *c. cum in nostris de conceß. præbend.* & tunc ad cognoscendũ, an prouisio esset Papæ
4 distinguendi essent septem casus, * prout fuerunt distincti in causa *Terdonen. iurisp. 19. Februarij 1621. coram. bo: mem. Pennia*, sed vere lis non fuit introducta super iure eligendi, cum fuerit introducta inter electũ à Capitulo, & prouisum ab Episcopo, & sic non fuit introducta super iure eligendi, cum ad effectum
5 vt ius eligendi dicatur litigiosum * lis debet esse introducta principaliter super iure eligendi, non autem super electione iam facta, licet electio ipsa sit ius connexum iuri eligendi, vt probatur ex *Tex. l. quanquam §. Iulianus ff. de aqua plu. arcend.* per quem *Tex.* ita respondent in similibus terminis *Roman. in cons. 260. nu. 2. Ferrettus cons. 12. num. 1. & cons. 170. num. 6. & cons. 192. num. 9. Mandos. reg. de subrogandis q. 13. num. 4.*

Neque obstat appellatio interposita ab vno ex Canonicis, quia non constat de illius mandato, & si constaret non releuaret, cum non appareat Capitulum fuisse comprehensum in commissione, cum de illo esset facienda specialis mentio, Collegium enim non compre-
6 henditur * sub clausulis generalibus, vt in terminis fuit resolutum *coram me in causa Cremonen. Canonicatus 9. Decembris 1624.*

Et denique cessat omnis difficultas, quia
7 cum Capitulum sit in possessione eligendi, * lite pendente potuit eligere, cum non esset interim sua possessione priuandus *Lapus allegatione 136. Lancellott. de attent. 2. part. c. 4. de attent. lit. pend. in præfat.num. 640. & 691. & 705. & limit. 22.*

Et quibus in maximam contumaciam alterius partis fuit resolutum sententiam Rotalem esse confirmandam &c.

CALAGVRITANA IVRIS-PATRONATVS VIANA.

Veneris 18. Decembris 1626.

ARGVMENTVM.

Secundum dispositionem *Concil. Trid. sess. 25. cap. 9. de reformat.* ad probandam pertinentiam iurispatronatus fauore Vniuersitatis dum deficiunt scripturæ authenticę requirirur immemorabilis, & pręsentationes effectum sortitæ spatio 50. annorum.

SVMMARIVM.

1 *Ad probandum iuspatronatus fauore Vniuersitatis si non adsunt authenticæ scripturæ requiritur immemorabilis, & præsentationes effectum sortita spatio 50. annorum, & num. 5.*

2 *Icaut probatio per æquipollens non admittatur.*

3 *Amplia etiamsi Vniuersitas sit parua.*

4 *In Ecclesia perceptitia datur vacatio.*

6 *Ennunciatiua moderna, vnica, & emanata à personis suspectis non probat.*

DECISIO MDCLXXI.

FVit resolutum, sententiam Rotalem esse confirmandam, cum perabunde iustificetur ex
tribus *decisionibus Rotalibus* compilatis per *bo. me. D. Remboldum*; nam cum iuspatronatus prætendatur ab Vniuersitate Viana, & de eo non
1 constet per authenticas scripturas,* æget probatione immemorabili, & præsentationibus effectum sortitis spatio 50. annorum, vt disponitur expresse in *Sacro Sanct. Concilio Trid. sess. 25. cap. 9. de reformat. Valer. Regin. in prax. fol. penit. lib. ... tract. 3. num. 210. Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. gloss. 18. num. 19. & seqq. Cabed. de patron. reg. coron. cap. 34. Matth. Suarez in prax. de ordin. visit. cap. 6. num. 1.* & est *decisio in causa Cremonen. Cappellaniæ secunda Aprilis* 1601. *coram me* vbi quod cum dictæ probationes requi-
2 rantur * pro forma non possunt adimpleri per æquipollens, & habent locum etiam quod
3 Vniersitas sit parua, * prout etiam prius dixerat *Rota in causa nullius Archibresbyteratus* 10. *Maij* 1588. *coram bo. me. Cardinal. Pamphilio*.

Hic autem quidquid dicendum esset circà immemorabilem, de qua tamen fuit resolutum non constare, deficit secunda probatio, quia non docetur de dictis præsentationibus, & quatenus replicaretur, quod prius Ecclesia
4 fuit perceptitia, & in qua datur vacatio * iuxtà *textum in cap. dilecto §. præterea de prabend. Abb. in cap. penult. in princ. vers. quod si in Ecclesia de verborum signific. Mantic. decis. 229. num. 1.* hoc tamen non refert in casu, de quo agitur, cum præsentationes possent fieri ad fructus cessantes, vt fuit consideratum in *decis. 15. Nouembris* 1621. *coram bo. me. Remboldo*, & verba *Concilij* sunt accipienda de præsentationibus secundum subiectam materiam.

Non obstat concordia confirmata per fel. record. Pium Quartum, in qua enunciatur immemorabilis, quia superuenit *Concilium*,
5 quod non contentatur immemerabili, * sed requirit etiam præsentationes effectum sortitas spatio 50. annorum, vt dictum est, & quidquid sit, an ex testibus probetur immemorabilis, ex dicta enunciatiua non probatur, cum
6 sit vnica moderna, * & emanauerit à personis suspectis videlicet ab vniuersitate *Falia. in cap. cum causam num. 4. de probat. Aym. de antiq. tempor. par. 1. sess. 4. num. 14. & seq.*

Ex quibus & alijs deductis in tribus prædictis *decisionibus*, quæ tollunt alium obiectum, fuit resolutum, sententiam Rotalem esse confirmandam.

Præsens decisio fuit confirmata die 19. Aprilis 1627.

CRACOVIEN. IVRIS LEGENDI.

Ven. 18. Decembris 1626.

ARGVMENTVM.

Patres Iesuitę ex priuilegio san. mem. Pij V. possunt absque alio examine, & licentia in locis vbi adest Vniuersitas, legere nedum humaniores litteras, sed etiam maiores scientias. Cętera de possessione iuris prohibendi nè legant.

SVMMARIVM.

1 *Actus qui dederunt causam liti non tribuunt ius considerabile, nec sunt habendi in consideratione.*

2 *Possessio probata contra aliquos suffragatur quoad omnes, cum agitur de iure vniuersali. limita num. 3.*

3 *Possessio iurisprohibendi, vt suffragetur debet probari contra illos, qui paribus priuilegijs gaudent.*

4 *Extensio vt fiat de vno actu ad alios actus opus est, vt res, super qua ille actus fit, sit eiusdem qualitatis.*

5 *Legere non licet de iure communi vbi adest Vniuersitas.*

6 *Declara procedere sine licentia superioris.*

7 *Priuilegium vni concessum censetur sublatum per contrarium priuilegium munitum clausula sublata, decreto irritanti, & expressa derrogatione quorumcumque statutorum consuetudinum, priuilegiorum, & iurium.*

8 *Vbi adest licentia Papæ cessat illa inferioris.*

9 *Papæ potestas nunquam censetur sublata, nec illi derogatum per quascumque concessiones iurisdictionis, & potestatis alteri factas, quin semper eadem, & maior in ipso Papa reseruata dicatur.*

10 *Supremæ iurisditionis Papæ nihil potest præscribi etiam immemorabili tempore.*

11 *In citatione ad sententiam omnes dilationes reuocantur.*

12 *Priuilegium non comprahendit bona post ipsum acquisita.*

13 *Limita quando agitur de priuilegio Ecclesiæ concesso.*

14 *Ma-*

14 *Maximè quando priuilegium fuit concessum per verba indefinita.*
Verba indefinita in gratia Papæ æquipollent vniuersali num. 14.
15 *Priuilegium Societati Iesu concessum extenditur ad Collegia ex ipsa Societate prouenientia.*
Societas Iesu nunquam moritur, nec potest loco circumscribi num. 15.

DECISIO MDCLXXII.

DVo dubia in hac causa fuerunt proposita. Primum An Vniuersitati studij Cracouien. esset dandum mandatum de manutenendo in possessione legendi priuatiuè ad Patres Collegij Cracouien. Societatis Iesu & negatiue fuit resolutum, Secundum vero dubium fuit, an Præceptoribus Societatis Iesu liceat in eorum Collegio Cracouien. vltra humaniores litteras legere etiam liberales artes, Theologiam, & alias facultates, & affirmatiuè fuit resolutum, cum non probaretur possessio Vniuersitatis prohibendi contra Patres Societatis, prohibitiones enim, quæ allegabantur, dederant cau-
1 sam liti, * & ideo non tribuunt ius considerabile, nec sunt habendæ in consideratione *S.M. Gregor. XV. dec. 4. num. 2. & dec. 369. num. 4. & ibi adden.* allegans alias *decisiones* concordantes. Ideò cum resolutio penderet ex priuilegijs societatis, proposui dubium, an esset recedendum ab vtraque *decisione*, & vtraque parte informante visa per dominos causa, & mature discussa, sine discrepantia conclusum fuit, standum esse in decisis.

Nam quantum attinet ad primam *decis.* remanet solidum illud fundamentum, quod non probetur ista possessio negatiua prohibendi contra Patres Iesuitas. Et quamuis diceretur ex duobus Testibus, qui datur illam probari contra alios, in quibus euenit casus prohiben-
2 di, * quæ videtur sufficere, cum agatur de Iure vniuersali *Cyn. in l. 1. num. 3. vers. quicquid dicunt Canonistæ* quod repetit *Alberic. num. 5. vers. 1. capite C. de emancip. liber.* & fuit resolutum in causa *Reatina Barchæ 27. Ianuarij 1617. coram R.P.D. meo Buratto.*

Tamen quicquid dicant testes circa alios, certe non probant istam possessionem negatiuam prohibendi contra habentes similia pri-
3 uilegia, * prout Patres Iesuitæ habent: quia cum de iure communi possint legere, & approbentur à Summo Pontifice absque alio examine atque licentia, vt statim dicetur, ad effectum vt possessio iuris prohibendi, quatenus probaretur, noceret Patribus Societatis deberet probari contra illos, qui paribus priuilegijs gauderent. Quod sane non probatur nec etiã per articulata exaduerso, & ideo illa possessio vniuersalis etiam si probaretur non noceret Patribus Societatis *Alex. cons. 68. num. 18. lib. 2. Soccin. Sen. cons. 187. num. 28. vers. postremo lib. 2. Roman. cons. 368. num. 16. in fin. iuncto num. 13.* bene *Surd.* post alios *cons. 323. num. 44. & 45. cum seqq.* Et vt fiat extensio ex vno
4 actu * ad alios actus opus est, vt res, super qua ille actus fit, sit eiusdem qualitatis *c. super eo, & c. sopita de cens. c. dilecti ad fin. de offic. Archid.* quæ iura post *Innoc.* ita intelligit *Romanus d. nu. 13.*

Quo vero ad secundam *dec.* in qua fuit firmatum, quod Patribus Societatis liceat legere nedum humaniores litteras, sed etiam maiores scientias vtique quemadmodum in *dec.* fuit ponderatum, ipsi habent intentionem fundatam de iure communi, quia licet hoc videatur
5 prohibitum de iure ciuili * *in l. vnica C. de stud. liber. Vrb. Rom. & Constantin. lib. 11.* Attamen
6 illa dispositio est intelligenda sine licentia * superioris vt in *c. tit. pro licentia, & c. quanto eod. tit.* & hanc licentiam Patres habent ex priuilegio S. M. Pij V. quapropter habent assistentiam iuris, cui non resistunt priuilegia Vniuersitatis, quia non concedunt facultatem prohibendi alijs, & quamuis hanc facultatem d. priuilegia concederent, censetur sublata per
7 clausulas amplissimas* Priuilegij à Pio V. concessi Patribus Iesuitis cum clausula sublata, decreto irritanti, & expressa derogatione quorumcumque statutorum, consuetudinum, priuilegiorum & iurium aliarum Vniuersitatum cũ prohibitione sub pœna excomunicationis, & alijs nè audeant, vel præsumant molestare Societatem, quin libere, & licite legat in eorum Collegijs; ita vt alia licentia Vniuersitatis præ-
8 dictæ non fuerit necessaria; cum vbi adest licentia, * & authoritas Papæ, cesset illa inferioris *c. Venientes de iur. iuran. cum alijs per*
9 *Seraph dec. 1027. num. 8.* Nec libera, & absoluta potestas Papæ censeatur vnquam sublata,* nec illi derogatum per quascunque concessiones iurisdictionis, & potestatis alteri factas, quin semper eadem, & maior in ipso Papa reseruata dicatur *c. dudum de Præben. in 6. Verall.*
10 *dec. 337. num. 8. par. 1.* Ex qua ratione nullo tempore etiam immemorabili * posse præscribi aliquid de suprema iurisdictione Papæ ex *Innoc. in c. bona lib. 2. ante num. 2. vers. quid etiam de postul. præd.* firmat *Azeued. lib. 4. recompil. titulo 15. lib. 1. num. 39.* & nouissime *Modern. Glossat. super reg. 8. §. 2. prohem. num. 13.* & illius dictum communiter approbari dicit *Franc. Varg. in tract. de Iurisdict. Episc. & Pont. Max auth.* affirmat & latius confirmat *Gabr. de Præscript. concl. 1. n. 24.* vbi *n. 25.* dicit, hanc veriorem, & benefacit *dec. 10. de consuetud. in Antiq.*

Ex quibus cessat, quod dicebatur supersedendum esse, cum fuerit expedita Remissoria, in qua articulata fuit immemorabilis. Quia hæc Remissoria fuit ante annum decreta dum alia remissoria ad instantiam Patrum fuit concessa quia nihil intererat Partibus, & per incuriam Notarij fuit post annum expedita non admonito Iudice; Vnde si non est releuans po-
11 test reuocari. Immo in citatione ad sententiã * omnes dilationes reuocantur *l. quod ius* vbi *Bartol. num. 5. ff. de re iudic. Miles. in verbo dilatio Grat. cons. 77. num. 17. lib. 2. Vestr. in prax. lib. 7. c. 1. circa fin. num. 15. Lancell. de attent. par. 2. cap. 7. n. 10. Rota dec. 582 n. 1. par. 1. in rec.*

Non obstat, quod priuilegium Pij V. debet intelligi de Collegijs tunc ædificatis, cum pri-
12 uilegia non compræhendant bona * post ipsum acquisita *Clem. acquisita de Rescript.* vbi

Vitalin n.13. & seqq. Quia cum sit priuilegium
concessum Ecclesiæ compræhendit etiam futu-
13 ra * *Alex. cons. 178. lib.2. num. 13. Natt. cons.*
160. *num.* 26. eoque magis cum fuerit conces-
sum per verba indefinita, quæ in gratia Papæ
14 æquipollent vniuersali * *c. quia circa de priuil.*
Surd. cons. 407. *num.*1. *Mantic. dec.* 94. *num.* 4.
& cessat omnis difficultas, quia priuilegium
fuit concessum Societati, quæ cum nunquam
15 moriatur, * priuilegium extenditur ad Colle-
gia ex ipsa Societate prouenientia *Natt. cons.*
163.*num.* 16.*Menoch. cons.* 276. *num.* 6. Non
potest enim Societas loco circumscribi *Surd.*
*cons.*297.*num.*4.*vers.nec priuilegium, & num.*5.
& 6.

Quod autem non constet Collegium existe-re, non debuisset allegari, cum hoc clare probetur ex actis vniuersitatis ex ipsa enumeratione Collegij, ex hac lite, & aliis &c.

Et ita &c.

Præsens decisio confirmata die 21. Maij sequentis & coram Card. Vbaldo die 30. Martij 1629. & coram Ghislerio die 3. Decembris eiusdem anni, quæ sunt in rec. dec. 265. & 335. p. 5. tom. 1.

ROMANA SCVT. XVIII. MIL.

Veneris 15. Ianuarij 1627.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Depositum non dicitur integrum, dum non fuit depositata tota summa debita.*

DECISIO MDCLXXIII.

EXcellentissimus D. Princeps Perettus exposuit Sanct. mem. Clementi VIII. emptionem á se factam de Castro Nomenti, quod remanebat debitor in scut. 76. mil. soluendis creditoribus Vrsinorum venditorum, & obtinuit quod data cedula bancaria prædictæ summæ A. C. cognosceret super illorum graduatione &c. & Excellentissimus Princeps deposuit scut. 61. mil. & cum præsupposito, quod alia 15. mil. fuissent soluta ante dictum depositum *Rota die 24. Ianuarij* 1622. *& 23. Iunij* 1623. resoluit, hoc depositum suffragari Excellentissimo D. Principi, sed reproposita causa *die 24. Aprilis superioris anni*, dum contenderetur super integritate depositi, & vlterius diceretur, quod quatenus depositum non fuisset integrum, nihilominus deponendo id, quod deficiebat Excellentissimus D. Princeps poterat consequi liberationem, ideo Domini ordinauerunt, quod videretur super integritate depositi, & super effectu, & hodie reproposito dubio reseruato, vt videatur particulariter circa effectum, Domini resoluerunt depositum non
1 fuisse integrum, * cum fuerint depositata scut. 61. mil. & soluta per prius essent tantum scut. 4300. & sic deficiebant scut. 700. quod facto calculo ita veritas facti se habet.

Agnoscendo agentes Excellentissimi Principis super hoc bonam fidem dicebant, habendã esse rationem accollationis partitæ Rauennę scut. 2700. quia pro parte Excellentissimi D. Ducis Poli fuit responsum dictam accollationem fuisse factam correspectiuè ad venditionem faciendam tenutæ Grippinæ per d. Excellentissimum D. Ducem Poli, quæ quidem summa cum non esset assignata pro dicta tenuta Grippinæ adscribi debebat venditioni factæ per DD. de Vrsinis.

Secundo Excellentissimus D. Princeps deducebat partitam scut. 1000. solutam Iugulo, sed hæc summa non fuit soluta ex summa scu. 18. mil. destinata pro creditoribus, sed ex toto pretio Castri Nomenti scut. 178. mil. vt patet ex instrumento venditionis ibi *hanc autem venditionem fecerunt pro pretio scut. 178. moneta, in quorum computum, & diminutionem dicti venditores accepta retulerunt à dicto D. emptore scut. 1000. soluta diebus præteritis Flaminio Iugulo*; Vndè ista summa non potest inseruire ad integrandum depositum scut. 76. mil. & alias sub 11. Maij 1621. disputato super hoc dubio particulari, Excellentissimus D. Princeps illi cessit, vt fuit adnotatum à tergo informationum, & registratum in Diariis &c.

Et ita conclusum vtraque parte informante &c.

Præsens decisio fuit reuocata die 9. Iunii 1625.

BONON. PAROCHIALIS.

Ven. 15. Ianuarij 1627.

ARGVMENTVM.

Possessori instrumentali, alio non existente in possessione, debet dari manutentio. Immissio concessa non citato possessore non tenet, nec illum priuat sua possessione.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio conceditur possessori de tempore litis motæ.*
2 *Possessio probatur ex instrumento adeptionis illius.*
3 *Possessio instrumentalis alio non existente in possessione suffragatur ad effectum manutentionis.*
4 *Commissa causa cum clausula* præfixo termino ad docendum de appellatione, & prosequutione. *Si constat de appellatione, & inhibitione, cessat iurisdictio illius Iudicis, ac omnia per ipsum gesta sunt attentata.*
5 *Gesta post inhibitionem sunt attentata.*
6 *Iudex nulliter, & notorie iniuste procedens non priuat possessione.*

7 *Pos-*

7 *Possessor debet citari, alioquin immissio concessa ipso non citato non valet:*

DECISIO MDCLXXIV.

FVit per DD. resolutum, Lutio Nanno dan-
dum esse mandatum de manutenendo, cum
de eius possessione constet, & illud concedatur
1 possessori de tempore litis motæ * §. *hodie instit. de
interdict.* quæ quidem possessio ostenditur ex
2 instrumento adeptionis * *Abb. in c. cum nobis
num. 4. de præscript. Zuccard in l. fin. num. 447.
C. de Aedilit. Diui Andr. toll. Cas. de Grass. de-
cis. 5. num. 1. de caus. possess. & propriet.* & suf-
fragatur, licet sit mere instrumentalis, quando
3 alius in possessione non extet * *Rota in rec.
decis. 92. num. 1. & dec. 106. num. 4. & dec 618.
numer. 1. par. 1. Sanct. mem. Gregor. decis. 288.
num. 1.*

Non aduersatur possessio capta per Ron-
dellum de mandato Bracciolini Iudicis syno-
dalis Pistorien. Quia ei fuit commissa causa cũ
clausula *præfixo termino ad docendum de appella-
4 tione, & prosequutione,* * quamobrem cum
causa appellationis fuerit commissa in Rota,
quæ inhibuit duo resultant. Primum quod
Breue commissionis cessabat, secundum quod
totum id, quod gessit Iudex fuit attentatum tan-
5 quam post inhibitionem * *c. non solum in fine
c. Romana §. quod si obyciatur de appell. in 6.* Et
ideo non priuauit Lutium sua possessione,
nam Iudex nulliter, & notorie iniuste proce-
6 dens non priuat possessione * *Angel. in l. clam
possidere §. qui ad nundinas sub num. 2. ff. de
acquir. possess. Bart. in l. 1. §. huiusmodi num. 1.
ff. uti possid. Castrens. cons. 15. num. 9. lib. 1.
S. mem. Gregor. decis. 549. num. 5.*

Et prædicta eo magis procedunt, quia cum
Lutius Nannus esset possessor, non poterat Iu-
7 dex concedere immissionem Rondello * non
citato possessore, qui omnino erat citandus
ad *c. licet Episcopus, & ibi Gloss. in verbo non
vocato,* vbi etiam *Io. Andr. & Franc. in 4. no-
tabil. de praben. in S. mem. Gregor. decision. 500.
num. 5.*

Et ita conclusum in maximam contuma-
ciam Partis, quæ pluries citata nunquam
comparuit, nisi cum causa proponeretur ad
petendam dilationem, ne vnquam hoc iudi-
cium terminaretur.

VITERBIEN. CASTRORVM.

Sabb. 23. Ianuarij 1627. In Rota Martiniana.

ARGVMENTVM.

Hæres grauatus fideicommisso vniuersali ex bonis testatoris, & fideicommisso particulari ex bonis propris si non confecit inuentarium tenetur ad præstationem rei fideicommisso particulari subiectæ.

SVMMARIVM.

1 *Iudicio vniuersali pendente debet silere particulare.*

2 *Declara procedere, quando ex Iudicio particulari infertur præiudicium vniuersali.*

3 *Hæres qui non confecit inuentarium tenetur vltra vires hæreditarias, secus si fuit grauatus in tota, vel in quota hæreditatis.*

4 *Hæres qui non confecit inuentarium tenetur ad præstationem rei propriæ à testatore legatæ, & num. 7.*

5 *Fideicommissarius vniuersalis etiam quod non conficiat inuentarium retinet sibi debitum.*

6 *Hæres institutus vniuersaliter, vel in quota non potest grauari vltra valorem hæreditatis, & num. 11.*

8 *Prælegari non potest ab hærede in hæredem. Vide ibi.*

9 *Legata ab instituto censentur repetita à substituto, & ab eo debentur siue sit vulgaris, siuè pupillaris, siuè etiam per fideicommissum substitutio, facta sit.*

10 Bellon. Iun. cons. 99. num. 33. & 34. *reprobatur.*

12 Text. in l. Lutius §. maritus ff. ad Trebell. *in quibus terminis loquatur.*

Dote legata mulieri à marito debitore, illaque in triente instituta, & in vsroque granata restituere, an teneatur ad restitutionem dotis num. 12.

13 *Legatum factum à debitore creditori censetur factum animo compensandi.*

14 *Dominium fideicommissi particularis transfertur in fideicommissarium à die purificationis fideicommissi.*

15 *Saluianum competit ex hypotheca legali, de qua in* l. 1. C. commun. de legat.

DECISIO MDCLXXV.

ITerum dubitaui. An petitio vniuersalis fidei-
commissi facta per D. Valerium ei obstet in
casu, & ad effectum, de quo agitur, qui est,
an d. petitio obstet D. Valerio ità vt Excellen-
tissimus D. Dux Brachiani successor Honu-
phrij Iunioris possit detrahere bona subiecta
fideicommisso Honuphrij senioris, quæ conti-
nentur in prælegato facto per Georgium Pa-
trem prædicto Honuphrio iuniori, vel saltem
illa retinere, donec discutiatur, an ex fidei-
commisso vniuersali Georgij, & illius fructi-
bus possit prouideri d. Excellentissimo D. Du-
ci ex persona d. Honuphrij iunioris pro æsti-
matione dd. Bonorum fideicommissi Honu-
phrij Sen. in d. legato contentorum, & per
omnes DD. visa causa, vno excepto, omnes
negatiuè responderunt, & sic standum in de-
cisis sub *19. Iunij superioris anni.* Nam & si
verum sit, quod pendente iudicio vniuersa-
1 li, * debeat silere particulare iudicium *l. si
quis libertatem 7. ff. de petit. hæred. l. non distin-
guemus 37. §. si is ff. de Recept. Arbitr.* & latè *Osasch.*

ch. dec.74. num.5. & fuit dictum in *Auenion. fideicommissi 19. Iunij 1617. coram R. P. D. meo Burratto*. Nihilominus hæc conclusio procedit, quando ex illo iudicio particulari infertur
2 præiudicium vniuersali, * vt expresse loquuntur prædicta iura; quod cessat in hoc casu etiam quod D. Valerius petierit fideicommissum vniuersale, & particulare, & ex prosequutione iudicij particularis nullum oritur præiudicium iudicio super fideicommisso vniuersali.

Nec ex effectu dubij supra ponderati aliquod præiudicium resultat iudicio vniuersali, quia in hac petitione prælegati, & sic iudicij particularis discutiendus est d. effectus, cum causa pendeat coram vno Iudice, qui in hoc iudicio cognoscit prætensiones, quas Excellentissimus D. Dux posset habere in iudicio vniuersali, quę pendent à resolutione prædicti effectus, eoque inspecto, & considerato Excellentissimus D. Dux nec potest detrahere bona subiecta fideicommisso particulari, nec illa retinere donec discutiatur; An ex fideicommisso vniuersali, & illius fructibus ipsi possit prouideri, & ratio fuit, quia cum Honuphrius Iun. non confecerit in-
3 uentarium, * cum agatur de prælegato, & sic de fideicommisso particulari tenetur vltrà vires hæreditarias licet secus esset si fuisset grauatus in tota, vel in quota hæreditatis, vt ex *nouell. Iustin.* distinguendo dicit *Castr. in d. l. ita tamen num.27. §. si ex Trebelliano num.2. ff. ad Sen. cons. Trebell.* & *in cons.77. num.1. vers. conclusio est ergo lib.2. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib.7. t.8. num.15. Peregr. de fideicomm. art.33. num. 47. & 48.* cum alijs pluribus congesti *in hac causa 10. Maij 1624. & 10. Iunij superioris anni.*

Et prædicta habent locum etiam in casu, de quo agitur, in quo Georgius Testator grauauit Honuphrium Iuniorem filium quo ad fideicommissum vniuersalem ex bonis proprijs Testatoris. Quo vero ad particulare ex bonis pro-
4 prijs ipsius Honuphrij Iun. * hoc est illi debitis ex fideicommisso Honuphrij Sen. ita *Parisf. cons. 2. lib. 3.* vt patet ex principio. Ex quo constat Testatorem grauasse heredem fideicommisso vniuersali super re ipsius Testatoris, & fideicommisso particulari super re ipsius hæredis & *num. 15. vers. his tamen nō obstantibus* firmat, heredem teneri ad præstationem rei propriæ legatæ, & à *num. 29. vsque ad* 50. ponit rationes, quia hæres adiuit sine benef. leg. & inuent. & tandem concludit, quod hæres sic adeundo sibi præiudicauit, cum constet Testatorem illum grauare voluisse, vt videre est *num. 60. vers. & cum ex prædictis, & num. 61.* iuncto *num. 69. cum seqq.* idem tenent vltra *Thesaur.* in alia *dec.* allegatus *Dec. cons. 253. num. 2. vers. vltimo non obstat*, & *num. 3. vers. præterea Aym. cons. 144. nu. 8. Bellon. sen. cons. 9. per tot. Menoch. præsumpt. 197. per tot. lib. 4.* & præsertim *nu. 10. Peregr. de fideicom. art. 35. num. 4. & art. 6. nu. 8. & 9.* & iuncto *nu. 14.* quod sequitur *Modern. Roman. discept. 240. num. 28. lib. 2.*

Neque obstat, quod Fideicommissarius vniuersalis etiam quod non conficiat inuenta-
5 rium retinet sibi debitum * *Gabr. cons. 124. num. 2. & 3. lib. 1. Peregr. de fideicom. art. 33. num. 48.* hoc enim procedit, quia hæres insti-
6 tutus vniuersaliter, vel in quota * non potest grauari vltra valorem hereditati, sed iste non est casus noster, quoniam non agitur de grauamine imposito hæreditati, sed de prælegato facto magna ex parte ex bonis subiectis fideicommisso ad fauorem Honuphrij, qui cum
7 non fecerit inuentarium, * tenetur etiam quod dictum prælegatum excedat vires hæreditarias, & quamuis replicaretur, quod non potest prælegari ab hærede * in hæredem, & ideo Honuphrius non habuit iure prælegati, sed iure hæreditario ex adductis per *Parisf. in cons. 148. num. 1. lib. 5.* Obiectum posset considerari, si Honuphrio non fuisset datus substitutus, quia sibi à se ipso legare non potuit, secus autem cum fuerit datus substitutus, & simpliciter fuerit factum legatum, prout in casu isto, non autem nominatim, tunc enim sustinentur legata tanquam à substituto relicta, nam regula-
9 riter legata ab instituto consentur * reperita à substituto, & ab eo debentur, siue sit vulgaris, siue pupillaris, siue etiam per fideicommissū substitutio facta sit *l. licet Imperator ff. de legat. 1.* & elegantissime considerat *Surd. cons. 253. numer. 36. vers. 4. licet* & abunde fuit dictum in *dec. facta 10. Maij 1624.* & dictum legatum remansit hoc modo cum suo onore penes Honuphrium Iuniorem *Bald. cons. 158. nu. 1. lib. 5. & cons. 454. numer. 7. lib. 2. Soccin. Iun. cons. 8. num. 26. lib. 2. Zanch. in l. heredes mei §. cum ita p. 5. num. 8. ff. ad S. C. Trebellian.* & fuit *bis hac causa* repetitum, & hoc modo
10 responderetur * ad *cons. Bell. 99. numer. 33. & 34.* vbi infert, quod sicuti hæredi à semetipso non potest legari, ità neque fideicomissario vniuersali, qui loco hæredis est. Quia cum legatum simpliciter fuerit relictum D. Honuphrio, & ipse habeat substitutos intrat responsio modo deducta.

Non obstant iura in contrarium allegata, videlicet in *l. cum Pater 79. §. Titio ff. de leg. 2.* & in *l. quod de bonis 15. §. quod Auus ff. ad l. falcid.* & in *l. ita tamen 27. §. hæres ex asse ff. ad S. C. Trebell.* Nam vt responsum fuit in alia *dec.* ista iura loquuntur, quando quis fuit gra-
11 uatus in quota * hæreditatis; qui nō est casus noster, & nihil officit iuxta distinctionem *Castrens.* supra relatam, & admisit *Bellon. Iun. d. cons. 99. num. 15. & seqq.* qui solum conatur probare id esse in legato rei singularis ex *l. Lutius*
12 *7. §. Maritus ff. ad Trebell.* * qui *Textus* non facit, cum loquatur, quando mulieri per maritum debitorem fuit legata dos, tunc enim cum mulier fuerit etiam instituta in triente & in vtroque grauata restituere, non tenetur ad restitutionem dotis, nisi ex hæreditate Testatoris perceperit quantitatem æquiualentem nomine falcidiæ quantum est ipsa dos, & sic
13 quando legatur debitum, * quo casu censetur factum animo compensandi *l. quod de bonis 15. §. quod vsus ff. ad leg. falcid.* & declarat *Greg.*

Lop.

Lop. par. 6. tit. 9. lib. 3. gl. 7. in fine vbi quod compensatio fit vsque ad quantitatem falcidiæ vt in dicto *§. maritus*, qui certe non est casus noster, cum Georgius non legauerit Honuphrio filio creditum suum, sed bona ad ipsum spectantia ex fideicommisso Honuphrij sen. quia à die purificationis fideicommissi dominium in ipsum Honuphrium fideicommissa-
14 rium transferebatur * *l. à Titio ff. de furt. l. 1. §. in nouissimo C. de Caduc. toll. l. si seruus legatus ff. de noxal. l. legatum ita ff. de leg. 2.* Et quamuis hoc non obstante fuerit resolutũ competere D. Valerio Saluianum ex hypotheca le-
15 gali, * de qua in *l. 1. C. comm. de leg.* hoc tamen fuit firmatum ex quo sufficit sola possessio defuncti & ex alijs congestis in *dec. 10. Maij 1624. Ad Textum* vero in *l. ita tamen 22. §. fin. ff. ad Trebel.* abunde fuit responsum in *vlt. dec.* & omnes intellectus dati prædictis iuribus, quicquid in contrarium dicatur, sunt germani.

Et quibus.

ROMANA SCVT. XXX. M.

Mercurij 27. Ianuarij 1627.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Intimatio potuit ammitti propter inundationes fluminis, & deperdi post longum tempus.*
Negatiua non intimationis facta non probatur, dū potuit ammitti propter inundationes fluminis, & deperdi post longum tempus.
2 *Intimationis defectus non probatur ex inspectione registri, quod sit mancum, nec ex diligentia facta in manuali.*
3 *Intimationes solent reponi in filtia, & non in libro.*

DECISIO MDCLXXVI.

Contra *decisionem* in hac causa factam duo opponebantur, primo quod non fuit seruata forma decreti, scilicet, quod fieret intimatio; Secundo quod deputatio periti fuerit facta ad referendum statum bonorum de tempore obitus Pauli, qui fuit de anno 1583. & ideò relatio non concludit ad tempus donationis, quod fuit de anno 1580. Cæterum istis non obstantibus Domini perstiterunt in resolutis, cum negatiua non intimationis non sit probata, cum intima-
1 tio potuerit ammitti * propter inundationes fluminis, & deperdi post longum tempus, vt in causa *Albanen. Prioratus 17. Nouembris 1600 corā bo. m. Pennia* & mouit multũ DD. quia sicut deficit relatio, itàintimatio deficere potest, nec dili-
2 gẽtia facta in registro suffragatur, * cũ ex illius inspectione sit mancum, nec minus facta in manuali opitulatur, quia intimationes solent re-
3 poni in filtia, * & non in libro, & ideò eo magis potuit deperdi, & quamuis hæc omnia singulariter considerata possent habere difficultatem, tamen iuncta simul carent omni scrupulo.

Quoad secundum caput deductũ in obiecto fundantur in citatione in illis verbis, videlicet *faciendum bilantium singularum rerum, & bonorum, & effectuum relictorum per Paulum*; sed hoc tollitur ex alijs verbis *inspiciendi libros Luraghi, & ex eis extrahendi partitas*, qui libri continent partitas longè ante obitum, vt ex alijs ibi, *vna cum damnis vniuersis & passis occasione effectuum, & affictuum factorum, & alienatorum*, quæ quidem alienationes respiciunt tempus ante obitum. Vltra quod prædicta verba *relictorum per Paulum* possunt compræhendere bona, quæ de tempore donationis habebat, cum potuerint remanere vsque ad obitum.

Et ita conclusum vtraque parte informante, &c.

CREMONEN. PENSIONIS.

Merc. 27. Ianuarij 1627.

ARGVMENTVM.

Qui fructus ponendi sint in calculando valore beneficij, & qui non.

SVMMARIVM.

1 *Inter fructus beneficij non sunt ponenda Salyceta, domus, & Viridarium, quæ non locentur, nec ex eis fructus percipit Rector.*
2 *Frater habitans in domo alterius fratris non censetur habitare tanquam conductor.*
3 *Omnis interpretatio facienda est ad saluanda dicta testium.*
4 *Inducens testes censetur approbare personas, non dictum.*

DECISIO MDCLXXVII.

Contra *decisionem in hac causa factam* 15. *Maij superioris anni* pro parte R. D. Resignantis tria opponebantur; Primum, quod in calculo bonorum approbato in *decisione* non fuit apposita domus cum viridario, & saliceta. Secundum quod in eodem calculo bonorum fuerunt prætermissa quatuor petia terrarum nempè *ferrabo, la Luna, Maringa, & la breda*, sic nuncupata. Tertium quoad calculum fructuum fuit impugnata quantitas vini in eo, quod fuerit taxata ad *sextaria* 50. prout fuerat probatum ex testibus datis pro Illust. D. Resignatario, & tamen extant Testes deponentes de *sextarijs* 130 & 150.

His tamen non obstantibus Domini perstiterunt in resolutis, quia quoad domum & viri-
1 darium, & Seliceta, cum illa non locentur, * nec aliquos fructus ex illis percipiat Rector, sed inseruiant pro Cappellanis, & alijs Ministris, non erant calculanda in ponenda quantitate fructuum, super qua testes fuerunt inducti;

cti: & quamuis aliquando Marchio Montorius inhabitauerit dictam domum, certè cum esset frater R. D. Resignantis & in ijs partibus reperiretur, non est mirum, si illic inhabitauerit, cum censeatur inhabitasse non tanquam
2 conductor,* sed vti frater Rectoris commoditatis gratia, quæ intentio, & actus debent attendi. *l. non omnis ff. si cert. pet.*

Non obstat, quod testes non videantur benè informati, cum nihil deponant de dicta domo, viridario, & salicetis, quia cum præfati testes fuerint inducti ad probandum quantitatem fructuum, & dicta domus, & alia non affectant fructum ex ratione prædicta, propterea dicendum est testes de illis non deposuisse, cum sit facienda omnis interpretatio ad
3 saluanda dicta testium * ex adductis per *Verall. decis. 3. num. 2. & 3. part. 2.* & quod plus est hęc domus quot annis æget impensa scutorum quindecim pro illius reparatione, vt fuit firmatum in *decis.* facta 25. *May* 1625. *coram bo. me. Vbaldo*.

Quantum attinet ad secundum, quod in calculo fuerint ommissa quatuor prædia satis fuit in *decisione* responsum, quod illa coniunguntur, & locantur cum possessionibus Sanctæ Marræ, vt dicitur *grande, e piccola*, & testes in totum deponunt de *perticis.* 3076. coarctantes negatiuam, & dicunt, quod sunt diuersa petia terræ, quæ difficillimè possunt recenseri; Cessat demum omnis difficultas, quia ex instrumento inito inter Resignantem, & Resignatarium expressa habetur mentio harum terrarum, & dicitur, quod licet nunc appareant iacere vltra aquam, tamen ex aspectu loci apparet antea citta aquam fuisse, & annexa cum petijs terræ magnæ & subditur, quod cum illo prædio solent locari.

Circa tertium quoad quantitatem vini, illis duobus Testibus deponentibus de *sextarijs* 130. *&* 150. non est standum, cum non deponant de pluribus annis ante, & post, sed deponunt de præteritis annis, non autem de toto decennio. Primus enim de eo anno ibi *nel detto anno del mio affitto*. Quartus dicit *possono essere stata* 150. & sic de possibilitate, non autem de effectu. Vltra quod, vt fuit consideratum in *decisione*, alij Testes deponentes de dictis *sextarijs* 50. sunt melius informati, & fuit consideratum in alia *decisione*. Nec est facienda vis, quod testes fuerint inducti ab Illust. Domino Resignatario, quia vulgaris est conclusio, quod ex inductione censetur approbata
* persona non dictum, * & exceptiones datæ etiam contra alios testes tanquam satis friuolę non fuerunt habitæ in consideratione.

Et ita conclusum vtraque parte informante.

FVLGINATEN. ALIMENTORVM.

Ven. 29. Ianuarij 1627.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Legatum annuum scutorum* 200. *& alimenta relicta á testatore secundo genito. & alijs filijs, & descendentibus præstanda á primogenito hærede instituto, vel ab eo legatum, quatenus eis per patrem, vel alium non fuerit prouisum, supplendum de eo, quod deficere contigerit dictæ quantitati scut.* 200. *debent præstari, dum non constat, quod aliquid fuerit eis relictum.*

2 *Remissoria, quæ non fuit reproducta post lapsum primi termini, & aliorum quamplurium concessorum, non debet retardare expeditionem causæ.*

3 *In seruatione terminorum reuocantur omnes dilationes.*

DECISIO MDCLXXVIII.

FRanciscus Iacobillus instituta primogenitura disposuit, quod ceteris filijs masculis, quos
1 superesse contingerit, * tam de Iulio eius filio, quam de Angelo eius nepote ex Bernardino filio si per eorum patrem, & auum respectiuè non fuerit prouisum de annuo redditu, seu censu scut. 200. pro quolibet, primogenitus seu alius hæres vniuersalis teneatur de redditibus prouidere vnicuique de redditu prædictorum scut. 200. seu supplere de eo, quod alicui vsque ad quantitatem prædictam deficere contingeret, & hoc facere, & prouidere teneantur prædicti hæredes postquam prædicti filij peruenerint ad ætatem annorum 20. & non ante, nec non semper alimenta eisdem filijs in eius domo, vna cum vno famulo pro quolibet præstare ad hoc, vt honestè eorum vitam sustentare valeant. Et subditur, quod intelligi, & sortiri voluit in fratribus carnalibus hæredum primogenitorum, & illis non existentibus in filijs ipsorum in stirpem ac omnibus coniunctim dicta sc. 200. quæ forma seu dispositio seruari, ac locum habere debeat etiam in alijs successoribus in infinitum.

Stante hac dispositione, cum post mortem Iulij senioris filij testatoris primogenitura deuoluta sit ad Gregorium ex Ascanio filio præmortuo Iulij nepotem, prout fuit iudicatum in *Rota coram bo. me. Litta*, Gregorius soluit alimenta & legatum prædictum Laurentio, & alijs filijs Iulij, & mortuo Laurentio Iulius iunior, & fratres eius filii mouerunt iudicium contra Gregorium primogenitum pro eisdem alimentis & legato, & Rota præuijs tribus *decisionibus coram R. P. D. meo Pirouano sub diebus* 15. *May* 1623. *&* 8. *Ianuarij* 1624. *&* 5. *Iunij eiusdem anni* dictum legatum, & alimenta deberi resoluit quæ quidem sententia fuit confirmata per aliam, præuia *decisione bo. me. Vbaldi sub die* 21. *February* 1625. & ideo deuoluta mihi causa per viam appellationis, dubitaui, an sententiæ Rotales essent confirmandæ, vel infirmandæ, & DD. solis Iulio iuniore, & fratribus informantibus censuerunt affirmatiue

uè respondendum, res enim satis videtur clara ex rationibus ponderatis in prędictis *decisionibus*, & ex inspectione ipsius testamenti supra relati.

Non obstat, quod legatum, & alimenta videantur conditionalia si per eorum Patrem, & Auum respectiuè non fuerit prouisum, quia Franciscus testator erat pater, & Auus Iulii filii & Angeli ex Bernardino filio præmortuo, & ideò cum non probetur, quod prædictis fuerit aliquid relictum quod totum descendentes quales sunt Iulius iunior, & fratres debeant habere legatum, & alimenta, prout benè fuit firmatum in *decisione bo. me. Vbaldi vers. demum nec obstare visum fuit*.

Non obstat, quod adhuc pendeat remissoria, quia nedum est lapsus primus terminus, * sed alii quamplures concessi, & nunquam fuit reproducta, & ideò non debet retardare expeditionem causæ, maxime cum in seruatione terminorum reuocentur * omnes dilationes.

Et ità firmatum Iulio, & Fratribus solis informantibus in nimiam contumaciam alterius partis.

Præsens decisio fuit confirmata die 17. Martij sequentis.

ROMANA PALATII DE FERRATINIS.

Lunæ 1. Februarij 1627.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Expensæ debent refici à victo.*

2 *Venditionis substantia non mutatur ex motu proprio Papæ disponente, quod pretium stet loco rei.*

DECISIO MDCLXXIX.

Dubitaui, an expensæ debeantur, & quæ, & Domini censuerunt omnes expensas deberi; cùm bo. me. Rufpola fuerit per sententiam condemnata in expensis, quæ quidem sententia videtur iusta, cum victus debeat reficere expensas * *c. finem de litibus de dol. & contum. l. properandum §. fin autem alterum vbi Doctores C. de iudic. Vestrius in prax. lib. 2. cap. 2. num. 10.*

Neque obstat, quod Ferratini etiam fuerint condemnati, & ideò & ipsi tamquam victi teneantur. Quia cessat ista difficultas, cum adsit pactum inter bo. me. Rufpolam & Ferratinos, quod ipsa teneatur hoc iudicium in se suscipere, & teneri ad omnes expensas.

Non obstat, quod D. Rufpola cessit liti, quia de ista cessione non constat, nec potest iuuari ex eo, quod causa faciem mutauerit ex motu proprio S. D. N. * quia continet solum, quod pretium depositatum in Monte Pietatis staret loco Palatii, quod non alterat aliquid circa substantiam venditionis, cum alias, & *coram bo. me. Cardinale Sacrato & coram me* fuerit resolutum, venditionem ad fauorem R. P. D. Viues fuisse perfectam, & postmodum quod illa erat præferenda alteri factæ in fauorem D. Rufpolæ, & super hoc fuit lata sententia, à qua non fuit appellatum.

Et ita conclusum R. P. D. Viues solum informante &c.

Præsens decisio fuit declarata die 14. Maij sequentis.

SABINEN. CASTRI MONTIS ROTVNDI.

Lunæ 8. Februarij 1627.

ARGVMENTVM.

Occasione resolutionis quinque quæstionum circa interpretationem Constitutionis Baronum fa. me. Clementis VIII. quamplurima in eadem materia quotidianæ praxi accommodata longa serie proponuntur, & doctissimè enucleantur.

SVMMARIVM.

1 *Congregatio* Baronum *status Ecclesiastici habet iurisdictionem vendendi Castra, & bona etiam fideicommissis subiecta pro satisfactione creditorum.*

2 *Leges, & Constitutiones dant formam futuris negotijs, non autem ad facta præterita reuocantur.*

3 *Contrarium, quando nominatim de præterito, & adhuc pendentibus negocijs cautum est.*

4 *Congregatio* Baronum *fuit deputata, vt omnibus creditoribus Baronum, aut ipsorum Parentum, seù Antecessorum vel Auctorum, qui de ipsorum creditis per mandata executiua docuerint, ipsaque mandata exhibuerint satisfieri curet, & mandet n. 5. & 8. & 33. Amplia n. 34.*

Lex semper loquitur n. 5.

5 *Constitutio* Baronum Clementis VIII. *comprehendit debita Baronum non solum de tempore illius datæ existentium, sed etiam futurorum & num. 8. ac num. 12. & 17. & 19. & 22.*

6 *Dictio* ipsorum *est relatiua præcedentium, & demonstratiua ad oculum personarum supra expressarum.*

7 *Constitutio* Baronum Clementis VIII. *comprehendit debita Parentum, seu Antecessorum, vel Auctorum quorumcumque etiam quod successores iam obtinuerint Castra, & bona, & illa quouis modo possideant n. 8. 9. 12. 20. & 24.*

8 *Congregatio Baronum exhibitis mandatis à creditoribus absque vitio spolij possessionem capere potest nomine Cameræ ad commoditatem creditorum Ciuitatum, Terrarum, Castrorum &c.*

ad Barones debitores spectantium.

9 *Verba* quocunque titulo habita *comprahendunt omnem titulum imaginabilem, ac omnes modos tenendi, & possidendi.*

Dictio quocumque *nihil excludit, sed comprahendit omnem significationem nominis, cui adijcitur, etiamsi improprijssima sit n. 9.*

10 *Constitutio* Baronum Clementis VIII. in §. 8. *dat formam satisfaciendi creditoribus fructuum censuum, & montium, & cogendi debitores ad adimplendum promissa.*

11 *Et in §. 9. disponitur, quod Barones, seu illorum successores subhastationem impedire non possint, aut illam quoquo modo impugnare etiamsi sint hæredes cum benef. legis & inuentarij num. 13. 20. & 24.*

13 *Dictio* supradictis *est repetitiua præcedentium.*

15 *Hæres in effectu intelligitur adita hæreditate.*

16 *Hæres non dicitur antequam testamentum aditione hæreditatis sit confirmatum.*

17 *Constitutio disponens circa consequentia ad præterita in necessarium consequentiam disponit etiam circa præterita.*

18 *Qui vult unum censetur etiam velle aliud sine quo illud quod vult stare non potest.*

21 *Verba* consequuti non fuerint *sunt præteriti, & futuri temporis.*

23 *Verba* teneant, & possideant *sunt subiunctiui modi præsentis temporis, quæ etiam futurum optatiui modi important.*

25 *Verba* ex alia quacumque causa *comprahendunt nedum omnes casus supra numeratos, sed alios quoscumque casus.*

26 *Etiam quod sint casus diuersi ab expressis.*

27 *Et includit omnia omissa in speciali enumeratione.*

28 *Constitutio* Baronum Clementis VIII. *comprahendit omnem casum imaginabilem dominij, & possessionis, tam parentum, antecessorum, & Auctorum, quam successorum.*

29 *Et habet locum in mandatis relaxatis tam post, quam ante obitum Parentum, Antecessorum, & Auctorum, ac etiam ante eandem Constitutionem. n. 30. 34. & 47.*

30 *Constitutio generaliter loquens generaliter debet intelligi.*

31 *Mandatum contra bona hæreditaria non potest relaxari, nisi sit sequuta mors testatoris, & aditio hæreditatis.*

32 *Statutum disponens, quod Iudex viso instrumento capi faciat debitorem nec possit apponi contra instrumentum, nisi exceptio quietationis, solutionis, & falsitatis, quando habeat locum vide ibi.*

35 *Lex noua superueniens super actus executione disponens trahitur ad actus habentes originem de præterito, & executionem de futuro licet inferat præiudicium iuri alterius antea quæsito.*

36 *Prohæmium non facit ius, sed illud quod sequitur.*

37 *Prohæmium denotat causam finalem.*

38 *Limita quando casus expressus non potest comprahendi sub ratione prohæmij, quo casu ratio prohæmij non dicitur finalis, sed impulsiua.*

39 *Verba Constitutionis clara non recipiunt interpretationem à prohæmio.*

40 *Congregatio* Baronum *potest procedere ad subhastationem bonorum, quæ magis vult, itaut si prius deuenit ad subhastationem aliquorum potest postea deuenire ad subhastationem aliorum.*

41 *Veritas est attendenda, & non opinio Congregationis Baronum, dum verba Constitutionis Clementis sunt clara.*

42 *Plura specialia non possunt concurrere in eodem subiecto. limita n. 46.*

43 *Princeps si facit legem respicientem præterita, certe istud est per fictionem, vt illud, quod non erat fingatur esse, & hoc est purum miraculum.*

44 *Lex respiciens præterita nunquam tollit ius quæsitum tertio.*

45 *Constitutio* Baronum Clementis VIII. *comprehendit bona subiecta fideicommisso etiam pro debitis transuersalium.*

Nec non comprehendit etiam minores, & pupillos num. 45. & 115.

48 *Dictio* quoscumque *in fine posita refertur ad omnia.*

49 *Successores sunt correlatiui ad antecessores.*

Constitutio loquens de successoribus quibuscumque intelligitur etiam de Antecessoribus quibuscumque num. 49. vide ibi.

50 *Antecessorum nomen est generale.*

51 *Antecessorum appellatione veniunt nedum antecessores per lineam rectam, sed etiam transuersales. vide num. 53.*

52 *Dictio* quibuscumque *nihil excludit, sed complectitur omnem significationem verbi, cui adijcitur, etiamsi sit improprijssima.*

Constitutio Baronum Clementis VIII. *comprahendit etiam minores n. 54. & seqq.*

54 *Constitutio simpliciter loquens comprahendit etiam minores.*

55 *Statutum deferens lucrum dotis vxore præmoriente sine filijs, locum habet etiam in minore dante dotem seruatis solemnitatibus.*

56 *Sub statuto cogente affinem ad compromissum venit etiam minor.*

57 *Statutum adimens robur instrumentis non registratis, comprahendit quoque minores.*

58 *Constitutio loquens in rem non excludit minores.*

59 *Statutum, quando est correctorium iuris communis, vel ab eo exorbitans non comprahendit personam minoris.*

60 *Statutum disponens, quod successor teneatur ad debita Antecessoris, non comprahendit minorem. Decl. n. 61. Amplia n. 62.*

61 Surd. decis. 49. num. 4. *in quibus terminis loquatur.*

63 *Minor non comprahenditur sub lege, aut statuto, quando agitur, vt quis teneatur ex aliquo facto extrinseco per ipsum perpetrato, secus autem si agitur, vt ex sola lege, vel statuto resultet præiudicium minori sine aliquo ipsius facto extrinseco. subdeclara n. 64.*

65 *Minor non comprahenditur in statuto irrationabili simpliciter disponente.*

66 *Minor comprahenditur in statuto generaliter disponente, quamuis exorbitet à regulis iuris communis.*

67 *Statuta faciunt ius municipale in loco, quod respectu loci debet haberi pro iure communi.*

68 Con-

68 *Constitutio* Baronum Clementis VIII. *est rationabilis ex rationibus, de quibus ibi.*

69 *Constitutio* Baronum Clementis VIII. *emanauit vt prouideretur, ne creditores defatigentur litibus propter Baronum potentiam.*

70 *Constitutio prædicta mandat procedi manu Regia absque processu, tela iudiciaria, & absque terminorum etiam substantialium seruatione, omnibusque diebus, & horis præterquam in honorem Dei feriatis, & non reperto oblatore admittit Cameram inter oblatores, & numer.* 88.

71 *Constitutio prædicta emanauit ne creditores Baronum remaneant decepti sub fide publica.*

72 *Constitutio prædictu non obligat successores, vt teneantur pro debitis Antecessorum.*

73 *Sed tollit obstaculum fideicommissorum.*

Fideicommissa ante legem 12. tab. *erant incognita num. 73.*

74 *Fideicommissorum vsus incæpit temporibus Augusti Cæsaris.*

75 *Constitutio reducens materiam iuxta terminos iuris antiqui non potest dici irrationabilis, neque odiosu.*

76 *Constitutio, quæ emanauit ad fauorem creditorum dicitur fauorabilis licet in consequentiam resultet damnum aliorum. Declara n. 77.*

77 *Constitutio loquens de vulneribus non est extendenda ad verba iniuriosa.*

78 *Subhastatio per errorem facta pro debito vnius, qui non sit debitor tenet dum apparet, quod intentio fuit subhastandi bona tanquam vero debitori spectantia.*

Aedicta subhastationis per errorem facta pro debito vnius, qui non sit debitor valent dum apparet, quod intentio fuit subhastandi bona tanquam vero debitori spectantia n. 78.

79 *Error circa qualitatem extrinsecam non vitiat actum.*

80 *Error circu causam finalem, super qua dispositio est fundata, vitiat actum, secus è conuerso.*

81 *Causu vt faciat cessare actum debet esse talis, vt ex ea moueatur disponens ad sic disponendum, alias actus non cessat.*

82 *Index ad vlteriora procedens, videtur super exequtionibus ex aduerso datis tacitè pronunciasse eas non obstare, itaut in iudicio deduci nequeant & num.* 84.

83 *Index definitiuè pronunciando tacitè pronunciat super incidenti, quod respicit merita causæ.*

85 *Index dicitur reiecisse exceptionem partis causa cognitu, dum post aliquot temporis interuallum processit ad vlteriora.*

86 *Aedicto primo subhastationis legitimè facto non est necesse vt fiat aliud Aedictum.*

87 *Actus non redditur nullus ex quo nulliter fuit facta citatio, quæ alioquin non erat necessaria.*

89 *Concessu facultate procedendi summariè sola facti veritate inspectu manu Regia, & absque seruatione terminorum substantialium potest procedi de facto, & sine vllo iuris ordine.*

90 *Qui habet facultatem procedendi sine strepitu, & figura Iudicij potest iubere res capi, & distrahi.*

91 *Clausulu* non obstantibus *derogat omnibus in contrarium facientibus.*

92 *Nullitates sententiæ remanent sublatæ per motum proprium Papæ continens clausulas, de quibus ibi.*

93 *Nullitates sunt introductæ de iure positiuo.*

94 *Summus Pontifex potest omnia in ijs, quæ sunt iuris positiui, & illius voluntas habetur pro ratione.*

95 *Papa pro libito suæ voluntatis potest tollere in totum ius positiuum.*

96 *Disputare de potestate Papæ est ponere os in Cælum.*

97 *Papa sola potestas in ijs, quæ sunt iuris positiui, est pro causa, & dubitans de hoc dubitat de fide.*

98 *Nullum de iure positiuo non potest haberi pro valido etiam in præiudicium iuris tertio quæsiti, & non potest tertius conqueri.*

99 *In alienatione rei minoris nedum requiritur causa, sed etiam multæ aliæ solemnitates.*

100 *In alienatione rei minoris facta à Congregatione Baronum seruatu forma data à Constitutione Clementis VIII. non requiruntur solemnitates, neeminor sub isto prætextu potest illam impugnare & num.* 103. *&* 105.

101 *In alienatione rerum minoris, quando solemnitates statuti, & iuris communis sint seruandu.*

102 Bald. cons. 184. num. 5. vers. præponitur lib. 2. *in quibus terminis loquatur.*

104 *In alienatione rerum Ecclesiæ, & Hospitalis, non requiruntur solemnitates alioquin necessariæ, dum fuerunt remissæ per rescriptum Papæ.*

106 *Solemnitatibus in alienatione rei minoris à statuto requisitis, quando censeatur derogatum & num.* 110.

107 *Clausula* quorum tenores *operatur expressionem illorum, quæ possunt obstare.*

108 *Priuilegio minoris clauso in corpore iuris quando censeatur derogatum.*

109 R.P.D. Robusterius *prius fuit insignis Auditor Sac. Rotæ, & postea votans signaturæ iustitiæ.*

De mente Papæ potest constare tã ex clausulis positis in parte executiua, quam dispositiua nu. 109.

111 *Duo specialia possunt simul concurrere, quando vnum venit subordinate ad aliud.*

112 *In alienatione rerum minoris incipiendum est à minus damnosis. Limita num.* 113. *& seqq.*

113 *Constitutio* Baronum Clementis VIII. *dat facultatem vendendi liberè Castru, & bonu etiam quod sint ex pacto, & prouidentia, & fideicommisso subiecta.*

114 *Et disponit, quod si adsint bonu talis oneribus non obnexia illa subijciantur in locum bonorum oneribus obnoxiorum pro debitis venditorum.*

115 *Derogat d. Constitutio dispositioni* legis magis puto 5. non possum ff. de reb. eorum.

116 *Bulla* Baronum Clemen. VIII. *loquitur generaliter de omnibus, & quibuscumque Castris, & alijs bonis immobilibus quorumcunque Baronum cuiuscumque status, gradus, & conditionis ipsi sint, & ideo generaliter est intelligenda, & compræhendit tam maiores, quam minores, & pupillos, & num. seqq. & num.* 122. *& seqq. ac num.* 132. *& numer.* 139. *& seqq. num.* 148. *& seqq. num.* 159. *Contrarium num.* 121.

117 *Verba* omnia, & quæcunque Castra quorumcunque Principum cuiuscunque status *comprehendunt omnia bona, & omnes personas*.

118 *Itant non admittant aliquam limitationem, seu restrictionem*.

119 *Dispositio generalis tam maiores, quam minores, & papillos regulariter comprehendit*.

120 *Verba* cuiuscunq; status gradus conditionis &c. *comprehendunt etiam minores*.

121 *Bulla* Baronum Clem. VIII. *non comprehendit minores, & pupillos*.

122 *Bulla* Baronum *non respicit personas eorum, qui tunc Castra, & bona possidebant, & detinebant*.

123 *Bulla* Baronum *principaliter disponit circa distractionem Castrorum, & aliorum bonorum mobilium liberando Castra, & bona à quibuscumque oneribus fideicomissi, primogenituræ, & similium*.

125 *Consuetudines, quæ sunt circa res, imponunt legem Pupillis, & iis, qui in utero sunt*.

126 *Bonis generaliter in territorio collectatis comprehenduntur etiam minores, papilli, & infantes*.

127 *Sub statuto de compromissis comprehenduntur minores, & pupilli & num.129*.
Compromissum quis facere non cogitur n.127.

128 *Tutor, & Curator non potest facere compromissum*.

130 *In constitutione, vel consuetudine iuris congrui, vel retractus comprehenduntur minores, & pupilli*.
Constitutio, vel consuetudo iuris congrui est exorbitans à iuris communis dispositione numer. 130.

131 *Bulla* Greg. XIII. super iure congruo, *& retractu omnes etiam minores, & papillos afficit*.

133 *Dispositio generalis etiam causas, & privilegiatos comprehendit, licet loquatur in materia, in qua causa, vel persona reperitur specialiter privilegiata*.

134 *Constitutio principaliter disponens circa rem, et de personis non faciens mentionem nisi in consequentiam, et eorum turbus derrogando non desinit esse realis*.

135 *Constitutio non desinit esse realis etiamsi occasione rei fit facta aliqua provisio respicient personas*.

136 *Constitutio disponens de retractu, qui licet concedatur personis, et contra personas dicitur realis*.

137 *In qualibet dispositione attenditur quod principaliter agitur*.

138 *Minores, et pupilli reperiuntur in iure privilegiati saltem circa solemnitates adhibendas in distractione eorum bonorum, et precipue immobilium*.

139 *Bulla* Baronum Clem. VIII. *quid disponat circa telam iudiciariam tam in capienda possessione Castrorum, quam in illoram venditione*.

140 *Clausulæ in fine positæ de iure referuntur ad omnia*.

141 *Et viti subsequentes, & accessoria à particulari dispositione regulantur, ita ut afficiant eos, qui in principali dispositione comprehenduntur*.

142 Rot. in Romana Mōtis Nouennalis 19. Nouembris 1584. coram Seraphino *in quibus terminis procedat. & aum.147*.
Privilegium generale alienandi absque alicuius licentia, auctoritate, seu solemnitate non intelligitur de alienatione facta à minore, vel papillo num.142. Decl.num.143.

144 *Minores, & pupilli non possunt sine eorum tutoribus, & curatoribus disponere de suis rebus*.

145 *Alienatio locorum Montium facta à muliere absque solemnitatibus statuti Urbis valet*.

146 *In alienatione bonorum pupilli, vel minoris facta à Congregatione Baronum non requiruntur solemnitates de iure requisita in alienatione bonorum eorumdem*.

148 *Bona tam pupillorum, & minorum quam cæterorum omnium remanent obligata pro evictione aliorum suorum bonorum venditorum à Congregatione Baronum*.

149 *Bulla* Baronum Clem. VIII. *facit mentionem de Cardinalibus*.
Cardinales sunt in iure valde privilegiati, & regulariter in Constitutionibus odiosis, & exorbitantibus non comprehenduntur num.149.

150 *Dotes sunt privilegiatissimæ*.

151 *Constitutio comprehendens aliquos privilegiatos censetur comprehendere etiam alios omnes privilegiatos*.

152 *Si in Constitutione reperitur exceptuata Camera Apostolica censentur in ea comprehensi omnes alii etiam privilegiati & num.153*.
Camera Apostolica est magis privilegiata, quam minor, & pupillus num.152.

154 *Quando in generali dispositione excipitur aliquis casus, in quo mentio specialis requiritur, tunc dispositio generalis trahitur ad omnes alios casus, in quibus expressio specialis ex necessaria*.

155 *Bulla interpretatur, & declaratur ex gestis ab eo Pontifice, qui illam promulgavit*.

156 Tex. in cap. 2. de delict. puer. *in quibus terminis loquatur*.

157 Rebuf. de Litt. oblig. art. 11. gloss. 4. num. 2. tom. 1. *in quibus terminis loquatur*.
Natt. conf. 541. num. 15. & conf. 542. nu. 16. *in quibus terminis loquatur num. 157*.
Surd. decis. 49. *in quibus terminis loquatur num. 157*.

158 *Doctores sunt intelligendi secundum doctrinas, quas allegant*.

160 *Constitutio comprehendit casus futuros, non præteritos*.

161 *Bulla* Baronum Clem. VIII. *comprehendit debita contracta ante eandem Constitutionem. Amplia num. 163*.

162 *Et isto casu disponit sufficere, quod mandata fuerint relaxata contra bona hæreditaria illorum, qui debita contraxerunt & num. 170*.

163 *Bulla* Baronum Clementis VIII. *derrogat fideicommissis purificatis, & purificandis, ac regulæ de iure quæsito*.

164 *Bulla* Baronum Clementis VIII. *disponit, quod Barones non possint bonorum distractionem impugnare, impedire, vel retardare etiam sub prætextu, quod ipsi sint hæredes cum benef. leg. & invent*.

inuent, eorum, qui debita contraxerunt, & quod dicta bona consecuta sint ex antiquis Inuestituris fideicommissis, &c. & num. 165. & 177.

165 *Bulla* Baronum Clementis VIII. *disponit quod ad effectum faciendi distractionem bonorum per Congregationem, sufficit, quod parentes antecessores, vel authores, qui debita contraxerunt, possederint, vel detinuerint Castra, & quod alij etiam extranei postea illa teneant, & possideant & num. 169. & num. 178. 179. & 180. & 181.*

166 *Verba* consecuti fuerint *acquisitionem, & incorporationem realiter factam denotant.*

167 *Verbum* consequi *pro acquirere, & adipisci accipitur.*

168 *Verba* teneant, & possideant *non solũ referuntur ad possessionem ciuilem, sed etiam ad naturalem, corporalem.*

169 *Appellatione parentum antecessorum, vel authorum, qui veniant determinatur à subiecta materia & num. 179.*

170 *Bulla* Baronum Clementis VIII *facit expressam mentionem de mandatis relaxatis contra bona hæreditaria illorum, qui debita contraxerunt, & sic post mortem debitoris & num. 176.*

171 *Bulla* Baronum Clementis VIII. *mandat satisfieri legatarijs, & creditoribus ratione fructuum in futurum decurrendorum.*

172 *Legata non nisi post mortem debentur, & de manu hæredis capi debent.*

173 *Ad deliberationem procedi potest cum eisdem actis, dum talis facultas fuit reseruata in casu, quo debitor non satisfaceret creditoribus.*

174 *Actus resolutus, & qui non habet effectum non præoccupat, nec innouat.*

175 *Aedictum ad maiorem cautelam in deliberatione fieri potest, vt temnus illius innotescat, & plures concurrant oblatores.*

180 *Attendendum est, quod ratio Constitutionis suadet.*

DECISIO MDCLXXX.

OBijt de anno 1594. Valerius Vrsinus Dominus, & possessor medietatis Castri Montis Rotundi, cui vt prætenditur ex fideicommisso maiorum successit D. Paulus Æmilius Vrsinus, & cum postmodum de anno 1596. superuenerit *Constitutio Baronum f. m. Clementis VIII.* quæ est 41. *in ordine*, instituens Congregationem super Baronibus Status Ecclesiastici cum Iurisdictione eorum Castra, & bona etiam fi-
1 deicommissis &c. subiecta * distrahendi pro satisfactione creditorum, & fuerint relaxata mandata contra bona hæreditaria D. Valerij, illaque præsentata Congregationi iuxtà formam Constitutionis die 16. Iulij 1596. cæpit possessionem nomine Cameræ medietatis dicti Castri, & subsequentibus diebus aliorum bonorum ad commodum tamen creditorum prædicti Valerij, & post mensem apposuit ædicta, & in tertio ædicto sub die 4. Nouembris 1596. vltra bona apposita in primis ædictis fuit dictum *Item tutti li beni, & iura hereditaria del q. S. Valerio supra Monte Rotondo, & tali quali sono.* Et die 4. Ianuarij 1595. fuerunt dicto D. Paulo Aemilio adiudicata omnia, & singula bona hæreditaria, ac iura, & actiones hæreditariæ dicti Valerij, de quibus in vltimo ædicto, hac tamen lege, vt dictus D. Paulus Aemilius intrà certum tempus satisfaret omnibus creditoribus Valerij, alias Congregatio reseruauit sibi facultatem procedendi ad deliberationẽ ratæ Montis Rotundi, & ad recuperationem bonorum eidem D. Paulo Aemilio deliberatorum, ac ad alia remedia opportuna Congregationi bene visa pro satisfactione creditorum. Et cum dictus D. Paulus Aemilius non modo non satis fecerit; sed dixerit obligationem suam nullam; Congregatio præuijs ædictis, de quibus infra dicetur in quarta inspectione, dictam medietatem Castri deliberauit ad fauorem D. Franciotti Vrsini, & D. Paulus Aemilius prosequendo iudicium nullitatis suæ obligationis in Rota obtinuit per *S. M. Gregorium XV.* tunc Rotæ Auditorem super illa pronunciari.

Pendente causa fideicommissi *coram me* inter d. D. Paulum Aemilium, & filios dicti Franciotti die 15. Decembris 1621. dubitaui, an iste casus compræhenderetur in prædicta Bulla, quod dubium fuit prius disputatum de ordine S. M. Pauli V. *coram bo. me. Francisco Pænia* de anno 1606. & tunc nihil resolutum. Effectus autem dubij *coram me* erat, vt videretur; an dicto Paulo Aemilio competeret restitutio in integrum aduersus sententiam latam per Congregationem deputatam per S. M. Paulum V. præuia decisione facta, & extensa per *Reuerendissimum D. meum Patriarcham Antiochenum*, & cum tunc solus D. Paulus Æmilius informauerit, & alia pars dilationem petierit, vt maturius procederetur, Domini remiserunt causam ad Reges, & quemadmodum par erat ordinarunt, vt omnes Domini causam viderent Cumque ad alias disputationes progressum fuerit, hodiè reasumptis per DD., qui tunc erant in Rota, scripturis datis pro parte D. Pauli Aemilij & communicata copia alijs, proposui idem dubium, quod habet quinque inspectiones principales.

Prima est, vt videatur, an Bulla habeat locum, cum Valerius debitor obierit antequam dicta Constitutio emanauerit, & D. Paulus Aemilius iam successerat, & erat in possessione.

Secunda an Bulla compræhendat etiam mãdata relaxata pro debitis transuersalis, qualis erat Valerius respectu D. Pauli Aemilij.

Tertia an Constitutio compræhendat etiam minores, qualis præsupponitur D. Paulus Aemilius tunc fuisse.

Quarta an subhastatio fuerit facta pro debito eiusdem Pauli Aemilij ita vt annullata eius obligatione corruat quoque subhastatio, exinde sequuta.

Quinta an in subhastatione, & deliberatione facta fuerit seruata forma Constitutionis.

Quantum attinet ad primam inspectionem licet regulariter loquendo, leges, & Constitu-
2 tiones futuris negotijs dent formam, * non autem

autem ad facta præterita reuocentur; secus tamen est quando nominatim de præterito, * &
3 adhuc pendentibus negotijs cautum sit, vt est
text. ad litteram in *l. leges 2. C. de legib. cap. 2. et cap. vlt. de constit. vbi DD. Gloss. in cap. 1. in verbo receperis de Cleric. non resid. in 6. et in Clemen. 1. in verbo deputatis de testam. et in Clement. 2. in verbo imposterum de atat; et qualit. Castr. cons. 341. in princ. lib. 1. Sylvester. in verb. lex quæst. 23. Azor. instit. moral. tom. 1. cap. 16. quæst. 13. lib. 5. Io. de Salas de legib. quæst. 97. tract. 14. disput. 21. sect. 7. n. 17. et 18. cum seqq.* in proposito autem Constitutio in §. 2. *incip. nos hisce malis* deputat Congregationem, vt omnibus; & singulis
4 creditoribus Baronum, * aut ipsorum parentum, seu Antecessorum vel Auctorum quorumcunque, qui de ipsorum creditis per mandata executiua docuerint, ipsaque mandata exhibuerint (modis, & formis in Constitutione præscriptis) satisfieri curet, & mandet, & & cum effectu faciat. Quamobrem cum indubitatum sit Constitutionem comprehendere debita Baronum non solum de tempore illius
5 datæ existentium, * sed etiam futurorum, & lex semper loquatur *l. Arriani C. de Hæret.* vtique loquendo de debitis ipsorum parentum, Antecessorum, vel Auctorum quorumcunque scilicet Baronum comprehendit debita etiam parentum, Antecessorum, & Authorum Baronum de tempore datæ Constitutionis, cū loquatur de debitis parentū &c. quæ dictio (*ipsorum*)
6 est relatiua præcedentium * & demonstratiua ad oculum personarum supra expressarum *Bald. cons. 304. num. 1. in fine vol. 5. Ias. in l. filius fam. §. Diui in 2. lect. num. 151. ff. de legat. 1.* latè *Surd cons. 163. num. 15. vol. 2.*

Et Constitutio prædicta voluit comprehendere debita parentum, seu antecessorum, vel
7 auctorum * quorumcunque, etiam quod successores iam obtinuerint Castra, & bona, vt patet ex §. 3, incipiente *prædictorum deputatorum Congregatio &c.* vbi disponitur, quod exhibitis mandatis, Congregatio absque vitio spolij,
8 possessionem capiat * nomine Cameræ ad commoditatem creditorum Ciuitatum, Terrarum Castrorum &c ad ipsos Barones, contra quos vel eorum Authores, parentes, & quosuis antecessores; seu hæreditaria eorum bona quæcunque mandata ex quauis causa relaxata fuerunt, & per eos quocunque titulo habita, & quouis modo tenta, & possessa. Quamobrem negari non potest, quin constitutio etiam in hoc loco non solum loquatur in futurum, & in præteritum itaut comprehendat debita contracta per Barones parentes, & Auctores quoscunque post, & ante Constitutionem, sed etiam comprehendat casum, quando successor possidet, licet ipse debita non contraxerit, sed illius parentes, aut antecessores, vel Auctores, nec consideret qualitatem tituli possessoris, sed quemcunque titulum comprehendit, cum vtatur verbis *quocunque titulo habita*
9 & sic comprehendit * omnem titulum imaginabilem, cum illa dictio (*quocunque*) nihil excludat, sed comprehendat omnem significationem nominis, cui adijcitur, etiam si improprijssima sit *l. qui autem §. fin. ff. de constit. pecunia Bald. in l. 1. q. 34. ff. de rer. Diuis. Dec. cons. 529. num. 2. lib. 2. Tiber. Decian. cons. 41. num. 48. lib. 2. & cons. 35. num. 13. lib. 3.* illa enim dictio videtur quodamodo effrænata, & nullo obice continetur, quominus omnia comprehendat idem *Tiber. Decian. in cons. 44. num. 11. vol. 4. Tiraquell. de retract. lign. in §. 1. Gloss. 7. nu. 20. & seqq.* Nec consideret qualitatem possessionis cum ibidem Constitutio dicat *Et quouis modo tenta, & possessa*, quæ verba nullam patiuntur restrictionem, & includunt omnes modos tenendi, & possidendi *Gloss. in Clement. ne Romani in verbo quouis modo de Elect. cap. fin. in fin. vers. quauis forma de sent. excomm. in sexto Natt. cons. 435. num. 19. tom. 2.* Quæ omnia comprobantur ex §. 8. dictæ Constitutionis incipiente *Declaramus autem*, & ex §. 9. incipiente *volumus autem*, in dicto enim §. 8. datur forma satisfaciendi credito-
10 ribus fructuum * censuum, & montium, & cogendi debitores ad adimplendum promissa occasione censuum, & montium, & Constitutio loquitur de Baronibus, vel eorum Auctoribus, & prædecessoribus supradictis. Et secunda vice de Baronibus Auctoribus, seu antecessoribus. Et in §. 9. disponitur, quod Baro-
11 nes, * seu illorum quicunque pro tempore successores subhastationem impugnare, impedire, vel retardare &c. non possint, nec aduersus ea aliquo modo se tueri, aut pro illorum reuocatione quocunque tempore instare etiam sub prætextu, quod ipsi in Castris, & bonis prædictis sint hæredes cum beneficio leg. & inuent. & subditur: *Et non succedant illis, qui debita contraxerunt sed quod loca, & bona ex antiquis inuestituris concessionibus fideicommissis, donationibus, vel ex contractibus etiam ex causa dotium, vel ex alia quacunque causa de iure priuilegiata consequuti fuerint, vel ad ea vocati sint; mandatiue à Iudicibus fuerint tantummodo decreta, seu relaxata contra bona hæreditaria illorum, qui huiusmodi debita contraxerunt, sed satis sit, & sufficiat, quod ij, qui debitum contraxerunt dicta bona quouis modo, & titulo tenuerint, & possederint, seu quod ipsi Barones &c. simili modo illa teneant, & possideant.*

Et prædictis enim satis aperteque constat,
12 quod Constitutio nedum respiciat futura, * sed etiam præterita, & etiam quod iam sit ius quæsitum vocatis, & vtrumque comprobatur 1 Primum dum Constitutio in dicto §. 8. loquitur de Baronibus, vel Auctoribus, & prædecessoribus supradictis, quæ dictio est repetitiua
13 præcedentium, * ac idem importat, ac si omnia præcedentia nominatim, & specifice essent expressa *Ias. cons. 15. num. 4. lib. 1.* & clarius in §. 9. vult, quod Barones non possint impugnare, aut retardare, vel impedire subhasta-
14 tionem &c. * sub prætextu, quod sint hæredes cum beneficio leg. & Inu. & sic præsupponit, Testatorem defunctum, & aditam hæredita-
15 tem, cum hæres in effectu intelligatur * adita hæreditate *l. 3. §. si quis ita ff. de Hæred. instit.*
16 vbi inquit, quod hæres non dicitur * antequam Testamentum aditione hæreditatis sit

con-

confirmatum *Dec. conf.* 445. *num.* 53. *&* 54. & dum subsequitur. *Et quod non successerint illis, qui debita contraxerunt, nec etiam sub prætextu, quod mandata fuerint relaxata contra bona hereditaria illorum, qui debita contraxerunt sed sufficere quod illi, qui debita contraxerunt quouis titulo possederint*, prædicta enim minime possent applicari si Constitutio non comprehenderet præterita. Et ideo cum Constitutio disponat circa
17 consequentia * ad præterita videlicet consequentia ad titulum antiquorum, in necessariã consequentiam disponit etiam circa præterita *l. illud ff. de acquir. heredit. Anchoran. conf.*
18 261. *nu.* 2. *in princ.* quia qui vult vnum * censetur etiam velle aliud, sine quo illud, quod vult stare non potest *Castrens. conf.* 306. *col.* 1. *vers. qui autem lib.* 2. *Abb. conf.* 101. *col.* 2. *nu.* 3. *vers. moueor primo lib.* 2. & ista de plano procedunt, cum stent declaratiue ad §. 3. in quo expresse habetur, quod hæc Constitutio com-
19 prehendat nedum futura, * sed etiam præterita, vt modo relatum est: Secundum vero quod Constitutio habeat locum etiam post ius quæsi-
20 tum vocatis ex quocunque titulo, * negari non potest, dum vult subhastationem non posse impediri per possessorem sub prætextu, quod non succedant illis, qui debita contraxerunt, sed quod bona ex antiquis inuestituris, concessionibus, fideicommissis, vel ex contractibus etiam ex causa dotium, vel ex alia quacunque causa priuilegiata consequuti fuerint,
21 quæ quidem verba *consequuti fuerint* * sunt præteriti, & futuri temporis, & ideo comprehendunt casum, quo Successores obtinuerint de præterito, vel obtinere possint in futurum bona parentum, Antecessorum, vel authorum quorumcunq; *Angel. Aret.* post *Bart.* quem allegat in *conf.* 82. *num.* 20. *&* *seqq. vers. nec obstat.* Et clarius hoc demonstratur ex sequentibus ver-
22 bis * *sed satis sit quod ij, qui debita contraxerunt dicta bona quouis titulo, & modo tenuerint, & possederint, seu quod ipsi Barones &c. simili modo illa teneant, & possideant*; & sic duo notanda sunt, Alterum, quod respectu illorum, qui debita contraxerunt consideratur tempus præteritum, quod possederint; Alterum, quod respectu Successorum consideratur tempus præsens, & futurum per verba illa *teneant, &*
23 *possideant*, * quia sunt verba subiunctiui modi præsentis temporis, quæ etiam futurum optatiui modi important *Signarol. conf.* 151. *incip. in Testamento Fulgosij in fin.*

Et in hoc etiam loco Constituto clarissimis verbis comprehendit omnes titulos tam ante-
24 cessorum, quam successorum, cum velit, * quod successores non possint impugnare, vel impedire &c. subhastationem Castrorum &c. aut pro reuocatione instare &c. sub prætextu, quod sint hæredes cum beneficio leg. & inuent. vel non succedant illis, qui debita contraxerunt: sed quod loca, & bona ex antiquis inuestituris, concessionibus &c. vel alia quacunque causa de Iure priuilegiata consequuti fuerint, vel ad ea vocati sint, vnde propter dictiones illas, *ex*
25 *alia quacunque causa*, * Constitutio comprehendit nedum omnes casus supra numeratos, sed alios quoscunque casus *Specul. in tit. de instrum. præsent.* §. *fin. vers. quod si quis vbi Io: Andr. in add. ad Curt. Iun. conf.* 38. *in fin. Caputaq. decis.* 296. *num.* 6. *p.* 2. etiam quod sint
26 casus diuersi ab expressis * *l. si fundum sub conditione* §. *si libertus ff. de legat.* 1. *Paris. conf.* 79. *num.* 21. *lib.* 2. *Tiber. Decian. conf.* 24. *num.* 99. *lib.* 1. *Dec. conf.* 653. *nu.* 4. *in fin.* & includit
27 omnia ommissa * in speciali enumeratione, *DD.* post *Gloss. in auth. ex testamento in verbo quodcunque C. de collation. cap. soluta de maior. & obed. l. Iulianus ff. de leg.* 3. *Corn. conf.* 63. *sub num.* 8. *vol.* 1. & in eadem Constitutione
28 subditur *sed satis sit* * *quod ij, qui debita contraxerunt dicta bona quouis titulo, & modo tenuerint, & possederint*, & sic Constitutio comprehendit omnem casum immaginabilem dominij, & possessionis, vt supra expositum fuit. Et dum etiam subditur *seu quod ipsi Barones &c. simili modo illa teneant, & possideant* id quod supra dixit de titulis, & possessione parentum, antecessorum, & Authorum repetit in successoribus, vt scilicet Constitutio habeat locum etiam quod successores similibus titulis teneant, & possideant *Menoch. conf.* 24. *num.* 60. *Hond. conf.* 4. *num.* 83. *lib.* 1. *Surd. conf.* 303. *num.* 34. *&* *decis.* 88. *num.* 15. *Seraphin. dec.* 134. *num.* 1. & prædicta omnia fuerunt optime considerata in *voto S. m. Gregor. XV.* tunc *Rotæ Auditori* dum iste articulus proponeretur in *Rota de anno* 1606. *coram bo. me. Penia*, cuius voti copia data fuit.

Nec ambigi potest, quin Constitutio habeat
29 locum tam in mandatis relaxatis post, * quam ante obitum parentum, antecessorum, & Authorum, cum in §. 3. dicatur *exhibitis mandatis &c.* & ibi *Mandata ex quauis causa relaxata*
30 *fuerint*; Vnde cum generaliter loquatur, * debet generaliter intelligi *l.* 1. *ff. de legat. præst. Mandell. conf.* 430. *num.* 2. *vol.* 3. Et quod loquatur de mandatis ralaxatis post obitũ clare patet cũ in §. 9. loquatur de mandatis relaxatis contra bona hæreditaria, quæ mandata sic
31 non possunt relaxari, * nisi sit sequuta mors testatoris, & aditio hæreditatis ex adductis per *Dec. in d. conf.* 445. *num.* 53. *&* 54. supra allegat *Alex. conf.* 1. *numer.* 6. *lib.* 1. *Ruin. conf.* 103. *num.* 3. *lib.* 3. Quod vero loquatur de mandatis relaxatis etiam ante obitum parentum, antecessorum, & authorum probatur vltra prædicta ex adductis per *Io. Bapt. de S. Seuerino in l. omnes populi n.* 152. *ff. de iust. & iur.* vbi quod si statutũ disponat, quod Iudex vilo instru-
32 amento capi faciat debitorẽ, * non posset opponi contra instrumentũ nisi exceptio quietationis, solutionis, & falsitatis, istud statutum habet locum in instrumentis ante statutum confectis, in quantum capit litis ordinationem, & quod debitor capiatur: In quantum vero respicit decisionem ex eo, quod reo adimit exceptionem, tunc si quidem exceptio cœpit competere post statutum, & tunc non adimit, alias sic. In proposito autem applicando prædicta, Constitutio habet, quod exhibitis mandatis,
33 Congregatio curet satisfieri creditoribus * seruata forma ibi præscripta, vnde certum est,

quod

quod compræhendit etiam mandata relaxa-
34 ta * ante Constitutionem secundum dictum
Io. Bapt. de S. Seuerino, & clarius *Gemin. in*
cons. 113. in fin. vers. tertia conclusio, vbi quod
lex noua superueniens super actus exequutio-
35 ne * disponens trahitur ad actus habentes ori-
ginem de præterito, & exequutionem de fu-
turo, licet etiam inferat præiudicium iuri al-
terius antea acquisito. Quapropter non est
hic agendum, an competat aliqua exceptio,
quia si quæ cõpeterent ex fideicomisso, & simi-
libus, satis superque fuit illis derogatum in
Constitutione, vt supra relatum est.

Nec vllius est momenti, quod Constitutio in
prohœmio loquatur de Baronibus, non autem
de Parentibus & Antecessoribus, vel Authori-
bus, & quod Congregtio habuit hunc sensum,
dum in ædictis appositis, quando deliberatio
fuit facta D. Paulo Æmilio fuerunt descripta
tantum bona hæreditaria Valerij; Nam ad pri-
mum fuit responsum, quod prohæmium non
36 facit ius, * sed illud, quod sequitur *Bald. cons.*
449. nu. 4. vers. adde quod prohæmio lib. 3. & licet
37 denotet causam finale * per *l. fin. & ibi DD ff.*
de hæred. instit. tamen secus est in hoc casu, quia
cũ Cõstitutio generaliter loquatur, & casus ex-
38 pressi non possint compræhendi sub ratione *
prohæmij, ratio prohæmij nõ dicitur finalis, sed
impulsiua *Ias. cons. 1. num 31. vers. & pro hoc*
non obstat lib. 1. & plenius in *Auth. quas actiones*
num. 18. C. de Sacr. Sanct. Eccl. Corn. cons 177.
num. 5. lib. 4. Appost. ad Alex. cons. 143. lib. 6.
vers. fin. & quando verba Constitutionis sunt
39 clara, * quod non recipiant interprætationem
à prohæmio *Soccin. cons. 24 per tot. lib. 4. per Gloss.*
2. in Clem. 1. ad fin. de Elect. vbi *Io. de Imol.*
num. 20. & seqq. vers. conclude quandoque Me-
noch. præsum. 2. num. 13. lib. 6. Ad secundum
verò fuit responsum, quod, vt dictum est, Con-
gregatio cæpit possessionem medietatis Castri
& aliorum bonorum nomine Cameræ, &
40 quod erat in illius facultate * procedere ad
subhastationem bonorum, quæ magis vellet
cum illius facultas non reperiatur restricta.
Vndè cum prima vice voluerit subhastare so-
lum bona hæreditaria, non ideo censetur sibi
ligasse manus, quominus etiam non posset sub-
hastare medietatem Castri, quatenus opus fu-
isset, sed solum ille actus operatur, quod me-
dietas Castri sub illo non compræhenderetur
Bald. cons. 51. num. 5. lib. 5 Non autem quod
Congregatio restringeret suam liberam facul-
tatem *Dec. cons. 8. num. 4. Surd. cons. 127. num.*
81. Rota decis. 778. num. 5. part. 1. & in rec
555. num. 4. part. 1.

Et cessat omnis difficultas, quia in delibe-
ratione facta D. Paulo Aemilio casu, quo non
adimpleret promissa, Congregatio sibi reser-
uauit facultatem subhastandi medietatem Ca-
stri Montis Rotundi, cuius etiam cæperat pos-
sessionem, vt supra relatum est, & infra dice-
tur. Et in omnem euentum cum Congregatio
non haberet super hoc facultatem disponendi,
& verba Constitutionis sint clara, veritas esset
41 attendenda, * & non opinio Congregationis
l. 1. ff. de iust. & iur. cap. fin. in fin. de probat.
Butr. cons. 27. num. 2. vers. hac sua Soccin. cons.
112. in princ. lib. 1.

Denique non officit, quod plura specialia
42 non possunt concurrere in eodem subiecto, *
prout eueniret in casu isto admisso prædicto
intellectu, quod Constitutio capiat præterita,
& procedat etiam post ius quæsitum successo-
ri *Castren.* in allegato ante *cons. 341. incip. venio*
nunc col. 1. in fin. & col. 2. in princ. lib. 1. vbi
quod specialia dicuntur miracula, ideo non
concurrunt in eodem subiecto. Et propterea
43 si Princeps faciat legem * respicientem præ-
terita, certe illud est per fictionem, vt illud
quod non erat fingatur esse, & hoc est primum
miraculũ. Secundum autem miraculum esset,
quod etiam illud præteritum fictum tollat ius
44 quæsitũ tertio, ideo lex respiciens præterita *
nunquam tollit ius quæsitum, eoque magis
si admittantur alia specialia, quod etiam bona
45 subiecta fideicommisso * compræhendantur
sub hac Constitutione, etiã pro debitis transuer-
salium, & quod etiam minores sub hac eadem
Constitutione compræhendantur, vt bene
ad propositum *Cuman. ia cons. 122. col.*
penul. in princip. versicul. nec verum. Huic
motiuo fuit responsum, quod quando
plura specialia circa idem sunt inducta à iu-
46 re * possunt concurrere, & admittuntur *Bald.*
in l. 1. in fin. C. quand. lic. ab empt. disced. per *text.*
in l. si ita facta ff de iniust. rupt. & irrit. testam. quem
refert, & sequitur *Ias. in l. quoniam in prioribus*
ante fin. vers. teneo istud vltimum ff. de inoffic. te-
stam. Berengar. in l. naturaliter §. nihil commune c.
3. quæst. 3. num. 81. in fin. ff. de acquir. possess. Negu-
sus. de Pignor. in 1. memb. 5. par. num. 16. Paris.
cons. 80. num. 24. lib. 1. Hic autem vt supra pro-
batum est, Constitutio claris verbis compræ
hendit præterita, & procedit etiam quod sit
ius quæsitum successori, cum hoc determine-
tur ab ipsa Constitutione etiam quod sint plura
specialia debent concurrere. Et vt modo de-
monstrabitur, prædicta Constitutio compræ-
hendit etiam debita Antecessorum transuersa-
lium, vt ex sui natura, etiam quod sit ius quæ-
situm minoribus.

Circa secundam inspectionem an Constitu-
tio compræhendat debita Valerii Vrsini, qui
erat transuersalis D. Pauli Aemilii: cum illa
locis præcitatis loquatur de mandatis relaxa-
tis contra Barones, Parentes, seu Antecesso-
47 res, * vel Authores quoscunque, & rursus de
mandatis relaxatis contra Barones, vel eorum
Authores, Parentes, & quosuis Antecessores,
& repetat de Baronibus eorum Authoribus,
& prædecessoribus prædictis. & tandem etiam
quod prædicti Barones sint hæredes cum be-
neficio leg. & inuent. vel non succedant illis,
qui debita contraxerunt, sed ex antiquis in-
uestituris, aut fideicommissis &c. & in §. 2. lo-
quatur de mandatis relaxatis contra Barones,
parentes, seu antecessores quoscunque, intel-
ligenda est de quibuscunque antecessoribus,
cum dictio illa *quoscunque* in fine posita ad om-
48 nia referatur * *l. 1. & ibi Ias. num. 4. & seqq. C.*
de liber. præter. Maximè cum non possit afferri
diuersitatis ratio, quare censuerit de quibus-
cun-

cunque Authoribus, non autem de quibuscunque Antecessoribus *Rom. cons.* 480. *numer.* 2. vbi *Adden. in verbo concurrit*, & considerat *S. m. Gregor. in suo voto*, & quod hæc verissima sint, & sine difficultate procedant patet in §. 3. in quo Constitutio loquitur de quibuscunque antecessoribus; & in dicto §. 9. de quibuscũq; successoribus cum successores sint corre-
49 latiui ad Antecessores, * sicut Constitutio intellexit de quibuscunque successoribus, ita etiam intellexit de quibuscunque antecessoribus *Aym de antiq. temp. in 4. par. §. Videamus n.* 20. vt etiam considerauit *S. M. Gregor. in prædicto suo voto*. Nec potest fieri vis, quod Constitutio loquatur de quibuscumque successoribus pro tempore, quia cum respectu istorum successorum loquatur in futurum, opus fuit vti verbis illis *pro tempore*, vt omne tempus comprhendat ac successores, qui secundum tempus reperirentur *Caualcan dec* 31. *n.* 7. *lib.* 5. non autem vt restringat qualitatẽ Antecessorũ.

Cum igitur nomen Antecessorum sit gene-
50 rale * *Archid. in cap. fin. in verbo antecessoribus de pact. in 6.* & proptcrea aptum comprhen-
51 dere nedum Antecessores per lineam rectam, * sed etiam transuersales, & alios, qui sub hoc nomine comprhendi possunt, & Constitutio loquatur de quibuscunque antecessoribus, vt sæpius repetitum est, sequitur, quod comprhendat etiam Antecessores transuersales,
52 cum dictio *quibuscunque* nihil excludat, sed complectatur omnem significationem verbi, cui adijcitur, etiam si sit impropriſſima, vt dictum est: & hæc potissimum vrgent, quia Constitutio respexit ad Antecessores in bo-
53 nis; non autem ad antecessores sanguinis, * & loquitur in rem, vt scilicet mandata exequantur super bonis quorumcunq; Antecessorum &c. ideo omnes antecessores in bonis etiã quod non sint antecessores sanguinis, directè comprhendit *l. hæc verba* 1. *ff. ad l. Iuliam de Adult.* vbi *Bart. num.* 1. *l. si seruum* 70. §. *Prætor ait ff. de acquir. hæred. Bart. in l. aut qui aliter* §. *fin. num.* 3. *vers. nota distinctionem ff. Quod vi aut clam.* Nec resistit, quod loquatur de personis, etiam, quia cum de illis loquatur ratione rei, non desinit esse talis *Caphal. cons.* 53. *nu.* 43. & 46. *Soccin. Iun. cons.* 251. *num.* 152. *lib.* 3. vbi de communi *Surd. cons.* 257. *num.* 15. *lib.* 2. qui alios congerunt.

Quantum attinet ad tertiã inspectionem. An Constitutio comprehendat minores affirmatiuè fuit resolutum. Primo quia cum Consti-
54 tutio simpliciter loquatur, * se extendit etiam ad minores *l. si sine* §. *lucius ff. de adminstr. tut. cap. constitutus de restit. in integr. Bald. in l.* 1. *num.* 29. *vers. iuxta hoc quæro C. de Confess. Natt. cons.* 540. *numer.* 2. *lib.* 3. Hinc statutum defe-
55 rens lucrum dotis, * vxore præmoriente sine filijs, locum habet etiam in minore dante dotem seruatis solemnitatibus *Bald. in l. prima col.* 1. *C. si aduers. dot.* & ibidem etiam *Castrens. numer.* 4. & *seqq.* & scribit *Cuman. cons.* 109. *in princ. vers. ad primum Roman. cons.* 314. *num.* 1. sic etiam sub statuto cogente affinem
56 ad compromissum * venit etiam minor *Bart.*

Bald. & cęteri in *l. vlt. C. in quib. cas. restit. non sit nec*, & statutum adimens robur Instrumen-
57 tis non registratis comprhendit * quoque minores *Alex. cons.* 119. *numer.* 34. *vers.* 9. *dictum lib.* 6. *Natt. cons.* 541. *numer.* 16. & 17. *lib.* 3. *Roman. cons.* 166. *num.* 2. *vers. nos autem loquimur*, & *cons.* 394. *n.* 5. *vers.* 2. *ad idẽ Dec in l. cum Te in fin. C. de Transact. Marsil. singul.* 481. *num.* 1. Secundo quia vt dictum est, cum
58 Constitutio loquatur in rem, * vt scilicet bona subhastentur, non excludit minores *d. l. si sine* 33. §. *Lucius ff. de Adminstr. Tutor.* & *ibi Bart. num.* 1. *Bald. in cap. vlt. col.* 3. *vers. vlt. de mater. de consuetud. idem Bald. Salyc. Castr.* & *Alexand. in l. vlt. C. de in integr. restit. Roland. de lucr. dot. quæst.* 44. *numer.* 6. & 7. *Tiraquell. de retract. lignag.* §. 1. *Gloss.* 13. *numer.* 3. *vers. ex qua probatur*, & illa est communis opinio, vt per *Marsil. dicto singul.* 481. *num.* 1. & habet locum, quamuis statutum loquatur etiam de personis, si de illis loquatur ratione rei, vt per *Cæphal. Soccin.* & alios supra allegatos.

Nec dicatur, quod quando statutum est cor-
59 rectorium iuris communis, * vel ab eo exorbitans non comprhendit personam minoris *Roman. singul.* 316. *incip. Tu vidisti* qui mouetur ex *cap.* 2. *de delict. pueror.* quem sequitur *Ias. in* §. *Actiones autem numer.* 23. *Instit. de Action. Marsil. dicto singul.* 481. *num.* 4. & *singul.* 361. *in fin Curt. Iun. in l postquam liti in fin. C. de Pact.* & in *cons.* 8. *in fin. Neurzzan. cons.* 17. *numer.* 77. *prope med. Surd. decis.* 49. *num.* 9. qui hisce rationibus adductus asserit statutum, quod disponit, vt successor teneatur
60 ad debita antecessoris * non comprhendere minorem. Nam huic motiuo fuit responsum. Primo quod vt videre est *num.* 4. *Surd.* loqui-
61 tur in casu, * quo minor per posterius statutum erat specialiter priuilegiatus, per quod quidem statutum censebatur derogatum primo, vltra quod potest etiam dici, quod minor per secundũ statutum reperiebatur specialiter priuilegiatus, & ideo non comprhendebatur sub alio statuto generaliter loquente *Salic. in l. fin. num.* 3. *C. de Iur. dot. Tiraquell. loco mox allegando num.* 103. & *seqq. Put. decis.* 160. *numer.* 1. *vers. tamen lib.* 3. At in casu nostro minor non est in iure, neque in alia dispositione specialiter priuilegiatus, ideo comprehenditur sub dicta Constitutione *Tiraq.* post cumulatos de *retract. lignag.* §. 1. *gloss* 14. *num.* 96. *vers. nam statutum generale*, & *num.* 102. firmat conclusionem procedere etiam in
62 odiosis, * & mouetur per *Text. in l. in fraudem* §. *vlt.* ibi, *quia generalis est ista determinatio ff. de Milit. Testam. Put. d dec.* 160. *lib.* 3. *Bald. cons.* 135. *n.* 4 *vers.* 4. *quia* & *num.* 5. *lib.* 3. Eoque magis illa procedunt, cum non adsit in terminis huius Constitutionis diuersitas rationis inter minorem, & maiorem vt considerat *Bald. loc. cit. num.* 6. Secundo fuit responsum, quod dum *Surd.* mouetur ex *Roman.* & alijs allegatis in obiecto, neque ipse, neque cęteri *DD.* officiunt, quia vera est distinctio, quod aut agitur, vt quis teneatur ex aliquo

63 facto extrinseco * per ipsum perpetrato, &
tunc minor non compræhenditur sub lege, aut
statuto, & ita procedit *Text. in d. cap. 2. de*
delict. puer. & in istis terminis possunt saluari
dicta *Doctorum*, qui fuerunt allegati in obie-
cto. Aut vero agitur, vt ex sola lege vel statu-
to resultet præiudicium minori sine aliquo
ipsius facto extrinseco, & tunc aut minor est
64 habilis, * & continetur, aut non est habilis,
& non compræhenditur *Alexand.* post *Guglicl.*
de Cun. cons. 119. *num.* 8. *vers.* 6. *adducitur lib.* 6.
& cons. fin. in princ. vnncto num. 7. *in fin. vers.*
non obstat, & num. 8. *eod. lib. & cons.* 62 *num.*
18. *vers. accedit lib.* 7. *Angel. de Perus. in l. certi*
iuris num. 3. *vers. tamen Moderni tenent C. locat.*
Bero. cons. 63. *num.* 21. *vers. facinnt tradita* vbi
de communi *lib.* 2. *Ias. in l si constante numer.*
210. vbi pariter de communi *ff. sol. matrim.*
& in istis terminis quando minor non est habi-
lis loquuntur *cons.* 148 *num.* 1 *vers. sed præ-*
supposita validitate Constitutionis, & *Roman.*
cons. 120 *num.* 1. *& seqq.* qui propterea non
officiunt in casu nostro, quia cum ad effectum
vt præsens Constitutio Baronum intret non
requiratur aliquod factum extrinsecum mino-
ris sed ex sola Constitutione resulte præiudiciū
minori, & minor sit habilis ad patiendum di-
ctum præiudicium, vtique minores per supra-
dicta compræhenduntur in ista Constitutione.

Fuit præterea ex abundanti consideratum,
quod secundum terminos prædictos quoties-
65 cunque statutum est irrationabile, * non com-
præhendit minores: In ceteris autem casibus,
66 in quibus statuta generaliter disponunt, *
quamuis exorbitent à regulis iuris commu-
nis minores continentur *d. l. si fine §. Lucius ff.*
de Administr. Tutor. cap. constitutus de restit. in
67 *integr.* statuta enim faciunt * ius municipale
in loco, quod respectu loci debet haberi pro
iure communi, ita *Natta cons.* 541. *num.* 15. *&*
16. *lib.* 3. In hoc autem casu Constitutio non
est irrationabilis, immò maximè rationabi-
68 lis, * cum emanauerit, vt prouideret, primo
69 ne creditores Baronum defatigentur litibus *
propter eorumdem Baronum potentiam, & ne
litibus finitis contingat non reperiri oblato-
res propter metum ipsorum Baronum, & ideò
70 vult procedi manu Regia, * & non reperto
oblatore admitti Cameram inter oblatores, vt
aperte colligitur ex prohæmio d Bullæ, ibi, *Iu-*
stitia ratio postulat, Secundo ne creditores Ba-
71 ronum * remaneāt decepti sub fide publica, vt
probatur ex secunda parte prohæmii, ibi, *& fidei*
publicæ causa postulat, considerando, quod Ba-
rones publice, & communiter reputantur, vel
saltem ante dictam Bullam reputabantur fide,
& facultatibus idonei, quæ omnia certissimum
est reddere d. Constitutionem maxime rationa-
bilem, præcipuè quia non obligat successo-
72 res * vt teneantur pro debitis antecessorum,
73 prout loquitur * *Surd. dec.* 49. *n.* 4. sed tollit ob-
staculū fideicomissorū, quæ ante *legē* 12. *Tabul.*
non erant cognita *l. verbis legis ff. de verb. signif.*
Bart. in l. 1. *n.* 4. *ff de legat.* 1. & illorū vsus incœ-
74 pit temporibus Augusti Cæsaris * §. 1. *ad fin.*
instit. de fideicomm. quod & prius scriptum re-
liquerat *Pomponius in l.* 2. §. *post deinde ff. de*
orig. Iur. Peregr. de fideicomm. art. 1 *n.* 6. Quare
cum Cōstitutio reducat istam materiam iuxta
75 terminos iuris antiqui, * non potest dici ir-
rationabilis, neque odiosa *Gloss. in cap. statu-*
tutum in verbo numerandum de Præben. in 6. *Butr.*
in cap. olim per illum *Text. de verb. signific. Ri.*
pa in l. si constante num 61. post *Alexand. & Ias.*
quos refert *ff. sol. matrimonio Felin. in cap. cum*
accessissent col. 2. *n.* 3. *de Const. Osasch. dec.* 147. *n.*
20. & benè *Alex. cons.* 227. *n.* 6. *lib.* 6.

Fuit denique consideratum, quod huiusmo-
di Constitutio potest dici fauorabilis, ex quo
principaliter emanauit ad fauorem credito-
76 rum, * licet in consequentiam resultet ex ea
damnum aliorum *cap. statuimus de decim. in* 6.
ibi, *cum non sit dicendum Gloss. in capit.*
si propter de rescript. in 6. *in verbo præiu-*
dicium, ibi *in fortioribus de Constitutione di-*
sponente quod successor teneatur ad debita Antecesso-
ris, vbi *Gemin. num.* 9. *vers. in fine Gloss. Franc.*
num. 6. cum alijs *per Couar. var. lib.* 3. *cap.* 11.
num. 5. *vers. solet enim adnotari*, & latissime
Sanch. de matrim. lib. 1. *disput* 1. *n.* 4. *Salas de le-*
gib. q. 97. *tract.* 14. *disput.* 11. *sect.* 4. *num.* 10. qui
licet post *Couar, loco citato* dicant conclusionem
esse veram, quandò odium à fauore distin-
77 gui nequit, * secùs tamen quando potest distin-
gui, vt si Cōstitutio loquatur de vulneribus non
sit extendenda ad verba iniuriosa, quia eo casu
fauor ab odio distingui potest; Attamen in ca-
su nostro, cum non agatur de extensione, cum-
que, vt supra ostensum fuit, Constitutio satis
clarè loquatur, non datur casus, quo fauor ab
odio distingui possit; & ideò de plano proce-
dit communis conclusio, illam scilicet Consti-
tutionem habendam esse pro fauorabili cum
principaliter sit facta fauore creditorum.

Circa quartam inspectionem an subhasta-
tio fuerit facta tanquam de debito D. Pauli
Æmilij, negatiuè fuit resolutum, quia post
exhibitionem mandatorum per creditores Va-
lerij die 16. Iulij 1596. fuit capta possessio me-
dietatis Castri Montis Rotundi, & subsequen-
tibus diebus aliorum bonorum in singulis lo-
cis existentium, & vt supra dictum est, appositis
ædictis super alijs bonis, non autem super Ca-
stro Montis Rotundi, Congregatio prævia sub-
hastatione deliberauit dicta bona ad fauorem
Pauli Aemilij, hac tamen conditione, vt dictus
Paulus Aemilius satisfaceret creditoribus Va-
lerij, alias Congregatio reseruauit sibi faculta-
tem procedendi ad deliberationem ratæ Mon-
tis Rotundi, & ad recuperationem bonorum
eidem Paulo Aemilio deliberatorum, &c. pro
satisfactione creditorum. Quarè cum dictus
Paulus Aemilius non soluerit debita prædicta,
prout promiserat, Congregatio mandauit affi-
gi ædictum super medietate Castri Montis Ro-
tundi, & illius iuribus, quod fuit affixum die
20. Nouembris 1599. in quo quidem ædicto
78 licet dicatur * *Si subhasta la metà di Monte Ro-*
tondo con tutti i membri, giurisditione, &c. spettan-
ti, e pertinenti al Signor Paolo Emilio Orsino, de
quali ne è stato preso possesso dalla Reuerenda Ca-
mera Apostolica à beneficio, e commodo de' suoi cre-

ditori

ditori. Attamen cum possessio d. medietatis
Castri fuerit capta, exhibitis mandatis contra
bona hæreditaria Valerij, dicta falsa expressio
à commodo de suoi creditori scilicet Pauli Aemilij
non vitiat ædictũ *l. demonstratio falsa ff. de condit.*
& demonstr. cum contineat solum æquiuocum
79 qualitatis extrinsecæ, * & constet de volunta-
te, & potestate Congregationis subhastandi
& vendendi pro debitis Valerij *Gemin. cons. 52.*
num. 3. vers. secundo dic. Et omnia, quæ dedu-
ci possent in contrarium, procederent si æqui-
80 uocum esset circa causam finalem, * super qua
dispositio esset fundata, quia tunc vitiaret, alias
secus *Anchar. cons. 207. nu. 8.* Et quod causa, vt
81 faciat cessare actum, * debeat esse talis, vt ex ea
moueatur disponens adsic disponendum, alias
actus non cessec, dicit idem *Anchar. cons. 163. in*
fine, vbi latè, & idem dicit in *cons. 154. num. 4.*
In proposito autem causa finalis apponendi
ædicta non fuerunt debita Pauli Aemilij, ita vt
nisi constaret de debito corrueret subhastatio,
sed causa finalis fuerunt debita Valerij, quæ
verè extant, & ideò licet fuerit æquiuocatum,
illud æquiuocum non vitiat, cum debita Vale-
rij, quæ fuerunt causa finalis, existerent. Quæ ve-
ritas colligitur etiam ex alio ædicto sub die 20.
Ianuarij 1601. in quo habetur, quod die 1. Fe-
bruarij 1601. fiet Congregatio, & deliberabi-
tur medietas Castri Rotundi cum omnibus bo-
nis existentibus in illo Castro, & in illius terri-
torio &c. alias possessa per Valerium Vrsinum
de tempore sui obitus; quare qui voluerit eme-
re offerat cedulam bancariam, alias d. die fiet
deliberatio iuxta formã Bullæ, vnde clarè patet,
subhastationẽ, & deliberationem fuisse factam
pro debitis Valerij, non autem Pauli Aemilij.

Et prædicta circa primum ædictum compro-
bantur ex protestatione facta per eumdem met
D. Paulum Aemilium sub die 4. Ianuarij 1601.
in qua protestatur medietatem Castri ad se
spectare vigore fideicommissi, & sequuto obitu
Valerij, illius possessionem se cæpisse, quod &
illius Procurator inhærendo huic protestatio-
ni, iterum fuit protestatus, quæ tamen protesta-
tiones fuissent superfluæ, si Congregatio non
egisset pro debitis Valerij. Et in subhastatione
facta 1. Februarij 1601. semper fuit dictum pro
debitis Valerij & in deliberatione facta 8. Fe-
bruarij eiusdem anni 1601. præmissa narratiua
exhibitionis mandatorum per creditores Va-
lerij obtentorum, & narratiua non adimple-
menti D. Pauli Aemilij, ac ædictorum apposito-
rum etiam præuio Chirographo san. mem Cle-
mentis VIII. pro derogatione Bullæ Sixti V.
deliberatio fuit facta Franciotto Vrsino vlti-
mo, ac maiori oblatori scut. 27. m. Quamobrem
clarè patet subhastationem, & vẽditionem fuis-
se factam pro debitis Valerij, non autem pro
obligatione D. Pauli Aemilij.

Nec videtur officere, quod Congregatio
non pronunciauerit super exceptionibus oppo-
sitis pro parte dicti Pauli Aemilij, nec illas ex-
82 presse reiecerit, * quia cum Congregatio non
obstantibus dd. exceptionibus, ad vlteriora
processerit, tacite videtur super illis pronun-
ciasse, ita vt in iudicio deduci nequeant *Bart.*
in l. à procedente 4. sub num. 5. vers. quandoque
Iudex cum seqq. C. de Dilat. vbi dicit, quod si
Iudex examinata exceptione, procedit ad vl-
teriora, valet processus, quamuis expresse su-
per illa non pronunciauerit, procedendo enim
ad vlteriora, tacite pronunciat exceptionem
non obstare, veluti pronunciando diffinitiuè,
83 tacite pronunciat super incidenti, * quod re-
spicit merita causæ, & procedendo in causa
super emergenti, quod respicit processum,
cuius verba refert, & sequitur *Felin. in cap. sub-*
orta 21. de re iudic. sub. num. 4. vers. Bald. &
supra numer. 3. iuncto num. 4. per tot. plura in
hanc sententiam cumulat, & in *vers. habes ex*
his ex illo text. & cap. ex parte il 2. de Appell. fir-
mat regulam generalem, quod Iudex proce-
dendo ad vlteriora videtur pronunciare super
84 exceptione, * quæ si non esset tacitè reiecta
annullaret processum *Roman. cons. 410. num. 2.*
in fine vers primo quia Castrens. in l. fin. in princ.
num. 7. vers. si vero opposita ff. si cert. pet. dicens
valere processum ad vlteriora, quia Iudex non
videtur fecisse in contemptum legis, sed excep-
85 tionem tacitè reprobasse causa cognita, * quæ
cognitio interuenisse dicitur, quando Iudex
post aliquod temporis interuallum, processit ad
vlteriora *Franc. in d. c. ex parte sub nu. 10. vers.*
si vero Iudex de appell. Felyn in d. cap. suborta.
num. 4. circa fin. vers. sed in contrarium Corn. cons.
85. sub num. 23. vers. si vero Iudex vol. 4. Grat.
cons. 17. num. 35. in fin. & num. 36. lib. 1. qui te-
statur de magis communi *Ruin. cons. 117. n. 18.*
vol. 5. Menoch. de recuper. remed. 1. num. 171. Ga-
br. de exception. concl. 1. num. 16.

Quo vero ad secundam, & vltimam inspe-
ctationem; an in hac subhastatione fuerit ser-
uata forma Constitutionis, fuit affirmatiuè re-
solutum, quia cum in §. *disponitur*, quod man-
datis relaxatis per Iudices capiatur possessio
nomine Cameræ ad commodum Creditorum,
fuit seruatum hoc, & quidquid disponitur in
§. 4. quod scilicet ælapso mense Castra subha-
standa proponantur, præuia affixione vnius
ædicti per 15. dies in locis publicis, quod etiam
ad vnguem seruatum fuit, vt supra dictum est
circa ædictum. Et quamuis vltimum ædictum
fuerit factum 23. Ianuarij 1601. & dictum fit
in eo die prima Februarij futuram Congrega-
tionẽ, & deliberationem esse faciendã plus offe-
renti, & sic non interuenerit tempus 15. dierũ, vt
ædictũ remaneret affixũ; Attamẽ fuit primo re-
sponsum, quod cum primum ædictum fuisset suf-
86 ficiens, * vt supra probatum est, istud secun-
dum tanquam abundans non nocet vt bene ad
propositum *Marsil. in l. de vnoquoque num. 42.*
vers. istud tamen ff. de re iudic. Roman. cons. 427.
num. 5. & 6. vers. 3. etiam vbi plene *Appostill.*
in verbo non vitiat, quibus in locis habetur,
87 quod vbi non est necessaria citatio, * si fiat nul-
liter, non propterea actus redditur nullus. Se-
cundo punctualiter fuit responsum, quod San.
Mem. Clemens VIII. per suum Chirographum
motu proprio datum sub die 16. Iulij 1599.
prouidendo ad præterita gesta per Congrega-
tionem, eidem in futurum concessit facul-
88 tatem procedendi Summariè, * manu Regia,

ſola veritate facti inſpecta, abſque proceſſu,
tela iudiciaria, & abſque aliquorum termino-
rum etiam ſubſtantialium ſeruatione, omni-
buſque diebus, & horis, præterquam in ho-
norem Dei feriatis cum clauſula non obſtanti-
bus præmiſſis Conſtitutionibus, & ordinatio-
nibus Apoſtolicis ſtylo Palatij, ac regula de
iure quæſ. non toll. etiam quod dictum Chiro-
graphum non eſſet regiſtratum cum alia clau-
ſula non obſtantibus alijs in contrarium facien-
tibus, etiam quod deberent exprimi, quibus
pro hac vice derogamus cum alia clauſula
quorum tenores pro expreſſis de verbo ad ver-
bum habentes, & omni meliori modo &c. Ex
quibus videtur ſufficere vltimum ædictum
etiam ſi emanauerit eo tempore, ita vt ante
ſubhaſtationem per 15. dies non potuerit re-
manere affixum iuxta formam Conſtitutionis;
vigore enim facultatis conceſſæ procedendi
89 ſummarie, * ſola facti veritate inſpecta, ma-
nu Regia, & abſque ſeruatione terminorum
etiam ſubſtantialium, Congregatio potuit
procedere de facto, & ſine vllo iuris ordine,
vt per *Natt. in Clem. ſæpe §. non ſic tamen nu. 95.
& ſeqq. de verb. ſignif. Marant. in Specul. de or-
din. iudic. p. 4. diſt. 9. num. 8. Bartol. in Extra-
uag. ad reprimendum in verbo & figura in fin.
verſ. idem puto*, vbi dicit, quod qui habet fa-
90 cultatem procedendi ſine ſtrepitu, * & figura
Iudicij, poteſt iubere res capi, & diſtrahi,
licet hoc ſit magis de natura exequutionis,
quam condemnationis, quia talia ante ius ci-
uile manu Regia expediebantur, & fuit dictum
in cauſa *Miranden. penſionis 27. Martij 1613.
coram me*, quæ eſt *dec. 446. p. 2. rec.* Et per
91 dictam clauſulam *non obſtantibus &c.* * cenſetur
ſatis derogatum in hac parte omnibus in con-
trariũ facientibus, vt ſtatim dicetur. Tertio fuit
reſponſum, quod admiſſo ſine veri præiudicio
quod prædicta non ſubſiſterent, tollitur omnis
difficultas, quia S. M. Paulus V. per ſuum Mo-
tum proprium ſub datum 3. Kal. Febr. anno
92 XIII. * ſui Pontificatus, in quo dicitur, quod
ſola Signatura ſufficiat circa ſubhaſtationem,
& adiudicationem medietatis huius Caſtri, ra-
tificauit omnia geſta per Congregationem Ba-
ronum, & per Congregationem ab ipſo depu-
tatam approbando ſententiam ab eo latam:
cum clauſula *reiectis quatenus opus ſit quibuſcunq;
prædictorũ omniũ, & ſingulorũ nullitatibus, ſi quæ
ex quouis capite, etiam nullitatis citationis, & man-
dati forſan etiam ſimul extarent &c. ſicque & non
alias per quoſcunque &c. ſublata &c. iudicari
debere &c. irritumque &c. decernimus non ob-
ſtantibus de Iur. quæſ. non toll. alijſque Cancella-
ria noſtra regulis, quatenus illius, ſeu illarum de-
rogatione opus ſit &c.* Vnde cum nullitates ſint
93 introductæ de iure poſitiuo * ex adductis per
Vant. de nullit. c. t. num. 14. cum ſeqq. Non eſt
dubitandum de validitate ſanationis nullitatis,
ſi aliqua adfuiſſet, cum Summus Pontifex poſ-
94 ſit omnia in iis, * quæ ſunt iuris poſitiui, &
illius voluntas habetur pro ratione *Gemin. conſ.
8. n. 6. & 7.* quia pro libito ſuæ voluntatis po-
95 teſt tollere in totum ius * poſitiuum, idem
*Gemin. conſ. 58. in princ. verſ. quædam eſt pote-
ſtas ſuprema*, vbi etiam dicitur, quod diſputa-
re de poteſtate Papæ eſt ponere os in Cœ-
96 lum, * & *Bald. conſ. 477. lib. 1.* dicit, quod
97 in iis, quæ ſunt iuris poſitiui, * ſola poteſtas
eſt pro cauſa & quod dubitans de hoc, dubi-
tat de fide, & ideò nullum de iure poſitiuo po-
98 teſt haberi pro valido * etiam in præiudicium
iuris quæſiti tertio, & non poteſt tertius con-
queri *Abb. conſ. 84. num. 3. & ſeq. lib. 1. Lap. alleg.
130. n. 2. verſ. ſimiliter.*

Rurſus nihil vrget, quod in omnem euen-
tum in hac alienatione rei minoris, nedum
99 requirebatur cauſa * *l. magis puto §. ſi res, & §.
In primis*, ſed multæ aliæ ſolemnitates vt ibi-
dem dicitur *ff. de Reb. eor.* & latè *Bald. in conſ.
184. incip. ad intelligentiam n. 1. lib. 2.* quæ ſo-
lemnitates non inueniuntur ſeruatæ, quia fuit
reſponſum, quod cum Conſtitutio diſponat,
quod hæc bona poſſint vendi iure creditorum
100 pro debitis quorumcunque Anteceſſorum *
non poteſt minor ſub prætextu, quod non
fuerint ſeruatæ ſolemnitates d. alienationem
reuocare, vt dicit *Bald. d. conſ. 184. num. 5.
verſ. proponitur etiam*, & bene ad propoſitum
*Matth. Coller. de proceſſ. exequut. par. 2. cap. 3.
n. 217.* & quamuis ibidem *Bald.* dicat, quod
hæc venditio ſeruatis ſolemnitatibus ſtatuto-
101 rum * poteſt fieri, idenque videretur dicen-
dum in hoc caſu, quod vna cum diſpoſitione
iuris communis debuiſſent ſolemnitates ſta-
tuti Vrbis ſeruari *Caſtr. in conſ. 106. incip. de
tertio num. 2. verſ. plus dico lib. 2.* quem ſequi-
tur *Tiraquell. poſt leges connub. gloſſ. 8. num. 49.
Montan. de tutel. & cur. cap. 33. num. 38.* Ta-
men fuit conſideratum, quod *Bald.* non lo-
102 quitur * de ſtatuto dante certam formam in
alienationibus minorum, ſed de ſtatuto gene-
raliter loquente de alienationibus, quod pro-
pterea cõprehendebat etiam illum caſum, &
quicquid de hoc, cum in hoc caſu Conſtitu-
tio ipſa det certam formam, quæ fuit ſerua-
103 ta, * hoc ſufficit, quia alienatio cenſetur fa-
cta auctoritate Papæ, & ideò cum fuerit ſerua-
ta forma data in Conſtitutione non require-
batur alia ſolemnitas *l. 2. C. quand. decr. opus
non eſt* vbi notat hoc *Bald.* dicens etiam legem
illam quotidiè practicari in Eccleſijs, & Ho-
ſpitalibus impetrantibus à Papa alienatio-
104 nem alicuius rei, * vt enim ipſe dicit, qui ha-
bet verbum ſuperioris, non indiget verbo in-
ferioris & benè *Abb. in conſ. 41. num. 3. lib. 1.*
loquens de alienatione rerum Eccleſiæ, in qua
etiam requiritur ſolemnitas, & tenet quod
omnis ſolemnitas cenſetur remiſſa per com-
miſſionem, & indulgentiam Papæ. & quod
ſatis eſt ſeruare verba reſcripti.

Inſuper fuit etiam ex abundanti conſidera-
tum, quod aut in iſta alienatione fuit ſerua-
ta forma Conſtitutionis S. M. Clementis, &
105 hoc ſufficit, * ex quo in §. 16. *incip. non ob-
ſtantibus* derogat quibuſcunque Conſtitutio-
nibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac le-
gibus municipalibus Vrbis &c. cum aliis
clauſulis ampliſsimis. Ideoque cum hæc
Conſtitutio comprehendat minores, & det
certam formam, ſeruata illa forma, non
fuit

fuit opus alijs solemnitatibus requisitis
à iure, vel à statuto, cum illis censeatur satis
106 derogatum * per d. clausulam *non obstantibus
Iaf. conf. 110. col. 4. in fin. verf. tertio moueor lib.
4. Bero. conf. 147. numer. 28. verf. & licet lib. 3.*
stante præsertim clausula (*quorum tenores*) quæ
107 operatur expressionem illorum, quæ possent
obstare *Butr. conf. 2. num. 4. Gemin. conf. 65. num.
28. Rota dec. 506 num. 1. par. 1. in recent.* Quare,
& si quæstio sit, an sufficiant clausulæ gene-
108 rales * ad derogandum priuilegio minoris
clauso in corpore iuris, tamen secus est,
quando constat de mente Papæ ex clausulis
amplissimis cum clausula *quorum tenores Al-
beric. in L. unic. in fin. C. quan. Imper. int. Pupill.
& vid. Rip. in cap. 1. num. 54. & 55. de Rescrip.
Gabr. de regul iur. concl. 9. n. 7.* & est *decisio Signa-
turæ iustitiæ in causa Bonon. obligationis Cameralis
12. Maij 1594.* extensa *per bo. me. D. Robuste-
109 rium tunc Votantem,* * & prius nostri ordinis
insignem Auditorem, in qua etiam dicitur,
quod de mente Papæ potest constare tam ex
clausulis positis in parte executiua, quam di-
spositiua ex *Bald. in l. ea quam num. 36. C. de fi-
deicomm. & Felyn. in cap. licet in corrigendis col.
pen. de offic. ordin.* Aut vero non fuerunt seruatæ
solemnitates Bullæ, sed Congregatio fuit
vsa facultate sibi concessa in Chirographo
S. M. Clementis VIII. & in hoc etiam casu mi-
nus obstant exceptiones oppositæ, cum vt su-
pra relatum est, Chirographum habeat clau-
110 sulas derogatorias * amplissimas, & com-
præhendat etiam minores, quia compræ-
henduntur in Bulla etiam quod admitteremus,
sine veri præiudicio, quod sic concur-
111 rent duo specialia, * quod scilicet Constitu-
tio compræhendat minores, & quod mino-
res etiam compræhendantur sub Chirogra-
pho, cum isto casu vnum speciale veniat sub-
ordinatè post aliud *Neurz. conf. 2. num. 23. Ti-
raquell. de iur. const. possess. 3. par. limit. 5. num. 6.
in fin. Surd. de alimentis tit. 9. quæst. 44. num. 37.
& seqq.* Aut vero in hoc casu adhibenda est
sanatoria San. m. Pauli V. & ex modo pon-
deratis cessat omnis difficultas.

Denique non obstat, quod quando venduntur
bona minoris propter debita incipien-
112 dum est à minus damnosis * *l. magis puto §.
non passim ff. de Reb. eor.* & præsupponatur
adesse bona libera Valerij; Attamen quic-
quid sit de hoc, vt sæpius dictum est, Constitu-
113 tio dat * facultatem liberè vendendi Castra,
& bona etiam quod sint ex pacto, & proui-
dentia, & fideicommisso subiecta &c. Et so-
lium in §. 1. *incip. Quod si forsan* disponit,
114 quod si adsint alia bona talibus oneribus *
non obnoxia illa subijciantur in locum bonorum
oneribus obnoxiorum pro debitis ven-
ditorum, & sic cum Constitutio compræhen-
115 dat etiam Pupillos, * & habeat amplissimas
derogationes, vt modo dictum est, per illam
derogatum est dispositioni d. *l. magis puto.*

Ex quibus, & alijs deductis in *Voto S. m. Gregor. XV.* & latius in d. *dec. Congregationis* deputatæ per S. m. Paulum V. extensa per *Reuerendissimum D. meum Patriarcham Antiochenum*, fuit conclusum, negotio mature discusso vnanimi Dominorum consensu, casum D. Pauli Æmilij, admisso etiam sine veri præiudicio, quod constaret de fideicommisso ad illius fauorem, compræhendi in Constitutione Baronum, ita vt nullatenus ei competat restitutio in integrum aduersus sententiam prædictæ Congregationis, quæ transitum fecit in iudicatum &c.

Sequitur decisio Congregationis deputatæ à S. m. Paulo V. ac Votum S. me. Gregorij XV. de quibus supra in decisione fuit facta particularis mentio.

DECISIO CONGREGATIONIS à s. m. Paulo V. deputatæ.

EXTENSA A REV. D. PAMPHILIO postea Pontifice creato cum nomine Innocentij X.

Quæ Congregatio facta fuit die 27. Nouembr. 1617. coram bo. me. Card. Lancellotto, & in illa interuenere bo. me. Montarentius tunc Vrbis Gubernator, bo. me. Patritius tunc Thesaurarius, bo. me. Reuerendiss. Coccinus Rotæ Decanus, Reuerendiss. Pamphilius eiusdem Rotæ Auditor, & postea Pontifex, bo. me. Archiep. Sanuitalis Clericus Cameræ, bo. me. Card. Biscia tunc Clericus eiusdem Cameræ, bo. me. Io. Baptista Spada Fisci, & Cameræ Aduocatus, & Hortensius de Rubeis eiusdem Cameræ Commissarius.

FEL. recor. Clemens Papa Octauus, vt prouideret indemnitati Creditorum Baronum, & Domicellorum S. R. E. Subditorum, inter quos plerique pauperes, complures etiam Pupilli, & Viduæ erant, qui etiam sub fide publica occasione locorum Montium magno detrimento afficiebantur, edidit Constitutionem, in qua fuit deputatus Illustrissimus Dominus Cardinalis Cæsius, & alij ibi nominati pro executione mandatorum ad instantiam creditorum omnium, & singulorum Baronum super Castris, & alijs eorum bonis cum amplissima derogatione omnium, & quorumcunque fideicommissorum, primogeniturarum, & similium, vt latius in ipsa Bulla legitur. Post cuius publicationem corã dictis Deputatis inter alios comparuerunt creditores bon. mem. Valerij Vrsini cum eorum mandatis expeditis, & appositis edictis, & alias seruata forma dictæ Bullæ, obtinuerunt deliberari medietatem Castri Monti Rotundi Domino Franciotto Vrsino, tanquam plus offerenti pro pretio scutorum vigintiseptem millium, ex quibus ijsdem creditoribus satisfactum fuit. Post assumptionem verò S. D. N. anno 1606. D. Paulus Æmilius Vrsinus, qui tempore emanatæ Bullæ erat minor, & dictam medietatem Castri per aliquos annos antea obtinebat, cœpit prætendere, quod eius casus non esset comprahensus in dicta Bulla, obtinuit, vt articulus iste discuteretur in Rota, in qua nihil fuit terminatum. Vnde

anno præterito 1616. instante eodem D. Paulo Aemilio, vt celerius causa ista expediretur S. D. N. per speciale Chirographum deputauit Illustriss. D. Cardinalem Lancellottum, & alios in eo nominatos, qui sub die secunda Nouembris 1617. in Domo eiusdem Illustriss. D. Cardinalis simul Congregati firmarunt dubium disputandum.

An casus D. Pauli Aemilij Vrsini esset ommissus, vel potius in Bulla contra Barones compræhensus. Verum, vt maturius causa ista discuteretur, fuerunt ab ijs Dominis, qui de illo tempore in Rota fuerant reassumptæ informationes Facti, & Iuris, vna cum responsionibus, & Summarijs, & alijs Scripturis pro vtraque parte in Rota datis, & earumdem omnium copia cæteris alijs Dominis data fuit, & die 27. eiusdem mensis Nouembris causa maturè discussa, Domini vnanimi Voto, & consensu resoluerunt, casum D. Pauli Aemilij fuisse in Bulla compræhensum, moti ex eo, quia Bulla loquitur ge-
116 neraliter de omnibus, * & quibuscunque Castris, & alijs bonis immobilibus quorumcunque Baronum, cuiuscunque status, gradus, & conditionis ipsi sint; Ideoque est generaliter intelligenda, vt compræhendat medietatem Castri Montis Rotundi per D. Paulum Aemilium possessum *l. 1. §. & generaliter ff. de leg. præstan. Dec. cons. 339. numer. 3. Aym. cons. 89. sub numer. 13. vers. facit regula Socc. reg. 229. in princ. Pedem. decis. 94. numer. 11.* Maxime quia dicta verba *omnia, & quæcunque Castra, &c. quorumcunque Pricipum, &c.*
117 *cuiuscunque Status, &c.* * nedum sunt amplissima, quæ propterea omnia bona, & omnes personas compræhendunt, & nihil excludunt *iux. not. per Bald. in l. 1. sub numer. 27. in 34. quæst. ff. de rer. diuis. & in cap. Imperialem in princ. de probib. feud. a len. per Feder.* quem sequitur *Alex. in l. quadam §. nihil sub numer. 2. vers. Et etiam Bald. ff. de eden.* & tradit *Curt. Iun. cons. 48. numer. 3. Sarnen. in reg. de trien. quæst. 2. numer. 3. Seraph. decis. 325. numer. 7.* sed etiam geminata; itaut
118 non admittant aliquam limitationem, * seu restrictionem *Iaf. in l. hoc adicto, §. nunciatio, num. 5. post med. vers. stat ergo ex prædictis, ff. de oper. nou. nunciat. Mohed. decis. 5. sub num. 5. vers. item quia verba geminata de restit. spol.* & latè *Aym. cons. 294. sub num. 2. vers. itaque, vbi in transactione, & seq. Gabr. cons. 2. n. 18. lib. 5.* & in specie, quod dispositio generalis tam maiores
119 quã minores, & pupillos regulariter comprehendat per *tex. in c. constitutus de in integr. restit. & in l. si sine hærede § huius ff. de administr. tut.* tradunt *Roman. sing. 816. alias 803. num. 2. Alex. cons. 119. num. 35. & cons. 254. num. 4. & 8. lib. 6. Tiraq. de leg. connub. glos. 8. n. 191.* & de communi post alios testatur *Odd. restit. in integr. quæst. 15. art. 7. num. 62.* & sub dictis
120 verbis *cuiuscumque status,* * *gradus, conditionis, &c.* quod minores etiam comprehendantur dicit *Bart. in extrauag. ad reprimen. verb. conditionis in princ.* [illegible]

Nec visa fuerunt obstare ea, quæ alias pro parte D. Pauli Aemilij obijciebantur; & pri-
121 mo, quod dicta Bulla tanquam odiosa, * & exorbitans à dispositione iuris non compræhendat minores, & pupillos, qualis dicitur fuisse D. Paulus Aemilius tempore deliberationis dictæ medietatis Castri *cap. 2. de delict. puer. Natt. cons. 541. num. 15. & 542. num. 16. Surd. decis. 49. per tot. cum alijs alleg.* quia fuit responsum dictam Bullam non respicere per-
122 sonas eorum, * qui tunc talia Castra, & bona possidebant, & detinebant, sed principaliter
123 disponere circa distractionem Castrorum, * & aliorum bonorum immobilium, liberando eadem Castra, & bona à quibuscumque oneribus fideicommissi primogenituræ, & similium, quæ propterea dicitur realis *Bart. in l. cunctos populos num. 42. C. de Sum. Trinit. & fid. Cath. & in l. 3. §. opus, in fin. ff. de alienat. iud. mutat. caus. fact. Iaf. in l. fin. num. 2. ff. de nou. oper. nunc. Bald. cons. 310. num. 1. lib. 3. Ruin. cons. 49. num. 7. lib. 3. Craff. in §. fideicommissum quæst. 5. in fine Capic. dec. 108. num. 2.* ideo-
124 que comprehendit omnes tam maiores, * quam minores, & pupillos etiam quod alias sit exorbitans à dispositione iuris *iuxta dicta l. si sine hærede §. huius & ibi not. Bart. ff. de admin. tut. Bald. in cap. fin. num. 18. vers. vlt. de materia de consuetud.* vbi dicit, quod consue-
125 tudines, quæ sunt circa res, * imponunt legem pupillis, & ijs, qui in vtero sunt, quem refert *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 13. num. 13. vers. quantum verò,* & quod consuetudo respiciens rem liget etiam minores, & infantes tradit etiam *Rocch. de Cur. de consuetud. quæst. 14. ante med. vers. & procedit ista opinio;* idem *Bald. cons. 135. sub numer. 6. vers. præterea dicta lex lib. 3.* & in simili, quod si bona generali-
126 ter * in territorio collectentur, & compræhendantur etiam minores pupilli, & infantes tradit *Odofred. in l. 2. num. 12. vers. origenori C. quæ sit long. consuetud. Rocch. de Curt. de consuetud. dicta quæst. 14. Roland. in tract. de lucr. dot. quæst. 44. num. 5. circa med.* & in statuto de
127 compromissis, * licet alias de iure quis illa facere non cogatur, vt dicit *Alex. in l. fin. sub num 7. vers. ex dictis supra C. de in integr. restit.* & Tutor, vel Curator remoto statuto ca-
128 facere non possit * *Paul. de Castr. in l. si plures sub n. 5. vers. ideo dicunt DD.* & ibi *Alexand. sub num. 4. vers. vbi autem tale statutum ff. de pact. Roland. de lucr. dot. dicta quæst. 44. num. 10.*
129 quod nihilominus minores, * & pupilli sub eo compræhendantur, tradit *Alex. in d. l. fin. nu. 7. C. de in integr. restit. Rocch. de Curt. de consuet. dicta quæst. 14. col. 1. vers. vbi dicit, Bald. cons. 358. num. 2. lib. 3. Tiraq. de retract. lignag. d. §. 1. glos. 13. num. 13. vers. ex eoque passim,* & in
130 Constitutione, * vel consuetudine iuris congrui, vel retractus, quæ pariter est exorbitans à iuris communis regulis *l. dudum C. de contrah. empt,* quod comprehendantur minores, & pupilli tradit idem *Tiraquell. de retract. lignag. dicto §. 1. glos. 13. num. 13. Roland. de lucr. dot. d. quæst. 44. num. 11.* & ita etiam multi ex Dominis dicebant seruari in Camera Aposto-
131 lica circa interpretationẽ * Bullæ Greg. XIII.

su-

ſuper iure congruo,& retractu,vt omnesetiam
minores,& pupillos afficiat.
Præterea pro reſponſione fuit ponderatum,
quod reſpectu præiudicij ex diſtractione Ca-
ſtrorum,& aliorum bonorum,& derogationis
iuris quæſiti ex antiquis inueſtituris, de qui-
132 bus in dicta Bulla minores, * & pupilli non
reperiuntur aliquo modo priuilegiati; nam
eo modo exorbitat à iure reſpectu maiorũ,
ſicut reſpectu minorum,vt Caſtra, & bona eis
acquiſita ex antiquis inueſtituris pro debitis
aliorum diſtrahantur; quo caſu talis Bulla
compræhendit etiam minores,& pupillos,ge-
neralis enim diſpoſitio etiam cauſas, & per-
133 ſonas priuilegiatas * comprehendit, niſi lo-
quatur in materia, in qua cauſa, vel perſona
reperitur ſpecialiter priuilegiata *iuxt. l. in
fraudem,§. fin. vbi Bald. ff. de milit. teſtam. Dec.
in l. 2. num.5. verſ. ſed breuiter C. vnd. liber. &
l. 1. num.8.* & ibi *Cagnol. num.22. ff. de reg. iur.
Rip. in l. 1. num. 14. & ſeq. ff. ſol. matrim. Ri-
min. conſ.447. num.16. Natt. conſ.410. nu. 20.
Rimin. Iun. conſ.3. num.11. & conſ. 31. nu.43.*
& de communi poſt alios teſtatur *Gabr. conſ.
20. num.2.3. & ſeq. lib.2.*
Nec releuare, quod in dicta Bulla fiat men-
tio de perſonis Baronum, qui debita contra-
xerunt, & Caſtra poſſederunt, prout de alijs,
qui Caſtra tunc poſſidebant,quia non propte-
rea deſinit eſſe realis,cum principaliter diſpo-
134 nat circa rem, * & de perſonis non faciat
mentionem, niſi in conſequentiam, & eorum
iuribus derogando *Rum. conſ. 39. num.15. &
16. lib.1. & conſ.49. num.7. lib. 3. Cephal. conſ.
53. num.43. & 46.* Vbi quod Conſtitutio non
deſinit eſſe realis, etiamſi occaſione rei ſit fa-
135 cta aliqua prouiſio reſpiciens perſonas, * &
quod ad huiuſmodi effectum attendatur prin-
cipalis intentus Conſtitutionis,ſi fuit in rem,
licet in conſequentiam præiudicet perſonis
tradit *Socc. Iun. conſ.25. num.12. lib.3. Mandell.
conſ.50. num.5.* plenè *Surd. conſ 257. num.15.*
Et comprobatur ex dicta Conſtitutione de re-
136 tractu,* qui licet concedatur perſonis,& con-
tra perſonas, quia tamen principaliter verſa-
tur circa rem retrahendam, dicitur realis, &
ita cõpræhendit minores, ſicut maiores ex ſu-
pra allegatis,& facit quod in qualiber diſpoſi-
137 tione attenditur, * quod principaliter agitur
l. 1. in princ. ff. de auctor. tut. cum alijs adductis
per *Rot. in cauſa Romana hæreditatis relata inter
impreſſ. deciſ.117. num.1. par.1. diuerſ.*
Minus etiam releuare, quod minores, &
Pupilli reperiantur in iure priuilegiati ſaltem
138 circa ſolennitates* adhibendas in diſtractione
eorum bonorum, & præcipuè immobilium,
*vt in l. fin. verſ. ſin autem minores C. ſi propt.
pub. penſ. & in l. magis puto §. ne paſſim, ff. de
reb. cor.* Quia fuit reſponſum huiuſmodi ſo-
lemnitates alias de iure requiſitas repetiri
139 expreſsè ſublatas in dicta Bulla: nam in ea *
Papa expreſsè mandat, quod Deputati abſ-
que alia citatione, & tela iudiciaria tanquam
meri, & puri executores abſque vitio ſpolii
attentatorum, aut nullitatis poſſeſſionem
Caſtrorum capiant, eamque ſolum per men
ſem retineant, quo elapſo, præuia dumta-
xat vnius ædicti per dies 15. in locis publi-
cis affixione,omiſſa penitus omni alia ſolem-
nitate, & ſine ſolita, & ſubhaſtatione, &
deliberatione per manus Curſoris alias fieri
conſueta ad deliberationem plus offerenti
deueniant. Quæ forma cum fuerit ſeruata,
debet cenſeri ſufficiens etiam pro diſtractio-
ne bonorum minorum, & Pupillorum, quia
cum ipſi comprehendantur in principali diſ-
poſitione circa diſtractionem eorum Caſtro-
rum, & bonorum, vt ſupra dictum eſt, de-
bent principaliter dici comprehenſi in iſta
parte Bullæ, in qua datur forma circa mo-
dum faciendi talem diſtractionem omiſſis
aliis ſolemnitatibus, vt ſit vniformis, & æ-
qualiter omnia determinet *l. iam hoc iure,* vbi
Bald. & DD. ff. de vulg. & facit quia clauſu-
240 læ in fine poſitæ de iure referũtur ad omnia*
*cap. inquiſitionis in fin. de appell. l. talis ſcriptura
§ fin. ff. de legat. 1. l. fin. ff. de reb. dub. Bald. in l.
quiſquis num. 1. C. ſi cert. pet. Anchar. conſ.68.
num. 2. Alex. conſ.101. num.10. lib.3.* & fuit de-
ciſum in vna *Romana dotis 25. Februarij 1611.
coram Reuerendiſſimo D. Damaſceno,* & vti ſub-
141 ſequentes, * & acceſſoriæ à particulari di-
ſpoſitione regulantur, itaut afficiant eos om-
nes, qui in principali diſpoſitione compre-
henduntur *Imol. in d. l. peto §. fratre ſub num.
7. verſ. in ea gloſſa,* ibi *§. fundum, ff. de legat.
2. Iaſ. conſ.6. col.5. verſ. quinto principaliter fa-
ciat lib. 3.*
Nec applicatur *deciſio in cauſa Romana Mon-
tis Nouennalis 19. Nouembris 1584. coram bo,
142 me. Cardinali Seraphino,* * vbi quod generale
priuilegium alienandi abſque alicuius licen-
tia, auctoritate, ſeu ſolemnitate non intelli-
gitur de alienatione facta à minore, vel Pu-
pillo. Nam, vt in ipſa *deciſione* dicitur,pro-
143 cedit quando minor, * & pupillus de per ſe
alienant abſque Tutore, & Curatore; Et ra-
tio eſt, vt eadem *deciſione* comprobatur,quia
minores, & Pupilli propter inhabilitatem
eorum perſonæ non habent rerum ſuarum
144 adminiſtrationem,* & neſciunt quid faciunt;
& ideo ſine eorum Tutoribus, aut Curatori-
bus non poſſunt de ſuis rebus diſponere; at
quando ceſſat inhabilitas perſonæ, & verſa-
mur in eo, qui habet adminiſtrationem bo-
norum, ſtante dicto priuilegio, tenet alie-
natio facta abſque ſolemnitatibus etiam quod
alias de iure communi vel vigore Statuti
eſſent neceſſariæ, vt in alienatione locorum
montium abſque ſolemnitate facta à mulie-
145 re, * quæ alias ex forma Statuti ſine ſolem-
nitatibus alienare non poteſt, tenuit *Rota
in cauſa Romana montium 8. Februarij 1574.
coram Seraphino,* & ita diſtinguendo poſtea
ſecuta fuit in alia *Romana locorum montium 25.
Maij 1611. coram R.P.D. Vbaldo,* vnde patet,
ſupradictam *deciſionem* non poſſe aliquo mo-
do applicari ad caſum noſtrum;in quo aliena-
tio facta fuit in vim Bullæ, non autem ab ip-
ſo pupillo, cuius perſona, factum, aut con-
ſenſum nullo modo interuenit, nec vigore
146 dictæ Bullæ requiritur, * ſed Congregatio à
Papa

Papa deputata cum facultatibus amplissimis
prolatis pro satisfaciendo creditoribus vigo-
re eiusdem Bullæ alienauit, quo casu non sunt
necessariæ solemnitates etiam alias de iure
requisitæ in alienationibus rerum minoris,
vel pupilli, quia hoc casu non dicitur aliena-
tio facta à minore, vel pupillo, sed facta à
Magistratu, & in vim Constitutionis Prin-
cipis *l. 3. in fin. princ. ff. de reb. eor. Castr. cons.
183. num. 2. lib. 1. Socc. cons. 80. num. 25. lib. 4.
Roman. cons. 394. num. 3. & seq. Aym. cons. 6. nu-
mer. 91.* Vltra quod de tempore distractionis
Castri Montis Rotundi D. Paulus Æmilius
habebat Tutricem, & Curatricem, cum in-
teruentu, & consensu cuius constituit Pro-
curatorem, qui comparuit in Congregatio-
ne, & multos actus fecit, & sic cum non aga-
tur de actu gæsto ab ipso minore, tanto mi-
147 nus applicatur dicta *decisio*, * quæ loquitur
de alienatione voluntaria facta ab ipso mino-
nore, vel Pupillo absque Tutore, vel Cura-
tore, vt dictum est.

Et ita patet non obstare, quod huiusmodi
bona Pupillorum remanerent obligata de
148 euictione; cum Bulla expressè mander illos, *
quorum bona à Congregatione venduntur,
ab eadem Congregatione obligari debere
de euictione: Quia fuit responsum hanc obli-
gationem esse conformem dispositioni iuris
communis, vt ex *text. in l. si ob causam vers.
quandoquidem, & ibi not. DD. omnes C. de euict.
l. si plus §. 1. ff. eodem tit. Tiraquel. de retract. li-
gnag. §. 1. glos. 14. num. 13. Neguf. de pign. in pri-
mo memb. 6. par. sub numer. 43. Bellon. cons. 24.
num. 11. Afflict. decis. 8. num. 4.*

Quo casu non est inconueniens dictam Bul-
lam, quæ generaliter disponit de bonis, &
principaliter emanauit circa materiam æquè
conuenientem maioribus, minoribus, & Pu-
pillis, ita etiam omnes comprælhendere quo
ad huiusmodi obligationem, in qua mino-
res, & Pupilli non reperiuntur magis priui-
legiati, quam maiores ex supra deductis.

Et prædicta eo magis visa fuerunt admit-
tanda, tum quia dicta Bulla non solum lo-
quitur per suprascripta verba amplissima, &
generalissima, & geminata, quæ propterea
etiam minores, & Pupillos comprælhendunt
ex supra allegatis, sed quia facit mentionem
de Cardinalibus, qui sunt in iure valde pri-
149 uilegiati, * & regulariter in huiusmodi gene-
ralibus Constitutionibus odiosis, & exorbitan-
tibus non comprehenduntur *Io. Andr. in c. 1.
ante num. 1. schism. lib. 6. Abb. in Clem. 1. in
princ. de excess. Prælat. Sarn. in prohœm. reg. d.
q. 4. num. 3. & sub num. 8. vers. Tertius casus
est.* Prout etiam facit mentionem de quacun-
que causa priuilegiata, & in specie de doti-
150 bus, quæ sunt priuilegiatissimæ * *l. 1. & ibi
DD. omnes ff. solut. matr.* & ideo omnes alij
151 priuilegiati censeri debent comprehensi * *iux.
tex. in c. qui ad agendum §. sed si aliquis, & ibi
gloss. verb. admittitur Io. Andr. sub num. 2. vers.
sed aliquo expresso Gemin. nu. 2. & alij de Pro-
cur. in 6. sequitur Dec. cons. 197. sub. num. 3.
vers. ad hoc bene facit.* Tum quia in dicta
Bulla solum reperitur exceptuata Camera
152 Apostolica, * & iura eiusdem, que est ma-
gis priuilegiata, quam minor, & pupillus,
ex quo habet omnia priuilegia minoris,
vt dicit *Redoan. de spol. Eccl. tit. de priuil. Cam.
Apost. priuil. 62. num. 68.* & plura alia, quæ per
eum enumerantur in dicto *tract. per tot.* Adeo
vt dum voluit solum excipere Cameram Apo-
stolicam videtur comprælhendisse omnes alias
153 peronas * etiam priuilegiatas *Rip. in l. 2. §.
quod si in patris num. 13. ff. solut. matr. Aym. di-
cto consil. 294. sub num. 7. vers. non arguitur*,
vbi dicit etiam quod, quando de generali dis-
154 positione excipitur aliquis casus, * in quo
mentio specialis requiritur; tunc dispositio
generalis trahitur ad omnes alios casus, in
quibus expressio specialis est necessaria post
*Gemin. in cap. licet num. 16. de offic Vicar. &
in d. cap. ad agendum §. sed si aliquis sub num. 2.
vers. Vnde excipiendo de procur. Dec. d. cons.
197. sub numer. 3. vers. Tertio ad prædictum.*
Tum, & tertio quia viuente eodem Clemen-
te VIII. vigore Bullæ per eum editæ deuen-
tum fuit ad distractionem Castrorum existen-
155 tium * penes minores, & Pupillos, quod de-
seruit pro interpretatione Bullæ, & mentis
ipsius Pontificis *l. si de interpretatione ff. de
leg. cum alijs adductis per Aym. cons. 116. nu. 2.*

Ex quibus patet non refragari *Iura*, & *Do-
ctores* in contrarium allegatos, quia vel lo-
quuntur in Constitutione personali, & pœnali
156 in quibus terminis procedit * *Text. in d. cap.
2. de delict. puer.* vbi agitur de pœna propter
delictum à Puero commissum, vt dicit *Rom.
d. sing. 316. alias 303. numer. 2. Iason. in §.
actiones num. 82. instit. de action. Marsil. sing.
362. num. 4.* Vel procedunt in simplici dispo-
sitione absque verbis, & clausulis ita præ-
157 gnantibus, * in qua non fit mentio de aliquo
priuilegiato, & agitur de materia, in qua
minores, & Pupilli sunt specialiter priuile-
giati, ita enim loquuntur *Rebuff. de litt. oblig.
art. 11. glos. 4. num. 2. tom. 1. Natt. dicto cons.
541. num. 15. & cons. 542. numer. 16. Surd. d.
decis. 47.* & alij allegati, qui etiam vt pluri-
mum se fundant in *d. cap. 2. de delict. puer.* &
ideo secundum eius dispositionem sunt intel-
158 ligendi * *Bart. in l. non solum, §. si liberatio-
nis num. 7. in fin.* & ibi *Adden. ff. de liber. le-
gat. Rom. cons. 211. num. 5.* At Bulla, de qua
agitur, est concepta verbis generalibus am-
plissimis, & geminatis, nec est personalis, seu
pœnalis, sed realis, & disponit circa mate-
riam, in qua non solum minores non sunt
159 specialiter priuilegiati, * sed æque omnibus
conuenit, & in ea plures casus priuilegiati sunt
cōprehensi, & expresse nominati, aliquis vero
exceptus, itaut propterea in casuisto non mili-
tent rationes, & autoritates in contrarium ad-
ductæ & ideo omnes minores & Pupilli de-
bent dici comprehensi ex supra allegatis.

Secundo principaliter obijciebatur, quod
scilicet huiusmodi Bulla comprehendere de-
160 beat tantum casus futuros, * & sic debita
in futurum contrahenda, non autem in præte-
ritum contracta, *iuxt. text. in cap. fin.* vbi DD.

de

de constit. ista obiectio visa fuit cessare ex le-
161 ctura ipsius Bullæ, * quæ expresse loquitur
de debitoribus præteritis, vt patet ex prohœ-
mio, ibi, *qui pecunias nostras, & S. R. E. sub-
ditis crediderunt*, & ibi *contracto varijs de causis
are alieno* & ibi, *qui bona sua pro alijs obliga-
runt*; & melius dum Papa recenset se, & suos
Prædecessores pro rebus eorum subleuandis
concessisse erectionem montium præscripta
forma soluendi fructus, & sortem certo tem-
pore extinguendi, dicit eos dictam formam
minime obseruasse. Vnde creditores sub fide
publica magno detrimento afficiebantur, &
statim subdit. *Nos hisce malis pro officio nostri
muneris occurrere, ac debita supradictorum credi-
torum inter quos plerique pauperes complures
etiam Pupilli, & Viduæ sunt, satisfactioni pro-
uidere volentes, &c.* Et in dispositiua mandat
Congregationi, vt exequi faciat, tum autho-
rum, seu antecessorum quorumcunque. Et in-
ferius idem disponit de censibus, & locis mon-
tium à dictis auctoribus, & antecessoribus
debitis. Et in *vers. Volumus etiam*, &c. decer-
nit, quod distractio impugnari non possit ex
eo, quod debita fuerint contracta per eorum
162 antecessores, &c. sed sufficiat, * quod man-
data fuerint relaxata contra bona hæredita-
ria illorum, qui debita contraxerunt, ex qui-
bus clarè patet, Summum Pontificem in di-
cta Bulla voluisse prouidere debitis præteritis,
postquam de illis expressam mentionem fecit
d. cap. fin. in fin. ibi, *nisi nominatim in eis de
præteritis de constit. Brun. de stat. quod stam. ma-
scul. art. 6. principali quæst. 15. num. 263. Socc.
Iun. cons. 21. numer. 1. lib. 1. Abb. cons. 554.
num. 6.*

Neque obstare, quod tempore emanatæ
Bullæ D. Paulus Æmilius iam ante per bien-
nium successerat in dicta medietate Castri,
& in illius possessione existebat, & ideò eius
casus non possit dici compræhensus in dicta
Bulla, quæ licèt loquatur de casibus præteri-
tis, non tamen debet extendi ad præterita fi-
nita. Quia fuit responsum, obiectum tolli ex
163 claris verbis Bullæ, * in qua non solum fuit
derogatum fideicommissis purificatis, & pu-
rificandis, necnon *Regulæ de Iure quæsito*, sed
in *vers. Volumus etiam*, expresse dicitur,
quod Barones huiusmodi bonorum distra-
164 ctionem impugnare, impedire, * vel retar-
dare non possint etiam sub prætextu, quod
ipsi sint hæredes cum beneficio legis, & In-
uentarij eorum, qui debita contraxerunt, &
quod dicta bona consecuti fuerint ex antiquis
Inuestituris fideicommissis, &c. Et vlteriùs in
pluribus locis fit mentio, quòd ad huiusmo-
165 di distractionem faciendam sufficiat, * quod
ij, qui debita contraxerunt, possederint, vel
detinuerint Castra, & quod alij postea illa
teneant, & possideant, ex quibus verbis cla-
te patet, Papam voluisse ad dictam distractio-
nem Castrorum deueniri etiam, quod alius
reperiretur in actuali eorum possessione, pon-
derando etiam, quod dum facit mentionem
de hæredibus cum beneficio legis, & Inuenta-
rij præsupponit in eis hæreditatis aditionem

l. 3. §. si quis ita, & ibi *not. Imol. & Paul. de
Castr. ff. de hæred. instit. Alexand. cons. 1. num.
6. lib. 1. Ruin. cons. 103. num. 3. lib. 3.* Itaut
non dicatur ampliùs hæreditas, sed proprium
patrimonium ipsius hæredis *glos.* & DD.
communiter in *l. 1. §. Veteres*, & ibi post alios
*Ias. num. 14. & 20. ff. de acquir. possess. l. eius
qui in Prouincia §. quod si stipulatus*, vbi idem
*Ias. num. 8. ff. si cert. pet. Bart. in l. bona num.
4. ff. de bon. possess. Paris. cons. 20. num. 1. lib.
2.* & tenuit *Rota in causa Rauennaten. hæredi-
tatis 14. Aprilis 1606. coram R. P. D. Pamphilio*
Item dicta verba *consecuti fuerint*, quæ acqui-
sitionem, & incorporationem realiter factam
166 denotant * iuxta *l. si autem §. 1. ff. de neg.
gest. & l. nisi ex magna causa ff. de minor.* &
facit text. *in l. delata*, vbi *Rebuff.* notat, quod
167 verbum *consequi* * pro acquirere, & adi-
pisci accipitur *ff. de ver. signif.* Prout etiam
alia suprascripta verba *teneant, & possideant*,
168 quæ non solum ad possessionem ciuilem, *
sed etiam ad naturalem, corporalem referun-
tur, vt in *l. stipulatio ista §. hæc quoque ff.
de verbor. oblig. & in l. possessio quoque ff. de
acquir. possess. & trad. Rebuff. in l. solutam vers.
differentiam ff. de verbor. signif.*

Tertio opponebatur, quod Bulla mandat
satisfieri creditoribus Baronum viuentium,
169 aut ipsorum Parentum, seu antecessorum, *
vel authorum, & tamen D. Valerius, qui de-
bita contraxit, erat transuersalis ipsius D.
Pauli Æmilij, qui propterea secundum pro-
priam significationem non poterat dici illius
parens, nec eius antecessor, vel author ex
alleg. sed placuit responsio, quod huiusmo-
di verba accipiuntur secundum subiectam
materiam etiam pro antecessore in officio,
vel Magistratu respectu successoris *l. ædictum
55. ff. de Iudic. l. consentaneum C. quomod. &
quand. Iud. l. vnic. ff. de offic. Præf. August.*
adeò vt in casu isto benè possit dici D. Vale-
rium, qui fuit possessor huius Castri eius res-
pectu fuisse antecessorem, seù authorem D.
Pauli Æmilij, quod etiam clarius suadetur
ex verbis Bullæ ibi. *Sed satis sit, & sufficiat
quod ij, qui debita contraxerunt, dicta bona quo-
uis modo, & titulo tenuerint, & possederint, seu
quod ipsi Barones, & Domicelli simili modo illa
teneant, & possideant*, ex quibus colligitur,
quod etiam secundum intentionem Bullæ ad
hoc, vt quis dicatur antecessor, & successor,
sufficit, quod is, qui debita contraxit, te-
nuerit bona, eaque postea alij Barones te-
neant, maximè stantibus illis verbis, ibi,
quosuis antecessores, &c. quæ sunt vniuersalia,
& comprehendunt eos, qui alias non inclu-
derentur, vt dictum est.

Quarto obiiciebatur, quod Bulla sit intelli-
genda solum de debitis, pro quibus fuerunt
relaxata mandata tempore, quo viuebant ij,
qui debita contraxerunt. Ista obiectio visa
fuit admodum friuola; quia vltra quod vi-
uente etiam ipso Valerio pro eius debito re-
periebatur relaxatum mandatum ad instan-
tiam Simonis Petronij, in dicta Bulla fit ex-
pressa mentio de mandatis relaxatis contra

170 bona hæreditaria illorum, * qui debita con-
traxerunt, & sic de mandatis relaxatis post
illorum mortem, quod etiam clarè colligi-
tur ex eo, quod eadem Bulla mandat satis-
fieri etiam legatarijs, & creditoribus ratio-
171 ne fructuum in futurum decurrendorum, *
pro quibus contra defunctum, qui debita
contraxit, mandata relaxata esse non pote-
rant, cum fructus non essent adhuc decursi,
172 & legata non nisi post mortem debeantur, *
& de manu hæredis capi debeant *cap. Ray-
naldus*, vbi *glos. verb. petendo de testam. l. tan-
quam C. de fideicom. Surd. decis.* 127. *num.* 11.

Denique opponebatur, quod Congregatio
satis censerit, Castrum, de quo agitur, non
esse in Bulla comprehensum, ex quo non in-
teruenit ædictum cum termino 15. dierum,
nec fuit venditum in vim Bullæ, sed vigore
propriæ obligationis D. Pauli Aemilij, quæ
fuit in Rota declarata nulla, & inualida.
Ista oppositio similiter visa fuit cessare ex fa-
cto, nam ex processu apparet, quod Con-
gregatio pro executione mandatorum rela-
xatorum contra bona hæreditaria bo. mem.
Valerij Vrsini, instantibus iisdem creditori-
bus, accepit possessionem dictæ medietatis
Castri Montis Rotundi, & appositis ædictis,
fecit venditionem D. Paulo Aemilio sub obli-
gatione satisfaciendi omnibus dictis credi-
toribus, & cum expressa declaratione, quod
in euentum, in quem non fuerit eis satisfa-
ctum, esset reseruata facultas Congregatio-
ni procedendi ad deliberationem dictæ me-
dietatis Castri, & ad alia remedia opportu-
na sibi benè visa pro integra satisfactione
dictorum creditorum, qui de mense Iulii
1599. videntes, quod D. Paulus Aemilius eis
non satisfaciebat, prout promiserat, vti cre-
ditores D. Pauli Aemilii, & D. Aemiliæ ob-
tinuerunt decerni, quod caperetur possessio
Montis Rotundi, & ad huiusmodi effectum
ab eadem Congregatione destinari Commis-
sarium, qui die 19. eiusdem accepit illius
possessionem vti spectantem, & pertinentem
ad D. Paulum Aemilium, & D. Aemiliam, &
te 12. Nouembris 1600. vti creditores fi-
ul D. Pauli Aemilij, & hæreditatis D. Va-
lerij obtinuerunt denuo transmitti Commis-
sarium ad Castrum Montis Rotundi ad effe-
ctum continuandi possessionem dictæ medie-
tatis Castri, alias de ordine Congregationis
adeptam. Postmodum verò quia D. Paulus
Aemilius fecerat committi causam rescissio-
nis dicti contractus cum eo facti, & restitu-
tionis in integrum, mutato consilio vti credi-
tores D. Valerij Vrsini sub die 20. Ianuarii
1601. obtinuerunt publicari ædictum pro de-
liberatione facienda medietatis Montis Ro-
tundi alias possessæ per D. Valerium, prout
fuit deliberata D. Franciotto in executionem
Bullæ pro satisfaciendis dictis creditoribus
D. Valerii cum relaxatione mandatorum
obtentorum per creditores contra bona hæ-
reditaria D. Valerii, vt legitur in instrumento
deliberationis sub die 8. Februarii 1601. ce-
lebrato cum D. Franciotto.

Ex quibus duo visa fuerunt resultare. Al-
terum, quod licet dicti creditores vnica vice
simpliciter egerint, vti creditores D. Pauli
Aemilii, & altera vice promiscue vti credi-
tores D. Pauli Aemilii, & D. Valerii tamen
ex subsequutis constat eos recessisse à dicto
modo procedendi, & posteà simpliciter egis-
se vti creditores D. Valerii, & ad instantiam
ipsorum vti creditorum D. Valerii fuit deuē-
tum ad deliberationem medietatis Castri in
vim Bullæ, tanquam de bonis possessis à D.
Valerio, & ad effectum eiusdem creditoribus
satisfaciendi, non autem fuisse actum vigore
obligationis D. Pauli Aemilii, de qua nulla
ad hunc effectum fuit habita ratio. Alterum,
quod intercedit ædictum cum termino 15.
dierum pro deliberatione facienda iuxta for-
mam Bullæ, quod licet præcesserit dictam
deliberationem factam D. Paulo Aemilio de
anno 1597. tamen bene potuit deseruire e-
tiam pro deliberatione posteà facta D. Fran-
ciotto, quia Bulla contentatur vnico ædi-
cto, & deliberatio facta D. Paulo Aemilio pe-
rindè censeri debet, ac si non intercessisset.
Nam cum Congregatio in euentum, in quem
Paulus Aemilius non satisfaceret dictis cre-
ditoribus, sibi expresse reseruauerit dictam
facultatem procedendi ad deliberationem
Montis Rotundi, & ipse Paulus Aemilius non
solū illis non satisfecerit, sed satisfacere recu-
sauerit cōmittēdo etiā causā rescissionis dicti
cōtractus, & restitutionis in integrum, statim
fuit factus locus dictæ facultati procedendi ad
deliberationem, prout fuit processum, nec eo
casu fuit opus inchoare nouum processum,
173 & reiterare acta, * sed satis fuit cum eisdem
actis continuare, & prosequi deliberationem,
gloss. in l. si expressim, & ibi *Bart. sub numer.* 1.
versic. quaero, ff. de appell. Cappel. Tholos. quaest.
114. Actus enim resolutus, & qui non ha-
174 bet effectum non præoccupat, nec innouat
Oldr. cons. 113. *num.* 3. *Tiraq. in l. Boues* §. *hoc
sermone limit.* 1. *num.* 12. *ff. de verb. signif.* quod
etiam intellexit Congregatio, vt patet ex di-
cto instrumento celebrato cum D. Franciotto,
in quo expressè dicitur, fuisse lapsum pri-
mum terminum 30. dierum, necnon vltimum
15. dierum, ac plura ædicta affixa fuisse, quæ
bene verificantur in terminis, & ædictis, quæ
præcesserunt deliberationem factam Paulo
Aemilio. Vltimum autem ædictum fuit fa-
ctum ad maiorem cautelam, vt tempus deli-
175 berationis faciendæ innotesceret, & plures
concurrerent oblatores, prout concurrerunt
licet alias ex forma Bullę nō esset necessariū.
Vnde obiectum remanet omnino sublatū, &c.

R. P. D. PENIA DECANO

Votum San. Me. Gregorij XV.
Dum erat Rotæ Auditor.

Sub die 3. Martij 1606.

MAndata relaxata contra bona hæreditaria
Valerij Vrsini poterant executari super
Castro

Castro Montis Rotundi, & Castrum potuit subhastari, pro satisfaciendis Creditoribus, qui obtinuerunt mandata, clarum est enim, quod Bulla loquitur, etiam de mandatis re-
176 laxatis contra bona hæreditaria debitoris, * & sic post mortem debitoris, vt legitur in ea, *num.13. & 23.* Clarum est etiam, quod huiusmodi mandata possunt executioni demandari, licet possessores dicant, quod sunt hære-
177 des debitoris * cum beneficio legis, vel Inuentarij, vel quòd non succedunt illi, vel illis, qui debita contraxerunt, sed quod possident ex antiquis inuestituris, concessionibus, fideicommissis, donationibus, vel ex contractibus etiam ex causa dotium, vel quacunque alia causa de iure priuilegiata; Nec potest opponi, quod mandata sint relaxata tantummodo contra bona hæreditaria debitoris,
178 quia satis est, * quòd debitor dicta bona quouis titulo, & modo tenuerit, & possederit, *vt in Bulla num. 21. cum tribus seqq.*

Non placet, quòd verba illa *parentes, & antecessores* debeant intelligi de ascendentibus,
179 quia loquitur * de quibusuis antecessoribus, quòd est intelligendum de omnibus, qui ante ipsum rem possiderunt, quia immediatè subiungit *per eos quocumque titulo habitorum, tentorum, & possessorum, vt patet in Bulla n.13. & 14.* sicut etiam videmus, quod *num.20. & 21.* loquitur de quocunque successore, etiam quòd non succedat debitori, sed bona possideat ex inuestituris, &c. ecce quod ibi considerat successorem respectu possessionis bonorum, & propterea idem dicendum, quando loquitur de antecessore, cum ista sint correlatiua, præsertim quia non est dare rationem diuersitatis, cur extraneus sit melioris conditionis, quam descendens; quando neuter est hæres, & propterea in hac materia at-
180 tendendum est, * quod ratio Constitutionis suadeat, vt dicit *Alciat. exaduerso alleg. in l. appellatione parentis in fin. ff. de verb. signif.* Accedit, quod sit esset facienda aliqua differentia inter extraneum, & descendentem, esset facienda in concedente, & fideicommittente, an illi sit ascendens, vel Collateralis, aut extraneus, prout fit in terminis *Auth. res, quæ, C. fideicomm. quæ ex aduerso alleg.* & tamen Bulla loquitur de concessione facta etiam à
181 Collateralibus, * & extraneis, vt legitur *num.26.*

Non obstat, quòd dicit, Congregationem non habuisse hunc casum pro comprehenso, quia non video quomodo hoc dici possit, cum fecerit subhastari, quod non potuisset facere, si non esset casus comprehensus in Bulla, quia non habebat aliam iurisdictionem id faciendi, quam ex Bulla.

Minùs etiam verum est, quòd fuerit subhastatum Castrum pro debito ipsius Pauli Æmilij, quia immò fuit, vt legitur in decreto Congregationis, pro soluendis creditoribus Valerij habentibus mandata decreta contra bona Valerij, & licet dicatur, quòd subhastabatur, quia D. Paulus Æmilius non soluebat dicta debita, vt promiserat, ista tamen fuit oc-

casio, non causa, quia si soluisset non fuisset subhastatum, prout etiam non fuisset facta aliqua subhastatio contra quemlibet alium, qui soluisset debitum, potuisset enim quilibet possessor, & debitor euadere subhastationem soluendo debitum ipsum. Nec potuit dici facta subhastatio pro debito Domini Pauli Aemilij, cum nullum contra ipsum præcessisset mandatum relaxatum, & probant verba, quæ dantur in *Summario* Domini Pauli Aemilij, & stante nimia contrauentione, & inobseruantia promissorum, mandarunt affigi Aedictum super medietate Montis Rotundi, pro satisfactione residui dictorum creditorum, & sic creditorum Valerij.

PERVSINA DE ALPHANIS.

Lunæ 8. Februarij 1627.

ARGVMENTVM.

Soluens dotē mulieri habet eandē actionē, quam habebat ipsa mulier, siue cessionem iurium reportauerit, siue non.

SVMMARIVM.

1 *Mulier habens omnia bona viri quo dote hypothecata potest agere contra possessores bonorum liberorum, vel contra alia bona fideicommisso subiecta.*
2 *Soluenti dotem mulieri competit eadem actio, quæ competebat mulieri.*
3 *Declara procedere si soluens obtinuit cessionem à muliere.*
4 *Amplia etiam si soluens non reportauerit cessionem à muliere.*
5 *Bona primo alienata efficiuntur libera, & imputantur in legitimam, & Trebellianicam, itaut emptor sit tutus à molestijs fideicommissariorum. Declara num. 6.*
7 *Ad præscriptionem excludendam demandum est tempus litis, & computandum à die, quo potuit agi.*

DECISIO MDCLXXXI.

Haereditas Balthassaris ascendit ad *scuta* 1540. detractiones vero legitimæ, & Trebellianicæ ad *scuta* 1700. iuxta resolutiones in hac causa factas, & sic pro fideicommisso Patris Balthassaris remanent *scuta* 1700. Cumque dictus Balthassar de anno 1594. die vltima Martij vendiderit prædium, de quo agitur Sestijs, dubitatum cum præsupposito, quod DD. Martellus, & Horatius restituerint dotem vxoris dicti Balthassaris, an competat illis actio contra dd. Sestios, & affirmatiue per Dominos fuit resolutum, quia cum esset in facultate mulieris habentis omnia bona hypothe-
1 cata * vel agere contra possessores bonorum, vel contra alia bona remanentia, & fideicom-

missio subiecta, vt per *Castr. in auth. resq. num. 11. C. comm. de leg. Eugen. cons. 54. numer. 3. Roland. cons 85. num 4. lib. 1. Paschal. de patr. potest. part. 3. cap. 7. numer. 73.* vbi quod ita est magis communis opinio aduersus *Peregr.* vt patet ex cumulatis per *Petr. de fideicom. qu. 8. num. 457.*

Sequitur, quod cum mulier fuerit satisfacta
à predictis Marcello, & Horatio ipsis compe-
2 tat actio, * quæ competebat mulieri *Curt. Iun.
cons. 59. num. 7. vers. præmissa conclusio, & nu-
mer. 8. Menoch. de arbitr. cas. 132. in fin, &
cons. 33. numer. 29. vers. non etiam repugnat, &
præsumpt. 190. numer. 20. lib. 4. Paris. cons. 5.
num. 26. lib. 2. Bursatt. cons. 179. lib. 2. Eugen.
cons. 54. num. 3. & seqq. Petr. de fideicom. q. 8.
num. 458. vers. & hoc casu Sola super Constitu-
tion. Saband. tit. de feud. vers. decreti Cost. de re-
med. subsid. remed. 6. numer. 9. Paschal. vbi su-
pra part. 2. cap. 7. num. 73. Thesaur. quæst. 84.
num. 8. & 12. vers. respondetur cum sequentibus.*
& pro hac sententia potest ponderari *Textus
in §. si vero contigerit authent. de restitution. coll.
8 & in l. si heres institutus 10. §. si heres ff. ad
Trebell.*

Non obstat, quod hæc conclusio procederet
si Marcellus, & Horatius obtinuissent cessio-
3 nem à Muliere * *Aym. cons. 493. num. 6. Pere-
gr. de fideicom. art. 42. num. 18. Odd. de fidei-
com. ex prohibitione quæst. 44. numer. 44. Fusar.
de substit. quæst. 532. num. 12.* quia communis
4 conclusio indistinctè loquitur, * nec contra-
dicunt prædicti DD. sed si dicunt tutius esse,
quod obtineatur cessio, ideo non impugnant
prædictam opinionem,

Non obstat, quod prius alienata effician-
tur libera, & imputentur in legitimam, &
5 Trebellianicam, * ita vt dicantur tuti à mole-
stijs fideicommissariorum emptores; quia hoc
6 procedit respectu præiudicij ipsius alienantis, *
vt non possit in alijs bonis eligere detractio-
nes, sed non in præiudiciũ mulieris prætenden-
tis restitutionem, vel fideicommissarij eius lo-
co agentis vt pulchrè per *Curt. Iun. d. cons. 59.
num. 8.*

Non obstat, quod Marcellus, & Horatius
sint hæredes Balthassaris, quia adiuerunt hæ-
reditatem cum beneficio legis, & Inuentarij,
quapropter cum vires hæreditariæ non suppe-
tant, possunt ex persona Mulieris agere ad di-
cta bona alienata: Ad articulum præscriptio-
nis fuit responsum non adesse sufficiens tem-
7 pus, quia est demendum tempus litis, * &
computandum à die, quo potuerunt agere,
quo dempto, & computato nullum adest tem-
pus, in quo aliqua præscriptio possit conside-
rari.

Et ita resolutum vtraque parte informante, &c.

TOLETANA IVRISPATRONATVS.

Veneris 26. Februarij 1627.

ARGVMENTVM.

Transactio facta à patre super iurepatronatus præiudicat filijs, qui in eo succedunt ex pacto, & prouidentia. Transactio ab Ecclesia facta sine solemnitatibus valet, quando Ecclesia retinet bona, licet aliquid det, vel faciat; Secus autem quando bona alteri dantur.

SVMMARIVM.

1 *Cardinalis* Sacchettus *fuit Nuntius Hispaniarum.*

2 *Sententiæ validitas patet ex reuolutione actorum.*

3 *Executio sententiæ per lapsum 30. annorum præscribitur.*

4 *Transactio est exceptio litis finitæ, & impedit ingressum causæ.*

5 *Transactionem habens pro se dicitur habere intentionem fundatam.*

6 *Hæres non potest impugnare factum defuncti.*

7 *Hæres censetur vna, & eadem persona cum defuncto.*

Transactio super iurepatronatus facta à patre præiudicat filio, qui succedit ex pacto, & prouidentia num. 8.

8 *Pater legitimus administrator bonorum filij potest transigere. Declara num. 14.*

9 *Pater potest per transactionem remittere bona, in quibus filius habet ius ad rem: Declara nu. 14.*

10 *Alienare dicitur is, qui dimittit rem possidenti.*

11 *Limita in transactione, Contrarium tenentes remissiue num. 12.*

13 *In patre magis confidit lex, quam in tutore.*

15 *Transactionem valere in dubio præsumendum est.*

16 *Validitatis præsumptio sumenda est magis fauore transactionis, quam cuiusuis alterius contractus.*

17 *Transactio in dubio præsumitur vtilis.*

18 *Actus, per quem à lite disceditur, dicitur vtilis.*

19 *Lucrari satis dicitur, qui à litibus eximitur. Declara num. 20.*

21 *Beneplacitum Apostolicum ex solo cursu temporis non præsumitur.*

22 *Transactio facta ab Ecclesia sine solemnitatibus non valet.*

23 Declara *procedere quando bona Ecclesiæ alicui dantur; Secus si Ecclesia retineat, licet aliquid det, vel faciat.*

24 *Transactio propter dubium litis euentum præsumitur vtilis Ecclesiæ etiam non probata aliter vtilitate, nisi probetur transactio super re clara, aut damnum euidens Ecclesiæ.*

25 *Ecclesia tantummodo potest dare de nullitate contractus ob defectum solemnitatum.*

26 *Alienatio rerum Ecclesiæ est nulla volente ipsa Ecclesia, nec altera pars potest illum impugnare.*

DECISIO MDCLXXXII.

SVb prætextu, quod Moniales non seruauerint conditiones appositas per Rodericum de Viuar fundatorem, & quod propterea esset locus pacto resolutiuo, de anno 1577. Rodericus iu-

nior

nior filius Ioannis relicti patroni egit coram
Ordinario Toletano, & obtinuit pronunciari,
vt obseruentur conditiones, & in defectum, vt
bona restituantur de anno 1590. cum iuspatro-
natus peruenisset ad Matthiam fratrem d. Ro-
derici iunioris fuit inita concordia, in qua qui-
busdam receptis pro se, & successoribus in pa-
tronatu nominibus prædictis Moniales ab ijs
conditionibus liberauit cum ratificatione Ioã-
nis iun. filij, & obseruantia sequuta vsque ad
annum 1623. quo tempore Anna suscitauit iu-
dicium coram Ordinario Toletano petendo
exequutionem sententiæ latæ de anno 1577. &
ipse decreuit Moniales teneri adimplere condi-
tiones intra certum præfinitum tempus, alias
dictam sententiam exequi mandauit, à quo de-
creto siue sententia cum fuerit appellatum co-
1 ram Nuntio Hispaniarum,* qui tunc temporis
erat *Illustrissimus, & Reuerendissimus D Cardinalis
Sacchettus*, is dictum decretum reuocauit per
diffinitiuam sententiam, quæ an esset confir-
manda, vel infirmanda dubitatum est, & pro
confirmatione resolutum.

Nam si inspiciamus illius validitatem, ex re-
2 uolutione actorum * satis apparet, cum omnia
substantialia iudicij fuerint seruata iuxta *Ve-
rall. dec. 260. part. 2. & dec. 678. n. 1. & 708. n. 1.
par. 2. in recent.*

Si verò inspiciamus iustitiam illa clarè elu-
cescit, sinè ponderemus caput exequutionis, si-
ue restitutionis bonorum in euentum, non im-
plementi.

Exequutio enim non poterat decerni post
30. annos à die latæ primæ sententiæ, cuius
3 exequutio erat præscripta * *Achill. dec 5. de
præscript. Lancell. de attent. par. 3. c. 23. num. 29.
& seqq. Caputaq dec. 362. n. 3. par. 2.* & pro restitu-
tione bonorũ Annæ obstat transactio inita cum
Roderico Auo, & ratificata à Ioanne patre, quia
4 transactio est exceptio litis finitæ, * & impedit
ingressum causæ *l. causas C. de transact. Bart. in
l. eleganter §. si quis vers. contra istum textum
ff. de condit. indeb.*

Quamobrem cum Moniales transactione
nitantur dicuntur habere intentionem funda-
5 tã, * vt post alios dicit *Dec. conf. 216. n. 3. Purpur.
conf. 323. num. 2.* & quamuis replicetur Annam
in hoc iure succedere ex pacto, & prouidentia
Roderici senioris, ideoque nec Rodericum iun.
auum, nec Ioannem patrem ratificando potuis-
se illi præiudicare; fuit tamen responsum, quod
vt patet ex testibus datis, Anna vtriusque est
hæres, & per consequens non potest impugnare
6 factum aui, & patris *l. cum à matre C. de rei
vindic. l. ex qua persona ff. de reg. iur.* & hæres
7 censetur vna eademque persona cum defuncto*
§. 5. auth. de ius iur. amouer i possit.

Secundo fuit ex abbundanti respõsum, quod
valuit prædicta transactio in præiudicium filio-
rum, sicuti videmus in simili, quod pater legi-
timus administrator bonorum filij potest tran-
8 sigere, * vt est tex. à contrario sensu in *l. de re
ff. de transact. & ibi Gloss.* in *verbo habuit*, quam
communem dicit *Caccialup. in tract. de transact.
q. 7. Pinell. in l. 1. par. 3. num. 45. C. de bon.
mater. Bald. conf. 443. in fin. lib. 1. Bertrand.
conf. 18. num. 6. lib. 1. & conf. 161. num. 15.
& conf 228. num. 5. lib. 8.* Et quod Pater pos-
9 sit per transactionem remittere bona, * in qui-
bus filius habet ius ad rem probatur ex *Bald. in
l. 1. num. 2. C de bon. Mater.* vbi vult, quod pos-
sit facere pactum de non petendo, præcipue
quando dominiũ non est liquidum, nam, & si in
alijs contractibus dimittens rem possidenti di-
10 catur alienare, * tamen speciale est in transa-
11 ctione, quod dimittens non alienet * *Bald. in
cap. 1. de controuers. inuest inter dom. & agnat.
in fin.* dicens hoc esse notatu dignum, & post
alios *Tiraquell. de retract. lig. §. 1. gl. 14. n. 66.*
quibus potest addi *Bero. conf. 68. num. 55. &
conf. 176. num. 32. vol. 1.* quæ conclusio licet
12 habeat suos contradictores, * vt per *Tiraquell.
ibidem* bene tamen potest procedere in tutore,
& Prælato Ecclesiæ, qui non habent tantam
authoritatem, quantam habet pater in bonis
13 filij, cum de eo magis confidat lex, * quam
de tutore *Ias. in l. filius fam. col. fin. §. qui sa-
tisd. cog. & in l. si præses C. de transact. Bertrand.
d. conf. 161. num. 15. Aym. conf. 74. nu. 1. Pinell.
d. par. 3. num 23.*

Et quamuis ista procedant, quãdo pater pru-
14 denter, & vtiliter gerit pro filio * ex *l. genera-
liter §. negotia C. de secund. nupt.* & facit *tex. in
l. 1. C. de bon. mater. l. præses C. de transact. Bald.*
in specie *conf. 448. in fin. vol. 1.* vbi inquit tunc
demum transactionem sustineri, si caute, &
vtiliter fecit *Natt. conf. 543. num. 40. Pinell. in
d. l. 1. par. 3. num. 46. vers. in praxi autem.*
Nihilominus fuit primo consideratum, quod
in dubio præsumendum sit transactionem va-
15 lere, * & sustinere *cap. finem litibus de dol. &
contum Bero. conf. 176. num. 15. col. 1.* vbi sub-
dit hanc præsumptionem sumendam esse ma-
16 gis fauore transactionis, * quam cuiusuis al-
terius contractus *Roland. conf. 2?. num. 10.
lib. 4. Cephal. conf. 24. in fine*: Quodque in
17 dubio etiam præsumatur vtilis * tradit *Butrius
inc. penult. num. 13. vers. not. glos. de empt. &
condit. Alex. conf. 222. num. 12. lib. 2. Bero. d.
conf. 176. num. 28. Rolan. conf. 15. num. 51.
lib. 1.* Secundo fuit consideratum, quod eo
18 ipso actus est vtilis, * quando à lite disceditur
ad *l. si ea C. de vsur.* vbi quod satis dicitur lu-
19 crari, qui à litibus eximitur * *gloss. in c. pe-
nult. in v. restituerunt vers. & est ratio de empt.
& vend.* quæ conclusio licet vera videatur in
20 reo, non in actore, iunctis tamen his, quæ in
tertia consideratione dicentur potest in actore
procedere. Tertio fuit animaduersum, quod
pacta erant ad fauorem Roderici Sen. quod
omnes Moniales gratis recipiantur. Secundo
quod non exeedant numerum viginti; Tertio
quod nullum possit fieri ædificium de nouo
propter reparationes. In transactione autem
moniales, vt dictum est, dederunt medietatem
eiusdem molendini Roderico, & futuris pa-
tronis, & se obligarunt singulis in futurum
patronis successiuè recipere vnam illorum fi-
liam gratis si firma in reliquis remaneant iura
sepulturæ, & alia concessa. Vnde ambigi non
potest, quin recessus ab hac lite fuerit vtilis,
tum propter prædicta, tum etiam, quia poterat
con-

controuerti, an Rodericus patronus potuerit ex interuallo apponere illas conditiones, cum in fundatione facta de anno 1525. reseruauerit sibi facultatem faciendi Constitutiones cum auctoritate Apostolica, quas postea fecit anno 1540. & de anno 1576. fuit mota lis contra Moniales super inobseruantia. Quare licet fuerit lapsum tempus 30. annorum, nihilominus cum non adsit obseruantia, non potest præsumi Beneplacitum Apostolicum ex solo cursu tem-
21 poris* *Abb. in c. Albericus num. 6. & addit. ad Felin. ibidem num. 3. de test. Alex. cons. 12. n. 7. & cons. 17. num. 9. lib. 4. & cons. 215. num 10, lib. 6. Socc. cons. 29. num. 20. lib. 1. & cons. 153, num. 54. & cons. 266. num. 34. lib. 2.* & fuit pluries dictum.

Non obstat, quod ista transactio fuerit facta sine solemnitatibus, quæ sunt necessariæ etiã
22 in transactione* *Fæderic. de Sen. cons. 94. Aym. cons. cons. 323. num. 1. vers. dico quod Prælatus.* Nam fuit responsum, quod hoc est verum, quando bona Ecclesiæ alteri dantur, * se-
23 cus si Ecclesia retineat, licet aliquod det, vel faciat *Bart. in l. nulli num. 2. ff. de transact. Pinell. in l. 3. p. 1. num. 4. C. de bon. mater. vers. aduerto etiam Rolan. cons. 15. nu. 43. lib. 7. Rum. cons. 129. num. 3. lib. 1.* & propter dubium li-
24 tis euentum præsumitur* vtilis Ecclesiæ etiam non probata aliter vtilitate, nisi probaretur transactio super re clara, aut damnum euidens Ecclesiæ *Anchar. cons. 136. circa med. vers. item etiam Gemm. cons. 129. num. 3. vers. præterea, & sub n. 4. vers. & ad allegata*, & fuit late deductum in causa *Nullius Cestri Montis Pentij 9. Martij 1580. coram Brauo* quæ est *dec. 582. nu. 1. & 2 p. 1.*

Minus etiam obstat, quod saltem respectu Molendini à Monialibus traditi requirerentur
25 solemnitates, * quia sola Ecclesia potest dare de huiusmodi defectu *Abb. in c. diuersis Fallacijs num. 5. de Cler. coniug. Ruin. cons. 35. num 31. lib. 1. Crescen. dec. 1. de locat.* & fuit dictum in causa *Romana domus* 4. *Decembris 1592. coram bo. me. Card. Mantica.*

Alienatio enim rerum Ecclesiæ est nulla, Ecclesia volente, nec altera pars potest
26 impugnare, * & fauore Ecclesiæ contractus claudicat *Innoc. Io. And. Butr. & alii in c. 1. de his, quæ fiunt à Prælat. sine consensu Capituli*, & fuit nuper resolutum in causa *Romana Census vitalitij coram R.P.D. meo Merlino.* Cessat itaq; omnis difficultas, quia à die transactionis, vsque ad diem vltimæ motæ litis interuenerunt triginta ann. vna cum obseruantia; vndè præsumuntur solemnitates ex supra deductis.

Et ita conclusum vtraque parte informante &c.

Præsens decisio fuit in parte confirmata die 24. Nouembris sequentis, & reuocata die 11. Februarij 1628. & postea confirmata die 29. Ian. 1635. & subsequenter declarata die 3. Decembris 1635. & coram Merlin. decis. 802.

FLORENTINA IVRISPATRONATVS.

Lunæ 1. Martij 1627.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus probatur ex litteris Pontificis confirmatorijs donationis illius in quibus tenor donationis narratur.*
2 *Præsentationes dicuntur habuisse effectum, cum vnus per obitũ, & cessionem alterius fuit prouisus.*
3 *Obseruantia donationis plurium beneficiorum probatur ex præsentationibus ad aliqua beneficia effectum sortitis.*

DECISIO MDCLXXXIII.

Ad probandum Iuspatronatus fuerunt exhibitæ litteræ Alexandri Sexti confirmatoriæ donationis Iuspatronatus, de quo agitur, quæ
1 videntur probare, * cum in ipsis tenor donationis narretur ex adductis per *Rot. dec. 36. num. 1. & seqq. par. 2.* & donatio habuit effectum, quia vacante hac Ecclesia de anno 1552. fuit præsentatus quidam Saluaticus, qui anno 1569. cessit d. Ecclesiam, & per illius cessionem ad præsentationem Patronorum fuit prouisus Ia-
2 cobus, * per cuius obitum de anno 1578 fuit prouisus Petrus Andreas, & ab hoc anno vsque ad annum 1598. non dantur prouisiones ad præsentationem, sed de d. anno fuit præsentatus Ioannes de Lotiis, per cuius obitum Ecclesia vacauit de anno 1624. & Patroni præsentarunt, & præsentatio dedit causam liti; Vndè negari non potest, quin prædictæ præsentationes habuerint effectum, cum vnus per obitum, & cessionem alterius fuerit prouisus iuxta vulgatum *cons. Odrad.*

Neque obstat, quod à d. anno 1578. vsque ad annum 1598. non dentur præsentationes,
3 quia dantur præsentationes ad alia beneficia * contenta in eadem donatione; Vndè bene arguitur, quod ista deficientia non sit talis, quæ obstet, cum quoad reliqua beneficia adsit obseruantia per dictum tempus 20. annorum.

Fuit tamen reseruatum videre, an constet de Iurepatronatus illorum, qui donarunt, & An instet præsumptio vsurpationis in donatoribus, cum sint Parochiani, nam litteræ Alexandri probant tantum donationẽ, An autem inde resultet probatio Iurispatronatus illorum, qui donarunt erit videndum.

Et ita conclusum vna tantum parte informante.

Præsens decisio fuit confirmata die 8. Nouembris sequentis.

ARI-

ARIMINEN. BONORVM.

Veneris 5. Martij 1627.

ARGVMENTVM.

Libellus quando censeatur restrictus ad Saluianum vel non. Possidens iure pignoris non potest deuenire, nec præstare consensum, vt deueniatur ad subhastationem, nec facit fructus suos, sed tenetur illos imputare in sortem.

SVMMARIVM.

1 *Possidens vigore Saluiani non potest sine licentia Principis venire ad subhastationem.*
2 *Libellus censetur restrictus ad solum Saluianum concurrentibus ijs, de quibus ibi.*
3 *Libellus à voluntate libellantis interpretationem recipit.*
4 *Narratiua emanata in commissione plene probat.*
5 *Scriptura per productionem censetur approbata.*
6 *Narratiua commissionis emanata à Procuratore non habente speciale mandatum præiudicat principali, qui postea eam produxit.*
7 *Saluiano agere aliquem voluisse censetur, dum solummodò probauit detentationem partis, cum Saluianum sola possessione contentetur.*
8 *Hypotecaria plenam dominij probationem requirit.*
9 *Mulier agens ad restitutionem dotis potest licite deuenire ad alienationem bonorum in fideicommisso comprahensorum, & sic ad illorum subhastationem.*
10 *In alienatione bonorum fideicommisso subiectorum vigore* Auth. res quæ *non solum requiritur decretum Iudicis, cui debet plenè constare non adesse alia bona libera, sed etiam debent citari fideicommissarij.*
11 *Declarationi possidentis circa causam, & titulum suæ possessionis standum est.*
12 *Maximè concurrentibus alijs de quibus ibi.*
13 *Declaratio facti est maior qualibet declaratione.*
14 *Declaratio, quæ sit adminiculata, non potest dici facta in fraudem, & præiudicium alicuius.*
15 *Hæres grauatus sub conditione potest sua vita durante disponere de rebus fideicommisso subiectis.*
16 *Contrarium per viam voluntatis, quæ confert effectum dispositionis post mortem.*
17 *Bona alienata per grauatum imputantur in legitimam.*
18 *Trebellianica potest prohiberi etiam filijs primigradus.*
19 *Possidens rem loco pignoris non potest consentire illius subhastationi, & si consensit, consensus nullum parit effectum.*
20 *Habens pignoris possessionem si vendat proprietatem non tenet venditia.*
21 *Qui habet obligatum vsumfructum si sibi non soluitur non potest vendere proprietatem.*
22 *Transactio non debet extendi ad limites diuersos, sed debet restringi.*
23 *Possidens ex titulo valida subhastationis facit fructus suos.*
24 *Possidens vigore Saluiani fructus percepti imputat in sortem, & n. 26. Amplia vt 11.*
25 *Bona fides cessat à die mota litis.*

DECISIO MDCLXXXIV.

CVm sub die 8. Iunij 1616. circumscripto resolutionis effectu, fuisse firmatum, Lucretiam non se restrinxisse in libello ad solum Saluianum: Dubitaui, An præsupposita huiusmodi resolutione recedendum esset *à decisis sub die 4. Martij* 1622. & Domini negotio pluries discusso, perstiterunt in resolutis, quia nimum adhuc remanet fundamentum, quod cum Lu-
1 cretia possideret vigore Saluiani, * non potuit sine licentia Principis venire ad subhastationem *Eugen. cons. 65. num. 85. Rot. diuers. dec. 43. num. 2. vers. neque de iure par. 1. Seraph. decis. 1100. num. 1.*

Non obstat, quod in Libello non se restrinxerit ad solum Saluianum, quia, ex postea
2 gestis; & primo ex narratiua commisionis cautæ, & illius remissionis ad Gubernatorem Ariminen. ibi *prædictæ exponenti volente contra eos iudicio Saluiani interdicti agere*, euidenter constat de illius intimatione, & voluntate prosequendi dumtaxat Saluianum, quod sufficit,
3 cum Libellus * ab ipsius voluntate interpretationem reciperet *l. si quis intentione, & ibi Bart. ff. de iudic. l. inter stipulantem §. si Stichum ff. de verbor. obligat. Papien. in form. libell. act. Real. in gloss. saluo iure n. 3.*

Nec potest dubitari, quin huiusmodi narratiuæ sit plena fides adhibenda, cum emana-
4 uerit in commissione * ad *Text. in l. cum præcum C. de lib. caus.* & ab eadem Lucretia per
5 productionem Breuis, * in quo continebatur, plenius fuerit approbata *Bart. in l. post legatum ff. de his quibus vt ind gn. Bald. in l. scripturæ in princ. C. de fid. Instrum. Dec. in cap. cum super num. 23. de offic. delegat.* quos sequitur *Rot. ad S. mem. Gregori. 85. num. primo.* Vnde dici non potest, quod tanquam emana-
6 ta à Procuratore non habente ad id speciale * mandatum Lucretiæ præiudicare non potuerit.

Secundo idem etiam intelligitur ex actis, in quibus cum fuerit solummodo probata deten-
7 tio Ioannis Pauli, * non autem dominium Matthæi, euidenter constat, quod Lucretia voluit agere Saluiano, quod sola possessione contentatur *Rot. dec. 34. num. 2. parc. 2. diuers.*
8 Non autem hipothecaria, * quæ plenam dominij probationem requirit *Soccin. cons. 112. num. 7. lib. 4. Negusant. de pignor. 3. mem. 4. partis num. 26.*

Nec dicatur, quod subhastatio non processit in vim iudicij, sed in executionem concordiæ, quæ iudicium supressit, quia aduertendum est, quod cum in casu isto effectus concordiæ fuerit remouere obstaculum, quod Ioannes Paulus opponebat actioni per Lucretiam intentatæ in Saluiano, sequitur, quod remoto per concordiam huiusmodi obstaculo, actio effectum suum sortita sit, & in consequentiam capta possessio vigore Saluiani, &

sic

ſic in illius continuationem ſubhaſtatio emanauit; ſicuti nec minus dici poteſt, quod cum Lucretia ageret ad reſtitutionem dotis, potuit
9 licite deuenire ad alienationem bonorum * in fideicommiſſo compræhenſorum, & ſic etiam ad illorum ſubhaſtationem per *Auth. res quæ C. com. de leg.* quia quicquid ſit de hoc, in quo tamen requirebatur non modo decretum Iu-
10 dicis, * cui debebat plene conſtare non adeſſe alia bona libera, in quorum deffectu datur remedium dictæ *Auth.* tanquam ſubſidiarium, ſed etiam debuiſſent citari fideicommiſſarij, quorum neutrum factum fuit in caſu iſto; Tollitur omnis difficultas, quia Lucretia non egit hoc remedio aduerſus fideicommiſſarios, ſed dedit libellum contra tertios poſſeſſores, aduerſus quos dici non poteſt, quod egerit remedio dictæ *Auth. res quæ*.

Nec obſtat, quod cum Ioannes Paulus poſſideret iure legati dictum Prædium Sancti Patrignani illius conſenſus ad ſubſtinen. ſubhaſtationem ſufficeret, Quia fuit reſponſum. Primo quod ex ipſiuſmet Ioannis Pauli con-
11 feſſione iurata contrarium conſtat, * videlicet, quod ipſe non poſſidebat dictum Prædium iure legati, ſed iure pignoris, nempe pro alimentis ſibi relictis à Scipione Patre naturali fideicommitente ibi: *Entrai in poſſeſſo della Poſſeſſione di S. Patrignano per aſſicurarmi di poter conſeguire detti alimenti, e non per altra raggione*, cui declarationi in hoc ſtandum eſt vt per *Alex. conſ. 126. ſub numer. 4. verſ. quin imo lib. 7. Corn. conſ. 77. ſub numer. 2. lib. 3. Aym. conſ. 197. num. 4.* tenuit *Rot. apud S. M. Gregor. decis. 460. num. 17.* & ratio eſt, quia in ijs, quæ pendent ab animo facientis actum ſtatur eius declarationi *gloſſ. in §. ſed aliæ inſtit. de act. Bart. in l. Pomponius ff. de neg. geſtis, & S. M. Greg. in dicta deciſ. 460. num. 13.*

Quæ declaratio corroboratur ex tenore cõ-
12 cordiæ inter eumdem Ioannem * Paulum & Lucretiam initæ ibi: *Purche al Signor Giò; Paolo ſiano aſſegnati in prima gl' alimenti laſciatili dal detto Scipione*, & ibi, *ſe prima non ſaranno da Monſignor Garzone li ſuoi alimenti, &c.* Vnde ex hoc colligitur, prætenſionem Ioannis Pauli ſolummodo reſpexiſſe dicta alimenta, & ſic tanto facilius præſumendum eſt in dictam cauſam poſſediſſe, maxime cum illis receptis dictum prædium ceſſerit, ex quo conuenit etiam
13 declaratio facti, * quæ maior eſt qualibet declaratione *c. dilecti filij, vbi gloſſ. in verbo facto de appellat. Anchar. an. conſ. 321. numer. 3. Rot. apud S. M. Gregor. d. 247. num. 18.*

Et plurimum etiam ſuffragantur litteræ Gubernatoris Ariminen. tranſmiſſæ ad Præſidem pro confirmatione, & auctoramento eiuſ-
14 dem concordiæ, * in quibus expreſſe dicitur. *Poſſedendo il Sig. Gio. Paolo vna poſſeſſione fuori & vna caſetta dentro alla Città per li alimenti laſciateli in Teſtamento dal Padre &c.* Ex quibus ſimul iunctis ſaltem ita adminiculatur prædicta eiuſdem Ioannis Pauli declaratio, vt non debeat dici ex poſt facta in fraudem, & præiudicium alicuius.

Secundo fuit ex abundanti reſponſum, quod dato etiam ſine veri præiudicio, quod Ioannes Paulus poſſediſſet tanquam legatarius Matthæi, attamen non ideo fuit ipſi ius aliquod dominij acquiſitum in dictis bonis, quia legatum nullatenus ſubſtinebatur, quamuis enim Mattheus tanquam hæres grauatus ſub conditione
15 * potuiſſet, ſua vita durante, diſponere de rebus fideicommiſſo ſubiectis per *Text. in l. generaliter §. ſub conditione ff. qui & quibus*, & latè *Peregrin. de fideicom. art. 40. num. 6.* tamen
16 ſecus eſt per viam vltimæ voluntatis, * quæ confert effectum diſpoſitionis poſt mortem, & ſic in tempus prohibitum, in quo erat iam purificatum fideicommiſſum ad fauorem vocatorum, in quorum præiudicium diſponere non potuit *Alex. & alij in l. Marcellus §. res quæ num. 4. in fin. ff. ad trebell.* late idem *Peregrin. loco ſupra citato num. 43. verſ. quamuis in inſtitut.* ibi plures cumulat.

Nec ratione detractionum huiuſmodi legatum poterat ſubſtineri, quia quoad legitimam
17 debitam Matthæo * in bonis Scipionis Patris fideicommittentis idem Matthæus tot bona alienauerat, quæ omnem illius portionem abſorbebant, quam ſemper alienans elegiſſe cenſetur ad tradita per eundem *Peregr. art. 39. num. 4. & per tot.* & *num. 9. verſ. Quia* vbi dicit hanc ſententiam ſibi ſemper viſam fuiſſe de mente Iuris, & conſumptio legitimæ ſaltem ad ſummam ſcutorum 10. m. quæ videtur reſultare ex computis, quæ dantur, redditur admodum veriſimilis & hæredes Matthæi hæreditatem tanquam damnoſam repudiarunt; Trebellianica vero, quæ ſecundũ opinionem Rotæ,
18 filijs etiam primi gradus poteſt prohiberi * ex voluntate Teſtatoris non erat detrahenda; vnde quicquid ſit de ſtylo illarum partium, de quo non conſtat, non eſt de illa agendum, & ideo ſuppoſito, & ſine veri præiudicio, quod tota hæreditas aſcendat ad ſcuta 25. m. vtique conſumptio ſcutorum 10. m. ſatis ſuperq. abſorbet portionem legitimæ.

Et ſic firmum remanet, quod Ioannes Paulus poſſidebat loco pignoris in cauſam alimentorum non autem iure alicuius dominij, &
19 ideo nullatenus potuit conſentire * prædictæ ſubhaſtationi, vel ſi conſenſit, conſenſus nullum potuit operari effectum, vt in terminis de mero poſſeſſore, quod illius conſenſus nihil operetur in diſtractione proprietatis eſt *text. in l. 1. C. ſi pign. dat. ſit* in *verſ. ſed ſi nec*, vbi quod ſi habens pignoris poſſeſſionem vendidit pro-
20 prietatem * non tenet venditio *Bartol. in l. ſi is qui §. iura prædiorum in fine ff. de pignor.* vbi quod
21 qui habet obligatum vſumfructum, * ſi ſibi non ſoluitur, non poteſt vendere proprietatem.

Nec obſtat, quod in tranſactione ſubſequuta videatur fuiſſe appoſita huiuſmodi ſubhaſtatio, quia ex lectura eiuſdem tranſactionis contrarium conſtat, ex quo fuit reſtricta ad ſummam controuerſam ſcutorũ 437. & viſa fuit ſublata omnis difficultas ex pacto expreſſo ibidem appoſito, *che fra loro nõ giovi, ò noca, ſe non al preſente negotio, &c.* vnde non eſt contra voluntatem tranſigentium expendenda ad res diuer-
22 ſas, * ſed eſt reſtringenda intra limites præſcri

scriptos *l. si de certa C. de transact. Gabr de reg. iur. concl.4. num.21. Rot apud f.m.Greg. dec.258. & dec.29. num.4. par.1. recent.* & fuit dictum in *d. decis. sub dicta die 4. Martij coram me*, sicut etiam ex iisdem rationibus excluditur, quod huiusmodi prædium Sancti Patrignani sit compræhensum in laudo anni 1599. lato per Gubernatorem Ariminen. cum dictum laudum sit restrictum ad eandem summam, circa quam in vim dicti Laudi emanauit præfata transactio.

Minus obstat, quod dicta subhastatio facta de anno 1593. videatur confirmata, siue approbata per sententiam eiusdem Gubernatoris Ariminen. de anno 1599. quia immò ex illius tenore manifestè excluditur, quia in illa declaratur creditum dotis Lucretiæ ascendere respectu sortis ad summam scutorum 4500. nec in diminutionem illius imputatur dictum prædium S. Patrignani subhastatum pro sc.1500. signum euidens, quod subhastatio habita fuit pro nulla, & imperfecta, quia si pro valida habita fuisset, dicta summa scutorum 1500. fuisset imputata in diminutionem sortis, ac si creditum fuisset taxatum solummodo ad summam scutorum 3. m. non autem 4500. Secundo quia in illa pariter declaratur fructus perceptos ex bonis hæreditarijs computandos in creditum eiusdem Lucretiæ, quod non modo excludit prætensam confirmationem subhastationis, ex eo quia si illa fuisset habita pro valida, non fuisset necesse imputare fructus in extinctionem sortis, cum Lucretia tanquam possidens ex titulo validæ subhastationis fecisset
23 fructus suos,* ad *text. in l. fructus C. de act. empt.* sed apertè nobis declarat, quod semper fuit suppositum, Lucretiam possedisse vigore
24 Saluiani,* ex quo ex dispositione iuris fructus computantur in extinctionem sortis, vt late *Statil. Pacif. de Saluian. inspect. 4. cap. 1. num.28.*

Nec tandem dicatur, quod quicquid sit de validitate subhastationis, hodie agatur ad effectum acquisitionis fructuum, sufficit DD. de Ricciardellis bona fide possedisse, ne teneantur illos imputare in sortem, quia aduertendum est primo, quod huiusmodi bona, fides
25 cessauit* à die motæ litis de anno 1598. immo in totum fuit sublata per dictam sententiam Gubernatoris Ariminen. de anno 1599. in qua DD. de Ricciardellis condemnantur expressè ad imputationem fructuum perceptorum ex bonis possessis in extinctionem sortis, inter quæ bona non controuertitur, quod non fuerit Prædium S. Patrignani, de quo agitur, Secundo fuit consideratum, quod cum ex supra deductis Lucretia, & successiuè DD. de Ricciardellis, ab illa causam habentes, possederint vigore Saluiani, in quo ex dispositione legis
26 fructus percepti * imputantur in diminutionem sortis vt fuit dictum, bona fides non suffragatur pro acquisitione fructuum, cui lex expressè resistit, vt magistraliter *Bartol. in l. sed etsi §. si ante num.4. & ibi adden. ff. de petit. hæredit.* & hanc tanquam communem opinionem *Doctorum* sequuta est *Rota in causa Auximana Spolij 3. Decembris 1610. coram R.P.D. meo Pirouano* quæ est *decisio 320. num.4. par.2. recent.*

Et ita conclusum vtraque parte informante, &c.

Præsens decisio fuit confirmata die 23. Februarij 1628. & 28. Iunij sequentis.

ROMANA CENSVS.

Veneris 5. Martij 1627.

ARGVMENTVM.

Exigibilitatem census cessi promittens ad quid teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Inexigiblitas præsumitur considerata vel tempore cessionis, vel de tempore dationis in solutum, vel de tempore primæ solutionis.*
2 *Exigibilitatis promissio dicitur adimpleta, ex quo census insolutum datus fuit solutus per spatium 12. annorum. Amplia num.3.*
3 *Verba in euentum possunt referri vel ad tempus præsens, vel ad futurum habens causam de præterito.*
4 *Exigibilitatis census vnico momento non nascitur, sed tractu temporis successiuè apparet.*
5 *Exigibilitatis obligatio non debet trahi ad perpetuitatem.*

DECISIO MDCLXXXV.

Domini recesserunt à resolutis sub *die 22. Aprilis 1622. coram me*, quia ex noniter ponderaris visum fuit, obligationem Marsilij, & Iusti facta in euentum alicuius in exigibilitatis non extendi vltra terminos illius inexigibilitatis, quæ poterat considerari vel de tempo-
1 re cessionis, * & dationis insolutum, de qua præsumitur contrahentes intellexisse ad regulã *tex. in l. si nomen ff. de hered. & act. vend.* quam latè in puncto *Becc. in cons. 105. num.43. & seq. lib.1* vel de tempore primæ solutionis, quæ debebat subsequi, vt in terminis ponderauit *Rota in Romana societatis officij 4. Ian. 1604. coram Corduba*, & *in Romana censûs 13. Iunij 1594. coram Orano*, Vndè cum ex solutionibus subsecutis etiam per spatium 12. annorum euiden-
2 ter constet census datos insolutum * non solum fuisse exigibiles de tempore dotationis, sed etiam post sufficit ad hoc, vt dicatur adimpleta promissio exigibilitatis *Becc. d. cons.105. numer.25. & seq. dicta Rota in Romana societatis coram Corduba*, & *in illa Romana censûs coram Orano*, & sic in consequentiam obligatio in euentum alicuius inexigibilitatis.

Non obstat, quod verba illa *in euentum habeant tractum temporis successiuum* non possint referri ad tempus dationis insolutum, seu obligationis, sed videantur reddere obligationem perpetuam, quia fuit responsum, primo quod dicta verba non semper habent tractum tempo-ris,

ris, sed quandoque possunt referri ad tempus
3 præsens, * siue ad tempus futurum, quod tamen habeat causam de futuro, vt patet, quia poterat esse vt de tempore obligationis census esset inexigibilis, & tamen id non posset probari nisi per tractum temporis, secundo quia fuit responsum, quod dato etiam sine veri præiudicio, quod dicta verba importarent in casu nostro tractum successiuum, attamen iste tractus in futurum satis quæratur respectu illius temporis, quod erat medium inter diem obligationis, quo cadebat prima solutio fructuum census iuxta formam Bullæ Pij V. vel respectu illius temporis, quo per duos, tres, vel quatuor annos debebat census exigi ad hoc, vt iuxta promissionem census diceretur exigibilis, cum huiusmodi exigibilitas vnico
4 momento * non nascatur, sed tractu temporis successiuo apparet, vt in *l. sciendum §. si fundus ibi Ang. in princ. ff. qui satisd. cog.* & alijs cumulatis in *Romana societatis officij, & in dicta Romana census*, ideoque cum iste tractus posset in prædictis iustificari, non debet trahi in
5 futurum, * cui natura dationis insolutum promissionum interpretario, & verisimilis mens contrahentium resistit, vt bene ponderat *Becc. d. cons. 105. num. 11.* vbi dicit non esse verisimile quemquam esse adeo stupidum, vt voluerit perpetuo teneri ad exigibilitatem crediti, dari insolutum, vltra quod hoc esset diuinare, & habere relationem ad incognita, quod est absurdum, vt ponderat *Rota in dicta Romana Societatis officij 4. Ianuarij 1604. coram Corduba.*

Et ita &c.

IANVEN. SEPARATIONIS THORI.

Lunæ 8. Martij 1627.

ARGVMENTVM.

Non tutus accessus ex quibus probetur. Processus per edictum ob non tutum accessum quomodo fabricetur.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria datur executorialibus legitimè intimatis, & seruatis quatuor terminis solitis ac non docto de paritione.*
2 *Contumacia est voluntaria inobedientia, qua quis monitionem Iudicis implere contemnit.*
3 *Per edictum de iure canonico non potest procedi absque speciali commissione Papæ, secus de iure ciuili.*
4 *A. C. Vigore suarum facultatum procedit per edictum.*
5 *Per edictum tunc potest procedi, quando constat de non tuto accessu.*
6 *Non tutus accessus probatur ex testibus deponentibus se credere esse impossibile vel saltem non tutum extare partem in domo.*
7 *Nō tutus accessus probatur ex testibus singularibus, imo ad probandum non tutum accessum sufficit informatio summaria num. 7.*
8 *Non tutus accessus dicitur, quando citationes non possunt exequi sine licentia Principis Secularis,*
9 *Per edictum vt legitimè procedatur, debent fieri citationes in duobus locis publicis in Curia, & duobus alijs vicinis in partibus, etiam quod non sit de vicinioribus & citationes debent affigi, legi, & dimitti affixæ per aliquot horas in Valuis Ecclesiæ Maioris.*
10 *Citationes per Edictum quando non adest tutus accessus in Ciuitate Beneuentana fiunt in Ciuitate Velicerna.*
11 *Et quando non adest tutus accessus in Ciuitate Ianuensi fiunt in Ciuitate Montis Falisti, & Aquependij & num. 9.*

DECISIO MDCLXXXVI.

Fvit resolutum dandam esse declaratoriam aduersus D. Barbaram nisi paruerit infra mensem, quia cum executoriales fuerint legitimè
1 intimatæ prout requiritur * *Innoc. in c. fin. nu. 3. vers. dias autem eo qui mit. in poss. Rom. cons. 482. num. 5. Ros. decis. 15. de sent. excom. in antiq. Felin. in c. cum ei nu. 14. de appellat.* & postmodū fuerint seruati quatuor termini de stylo Rotæ consueti ad trad. per *Felin. in c. Rodulphus num. 41. de rescript. Vestr. in prax. lib. 8. cap. vlt. num. 19.* & illam paruisse non constet, non potest euitari contumacia, quæ nihil aliud
2 est * quam voluntaria inobedientia, qua quis monitionem Iudicis implere contemnit *l. contumacia in verbo contumaces ff. de re iudicata*, & ex illa datur declaratoria *Mar. Soccin. in c. nulli num. 7. de sent. excom. Abb. in c. p. num. 10. de Iud. Cassad. decis. 5. num. 7. de constit.*

Quod autem executoriales fuerint legitime intimatæ satis patet, quia cum fuerit processum per ædictum adest sufficiens iurisdictio, adsunt causæ, ob quas poterat ita procedi, & fuerunt plene, & processus fuit legitime factus. Quantum enim attinet ad iurisdictionem adest sufficiens commissio. Nam per ædictum de iu-
3 re Canonico * vigore *Clem. dudum de Iud.* non potest procedi absque speciali commissione Papæ, vt notat *glos. ibid. in verbo Papa cum duabus gloss. sequentib. Felin. in c. quoniam frequenter num. 17. vers. circa gloss. num. 14. vers. cæterum si loquimur vt lit. non constet. Rota decis. 8. in addit. de dol. & contum. in nou. Vant. de null. ex defect. cit. n. 125. fol. mihi 210. column. 2.* licet secus sit de iure ciuili, quia Iudex Ordinarius potest procedere *Auth. qui semel C. quomod. & quando Iud. Felin. loco allegat. numer. 13. & sequent.* & A. C. etiam procedit vigore sua-
4 rum facultatum, * vt dicit *Salust. Tiber. in prax. lib. 2. cap. 16. num. 1.*

Quantum vero ad causas, ex quibus poterat per ædictum procedi illæ sunt expressæ in cōmissione videlicet constito de nō tuto accessu
5 * quemadmodum de iure requiritur *Clement. 2. de Iud. Bart. in extraueg. ad reprimendum in verbo per adictum in princ.* & satis probatur, quia
6 sufficit ad hunc effectum, vt testes deponant, * se credere esse impossibile, vel saltem non tutum

tum citate partem in domo *Rot. dec. 22. nu. 2. de rescript. in antiq.* vbi quod ita seruatur in Rota *Adden. ad decis. 5. num. 3. & 4. de rescript. in nou.* Vbi quod sufficiunt etiam testes singu-
7 lares, * & satis est informatio summaria *Bart. in d. estrauag. ad reprimen. in verbo per ædictum num. 4. vers. puto tamen*, & Rota tunc dicit accessũ non tutum quando citationes non possunt
8 exequi sine licentia Principis secularis, * quod vulgo dicitur *sine placet*, quod vltimum est satis notorium, & indubitatum; & in omnem euentum priora etiam requisita probantur ex testibus, quorum copia data fuit in *s. mm. num. primo & secundo*.

De processu legitime facto non est ambigendũ ex his, quæ vltimo loco gæsta sunt, ad effectũ enim vt legitime procedatur per ædictum quoad telam iudiciariam citationes debent fieri in
9 duobus locis publicis in Curia, * & duobus alijs vicinis in partibus, etiam quod non sint de viciniotibus *Achill. dec. 20. de dolo & contum.* & citationes originales debent affigi, legi, & dimitti affixæ per aliquot horas in valuis Ecclesiæ maioris *Cassad. decis. 1. de dol. & contum. n. 2. & decis. 6. eod. tit. Rot. decis. 5. de rescript. in nou. Aegid. dec. 194. Put. dec. 164. lib. 2. in correct. Vestr. in prax. lib. 4. c. 3. num. 4. & Addit. ad Rot. d. dec. 5.* plura deducit ad materiam, hoc autem casu citationes originales fuerunt affixæ, & lectæ nedum in Curia, verum etiam in Ciuitate Montis Falisci, & in Terra Aquipendij, & ipsa originalia per aliquot tempus affixa fuere, & postmodum dimissa copia, & pariter affixa, licet *Rota in dec. 27. lib. 2. in correct.* ex sua sententia, non autem Rotæ, dicat non requiri dimissionem copiæ, quando originalia fuerunt lecta.

Non obstat, quod adessent viciores Ciuitates Statui Ienuensi, & sic affixiones non fuisse factas in loco viciniori, neque viciniori; Nã fuit responsum, quod in prædicta *decis. Achill. de dol. & contum.* cum non adesset tutus acces-
10 sus in Ciuitate Beneuentana fuerunt admissæ * affixiones factæ in Ciuitate Veliterna, & in terminis affixionis factæ in eadem Ciuitate Mon-
11 tis Falisci, & Aequipendij, cum non esset tutus accessus in Ciuitate Ianuen. admisit *Rot. coram R. P. D. meo Pirouano*, nec mirum, quia adsunt intermedij Status aliarum Principum, sine quorum placet non possunt exequi citationes, vt notissimum est, & sic neque in illorum loca datur tutus accessus.

Et ita conclusum vtraque parte Informante &c.

PERVSINA BONORVM.

Lunæ 8. Martij 1627.

ARGVMENTVM.

Cessante nullitate, & iniustitia non est locus restitutioni in integrum. Sententia

Pars III.

non potest dici nulla ex defectu citationis, dum fuit pronunciatum in cedula, quæ fuit aperta in tempore. Cætera patent ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum vt concedatur requiritur aut nullitas, aut notoria iniustitia.*
2 *Sententia lata in die, qua non cadebat citatio est nulla.*
Sententia non potest dici nulla, quando fuit lata prout in cedula, quæ aperta fuit in tempore numer. 2.
3 *Stylus circa ordinatoria iudicij probatur ex attestationibus Procuratorum Collegij.*
4 *Mandatum procuræ præsumptum probatur ex eo, quod post citationes semper quis comparuit, & idem exhibuit iura, ac sententia lata fuit obseruata.*
5 *Mandatum præsumptum suffragatur etiamsi constet de expresso facto extra tempus.*
6 *Obligatus de euictione tam in possessorio, quam in petitorio tenetur, quando fideicommissarij obtinuerunt sententiam super immissione, & possessionem etiam ceperunt.*
7 *Obligatus de euictione tenetur ad damna, interesse, & expensas.*
8 *Promittens rem liberam si detegatur fideicommisso subiecta tenetur ad damna, expensas, & interesse etiam non oblato possessione.*
9 *Damna & interesse non agent liquidatione, si attenditur pretium rei venditæ, quæ libera fuit promissa.*

DECISIO MDCLXXXVII.

Dubitaui, An sententia, & exequutio sint nullæ, & iniustæ, itaut hæredes Cleophæ sint restituendi, & negatiuè fuit resolutum,
1 quia ad hunc effectum requiritur, * aut nullitas, aut notoria iniustitia *Rota dec. 646. numer. 1. & 2. part. 2. in rec.* Hic autem constat de validitate sententię ex reuolutione actorum, ac de illius iustitia, non obstantibus, quæ in contrarium opponuntur.

Quantum enim attinet ad nullitates, illa, quæ opponitur ex defectu citationis, ex quo
2 sententia non fuerit lata in die, * qua cadebat citatio, sed post quinque dies contra *Text. in l. 1. & 2. C. de Sent. ex breuic. recitan.* cessat, quia fuit pronunciatum prout in cedula, & fuit aperta in tempore congruo iuxta stylum Ciuitatis Perusij, qui satis fuit probatus ex at-
3 testationibus Procuratorum Collegij; * quæ probatio sufficit vbi agitur de probando stylo iuxta ordinatoria Iudicij *Rota decis. 644. num. 4. part. 1. in recent.* & fuit dictum in *Ferrarien. Decimarum 21. Aprilis 1621. coram bon. mem. Vbaldo*, concurrentibus præsertim litteris bo. mem. Cardinalis S. Sixti Nepotis S. M. Gregorij XIII.

Non obstat secunda nullitas ex defectu mandati Procuratoris Cleophæ, quia post ci-
4 tationes ferè semper comparuerit * Bartholo-

mans Gilianus, qui etiam exhibuit iura, & postea interuenerit obseruantia sententiæ, intrat ex his omnibus præsumptio mandati *Caf-fad. decif. vlt. numer.* 4. & 5. *de Procur. Put. in nou. decif.* 209. *lib.* 2. loquitur in puncto *Rota decif.* 440. *num.* 6. *part.* 2. *in rec. Afflict. decif.* 308. *num* 8. & 9. neque potest fieri vis in constitutione Procuratoris, ex qua cessat mandatum præsumptum. Quia cum duo mādata concurrere possint, mandatū præsumptum suffra-
5 gatur * etiam si constet de expresso facto extra tempus, vt fuit resolutum in causa *Firmana Iurispatronatus* 28. *Ianuarij* 1602. *coram bo. mem. Cardinali Pamphilio*.

Quantum enim attinet ad iustitiam, de ea satis etiam constat, quia cum super prædio vendito Alphani, tanquam fideicommissarij ob-
6 tinuerint sententiam super immissione,* & possessionem etiam cœperint intrat promissio Cleophæ, quia exprsse se obligauit de euictione tam in petitorio, quàm in possessorio, vnde erat locus dictæ obligationi *Thesaur. dec.* 102. *num* 2. & veniunt damna, interesse, & expen-
7 sæ * *Seraph. dec.* 787. *num.* 6. Cumque dicta Cleophes promiserit quoque rem esse liberam, stante fideicommisso in hoc etiam casu videtur
8 intrare * obligatio ad damna, expensas, & interesse etiam non oblata possessione *Seraph. d. decif.* 787. *num.* 3. & 7. quæ quidem damna
9 & interesse,* si attendamus pretium rei venditæ non ægent liquidatione *S. M. Gregor. decif.* 88. *num.* 10. Eoque magis quia Cleophes non appellando consensit dictæ sententiæ, quæ habuit effectum.

Et ita conclusum vtraque parte informante, &c.

FVLGINATEN. ALIMENTORVM.

Mercurij 17. *Martij* 1627.

ARGVMENTVM.

Relictum alimentorum an, & quando censeatur factum per vulgarem, & quando per fideicommissariam.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio potius præsumitur vulgaris, quam fideicommissaria.*
2 *Alimenta censentur relicta non solum per vulgarem, sed etiam per fideicommissariam, quoties adsint verba tractum temporis importantia.*
3 *Verba denotant tractum temporis, quando sunt vocati plures ordine successiuo.*
4 *Non solum per vulgarem, sed etiam per fideicommissariam censetur dispositum, dum plures vocantur ordine successiuo.*
5 *Verba non extantibus in fideicommissis non supponunt non existentiam ab initio, sed vt vocationi locus sit, sufficit, quod quandocumque superueniat.*
6 *Dispositum fauore certorum pronepotum censetur etiam dispositum fauore aliorum in eodem gradu positorum.*
Vna pars testamenti aliam declarat num. 6.
7 *Substitutio nedum vulgaris, & directa inducitur ex coniecturis, sed etiam fideicommissaria.*

DECISIO MDCLXXXVIII.

FVit resolutum sententias Rotales esse confirmandas, & sic alimenta deberi Iulio, & fratribus filijs Laurentij quondam Iuli senioris filij Francisci testatoris per Gregorium filium Ascanij primogeniti dicti Iulij senioris; cum enim prædictus Franciscus testator decessisset relictis Iulio primogenito, & Angelo ex Bernardino secundogenito prædefuncto instituta primogenitura, vt sæpe dictum fuit per hæc verba disposuit *Item voluit, quod cæteris filijs masculis, quos superesse contigeret tam de Iulio eius filio, quam de Angelo eius nepote si per eorum Patrem, & Annum respectiuè non fuerit prouisū de annuo redditu, seu censu sc.* 200. *pro quolibet. primogenitus, seu alius heres vniuersalis prædictorum hæredum teneatur de redditibus ipsius hæreditatis prouidere vnicuique de redditu prædictorum scut.* 200. *seu supplere de eo, quod alicui vsque ad quantitatem prædictam deficere contigeret, & hoc facere, & prouidere teneantur prædicti hæredes respectiue postquam prædicti filij peruenerint ad ætatem annorum* 20. *& non antea, necnon semper alimenta eisdem filijs in eius domo, vna cum vno famulo pro quolibet præstare, ad hoc vt honestè eorum vitam substentare valeant. Quod intelligi & sortiri voluit in fratribus carnalibus hæredum primogenitorum, & illis non existentibus in filijs ipsorum in stirpem, ac ab omnibus coniunctim d. scut.* 200. *quæ forma, seu dispositio seruari, ac locum habere debeat etiam in alijs successoribus etiam in infinitum.*

Ex ista inquam dispositione debentur alimenta Iulio iuniori, & fratribus; nam etsi dispositio videatur restricta ad fratres carnales primogenitorum, & ipsis non existentibus ad eorum filios, vnde cum fratres nempè Laurentius, Iulius iunior eius filius, & alij videantur exclusi, quia alimenta eis censentur relicta ta n-
1 tum per vulgarem, quæ est substitutio directa,* quæ potius præsumitur, quam fideicommissaria *c.* 1. *de testam. in* 6. latè *Fusarius de substitutione quest.* 6. *num.* 1. *& seqq. vbi num.* 33. hoc firmat; nihilominus cum adsint in hoc casu verba ha-
2 bentia * tractum temporis denotantia, alimenta censentur relicta nepotibus non tantum per vulgarem, sed etiam per fideicommissariam *Cuman. in l. cum ita* §. *in fideicommisso num.* 4. *ff. de leg* 2. *& in l. gallus* §. *quidam rectè num.* 7. *ff. de liber. & posthum. Surd. decif.* 346. *num.* 19. *& conf.* 356. *num.* 9. *&* 10. *&* 370. *num* 2. *&* 2. *Rota dec.* 320. *&* 357. *par.* 1. *in recent.*

Quod autem adsint verba tractum temporis denotantia satis patet, cum filij, & nepotes sint
3 vocati* ordine successiuo ibi, *& illis non existentibus in filijs eorum in stirpem*, quando enim plu-
4 res vocantur ordine * successiuo subito censetur non tantum per vulgarem; sed etiam per fideicommissariam *Paris. conf.* 11. *num.* 29. *&* 30. *lib.* 3.

lib.3. Alciatus cons. 434. in fine Aymon. cons. 32. num.7. & 131. num.10. Menoch.cons.44. num.7. Simon. de Pretis de interpr. vlt. volunt. fol. 243. num 9. & melius *fol.286. num.6. & seqq. Fusar. d. quæst.6. num.19.* non potest enim controuerti, quin vocatio non sit ordine successiuo, quia
5 verba *non extantibus* * in fideicommissis non supponunt non existentiam ab initio, sed vt vocationi locus sit sufficit, quod quandocumque superueniat *Calcaneus cons.103. num.2. Peregr. de fideicommiss. art. 29. num.9.* & fuit latè deductum in *hac causa 8. Ianuarij 1624. in vers. quia verba coram R.P.D meo Pirouano*, in qua cum alia coniectura fuerunt consideratæ.

Et vlterius in hac propositione fuit consideratum, quod prędictus Franciscus testator claris verbis reliquit alimenta filijs Angeli nepoti, qui sunt pronepotes testatoris, prout sunt Iulius iunior, & eius frater, ex qua dispositione
6 deducitur euidens coniectura,* quod idem senserit de alijs pronepotibus, cum vna pars testamenti aliam declaret, & indubitatum est, quod ex coniecturis substitutio inducatur, nedum
7 vulgaris,* & directa, sed etiam fideicommissaria *Brunus cons. 103. vol.2. Dec. cons.371. Socc. cons.103. n11. lib.1. Mantica de coniecturis art.1. num.10. Fusarius d. quæst.6. num.8.*

Ex quibus, & ex alijs deductis in *decisionibus R.P.D. mei Pirouani, & bo. me. Vbaldi*, quæ tollunt alias difficultates, & in vltima *decis. coram me* vtraque parte informante fuit resolutum sententias Rotales esse confirmandas.

PAPIEN. BONORVM.

Merc. 17. Martij 1627.

ARGVMENTVM.

Sicut in alienatione bonorũ Ecclesiæ requiritur copulatiuè solemnitas, & causa, ita & in transactione, vigore cuius bona debent remanere penes laicum.

SVMMARIVM.

1 *In alienatione bonorum Ecclesiæ requiritur solemnitas, & causa, nec vnum sine alio sufficit.*

2 *In transactione cum Ecclesia requiruntur eadem solemnitates, quę sunt necessariæ in alienatione, quotiescumque bona remanere debent pœnes laicum.*

3 *Beneplacitum Apostolicum reseruatum cum clausula*, nec alias aliter nec alio modo *omnino requiritur, itaut, sine eo transactio non valeat.*

4 *Clausula* nec alias aliter, nec alio modo, *tollit consensum, & causat nullitatem.*

5 *Lis non tribuit iustam causam transigendi eo ipso, quod fuerunt relaxata executoriales vigore trium conformium.*

DECISIO MDCLXXXIX.

FVit resolutum transactionem non obstare, cum regula sit satis nota, quod in alienatione rerum Ecclesiæ requiritur solemnitas, &
1 causa, * nec vnum sine alio sufficit vt per *DD. in c. sine exceptione 12. q. 2. Couar. var. lib. 2. c. 17. num. 2. Rota decis. 178. num. 1. par. 2.* & quamuis hic agatur de transactione, attamen
2 cum bona debeant remanere penes laicum, * requiruntur ædem solemnitates prout in alienatione *Bart. in l. nulli num. 2.* vbi etiam *Ias. num.2. ff. de trans. Pinell. in l.1. par.3. num.45. C. de bon. mater. vers. aduerto etiam Roland. cons. 15. num.43. lib.1. Ruin. cons.129. n.3 lib.5. Verall. decis.106. par.1. & 318. par.3.* & fuit resolutum in causa *Romana Casalis Turris Vergatæ 19. Iunij* 1609. & alias sæpissimè,

Hic autem nulla adest solemnitas, cum non interuenerit Beneplacitum Apostolicum, vnde
3 ex prædictis transactio corruit,* eoque magis cum deficiat consensus partium, ex quo Beneplacitũ fuit reseruatum cum clausula, *nec alias, aliter, nec alio modo*, & petitum S. D. N. noluit concedere; cum ageretur de maximo præiudicio Ecclesiæ, quæ clausula ideò tollit consensũ
4 & causat resolutionem contractus * *gloss. in l. si quidem vbi Bald. d. num. 3. C. de except. Alex. cons.3. num. 4. lib. 1. Socein. cons. 251. num. 4. lib. 2. Caputaq. decis.82. num.4. par.3.* & fuit frequenter resolutum.

Nec etiam est vlla causa, cum Ecclesia debuisset obtinere tornaturas, seu perticas 1169. & illi fuerint tantum relictæ tornaturæ, seù perticæ 800. nec potest allegari lis, quia licet fuerit supposita in transactione tamen cum
5 iam Ecclesia per tres conformes obtinuisset, * & bo. me. Cardinalis Lancellottus tunc Rotæ Auditor relaxasset executoriales, & fuisset obtenta declaratoria, lis non poterat tribuere iustam causam transigendi *l. in summa ff. de condit. indeb. Ias. in l. sub pretextu num. 8. C. de trans.* nec debuit allegari, quod difficile fuisset obtinere executionem à Iudicibus laicis, quia hoc est allegare propriam turpitudinem, cum laici debuissent ipsę parere sententię, nec implorare officium iudicis laici, vt impediret executionem rei iudicatæ in foro Ecclesiastico.

Et ita conclusum in maximam contumaciam alterius partis &c.

ROMANA SCVTORVM 4. m.

Lunæ 22. Martij 1627.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Creditor hæredis grauati potest agere super fructibus multiplici subrogati in locum fideicommissi non*

si non obstante quod venerit casus vocationis substituti, quotiescumque Papa adiecit istam conditionem multiplico, & num. 4. Amplia ram. 5.

2 *Fideicommissa sunt de iure positiuo.*
Ius fideicommittendi competit ex lege 12. tabul. *num. 2.*

3 *Papa sicut potest derogare fideicommisso, ita potest adijcere conditiones multiplico in eius locum subrogato.*

DECISIO MDCXC.

IN hac causa 30. *Octobris* 1609. fuerat resolu-
tum, quod Excellentissimus D. Princeps em-
ptor Castri Numenti tenebatur præstare pati-
entiam, vt Ignatio Iugulo hæredi Flaminij sa-
tisfieret de summa scut. 4. m. super fructibus
multiplici, quod fiebat, vt staret loco partis
Castri Numenti subiectæ fideicommisso, nisi ta-
men obstarent clausulæ motus proprij sa. me.
Clementis VIII. quæ *decisio* fuit confirmata 28.
Ianuarij 1611. & 20. *Maij* 1613. fuit tandem
resolutum, clausulas dicti Motus proprij non
obstare, sed quia interim decesserunt DD. de
Vrsinis venditores prædicti Castri Numenti, &
vigore fideicomissi successerunt alij de eadem
domo vocati ad d. fideicomissum; Dubitaui 26.
Nouembris 1618. an ipsi possint se opponere,
vt Iugulus non posset percipere d. summam ex
fructibus multiplici, & affirmatiue fuit ressolu-
tum, repropolita autem causa die 10. & 22.
Martij huius anni DD. recesserunt à resolutis;
Nam Iugulus per prius emerat tenutam à Do-
minis Vrsinis, quam non esse subiectam fidei-
comisso est extra controuersiam, & eam post-
modum reuendidit ijsdem DD. de Vrsinis præ-
tio scut. 20. m. ex quibus 16. m. fuerunt ipsi
soluta, residuum verò, quod erat scut. 4. m.
promiserunt DD. Vrsini soluere intra certum
1 tempus, & in euentum deficientiæ actum fuit,*
vt posset se reualere contra fructus d. multiplici,
& Sa. mem. Clemens VIII. hæc omnia confir-
mauit. Vnde cum Iugulus habeat obligatio-
nem claram à Papa confirmatam non potest
dubitari, quamuis etiam multiplicum
esset subrogatum in locum fideicomissi, quin
possit agere contra fructus dicti multiplici,
2 cum fideicomissa sint de iure positiuo, * ius
enim fideicomittendi competit ex *lege* 12. *ta-
bul. l. verbis legis ff. de verb. signif. Bart. in l.* 1.
num. 4. *ff. de legat.* 1. & illorum vsus cœpit tem-
poribus Augusti Cæsaris §. 1. *ad finem Instit. de
fideicom. Peregr. de fideicom. art.* 1. *num.* 6. quæ
sicut Papa potuit derogare prædicto fideicom-
3 misso, * ita etiam potuit multiplico adijcere
istam conditionem.

Neque obstat, quod multiplicum sit vincu-
latum fideicommisso, & quod agatur pro de-
bito rei, quæ non erat subiecta fideicommisso;
4 Quia vt dictum est, hoc non refert, * nam satis
est, quod Papa in euentum non satisfactionis
Iuguli voluerit, quod ipsi satisfieret super fru-
ctibus dicti multiplici, eoque magis quia hoc
5 multum æquitatis habere videbatur, * cum te-
nuta libera fuerit vendita vna cum Castro Ex-
cellentissimo Principi, & extoto isto pretio fue-
rint extracta scut. 15. mill. pro faciendo mul-
tiplico, ex cuius fructibus in subsidium Iugu-
lus debuerat satisfieri.

Non obstat, quod sic esset euertere fidei-
commissum. Quia vt dictum est non vertitur,
sed solumodo differtur tempus, & quando
etiam euerteretur, quod non est, sufficeret,
quod supremus Princeps ita voluisset, cum,
vt dictum fuit, fideicommissa sint de iure
positiuo.

Et ita conclusum vtraque parte informan-
te &c.

Præsens decisio fuit confirmata 17. Decembris sequentis.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE MANZOLIS.

Veneris 16. Aprilis 1627.

ARGVMENTVM.

A sententia lata in remedio *l. final. C. de Edict. Diui Adr. toll.* non datur appellatio suspensiua; nec etiam vigore Statuti Bononiæ admittentis appellationem in quocumque possessorio. Restitutio nec verbalis, nec realis fideicommissi requiritur ad fauorem fideicommissarij ad hoc vt possit agere.

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana de stylo Curiæ habet locum in quocumque possessorio.*

2 *Stylus Curiæ debet attendi in ijs causis, quæ ibi aguntur, etiam exclusiuè, quoad statuta loci, ex quo partes sunt oriundæ.*

3 *Maximè in ijs, quæ respiciunt ordinatoria, non autem decisoria iudicij.*

4 *Appellatio suspensiua non admittitur in iudicio remedij* leg. final. C. de ædict. Diu. Adr. toll.

5 Statutum Bononiæ *concedens appellationem in quolibet possessorio non habet locum in sententia lata in remedio* l. fin. C. de ædict. Diu. Adr.

6 *Remedium* leg. final. C. de ædict. Diu. Adr. toll. *datur fideicommissario contra hæredem grauatum.*

7 *Restitutio fideicommissi nec realis, nec verbalis requiritur, quando fideicommissarius agit contra hæredem grauati. Amplia num. 8. &* 10.

8 *In fideicommissarium de iure canonico transeunt ipso iure actiones absque aliqua restitutione. Amplia num. 10.*

9 *Hæreditas quandoque habetur pro restituta ad effectum translationis actionum ad dirimendas lites.*

11 *Remedium* l. finalis C. de ædict. Diu. Adr. toll. *datur fideicommissario ad effectum immissionis pro indiuiso.*

Aegi-

12 *Aegidiana non comprehendit personas Ecclesiasticas, & ideo datur appellatio à sententia inter eas lata.*

13 *Ecclesiastica persona dici non potest, qui deseruit statum clericalem.*
Aegidiana comprehendit eum, qui de tempore mādati obtenti deseruit statum Clericalem cum potius attendatur tempus sententiæ, quam petitionis num. 13.

14 *Testes, qui deponunt de auditu à personis suspectis nihil probant.*

15 *Iurisdictionis defectus non potest allegari dum iudici de consensu partium fuit commissa, & coram eo discussa vtraque parte informante.*

16 *Iurisdictionis defectus non potest opponi ab eo, qui à Iudice obtinuit remissoriam, & vigore illius examinare curauit testes.*

17 *Iustitia sententiæ probatur ex decisionibus in causa factis.*

18 *Legitima exceptio non impedit fideicommissario immissionem pro indiuiso.*

19 *Detractiones turbidæ, & non iustificatæ non impediunt immissionem fideicommissario.*

DECISIO MDCXCI.

COmes Vlisses de Manzolis in vltimo suo, quod condidit testamento, instituit Comitem Franciscum eius filium tunc C. A. Clericum, hæredem particularem in legitima, in qua imputari voluit pretium dicti Clericatus. In alijs verò suis bonis, hæredem vniuersalem scripsit Comitem Alexandrum alterum filium, qui cum beneficio legis, & inuentarij vigore dicti testamenti hæreditatem adiuit. Verum Comes Franciscus non acquiescens paternæ dispositioni prætendens hæreditatem patris fuisse suppositam fideicommisso quondā Georgij de Manzolis aui materni, introducto iudicio in Rota *coram R.P.D. meo Pirouano* prçuia discussione, ac liquidatione dicti fideicommissi, & identitatis bonorum fideicommisso subiectorum, vt constat ex pluribus *decisionibus* in hac causa factis, obtinuit mandatum de immittendo in quatuor corpora dictæ hæreditatis pro indiuiso, sine tamen aliorum bonorum præiudicio. A quo mandato cùm pro parte Comitis Alexandri fuisset appellatum, fuit mihi causa commissa per Signaturam Sāctissimi cum clausula *Constito, quod sit locus Aegidianæ exequatur sin minus &c.* Vnde dubitaui, An esset locus Aegidianæ, & DD. pro affirmatiua resoluerunt. Primò quia de stylo Curiæ Aegidiana habet locum in quocumque posses-
1 sorio,* vt latè *Pacific. de Saluiano inspect. 4. cap. 2. num. 11. & 35.* vbi plures cumulat *decisiones;*
2 Vnde cum Iudicium agatur in Curia, * & sit possessorium, meritò debet attendi stilus Curiæ etiam exclusiuè quoad statuta loci, ex quo partes sunt oriundæ; maximè in ijs, quæ re-
3 spicerent ordinatoria, * non autem decisoria iudicij, prout Aegidiana vt latè *Conrard. ad l. vnic. limit. 4. num. 10. & seqq.* Secundò quia in hoc iudicio agitur remed. *l. fin. C. de edict. Diu.*
4 *Adr. toll.* in quo non admittitur appellatio * suspendens, vt per *Bald. in d. l. fin. in 3. not. Dec. num. 16. vers. 6 nota Zuccard. num. 435. Angel. in l. cum antea numer. 4. vers. nisi forsan C. de arbitr. Guidop. quæst. 132. col. vltima Beron. quæst. 144.* cum alijs quos congerit *Menoch. de adipiscend. remed. 4. num. 826.* & dixit *Rota in Romana hæreditatis 31. May 1600. coram bo. me. Cardinali Sacrato.*

Nec obstat *Statutum Bononiæ* concedens vnicuique in quolibet possessorio semel appel-
5 lare,* quia dictum Statutum non habet locum in sētentia lata in remedio *d. l. fin.* vt in terminis dicti statuti firmarunt *Bero. quæst. 44. num. 1. & seqq.* quem refert, & sequitur *Menoch. d. remed. 4. num. 833. Riminell. de appell. §. 2. cap. 3. num. 649. vers. 2. in fin. Person. de adipisc. c. 333. vers. qua regula Stacc. de appellat. lib. 3. cap. 2. quæst. 17. limit. 6. memb 4. num. 20. & seqq.* & hanc veritatem agnouit etiam *Rota Bononien. apud Barzium decis. 71. num. 20. & seqq.* & *addent. ad decisiones eiusdem Rotæ ad statutum Bonon. decis. 74. propè finem vers. excipit tamen.*

Nec visum fuit DD. posse dubitari, quin remedium *d. l. fin.* competeret Comiti Francisco, quia certum est, huiusmodi remedium dari fi-
6 deicommissario * qualis est Co. Franciscus aduersus hæredum grauatum, & sic etiam aduersus grauati hæredem, vt per *textum in l. penult. §. cum autem vbi Bart. in fine & alij C. ad Senat. Consult. Trebell. & Gabriel. cons. 44. num. 6. lib. 2.* tenuit *Rota decis. 237. nu. 1. par. 1. recent. & decis. 201. num. 9. par. 2. diuers.* Nec dicatur, quod requirebatur restitutio siuè rea-
7 lis siuè verbalis, quia contrarium verius est,* primò quia sumus in casu, in quo fideicommissarius agit contra hæredē grauati, quo casu nō requiritur, vt benè per *Honded. cons. 26. num. 25. lib. 1.* Secundò quia de iure Canonico ex qua-
8 dam æquitate * ad tollendas varios circuitus actiones absque aliqua restitutione transeunt ipso iure in fideicommissarium, qui illas exercere potest, vt fuit originale dictum *Bald. in c. in præsentia* per illum textum *num. 31. de probat.* quē illic sequitur *Dec. n. 9.* & simile videtur sensisse *Rota in decis. 450. num. 6. par. 1. diu.* vbi quod ad dirimendas lites ad effectum
9 translationis actionum,* hæreditas habetur quandoque pro restituta *Gulielm. de Benedict. in repet. c. Raynutius in vers. si absque liberis il 2. num. 85.* vbi quod de æquitate iuris Canonici non est opus aliqua restitutione verbali, siue reali, & quod hodie cessant multæ vanæ subtilitates, & sic vidit iudicari in *Parlamento Tolosano;* maximè cū in casu nostro clarè constet de
10 fideicommisso * *Parif. cons. 52. num. 48. vers. 3. facit, & cons. 53. num. 11. lib. 3. & cons. 85. lib. 2. Rimin. Iun. cons. 361.* & in terminis benè *Honded. d. cons. 26. num. 24 & seq* vbi quod opinio *Baldi* procedit siue agatur petitorio, siue possessorio, quos omnes sequitur *Peregrin. de fideicommiss. art. 2. num. 62.* vbi dicit se nunquam practicasse, aut practicari vidisse verbalem restitutionem, & benè *Laderch. cons. 156. num. 3.*

Nec minus dicatur, quod Co. Alexander non possidet ex testamento Vlissis patris, sed ex testamento Georgij aui fideicommittentis, ideoque contra ipsum tanquam contra hære-

dem

dem Vlissis grauati non competeret remedium *d. l. fin.* quia quicquid sit, an possit sibi mutare causam possidendi, & an mutauerit, certum est, quod aut possidet ex testamento Vlissis patris, & intrant superius deducta, aut ex testamento aui fideicommittentis, & non potest ne-
11 gari immissio * Comiti Francisco pro indiuiso, quia tanquam fideicommissarius, & sic habens parem titulum plenè iustificauit vocationem propriæ personæ vigore eiusdem testamenti.

Nec obstat, quod Co: Franciscus de tempore motæ litis erat Cameræ Apostolicæ Clericus, ideoque ratione illius causa esset appel-
12 labilis * tanquam inter personas Ecclesiasticas, quas Aegidiana non comprehendit, vt fuit dictum in *Perusina hæreditatis 27. Iunij 1581. coram Brano*. Quia fuit responsum, quod cum
13 de tempore obtenti mandati * iam vendidisset Clericatum Cameræ, & deseruisset statum Clericalem transeundo laicalem non potest dici, quod esset persona Ecclesiastica, & sic non comprehensus sub Aegidiana. Nec dicatur attendendum esse tempus incæpti iudicij, quia aduertendum est, quod cum hodie quæratur, an sit locus Aegidianæ, debet inspici potius tempus sententiæ, quam petitionis, & ratio est, quia Ægidius disposuit super appellatione, quæ datur à sententia, non autem à petitione *Rot. Bononien. ad stat. dec. 34. num. 9.*

Minus obstat, quod inter corpora hæreditaria, in quæ fuit data immissio, adesset prædium *della Ricardina*, quod erat Emphiteoticum Ecclesiæ, & ideo illius respectu causa esset pariter appellabilis, cum bona Ecclesiastica non comprehendantur sub Aegidiana: Quia fuit responsum non probari esse tale, quale asseritur,
14 & testes, qui dantur sunt valde suspecti, * solum deponunt de auditu à personis suspectis, & & ideo nihil probant.

Nec visa sunt releuare, quæ deducuntur tam circa validitatem, quam iustitiam dicti mandati de immittendo.

Nam quoad validitatem defectus iurisdictionis R. P. D. mei Pirouani non meruit allegari, quia vltra quam causa fuit illi com-
15 missa de consensu partium, * & discussa coram eodem vtraque parte informante, & emanarunt tot decisiones nulla vnquam facta oppositione; satis tollitur ex prosequtis ob examen
16 factum * in partibus in vim remissoriæ obtentæ per Comitem Alexandrum ab eodem R. P. D. meo Pirouano, vt bene *Rota decis. 158. numer. 4. apud Seraph. & 779. num. 6. part. 1. diuers.*

Quo vero ad iustitiam de illa satis constat
17 ex tot decisionibus * in hac causa factis negotio pluries, ac maturè discusso, & vtraque parte informante.

Nec officiunt prætensæ detractiones, quia quoad legitimam Vlissis, dato etiam sine veri præiudicio, quod non potuisset prohiberi, certum est, quod detractio legitimæ non im-
18 pedit immissionem * secundum opinionem, quam Rota seruat, quæ concedit immissionem fideicommissario pro indiuiso, vt fuit dictum in *Foroliuien fideicommissi 10. Iunij 1614.* & in *Recanaten. successionis 26. Iunij 1617. coram bo. mem. Buratto*, & in *Ferrarien de Taffonis 28. Nouembris 1613. coram R. D. meo Patriarcha Antiocheno*, & in *Tusculana fideicommissi 4. Iulij 1618. coram me &c.*

Quo vero ad alias detractiones duo considerarunt DD. Primo quod non poterat denegari quin in omni casu adeo esset turbidæ & non iu-
19 stificatæ, * vt non essent remittendæ ad peritorium tanquam requirentes altiorem indaginem, vt tenuit *Rota decis. 194. num. 22. apud S. M. Gregorium, & decis. 520. num. 2. par. 1. diuers.* & in terminis nostris *decis. 135. in fin. part. 1. recent.*

Secundo quod immissio fuerat data solum in quatuor corpora hæreditaria, & tamen preter fructus iam perceptos, remanebant adhuc alia bona Co. Alexandro, quę in omnicasu poterit retinere in compensationem eius quod constabit ipsi deberi.

Et ita conclusū vtraq; parte informante &c.

Præsens decisio fuit confirmata die 19. Februarij 1629. & 25. Iunij sequentis.

CALAGVRITANA IVRISPATRONATVS DE VIANA.

Lunæ 19. Aprilis 1627.

ARGVMENTVM.

Ad probandum Iuspatronatus fauore Vniuersitatis non sufficit enunciatiua immemorabilis quoad ius præsentandi emissa in confirmatione Apostolica.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus Vniuersitatis non probatur, nisi ostendatur titulus ex fundatione, seu dotatione ex authentico documento seu immemorabili cum præsentationibus effectum sortitis spatio 50. ann.*

2 *Iuspatronatus ante* Concil. Trident. *probatur ex sola immemorabili.*

3 *Confirmatio Apostolica dat robur quoad ius non quoad factum.*

Enunciatiua immemorabilis quoad ius præsentandi emissa in confirmatione Apostolica non probat iuspatronatus ad fauorem Vniuersitatis, nisi probetur immemorabilis.

DECISIO MDCXCII.

Domini pertiterunt in resolutis scilicet non probari iuspatronatus Vniuersitatis, cum non ostendatur titulus ex fundatione, seu do-
1 tatione ex authentico documento * & alijs à iure requisitis, quo cessante, neque docetur de immemorabili cum præsentationibus effectum sortitis spatio 50. annorum, prout requiritur, cum iuspatronatus prætendatur ab Vniuersitate, in qua cadit timor vsurpatio-

nis, vt claris verbis disponit *Concil. Trid. sess. 25. cap. 9. de reform.* non enim iustificatur, quod immemorabilis sit probata ante *Concilium*, quæ sola videtur sufficere ad probandum iuspatro-
2 natus antè dictum *Concil.* * cum verba *ex authentico documento* non excludant probationem factam ante *Concilium* per solam immemorabilem ex adductis *per Graz. de benef. p. 1. cap. 9. num. 113. vers. in additione*, quia quicquid sit de hoc, immemorabilis prædicta non est probata, quia in concordia non dicitur, quod ab immemorabili tempore Vniuersitas esset in possessione præsentandi, sed quod ab immemorabili tempore filij patrimoniales se opponebant ad fructus supercrescentes, aut cessantes beneficiorum, & sic non enunciatur iuspatronatus ab immemorabili tempore, vt prætenditur.

Secundo ex abundanti fuit dictum, quod quatenus sine veri præiudicio enunciaretur immemorabilis quoad ius præsentandi, ista enunciatiua non suffragaretur, quia confirma-
3 tio Apostolica dat robur quoad ius, * non quoad factũ. Papa enim non intelligitur confirmare, nisi adsit immemorabilis ad tradita per *Bald. in cap. venientes num. 4. ad finem vers. sed quid si Princeps de iur. iur. Aym. caus. 3. num. 13. Menoch. præsumpt. 44. lib. 3. num. 10.* & quicquid sit respectu substantiæ concordiæ an confirmatio possit suffragari, quia sit facta ex certa scientia, certe respectu immemorabilis narratæ suffragari minime possit *Rota decis. 2. de confirmatione vtili, vel inutili Fel. in cap. ex parte num. 48. de rescript.* vbi quod confirmatio ex certa scientia non prodest in defectum substantialium puta incompetentiæ Iudicis, & falsitatis narratorum, sed solum in defectu solemnitatum, vt in vocatione partis, & similium.

Non obstat, quod ex obseruantia subsecuta præsumuntur omnia narrata esse iustificata, quia hoc procederet in simplici narratiua gratiæ, sed cum agatur de fundamento gratiæ videlicet de immemorabili narrata, & concurrat simul præsumptio vsurpationis, obseruantia non potest suffragari, nisi probetur immemorabilis, vt in simili est *decisio Seraph. 9. 2. per tot.* & præsertim *in fine*, nec testes, qui hodie dantur ad illam probandam, suffragantur, quia vt fuit responsum in vltima *decisione bo. me. Remboldi*, testes non probant hanc immemorabilem.

Ex quibus iterum fuit resolutum sententiam Rotalem esse confirmandam.

METEN. IVRIS CORRIGENDI.

Lunæ 19. Aprilis 1627.

ARGVMENTVM.

Plura circa materiam concubinatus.

SVMMARIVM.

1 *Concubinatus in Clerico probatur ex quo constat eum retinere mulierem in domo conducta, vel in domo amici.*

2 *Inspecto tamen iure ciuili requiritur vt domi retineatur.*

3 *Contra concubinarium debet procedi præuia monitione.*

4 *Concubinatus prout alia delicta carnis in foro exteriori præscribuntur spatio quinquenij.*

5 *Concubinatus cognitio spectat ad Episcopum, non ad alios inferiores.*

6 *Causa nullitatis durat per 30. annos.*

7 *Sententia notoriè iniusta post lapsum fatalium potest reuocari.*

8 *Sententia non censetur acceptata, ex quo reus facta illi intimatione sententiæ, respondit* sit nomen Domini benedictum.

9 *Iudex notoriè iniustè procedens spoliat.*

DECISIO MDCXCIII.

IOannes tanquam concubinarius per sententiam Capituli fuit priuatus quibusdam villis tricensibus nominatis, eamque sententiam Officialis Virduuen. Sedis Apostolicæ delegatus confirmauit, & demum causa introducta in Curia A. C. dd. sententias reuocauit, & iuridice reuocasse Domini censuerunt; nam, &
1 si concubinatus in Clerico * satis probatur, si probetur illum retinere mulierem in domo conducta, vel in domo Amici iuxta *l. si Amicis ff. de Adulter* & in *l. lex Cornelia §. Domum ff. de iniur. l. 1. §. 1. ff. de liber. agnosc.* & in *l. cui domum & in l. nec in ea de Adulter. Decian. tract. crimin. c. 21. num. 2. p. 2. Diaz. in prax. cap. 29. num. 1. vers. concubinarium insuper* & dixit *Rota in causa Tullen. Monasterij S. Mansueti 27. Ianuarij 1597. coram bo. me. Penia:* Quamuis inspecto Iure ciuili ad effectum concubinatus requiratur
2 vt domi retineatur * *Bartol. & alij in l. Concubinam ff. de concub. Aym. cons. 68. num. 1. Natt. cons. 474. num. 42. & 4 . lib. 2. Præposit. in rubr. de sponsal. num. 5. Gloss. in verbo Concubinam in l. prima vbi Dyn. ff. de Concub. Decian. Diaz. & Rota locis prædictis.* Attamen quatenus fuisset ex Testibus, & ex confessione Ioannis probatus concubinatus, quicquid dicendum sit; an de-
3 buisset procedi * præuia monitione iuxta terminos *Concil. Trident. sess. 25. cap. 14. de reform.* probatur etiam correctio per sex, aut septem annos ante hoc iudicium, vnde illud delictum
4 erat præscriptum, * cum delicta carnis in foro exteriori imposita salutari pœnitentia quinquennio præscribantur *l. Mariti §. Preterea* ibi *ne crimen quinquennio*, cum *vers. hoc quinquennio ff. ad leg. Iul. de Adulter. l. adulter C. eod. tit. Clar. in §. Adulterium vers. vnum tamen Farinac. in prax. crimin. tom. 1. q. 10. numer. 15. Foller. in prax. in verbo fori iudicent numer. 19. Boer. dec. 15. num. 12. Decian. lib. 3. cap. 37. num. 6.* Idem *Farinac.* in terminis Concubinatus *cons. 80. num. 18. lib. 1.* nec Capitulum ipsum poterat
5 procedere in ista causa, * cum *Concil. Trident.*

loco citato excludat inferiores, & cognitionem
reseruet Episcopo.

Non obstant ea, quæ opponuntur contra va-
liditate sententiæ A.C. & primo, quod Locum-
tenens criminalis non potuerit de ista causa co-
gnoscere, ex eo quia ciuiliter fuit actum in par-
tibus, nam satis est, quod signatura habuerit
causam pro criminali, & pronunciatio post la-
psum fatalium quamuis iustificaretur, non
facit, cum fuerit commissa causa nullitatis
æque principaliter, quæ durat per 30. an-
6 nos * & ideo sententia tanquam notorie iniu-
sta etiam post lapsum fatalium potuit reuoca-
7 re * *Rota decis. 151. numer. 2. par. 1. in Rec.* Et
acceptatio sententiæ de partibus facta per Io-
8 annem, ex quo intimata sententia, * respon-
dit *sit nomen Domini benedictum*, non probatur
cum potius verba indicent, quod in tribula-
tionibus inuocauerit nomen Domini; vltimum
quod sententia A.C. fuerit nulla, ex quo pronun-
ciat, Ioannem fuisse spoliatum, non debuis-
set allegari, cum satis appareat, quod Iudex
de partibus ex prædictis notorie iniuste pro-
9 cesserit, & propterea spoliauerit * *Felin in cap.
dilectus il p. col. 1. de rescript. & in cap. cum
causa col. 1. & seq. de offic. Deleg. Rota decis. 365.
nu. 11. p. 1. in rec. S. M. Gregor. dec. 49. n. 2. &
dec. 105. nu. 3. & decis. 198. n. 3. & dec. 209. n. 2.*

Et ita conclusum vtraq. parte informante.

Præsens decisio fuit confirmata die 31. Ianuarij
1628.

MONTIS FALISCI FIDEICOMMISSI.

Mercurij 21. Aprilis 1627.

ARGVMENTVM.

Immissio pro indiuiso datur fideicommissario etiam contra tertium possessorem habentem causam ab hærede grauato, quando quantitas est certa ratione loci, & quotæ.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissario competit immissio vigore* l. final. C. de Edict. Diu. Adr. tollen.

2 *Etiam contra tertios possessores bonorum alienatorum habentes causam ab hærede grauato.*

3 *In legitimam, & Trebellianicam imputantur primo alienata.*

4 *Si alienata excedunt legitimam, & Trebellianicam, residuum vltimo loco alienatum remanet pro fideicommisso.*

5 *Immissio pro indiuiso datur fideicommissario, quando quantitas est certa ratione loci, & quota.*

DECISIO MDCXCIV.

PRo resolutione huius dubij an, & super quibus bonis sit danda immissio Domini primo firmatunt non posse controuerti fideicom-
missum, cum illud fuerit firmatum coram *bo.
mem. Cardinali Pamphilio in dec. facta 20. Nouem-
bris 1602.* nec identitas bonorum, quia de ea
constat ex *decisionibus 194. & 226. S. M. Greg.
XV.* nec status hæreditatis cum ille ascendat ad
valorem scut. 8219. vt fuit firmatum inter par-
tes, nec quantitas detractionum, quæ ascen-
dit ad scuta 7398. ex quibus resultat, quod
residuum fideicommissi sit scut. 831.

His stantibus Domini dixerunt Bisentijs fi-
deicommissarijs dandam esse immissionem pro
indiuiso in bonis vltimo loco per Camillum
grauatũ alienatis videlicet super domo Petra-
ra Casaleno, & Valle Prælata, ratio primi di-
cti fuit quia fideicommissario competit immis-
1 sio * vigore *l. fin. C. de edict. D. Adr. tollen.*
etiam contra tertios possessores bonorũ aliena-
2 torum habentes causam ab hærede grauato *
*Alex. cons. 4. num. 13. & sub num. 16. vers. re-
medium erit vol. 2. Peregr. de fideicom. art. 48.
num. 11. S. M. Greg. XV. d. 194. num. 1.* ratio
vero secundi dicti fuit, quia prius alienata
3 debent computari in legitimam, * & Trebelliani-
cam, & propterea cum alienata excedant le-
gitimam, & Trebellianicam, residuum vltimo
4 loco alienatum * remanet pro fideicommisso *l.
Martellus §. resq.* vbi notant *Doct. ff. ad Trebell.
& in auth. res, quæ C. comm. de leg. Peregr. de
de fideic. art. 39. num. 1. & seqq.*

Et immissio est danda pro indiuiso, quia
prædicta bona vltimo loco alienata, sunt ma-
ioris valoris, quam illud, quod remanet pro
fideicommisso, quando enim quantitas est cer-
5 ta * ratione loci, & quotæ datur immissio pro
indiuiso iuxta opinionem, quam Rota sequi-
tur, vt in *dec. 59. p. 2.* & in causa *Viterbien. bo-
norum 10. Iuny 1602. coram bo. mem. Card. Sa-
crato, & coram R. D. meo Patriarca Antiocheno
in causa Interamnen. de Paradisis 1. Iuly 1605.* &
in alia *Ferraren. de Tassonis 28. Nouembris*
1618. & *coram R. P. D. meo Pirouano in causa
Perusina de Bigazzinis 13. Iunij 1607. & coram
bo. mem. Buratto in causa Recanaten. Success. 26.
Iuny 1617.* & prius in *Forolıuien. fideicommissi
10. Iuny 1614.* & *coram me in causa Cesenaten.
de Aldinis 24. Ianuarij 1611. & in Tusculana fi-
deicommissi 4. Iuly 1618.*

Neque prædictis resistit, quod adhuc pendeat lis super cessione facta per Moniales Bisentijs super fideicommisso Nicolai fideicommittentis, quia hanc immissionem non petunt ex persona Monialium, sed ex persona propria, & ideo hodie non est habendum in consideratione prædictum ius Monialium, quia aut Moniales habent ius, aut non; si habent, cessio suffragatur, sin minus Bisentij ex proprio iure possunt petere immissionem.

Et ita conclusum &c.

Præsens decisio fuit confirmata die 18. Iunij sequentis.

CRACOVIEN. PAROCHIALIS.

Merc. 21. Aprilis 1627.

AR-

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Possessio præsumitur continuata vsque ad tempus motæ litis, si id à possessore allegetur.*
2 *Iudex nulliter procedens non priuat possessione.*

DECISIO MDCXCV.

VT morem gererem parti, iterum proposui
causam super *decis. 26. Iuny superioris anni*
cuius *decis.* fundamenta quoad factum Domi-
nis non placuerunt, cumque pars diu expecta-
ta, & pluries monita informante neglexerit
Domini perstiterunt in resolutis, scilicet Ioan-
ni Madzerolofchi dandum esse mandatum de
manutenendo, cum eius possessio non contro-
uertatur, & conclusiones sint certæ possessio-
nem continuatam præsumi vsque ad tempus
1 motæ litis, si id à possessore allegatur, cum
possessio animo retineatur, vt in eadem *decis.*
dicitur.

Non obstat possessio alterius Ioannis Cli-
feschi capta de mandato Iudicis vigore senten-
tiæ priuatiue lata contra prædictum Ioan-
nem Modzerolofchi, quia cum ista contine-
ret restrictinam videlicet exequtionem tan-
tum huius decreti certis causis suspendit, non
potuit Iudex non reuocata prius hac suspensio-
ne procedere ad immissionem, ad quam cum
nulliter processerit non priuauit Ioannem sua
2 possessione * ex deductis in alia *dec.*

Et ita conclusum &c.

CALAGVRITANA FRVCTVVM.

Lunæ 26. Aprilis 1627.

ARGVMENTVM.

Potest quis obtinere Canonicatum, portionem, & beneficium in Ecclesia Cathedrali Calaguritana, & inibi residens lucrari fructus alterius beneficij quamuis Parochialis, stante Statuto illius Cathedralis.

SVMMARIVM.

1 Statutum Ecclesiæ Cathedralis Calaguritanæ *disponit, quod obtinens Canonicatum & beneficium in Cathedrali & in ea residens lucretur fructus aliorum beneficiorum existentium in alijs Ecclesijs etiam Parochialibus num. 10.*
2 *Huiusmodi statutum est in viridi obseruantia.*
3 *Retinens duo beneficia incompatibilia tenetur in Ecclesia digniori residere.*
4 Statutũ Ecclesiæ Cathedralis Calaguritanæ *circa seruitiũ præstandum à Beneficiatis quid disponat.*
5 *Inferior non potest tollere statutum à superiore confirmatum.*
7 *Instrumentum contra publicam vtilitatem non obligat vide num. 9.*
7 *Ecclesia dicitur publica vtilitas.*
Ius publicum est in sacris, in sacerdotibus, & in Magistratibus num. 7.
8 *Lædens Sacerdotes, & res Sacras ab omnibus tanquam pro publico crimine accusatur.*
10 *Fructus ex duobus beneficijs incompatibilibus potest percipere is, qui habet ius illa retinendi.*

DECISIO MDCXCVI.

DIdacus Beneficiatus in Ecclesia SS. Iacobi,
Andreæ obtinuit portionem in Ecclesia Ca-
thedrali, & in illa resedit; Vnde dubitaui, An
residendo in dicta Ecclesia Cathedrali ei debe-
rentur fructus quos percepisset residendo in Pa-
rochiali, & affirmatiuè fuit resolutum ex sta-
tuto dictæ Ecclesiæ Cathedralis confirmato
1 per Eugenium Quartum, in quo disponitur, *
quod obtinentes Canonicatus, portiones, & be-
ficia in Cathedrali, & in ea residendo lucrentur
fructus aliorum beneficiorum existentiũ in alijs
Ecclesijs etiam Parochialibus eiusdem Ciuita-
tis, & Diœc. & hoc statutum est in viridi ob-
2 seruantia, * & super eo emanauit sententia
Rotalis lata per *bo. me. Oradinum* prætijs dua-
bus *decisionibus sub diebus 3. Octobris, & 12.
Nouembris* 1565. & in meis manuscriptis est
decisio 180. *intitulata quarta partis de Nauarette
sub die* 12. *Nouembris* 1565. & hoc statutum est
conforme dispositioni Iuris communis. Cum
enim videatur indulgere, quod duo incompati-
3 bilia possint retineri, * Beneficiatus tenetur in
Ecclesia digniori residere *c. extirpanda §. Qui
vero de Præben. Gloss. in c. non potest in §. Illud
num.* 5. *de Præben. in 6. Hoied. de Incompatib.
benefic. part.* 1. *cap.* 17. *num.* 29. & fuit dictum
in causa *Vallisoletana Archidiaconatus 16. Nouem-
bris 1616. coram me.*

Non obstat aliud statutum confirmatum ab
Episcopo, in quo disponitur, quod Beneficiati
4 curent inseruire cum propria persona * sine eo,
quod apponat Cappellanum, quod non petant
fructus in absentia, & absque eo quod inser-
uiant personaliter non vtantur, vel fruantur
aliqua consuetudine, vel priuilegio in contra-
rium, & quod si dicti beneficiati obtinebant be-
neficia in maiori Ecclesia, non inseruiant bene-
ficio in Parochialibus per aliam personam,
sed quod dicta Beneficia vacent, & alteri
conferantur, & hæc quidem omnia obser-
uare iurauit Didacus. Nam fuit responsum,
quod ista dispositio in hoc casu non tenet,
cum tendat ad tollendum statutum confirma-
tum à Papa, inferior enim non potest tol-
5 lere legem Superioris * *cap. vt nostrum de appel-
lation. Anchar. cons.* 58. *num.* 3. & in puncto fuit
dictum in dicta *Calaguritana de Nauarette coram
Oradino*. Eoque magis, cum ex prædictis ap-
pareat fuisse factum in odium Cathedralis cum
inducat incompatibilitatem cum beneficijs Pa-
rochialis *c. ad dedecorem ad iust. & iur. vbi Imol.*

num. 2. Bart. in l. omnes populi num. 52. in 5. quæst. in fin. ff. de iust. & iur. & fuit dictum in causa *Placentina Admissionis ad Capitulum 16. Iunij 1587. coram bo.me. Cardinali Blanchetto.* Nec ista dispositio potest sustineri ex iuramento præstito per Didacũ, quia cum posset ex Constitutione Eugenij habere beneficium in Parochiali, & Cathedrali, & residendo in Cathedrali percipere fructus in Parochiali, & sic agatur fauore Ecclesiæ Cathedralis, vt honorificentius illi inseruiatur, & dicta Constitutio emanauerit fauore Ecclesiæ Cathedralis iuramentum non obli-
6 gat, quia est contra publicam vtilitatem *cap. si Delegati de for. compet.* Ecclesia enim dicitur
7 publica vtilitas * *c. ius publicum distinct. 1.* vbi quod ius publicum est in Sacris, in Sacerdotibus, & in Magistratibus, & *Gloss.* dicit, quod lædens Sacerdotes, & res sacras * ab omnibus tanquam pro publico crimine potest accusari, & in his terminis hæc iura doctissimè ponderat *Gemin. conf. 83. num. 9.*

Non obstat, quod agitur de fructibus, & sic cum præiudicium Ecclesiæ sit separatum à præ-
9 iudicio Didaci, iuramentum obligat * *Gemin. conf. 60. num. 6. vers. dici tamen posset & num. 7. vers. vbi autem, & vers. si verò præiudicium.* Quia fuit responsum in hoc casu non esse simpliciter agendum, an Beneficiati Parochialium, qui iurarunt residere teneantur, sed agendum, quando Beneficiati Parochialium beneficiantur etiam in Cathedrali, qui vt dictum est, non tenentur dimittere beneficium in Parochiali, an possint percipere fructus, & dicendum est, quod sic etiam quod agatur de interesse separato Beneficiati. Nam cum Beneficiatus in Ecclesia Cathedrali non teneatur dimittere beneficium in Ecclesia Parochiali etiam stante iuramento propter præiudicium Cathedralis, non prohi-
10 betur percipere fructus in Parochiali, quia sublato principali, vt est dimissio, censetur etiam sublatum accessorium, vt in similibus terminis dicit *Lap. alleg. 21. num. 2.* sunt enim casus diuersi, quod obtinens beneficium in Parochiali teneatur per seipsum residere, & obtinens in Cathedrali teneatur dimittere beneficium in Parochiali, quia in secundo casu etiam quod hoc sit dictum, vt per seipsum inseruiat, tamen sublato principali, quod teneatur dimittere, sublatum est etiam accessorium, quod fructus non percipiat.

Neque facit, quod iuramentum etiã continet de non obtinenda dispensatione, quia hic non agitur de dispensatione obtinenda, sed hoc prouenit ex statuto præcedenti, quod non potuit tolli per subsequens Episcopale, vt considerauit Rota in dicta *Calagurritana coram Oradino.*

Et ita fuit resolutum vtraque parte informante.

Præsens decisio fuit confirmata die 5. Nouembris sequentis.

CAESARAVGVSTANA PRAEEMINENTIARVM.

Lunæ 26. Aprilis 1627.

ARGVMENTVM.

Tota decisio versatur circa materiam præcedentiæ.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum Ecclesiæ maioris debet præcedere alios beneficiatos & Prælatos Ecclesiarum inferiorum.*

2 *Præcedentia, quæ competit in processionibus cõpetit etiam in Ecclesia, ad quam itur processionaliter.*
Possessio quando habeat vim stationis, & qui actus dicantur actus processionis. num. 2.

3 *Manutentione concessa in quasi possessione deferendi Crucem argenteam non potest deferri crux aurea.*

DECISIO MDCXCVII.

FVerunt proposita per Partes quinque quæsita, vt Rota videret in quibus, & quomodo sit exequendum mandatum de manutenendo alias relaxatum per *bo: m: D. de Rubeis*, & postea *per D. meum Cardinalem Millinum* exequutum: Quorum primum erat; An Decano, Dignitatibus, & Canonicis Metropolitanę debeatur manus dextera in Ecclesia Regulari Collegiata Beatæ Mariæ de Pilari, cum ad illam certis diebus accedant.

Circa quod partes conueniebant, quod Canonicis Metropolitanæ vigore mandati de manutenen. illa debeatur, sed Ecclesia de Pilari solum in controuersiam deducebat, quod non deberetur quoad Priorem dictæ Ecclesiæ del Pilar, cum ipse esset in possessione præcedendi etiam Capitulum Metropolitanæ, vt satis clare deponunt 12. Testes.

Cœterum contrarium visum fuit Dominis, quia isti Testes non fuerunt formiter examinati, nec constat qua auctoritate, & non sunt in actis; Vnde cum mandatum de manutenendo contineat, quod Prior, Canonici, & Capitulum de Pilari teneantur Decanum, Canonicos, & Capitulum Ecclesiæ S. Saluatoris Metropolitanę honorificè recipere diebus, quibus ad Ecclesiam de Pilari accedunt, vtique etiam Prior de Pilari teneatur ex vi quasi possessionis hanc præcedentiam dare, cum in mandato de manutenendo concedatur Decano, Canonicis, & Capitulo Ecclesiæ Metropolitanæ aduersus Priorem, Canonicos, & Capitulum de Pilari, & sic omnes includat.

Quæ quidem coadiuuantur ex assistentia iuris, quam habet Capitulum Metropolitanæ, vt fuit ponderatum in *decisionibus factis 13. Februarij & 22. Iunij superioris anni*; & in puncto quod Capitulum Ecclesiæ maioris debeat de-
1 iure præcedere alios Beneficatos, * & Prælatos Ecclesiarum inferiorum dicit *Felin. in cap. cum non liceat num. 2. vers. dictis Abbatis de Præscript.* vbi quod istud procedit etiam in Ecclesia Prælati inferioris.

Concurrunt etiam sententiæ Sanctij, & Dalmatij, nec non laudum Archiepiscopi Alphon-

si la-

fi latum de anno 1513. de quibus inprædictis decisionibus, & tandem pro maiori corroboratione dantur Testes pro parte Ecclesiæ Metropolitanæ, contra quos licet opponantur exceptiones: Attamen quicquid de his exceptionibus dicendum sit, cum eorum dicta ex prædictis coadiuuentur, illæ exceptiones non sunt habendæ in consideratione.

Secundum quæsitum fuit, An Decano, Dignitatibus, & Canonicis Metropolitanæ vel Priori, & Canonicis de Pilari sit danda manus dextera, dum sedent in alijs Ecclesijs, seù Monasterijs, ad quæ processionaliter itur pro Missa cantanda, & concione facienda. Visum est Dominis, cum concedatur mandatum de manutenẽdo Ecclesiæ de Pilari

2 in Processionibus, * & iste sit vnicus actus processionis, cum processio possit fieri vt reuertatur ad eamdem Ecclesiam, & ad aliam, etiam perueniatur, quæ est processio habens vim stationis, vt per *Crespet in summa in verbo processiones, & in verbo letania*. Ideo sicut debetur in actu ipsius processionis, ita etiam debetur in Ecclesia, ad quam itur, cum ille etiam sit actus processionis, licet in illa Ecclesia decantetur Missa, aut Concio audiatur, quia vt dictum est processio est ad illam stationem.

Tertium quæsitum fuit; an liceat Ecclesiæ Collegiatæ de Pilari deferre in Processionibus generalibus, & cum ad Metropolitanam accedit, Crucem, hastam, perticam, & mazzam deauratas. Et negatiuè fuit dictum, & pro

4 resolutione firmatum, * quod dum mandatum de manutenẽdo loquatur de Ecclesia Metropolitana, dicit illam debere accedere cum Cruce, & pertica, seu hasta deaurata, seu honorabiliori arbitrio eiusdem Capituli Metropolitanæ. Dum verò loquitur de Collegiata cum Cruce in pertica seu hasta argentea non tamen aurea, ac sceptro, & mazza argenteis; Ex quibus dixerunt Domini, quod quando mandatum de manutenendo voluit Crucẽ esse auream, hoc expressis verbis dixit, & propterea illa verba (*cum Cruce in pertica argentea non tamen aurea*) sunt intelligenda nedum de hasta, & pertica, sed etiam de Cruce, quia secundum Grammaticos poterat ità dici per nomen singulare referendo ad omnia sicut per nomen plurale videlicet vtendo verbo (*argenteis*) quapropter cum illud nomen singulare possit congruè referri ad omnia est referendum, maximè quia quando mandatum loquutum est de Cruce aurea, id expressis verbis dixit.

Quartum quæsitum fuit; An Portionarij nouiter instituti in Ecclesia del Pilar ad nutum amouibiles sint in dd. Processionibus præferendi Portionarijs titularibus Metropolitanæ; Et negatiuè resolutum est; fuit enim consideratum, quod mandatum de manutenendo licet dicatur fuisse datum Ecclesiæ de Pilari, tanquam Collegio siuè corpori; non tamen hoc fuit factum simpliciter, sed ità vt Dignitates, Canonici, aliique de duobus Collegijs simul concurrant tanquam Dignitates, Canonici, Portionarij respectiuè, non autem in vniuersum, & ideo isti Portionarij amouibiles non debent præcedere, quia alias sequeretur absurdum, quod Portionarij amouibiles non æquales Portionarijs Metropolitanæ de nouo electi, & qui non erant in rerum natura de tempore mandati de manutenendo deberent præcedere.

Quintum, & vltimum quæsitum est; an Prior del Pilar in absentia Decani Metropolitanæ debeat incedere solus in nobiliori loco, exclusis alijs primioribus Dignitatibus, & Canonicis Metropolitanæ, & affirmatiuè fuit resolutum, cum in mandato dicatur, quod occurrente casu absentiæ alterius ex Prioribus, non liceat alijs Dignitatibus ascendere ad locum Prioris absentis, & ideò tollitur omnis difficultas, cum sit sublata ex *decisionibus Rotalibus*, quarum vigore prædictum mandatum fuit relaxatum. 1

Et ita conclusum vtraque parte informante &c.

Præsens decisio in parte fuit confirmata die 29. Nouembris sequentis, & reuocata quoad tertium quæsitum die 3. Aprilis 1628. & postea declarata 14. Febr. 1631.

ROMANA MEDIETATIS DOMVS.

Veneris 30. Aprilis 1627.

ARGVMENTVM.

Ad probandum dominium directum quæ adminicula cum instrumento inuestituræ requirantur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia est valida, dum ex processu constat de iurisdictione, mandato procuræ, & citationibus.*

2 *Tertius appellans à sententia lata si non curat commissionem causæ prout in prima facie omnia sua in statu, & terminis, in quibus reperitur causa.*

3 *Dominium directum probatur ex instrumento inuestituræ tam contra tertium, quam etiam iunctis adminiculis contra emphyteutam.*

4 *Instrumentum inuestituræ iunctis adminiculis, de quibus ibi, probat dominium directum.*

5 *Dominium directum probatur ex confessione contra ipsum confitentem. Ampl. num. 7.*

6 *Confessio extraiudicialis licet non probet quoad trãslationem dominij, tamen sufficit, quoad illius probationem.*

7 *Rector Ecclesiæ confitendo dominium directum alicuius rei ad fauorem alterius præiudicat eius Ecclesiæ non quoad translationem dominij, sed quoad illius probationem.*

8 *Enunciatiua antiquissima plurimum conferunt ad probationem dominij directi.*

9 *Solutiones censentur factæ vigore illius instrumenti, ad quod magis congruunt.*

10 *Emphiteuta potest imponere censum super re conducta*

ducta, sed non potest disponere de dominio directo.

11 *Census ab emphiteuta impositus super re emphiteutica tandiu durat, quandiu durat emphiteusis.*

DECISIO MDCXCVIII.

Blasilius de Gabrielibus de anno 1520. 22. Octobris imposuit annuum, & perpetuum centum ducatorum septem super domo, de qua agitur, illumque pro pretio ducatorum centum de Carolenis similium Ioanni Atrocinio ementi nomine Ecclesiæ S. Cæciliæ, vendidit cum declaratione, quod dicta domus in directum, & perpetuum dominium esse deberet apud dictam Ecclesiam; Postmodum verò de anno 1534. 7. Februarij Abbatissa, & Moniales olim Monasterij S. Mariæ in Iulia, alias Santucciarum hodiè verò Monasterij S. Annæ Vrbis asserentis se alias eandem domum locasse dicto Blasilio ad tertiam generationem, & de anno 1527. malam qualitatem temporum, & saccum Vrbis superuenisse, ideoque nudam, ruinosam, & vacuam tunc vsque remansisse, & se à pluribus annis non potuisse pensiones exigere à locatarijs iam defunctis, nec vnquam comparuisse hæredes ad debitas responsiones soluendas; Præfatam domum tamquam Monasterio, & sibi ipsis deuolutam, & ad se ipsas iure directi dominij pertinentem, cuius possessionem acceperant, ac penes se detinebant cum præsentia, & consensu Rectoris dictæ Ecclesiæ S. Cæciliæ locarunt Augustino Piscinæ ad tertiam ipsius, & Margharitæ Vxoris generationem pro annua responsione ducatorum sex sibi ipsis, & alia simili responsione 6. ducatorum similium de Carolenis præfato Rectori soluenda, illam super dicta domo prætendenti, cum declaratione quod in casu deuolutionis dicta domus reuerteretur ad Monasterium (sub cuius esse dominio, tam ipsæ Moniales, quam Rector promiserunt) & in eo casu Moniales responsionem prædictam Rectori persoluerunt.

De anno 1602. cum huiusmodi locatio per sexaginta octo annos absque aliqua contradictione effectum sortita per obitum Ioannis Dominici vltimi comprehensi expirasset, Moniales vna cum Angelo Baldo tunc temporis Rectore dictæ Ecclesiæ S. Cæciliæ in vim instrumenti inuestituræ factæ Augustino de anno 1534. possessionem dictæ domus tamquam ad se ipsas vti dominas directas deuolutæ apprehenderunt, & sub die 24. Septembris eiusdem anni 1602. idem Angelus Rector, & Moniales eandem domum locauerunt pro annua pensione sc. 40. soluenda pro medietate Monasterio, & pro alia medietate Rectori Ecclesiæ S. Cæciliæ, & tam Moniales, quam Rector eandem pensionem per plures annos comuniter exegerunt. Cum vero de anno 1624. prætenderent Moniales directum dominium domus ad se solas pertinere, ac ideo Rectorem dictas pensiones ad tantam summam indebitè exegisse, cum solummodo videretur posse prætendere 6. ducat. de Carolenis, quos secundum tenorem instrumenti inuestituræ anni 1534. in euentum deuolutionis, se soluturas promiserant; introduxerunt iudicium in Rota coram *Reuerendissimo D. m. Patriarcha Hierosolymitano*, à quo preuijs duabus *decisionibus* sententiam fauorabilem tam pro recuperatione medietatis domus, quam restitutionis pensionum indebitè exactarum obtinuerunt. Et causa appellationis mihi commissa, dubitaui an dicta sententia esset confirmanda, vel infirmanda, & dubio pluries proposito, & non resoluto, tandem per DD. hodiè negotio maturè discusso fuitresolutum sententiam esse confirmandam. De illius enim validitate non dubitarunt, cum ex reuolutione processus constet de iurisdictione,

1 mandato procuræ, * citationibus, & alijs iuxta *decis. Caput. 260. par. 2.* quam sequitur *Rota in decis. 589. num. 1. par. 1. & 602. n. 1. par. 2. in rec.* & alibi passim.

Nec obstat, quod non fuerit citatus Io: Iacobus Magius alter ex successoribus dicti Angeli Rectoris, quia ex reuolutione actorum nunquam constat ipsum fuisse in iudicio, nec minus in sententia comprehensum, sine nominatum, & tollitur omnis difficultas, quia cum

2 à sententia appellauerit, * & non commiserit causam prout in prima, facit omnia acta sua in statu, & in terminis, in quibus reperitur causa, ad quam hodie venit, vt latè *Rota apud S. m. Gregorium decis. 259. & ibi Addent.*

Iustitia verò satis clarè colligitur ex *decisionibus coram eodem Reuerendissimo D. meo Hierosolymitano* in hac causa factis sub *die 5. Martij & 27. Iunij* 1625. in quibus duo firmantur, videlicet, Dominium Monasterij, & restituendum esse pensiones, & circumscripta iustitia quoad dictam pensionum restitutionem, de qua poterit particulariter videri; quoad dominium DD. nullam habuerunt difficultatem stan-

3 te instrumento inuestituræ * factæ à Monasterio dicto Piscinæ de anno 1534. quod non solum probat plenè dominium contra tertium; sed etiam iunctis adminiculis, quæ hic concurrunt, contra ipsum emphiteutam secundum vulgarem Doctrinam *Bart. in l. ad probationem 23. C. locat. Bald. in l. cum aliquis num. 4. C. de iur. delib. Ias. in l. quoties num. 5. in fin. C. de rei vendic. Angel. in l. officium num. 2. vers. sed bene ff. eodem tit. Dec. cons. 146. num. 14. vers. & licet per instrumentum Menoch.* latè *cons. 409. num 4. vol. 5.* & hanc opinionem passim admittit *Rota in Papien. bonorum* 28. *Aprilis* 1565. *coram Illustrissimo Cardinale Millino in Leodien. Dominij de Hollonia* 5. *Maij* 1625. *coram R. P. D. meo Merlino, & in Romana deuolutionis* 28. *Maij eiusdem anni* 1625. *coram Reuerendo P. D. M. Pirouano, & decis. 293. par. 1. & decis. 193. num. 1. vers. fallit tamen par. 2. recent. & apud Seraph. decis. 1413. nu. 3.* & fuit dictum in dicta *decis. in hac causa facta sub die 5. Martij coram Reuerendissimo D. M. Hierosolymitano.*

Antiquitas vero temporis, solutio canonum, & possessio pro Monasterio in vim in-

4 strumenti d. inuestituræ * anni 1534. capta per Rectorem, & Moniales, quæ latius fuerunt

pon-

ponderata in eadem *decisione coram Reuerendis-
simo D.M. Hierosolymitano*, negari non potest,
quin ex abũdanti præstent adminicula ad pro-
bationem dominij, de quo agitur; accedente
præsertim confessione iurata eiusdem Rectoris
quod scilicet dicta domus erat sub dominio
5 Monasterij,* & quod ideò in casu deuolutionis
reuerteretur ad Moniales dominas directas
cum onere soluendi d. responsionem 6. ducat.
de carolenis; quæ confessio probat dominium
tam contra confitentem, quam contra succes-
sorem, vt tradit *Bart. in l. cum falsa num. 8. C. de
iur. & fact. ignor.* Vbi quod quamuis confessio
6 extraiudicialis non præiudicet * quoad trans-
lationem, preiudicat tamen quoad probatio-
nem dominij, & ideo quicquid sit, an huius-
modi confessio Rectoris potuerit præiudicare
7 Ecclesiæ, * & successoribus quoad translatio-
nem dominij, certum est, quod potuit præiu-
dicare quoad illius probationem, de qua nunc
agitur, quia Moniales non prætendunt ex con-
fessione Rectoris sibi fuisse acquisitum, aut in
seipsas translatum dominium domus, de qua
agitur, sed contendunt probare ex hac confes-
sione, præfatum dominium ex antecedenti a-
pud se ipsas fuisse, quo casu dicta confessio
plurimum suffragatur, vt ex *Bart.* & alijs pon-
derauit *Rota in d. decis. 191. num. 3. par. 2. rec.*
in qua allegatur *decisio Sublacen. bonorum 21.
May 1604. coram Litta*, & fuit dictum in ea-
dem causa in dicta *decis. sub 4. Martij coram
Reuerendissimo Hierosolymitano*.

Considerarunt insuper DD. quod in instru-
mento dictæ inuestituræ anni 1534. non modo
enunciatur sæpius, quod dicta domus pleno
iure directi dominij pertinet ad dictas monia-
les, sed etiam quod de illo tempore per eas-
dem detinebatur, & possidebatur, quæ enun-
8 ciatiuæ cum sint antiquissimæ * plurimum con-
ferunt ad probationem dominij etiam ad quē-
cunque effectum *Felyn. in cap. cum causam num.
4. vers. tamen instrumenta de Probat. Bald. in l. cum
aliquis num. 4. & ibi Ias. etiam num. 4. C. de iur.
delib.* idem *Bald. in l. emancipatione num. C. de
fid. instrument. Butr. in cap. fin. de success. ab intest.*
quos refert, & sequitur *Alex. cons. 75. num. 3. lib.
4. Dec. d. cons. 146. num. 14. Menoch. d. cons. 409.
num. 9. & seqq. Cassad. decis. 3. num. 3. de Procur.
decis. 91. num. 2. par. 1. & decis. 223. num. 4. par. 2.
diu.* & fuit consideratum in d. *Papien. bonorum
28. Aprilis 1595. coram Illustrissimo Millino*.

Nec dicatur, quod adminicula superius pon-
derata conueniunt etiam instrumento census
facti ad fauorem Ecclesiæ S. Cæciliæ de anno
1520. quia aduertendum est, quod vltra ea,
quæ aliquo modo possent esse communia, pro
instrumento Monialium concurrit confessio
iurata Rectoris, possessio Monialium enuncia-
ta in dicto instrumento, & denuo capta in vim
eiusdem instrumenti de anno 1602. Præterquã
quod solutiones Canonum factæ Rectori du-
rante locatione instrumenti anni 1534. non
possunt præstare aliquod adminiculum dicto
instrumento anni 1520. quia factæ sunt in vim
dicti instrumenti anni 1534. in quo non modo
non coadiuuatur, sed omnino destruitur di-
ctum instrumentum anni 1520. saltem quoad
prætensum dominium, & quod dictæ solutio-
nes fuerint in vim dicti instrumenti anni 1534.
9 patet,* quia secundũ illius tenorẽ ad rationẽ sex
ducatorum de Carolenis factæ apparent, non
autem ad rationem septem duc. prout fieri de-
buisset si in vim eiusdem instrumenti anni
1520. fuissent factæ.

Non obstat igitur instrumentum d. census,
quia supposita etiam validitate illius, de cuius
tamen effectuatione nullibi constat, saltem
quoad prætensam acquisitionem dominij di-
recti Ecclesiæ S. Cæciliæ, in omnem casum non
potest dici, quod sit alterius, cum non
probatur, quod dictus Blasilius esset dominus,
& posset disponere de d. directo dominio, vnde
cum ex supradictis resultet plena probatio do-
minij Monialium, euidenter sequeretur, quod
quamuis dictus Blasilius vti conductor potuis-
set præfatum censum super domo emphiteoti-
10 ca imponere, * non potuit tamen disponere
de directo dominio domus, quod erat penes
Monasterium, cui quoad ipsum directum do-
minium in nihilo potuit præiudicare, vt in
terminis feudi dixit *Clarus in §. feudum quæst.
37.* & in specie de Emphyteusi in *§. Emphyteu-
sis quæst. 21. per totam Corbul. de priu. ob alien. lim.
33. num. 4. & seqq.* benè *Redoan. de reb. Eccles.
non alien. tit. de constit. ann. cens. super reb. Eccles.
num. 25.* Vbi quod quamuis licita sit impositio
census super re emphyteutica, etiam sine con-
sensu Domini, id tamen est intelligendum sine
preiudicio iurium directi dominij. Quicquid
sit, an in casu deuolutionis narratæ in præfato
instrumento inuestituræ anni 1534. dictus cen-
sus fuerit extinctus, & domus reuersa fuerit ad
11 Monasterium libera, * & sine aliquo onere, de
quo videtur *textus expressus in l. lex vectigali,
& ibi DD. ff. de pignoribus.* & *in l. in prouinciali
C. de seruit. & aqu. Redoan. loco supra citato*, qui
affirmatiuam opinionem tenet, dicens, quod
tam diu durat census, quamdiu durat emphy-
teusis.

Et ita conclusum vtraque parte informan-
te.

ROMANA PALATII.

Veneris 30. Aprilis 1627.

ARGVMENTVM.

In annuis præstationibus conditionalibus
tot requiruntur præscriptiones quot sunt
anni. Præsumptio solutionis deducta *ex
Statuto Vrbis lib. 1. cap. 158.* eliditur ex
aliã præponderanti præscriptione.

SVMMARIVM.

1. *Præscriptio dormit durante pupillari ætate.*
2. *Solutionis præsumptio deducta ex* Statuto Vrbis lib. 1.

lib. 1. cap. 158. *tollitur ex alia praeponderanti praesumptione, de qua num. 9.*

3 *In annuis praestationibus unica tantum sufficit praescriptio secundum opinionem Citramontanorum, & secundum opinionem Vltramontanorum tot requiruntur praescriptiones quot sunt anni.*

4 *Si annua praestatio purè debetur sufficit unica praescriptio.*

5 *Annua praestatio promissa donec pretium soluatur vel inuestiatur, dicitur sub conditione.*

6 *Tot requiruntur praescriptiones, quot anni in annuis praestationibus sub conditione debitis.*

7 *In obligationibus conditionalibus non praescribitur nisi vbi iam extiterint.*

8 *In obligationibus conditionalibus pro futuro tempore non est orta actio, potest tamen agi, vt in futurum praestetur.*

10 *Emptor non potest magis cogi ad solutionem sortis, quam fructuum, quando in eius arbitrio fuit relictum.*

11 *Praescriptio statutaria contra non valentem agere non currit.*

DECISIO MDCXCIX.

DE anno 1573. hæc domus fuit vendita per Petrum Regium bo. me. Cardinali Vrsino emptori pro persona nominanda, & actum, quod aut pretium reinuestiretur in tot locis montium, vel remaneret penes Cardinalem, vel idoneum Mercatorem, vt staret loco euictionis cum onere soluendi quatuor pro centenario pro fructibus recompensatiuis. Successiue d. D. Cardinalis nominauit quasdam Mulieres de Monsignanis, quæ de anno 1578. vendiderunt domum illis de Buccamasijs, quia promiserunt soluere præfatos fructus primo venditori ad quatuor pro centenario.

De anno 1599. orta fuit lis inter præfatos hæredes Petri, & Buccamasios secundos emptores super rescissione contractus ob enormem læsionem, & de anno 1623. mutato iudicio fuit actum super solutione dd. fructuum. Vnde contingit priùs dubitari quoad dd. fructuum solutionem de præscriptione *Statuti Vrbis cap. 2. lib.* 1. quam non obstare fuit resolutum, & deinde 26. *Iunij superioris anni coram bo. me. Remboldo* de præscriptione eiusdem *Statuti cap.* 158. *lib.* 1. quod induceret præsumptionem satisfactionis, & illam non obstare de anno 1573. vsque ad annum 1578. fuit pariter resolutum, ab anno verò 1578. vsque ad annum 1599. obstare, & inde citra non obstare.

Hodie verò Ego proposui causam super eisdem; Et Domini quoad annum 1573. vsque ad 1578 resoluerunt præscriptionem non obstare, & in hoc standum esse in *decisis* ab anno 1578. vsque ad annum 1599. quo fuit mota lis, cum isto medio effluxerint 21. anni, & Statutum requirat tempus sexdecim annorum, an obstet pro primis quinque annis erit particulariter videndum, pro alijs verò non obstare, & considerandum pro dictis quinque annis, an suffragetur ætas pupillaris, qua stante dormiuit
1 præscriptio * *l. sicut C. de praescr. 30. vel 40. ann.* cum pro alijs non obstet, & in hac parte
fuit recessum *à decisis*; a dicto verò anno 1599. citra non obstare præscriptionem, & in hoc pariter standum esse *in decisis*.

Ratio primi dicti, quod scilicet non obstat præscriptio ab anno 1573. vsque ad annum 1578. est clara. Quia nempè in venditione facta per Mulieres de Monsignanis in Buccamasios adest euidens confessio dictos fructus non fuisse solutos, & propterea cum Statutum
2 sit fundatum in præsumptione, * & admittat in contrarium aliam præponderantem præsumptionem, non est dubium, quin in hoc casu adsit præsumptio præponderans, sed etiam plena probatio, cum nulla detur maior quam illa, quæ ex partis confessione colligitur *l. cum ad C. de transact. Marsil. singul.* 207. *num.* 2. vbi quod considerat ordinem, & efficacior omni alia probatione *Bologn. ad cons. Io de Anan.* 55. *num.* 8.

Ratio secundi dicti, quod scilicet præscriptio ab anno 1578. vsque ad annum 1599. demptis quinque annis, de quibus erit videndum, sit, quia agitur de annua præstatione, quæ, & si quando pure debetur, quæstio magna sit, an sufficiat vnica præscriptio, vel tot requirantur præscriptiones, quod sunt solu-
3 tiones, & opinio Citramontanorum sit, * quod vnica tantum sufficiat, & Vltramontanorum, quod tot requirantur præscriptiones, quot sunt anni vt per *Put. decis.* 253. *num.* 1. *lib.* 1. *in correct.* & multos pro vtraque parte allegat *Matth. Berlich. par. 2. concl. 4. num. 4. vers. & hac opinio*. Et quando annua præstatio pure
4 debetur, * quod sufficiat vnica præscriptio secundum Vltramontanos, videtur tenere *Rota apud Put. d. dec.* 253. quæ duplicatur diuersis verbis apud *Mohed. dec. 4. de praesumpt.*

Attamen in hoc casu cum annua præstatio non esset simpliciter promissa, sed donec præ-
5 tium solueretur * (quod tacitè intelligitur) vel inuestiretur in tot locis Montium non fuit pura, sed sub conditione prout in simili, quoad hunc effectum fructus census conditionaliter intelligi promissos Rota resoluit in causa *Romana census de Caffarellis 9. Decembris* 1587. *coram bo. me. Gypsio*, quæ est *apud Cenc. de Censib. dec.* 230. *num. 9. & 11.* Et ideò sine diffi-
6 cultate tot requiruntur præscriptiones, * quot anni, vnde demptis quinque annis, quo ad reliquos non interuenit pro singulis præstationibus tempus sexdecim annorum, quod ex Statuto requiritur, nam in conditionalibus ob-
7 ligationibus non præscribitur, * nisi vbi iam extiterint *l. cum notissimi §. illud autem plus C. de praescr. 30. vel 40. ann.* Quamuis enim potuit agi, vt in futurum præstetur, tamen pro
8 futuro tempore verè non est orta actio, * vt ait *Bart. in l. de pupillo 5. §. si in pluribus num. 2. ad med. vers. recordor quod dicebam ff. de nou. oper. nunc. Ias. ibid. num.* 1. & fuit originale dictum *Ioann. antiqui Glossatoris*, vt dicit *gl. in d. l. cum notissimi §. in his in verbo cuiusq. anni* vbi etiam *Bal. num. 1. Balb. de praescr. par. 4. princ. quaest. 4. incip. quaero principaliter num. 1. & seqq. Cassan. in consuetud. Burgund. Rubr. 9. §. 2. vers. par quelque laps de temp. num. 20. Abb. in cap.*

audi-

auditis num.36. & ibid. Felyn. in fin.de præscript. Foller. in pract. censual. in verbo huiusmodi num. 105. vers. aut loquimur de annua præstat. vbi de communi *Aym. de antiq. temp. part 4. in verbo materia ista singularitatis num. 36. Gig. de pension.quæst. 86. num. 6. Boccac. de censib. p.3. nu. 67. Aufrer. ad Cappell. Tholoss. quæst. 343. n. 2. cum seq. & Rot. in d. dec. 253. lib. 1. coram Put. & decis. 4. de præscript. coram Mohed.* & in *Burgensi quindenniorum 23. Iunij, & 3. Iulij 1595. coram Litta,* & in *Romana fructuum census 12. Iunij 1603. coram Illustrissimo Mellino,* quæ est apud *Cenc. dec. 302.* & in *d. Romana Census de Caffarellis coram Gypsio,* vbi etiam ponderatur, quod ista eo magis procedunt in præscriptione statutaria, quæ fundatur in negligentia, & inducit præsumptionem satisfactionis, quæ hic non intrat ex præfatis.

Ratio verò tertij dicti, quod ab anno 1599. citra non currat præscriptio est illa, quia, vt dictum est, statutum admittit præsumptionem
9 fortiorem in contrarium, * si enim attenditur tempus ab anno 1599. quo fuit mota lis super enormissima læsione, non est verisimile, quod pars acceptauerit fructus ad rationem quatuor pro centenario, cũ a die motæ litis ei essent debitæ pensiones domus, quæ stante præfata enormissima læsione longe excedebant fructus promissos ad rationem quatuor pro centenario, & non est dubium, quin ista coniectura sit fortior quam illa, quæ desumitur ex statuto, cum isti hæredes Petri hoc modo iactauerint suum, vt bene ad propositum *Aym. cons. 192. num. 7. & cons. 666. num. 8. Becc. cons. 90. num. 18. & cons. 52. num. 70. cum seqq.* & sic ista præsumptio præponderat præsumptioni statutariæ.

Neque obstat, quod fors videatur præscripta, & sic neque fructus debeantur, quia cum
10 essent in arbitrio emptoris soluere sortem * non potest venditor cogere ad illam soluendam, sed ad fructuum solutionem *Ruin. cons. 193. num.4. vers.non obstat lib.1. Vinc.de Franc. decis. 254. num. 9. Mantic. decis. 14. num. 8.* & ideo respectu sortis non intrat præscriptio sta-
11 tutaria, * quæ contra non valentem agere non currit *l. cum notissimi §. in his, & §. illud C.de præscr. 30. vel 40. ann. Gemin. cons. 152. num. 1. vers. & quod ista corruptio.*

Et ita conclusum vtraque parte informante, &c.

CALCIATEN. IVRISDICTIONIS.

Mercurij 5. Maij 1627.

ARGVMENTVM.

Episcopus in qua parte suæ Diœcesis possit exercere iurisdictionem criminalem.

SVMMARIVM.

1 *Sententia validitas probatur ex eo quod concurrunt omnia, de quibus ibi remissiuè.*

2 *Episcopus in causis criminalibus contra Capitulares Ecclesiæ Cathedralis, & quomodo possit procedere.*

3 *Episcopus potest sedere in quocumque loco suæ Diœcesis non exempto vbi maluerit.*

4 *Carcerationis locus est arbitrarius.*

5 *Episcopus procedere tenetur in eius domo, aut consueto Tribunali etiam in casibus, in quibus procedit cum adiunctis.*

6 *Episcopus in Diœcesibus vnitis potest extrahere ex vna Diœcesi in aliam, & ibi cognoscere causas.*

7 Concil. Trid. sess.25. cap.6. de reform. *tollit consuetudines.*

8 *Iuramentum de seruando consuetudinem non intelligitur de consuetudine sublata* per Concil. Trid.

9 *Concordia à Sede Apostolica non confirmata tollitur* per Conc.Trid. sess.25. cap.6. de reformat.

DECISIO MDCC.

Fvit resolutum, sententiam Rotalem esse confirmandam, cum sit valida, & iusta; Ad ef-
1 fectum enim validitatis concurrunt omnia * de quibus per *Caputaq. decis.262.par.2.Rot.dec. 602.num.1. & decis.708.num.1.par.2. in recent.* iustitia vero est patens, dum pronuntiat, Episcopum in causis criminalibus posse conueni-
2 re * Capitulares Ecclesiæ Calciaten. in qualibet parte suæ diœcesis, & contra illas processus facere, & fabricare, & ibidem illas corrigere, punire, castigare, & causas prædictas cognoscere vsque ad sententiam exclusiuè, & & adiunctos fore, & obligatos esse, & teneri assistere in domo eiusdem Ordinarij, & eius consueto Tribunali in qualibet parte suæ Diœcesis, vbi prædictæ causæ criminales fient, & dictos Capitulares posse carcerare in carceribus eiusdem Ordinarij; Episcopus enim habet super hoc intentionem fundatam nedum de iure cumunuini, vt in *cap. vt Episcopus de offic. ordin.in 6.* vbi Episcopus potest sedere pro Tri-
3 bunali quocunque loco Diœcesis, * non exempto vbi maluerit *Bertachin.de Episc.par.5. lib.4. num.70.* vbi in specie, quod potest etiam eligere in sua Camera, & quod locus carcerationis
4 est arbitrarius * *Farinac.in prax. quæst.27. num. 99 Gonzal.super Reg.8.gloss.5.§.2. præm.num.35.* sed etiam ex dispositione *Concilij Tridentini sess.25.cap.6. de reform.* ibi *Episcopus procedere*
5 *tenetur in eius domo, aut consueto Tribunali,* * vbi loquitur expressè in casibus, in quibus Episcopus procedit cum adiunctis.

Non obstat, quod Episcopus consueuerit cognoscere huiusmodi causas in Ciuitate Calciaten. vt deponunt testes, quod videtur multum rationabile, cum Diœcesis Calaguritana, & Calciaten. sint adinuicem vnitæ, quia placuit responsio, quod cum sit vnicus Episcopus potest extrahere ex vna Diocesi in aliam, & ibi

6 ibi cognoscere causas *Mandos. cons. 217. num. 6. versic. tertium caput cum seqq.* vt enim fuit consideratum in *dec. bo. me. Remboldi 10. Maij 1624.* huiusmodi Diœceses nō sunt pænitus distinctæ nec Episcopus habet plures Vicarios Generales, & quoad testes in eorum depositionibus non potest fieri fundamentum aliquod, cum non deponant de consuetudine in istis gra-
7 uioribus causis & *Concilium vbi supra* tollat * consuetudines.

Nec obstat, quod Episcopus iurauerit seruare consuetudines Ecclesiæ; quia vt dictum est, nulla probatur consuetudo in istis grauioribus, & iuramentum non intelligitur de
8 hac consuetudine * sublata à *Conc. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 117. num. 5.* & concordia etiam est sublata à *dicto Concilio*, cum non sit
9 à Sede Apostolica confirmata * *Seraph. decis. 775. Mantic. decis. 73. num. 5.* & clarè legitur in ipso *Concilio*.

Ex quibus, & alijs deductis in præterita *decis. bo. me. Bemboldi* Domini censuerunt sententiam Rotalem esse confirmandam.

ROMANA ADITIONIS HAEREDITATIS.

Veneris 7. Maij 1627.

ARGVMENTVM.

Commissa causa alicui, vt procederet cum voto Prælati de consensu partium eligendi, si à partibus fuit electus Auditor Rotæ si feratur sententia cum voto alterius erit nulla.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata cum voto Prælati, quæ debebat ferri cum voto Auditoris Rotæ est nulla.*
Commissa causa à Signatura alicui vt procederet cum voto Prælati de consensu partium eligendi, si à partibus fuerit electus Auditor Rotæ, perinde est ac si expressim, & proprio nomine fuisset nominatus in commissione, itaut si ferratur cum voto alterius Prælati erit nulla n. 1. & 3.
2 *Habens potestatem eligendi vnum ex familia facta electione electus habet potestatem non ab eligente, sed ab eo, qui electionem fieri iussit.*
Electione facta non potest ad alterius electionem deueniri num. 2.
4 *Consultor si acceptauit deputationem tenetur ex Statuto Vrbis* lib. 1. cap. 186. *votum proferre intra decem dies. Vid. num. 8.*
5 Statutum Vrbis lib. 1. cap. 186. *loquitur de Consultoribus deputatis iuxta formam* Statuti cap. 185.
6 *Signatura rescribit nomine Papæ.*
7 *Deputatio in Consultorem non dicitur acceptata ab Auditore Rotæ in casu, de quo ibi,*
9 *Auditores Rotæ Deputati Consultores in aliqua causa non acceptant deputationem, sed prius disputata causa extraiudicialiter in Rota faciunt decisiones, & in ipsa traditione voti acceptant deputationem.*
10 *Partes an possint contrauenire ordini Signaturæ.*
11 *Contradictio deducitur ex citatione ad videndum reponi à decret.*
12 *Citatio ad dicendum contra non est necessaria in commissione dependenti à prima*

DECISIO MDCCI.

Fuit resolutum sententiam Capitanei cum voto Prælati esse nullam, quia cum prius electus fuisset Consultor Auditor Rotæ vigore
1 commissionis, * quod procederet cum voto alicuius Prælati sibi assumpti de consensu Partiū sibi eligendi, & cum præcedente consensu fuerit electus Auditor Rotæ, perinde est, ac si expressim, & proprio nomine fuisset nominatus à Signatura *l. vnum ex familia in princ. ff. de legat. 2.* vbi quod habens potestatem eligendi
2 vnum ex familia, * facta electione, electus habet potestatem non ab eligente, sed ab eo, qui electionem fieri iussit: Quamobrem semel facta electione, non potuit iterum ad alterius electionem deueniri, vt in dicta *l. §. itaque si eum forte tres, ibi, si cum fortè tres ex familia essent eius, qui fideicommissum reliquit eodem, vel dispari gradu, satis est vni reliquisse, nam postquam paritum est voluntati, cæteri conditione deficiunt* ad idem est *text. in l. serui electiones ff. de legat. 1.* & in *l huiusmodi 89. §. stichum ff de legat. 1.* & magis in puncto est *text. in Auth. de indic. in §. Indices itaque ibi si quis autem nostros iudicum deputare voluerit causas his, qui definiti sunt à nobis pedaneis iudicibus tradat, & alteri omnino nulli*, quare cum deputatio censeatur facta à Signatura, vt supra dictum est, non potuit Capitaneus
3 alium Consultorem eligere, * quod cum perinde sit, ac si absque Consultore processisset, sententia est nulla *Alex. cons. 50. num. 7. & seqq. lib. 4.* vbi de communi contra *Speculat.* tenentē contrarium.

Non obstat, quod Auditor Rotæ votum dederit, reseruato, vt videretur de quarta parte, &
4 ideo cum tunc censeretur acceptasse * deputationem, intra decem dies tenebatur votum proferre, alias non poterat amplius deputari Consultor vt ex *Statuto Vrbis lib. 1. cap. 186.* Quia hoc obiectum non debuisset allegari. Primo quia statutum loquitur de Consultoribus de-
5 putatis * iuxtà formam *Statuti cap. 185. eodem lib. 1.* non autem de Consultoribus deputatis à Signatura, quæ rescribit nomine Pa-
6 pæ, * vt supra dictum est. Secundo fuit responsum, quod Auditor Rotæ non acceptauit deputationem simpliciter, sed acceptauit deputationem in ipsa traditione voti iuxta formam decisionum & subditur *saluis tamen iuribus Ioannis Antonij quoad aliam quartam partem, de qua erit videndum*, quia illius respectu nulla adest acceptatio, & licet adsit etiam deputatio
7 pro quarta parte vsque ab initio, * tamen non adest acceptatio, & decem dies non currunt à
8 die deputationis sed acceptationis, * vt in eodem *Statuto cap. 185. lib. 1. in fine vers. tempora autem prædicta*, & ita seruatur in Curia Capito-

lina.

lina. Nec potest deduci acceptatio ex ista prolatione voti, in quo dicitur de quarta parte esse videndum. Quia hæc verba non inducunt acceptationem quoad quartam partem, sed denotant stylum Rotæ, in qua Auditores deputati Consultores non acceptant deputatio-
9 nem, * sed prius disputata causa extraiudicialiter in Rota, faciunt decisiones, & in ipsa traditione voti iuxta formam decisionum acceptant deputationem; alias enim impossibile esset seruare in Rota formam statuti, cum debeant informari duodecim Auditores, & adsint multæ causæ, & omnibus non vni soli est satisfaciendum.

Non obstat, quod partes consenserint in Prælato, quia quicquid sit, an hoc casu par-
10 tes potuerint contrauenire ordini Signaturæ * *l. priuatorum C. de iurisdict. omn. iudic. Paris. consil. 41. nu. 26. & 27. lib. 4. Verall. decis. 97. par. 1.* Cessat omnis difficultas, quia adest contradictio Antoniæ cum citatione ad videndum reponi à
11 decreto * deputationis Prælati, & causam remitti ad Rotam.

Aliqui etiam ex Dominis considerabant, quod superuenerat noua commissio, vt deputaretur idem Auditor Rotæ, qui prius fuerat deputatus, & quamuis replicaretur, quod non fuit citatum ad dicendum contra commissionem, & sic non fuit firmata iurisdictio, tamen
12 cum ista commissio esset dependens à prima, * in qua ordinabatur, quod Capitaneus deputaret Prælatum, cuius vigore deputauit Auditorem Rotæ, non videbatur necessaria alia citatio ad dicendum contra, prout pluries Rota resoluit.

Et ita conclusum vtraque parte informante.

Præsens decisio fuit confirmata die 20. Martij 1628.

ROMANA PALATII DE FERRATINIS.

Lunæ 14. Maij 1627.

ARGVMENTVM.

Expensarum refectio quando sit facienda.

SVMMARIVM.

1 *Ab expensis in Curia non excusat iusta causa litigandi.*
2 *Expensarum refectio est facienda vsque ad diem cessionis.*
3 *Ad expensas litis non tenetur is, qui obtinuit resolutiones fauorabiles, si postmodum superueniat motus proprius Papæ contra eum super negotio principali.*
4 *Rota solet in decisione causæ persuadere partibus amicabilem compositionem.*

DECISIO MDCCII.

Visum fuit Dominis *decisionem* in hac causa factam *prima Februarij præteriti*, in qua fuit resolutum, hæredes bo. me. Ruspolæ teneri ad expensas, egere aliquali declaratione circa quas expensas.

Et primo dixerunt quoad expensas factas dum fuit litigatum inter R. p. d. Viues, & Ferratinum super apoca circa venditionem Palatij, an illa scilicet contineret venditionem, vel tractatum, hæredes non teneri, quia tunc D. Ruspola non erat in causa, sed emit postea scilicet die 4. Septembris 1615.

Secundo dixerũt, quoad expensas factas occasione litis super prælatione occasione dictę venditionis, cum R. p. d. Viues obtinuerit, hæredes D. Ruspolæ teneri ad dictas expensas, tenetur reficere expensas, nec in Curia iusta causa litigandi
1 ab illis soluendis excusat * *Cassad. decis. 3. nu. 2. de rescript.* & huiusmodi refectio debet intelligi
2 vsque ad diem, * quo Ruspola cessit *Verall. decis. 31. in manuscript. lib. 1.*

Tertio fuit dictum, quoad expensas factas super eo, an pretium esset restituendum liberè D. Ruspolæ, cum ipsa obtinuerit non teneri ad
3 istas expensas, * & quamuis superuenerit motus proprius S. D. N. quod pretium succedat loco Palatij, tamen non operatur, quod hæredes D. Ruspolæ teneantur ad expensas factas in iudicio super restitutione prætij antequam veniret motus proprius cum obtinuerit, vt patet ex *decisionibus* ad sui fauorem factis.

Ex quibus fuit conclusum, quod hæredes bo. me. Ruspolæ teneantur ad omnes expensas factas in lite circa validitatem venditionis, & prælatione à die emptionis per ipsum factæ sub dicta die 4. Septembris, & Dominorum vnus præuia cõsideratione teneri ad expensas factas in lite circa liberam restitutionem pretij & placeret Dominis, quod facta compensatio-
4 ne * pro rata, hæc amicabiliter componerentur &c.

CRACOVIEN. IVRIS LEGENDI

Veneris 21. Maij 1627.

ARGVMENTVM.

Consuetudo immemorabilis quando censetur sublata per Breue Pontificium.

SVMMARIVM.

1 *Vnusquisque potest legere etiam in locis vbi adsunt Vniuersitates, accedente approbatione superioris.*
2 *Consuetudini immemorabili derogatur per Breue Pontificis continens clausulas, de quibus ibi.*
3 *Consuetudini immemorabili non censetur derogatum ex dictionibus vniuersalibus adiunctis verbo consuetudini.*

4 *Limita quando consuetudo est iniqua, & irrationabilis.*

5 *Consuetudo quod magistri scholarum sine certo pretio licentiã docendi non concedant, prout erat in Ecclesia Gallicana, est sublata tanquam irrationabilis, & iniqua.*

6 *Magistri idonei debent admitti ad legendum sub pęna excommunicationis.*

7 *Praescriptione prohibita bona fides nihil prodest.*

8 *Consuetudo adhoc vt non valeat sufficie legem resistere.*

9 *Consuetudo contra ius semel reprobata per legem non potest amplius induci & n.12.*

10 *Consuetudo immemorabilis, quae non sit ex se mala, suffragatur aduersus Iuris communis dispositionem prohibitiuam, si concurrat fama priuilegij.*

11 *Immemorabili sublata non censetur sublatum priuilegium ex ea proueniens. Contrarium num.14.*

13 *Immemorabilis non habet vim priuilegij, quando adest incapacitas in possidente.*

15 *Papa non censetur tantum concessisse quin maiorem auctoritatem sibi, & successoribus reseruauerit.*

16 *Papa successor non habet manus ligatas quin valeat dispositio absque derogatione, quicquid sit in Papa concedente.*

DECISIO MDCCIII.

PAtres Societatis Iesu habent clarum Priuilegium S.M. Pij V. vt possint legere etiam in locis, vbi Vniuersitates extiterint. Quod quidem priuilegium est conforme dispositioni iu-
1 ris communis, * de quo *in cap. 1. & 2. cum seqq. de Magistr.* Et in eo solũ auget dictam dispositionem, vt non sit necessaria approbatio superioris, quae de iure communi requiritur in dd. iuribus, cumque praedicti Patres vti coepissent hoc priuilegio in suo Collegio Cracouiensi, Vniuersitas illius Ciuitatis se opposuit praetendens ab immemorabili tempore habere ius prohibendi, quod cum articulauerit, secunda vice fuit actum de releuantia huius articuli, & bis Domini censuerunt non constare de releuantia. Quia & si immemorabilis consuetudo aegeat speciali derogatione, nihilominus in
2 Breue Pij V. fuit in hoc casu * sufficienter derogatum praedictae consuetudini immemorabili *Non obstantibus premissis &c. & alijs Apostolicis Constitutionibus, & ordinationibus quibusuis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, priuilegijs, indultis, & litteris Apostolicis, tam praedictis, quam quibusuis alijs vniuersitatibus &c. in genere, vel in specie ac sub quibusuis etiam derogatoriarum, derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque & alijs decretis in genere, vel in specie quomodolibet concessis, confirmatis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus etiam si de illis, eorumque tenoribus specialis specifica, & expressa mentio habenda foret, tenores huiusmodi praesentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus contrarijs quibuscumque.*

Ex quibus cum dictio *quibusuis* primo loco posita referatur nedum ad statuta, & priuilegia, sed etiam ad consuetudines, ideoque Papa derogauerit quibusuis consuetudinibus cẽsetur derogare etiam in casu isto, vt dictum est consuetudini immemorabili *Gloss. in Clem. vlt. de Reb. Ecclesia non alien.* & in *Clem. prima in verbo quanticunque de foro compet. & in cap. 2. in verbo quantocunque de consuetud. in 6. Abb. in d. Clem. fin. in fin. vers constitutio damnatis*, vbi dicit idem esse, si adsint verba similia *Cardin. ibid. num. 6. vers. octauo quaero post Paluin. de Eleazar, & Zenzelinum*, quos allegat *Felyn. de cap. dilecti num. 4. de maior. & obed. Gregor. Lopez post Ias. par. 3. tit. 29. lib. 6. Gloss. 4. post med. cum alijs per Couar. var. lib. 3. cap. 13. n. 5.*

Quod autem in casu isto Papa per dd. verba voluerit derogare, videtur satis clarum, quia licet aliqui DD. teneant ex dictionibus vniuer-
3 salibus adiunctis * verbo *consuetudini* non censeri derogatum consuetudini immemorabili, quos adducit *Couar. loco alleg.* tamen quando consuetudo est iniqua, * & irrationabilis, censetur damnata, & reprobata, vt idem firmat ibidem.

In proposito autem *text. in cap. quanto 3. de magistr.* damnat hanc consuetudinem tanquam improbam, & irrationabilem, consuetudo
5 enim erat in Ecclesia Gallicana, * quod magistri scholarum sine certo pretio alicui licentiam docendi non concedebant. Et Alexander Tertius Summ. Pont. volens illam prauam consuetudinem extirpare, quae de radice cupiditatis procedit, prohibet sub anathematis interminatione, vt quicunque idonei fuerint regere scolas sine molestia, & exactione aliqua permittantur: Et si qui huiusmodi prohibitionis transgressores fuerint, officijs, & dignitatibus spolientur. Vnde duo facit *text.* Primo damnat consuetudinem antiquam, & in posterum vult, quod sub poena excommunicationis idonei sine molestia, & exactione admittantur, & quod transgressores officijs, & dignitatibus spolientur. Quare negari non potest, quin ista consuetudo sit irrationabilis, & iniqua, cum huiusmodi poenae non imponantur à canonibus nisi propter crimina *Siluest. in verbo excommunicatio il 1. num. 7.* Vnde fit quod Pius V. censeatur sine difficultate sustulisse per dictiones praedictas vniuersales consuetudinem etiam immemorabilem, cùm sit iniqua, & irrationabilis. Et sic in hoc casu praeualere opinionem illorum, qui tenent, quod per tales dictiones censeatur derogatum etiam immemorabili iuxta distinctionem *Couarr.* loco mox allegando vbi dicit sufficere etiam quod quando consuetudo est iniqua, & irrationabilis, derogetur simpliciter consuetudini.

Et praedicta eo magis placuerunt Dominis, quia cũ *text. in dict. cap. quanto* mandet, quod
6 idonei magistri admittantur ad legendum * sub pena excommunicationis, & alijs poenis, vtique contraria consuetudo, vt dictum est, tanquam iniqua, & irrationabilis damnatur. Vnde

non

non potuit introduci aliqua consuetudo. Quia
7 titulus præscriptionis erit semper iniustus * &
cum *Canon* prohibeat præscriptionem, bona fi-
des nihil prodest *Abb. in cap. cum ex officijs n. 4.*
de præscript. Paris. conf. 114. num. 8. & 27. lib. 1.
Couarr. in cap. possessor. p. 2. §. 8. num. 4. in fin.
& num. 5. de regul. iur. in 6. Plot. in l. si quando
num. 820. C. vnde vi Menoch. præsumpt. 131.
8 *num. 4. lib. 3.* Et quod sufficit legem resistere*
consuetudini, vt non valeat etiam quod initij
memoria non extet *Felin. in cap. accedentes*
num. 6. Fallit. 3. de præscript. Et quod con-
suetudo contra ius semel reprobata per legem
9 non possit amplius induci * *Ios. in l. de quibus*
num. 80. ff. de legib. & quod sublata immemo-
rabili tanquam improba non possit denuo in-
troduci, quia sublata censetur etiam futura est
text. in cap. 1. de Cleric. non resid. in 6. Bald. in
Auth. omnes peregrini num. 4. C. comm. de suc-
cess. Didac. Segalum. in cap. fin. num. 36. & seq.
de consuetud. qui loquitur in terminis, prout
etiam loquitur *Put. in decis. 457. n. 2. lib. 2. in*
correctis.

Non obstat, quod consuetudo immemo-
rabilis cum non sit in hoc casu ex se mala suf-
fragetur etiam aduersus iuris communis dispo-
10 sitionem prohibitiuam, * si concurrat fama
priuilegij *Felyn. in d. cap. accedentes num. 6.*
de præscript. & in omnem euentum sublata
etiam immemorabili, non censeatur sublatum
11 priuilegium ex ea proueniens * *Felyn. d. nu. 6.*
vers. fallit tertio, & vers. restringerem. Quia
fuit responsum, quod primum forsan posset
habere locum, si immemorabilis non esset sub-
lata ex priuilegio Pij V. iuncta in hoc casu di-
spositione *dicti cap. quanto de magistr.* in quo ista
consuetudo tanquam iniqua, & irrationabilis
damnatur, ideoque immemorabilis non po-
12 test induci, vt dictum est, & inducta non suf-
fragatur *Gloss. in cap. nobis verbo iurisdictione*
de iurepatronatus Abb. in cap. fin. num. 22. de
consuet. late *Couarr. var. lib. 1. cap. 17. num. 10.*
Peregr. de iur. fisc. lib. 6. tit. 8. num. 18. cum seq.
Quotiescumque enim adest incapacitas in pos-
sidente, immemorabilis non habet vim pri-
13 uilegij * *Prob. ad Monach. in cap. 2. num. 6.*
& 7. de præbend. in 6. Abb. in cap. causam quæ
num. 3. Felyn. num. 6. vers. fallit 3. de præscrip.
& late *Couarr. var. lib. 1. cap. 10. num. 4. Pe-*
regr. vbi supra num. 18. & seq. Vltra quod non
videtur certum, quod ista consuetudo non sit
ex se mala cum sit contra charitatem.

Et quoad famam priuilegij; vltra quod hæc
non fuit articulata, tamen etiam articulata
non causaret releuantiam articuli, cum non sit
verum, quod sublata immemorabili remaneat
14 priuilegium * quia si hoc admitteretur esset
imponere legem verbis, & non rebus *Put.* in
in puncto in *d. decis. 457. num. 7. lib. 2.* Et in
omnem euentum sufficit, quod Pius V. dero-
gauerit quibusuis priuilegijs, itaut propter
dictionem generalem censeatur derogasse
etiã huic priuilegio prouenienti ex immemora-
bili, cum ipsa immemorabilis non posset suffra-
gari ex supra deductis. Quæ quidem deroga-
tio priuilegij eo magis suffragatur: quia aut
allegatur fama priuilegij inferioris, & non
suffragatur, aut Sum. Pontificis, & nec etiam
releuat, quia Papa non censetur tantum con-
cessisse, quin maiorem auctoritatem sibi, &
15 Successoribus reseruauit * *cap. dudum, & cap.*
quamuis il 2. de præbend. in 6. Alphons. Soto super
Regul. 24. num. 3. Aym. conf. 126. num. 4. vers.
itaq. si Papo Caphal. conf. 135. num. 4. & conf.
168. num. 28. Et quicquid dicendum sit in
16 Papa concedente * an possit sibi ligare ma-
nus, vt non valeat dispositio contraria absque
speciali derogatione, secus est in successore,
qui absque derogatione non habet manus liga-
tas *Prob. ad Monach. in cap. 1. num. 11. de con-*
stit. Alphons. Soto super Regul. 40. num. 4. &
reg. 24. n. 4. & fuit dictum in *Comaclen. seu Ferra-*
rien. præpositura, & beneficij 15. Decembis 1624.
coram bon. mem. Remboldo.

Et ita conclusum vtraque parte informante,
causa bis proposita, & maturè discussa.

Præsens decisio fuit confirmata 30. Martij 1629.
coram Card. Vbaldo, & 3. Decembris eiusdem
anni coram Ghislerio, & sunt in rec. decis. 265.
& 325. p. 5. tom. 1.

BERGOMEN. AVGVMENTI DOTIS.

Mercurij 26. Maij 1627.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Augumentum dotis promissum in casu quo promit-*
tens vel eius hæres maiorem dotem constituisset
alijs filiabus non debetur si hæres nomine proprio
& non tanquam maiorem dotem constituit alijs
filiabus.

2 *Tacens consentire videtur. Limita num. 3.*

DECISIO MDCCIV.

IVstitia sententiæ Rotalis pendet ex eo; An
scilicet ex quo Ioannes promisit genero, si
maiorem dotem ipsemet, vel ipsius hæres con-
1 stituissent alijs filiabus eo casu, * vt dicitur in
instrumento, se etiam teneri adaugere dotem
illi promissam, Io. Baptista filius d. Ioannis
suo, & fratrum nomine dederunt alteri so-
rori in dotem scuta 1800. Vnde quæritur, an sit
locus dicto augumento dotis, & cum per bi-
nas resolutiones coram *bo. me. Buratto* nega-
tiue fuerit resolutum, eadem sententia, & ho-
die placuit Dominis, & sic pro iustitia dictæ
sententiæ fuit responsum. Ratio ea fuit, quia
vt bene consideratur in dd. *decisionibus* promis-
sio fuit facta in euentum, in quem Ioannes,
& illius hæres dedissent maiorem dotem: At
dos promissa per fratres non fuit ab ipsis tan-
quam hæredibus promissa, ergo non fuit locus
pacto.

Non

Non obstat, quod fratres tanquam hæredes dederint mandatum Ioanni Baptistæ ad constituendum dotem sibi bene visam; nam aduertendum est, illud mandatum fuisse traditum ad pluta negotia, & licet etiam extendatur ad dotem constituendam, fuit nihilominus addita clausula *de consensu matris*, de quo ramen non constar; quamuis enim partes deponant matrimonium fuisse contractum de consensu matris, & ipsa etiam deponat per hæc verba. *Furono fatte le scritture come voleua che io dicessi di non contentarmi, & contradicessi à cosa alcuna.* Et inde inferatur, quod racens consentire vi-
2 deatur * *cap. qui tacet de Reg. iur. in* 6. attamen
fuit responsum, quod opus fuisset, vt dos hæreditario nomine fuisset promissa, & mater hoc sciret. Cum autem tali nomine dos nequaquam promissa fuerit, mater non poterat aut dissentire; aut præbere consensum; quapropter in hoc casu taciturnitas non inducit
3 assensum, * stante præsertim præiudicio filio-
rum, vt pulchre distinguendo tradit *Bart. in l. quæ dotis* 34. *numer.* 22. & 23. *ff. solut. matrim.* qui omnem videtur remouere difficultatem.

Et ita conclusum &c.

LVNEN. SARZANEN. IVRISPATRONATVS.

Veneris 28. Maij 1627.

ARGVMENTVM.

Tota decisio versatur circa taxationem expensarum.

SVMMARIVM.

1 *Rota habet solumodo rationem expensarum iudicialium, quæ viuæ nuncupantur, & de iure debentur.*

2 *Et aliquid vlterius solet taxare pro Aduocato, Procuratore, & Sollicitatore.*

3 *Iusta causa litigandi non excusat reum ab expensis secundum stylum Curiæ.*

4 *Propina in Rota non taxatur.*

5 *Pro Viaticis Rota nihil taxat.*

6 *Expensæ Aduocati, Procuratoris, & Viaticorum facta in partibus à Rota taxantur.*

7 *In taxandis expensis plurimum defertur arbitrio Iudicis.*

8 *Pro expensarum taxatione praxis remissiuè.*

DECISIO MDCCV.

PEtebatur tam expensas de partibus, quam factas in Curia taxari in totum ad scut. 344. & 694. vt in lista distinctim data, & cum multa impertinentia fuerint descripta D. Index taxauit ad scuta 150. monetæ Romanæ, quare dubitaui, an huiusmodi taxatio esset excessiua, & dubietatis resolutio pendet ex eo, vt videatur an etiā reiectis partitis impertinentibus, quas Iudex reiecit, constet de aliquo excessu; quantum igitur ad expensas factas in Curia, Rota licet solummodo rationem expensarum indi-
1 cialium, * & earum, quæ liquent ex actis, vt
puta expensarum regestri, examinis testium, notulæ sententiæ, & similium, quæ vulgo expensæ viuæ nuncupantur, quas quidem certum est de iure deberi *l. properandum §. sin autem C. de iudic.* & aliquid vlterius solet taxare pro Ad-
2 uocato, Procuratore, & Sollicitatore * *Vestr.*
in prax. lib. 8. cap. 2. num. 11. & huiusmodi stylus valde videtur rationabilis, quia è conuerso consulitur etiam Victori, cum iusta quantum-
3 uis causa litigandi non excuset reum * ab ex-
pensis secundum communem Curiæ stylum *Bald. in l. properandum* 13. *§. sin autem alterutra n.* 6. *vers. sed quod dicit C. de iudic. Cassad. dec.* 13. *de rescript. Put. dec.* 240. *in fin. lib.* 3. *in correct. Sarnen. in reg. de ann. quæst.* 41. *in princ. Vestr. in prax. d. lib.* 8. *cap.* 2. *num.* 10. & sic à principio litis istud præiudicium mutua compensatione tollitur.

Quamobrem cum circa expensas factas in secunda instantia, quæ fuit prima in Rota, fuerit data lista pro scut. 36. 690. atque ex illa summa sit demenda partita exemplationis scripturarum, quæ est scut. 11.650. nec non partita alia scut. 13.650. pro propina, quæ apud nos
4 non taxatur, * remanent tantum expensæ con-
stituentes summam scut. 11.690. monetæ Romanæ.

Quoad expensas in tertia instantia consumptas, ommissis partitis impertinentibus pro strenis datis, fuit data lista scut. 195. 680. est detrahenda partita 8. 80. pro citationibus, & partita scut. 13.650. pro propinis, verum cum ponatur partita scut. 150. pro Aduocatis, & Procuratoribus, satis visum fuit, si assignarentur iuxta stylum scut. 10. cum sint duæ instantiæ, & sic demptis istis summis remanent scut. 41. 6. 50. quare expensæ factæ in Rota sunt taxandæ in totum ad scut. 53.640.

Quantum ad eas expensas, quæ in partibus factæ sunt, prætenditur partita scut. 19.80. soluta Sigismundo Peccino, quæ non impugnatur à parte.

Prætenduntur vlterius duæ aliæ partitæ vna scut. 26. & 640. pro totidem solutis Aduocato. Secunda sc. 50. pro viaticis, verum, licet vt dictum est, aliquid modicum pro Aduocatis Rota constituat, & Procuratoribus, & pro viati-
5 cis nihil * *Vestr. in prax. d. lib. 8. cap. 2. num.* 11.
tamen cum agatur de istis expensis factis in
6 partibus, debentur * ex adductis per *Specul. lib.*
2. par. 3. tit. de expens. §. postremo dicendum est num. 1. vers. & dicemus generaliter, quod expensa.

Sed aduertebant Domini, quod huiusmodi expensæ quoad istam summam non sunt iustificatæ, & licet in taxandis ijs, plurimum defe-
7 ratur arbitrio iudicis * *Bart. in l. vnica §. fin. num.*
8. ff. si quis ius dicend. non. obtemper. Alex. cons. 37. *num.* 33. *vers. item potest lib.* 2. Nihilominus non datur fumus circa quantitatem dd. expensarum, ita vt Iudex possit interponere decretum
8 suum, ideò recurrendum est ad praxim, * de qua
in causa *Tullen. Paroc.* 18. *Martij* 1619. *coram me.*

Ex

Ex quibus firmato ad quam summam ascẽdant expensæ Rotales, non potest firmari excessus, nisi prius melius liquidentur expensæ de partibus, & propterea cum taxatio expensarum de partibus non iustificetur ex actis, supersedendum est donec fiat melior liquidatio.

Et ita conclusum vtraque parte informante &c.

ROMANA APOTHECAE.

Veneris 28. Maij 1627.

ARGVMENTVM.

Exactio vnica facta nomine alterius sufficit ad effectum manutentionis, quando fuit ratificata.

SVMMARIVM.

1 *Exactio vnica sufficit ad probandam quasi possessionem exigendi. Ampl. num. 3. & 6.*
2 *Manutentio non potest denegari probata possessione per vnicam exactionem.*
4 *Ratihabitio æquiparatur mandato.*
Exactionis ratificatio habet vim mandati num. 4.
5 *Exactio facta post mortem alicuius non præiudicat eius hæredi.*
6 *Exactione facta nomine alterius præcedente titulo non est necessaria scientia illius ad capiendam possessionem.*
7 *Possessio posterior præsumitur clandestina, & turbatiua.*
Possessor antiquior est manutenendus num. 7.

DECISIO MDCCVI.

FVit resolutum Dominico dandum esse mandatum de manutenendo in possessione exigendi pensiones Apothecæ sibi in solutum datæ per Franciscum occasione cessionis sibi factæ cuiusdam crediti, quod contra Dominos de Taurinis habebat; Constat enim de possessione ex exactione facta 15. Octobris 1625. quæ licet fit
1 vnica sufficit adhunc effectum * *DD. in cap. cum Ecclesia Sutrina de causa possess. & propriet. sa. me. Gregorius dec. 513. num. 1.* & ideo non potest de-
2 negari dicta manutentio * ad *text. in §. hodie in- stit. de interdictis.*

Non obstat, quod Inquilinus soluit cum protestatione, quia protestatio non respicit ipsam solutionem, sed tantum ius Inquilinatus,
3 ad effectum prælationis, * & ideo cum non tangat ipsam solutionem non cessit illius effectum itaut ex illa non possit dari manutentio, cum per hoc, quoad ipsam solutionem nullum fuerit illatum præiudicium Dominico.

Minus etiam releuat, quod non exegit Dominicus, sed Franciscus illius frater, quia d. Franciscus exegit nomine Dominici, & tanquam illius frater, & cum postea huiusmodi exactio fuerit ratificata, dicta ratihabitio æqui-
4 paratur mandato * *Oldrad. cons. 326. num. 17. vers. non obstat.*

Minus releuat, quod cessio fuerit facta per Zeccadorum, quatenus creditum cessum esset reale, quod hodie impugnatur, nam visum fuit DD. creditum cessum ex deductis fuisse reale, & cum Dominicus cæperit possessionem, illa est attendenda, & veritas iudicij respicit petitorium.

Neque facit, quod exactio fuerit facta post obitum Francisci, ideo non potuit præiudica-
5 ri Michaeli Angelo fratri, & hæredi * ipsius Francisci ex adductis per *Afflictum dec. 325. nu. 3.* quia cum præcesserit titulus concessus à Francisco vigore d. cessionis, potuit exigendo
6 capere possessionem, * nec erit necessaria alia scientia Michaelis Angeli hæredis *Rot. dec. 53. num. 3. par. 1. rec.*

Denique non obstat exactio facta à Michaele Angelo, quia cum sit posterior, præsumitur
7 clandestina, * & turbatiua, itaut semper antiquior possessor sit manutenendus, vt in allegato §. hodie.

Et ita conclusum vtraque parte informante.

TVLLEN. CAPELLANIAE MATVTINALIS.

Mercurij 2. Iunij 1627.

ARGVMENTVM.

Ad obtinendam immissionem vigore subrogationis gratiosæ, quæ requirantur, & quomodo probentur.

SVMMARIVM.

1 *Clericatus probatur ex litteris patentibus.*
2 *Per clausulam* cum incidentibus, & dependentibus *censetur introducta lis super petitorio.*
Beneficium efficitur litigiosum per introductionem litis super petitorio.
3 *Citatio dicitur reproducta verbaliter per comparitionem Procuratoris cum exhibitione mandati.*
Quæ æquipollet reproductioni reali n. 3.
4 *Possessio resignantis probatur ex confessione aduersarij resultante, ex acceptatione prouisionis per resignationem.*
5 *Verbum* obtinere *importat possessionem.*
6 *Beneficium affectum potest resignari in manibus Ordinarij, sed de illo non potest prouidere.*
7 *Immissio vigore subrogationis gratiosæ ad hoc vt obtineatur, requiruntur ea, de quibus ibi.*

DECISIO MDCCVII.

HOc dubium, an Claudio sit danda immissio vigore subrogationis gratiosæ, cum fa-
1 tis constet de illius clericatu ex litteris * patentibus iux. *dec. Gram. 81. num. 1.* & late prosequitur *Garz. de benef. par. 6. cap. 4. per tot.*

ha

habet duas inſpectiones principales . Prima, an
conſtet de lite, ſecunda an conſtet de poſſeſſio-
ne Franciſci , qui illam reſignauit in manibus
Ordinarij , à quo prouiſus fuit Deſiderius ad-
uerſarius .
Quantum igitur ad primam cum lis pende-
ret in partibus inter Claudium , & Ioannem ,
Ioannes ceſſit in fauorem Franciſci , & Clau-
dius ceſſit mihi cauſam ſuper nullitate ceſſio-
nis huiuſmodi cum clauſula *cũ inciden. depẽden.*
ex qua cenſetur etiam introducta lis ſuper pe-
2 torio , * & ſic titulus beneficij fuit effectus liti-
gioſus *Bellam. deciſ.* 618. *Caſſad. deciſ. 9. n. 13.*
de cauſ. poſſ. & propriet. & fuit dictum in cauſa
Barchinonen. Parochialis de Mataco 20. Iunij
1611. *coram me* .
Non obſtat citationem non fuiſſe reprodu-
ctam , quia fuit reproducta verbaliter ex cõpa-
3 ratione procuratoris * cum exhibitione mãdati,
quæ æquipollet reproductioni reali *Gonzal.*
ſuper Reg. 8. gloſſ. 7. proem. n. 149. cum ſeqq.
Veſtr. in prax. lib. 4. c. 4. n. 6. & 7.
Quantum ad ſecundam verò, poſſeſſio Fran-
ciſci de tempore reſignationis probatur ex
4 propria confeſſione Deſiderij in eius colla-
tione , * dum acceptauit prouiſionem per reſi-
gnationem Franciſci vltimi poſſeſſoris *Aegid.*
deciſ. 263. Put. deciſ. 243. lib. 1. & admini-
culatur ex confeſſione Franciſci in mandato
procuræ dato ad cauſam ante reſignatio-
nem , in quo dicebatur *obtinere* , quod verbum
5 * importat poſſeſſionem *Rebuff. in l. habere*
ff. de verb. ſignif.
Non obſtat , quod Franciſcus reſignauit hoc
beneficium in manibus Ordinarij , quia cum
illud ratione litis eſſet affectum , licet potuiſſet
reſignari in manibus Ordinarij , de illo ta-
6 men * non poterat prouidere *c. 2. vt lit. pend. in*
6. Pariſ. de reſignatione lib. 2. q. 3. n. 101. & ſeqq.
Garz. de benef. par. 5. c. 1. n. 133. & ſeq.
Ex quibus fuit concluſum pro immiſſione
Claudij , cum conſtet Cappelam eſſe affectam
ex lite ſuper titulo , & Franciſcum tempore re-
7 ſignationis poſſediſſe , * quæ debent concurre-
re ad obtinendã immiſſionem vigore ſubroga-
tionis gratioſæ , vbi conſtat de clericatu ex la-
te adductis per *Garz. de benef. par. 6. c. 4. per tot.*
& ita ſeruat Rota .

F I N I S
T E R T I A E P A R T I S.

ROMAE, Ex Typographia Nicolai Angeli Tinaſſij M.DC.LXXI.

SVPERIORVM PERMISSV.